CONSILIORVM
SEV RESPONSORVM
D. MARCI ANTONII NATTÆ
ASTENSIS IVRISCONSVLTI CLARISSIMI, AC LONGE PRAESTANTISSIMI,
Tomus Tertius.
NVNC DENVO IN LVCEM ÆDITVS.


ACCESSIT VERBORVM ET SENTENTIARVM magis memorabilium Index copiosissimus.





VENETIIS,
APVD HIERONYMVM SCOTVM.
M D L X I X.

INDEX RERVM MEMORABILIVM ac magis Singularium, quæ in hoc consiliorum D. Marci Antonij Nattæ Iurisconsulti præstantissimi volumine habentur.





Accessio & vnio regno in noua loco rum acquisitione non præsumitur, nisi de ea doceatur, in casu dic vt num.87. nume.16, pagina, 350
Accessoriæ clausulæ in prima dispositione appositę intelligūtur in secunda repetitæ. num.8, 132
Accessoriæ & executiuæ clausulæ non habent mutare, nec alterare, vel ampliare principalem dispositionem nume.1. & 7.& 8, 248
Accusare vel agere in criminibus nemo cōpellitur præterquàm ad reuelandum crimen læsæ maiestatis vbi probationes habeat. nu.3, 277
Acta faciunt notoriū, & manifestū, quæ hñt vim sñtētiæ.nu.23, 226
Acta iudicij summarij ordinario non præiudicant, vt nu.15.nu.10. 145
Actio ciuilis vbi non competit propter deficiens interesse, ibi nec etiam competit criminalis.nu.7, 271
Actio ciuilis, & criminalis vbi pro eodem et delicto competunt ad vindictam, tunc vna electa, altera tollitur.nu.8, 288
Actio personalis domino contra vasallū competens in singularem successorem non transit nu.4, 20
Actio personalis non datur contra singularem successorem.nu.2, 258
Actiones personales non competunt contra tertios possessores. iure excepto.nu.37, 18
Actor mentionē faciens in libello de iuribus, quando ea omnia sint eius sumptibus edenda, & tradenda, & quando non. nu.2, 302
Actor vel reus vtens aliquo iure, eo debet vti cū suis qualitatibus, & circunstantijs. nu.2, 212
Actum quid sit, attenditur, etiam quod natura & verborum figuræ repugnet. nume.8, 6
Actus. Ex actibus hominū nunquàm præsumitur in plus, quàm se actus extendat.nu.59, 57
Actus geminatus magis indicat expressum consensum, & quod gestum est reddit eficatius. nu.152, 364
Actus iudiciales, licet quoad instantiā procuratori attribuantur, tamen quoad effectum & substantiam obligant solum dominum.nu.4, 389
Actus non retractatur, nec redditur nullus, si debitam habeat formam, etiam quòd melius fieri potuisset. nu. 22, 155
Actus nullus repetendus est, infertur vt hic nu.10, 27
Actus positiuus vbi accedit ad scientiam, & patientiā tunc sciens & patiens videtur consentire. nu.6, 259
Actus quilibet attribuitur ordinanti, & non exequenti.nu. 18, 193
Actus quilibet potius fieri præsumitur ex causa naturali veluti potētiore, quàm accidentali. nu.31, 97
Actus quilibet præsumitur iustus, si est factus à personis honestis, & circunspectis, etiam quòd prima fronte videatur iniquus.nu.45, 129
Actus, qui prima fronte præsumit iniustus, non valet etiā, quod certo casu iustificari possit, nisi fuerit factus à persona circūspecta.nu.3, 198
Actus secundarius à primitiuo regulatur.nu.3, 219
Actus, vbi de natura sua est reuocabilis, reuocandi facultas tunc per contrahentem tolli non potest.nu.5, 219
Actus, vbi factus repetitur, præsumitur gestus ab eo qui ad id tenebatur. nume.7, 243
Actus vbi de sui substantia est reuocabilis, non potest quis etiam cū iuramento à se facultatem eum reuocandi remouere.nu.2, 293
Actuum pluralitas non præsumitur, nisi probetur. nu.13, 71
Ademptio vnius rei non sequitur, per alterius rei ademptionem, quando res sunt separabiles. nu.7, 132
Aditionem hæreditatis non requirunt, quæ iure separato, ab hæreditatis aditione acquiruntur. nu. 5, 84
Administratores legitimi quamuis habeant liberam administrationem cum generali potestate: tamen non possunt donare, nec dilapidare, nec vniuersitatē obligare ad id, ad quod nō tenebat, nu.5.& nu.7 389
Administrator publicus vel procurator voluntarius, vel necessarius contrahens cū aliquo nomine officij, nunquid obligetur suo & pprio nomine, vel obliget tantum dominum, dic vt ibi & nun.8. quod limita vt nume.10. nume.1, 389
Aduersarius quomodo durior constituatur.nu.6, 26
Adulterium maius est stupro. nu.21, 2
Adulterium probatur per testes singulares. nu.22, 2
Aedificans in solo iurisdictionali alicui9, illius efficit subditus.n.102.359
Aedificās in solo iurisdictionali alicuius, illius efficit subditus.nu.20, 387
Aequalitas inter liberos nunquid potius seruari debeat, quàm voluntas patris eos inæqualiter instituentis. nu.13, 316
Aequitas & iustitia naturalis idem sunt, vnde semper pronunciandū pro eo, pro quo pugnat iustitia naturalis. nu 33, 147
Aequitas multoties in statutis & legibus pro æqualitate ponit. n.5, 100
Aestimatio cōis non singularis attenditur quāti res vendi pōt nu.17, 43
Aestimatio fundi, non secundum numerum, & mensuram sed secūdum bonitatem & qualitatem fit nu. 4, 6
Aestimatio quanti plurimi tunc per totum tempus moræ debetur, cum frumentum debetur in genere, secus si in specie debeatur. nu.5, 279
Aestimatio rei nunquid & qñ cesset re perempta, & qñ non. nu.6, 279
Aestimo renunciare nemo potest. nu.15, 107
Aestimum prętextu alicuius alienationis de parcella venditoris eleuari non debet nisi ponatur ad æstimum alicuius idonei emptoris qui ad soluendum collectas cogi possit nu. 3, 301
Aestimum & non possessio in collectis soluendis attendi debet tanquā sit causa finalis & nu.8.nu.5, 302
Aetas grandior in honoribus, dignitatibus, pręeminentijs, electionibus, & suffragijs nunquid sit præferenda: dic vt nu.30. nu.3, 378
Aetas maior facit digniorem inter æquales.nu. 22, 78
Aetatem probare debet: qui ętatem allegat, præsertim, vbi ipsa est fundamentum intentionis allegantis nu.13, 98
Agens contra filium propter abstinendi beneficium, etiā quòd filius nō opponat, probare debet eum esse hæredem.& nu.11.& nu.12, 25
Ager ijsdem regionibus circunscriptus, & eodem nomine nuncupatus vnius fundi loco est. nu. 20, 4
Ager vectigalis vel emphiteoticus etiā inter socios indiuiduus est n.5. 6
Agrum alienum nunquid & qñ inuito domino vel prohibente, etiam vi adhibita ingredi licet, vel non, ibi, & nu.1.& 5.& 7.& per totum. 390
Agrimensor in eius relatione iurare debet, intellige vt nu.7. & 8, 27
Alienās prohibita alienari ex pacto, tenetur parti ad interesse, nu.4.259
Alienare prohibitus, & pignorare prohibitus censetur.nu.5. 149
Alienari vbi vniuersa per fideicōmissum prohibentur, tunc alienata per prohibitum sibi in legitimam compensantur. nu.27. 135
Alienari vt non possit in ecclesiam, vel alium potentiorem, potest Dominus rei suæ legem imponere.nu.11. 106
Alienare, qui non potest, nec actū facere potest, per quem deueniri possit ad alienationem. nu.14. 169
Alienatio ante cōmissum crimen facta valet, nisi facta fuerit in fraudem fisci. nume.1. 183
Alienatio generalis omnium bonorum ita valet, & transfert dominiū, sicut specialis nu.3. 309
Alienatio prohibita fauore personæ prohibitæ, ad alienationem ex delicto factam non porrigitur.nu.5. 133
Alienatio, quando est prohibita fauore alterius, tunc delinquendo quis non potest alienare. nu.20. 134
Alienatio rerum minoris non firmatur per decreti interpositionem, vbi interponentis potestas deficit, licet interponens auctoritate & probitate præemineat. nu.30. 338
Alienatio rerum, quæ minori seruari debent propter prohibitionem testatoris & legis, veluti domus vel castri, iuramento non obstante est rescindenda, etiam quòd de læsione vltra dimidiam non appareat, & nume.15.& nu.21. 337
Alienatio, sicut ex bonis fideicommisso subiectis fieri potest, vt dos filiæ constituatur, ita ex eis filius legitimā detrahere potest, tanquàm sibi quasi debitam, & per consequens alienare, vt nu.28.& nu.32. 135
Alienatio vbi est prohibita bonorū immobilium, & cæterorū, nunquid per illā dictionem cæterorū etiam mobilia cōprehendātur. nu.6. 248
Alienatio vbi est vsq; in perpetuum prohibita respectu descendentium, tunc omnes descendentes in perpetuum sunt vocati nu.30. 143
Alienatio vbi ex conuentione prohibetur, vt impediatur dominium in emptorem, & fiat retranslatio dominij, necessaria est cautela, quod in casu cōtrauentionis dominium reuertatur, & alienans constituat ex nunc se pro paciscente possidere.nu 2. 141

Alienationem,vbi testator prohibet per fideicomissum, tunc delinquendo quis grauatus non potest alienare.nu.19. 134
Alienatione prohibita omnis seruitus prohibita intelligitur.nu.18. 207
Alienationis facultas vbi datur etiam simpliciter, semper liberè cõcessa censetur,& nu.7.& nu.9. 139
Alimenta non præsumitur absens præstitisse nisi probet, nu.32. 178
Alimenta præsumuntur ab eo præstita, cum quo quis moratur & vixit, eo,qui alitus est,incapace ad se alendum existente. nu.31. 178
Alimenta priuilegiata sunt dñr,etiam quod diuiti relinquatur,nu.5. 261
Alimentorum legatum piam causam non continet,sed in generali legatorum ademptione comprehenditur, nisi pauperi pro anima relinquatur,nume.5. 303
Aliquid dictio,ad minimum etiam refertur,nu.18. 8
Allodiale prædium à iure generaliter in dubio præsumitur propter suã primæuam originem nu.3. 111
Alternatiua, vel ponitur inter diuersa substantia, & similia qualitate, nume.12. 261
Annuus reditus quomodò licite constituatur,nu.10. 40
Apocha iuuata comparatione literarũ facit semiplenam probationem, adeò quòd producens,vt contra debitorem obtineat,potest petere iuramentum suppletiuum, nu.1. 339
Appellans licet dicat sententiam iniustam & iniquã,tamen iudex à quo non potest agere iniuriarum contra eum, licet sententia conformata fuerit,nume 3. 271
Appellans non cum solis Apostolis, sed cum omnibus actis & momentis debet comparere,nu.13. 123
Appellans vbi de nullitate dicit, & iudex pronunciat bene iudicatum,& male appellatũ, tunc non debet amplius de nullitate quæri, quod declara vt ibi, num.31. 227
Appellari sicut à sententijs Imperatoris non potest, ita nec ab his, qui de iure,vel de facto superiorem non recognoscunt,amplia vt num.4. & nume.7. 293
Appellari vbi non potest si supplicari possit, illa supplicatio non operatur,quin sententia executioni demandetur, nu.9. 294
Appellare se à sententia, qui non curat, videtur sententiam cõsentire,& iudicio suo iudicatum confirmare,nu.19. 123
Appellatio ab Imperatore ad Papam regulariter non fit, nu.37. 23
Appellatio ab interlocutoria vbi interponitur,iudex tunc non prohibetur innouare,donec ei fuerit prohibitum, nu.13. 192
Appellatio ab interlocutoria non impedit interlocutoriæ executionem, nisi iudex à quo detulerit,vel prohibeatur per superiorem, aut appellatio postmodum iustificetur,nu.2. 251
Appellari ab omni possessorio merè concludenti de iure Canonico,& quod nõ fit de iure ciuili inuentum potest in quolibet foro. nisi illud remedium loco interdicti succedat, nu.4. 212
Appellatio à sententia lata super mero possessorio de iure ciuili non admittitur,secus de iure Canonico,vt nu.8.& nu.10. 251
Appellatio à sententia prætoris,vbi de speciali iudice appellationis non est prouisum,ad eum,qui pretorem deputauit est dirigenda,& appellatio est causa mixti imperij & nu.74.& nu.183. 356
Appellatio ab interlocutoria interposita, licet requirat causam nominatim exprimi, tñ si dicatur, grauastis me, vt constat ex tali parte actorum,sufficit,absq; alia speciali causæ expressione, nu.14. 142
Appellatio est de reseruatis supremo Principi, quod nunquàm præscribitur,nume.24. 242
Appellatio extraiudicialis vt teneat,siue verbo siue facto appelletur, debet interponi intra decendium, nu 5. 291
Appellatio extraiudicialis prouidet tantum, & succurrit aduersus futura grauamina, non autem ad præterita, & in hoc differt à iudiciali, nume.14. 292
Appellationis extraiudicialis vim tunc demum habet destinatio nuntij, & arreptio itineris ad superiorem,si seruantur ea,quæ in appellatione seruari debent,aliàs secus,& nu.1.& nu.4 291
Appellatio debet fieri ad proximũ immediatè superiorem, ad quem spectat iurisdictio,nu.73. 356
Appellatio de iure communi à sententijs vasalli ad Principem est dirigenda,nume.5. 304
Appellatio expressa si hodie non tenet,nisi causæ exprimantur, & apostoli petantur,tanto minus tacita,nu.2. 291
Appellans in possessorio pendente appellatione non debet cõmodo suæ possessionis priuari, sed gaudere, & spoliatus debet restitui per viam attentati,nume 7. 251
Appellatio in remedio possessorio Canonis reintegrandæ nunquid impediat snæ executionem,& nu.1.& nu.3.dic vt nu.4.& 13. 251
Appellatio interposita à sententia lata in possessorio, vbi per iudicem à quo simpliciter admittitur,valet.secus si addat clausulam, si & quatenus iuris sit,nume.5. 212
Appellatio licet in causa capitali possit per alium interponi, tamen ipse reus personaliter debet prosequi, & nu.6.& nu.8. 192
Appellatio licet recepta non fuerit per iudicem à quo rationabilibus ex causis,tamen interim nihil debet innouare,nu.6. 251
Appellatio ligat & suspendit iurisdictionem primi iudicis, nu.5. 251
Appellatio rei est gñalis,& sub ea veniunt iura & actiones nu.14. 249
Appellatio vbicunq; à grauamine extraiudicialiter illato interposita,sicut ab interlocutoria, non deuoluit nec suspendit iurisdictionem primi iudicis,nisi secuta iudicis appellationis inhibitione, nu.7. 203
Appellatio vbicunq; à sententia interponitur siue sit admissa siue non, cognitio tunc est iudicis ad quem, vtrum appellatio deuoluat nec ne. nume.6. 212
Appellatio vbicunq; prohibetur propter priuilegium & fauorem personæ,non intelligitur prohibita supplicatio,quæ fit Principi.nu.3. 304
Appellatio vbi remota existit ex pacto,paciscens non potest supplicare, secus si remota sit ex priuilegio & nu.4. 304
Appellatio vbi est nulla attentata non reuocantur,imò nomen appellationis non meretur. nu.3. 291
Appellatio,vtrum si recipienda,nec ne,statui potest parte absente,quod quomodo intelligatur vide in nu.28.& sub nu.30.nu.12. 136
Appellatio,vt attentata contra vel post appellationem extraiudicialem reuocentur,oportet,quòd sit interposita ex verisimilibus, & probabilibus causis,alias non iustificatur,nec attentata reuocantur,nisi de veritate causæ doceatur,& nu.8.nu 6. 291
Appellatione à victo interposita succurritur vincenti,circa omissionem expensarum à iudice factã,à qua vincens appellare non debet, sed petere sententiam reformari quantum ad expensarum emissionem. & interposita appellatione vti. nu.11. 27
Appellatione pendente attentasse non dicitur, qui de iure cõmuni possidere præsumitur,imò sua vti possessione censetur.nu.11. 292
Appellationis iudex non habet aliud cognoscere, nisi quomodo primus iudex se habuerit in iudicando.nu.35. 228
Appellationis iudex non potest supplere defectum processus, qui totus est ineptus.num.33. 228
Appellationis prohibitio à Principe habẽte iura imperij à Cęsare,nunquid procedat in eius senatu,& si appellatur à senatu, ad quem sit appellandum & nu.12.nu.10. 294
Appellationis reiectio licet à primo iudice parte non citata fieri possit, executio tamen sententiæ eo modo fieri nequit.nu.32. 138
Aquam ex fundo meo,qui aquæ ductum debet,pro eo fundo cui seruitutem debeo,ducere quis non potest. extende vt hic, nu.6. 21
Arbitramentalis sententia iuncta compromisso vicem transactionis sustinet,quæ vbi est approbata,& emologata,dicitur propriè & verè transactio.vt nu.9.nu.8. 64
Arbitraria pœna in se continet conditionem,si declarabitur, & quantũ, & quia est incerta,per leges non suppletur.nu.13. 332
Arbitramentum fit iniquũ, vbi arbitrator excussionis exceptionem reijcit,nume.8. 114
Arbitrator rem non comprehensam in compromisso in iudicando apponere non potest, nec partem cogere pro re sibi adiudicata aliam rem quàm pecuniam præstare.nu.4. 194
Archidiaconus quod præcedat Archipresbyterum quomodo procedat. nume.10. 379
Archiepiscopus,vt iudex appellationis, non potest exercere iurisdictionem in subditos Episcopi nisi appellatione interposita,& coram ipso debitè introducta,nu.5. 241
Argumentum ab assuetis est firmissimum.nu.5. 243
Argumentũ à contrario sensu valet,& in legibus,& in statutis.nu.32. 9
Argumentum à cõtrario sensu ex statutis validum sumitur.num.3. 243
Argumentum à communiter accidentibus valet.nu.11. 132
Argumentum à denominatione sumptum sustinetur.nu.10. 350
Argumentum, à dote ad cæteros contractus, validè sumi non potest. nume. 24. 53
Argumentum à qualitate ad quantitatem rectè proeedit. nu.6. 216
Argumentum à sententia ad testamentum valet. nu.22. 15
Argumentũ à simili nõ procedit,vbi correctio iuris inducitur.nu.9. 303
Assigno verbum quid importet,nu.5. 36
Augmentorum legatum piam causam non continet sed in generali legatarum ademptione comprehenditur, nisi pauperi per anima relinquatur.nu.5. 303
Argumentatio à Signis accidentalibus non arguit de necessitate. nume.124. 361

B

BAnni sententia,& bonorũ confiscatio, lata contra minorem contumacem,nullo curatore dato valet,vigore statuti habẽtis contumacem pro confesso,nu.1 164
Banniri potest filiusfamil. ex contumacia patris consensu irrequisito. nume.13. 167
Bannitus & contumax, qui secundum statuta ciuitatum habentur pro confessis,post tempus banni de crimine non audiuntur.nu.9. 167
Bannitus, vbi in ciuitate toleratur morari, non potest licitè offendi, ex forma statuti,quia tolerantia præbet ei securitatem. nu.22. 87
Bannum contra minorem indefensum latum, valet, & est perpetuum donec in integrum restitutus contumaciam purgauerit, & nume 6. nume.3. 164
Bannum, quod cõtra minorem ex forma statutorum hodie imponitur, succedit loco annotationis bonorum.nu.5. 166

Bannum,quod fertur sub conditione, & est reuocabile,dicitur sententia interlocutoria,secus si feratur contra contumacem vigore statuti habentis contumacem pro confesso & conuicto,& nu.7.nu.6. 166
Bannum pro vulnere non mortali etiã illato ex proposito,nunquid imponi possit,& nu.4.nu.2. 287
Bannum,quod depromitur contra confessos per cõtumaciam vigore statutorum,est sententia diffinitiua,& irreuocabilis.nu.10. 167
Bannum sicut contra minorem indefensum contumacẽ valet,ita & confessio,quam fingit statutum propter minoris contumaciam, etiã sine curatoris auctoritate,& nu.12.nu.9. 165
Bannum statuto existente,quod quando,quis bannitur citari debeat compariturus ipse vel alius pro eo,valet,etiam si citatio fiat forma statuti non seruata.nume.23. 167
Bannum,vbi statutum habet contumacem pro confesso, contra minorem curatore carentem latum valet, quamuis beneficio restitutionis subiaceat.nu.3. 162
Baronis homines ad seruiendum Baroni, & regi requisiti, magis regi quàm baroni seruire tenentur. nu.18. 22
Bartoli dicta continent substantiam veritatis.nu.25. 5
Belli timor & suspicio ipsi bello adæquantur, ideò in timore belli debet mercedis remissio fieri conductori.nu.11. 301
Benefacere alteri nemo tenetur,nu.10. 49
Beneficij collatio sicut potest per testes probari sublata scriptura, ita & eius renunciatio.nu.2. 239
Beneficium abstinendi filium à damno præseruat,præter id,quod ex sua culpa & negligentia filius incurrit.nu.5. 25
Beneficium Principis collatũ in eũ, qui ei recognitionem facit de feudo rei alienæ,quũ transeat in contractũ,reuocari non potest,nu.17. 326
Beneficium Principis concessum personæ nõ morienti est reale, & perpetuum,nume.15. 326
Beneficium vbi eodem die duobus est collatum, tunc is præfertur, qui præcedit in hora,nu.5. 160
Bona,vbi nõ reperiuntur à priuatis occupata,præsumuntur esse vniuersitatis vel Domini in cuius territorio situata sunt,nu.30. 79
Bona vbi sub nomine vniuersitatis ex l.dispositione transferuntur,intelliguntur transferri cum suo onere,secus in contractibus, nu.10. 290
Bonorum confiscatio futura bona non complectitur,sub nu.12. 184
Bonorum debitoris excussio, in iudicio cõtra tertiũ possessorẽ intentato facta sufficit ad probandum debitorem nõ esse soluendũ.nu.6. 141
Bonorum possessio decretalis, vbi agnoscitur coram iudice, alicuius citatione non indiget.nu.9. 90
Bonorum possessio decretalis sicut nõ tribuit ius petenti nisi sub hac ditione si ius habeat is,qui sibi fecit eã decerni,ita & in homagio.n.18.91
Bonorũ possessio decretalis ex eo decernitur sine partis citatione, quia nullum aduersanti præiudicium fertur, sed præfertur quotiescunq; se potiorem ostendit. nu.22. 137
Brachium seculare in iniustis suum auxilium non impertitur, & nu.10. nume.4 136
Brachium seculare non imploratur, nisi vbi contra condemnatum partes ecclesiæ nihil vlterius facere possunt.nu.36. 138
Brachium seculare vbi imploratur per incompetentem delegatum, nõ debet præstari, tunc delegato tali aliquod ministerium obediẽtiæ, vel executionis per iudicem à delegato requisitum.nu.38. 138

C

CApitulum ratificando factum & delictũ prælati,obligatur Amplia,vt nu.4.&.5.nu.3. 31
Cadens tanquàm creditor,quum non sit nunquid pœna falsi teneatur.nume.11. 257
Calculi error,vsq; ad sententiam reuideri potest. nu.3. 26
Canonicus ecclesiæ cathedralis præcedit canonicum alterius ecclesiæ ratione loci,& ex eo quod assidet Episcopo,nu.47. 377
Canonicus ecclesiæ cathedralis quare præcedat canonicũ inferioris ecclesiæ dic vt nu.51.nu.14. 379
Carceratus interposita appellatione apud iudicẽ à quo non detinet,nisi ipse in loco iudicis appellationis carceres habet aliàs secus.n.16. 193
Carceratus vbi se appellat ab interlocutoria seu grauamine apud iudicẽ à quo detineri debet donec sit de iniustitia cognitum secus si à definitiua,quod declara,vt nu.12 &.14.nu.7. 192
Carceribus iniuste detentus,impune à carceribus aufugit.nu.14. 47
Carceris effracti pœna non habet locum,vbi custodum negligentia carceratus aufugit.nu.15. 7
Carceris violator est, qui non per hostium, sed per muros exit, & pœna capitis tenetur,quod intelligitur vt nu.17. nu.16. 48
Castrum à iure non habet pertinentias aliquas limitatas, nisi quatenus ab homine vel consuetudine sibi reperiatur assignatum. nu.25. 78
Castrum est nomen vniuersale,vnde eo concesso veniunt quæcunq; accessoria,& ad illud pertinentia,& tanto magis si pleno iure fuerit concessum vt nu.33.nu.23. 73
Castrum in feudum recognoscens intelligitur etiam territorium recognoscere.nume.35. 79
Castrum vasalli, dominus in aliam formam conuertere nõ potest inuito vasallo,etiam si meliorem reponat.nu.18. 95
Castrum vbi in feudum conceditur,cũ meri imperij reseruatione,pecuniariæ,cũ sint mixti imperij Vasallo applicabuntur,bonorum aũt publicatio cõcedenti, quia publicatio bonorũ est meri imperij. n.27.78
Castrum,vbi in feudum conceditur per verba pleno iure,vel alia habentia ampliatiuum significatũ veluti cum omni iure, vel integro statu, tunc ei accedunt territorium, & alia omnia accessoria & pertinentia, vt & nu.36.nu.34. 79
Castrum,vb in feudum conceditur talis concessio intelligitur facta cum castri pertinentijs,ideò, vrbana & prædia rustica, molendina, ac alia debent ad feudatarium peruenire, sicut ipsum castrum. vt & nu.26. nume.22. 73
Castrum vbi in feudum conceditur, videtur etiam concessum territoriũ cum omnibus dependentibus,& connexis, & alijs iuribus sibi competentibus,sicut erat penes concedentem nu.29. 79
Castrum vel villa licet de iure communi territorium distinctũ non habeant,hodie tamen de consuetudine habere possunt.nu.31. 352
Capitulum ratificando factum & delictũ Prælati obligatur. Amplia vt num.4.& 5 nu.3. 30
Cauere qui compellitur de non offendendo, si iurat fideiussorem inuenire non posse,tunc standũ est eius iuratoriæ cautioni.nu.9. 308
Causa ad actus essentiam requisita, vere probandum est, nec confessio iuuat.nume.7. 28
Causa antiquissimæ vetustatis nõ est quærenda,nec haberi potest in his, quæ præsentem hominum ætatem excesserunt.nu.29. 96
Causa cognita id fieri dicitur, quod parte præsente fit, vel contumace. nume.21. 137
Causa confirmans superueniens, actui inualido robur ministrat, & nume.8.ac 12.num.6. 70
Causa finalis ex proœmio contractus indicatur.nu.12. 297
Causa iusta litigandi excusat à mora,& ab interesse. nu.2. 279
Causa mediata,& immediata vbi cõcurrunt, tunc causa immediata magis attenditur.nu.25. 282
Causa possessorij licet non sit summaria, tamen dicitur summaria respectu probationum,quæ leuiores sufficiunt. nu.9. 145
Causa vbi cognoscitur iuris apicibus remotis,ordinis præposteratio allegari non potest per conuentum,vbi de causa ad causam in eadem persona existat,secus si de persona ad personam.nu.10. 114
Causa vbi est cœpta,impedimẽtum superueniens non excusat, quinetiã in causis arduis,quis teneatur mittere procuratorem,nu.5. 225
Causa,vbi simpliciter commissa est alicui super iuribus litigantium, seu super tali re,tunc talis commissio continet & petitorium, & possessorium,& ita super vtroq; iudicandum,secus si tantum causa possessionis esset commissa, vt nu.4.nu.1. 69
Causæ finalis & impulsiuæ diffinitio.nu.11. 297
Causæ spirituales & ecclesiasticæ, vbi corã iudice seculari tractantur debent decidi secundum eorum leges & consuetudines.nu.7. 315
Cautela Bald.ad operãdum quòd legatum factum monialibus cũ onere recipiendi aliquam in sororem sustineatur. nu.12. 311
Cautela Bart. de qua ibi ab Aret. reprobatur.nu.9. 310
Cautio de non offendendo,vbi ab eo postulatur, qui timet offendi, non præstatur,nisi sequuta iusti timoris cognitione.& nu.5.nu.3. 307
Cautio iuratoria cũ pœnæ adiectione, nunquid sine fideiussore sufficiat, attenditur qualitas personarum,& causa suspicionis,quod arbitrio iudicis committitur & nu.10.nu.7. 308
Cedens quicquid habet in tali loco, nihil transfert in cessionarium, nisi constet de iure cedenti.nu.30. 104
Censum annum an sine labe vsurarũ emere liceat, vbi decima pars æstimationis rei percipitur quolibet anno,an vero ad legitimam quantitatem reduci possit. Intellige vt nu.5.&nu.10.nu.4. 42
Censum seu reditum annuũ quis emere potest ad tempus vitæ suæ minori pretio, quàm valeat, etiam si ei contingat multum lucrari, quia ratione dubij euentus id permittitur, quod aliàs non teneret, secus si transitiue ad heredes emptio talis fieret, vt nu.14.nu.13. 43
Census præstatio quomodo præscribatur.nu.13. 19
Census solutio,quñ fit eodem tempore cũ alijs,qui soluũt censum ratione subiectionis,intelligitur facta eadẽ de causa subiectionis nu.79. 356
Centenaria præscriptio,& lõgissimi tẽpis qualiter fit ꝓbãda.n.120. 360
Certitudo lucri non est de genere prohibitorum, dummodo honestum sit lucrum,num.12. 40
Cessio actionũ facta in potentiorẽ an teneat,infertur vt nu.11.n.10. 29
Cessio bonorum num æquitate & rigore innitatur, an alterutro tantũ, & nume.23.num.2. 313
Cessio facta à laicis in ecclesiasticos cum pecuniæ interuentu, est nulla, tanquàm simulata.nu.11. 139
Cessio facta in clericum pretio mediante,à iure improbatur.nu.9. 150
Cessio vsusfructus licet non valeat,tamen,vt sustineatur debet intelligi de commoditate. nu.7. 206
Chronicis & historijs de rebus gestis est credẽdum, & nu.91.nu.41.353
Citatio ad essentiam priuilegij non est necessaria, sed bene cum proceditur ad vlteriora. nu.10. 90
Citatio aduersarij in extraordinarijs & extraiudicialibus non requiritur. nume.23. 137

Citatio causæ ciuilis continens pœnam confiscationis bonorū, vel mortis, potest contemni, etiam quod Principi sit concessa. nu.18. 269
Citatio continens formā inconsuetam de iure sperni potest. nu. 19. 269
Citatio continens pœnam publicationis feudalium & allodialium, quā non teneat respectu feudalium,& quando sit. nu. 2. 267
Citatio facta alicui de comparendo in die feriato est nulla, nisi casus exprimatur, quo eo tempore procedi possit,& nu.39 nu.30. 128
Citatio etiā facta maiori si sit nulla contumacem nō reddit. nu.26. 163
Citatio & sentētia quomodo circa expressionē causæ differāt.nu.40. 129
Citatio facta generaliter super crimine,non addita criminis specie,nunquid valeat, vel nunquid sufficiat reum citari ad respondendum cuidam inquisitioni contra eum formatæ.nu. 15. 269
Citatio facta pro interesse fisci non tenet, tanquam facta in genere generalissimo,nisi iustificaretur per subsequētem accusationem, vel inquisitionem. nu. 16. 269
Citatio illius cuius interest,non solum in iudicialibus requiritur,sed etiā extraiudicialibus vt sub nu. 1. 89
Citatio illorum,qui interesse prætendere possunt,non solum in iudicialibus,verum etiam in extraiudicialibus requiritur. nu.23. 260
Citatio in executione sententiæ requiritur, quod limita vt nu.16. 17.& sub nume.33. 137
Citatio in notorijs,& ordo iuris non requiritur.nu.18. 135
Citatio iudicis Laici in clericum, etiam quod clericus non compareat, non ligat. nu.16. 35
Citatio,licet prohibita sit ex pacto Principis inuestientis,tamen cū tale pactum non teneat adhuc fieri potest,nu.7. 305
Citatio nisi sit per causam iustificata nō arctat citatum vltra, vel præter ius commune. nu.13. 269
Citatio minoris in criminalibus fieri potest curatore irrequisito,quo nō comparente vigore statuti habetur pro cōfesso,& conuicto, & ad sententiam venire potest alio non expectato,& nu.8. nu.6. 162
Citatio nō solū in iudicialibus est necessaria vbi agitur de alterius præiudicio,sed etiam in extraiudicialibus. fallit, vt nu.154.nu.20. 350
Citatio,quæ prima fronte habet iniustitiam in se, licet aliquo casu possit iustificari, tamen non valet, nisi sit facta à iudice valde circunspecto. nume.4. 198
Citatio principalis personæ,quæ est iudicij fundamentum, interuenisse præsumitur in sententia,quę in iudicatum transiuit, etiā si fuerit lata contra absentem. nu.5. 130
Citatio quælibet de iure hoc habet, vt citatus compareat legitime ipse vel alius pro eo. nu.21. 167
Citatio,quæ fit de iure gentium,& quæ de iure ciuili. nu.7. 312
Citatio partis in his,in quibus pars lædi potest, quæ posset cōtra dicēdo actū impedire,necessario dēt pcedere,aliàs actus nō valeret.nu.14. 136
Citatio prima si sit nulla,reliquus processus non tenet, sub nu.26. 163
Citationes inductę de iure ciuili sicut lege vel statuto tolli possunt ,ita dominium de iure ciuili introductum. nu.8. 312
Citatus à Principe,si compareat non vt citatus,sed sponte, nunquid delictum punibile committat & nu.4.&.11.nu.1. 270
Citatus à Principe,si cōparet nō vt citatus, sed spontè vel vt missus,nunquid dici possit rebellis,vel crimē læsæ maiestatis cōmisisse.nu.1. 273
Citatus licet regulariter possit per procuratorem comparere, nisi iusta ex causa præsentia personalis requiratur,tamen fallit vbi quis citatur mandato Principis etiam quod causam non expresserit, & quare nume.6.nume 5. 198
Citatus non parendo magistratui facit contra ius naturale, & diuinum, in quo iure errans, à pœna non excusatur etiam si mulier sit vel rusticus. nume.1. 277
Citatus vbi iuris sui conseruandi gratia aliquid facit, pœnam aliquam non incurrit.nu.2. 274
Ciuis nobilioris ciuitatis quando præcedere dicatur ciuem inferioris ciuitatis,declara vt in nu.15.nu.52. 379
Ciuis nobilioris ciuitatis quod præcedat ciuem inferioris ciuitatis quomodo procedat.nu 48. 377
Ciuitas,castrum,villa,& burgus per homines se spontè congregantes,& ædificijs collatis constitui potest, cum licentia tamen superioris. vt nume.100.nu.3. 349
Ciuiuitas contra sniam curso quadriennio non restituitur.nu.46. 129
Ciuitas,ducatus,& comitatus possunt per Cæsarem in feudum concedi etiam in præiudicium alterius,& iuris ex præscriptione immemoriali in mero Imperio per eas quæsiti,vt nu.52. nu.50. 354
Ciuitas habens fiscum, carcerem, animaduertens gladio vltore in facinorosos,& superiorem nō recognoscens, ac statuta pœnalia condens dicitur libera,& habere merum & mixtū imperium. dic vt sub nu.55. &.132.nume.9. 150
Ciuitas libera de facto Imperatorem nō recognoscens habet magnam dignitatem,& legibus scriptis nō subijcitur,& in suo territorio ea potest,quæ Imperator in vniuerso imperio.nu.23. 374
Ciuitas passa Tyrannum cui resistere nō potest, non censetur eius factū approbare. nu.9. 31
Ciuitas,prouincia,ducatus, & comitatus possunt per Cæsarem in feudū concedi etiā in præiudiciū alterius & nu. 14. & iuris in mero imperio ex immemoriali præscriptione per eas quæsiti. vt nu.18. nu.12. 386
Ciuitas,quod concedit alicui ciui per statutum,potest illud quandocunque reuocare.nu.18. 95
Ciuitas vbi de viribus præscriptionis agitur,priuati loco est.nu.14. 19
Ciuitas vel castrū de comitatu Principis nunquid possit construere muros,& fortalitium absq; Principis licentia. nu.17. 237
Ciuitas vel castrū,vbi vnitur Marchię,tunc est de Marchia.nu.88. 357
Ciuitatem Princeps vbi donat alicui,videtur eidem donasse etiam districtum,& comitatum cum alijs ad ipsam ciuitatem pertinentibus. & nume.30.nume.27. 73
Ciuitates & prouincias vnire & diuidere potest imperator nu.86. 357
Clandestinitatis vitium non est reale ideo non transit ad successores. nume.178. 367
Clausula,ad habendum tenendum & alienandum per fratres in diuisionis instrumento apposita, videtur sibi ipsis inuicem liberam alienandi facultatem tribuere, adeò, quòd per eam fideicommissum paternū censetur remissum.nu.38. 75
Clausula, amoto quolibet illicito detentore, apponi solita in rescriptis Pontificijs gratiosis,si est apposita in executiuis gratiæ,nō purgat vitiū subreptionis insurgens ex eo, quod non fuerit facta mentio de colorata alterius possessione.nu.5. 248
Clausula constituti traditionem probat.nu.17. 38
Clausula derogatoria nunquàm intelligitur reuocata,nisi constet de reuocantis expressa voluntate.nu.39. 143
Clausula ex certa scientia in Principe pro causa habetur,nu.15. 386
Clausula ex certa scientia & de potestatis plenitudine excludit omnem subreptionem,& vbi princeps vtitur his in concessione, nihil opponi potest,quod vitiet gratiam & nu.162.nu.159. 365
Clausulæ accessoriæ,& executiuæ non habent mutare, nec alterare, vel ampliare principalem dispositionem.& nu.7.& 8 nu 1. 248
Clausulæ accessoriæ in prima dispositione appositæ, intelliguntur in secunda repetitæ. nu.8. 132
Clausula gnāli non obstante,vbi plura obstāt, quorum mentio expressa requiritur non sufficit, aliàs quod remanet defectū inducit. nu.3. 65
Clausula generalis & specialis qn̄ dependet ab eadem causa finali, tunc generalis ad specificata tantummodo accōmodatur,nisi aliter de mente contrahentium appareat,vt nu.20.& 22.nu.17. 174
Clausula generalis in libello apposita, qua petitur possessionis restitutio,complectitur omnia & quæcunq; remedia, per quæ possessio debet restitui,nume.3. 204
Clausula generalis in remissionibus apponi nō potest inuito creditore, nisi quatenus veniret ad robur specialiū: apposita tamen trahitur tantum ad specificata,vt nu.4.nu.9.& 11. 173
Clausula hæc generalis, & alia quacunque ratione, vel causa in instrumento apposita, quum augeant superiora, ad specificata referri non possunt,nume 23. 174
Clausula in fine posita ad omnia præcedentia refertur, vbi nulla potest reddi ratio,cur potius ad vnum quàm ad aliud referatur, nu.4. 10
Clausula ius & iustitiam ministrari in petitionibus operatur, vt omnia videantur deducta, ex quibus intentio actoris ex actis iuuari possit, nume.32. 147
Clausula,motu proprio spontaneam importat cōcessionem,nu.15. 305
Clausula rebus sic se habentibus, & in eodē statu permanētibus in qualibet dispositione attendi debet, nu.16. 126
Clausula rebus sic stantibus, & si res in eadem maneat causa, tanquàm de generalibus in cōtractibus subintelligitur,secus in specialibus, nume.21.vt nu.12. 180
Clausula sola facti veritate inspecta tantū operatur, vt ordo iudiciarius sublatus intelligatur, non vt possit importare præiudicium aliquod circa merita causæ,& probationes, & nu.8. nu.11. 254
Clausula, summariè simpliciter de plano, & sola facti veritate inspecta, in rescripto apposita, tollit tantum solemnitatem ordinis iudiciarij, quam Princeps seruare non tenetur, non autem ius partibus quęsitum,nume.13. 115
Clausula posita in fine,refertur ad præcedētia,maximè quando non stat principaliter per se,sed accessoriè & continuato sermone prolata, nume.12. 219
Clausula,pro se & quibus dederit, in inuestitura apposita licentiam alienandi fuisse concessam operatur, nisi alienatio in personam prohibitam fiat vt nume. 2. & quæ dicatur persona prohibita vide, nume.1. nume.3. 28
Clausula prædicta summariè, &c. facit vt attendatur in pronunciando quod probatum extitit & non libellatum, nu.4. 309
Clausula summariè & sola facti veritate inspecta tollit ordinem iudiciarium,sed non ius parti quæsitum,nu.2. 308
Clausula sola facti veritate inspecta & clausula summariè de plano sine strepitu & figura iudicij adæquantur in omnibus præter in exclusione iuramenti calumniæ,nu 6. 309
Clerici ab illicita negotiatione in mercando, emendo & vendendo forma non mutata,consistenti prohibentur, nu. 12. 139
Clerici & monachi ad militiam Christi transeuntes, dicuntur arma bellica deponere,sed miles Herosolymitanus ea dicit retinere,n.16. 53

Clerici & monachi quare venari prohibeantur, nu.3. 288
Clerici quum lites materiam criminibus præstare dicantur, alienas non debent suscipere lites quæstus sui causa. nu. 14. 139
Clericus, & monachus ad hoc vt sit feudi capax, non solùm requiritur, quòd non sit electa industria personæ, sed etiã quòd sit datum ad certum seruitium, quod honestè præstare possit, nu. 43. 284
Clericus & monachus quando feudi, & de quo capaces esse possint, nume.1.& 5. 280
Clericus in minoribus etiam constitutus, Iudicis laici iurisdictioni non subijcitur: amplia vt nu.13 nu.14. 35
Clericus mercator, se extra forum suum trahi patiens, & tacens vsq; ad sententiam, ad expensas primæ instantiæ tenetur, etiam quod contra sententiæ executionem dicat se clericum, nu.18. 35
Clericus negotiator tanquam pestis est fugiendus, nu.13. 139
Clericus, qui vult statutis Laicorum vti, cogitur eis vti cum suis qualitatibus, nu.3. 149
Clericus vbi simul cum alijs nõ clericis inquiritur à seculari pro eadem causa, si petit se remitti ad ecclesiasticum, tunc omnes remitti debent, nume.18. 262
Codicilli, & testamentum idem censentur, amplia, vt nu.19.nu.18. 12
Collecta de iure communi imposita personæ pro rebus, non ligat forensem non subditum, licet res possideat in loco, & nu.1.nu.3. 197
Collectæ Solutio vbi non fit per habẽtes prædia pro collectis obnoxia tunc statim potest communitas vel fiscus prædia subhastare & vendere irreuocabiliter, si seruata sit forma dàta a iure municipali nu.1. 301
Collecta habet nouũ & veterem possessorem obligatum electione data communitati quem velit conuenire & nu.4 [illegible] 6.nu.2. 301
Collectæ non imponuntur, nisi ratione iurisdictionis, & earum solutio denotat subiectionem, nu.78. 356
Collectæ, quæ imponuntur propter bellũ superuenieus, dicuntur de munere extraordinario.nu.11. 126
Collectandi forenses vbi cõmunitas consuetudine, vel præscriptione ius acquisiuit, tale ius in eos tantum militat, contra quos d.consuetudine vsum fuit sed non in alios & nu.4.& nu.7. 197
Collectandi personam extraneam ius Villæ, & Castro de iure communi non competit, nisi quatenus de præscriptione, vel cõsuetudine sibi acquisiuerint, nu.26. 113
Collectare potest Princeps suos subditos, & grauare pro custodia terrarum & pro soluendis stipendijs militũ, pro conseruatione status electorum.& nu.3.& nu.6.& 9. 199
Collectari Dominos commune & homines locorum non possunt, sub nume.11. 197
Collectari nunquid possint clerici à Laicis, & quando, nu.11. 197
Collectari quãdo possint Nobiles à commune, & pro quibus oneribus, declara vt nu.12.nu.10. 197
Collectari non debent immunes propter bellum, nisi vrgeat necessitas. & nu.15.& nu.28. 126
Collectarum solutio vbi iam est præscripta eorũ postea solutio soluenti non præiudicat, nisi per annos 40. sit secuta, nu.18. 326
Collectas & onera Dñs subditis imponere non potest, nisi prius crumenam suam euacuauerit, nu.13. 77
Collectas & onera pro ecclesia subire tenetur, qui in ecclesiam bona allibrata transfert. amplia, vt nu.1.& 2.& nu.14. 105
Collectas imponere de iure communi vniuersitati concessum, vt valeat pro causis suis necessarijs, procedit, vt sibi ipsis possint imponere, non autem non subditis vt nu.22.23 113
Collectas soluere vbi quis per sententiã non tenetur, si steterit per longissimum tempus, quòd non soluerit, in quasi possessione non soluendi constitutus videtur virtute tituli præcedentis, per sententiam declarati, nume.6. 122
Colonus in re cõducta malè versans, põt expelli, & nu.2.& nu.3. 8
Collusio, cum colludens falsum cõmittat, & falsum non admittatur sine dolo, nunquam præsumitur nisi detegatur, amplia vt nu.30.n.35. 156
Collusio quomodo probetur, nu.31. 156
Comitatus, vbi in feudum concessum est ab Imperatore alicui, qui, licet postea fiat episcopus, per hoc tamen feudum comitatus non amittit, nume.17. 85
Comitem se asserens sacri Palatij, notarios creans vel spurios legitimans falsum committit, & morte puniendus, nu.42. 80
Commissio alicui facta de aliquo exequendo non vt iudici, sed vt bono viro, citationem alicuius non requirit, nu.26. 137
Communio solet parere discordias, inter eiusdem potestatis consortes, nume.9. 77
Cõparatio adminiculatiua, si legitimè fiat super scriptura priuata, quæ probabiliter potest negari, operatur, vt arbitrio iudicis iuramentum parti in supplementum deferatur, nu.2. 339
Comparatio literarũ nunquid à iudice possit alteri committi, nu.6. 340
Comparatio literarum, vt legitimè facta fuisse dicatur, quæ requirat, nume.5. 340
Comparatio literarum inducit semiplenam probationem, & vnius testis dicto suffulta vel iuramẽto partis aduersæ plenè probat. nu.3. 340
Comparatio literarum munita dictis testium asserentium habere notã manum debitoris facit plus quàm semiplenam probationem, & operatur, quòd iuramentum parti defertur licet causa dicatur esse magna, nume.4. 340
Compromissarius tertius electus in casu discordiæ aliorum electorum, non potest pronunciare, nisi constet de discordia, vel nisi lapso termino à partibus statuto, causa remanserit in decisa, nu.10. 214
Compromissi exceptio impropriè dicitur dilatoria, & cũ non impediat cursum instantiæ post litem contestatam potest opponi, nu. 7. 225
Compromissum & transactio æquiparatur, vnde verba illa per partes in compromisso apposita scilicet quod lis esset, de quo fuerit laudatum; nil operantur, vbi lis nõ est, vel ex probabili causa nõn spectatur & nõ valet. nume.34. 171
Compromissum præsumitur verbis enunciatiuis cũ temporis antiquitate concurrentibus, nu.9. 131
Compromittere lites quod affines debeant ex dispositione statuti, quæ ratione fuerit inductum, nu.7. 316
Computatio iusta est erroris causa, nu.6. 27
Conatus potest intelligi cum violentia, & sine, nu.11.& nu.14. 265
Conceptionis tẽpus, in singularibus successionibus, nõ curatur, nu.6. 63
Concessio loci facta dignitati alicuius continet iurisdictiõnẽ, nu 90. 357
Concessio regis de mero & mixto Imperio ac de secundis causis, an priuatiuè fiat, & an reuocari possit, nu.34. 23
Concessio sequens priori non derogat, nisi de prima specifica mentio fiat, nume.8. 66
Concessio sicut ad nondum natos descendentes trahitur, ita facultas apprehendendi possessionem concessæ rei propria auctoritate data videtur, nume.6. 148
Concessum ad tempus, post tempus est prohibitum, nu.4. 17
Conclusio causæ non impedit probationis iam factæ declarationem, nume.31. 224
Concubina ab vxore sola dignitate præstat, nu.2. 317
Concubina alterius potest proximiori suo ab intestato succedere, & donatione coniuncti, omnia bona cognati sui habere, nu.7. 202
Concubinatus non dicitur delictum de iure ciuili, secus de canonico, nume.16. 314
Concubinis proprijs & meretricibus vbi per militem & clericum factũ est legatum, propter turpem suspicionem nõ valet, secus de aliorum concubinis, vt nu.4.& nu.6.& 8. 201
Condemnari nemo potest de iure communi sine clara & aperta criminis probatione, secus ex dispositionibus statuti, vel consuetudinis, nume. 11. 185
Condẽnatio quælibet, & mulctæ sunt fructus iurisdictionis, nu.15. 242
Conditio affirmatiua & negatiua quid importent, & quomodo intelligantur ibi. & nu.10.nu.12. 187
Conditio apposita in legato monialibus facto si recipiant aliquã in monacham, tanquam turpis debet reijci, puro legato remanente, cum nu.11.& nu.13. 310
Conditio apposita per testatorem si sine liberis ex legitimo matrimonio procreatis decesserit verificatur, etiam quod decesserit cum filio legitimato, nu.1. 286
Conditio impossibilis adiecta institutioni vel legato fauore vltimarum voluntatũ reijcitur legato & institutione pura remanẽte, nu.14. 323
Conditio in institutione posita, an in substitutione repetita censeatur, nume.8. 17
Conditionalis substitutio ante conditionis euentum nõ transmittitur ad hæredem substituti, nu.16. 188
Conditiones debent impleri in forma specifica, & non per æquipollens, nume.14. 320
Conditionis pẽdentia etiam in filio impendit transmissionem, secus in pendentia diei, nu.9. 187
Conductor, cui impeditur vsus rerum propter quas principaliter fuit facta conductio, liberatur etiam à pensione rerum principaliter, & propter se non locatarum, dato, quòd vsus earum ei non prohibeatur, & nume.6.& nu.7. 300
Conductor domus, cum pacto, vt etiam quòd dominus domo indigeat, non expellatur, expelli nequit, nu.19. 9
Conductor propter molestias & damna sibi à militibus illata in rebus conductis, potest à conductione migrare, & mercedis consequi remissionem. & nume.3. etiam si omnibus exceptionibus renunciasset, vt nume.1.nume.10. 300
Conductor, qui pro persona sua & rebus saluandis res deserit alienas, est tantum in culpa leui, & ad mercedem non tenetur, nu.4. 300
Conductor vbi impeditur re locata frui ex facto tertij, quem prohibere locator non potest, siue factum sit iustũ, siue iniustum debet fieri mercedis remissio pro rata, quod intellige, vt in nu.8.nu.9. 301
Conductor vbi ratione locationis liberatur, nunquid etiam virtute verborum generalium in liberatione appositorum, liberatus à mutuo in pecunijs & alijs rebus facto censeatur, vide ibi, & declara vt nume.1. nume.24.& sub.nu.25. 173
Confessio administratoris, debiti vel alterius iuris simpliciter facta assertiua vel abnegatiua domino non præiudicat, secus de recepto. intellige vt sub nu.11.nu. 24. & 25. 169

Confessio administratoris, quãdo est facta ad obligandũ de eo, quod nõ cõsistit in facto ipsius, dño nõ præiudicat. intellige vt nu. 8. & 24. 168
Confessio administratoris si tendit ad liberationem, & consistit in facto proprio fidem facit. sub nu. 8. 168
Confessio administratoris tunc probat contra dominum, quando debitor probat de vera solutione, & accedentibus alijs coniecturis, vt & nume. 19. 20. & 25. 169
Confessio apparens pro parte vera, tota præsumitur, & econuerso vbi pro parte apparet falsa. nu. 26. 177
Confessio creditoris facta super minori summa, quam ei debebatur, eũ non excludit à petitione residui, nisi dictio taxatiua fuerit apposita, nume. 9. 216
Confessio data positionibus referens se ad cõtenta in aliquo instrumento, in quo nihil de cõfessato cõtinetur, nullius est momẽti, nu. 16. 345
Confessio debiti in iudicio facta per conuentum animo soluendi statim impedit litis contestationem: secus simpliciter facta. nu. 10. 226
Confessio debitoris asserentis se prius bona hypotecasse alteri, q̃ Seio, etiam si facta fuerit in iudicio, & iuramento vallata, Seio non præiudicat, nume. 4. 175
Confessio decurionum, licet reip. non præiudicet, tamen magnam præsumptionem inducit super actu de quo agitur. nu. 11. 112
Confessio de recepto ab vno facta, non præiudicat anterioribus creditoribus, nume. 5. 175
Confessio de recepto facta inter sanguinis cõiunctos, sicut donatio, alio non apparente est de veritate suspecta, nu. 6. 175
Confessio de recepto officialis, qui habet potestatem ad recipiendũ pro fisco, statim fisco præiudicat, lapsu 30. dierum non expectato. secus in alio præposito ad recipiendum, amplia vt, nu. 23. nu. 7. 168
Confessio facta in vna causa, non præiudicat cõfitenti in alia, quando d. confessio fuit per sententiam reprobata, vt nu. 9. 70
Confessio ficta à statuto habente contumacem pro confesso, perinde habetur, ac si solenniter esset in iudicio legitime facta, nec in ea requiritur curatoris auctoritas. nu. 4. 166
Confessio inter alios acta tunc tertio præiudicat, quando citatus ad opponendum, non opposuit. nu 8. 213
Confessio mariti de dote recepta, si pro vna parte ꝓbatur vera, pro alia vera etiam esse præsumitur, nu. 15. 244
Confessio mulieris de alimentis ab alio perceptis marito non præiudicat, nisi plenè id probatum fuerit, ab eo scilicet qui mandatum alendi non habeat vt nu. 9. quod declara vt nu. 5. nu. 20. & 23. 175
Confessionem aduersus suam ecclesiæ restitutio non cõpetit, nisi eo tpe confessa fuerit, quo non debuit, vel nisi doceat de errore, nu. 4. 200
Confessioni alicuius statur contra se, sed nõ in eius cõmodũ. nu. 14. 220
Confessio partis dicentis voluntatem testantis interuenisse, sed non solennitatem ei non præiudicat, nisi per aduersarium probato solennitatis interuentu, nu. 11. 240
Confessio patris bonorum filij legitimi administratoris de recepto probat contra filiũ, & eidem nocet, fallit vt nu. 5. & 13. nu. 17. 168
Confessio, qua verbis generalibus creditor asserit esse plenè, & integrè satisfactum, liberat debitorem ab omnibus his, in quibus antea versus ipsum tenebatur. fallit vt nu. 2. nu. 7. 173
Confessio solius tutoris de recepto contra pupillum probat, & e nocet, & num. 9. si tamen contineat verba vere habui & recepi, aliàs secus. vt nume. 18. nu. 6. 168
Confessio subiectionis facta contra libertatem est ipso iure nulla fallit nu. 60. & 63. nu. 17. 350
Confessio testatoris dicẽtis soluisse dotes filiabus si reperitur vera in earum aliquibus, vera etiam præsumitur in alijs. nu. 14. 244
Confessio tunc probat numerationẽ, qñ est facta à principali creditore, & etiam ab administratore quo ad eius præiudiciũ, vt nu. 21. 22. 170
Confessio vnius tunc tertio præiudicat, quando verisimilibus indicijs, & coniecturis coadiuuatur. nu. 24. 177
Confessus in puncto mortis præsumit sine peccato decedere. nu. 19. 154
Confirmantium intentio est aliquid noui non dare, sed tm̃ confirmare tanquam prius habita, & possessa. declara, vt nu. 175. nu. 27. 351
Confirmatio eius quod prius factum est valet vt ex nunc & illic omnia censentur repetita nu. 2. 153
Cõfirmatio est actus superioris, alias inter pares dicitur approbatio vel ratificatio. num. 81. 357
Confirmatio, & reuocatio habent medium non reuocare, intellige vt nume. 16. nu. 15. 14
Confirmatio facta de priuilegio nullo & obreptio nõn tenet, præsertim si sit facta in forma communi: immo in casu cõfirmat, quod est nullum, vt nu. 26. vt nu. 172. 351
Confirmo verbum, alio non expresso, ex sui natura, de infirmo firmum facere. nu. 48. 80
Confiscatio bonorum ad feudum ante condemnationem cessum, & donatum non extenditur, nu. 5. 328
Confiscatio bonorum futura bona non complectitur. sub nu. 12. 184
Confœderatio est promissio facta inter aliquos mutui auxilij aduersus hostes. nu. 23. 84
Consanguineus sicut nec amicus propter affectionẽ causæ non est à testimonio repellendus, licet de fide ob id ei diminuatur. nu. 63. 158
Consanguinitas & sola familiaritas non est sufficiens in delictis ad præsumendum mandatum. nu. 1. 46
Consensus ad actum requisitus, sicut quælibet alia solemnitas extrinseca, ex diuturnitate temporis interuenisse præsumitur, nu. 8. 259
Consensus expressus potentior est tacito, nu. 3. 95
Consensus maiorum quando posteris noceat, & quando non, & nu. 15. & nume. 19. 260
Consensus non extenditur ad ignorata. nu. 196. 370
Consensus tacitus consentienti nõ præiudicat, nisi ex certa scientia interueniat, nu. 22. 327
Consensus tacitus, vt cõsentienti præiudicet, requirit scientiam certam consentientis. nu. 145 363
Consentiens fiendis per aliquem non obligatur, si is, in quem consensit nil fecit, nu. 11. 332
Consilium etiam malum in ciuilibus negotijs consulentẽ non obligat, præsertim si effectum non sortiatur, secus vbi sonat in delictũ. & nu. 5. nume. 6. 275
Consilium etiam malum, vbi non in delictis, sed sumus in ciuilibus negotijs, neminem obligat. nu. 16. 272
Consilium fraudulentum quando dicatur. nu. 7. 275
Consilium fraudulentum, vbi in alterius datum est perniciem, consulentem obligat nu. 18. 272
Consilium in ciuilibus negotijs non punitur, vbi id quod consulitur sequutũ, non fuit vel non habuit effectum, secus in delictis, nu. 22. 273
Consilium in ciuilibus negotijs non punitur, vbi id quod consulitur nõ fuit sequutum secus in delictis, quod alio etiam modo declaratur. in num. 22. nu. 20. 266
Consilium, quod in delictum non sonat, sed datur in ciuilibus negotijs, neminem obligat. & nu. 17. 19. 265
Consilium, quod potest verisimiliter se habere ad bonum, & ad malum, à consulente potest interpretari. nu. 21. 272
Conspirantes contra patriam subiectam Principi crimine læsæ maiestatis puniuntur, secus contra aliam, nu. 5. 331
Constitutio extrauagans, vbi dubitatur an sit decretalis, vel non, fidem non facit, nisi per rescriptum Papę, alioqui allegans eam decretalem, probare in termino tenetur. nu. 18. 43
Constitutio extrauagans, vbi est publice nota, & habita pro decretali, secundũ eam est pronunciandũ, aliàs sententia esset nulla nu. 19. 44
Constitutionem extrauagantium compilationem nemo potest facere, nisi de speciali auctoritate sedi apostolicæ. nu. 20. 44
Constitutio nouiter facta, vt teneat, requirit, vt more vtentium sit recepta & approbata, & qui non illam seruat, eius transgressor non dicitur, vt num. 13. nu. 11. 329
Constitutio prohibens fratres ad iuramenti fidelitatis præstationẽ, alicui sine licentia, nõ est intelligenda, si quid obtineant in feudum à D. temporali. nu. 30. 84
Consuetudine quare quis possit in agro alieno lapides cedere si solitum præsentet salarium domino, & non statuto. nu. 32. 196
Consuetudine quis quærit ea, quæ vsu omnibus communia sunt, ad quæ non admittitur præscriptio. nu. 33. 119
Consuetudine tunc demum scripturæ nõ authenticæ probantur, si fuerit illis in iudicio & extra fides adhibita, & nu. 12. nu. 10. 232
Consuetudine tunc solemnitatibus inuentarij derogatur, non qñ plura producuntur instrumenta sine solennitatibus requisitis confecta, sed qñ probatur illis fidẽ adhibitam fuisse in iudicio, & nu. 25. nu. 9. 232
Consuetudini iam quæsitæ obijci nõ potest, non titulus, nec mala fides. nume 36. 119
Consuetudinis vigore aliqua contra iuris dispositionem tolerantur, quę aliàs non tolerarentur. nu. 29. 88
Consuetudo, alterare, & formam dare potest iuramentis. nu. 14. 7
Consuetudo, cum sit facti, probari debet, & quando oritur ex actibus negatiuis non sufficit simplicem non vsum legis probare, nisi etiam de contrario vsu probetur. nu. 25. 196
Consuetudo cũ sit stricti iuris, sicut nec pactum, de re ad rem non extenditur, & non in gñe, sed in eadem specie est probanda. nu. 26. 196
Consuetudo, cum sit stricti iuris, proprios terminos non excedit, & tantum habet de potentia, quantum de actu. nu. 17. 232
Consuetudo etiam iniusta, & inualida excusat à pœna, quòd limita vt ibi. nume. 10. 255
Consuetudo est de iure ciuili. nu. 11. 95
Consuetudo & lex quomodo differunt num. 15. 7
Consuetudo & præscriptio temporis immemorialis æquiparatur, & eis intelligitur derogatum per vnicum actum contrarium nu. 118. 360
Cõsuetudo & præscriptio immemorialis æquiparatur priuilegio à Principe co ncesso, quod tollere potest. nu. 12. 95
Consuetudo & præscriptio cum sint facti & in facto consistant, extensio nem personarum vel rerum non recipiunt. num. 28. 113
Consuetudo & præscriptio quomodo differant. nu. 34. 119
Consuetudo & statutum irrationabile non valet, vt & n. 14. nu. 12. 117
Consuetudo & stylus quomodo differant. nu. 31. 234
Consuetudo & vsus longeuus maximam habet auctoritatem. nu. 2. 237

Consuetudo fœnerandi non valet,quia est cōtra ius Diuinum.n.24. 44
Consuetudo generalis,quæ habet vt forenses onera subeāt,pro prædijs, quæ possident,nō extendit ad diuersum genus personarū. nu.24. 119
Consuetudo generalis satis probat per eius allegationem, sine alia probatione,& in ea iudex supplet. nu.8. 110
Consuetudo generaliter probata nō proficit probanti, nisi probetur specialiter in casu,de quo agitur. nu.20. 281
Consuetudo habens quod clerici de feudo inuestiantur,nunquid teneat Domino contradicente.nu.18. 281
Consuetudo iam præscripta, vt per actus contrarios posit interrumpi, probandum est ab aduersario contrarium fuisse obseruatū intra tempus præscribendi vt nu.5.nu.4. 120
Consuetudo inducens ad delinquendū & peccandū non valet.n.19. 232
Consuetudo inducens,ne dies & locus in instrumentis apponātur, cum sint de instrumenti essentia,non tenet.nu.21. 233
Consuetudo inducitur ex frequentibus actis, & palam celebratis, accedente temporis diuturnitate.nu.35. 119
Consuetudo in sessionibus,prælationibus,honoribus, & processionibus attendenda. nu.3. 237
Consuetudo ius alicui quærit sine vlla causę cognitione, quòd alids illi non acquireretur. nu.22. 121
Consuetudo legi contraria nō probat ex eo,quod plura fuerint vno modo, & eadem forma facta, nisi probetur eis fuisse fidem adhibitam in iudicio tanquàm legitimè confectis. nu.14. 230
Consuetudo longi temporis habet vim pacti & conuentionis.nu.6. 92
Consuetudo mala non minus, quàm perniciosa corruptela abijcienda, & cauenda est. nu.28. 196
Consuetudo,non generaliter,sed in specie,de qua agitur,probari debet. nume.15. 232
Consuetudo non inducitur, vbi vis adhibetur. nu.14. 49
Consuetudo nō incerta,& obscura, sed certe & clara esse debet ad exemplum legis,quam imitatur. nu.28. 234
Consuetudo non recipit personarum neq; actuum extensionem,& quare,ibi & nu.6.nu.5. 197
Consuetudo notoria probatione non indiget. nu.36. 235
Consuetudo omnis, & præscriptio per Principem tolli potest.nu.7. 94
Consuetudo per quam Dominus loci potest mobilia tanquam serua auferre,est diabolica. nu. 30. 196
Cōsuetudo, per quā homicidia puniunť pecuniaIiter,nō valet. n.20.233
Consuetudo,præscriptio & priuilegium æquiparantur.nu. 34. 387
Consuetudo priuilegiata fungitur vice Principis. nu. 26. 96
Consuetudo, quæ in totum absorbet ius alterius, sicut nec rescriptum Principis,non valet. nu.29. 196
Consuetudo quælibet potest ab Imperatore cassari & annullari pro libito voluntatis etiā quod fuerit immemorialis.vt nu.164.nu.53.354
Cōsuetudo quælibet potest à Principe cassari, & annullari pro libito voluntatis & nu.25.nu.21. 386
Consuetudo quantum habet de actu,tm̄ habet de potentia. nu.27. 196
Consuetudo quantum habet de actu,tantum de potentia & non plus,& eijsdem actibus restringitur,quibus inducitur,sicut restringuntur præscriptiones.nu.32. 275
Consuetudine,quare quis posit in agro alieno lapides cedere,si solitum præstet salarium domino,& non statuto. nu.32. 196
Consuetudo qua quis colligit vectigal de certis rebus,ad aliarum rrrum exactionem non extenditur. & generaliter, quū sit tacita ciuium conuentio,sicut nec pactum, ad alias res vel personas nō trahitur, quàm de quibus loquitur.nu.25. 113
Consuetudo,qua superuiuens vxor lucratur certam bonorū mariti partem,ex quo directe disponit de bonis, nō includit bona, quæ sunt extra locum.nu.15. 101
Consuetudo tanti temporis cuius initij memoria hominis non existit, vim concessionis,& priuilegij obtinet. nu.1. 92
Consuetudo tantum habet de potentia, quantum habet de actu, & non plus. nume.40. 62
Consuetudo tantum habet de actu quantū habet de potentia & restringitur per actus quibus inducitur nu.33. 262
Consuetudo vel statutum puniens aliquid, quod nō sit punibile de iure communi minorem non ligat. fallit vt nu.16.nu.14. 167
Consuetudo vbi ad quid est interpretata sufficere, debet attendi.n 4.161
Consuetudo vbicunq; non est vniformis,sed varia,tūnc standum est iuri communi. nu.27. 233
Consuetudo vbi in conficiendis inuentarijs attenditur intelligendū est de propriè sumpta cōsuetudine,nō aūt de stylo notariorū.nu.32. 234
Consuetudo vbi non admittit filiā in regni successione, pariter non admittit eius nepotes.nu.30. 246
Consuetudo vel præscriptio non arctant illos, cōtra quos præscribentes vel consuetudinantes nunquam præscriptione vel consuetudine vsi sunt. nume.27. 113
Consuetudo vendēdi hordeum & vina Principi viliori pretio tanquam violenta non valet,nisi ex libero consensu ciuium oriatur.nu.31.196
Consuetudo vitiosa radicitus extirpanda. nu.37. 171
Consuetudo vt inducatur, quod scripturę non authenticæ detur fides, oportet probare quod tali scripturæ fuerit fides adhibita in iudicio & extra.nume. 15. 230
Consultorem qui petit,is tenetur ad salarij solutionem.nu 39. 228
Contemptus domini indiuisibilis est.nu.14. 4
Contingens de facili habendum est in consideratione nu.3. 6
Contractum approbans, censetur & eius qualitates, & pacta approbasse,etiam si in præiudicium ei afferrent. nu.2. 149
Contractus auctor est Deus, Iuramento interueniente nu.10. 6
Contractus ab alio celebratus,vbi ab aliquo acceptatur,quod debeat acceptari cum suis qualitatibus quomodo procedat. nu.195. 370
Contractus appellatione propriè sumendo, non veniunt nisi quę sunt vltro citroq; obligatoria. nu.9. 93
Contractus duo facti eodem tempore,seu paulo post nunquid habeantur pro vno,& inuicem sint correspectiui. nu.16. 305
Contractus innominati pœnitentia nō rescinduntur re nō integra,presertim si stipulatio & iuramentum interuenerit,nu.44. 299
Contractus naturalia habentur pro expressis infertur vt hic nu.21. 7
Contractus renouatio præsumitur facta cum eisdem pactis & qualitatibus. nume.4. 219
Contractus rescisio quando petitur, num petens (vt obtineat) debeat omne,quod ad eius manus peruenit restituere, vel illud offerre sufficiat,dic vt nume 7.nu.1. 335
Contractus vbi dubitaretur an esset vsurarius vel non, si per graues & bonos viros,ac fideles mercatores solitus esset celebrari,licitus esse iudicatur.nu.26. 45
Contractus venditionis celebratus cū pacto de retrouendendo, quo sequuto,res vendita locatur ipsi venditori, promittenti dare tertiā partem fructuum & onera occurrentia soluere,nunquid vsurarius censeatur. & num.7.nu.1. 255
Contractus vbi est ipso iure nullus vel resolubilis,non habet locū actio de dolo,neq; accusatio stellionatus,neq; aliud remedium. nu.8. 271
Contractus vbi est nullus, ita vt ex eo nulla nascatur obligatio, tunc in eo nō dať actio de dolo,nec criminis stellionatus accusatio.nu.12.257
Contractus,vbi illi partes ex secundo pacto detrahunt, vel quid augent de pretio,intelligitur non mutatus, sed informatus ex posteriore pacto,secus si in secūdo tota prioris forma repetatur. vt nu.9.nu. 3.132
Contractus vbi petitur pro nullo declarari,debet & cassari,quatenus de facto processerit.nu.4. 149
Contractus vbi rescindi petitur,probare debet petens de læsione tempore contractus,fallit in casu isto,vt nu.36.nu. 14. 180
Contrafacere non videtur,qui quid prohibitum facit superiore permittente.nume. 21. 87
Contrahētibus licitū est inter se decipere vsq; ad dimidiam iusti pretij, limita hoc nō procedere in mutuo de iure diuino,nec de ciuili,vt nume.16.quia vt ibi pecunia non habet generare pecuniam. nu.15. 43
Contrahens cum prælato non tenetur probare pretium fuisse in vtilitatem ecclesiæ conuersum.nu.12. 169
Contrahere non dicitur,qui consentit.nu.11. 220
Contumacia,quum non inueniatur posita inter delicta publica vel priuata,sed inter ciuiles tractatus,crimen dici non potest.nu.4. 268
Contumacia sola quando sufficiat ad aliquem mulctādum,dic vt in nume.7.nu.2. 268
Contumaciæ pœnam sicut prætor remittit,quando non interest nō venisse,ita & multo magis quando venitur. nu.5. 271
Contumaciæ solius causa nemo potest condemnari, nisi de delicto verè constet. num.2. 264
Contumacia in non parendo,vel comparendo,quoniā inter ciuiles tractatus ponitur,impropriè dicitur delictum.nu.4. 275
Contumacia præcedens purgatur,vbi citatus legitimo tempore comparet.nume.1. 274
Contumacia sola non est reatus læsæ maiestatis, nu.2. 273
Contumax de iure communi ad mortem damnari non potest fallit, vt num.17.& 18.nu.15. 167
Contumax & inobediens mandato Principis largo modo dicitur rebellis,dic. vt nu.21.nu.18. 242
Contumax in non respondendo positionibus, quare de iure commmuni non habeatur pro confesso,nu.24. 227
Contumax non constante de delicto condemnari non potest,etiā quod statutum habeat contumacem pro confesso,& quare vide in num.8. nume.1. 268
Contumax nunquid ex impositione pœnæ inconsuetæ excusetur. nume.5. 276
Contumax,quando habetur pro negante, veluti non respondendo petitioni,iuterlocutoria non requiritur.nu.25. 227
Contumax vbi ex forma statuti habetur pro confesso,tunc interlocutoria non requiritur, nec partis aduersæ accusatio contumaciæ, & nume.28.nu.21. 226
Contumax vbi per statutū in criminalibus habetur pro cōfesso & conuicto,illud intelligi debet, si per veras, & legitimas probationes constet de delicto. nu.3. 264
Contumax verus licet non appellet, tamen iudex debet iustè iudicare alias tenetur in syndicatu,nu.6. 264

Conuentio sicut de tempore ad tempus non extenditur, ita nec de re ad rem, vel de persona ad personam. nu. 28. 374
Copula cum muliere quibus modis probari possit. nu. 3. 201
Copula natura est copulare, quæ sunt eiusdem generis, non autem dissimilia. nu. 23. 250
Copula &, de sui natura æqualiter determinat. nu. 19. 249
Copulatiua, &, quando legatum est factum Doctoribus & medicis non requirit concursum vtriusque. nu. 17. 324
Cor regis in manu Dei est, infer vt hic. nu. 50. 24
Creditor etiam quòd habeat in bonis debitoris tenutã, ad debitoris capturam procedere potest. nu. 18. 38
Creditor in mora soluendi non constituitur recusante debitore suũ recipere, & litem prosequente. nu. 4. 335
Creditor licet habeat bona debitoris sequestrata, potest tamẽ debitum petere. num. 19. 38
Creditor rem pignori acceptam nunquam vsucapit. nu. 6. 150
Creditoribus incipit iniuriari debitor, qui lapsis terminis solutionũ non soluit. num. 12. 263
Crimen incidenter oppositum etiam, quod contingat negotium principale, & sit probatum, tamen si is, contra quem est exceptum, defensionem sui non suscipiat, non est punibile. nu. 8. 328
Crimen læsæ maiestatis est atrocissimum delictum, & inter tractatus criminum ponitur publicorum. nu. 5. 274
Crimen læsæ maiestatis non incurrit, qui non paret Principi etiã in his, quæ causam publicam respiciunt. nu. 7. 174
Crimen oppositum per modum exceptionis & negotium principale nõ contingens, de quo agitur, à iudice puniri non potest. nu. 7. 328
Crimen stellionatus pro quo imponitur pœna extraordinaria non datur, nisi quotiens ex eo daretur actio de dolo ciuiliter. nu. 14. 257
Crimen vbi excipiendo proponitur debet, specificari cũ expressione loci, temporis, & aliarum qualitatum. nu. 6. 328
Culpa est non percipere fructus ex re fructifera. nu. 6. 32
Culpa præcedens casum, quando non fuit ordinata ad illum casum, non obligat aliquem de casu. nu. 26. 273
Curator datur hæreditati iacenti, etiam in suo. nu. 13. 25
Curator in criminalibus, auctorari non potest, nisi in ipso negotio, vel ante, vel post minore præsente, secus in ciuilibus. vt nu. 21. nu. 18. 163
Curator in criminalibus non potest in se iudicium minoris suscipere. nume. 10. 162

D

Damnatus cum bonorum publicatione, nullum potest hæredem habere, præter fiscum: & de bonis publicatis ali non debet, vt num. 11. nu. 9. 134
Damnatus pœna mortis licet testari non possit, si tamen relinquat pro restitutione malè ablatorum, fisco præiudicat. nu. 18. 154
Damni æstimationem soluere tenetur Dominus bestiarum, quæ damnũ dederunt. Ampl. vt nu. 13. nu. 3. 184
Damnum contingens ex re, & quod occasione rei contingit æquiparantur. nume. 2. 300
Damnum non contingens casu, sed culpa gestoris, non compensatur cũ lucro. num. 2. 10
Damnum non dicitur ille pati, cui aufertur id, quod per simoniam, aut alio malo more per pecuniam acquisiuerat. nu. 5. 90
Damnum passo non creditur, nisi probet, infertur. vt hic. nu. 4. 27
Damnum pati grauius est, quàm lucrum non sentire. nu. 13. 8
Damnum proueniens casu fortuito in re, quam reuẽdere quis ex pacto tenetur, cuius periculo contingere dicatur, & nunquid is, qui reemere volet minus præstare teneatur, & nu. 5. & 9. nu. 3. 285
Damnum, quod potest creditori contingere, ex inducijs debitori ad soluendum à Principe concessis vide ibi & nu. 16. nu. 11. 263
Dare Verbum de proprietate sermonis dominij translationem, nõ hypothecam signat. nu. 4. 36
Data, quæ soluitur in Monteferrato pro litibus, est quoddam vectigal, quod acquiritur legis dispositione. & nu. 15. nu. 1. 225
Datio in solutum emptionis vices obtinet. nu. 13. 37
Debitor debitoris mei, sicut non est meus debitor, ita Vasallus vasalli mei, non est meus vasallus. nu. 8. 21
Debitor principalis de iure æquitatis semper debet prius cõueniri, q̃ fideiussor, vel bonorum possessor, & nu. 6. nu. 5. 114
Debitor soluendo pecuniam quantuncunq; furtiuam dominium transfert in creditorem, & liberatur, si modo creditor in bona fide existat, alioquin secus. nu. 34. 178
Debitor soluens soli tutori & curatori tunc liberatur, si tutor asserat in confessione se vere habuisse & recepisse vt nu. 16. nu. 2. 168
Debitor, vbi quis sit vel creditor illius, qui reuerentiã & obsequium debet, siue sint eiusdem fori, siue diuersi, illius domũ adire debet. n. 4. 97
Debitor vnius rei, aliam etiam rem meliorem inuito creditore non potest soluere. nu. 7. 6
Debitor vsuras per creditorem captas, vi etiam cõtractus soluere debet. nume. 10. 28
Debitum præsumitur durare satisfactione non probata. nu. 3. 215
Decimę antiquitus Laico concessæ, & reuersæ ad ecclesiam, nunquid ab Episcopo de nouo possint infeudari, & nu 2. nu. 1. 202
Decimæ tanquàm ius spirituale non possunt in feudũ concedi, concessæ tamen ex cõsuetudine, debet intelligi tantum commoditas concessa. nume. 9. 206
Decimarum cognitio tanquàm rei spiritualis ad iudicem secularem nõ spectat. num. 3. 203
Declaratoria tunc requiritur, quando factum reuocatur in dubium, secus si est notorium. nu. 20. 226
Decretalis bonorum possessio, vbi agnoscitur coram iudice, alicuius citatione non indiget. nu. 9. 90
Decreta Principum non debent esse illusoria. nu. 40. 228
Decretũ annullans aliquem actũ dicitur cõtinere pœnam, nu. 14. 329
Decretum ex falsa causa interpositũ est ipso iure nullũ, & in hoc differt à diffinitiua sententia. nu. 31. 338
Decretum in alienatione rerum minoris interpositum alienationẽ non conualidat, nisi ex scriptura separata constet de causæ cognitione & num. 34. nume. 32. 339
Decretum iudicis licet faciat cessare pręsumptionem fraudis, tamen eo non obstante, ex enormi læsione, & per facti euidentiam pręsumitur dolus interuenisse. nu. 26. 338
Decretum iudicis vbi in extraiudicialibus interponitur, tunc potest aduersus non citatum interponi. nu. 24. 137
Decretum partim ex falsa, & partim ex vera causa interpositum, quum sit quid indiuiduum, contractum in totum vitiat. nu. 37. 339
Decretum primum & secundum patiuntur pupillus, & adultus cõtumaces, absque tutoris vel curatoris auctoritate, secus in alijs interlocutorijs. fallit. vt nu. 20. nu. 23. 163
Decretum Principis prohibitiuum aliquorum cum clausula nõ obstante consuetudine, non extenditur ad immunitatem per sententias declaratam. nu. 52. 130
Decretum, si in donatione decurionũ fuit apposita aliqua ficta causa vel falsa, debet rescindi, sin aũt nulla, ipso iure decretũ est nullũ. nu. 20. 113
Decretum superioris, vbi in aliquo contractu interuenit, facit, vt cõtractus videatur celebratus ab administrationem habente. nu. 6. 109
Decretum vbi interponitur in alienatione rerũ minoris iuris forma nõ seruata non operatur, q̃ omnia præsumanẽ solẽniter acta. nu. 27. 338
Decurionum factum, ab vniuersitate factum censetur, habet tamen vniuersitas contra Decuriones regressum, vt nu. 19. nu. 18. 31 & 32
Decuriones remittentes debitum vniuersitatis liquidum vel de facili liquidabile, tenentur de suo proprio debitum soluere. nu. 19. 113
Decurionum ordo rempublicam administrans non mutatur, quamuis personę mutentur, sed semper dicitur esse idem. nu. 47. 129
Delegatoria rescripta sunt stricti iuris, & ad alia quàm expressa non extenduntur. nu. 25. 270
Delegatus à Principe cum clausula sola facti veritate inspecta, nunquid possit ex probationibus non cõcludentibus, sed verisimilibus & persuasiuis iudicare, declara, vt nu. 4. & nu. 10. nu. 1. 253
Delegatus non potest bona confiscare sine iussu Principis. nu. 20. 269
Delegatus non potest citare personaliter, nisi habeat speciale mandatũ vel cãm, quæ causa exprimi debet, alias citatio non tenet. nu. 12. 269
Delegatus sicut non potest aliquem beneficio mulctare, ita nec omnibus bonis. nu. 8. 267
Delicti, sicut nec mandatum, nec promissio, nec iusiurandum, ita nec licentia esse potest. nu. 7. 133
Delictum alterius celans, suum facit. nu. 8. 47
Delictum an cõmittat, qui dicit Principem errasse, & nu. 9. nu. 7. 265
Delictum & fraus in dubio nõn præsumitur, vbi alia potest capi coniectura. nume. 11. 184
Delictũ nemo tenetur reuelare ex scientia, & alteri benefacere, nisi crimen læsæ maiestatis. nu. 12. 271
Delictum non committit, qui Principi causas timendi proponit, secus si terrorem incutiat. nu. 8. 275
Delictum non dicitur ratificare per lætitiã nec per eum, qui re facta magnum factum facit. nu. 11. 31
Delictum quomodo constet fuisse factum nomine alterius. nu. 14. 31
Delictum ratum habere quis non dicitur ex scientia superueniẽte, præsertim vbi nullum præcessit mandatum, vt nu. 15. nu. 13. 271
Delictum sine dolo non committitur. nu. 3. 274
Delinquens ad quid principaliter, licet id incidat in aliam speciem delicti, ad quam non tendebat, tamen non tenetur ad id, quod postea sequutum fuit, nu. 25. 273
Delinquens tunc punitur extra ordinem hoc est arbitrio, quando ex delicto à iure certa pœna non imponitur. nu. 17. 332
Delinquentem associans post crimen perpetratum, præsumitur auxiliũ & consilium dedisse ad maleficium. nu. 12. 47
Delinquere parui lucri gratia non præsumitur homo grauis, annis maturus, & habens sufficientia fm conditionem sui status, nu. 20. 272
Denunciator videns aliquos delinquere, si eius officiũ sit etiam in inquirendo, tunc dicitur ei constare dę delicto, non vt priuato, sed vt iudici. nume. 12. 185
Depositi confessati instrumentum probat, vbi vero est depositum realiter factum habet executionem paratam. nu. 39. 171

Derogatoria

Derogatoria clausula nunquàm intelligitur reuocata,nisi constet de reuocantis expressa voluntate.nu.39. 143
Descendentes & liberi vbi sunt vocati veniunt, etiam quod non sint hæredes & nn. 21, nu.18. 142
Descendentium appellatione veniunt omnes in infinitum.nu 24. 142
Descendentium & posteriorum appellatione veniunt etiam hi, qui appellatione filiorum,& nepotum excluderentur. nu.33. 143
Descendentium nomen,cum sit collectiuũ, continens sub se plures gradus,admittit descendentes vnum post alium ordine successiuo secundum gradus prioritatum. nu.25. 143
Desuetudo quid sit & quid operetur nu.149. 364
Detentatori expulso ad recuperandam suam tenutam licet non competat interdictum possessorium, succurritur tamen actione in factũ,vel iudicis officio. fallit sub nu.30.nu.27. 208
Deterioratio qnanta esse debeat, vt possit emphyteota expelli. & nu.7. nume.5. 8
Dictio aliæq; est repetitiua similium. nu.13. 261
Dictio,aliquid,ad minimum etiam refertur. nu.11. 78
Dictio aliquid etiã in minimo verificatur, negatiue vero prolata æquipollet vniuersali negatiuæ vt in nu.7.nu.6. 125
Dictio alium vel alios est relatiua, seu repræsentatiua eiusdem qualitatis. nume.29. 189
Dictio autem aduersatiua repetit præcedentia cum omnibus suis qualitatibus, & his aduersatur,quæ sunt eiusdem gñis, vt nu.10.n.8.218
Dictio etiam est implicatiua casus magis dubitabilis.nu.8. 100
Dictio,&,coniungit æquè principaliter,dictio,cũ,accessorie.nu.14. 226
Dictio hoc rei ad oculum demonstratiua est. nu 27. 16
Dictio prout quomodo relatiuè se habeat. intellige.vt nu.28.nu.26.16
Dictio præsertim implicatiua posita in dispositione aliqua, denotat idẽ esse in contraria.nu.4. 261
Dictio qualiacunq; est vniuersalis.nu.8. 126
Dictio quondam denotat improprietatem,sub nu.65. 159
Dictio seu in legatis stat ampliatiuè,& non disiunctiue.nu.11. 323
Dictio sibi importat,quòd illud,quod acquiritur suum est.nu.24. 88
Dictio vero licet sit aduersitiua, tamen coniungit, & repetit superiora. nume.9 218
Dictio vniuersalis etiã futurum augmentum complectitur.nu.26. 127
Dictio vniuersalis est ampliatiua adeò,quòd si ab homine proferatur,ne quidem in materia odiosa patitur restrictionẽ, prolata vero à lege restringitur de habilitate.nu.12. 126
Dictio vniuersalis negatiua requirit cõcursum omnium particularium, ne oratio falsa reddatur.nu.3. 319
Dictio vniuersalis nihil excludit,immo eorum est inclusiua,quæ alias in actu non venirent,sub nu.8. 126
Dictio vniuersalis operatur,vt in dispositione veniant, quæ aliàs non venirent,iuncta tñ relatiuo restringitur,vt nu.10.nu.3. 1
Dictiones vniuersales vbicunque apponuntur, videtur de quocunq; casu in genere cogitatum,qui accidere possit,& talis cogitatio in genere sufficit. nume.23. 127
Dicto Baronis domini directi standum est.nu.49. 24
Dignitas à maiore dño sumpta dignitatibus habitis ab inferioribus præferenda,licet suscipiens à maiore sit iunior ætate.nu.21. 380
Dignitas ducalis est dignitas regalis, & regiæ dignitates, & qualitates nunquam moriuntur.nu.32. 380
Dignitas ducalis prior tẽpore in prælationibus magis attenditur,quàm dignitas alterius Ducis grandioris natu.nu.16. 379
Dignitas eadem,vbi à duobus habetur, & eam habet vnus in habitu, alter in actu cum administratione, præferẽda est actualis, limita vt nume.35.nu.6. 378
Dignitate maiori fultus in sessionibus & honoribus cæteris præfertur, nisi ex consuetudine antiquior familia præferat. vt & nu.4.nu.1.237
Dignitate vbi duo pares reperiũtur,præfertur is, qui meliori creatus est sanguine.nu. 7. 372. & nu.28. 380
Dignitates,electiones, & honores, senioribus sunt tribuenda, in quibus semper senior regulariter solet iuniori præferri. nu.2. 63
Dignitates multiplices habens præfertur habenti vnam tantum dignitatem.num.18. 379
Dignitates plures qui habet,vnam tm̃ habenti preferendus.nu.16. 374
Dignitate vbi duo pares reperiuntur, præferendus est ille, qui meliori creatus est sanguine & nu.9.nu.7. 372
Dignitatis præmium est subditos habere meliores, digniores, & eorum abundare multitudine & nu.42.his tamen ornatus dignitatibus non præfertur antiquiori habenti parem dignitatem, & minorem administrationem.vt sub nu.40.& 44.nu.35. 375
Diminutio facultatum & augmentatio facile obuenire,solet.nu.6. 91
Disiunctiuæ natura est militare inter diuersa, nu.2. 261
Dispensatio adeò est strictè intelligenda, vt nõ possit trahi ad casum, in quo versatur maior dispensandi ratio. nu.4. 65
Dispensatio Episcopi monacho facta ad beneficium curatum, non trahitur ad beneficium simplex.nu.5. 65
Dispansatio facta super vno defectu,ad alium defectum non extenditur nume.33. 283
Disponere verbum in instrumento appositum refert se ad vltimam voluntatem,nu.26. 207
Disponere verbum,secundum eius propriam significationem, idem denotat quod ordinare,vel suo quidq; loco collocare. nu.11. 249
Dispositio Auth. Sed in ea.C. ad.l. Fal. non procedit in filijs primi gradus,nec in tacita prohibitione fideicommissi.nu.36. 135
Dispositio Clem.primę de proba. procedit in Imperatore & alijs principibus habentibus iura imperialia. nu.39. 23
Dispositio generalis qñdo causas priuilegiatas includat, & qñdo non, nume.7. 303
Dispositio iuris communis militans extra territorium, impedit ius accrescendi. num.16. 102
Dispositio legis,à dispositione hominis differt, & quomodo differre cognoscatur.nume.27. 7
Dispositio.l.boues.§.hoc sermone.ff.de verbo. signific. non procedit vbi dispositio fit per nomen collectiuum continens sub se plures gradus. nume.26. 143
Dispositio.l.quoties.C. de dona. tanquàm fauorabilis, quũ loquatur de actione personali extenditur ad realem.nu.29. 146
Dispositio.§.ex imperfecto.l.hac consultissima.C. de testamentis, quid differat à §.si quis autem eadem.l.nu.16. 317
Dispositio l.si quis maior. C. de transact. etiam in eo qui tactis scripturis tantum iurauit procedit nu.13. 7
Dispositio.l.si quis maior.C.de transact.nõ procedit in pœna legati nec in promissione diuidua intellige vt nu.7.nu.16. 7
Dispositio.l.si quis maior.C.de transa.etiã in minimo procedit.nu.22.9
Dispositio.l quoties.C.de dona.licet loquatur simpliciter in donatione, extenditur tamen ad donationem impropriè, sumptã in qua donans aliquid capit commodi.nu.28. 146
Dispositio.l.si quis maior.C.de transactionibus in omni contractu locũ habet.nu.10. 4
Dispositio.l.si quis intra.C.de bon.proscrip. nunquid habeat locũ in inuentario ab hærede fiendo,& nu.5.nu.3. 211
Dispositio quælibet etiam in exorbitantibus trahitur ad casum,qui sublata significatione vocabuli comprehendi potest,nu.33. 247
Dispositio quælibet stricti iuris loquens in casu simplici,non habet locũ in casu mixto.nume.17. 297
Distributiui natura in obligationibus importat specificam numerationem omnium conuentorum sub distributiuo.nu.2. 179
Diuisio erronea non præiudicat. nu.60. 57
Diuisio vicem permutationis ostendit,& ex eius titulo probatur bonorum communio.nu.18. 78
Diuitiæ non præsumuntur,nisi ab allegante probentur.nu.33. 178
Diuitiæ non sunt dignitas, nec directè dignitatem dare possunt, quibus etiam non acquiritur vera nobilitas,nec tollunt temporis prærogatiuam & nu.45.& 50.nu.39. 375
Diuitiæ,quum non sint vera nobilitas, non attenduntur in electionibus nisi vbi circunstantiæ sunt hinc inde pares.nu.10. 238
Diuturnitas temporis ad debiti non petiti præscriptionẽ non sufficiens, donationem non inducit. nu.4. 33
Doctor à patrimonialibus oneribus immunis est, nu. 1. 18
Doctoratus primò cæteris præfertur, qui eandem consequuti sunt dignitatem,nume.17. 379
Doctor vel miles creatus à Papa præcedit creatũ ab Imperatore, etiam si posterius habuerit dignitatem.nu.15. 373
Doctor vel miles creatus à Papa præcedit prius creatum ab Imperatore. nume.22. 380
Doctor vtriusq; iuris præfertur vnũ gradũ duntaxat habenti.nu.19. 379
Dolus futurus remitti non potest, aliàs esset inuitare ad delinquendum. nume.15. 134
Dolus nemini nocens ſm leges non punitur.nu.21. & nu.6. 266
Dominij directi virtus,est semper in actu permanens ex vi attractiua,habetq; vim directi & vtilis, nu.39. 208
Dominium directum sicut per Principem sine causa tolli non potest,ita nec vtile nume.11. 194
Dominium licet non probetur instrumento locationis,secus tamen est alijs concurrentibus adminiculis.nu.85. 357
Dominium nunquid sit de iure gentium,vel ciuili, & quomodo nunc sit considerandum,vide nu.35.& 37.nu.5. 385
Dominium quando dicatur de iure ciuili quæsitũ, & quando de iure gentium.& nu.6.nu.4. 311
Dominium rei alienatæ,prohibitæ tamen alienari inter aliquos ex conuentione,transfertur in vocatum,etiam si conuentione nõ insit clausula constituti.nu.27. 146
Dominium quando aufertur alicui,debet in æquiualens compensari,limita vt nu.43.nu.39. 55
Dominiũ rei suæ Princeps nulli auferri potest,nisi ex causa publicæ vtilitatis,& tunc tenetur illum de pretio restaurare,nu.23. 96
Dominium sine traditione transfertur, existentibus verbis resolutiuis, nume. 23. 146
Dominium,vbi translatum est alicui per Principis cõcessionem, quũ sit de iure gentium,sit irreuocabile,nisi subsit legitima causa, nu.21. 96

Dominium

Dominium vtile non acquiritur sine traditione. nu.17. 148
Dominus potest compellere subditos ad collationem, quādo vult emere castrum,nu.43. 376
Dominus de controuersia inter eum,& vasallum vertente, non cognoscit,sed alius,nu.48. 2
Dominus habens merum,& mixtū Imperium collectandi & imponendi fodra ius habet,nu.19. 19
Dominus postquàm inuestiuit de feudo Vasallum, eique possessionem tradidit, si deinceps secundum inuestiat, tenebitur secundo ad interesse fal.vt nu.14. nu.3. 89
Dominus primus potest secundum vasallum,vt sibi seruiat,compellere, & nu.5.intellige vt nu.35.nu.3. 20
Donata vbi causa mortis est res duobus coniunctim per stipulationem, & nudum pactum,nunquid portio prædefuncti viuo donatore accrescat superstiti,nu.3. 256
Donatio alicui facta,vt post mortem eius ad alium transeat,morte illius secuta donatarius sequens poterit rem donatā vtili actione tam personali,quàm reali à possessore petere,nu.24. 146
Donatio causa mortis secuta bonorum confiscatione, sicut aliæ vltimæ voluntates,reuocatur etiam quòd sine fraude facta fuerit, fallit vbi facta est vxori,nu.12. 184
Donatio causa mortis partim cōtractui, & partim vltimæ voluntati assimilatur,nu.7. 239
Donatio causa mortis sicut,vt valeat, requirit quinq; testium præsentiā, ita & eiusdem donationis reuocatio.& nu.8.nu.5. 240
Donatio causa mortis solemniter facta,nunquid coram duobus testibus possit reuocari. dic vt in nu.3.& 8.nu.1. 238
Donatio causa mortis quomodo differat ab eius reuocatione, n.12. 240
Donatio causa mortis, quòd nuda voluntate possit reuocari, quomodo intelligatur, num.13. 240
Donatio causa mortis reciproca vbi est facta inter fratres de omnibus bonis,cum clausula,quòd in eo,qui liberos post se reliquerit, non habeat locum d.donatio nunquid superstes ex d. fratribus excludat nepotes ex fratre præmortuo, in bonis alterius fratris sine prole decedentis,nume.6.num.1. 255
Donatio causa mortis licet dum in esse deducitur æquiparetur cōtractibus, tamen postquàm est in esse deducta adæquatur vltimæ voluntati,quo ad effectum & efficaciam,nu.4. 256
Donatio causa mortis,& quæ reuocari potest causa non secuta in donationis appellatione nōn continetur,& nu.32.nu.30. 298
Donatio de prædio facta inter viuos cuius effectus est post mortem donantis collatus valet,nu 9. 148
Donatio est contractus nominatus,donatio vero ob causam est in nominatus do vt facias, vel do vt des, nume.15. 297
Donatio & legatū a clerico mulieri concubinæ factum, sicut nec à milite,non valet,fallit vt in nu.2.& sub nu.3.nu.1. 201
Donatio facta alicui causa mortis adiecta promissione iurata de non reuocando nunquid reuocari possit, nu. 1. 292
Donatio facta filio ob præmium emancipationis dicitur simplex,& non ob causam,nu.37. 298
Donatio facta à Principe non potest,ab eo, nec ab eius successore,reuocari, nisi fuerit in magnam Imperij diminutionem, & sub nume.23. nume.20. 59
Donatio facta filio ob causam futuri matrimonij quum teneat,non potest eam pater absq; filij consensu reuocare, nu.43. 299
Donatio facta ob aliquā causam donatario onerosam, licet tale sit onus impositum in eius commodum tantum, tamen ob causam dicitur,& in statuto loquente de donatione non cōprehenditur, & nu.36. quod limitata vt ibi,nu.29. 298
Donatio filio in potestate per patrem facta contemplatione futuri matrimonij, quomodo differat à dote, & donatione propter nuptias, nume.2. 295
Donatio in ecclesiam collata dicitur realis,nu. 14. 326
Donatio inter viuos per patrē filio in potestate facta,si modo contrahat matrimonium cum certa persona,nunquid teneat, & nu.3.nu.1.295
Donatio insinuata dicitur quando donans in loco habet merū & mixtū imperium. num.9. 329
Donatio inter patrem, & filium valet quatenus merita sunt æquiualentia non abinde supra,nu.37. 283
Donatio inter virum & vxorem,nisi impensa sit modica, non præsumitur,nume.8. 34
Donationem causa mortis vxori factam, fiscus impugnare non potest, etiā secuta in maritum snia ob delictum condemnatoria,nu.13. 184
Donationem propter nuptias mater ad secundas transiens nuptias filijs seruare tenetur. vsufructu sibi reseruato, quod intellige,vt nu.3. 110
Donationem propter nuptias mater ad secunda vota non transiens lucratur etiam in proprietate quantum vnus filiorum, & hanc partem potest in extraneum hæredem transferre, licet filij matri superuixerint,nume.5. 110
Donationem propter nuptias,si filij matri prædecesserint, non filiorum sed matris hæredes consequentur.nu.4. 110
Donationis pp̄ter nuptias proprietas pleno iure reuertitur ad matrem filijs præcedentibus & econtra vt nume.3.nume.2. 110
Donationem propter nuptias,pactum,q̄ vxor lucretur,valet.nu.6. 110
Donationi causa mortis competit ius accrescendi, sicut in legatis, & fideicom.nume.2. 256
Donationis titulus in omni iurium cessione requiritur,ad hoc,vt simulatio euitetur, nu.22. 330
Donatio nunquam præsumitur, vbi potest alia causa capi, quam donationis nume.146. 363
Donatio ob causam respiciens non solum commodum donatarij, sed etiam tertij,tunc illa causa dicitur finalis,& debet impleri,aliàs si esset solutum repeti posset, nu.13. 297
Donatio ob causam & impropria quæ dicatur & nu.19.nu.10. 297
Donatio perfecta non reuocatur, propter superuenientem casum. fallit vt nume.10.nu.5. 183
Donatio per patrem facta filio in potestate contemplatione futuri matrimonij, an dicatur ob causam, & in statuto loquente de donatione contineatur dic,vt nu.8.& 14.nu.6. 296
Donatio prima,per secundam aucta vel diminuta, non dicitur reuocata, sed reformata per secundam donationis conuentionem.nu.6. 132
Donatio præsumitur in fraudem fisci facta, vbi delictum est in cōtinenti secutum,nume.8. 183
Donatio propter nuptias & dos,& de cōsuetudine,tam in summa,quàm in lucris possunt inæqualiter procedere,nu.7. 110
Donatio p.p nuptias hodie non insinuatur,licet olim secus,nu.8. 219
Donatio propter nuptias nunquid in secundis nuptijs repetita censeatur,dic vt nu.5.&.9.nu.2. 219
Donatio propter nuptias hodie insinuationem non requirit,nu.40.299
Donatio reciproca inter coniuges in eo, quod est inæqualis dicitur propriè donatio,& non valet,nu.36. 283
Donatio remuneratoria in quantū excedit merita donatarij, dicitur propriè donatio,& debet insinuari,nu.35. 283
Donatio sanguinis coniuncto facta ante cōmissum crimen, an, & quando debeat post condemnationem reuocari,declara vt ibi, & num.4.6. & 9.nume.2. 183
Donatio specialis facta vxori reuocata non intelligitur per generalē bonorum obligationem, secus si res donata specialiter fuerit obligata nume.2. 303
Donatio vbi ex aliquo iure insinuari debet,tale ius non habet locum in donatione reciproca,& remuneratoria & nume.41. nec in statuto loquente de donatione non comprehenditur. vt nu.38.nu.9. 296
Donatio vbi per instrumentum probari non potest ob defectū solemnitatis omissæ à statuto requisitæ potest probari per testes,nu.24 298
Donatio vera & propria dici non potest, quæ partim lucrum, & partim onus continet,secus si apponatur conditio extrinsecus,quam impleri nullius intersit,vt nu.35.nu.33. 298
Donatum id intelligitur pro remuneratione quod rei donatæ æquipollet,nume.38. 283
Dos confessionata per maritū de numeratione non constante,licet tanquā simulata & animo donandi facta non probet,probat tamen alijs indicijs & coniecturis accedentibus,nu.25. 177
Dos data primò viro,intelligitur data secundo etiā liberis ex primo matrimonio existentibus,nu.1. 219
Dos etiā si diuiti detur,tn̄ gaudet ijsdem dotis priuilegijs, nu.6. 261
Dos licet largo modo dicatur causa pia,tamen propriè & strictè loquendo causa pia non dicitur,nec piæ causæ priuilegijs gaudet,nisi pauperi pro anima tribuatur,nu.6. 303
Dos penes sustinentem matrimonij onera esse debet,nu.11. 37
Dos propter annexum onus alimentorum dicitur haberi titulo oneroso,nume.11. 176
Dos recepta per vnum ex fratribus, & in communem vtilitatem versa tempore diuisionis,tanquam æs alienum capi debet,nu.8. 37
Dos solui constante matrimonio potest, nu.7. 36
Dos vbi constante matrimonio soluitur, omnis hypotheca sublata est, nume.16. 37
Dos vbi per virum constante matrimonio vxori restituitur ex causis nō permissis,tunc vir nō liberatur ab actione de dote,nisi vxor facta fuerit locupletior vel tempore repetitionis salua sit pecunia. vt & nu.9. nume.7. 190
Dotale prædium mulier nunquid pro alimentis sibi, & familiæ comparandis possit alienare durāte matrimonio,declara vt nu.19.nu.1. 175
Dotales res vbi fortuito casu sunt factæ deteriores, illa deterioratio cedit damno mulieris,& non mariti, nu.7. 285
Dotalis fundus dicitur donec durat matrimonium.nu.2. 175
Dotalis pecunia est alienabilis,nu.20. 35
Dotalis res immobilis inæstimata vbi per virū & vxorem venditur constante matrimonio,etiam quòd ambo promittant de euictione, tunc pretium ad virū peruenisse præsumitur, nisi in vxoris vtilitatem versum probetur, vt nu. 5.nu.3. 190
Dotem mulier alienare non potest,nec dos delinquendo publicatur,nisi quibusdam casibus,nu.21. 134
Dotem restituere vir cogitur,qui sua culpa vxorem expulit, vel vxor fugit ab eo,nu.15. 276

Dotem vbi maritus restituere simpliciter promittit, renunciare lucro sibi debito pro parte ex forma statuti nō videtur, secus si promittat totam dotem restituere, nu. 7. 108
Dotem vbi quis puellæ non nubili dedit cum promissione non repetendi, non habet locum vbi sponsalibus veniat renunciatum. nu. 18. 127
Dotis iudicium est summarium, & in eo ex æquo & bono procedi debet iuris apicibus omissis, nu. 3. 114
Dotis restituendæ causa, quæ honesta sit, nu. 10. 37
Dubitans & ignorans æquiparātur, & ita dubitanti parcitur sicut ignoranti, quod limita vt ibi, nu. 11. 346
Ducatus dignitas quanto antiquior, tanto nobilior, & iuniori præferenda, & num. 6. 20. & 22. etiam quod iunior latiorem habeat iurisdictionem vt nu. 36. nu. 2. 372
Duces Marchiones habentes iura imperij ab Imperatore cōcessa, in suo territorio id possunt, quod in vniuerso orbe Imperator, extēde vt hic. nume. 9. 21
Duo plena stare simul non possunt, nu. 17. 12
Dux creatus à summo Pontifice præferendus est Duci ab Imperatore creato, & est eo dignior, & nu. 41. nu. 14. 372
Dux dignior antiquiori Duce non fit ex eo, quod nobiliorem habeat ciuitatem, nu. 46. 376
Dux factus alicuius ciuitatis liberæ, loco illius in omnibus subrogatus nō dicitur, & ex hoc non præfertur Duci antiquioris ducatus, & num. 26. nume. 24. 374
Dux factus alicuius liberæ ciuitatis nūquid illius loco subrogatus in omnibus dicatur, & alteri antiquiori in ducatu sit præferendus, dic vt nume 39. 41. & 45. nu. 7. 378
Dux habens auos & abauos Duces, sicut filius doctoris præfertur alij doctori, qui nō est talis, ita debet magis honorari, & præferri alteri Duci Duces abauos non habenti, nu. 17. 373
Dux habens subditos ditiores, potentiores, & nobiliores nunquid præferatur in dignitatibus, declara vt nu. 48. nu. 11. 379
Dux nobilioris ciuitatis num ratione loci dicatur esse nobilior Duce ciuitatis inferioris. declara vt nu. 50. nu. 13. 379
Dux nouiter factus nunquid tanquàm prius dignitatē fuerit consequutus præferatur alteri, qui postea successit in ducatu paterno & antiquo, dic vt nu. 31. & 33. nu. 4 378
Dux possidens plures ciuitates & numerum subditorum copiosiorem, nunquid ratione latioris iurisdictionis præferendus ut alij antiquiori in ducatu, dic vt nn. 47. nu. 9. 379
Dux, qui suos maiores habuit Duces, præfertur Duci, qui ad nouum ducatum peruenit, sicut filius Doctori præfertur Doctori, qui patrē non habuit Doctorem. nu. 23. 380
Dux ratione maiorum diuitiarum vtrum præferatur Duci minores diuitias habenti, expone vt nu. 49. nu. 12. 379
Dux vel Marchio expulsus à Ducatu, vel Marchionatu iniustè non desinit esse Dux, vel Marchio, nu. 18. 381
Dux trahens originem à Ducibus, vel Marchionibus ratione nobilioris sanguinis præferendus est Duci ortum ab Illustribus tantum ducenti. & nu. 26. nu 24. 380

E

Ecclesia damnum eminentissimum habuisse non dicitur, si læsio sit circa rem ex qua prætenditur causatā læsio, sed circa facultates & ecclesiæ patrimonium. nu. 50. 130
Ecclesia est in anima viuentis, quæ nunquàm moritur, secus hæreditas, nume. 16. 205
Ecclesiæ de bonis prædiū esse præsumitur, pro quo onera non apparent soluta, & per consequens immune, nisi cōtrarium probetur. nu. 4. 111
Ecclesiæ faciens sibi æstimum conueniri potest ad collectas tanquam ex promissio ex suo consensu non tanquam munus ciuile nu. 9. 302
Ecclesiæ nomen est vniuersale, qua concessa, comprehendit quæcunque eidem pro dote assignata, iura parrochialia, decimas, obligationes, & similia & etiam omne ius episcopale, si pleno iure concedatur, vt nume. 32. num. 24. 73
Ecclesia laico subijcitur ratione feudi, nu. 31. 89
Ecclesia nihil iniustum facere, nec pati debet, nu. 12. 106
Ecclesia nunquam moritur, nec mutatur, nu. 12. 205
Ecclesia ob frequentem prælatorum mutationem, etiam post quadriennium restituitur propter damnum eminentissimum, nu 49. 129
Ecclesia vbi prætendit se læsam in aliquo actu, potest in integrum restitutionem petere, nu. 2. 108
Ecclesiarum iuribus per Laicorum statuta derogari nō potest, quod intelligitur in quæsitis, nam in quærendis secus, nu 45. 56
Ecclesiasticis libertas non dicitur auferri, nisi cum ius eisdem iure communi vel speciali competens tollitur, nu. 3. 105
Edictum vbi est prohibitorium certarum personarum, aliàs non prohibitas non includit, nu. 1. 202
Edictum de testibus prohibitiuum certarum personarum, nō facit, quin non prohibitæ ad testificandum admittantur, nu. 3. 202
Electio facta de idoneo, nō retractatur, etiam quod magis idoneus comperiatur, nume. 23. 155
Electionis ius absenti quæritur ex sola eligentium voluntate, ante acceptationem tamen huiusmodi electio potest reuocari, nu. 19. 52
Eleemosyna est de genere bonorum, & non de præcepto, vbi necessitas non subsistit, nu. 5. 48
Emere bona publicata ditiores loci nō cōpelluntur regulariter, nu. 1. 48
Emere cogitur hæres, vbi à testatore emere iussus est, nu. 2. 48
Emere quis cogitur ita necessitate publica suadente, & nu. 4. nu. 3. 48
Emphyteosi ecclesiastica, quando est concessa alicui pro se filijs & nepotibus, quæritur ipsis ex stipulatione patris, & videtur donatio quædā à patre profecta, quæ potest & tacitè & expressè per patrem reuocari, nume. 13. 51
Emphyteosi & feudo succedunt etiam hi, qui non erant concepti tempore primi acquirentis, sub nu. 34. 143
Emphyteosim suā quilibet donare potest, modo id domino denunciet, petat, vt donatarium in emphyteotam suscipiat, ac inducat in possessionem, nume. 2. 107
Emphyteosim vbi pater recepit gratuito, pro se & filijs, tunc illam non potest in filiorum præiudicium renunciare, nec totā vni eorum prælegare, nume. 43. 144
Emphyteosis concessa alicui patrifamilias, pro se & filijs, non potest renunciari à patre in filiorum præiudicium, nu. 7. 50
Emphyteosis concessa duobus hoc pacto, vt pars præmorientis transeat in superstitem, poterit tunc superstes cōtra possessorem agere actione reali, & personali, nu. 25. 146
Emphyteosis concessa patri & filijs, mortuo patre, haberi per filios videtur à Domino per mortis causa capionem, & ideo à Domino quandocunque potest reuocari, nu. 10. 51
Emphyteosis ecclesiastica, quam recepit pater ab ecclesia, pro se, filijs & nepotibus, potest vni ex filijs in solidum prælegari, nu. 11. 51
Emphyteosis ecclesiastica, vel feudum, pro se & omnibus hæredibus suis concessum, omnes hæredes etiam extraneos comprehendit, nu. 4. 1
Emphyteosis ecclesiastica recepta pro se & omnibus suis hæredibus, cōprehendit etiam extraneos hæredes, nu. 6. 107
Emphyteosis, in alium potentiorem eo, cui concessa est, transferri non potest, nume. 7. 29
Emphyteosis quam pater habuit pro se & filijs, potest à patre vni filiorum relinqui, modo tā tantundem vltra legitimā alijs relinquat, fallit tamen quando pater illius est auctor vt nu. 42. nu. 38. 55
Emphyteosis recepta à patre pro se & filijs, per institutionem vniuersalem factam, per patrem in filium, filiæ non aufertur pro eius portione, etiamsi pater in testamēto, eidem reliquerit rem certam, iusseritq; eam esse tacitam & contentam, & nu. 23. nu. 5. 50
Emphyteota arbores fructiferas, alijs substitutis cædere potest, nu. 3. 10
Emphyteota, arbores in re emphyteotica incidens, ab omni emphyteosi cadit, nume. 18. 4
Emphyteota cedēs arbores fructiferas, dicitur rem deteriorare, ita quòd potest expelli, Amplia vt nu. 4. intellige vt nu. 9. nu. 3. 8
Emphyteota perempta re emphyteotica, nō tamen in totum, an ad integrum Canonem teneatur nu. 2. 6
Emphyteota quomodo contractui contrauenire dicatur nu. 18. 7
Emphyteota deteriorans rem, potest expelli, maximè quando rem ad meliorandum accepit, nu. 1. 8
Emphyteota expulsus à re emphyteotica propter rei deteriorationem, an meliorationem cum deterioratione compensabit, nu. 1. 9
Emphyteota faciendo alium vsufructuarium, & vsuarium, eius vtile dominium in eum non transfert, nu. 11. 108
Emphyteota fundo emphyteotico quamlibet seruitutem imponere potest, duraturam suo iure durante, nu. 12. 108
Emphyteota, legans fundū, quem habet in emphyteosim, quæ eius morte finitur, videtur tantum legare ius, quod habet, idem in viro legante fundum dotale vxori vt nu. 35. nu. 34. 61
Emphyteota malè se versans, in vna re, ex pluribus vno pretio cōcessis, cadit, ab omnibus, Amplia idem in colono vt nu. 17. nu. 16. 4
Emphyteota non potest cōuentioni habitę cum domino contrauenire, per quā voluit Dominus ad filios emphyteosim peruenire, nu. 27. 53
Emphyteota, partem canonis tantum soluens, à tota emphyteosi cadit. Amplia. vt nu. 8. nu. 7. 4
Emphyteota, qui iurauit canonē soluere, deficiens soluere in primo anno, cadit ab emphyteosi, biennio vel triennio nō expectato. Amplia. vt nume. 12. nu. 11. 4
Emphyteota, qui rem emphyteoticam pro parte alienauit, an pro parte alienata, à toto cadat, & quid in feudatario. nu. 2. intellige, vt nu. 3. & num. 15. & nu. 22. nu. 1. 3
Emphyteota non solum fructuum commoditatem, sed etiam vsumfructum alteri concedere potest nu. 10. 108
Emphyteota potest vnum vsumfructuarium, & vnum vsuarium in eadem re constituere, sine domini voluntate, nu. 16. 206
Emphyteota, qui rem meliorare promisit, vi pacti, ob leuem deteriorationem expelli potest, nu. 14. 8
Emphyteota, vel colonus, vendens rem, vt proprietarius, an perdat statim emphyteosim, & possit expelli, nu. 9. 4
Emphyteotica bona possidens vigore inuestiturarum dr̄ solus possedisse iure proprio, non iure familiaritatis pro nō habente titulū, nu. 17. 60

Emptio annui census super quibusdam prędijs constituti, quando teneat, nume. 15. 40
Emptio fructuum prędij pro certa quantitate qn̄ liceat. nume. 13. 40
Emptor, licet ante traditionem non fiat dn̄s, vt dominus tn̄ efficitur, potest vacantem possessionem virtute sui tituli apprehēdere. nu. 7. 141
Emptor obligatus ex pacto reuendere rem ad certum terminum, si interim eam obliget, & postea reuendit, tunc res reuertitur libera ab onere obligationis ad venditorem, quod limita vt ibi. nu. 8. 307
Emptor, qui non fuit citatus ad videndum iurare testes, sed venditor sollummodo, nō potest ex illis testibus condemnari. cū nu. seq. nu. 3. 333
Ens qualificatū an sit alterius speciei & naturę, q̄ ens simplex, nu. 9. 197
Enunciatiua verba, in antiquis fidem faciunt. nu. 8. 131
Error confitentis non sola negatione, sicut error negātis sola confessione probatur, sed contrarij probatione sub nu. 7. 200
Error in calculo, vsq; ad sententiam reuideri potest. nu. 3. 26
Error iuris nunquid non cōparendo excuset, & quādo & nu. 6. nu. 2. 277
Error iuris quando est tolerabilis semper pręsumitur potius quàm malitia, nume. 4. 277
Error nominis, quando constat de rei veritate, dispositionem nō vitiat; quinimo secundum propriam naturam actus, qui geritur, venit dispositio intelligenda, nu. 11. 318
Et copula, de sui natura ęqualiter determinat, nu. 19. 249
Etiam dictio est implicatiua casus magis dubitabilis, nu. 8. 100
Euentus, qui secundum naturalem dispositionem solet contingere, est habendus in consideratione, nu. 17. 337
Euidenter quid quando apparere dicatur, nu. 9. 13
Exceptio dominij & proprietatis, quæ incontinenti probari possit, admittitur in quolibet remedio adipiscendæ possessionis. nu. 6. 59
Exceptio facta in vna causa, in alia opponēti nō præiudicat, modo eam allegans fuerit conuictus per sententiam. nu. 9. 70
Exceptiones non impedientes litis ingressum, litis contestationem non impediunt, num. 6. 225
Exceptio notoriè concludens non solum de non iure agentis, sed si etiā fundet ius excipientis, tunc admittitur exceptio notoriæ proprietatis, nume. 31. 208
Exceptio ordinis non seruati in summarijs iudicijs opponi nō potest, si tantum respiciat ordinis præposterationem, secus si ad partis interesse tendat. vt nu. 12. nu. 4. 114
Exceptio spoliato opposita vbi probationem nō requirit, tunc ipsi spoliato restitutio denegatur, nu. 33. 208
Excussio bonorum debitoris in iudicio contra tertium possessorem intentato facta, sufficit ad probandū debitorē nō esse soluēdo, nu. 6. 141
Excussio in bonis principalis prius debet fieri, antequàm perueniatur ad tertios possessores, qui alias non tenentur debitum alienum soluere, nume. 7. 114
Excussionis exceptionem admittere debet arbitrator, & si ordinem iuris seruare non teneatur, nu. 9. 114
Excussionis exceptionem reijcere non debet iudex, qui ex forma statuti debet procedere secundum æquitatem, vel veritatem, nu. 17. 115
Excommunicationis pœna quas habeat vires, nu. 20. 242
Executio facta parte non citata, nec contumace, etiam quòd facta fuisset authoritate Imperialis rescripti, est nulla, nu. 24. 60
Executionem rei iudicatæ tertius pro suo interesse impedit, qui allegat hypothecam, num. 1. 190
Executio, quæ nulliter facta fuit, iuris ordine non seruato, nec parte citata, eadem debet facilitate, qua fuit concessa, etiam parte non citata retractari, num. 23. 60
Executio sententiæ vbi committitur inferiori, inferior tunc nō debet de viribus sententiæ à superiori latæ cognoscere tanquā purus executor, vt & nu. 34. nu. 33. 138
Exequutionem paratam non habent, quæ solam probationem continent, nume. 4. 27
Exequutor Apostolicus datus ad prouidendum de beneficio alicui, cum clausula si est idoneus potest ad examen, & huius causæ cognitionem deuenire absq; alicuius partis citatione: intellige vt nu. 25. n. 13. 136
Exequutor testamenti esse non potest religiosus, sine prælati licentia, tn̄ si exequitur sine licentia, eius exequutio non rescinditur, nu. 28. 84
Expensis actoris nunquid iurium copia contentorum in libello, sicut & libelli tradi debeat, & nu. 3. nu. 1. 302
Extensio de dote ad donationē propter nuptias non procedit, nu. 6 219
Extensio fit in exorbitantibus ad casum, qui sub larga significatione vocabuli comprehenditur, nu. 30. 146

F

FActa contra voluntatem partiū indeterius facta reputantur etiam si in vtilius & melius fiant nu. 6. 6
Falsi pœnam incurrit, qui leges correctas ad causarum decisionem allegat, secus si gratia instructionis, nu. 19. 264
Falsi probatio debet concludere de necessitate quod sit falsum, quod intellige, vt sub num. 7. nu. 2. 340
Falsitas in scriptura nō solum, quæ nocet, est punibilis, sed etiam si apta est nocere, num. 17. 258
Falsitas quando sit punibilis & quando non. & nu. 15. nu. 7. 257
Falsitate detecta sicut ignorans à pœna falsi excusatur, tanto magis ante detectam falsitatem, nu. 13. 346
Falsitatis pœna non imponitur ei, qui circa testamentum non signatū, & inualidum, modo ex eo nullum alteri præiudicium parari possit, nume. 6. 257
Falsitatis suspicio nunquid pro falsitate habeatur in ciuilibus, & in criminalibus, & nume. 3. 5. 7. & per totum, nu. 1. 340
Falso instrumento vtens, vt possit condemnari de falso, non sufficit vt interrogetur ab aduersante, num velit vti instrumēto pro vero, vel falso, sed opus est causa interrogationis, nu. 6. 346
Falsum. Interrogatus num velit vti instrumēto pro vero, vel falso, vtrū & quando respondere teneatur clarè, & nō conditionaliter, si verum esse appareat, & nu. 3. & per totum, nu. 1. 345
Falsus procurator liberando debitorem creditoris nomine criminaliter puniri non potest, nume. 10. 275
Fama & vox publica in antiquis facit plenam probationem, nu. 37. 79
Familia antiquior, vbi de dignitate agitur familiarū, præfertur, nu. 7. 238
Familiæ appellatione veniunt etiam filij nasciturì, & postea cōcepti, vbi agitur de successorio edicto conuentionis, secus de successorio edicto legis vt nu. 34. nu. 32. 143
Familia clerici nunquid gaudeat priuilegio fori declara vt num. 6. & 12. nume. 3. 236
Familia militis nunquid, sicut vxor, gaudeat militum priuilegijs, dic vt sub nume. 9. num. 4. 236
Familia Principis delinquēs in loco nunquid iudicis ordinarij illius loci iurisdictioni subiaceat, dic vt nu. 13. nu. 5. 236
Familiares Papæ qn̄ & qui gaudeant priuilegio fori, nu. 11. 236
Fauorabilis dispositio est latè intelligenda, & amplianda, nu. 8. 318
Feuda dignitatū hac ratione diuidi prohibentur, ne per plures spargantur, nume. 34. 74
Feuda regalia, vbi per consuetudinem diuidi per cōtractum inter viuos possunt, ad diuisionem vltimæ voluntatis via inductam talis consuetudo non protrahitur, nume. 39. 62
Feudale prædium ab ecclesia, vel ab alio duobus concessum, altero sine hærede decedente non remanet ad superstitem, sed ad dominum reuertitur, nume. 16. 67
Feudale prædium esse dominus probare tenetur, vbi consuetudo esset in castro præscripta, vt tenentes possessiones venderent suas liberè, vel vicina prædia essent de allodio. nu. 34. 104
Feudalia bona non præsumuntur, sed allodialia, nu. 23. 78
Feudalia esse bona in dubio non præsumuntur, sed allodialia, nu. 26. 103
Feudalia esse bonam elius probatur per homines regionis q̄ per extraneos, nume. 38. 79
Feudalia prædia non pręsumuntur, sed allodialia, fallit, vbi aliqua est bona præsumptio, quod sit feudale, vt nu. 2. nu. 1. 111
Feudalia sunt, quæ intra fines continentur, nisi exempta fore probentur, nume. 33. 104
Feudalibus in rebus naturales tantum de iure communi non succedunt, nume. 17. 67
Feudalis fundi si contentio oriatur inter filiam & agnatum, in dubio filia debet in possessionem collocari, donec per agnatū probatum fuerit esse feudalem, & non solū si possessio vacet, verumetiam si agnatus possideat, vt & nu. 2. & 3. Fallit si agnatus paratus fuerit statim probare, vel per inuestituras doceat esse feudum vt nu. 4. nu. 1. 58
Feudalis res non pręsumitur, sed allodialis, nu. 17. 345
Feudalis causa quo ad clericum non admittit quæstionem an possit seruare per substitutum, nu. 11. 280
Feudalis successionis incapax est fœmina, etiā si inuestitura recepta fuisset simpliciter pro se & hæredibus, nu. 1. 209
Feudatarius absque consensu domini vsumfructum constituere non potest, aliàs esset alienare, secus quoad fructuum cōmoditatem, vt nu. 4. fallit nu. 14. num. 1. 206
Feudatarius dimittens penes alium ius sibi competens in feudo absque Domini Consensu, causa transactionis excepta, tanquā alienans cadit à feudo, nume. 9. 209
Feudatarius & vsufructuarius, licet aliquam habeant similitudinem, tamen in multis differunt, & nu. 25. nu. 22. 207
Feudatarius inuestitus de mero & mixto imperio, & rectores perpetui statuta condere possunt, nu. 1. 184
Feudatarius inuestitus de mero & mixto Imperio potest statuere, quod pro qualibet bestia in bonis eius damnum dante certum quid soluatur, ac super eis denunciatorem, vel saltuarium constituere. Amplia vt num. 7. num. 6. 184
Feudatarius non reuelans conspirationem in dn̄m factam licet priuetur feudo, tamen non priuatur vita, nec eius bonis. & nu. fi. nu. 8. 331
Feudatarius partem feudi sub commemoratione domini alienans, partem tantum amittit nu. 1. 6
Feudatarius paciscens expressè non alienare feudum, illud subinfeudare non potest, nume. 15. 8
Feudatarius potentius habet ius in fructibus, quàm vsufructuarius, quia iste dominium tantū consequitur in perceptis, ille vero etiam in pendentibus & percipiendis, nu. 50. 56

Feudatarius potest fructus alienare totius temporis,quo apud eum feudum est mansurum, num.5. 206
Feudatarius propter vtile dominiũ,quod habet in castro, & territorio, percipit oēs vtilitates de castro & territorio prouenientes, nu.28. 79
Feudatarius,qui patitur contra se præscribi, quasi alienet, ex negligentia amittit feudum, nu.10. 209
Feudatarius sequi Dominũ tenetur in bello, & eum defendere, fallit tamen in eo,qui feudum habet franchum vt nu.19. nu.18. 87
Feudatarius tam contra Dominum, quàm contra quemcunque alium possessorem habet vtilem rei vendicationem: sed vsufructuarius agit tantum confessoria,nu.23. 207
Feudatarius vel emphyteota potest propter negligentiam, veluti si rem feudalem negligat,& ea male vtatur,expelli.nu.12. 210
Feudi ab ecclesia concessi dominium vtile spacio.xxx.annorum præscribitur, directum vero spacio.xl.nu.28. 282
Feudi ad amissionem vbi dominus agit ex crimine,tunc non debet,quũ non ad vindictam sed pro re mere familiari agatur, inseri tempus,& locus criminis commissi,nu.62. 158
Feudi alienatio per Vasallum vbi est manifesta, non requiritur sententia, nume.22. 226
Feudi alienatio, vbi fit agnato sciente, tunc demũ agnatus anno elapso eam reuocare non potest,si sciuerit tenorem alienationis,nu.193.369
Feudi antiqui refutatio vbi fit ab aliquo,vt deinceps inuestiatur, operatur vt feudum antiquum nouũ efficiatur,præsertim si noua pacta fuerint apposita, nume.2. 306
Feudi antiqui renunciatio facta in manibus dñi licet agnatis non præiudicet,tamen,vbi feudũ per competentes inuestituræ clausulas est alienabile,ex quo potest etiam in extraneos alienari,fieri potest etiam in agnatorum præiudicium, ita vt renuncians inuestiatur de feudo nouo, nume.1. 306
Feudi beneficium habere non debet,qui officium gerere non potest, ibi & nu.7.quod limita in milite Hierosolymitano, vt nu.22.nu.6. 82
Feudi concessio denuo fieri potest illius rei,quæ solita fuit infeudari,etiã si antea non potuisset,nume. 10. 259
Feudi concessio facta in inhabilem vt seruiat per substitutum, nunquid ad alium diuersi generis inhabilem protrahatur, nu.32. 283
Feudi concessio, quum sapiat gratiam, ideò debet esse ab omni diminutione remota, nu.34. 196
Feudi dominium vtile sicut dñi consensus non participato alienari non potest,ita nec vsusfructus. Amplia vt nu.3. fallit nu.15.nu.2. 206
Feudi inuestitura facta in personam patris,pro se & filijs, potest per inuestientem limitari in primogenitum cæteris exclusis, nu.9. 51
Feudi inuestituram, vbi quis scienter recipit pro se & alijs, qui inuestiri non debebant,talis inuestitus sibi non præiudicat, nu.18. 72
Feudi ratione ecclesia laico subijcitur,nu.31. 89
Feudi recognitio suscepta per Principem ex certa scientia & de plenitudine potestatis ad nouam reducitur concessionem, quatenus prima non teneret,nume.3. 328
Feudi sola recognitio non probat eius concessionem, nec feudi noui dationem operatur,nume.11. 344
Feudi substitutio,prout nec legatum,non valet.nu 36. 61
Feudi successio sicut lege municipali primogenito dari,ita ex contractu inuestitura deferri potest,nu.41. 62
Feudi successores si intra annum & diem à morte antecessoris inuestituram non petant, feudo priuantur etiam quod feudum non possederint,nume.13. 210
Feudi vbi quis in possessionem missus est ex secundo decreto, nunquid debeat præstare seruitia Domino,nu.12. 281
Feudo antiquo vt agnati transuersales succedant descendentibus prioris Vasalli nõ existentibus,quid probare teneantur, & nu.4.nu.2. 343
Feudo antiquo per recognitionem successoris ius aliquod de nouo non quæritur,sed iam quæsitum cõseruatur,si tamen recognitio intra annum præstatur,alias feudum incidit in commissum. nu.4. 306
Feudo,& emphyteosi succedunt etiam hi,qui non erant concepti tempore primi acquirentis,vt sub nu.34. 143
Feudo miles Hierosolymitanus non potest succedere, nu.1. 82
Feudorum iura clericum & monachum repellentia procedunt etiam in feudo ecclesiastico,nu.27. 282
Feudorum iura prohibet clericos & monachos à feudo & eius successione,nume.2. 85
Feudorum iuxta rigorem,miles Hierosolymitanus ad feuda non admittitur. fallit vt nu.9. nu.8. 82
Feudo vbi vasallus aliquod imponit onus de domini voluntate, tunc si feudum ad Dominum reuertatur, transit cum eadem obligatione & onere,nume. 10. 204
Feudum ab ecclesia susceptum vbi Princeps alienat,nunquid in eo,monachus & clericus succedere possint,& nu.26. nu.23. 282
Feudũ alicui concessum pro se & filijs legitime descendentibus nõ continet legitimatos per matrimonium sequens, num.21. 321
Feudum alienabile ex pacto vel consuetudine retinet propriam naturã feudi,nec alienari possit sine voluntate Domini. nu.22. 282
Feudum amittunt clerici, & alij, qui habitum religionis assumunt, nec in eo succedere possunt, nume.3. 82
Feudum antiquũ an,& quando perueniat ad agnatos transuersales vltra septimum gradum,super quo distingue,vt ibi,nu.5. 343
Feudum antiquum dicitur nobile,& econuerso, & nobilitat feudatariũ, secus feudum nouum,nu.4. 372
Feudum antiquum esse præsumitur ex longi temporis possessione antecessorum,nume.1. 343
Feudum antiquum quæritur sine alia inuestitura, & in hoc differt à nouo,quod sine inuestitura non transmittitur,nu.5. 306
Feudum antiquum sapit nobilitatem, secus feudum nouum, nu.5.238
Feudum,à quo feudatarius ceciderat,vbi de nouo in ipsummet reuertitur,reuersum intelligitur cum solitis emolumentis, nu.8. 203
Feudum armatæ militiæ expirat per Monachationem,nu.19. 83
Feudum,bona quæ sunt in alterius territorio, nõ censentur esse de illius feudo,nume.32. 104
Feudum concessum alicui pro se & quibuscunq; heredibus, omnes hæredes cuiuslibet generis admittit,nu.9. 126
Feudum concessum alicui pro se & descendentibus vbi quis petit, nunquid teneatur probare se ab eo, cui fuerat concessum descendisse, vel aliter esse de personis in inuestitura comprehensis, nu.6. 306
Feudum concessum ob remunerationem nõ definit esse rectum feudũ, præsertim,vbi merita non sunt condigna, & quid differat ab emphyteosi,nume.34. 283
Feudum concessum pro se & suis descendentibus non hæreditarium,sed ex pacto,& prouidentia concedentis dicitur,nu.5. 148
Feudum concessum secundum propriam sui naturam,in quo iuratur ea seruari, quæ continentur in veteri, & noua forma fidelitatis, non admittit clericum religionem ingredientem ad successionem,imò quod habebat clericus amittit, nu.10. 280
Feudum denominatur à fide,à qua fidelitas deriuatur, & feudatarij nomine fidelium nuncupantur, nu.17. 87
Feudum dicitur seruitus præter naturam rerum,quæ aliquando fuerunt liberæ,& hodie præsumuntur, nu.18. 345
Feudum emptum non desinit esse rectũ vbi beneficium pretio dato prȩponderat,& in eo non succedunt clerici & monachi secus si iusto pretio emptum existat.nu.39. 283
Feudũ est contractus nominatus qui nõ patitur pœnitentiã nu.13. 198
Feudum & emphyteusis concessa sub forma,quòd non concernant liberos,vt hæredes,sed vt liberos simpliciter, transferũtur ad liberos mortuis parentibus,sine alia aditione,nu.36. 84
Feudum etsi inuito domino alteri communicari nõ possit, tamen feudi fructus communicari possunt,nu.13. 108
Feudum esse franchum quando dicatur, nu.8. 280
Feudum etsi sit franchũ,tamen Vasallus tenetur ad ea,quæ in iuramento fidelitatis continentur,nu.12. 82
Feudum Franchnm, & liberum à quolibet seruitio est immune,& in eo ex persona monachi succedit monasterium nu.7. 280
Feudum franchum & liberum illud dicitur,quod est ab omni seruitio,& obligatione solutum,nu.10. 82
Feudum hæreditarium vni tantum ex filijs,ex patris dispositione per fideicom.relinqui potest.nu.21. 52
Feudum imperator reuocare nõ potest nisi precatio, vel priuilegio concessum,& etiam ex conuentione si id habeat natura contractus, alias secus nume.12. 195
Feudum Imperiale, qui possidet habet quæcunq; reseruata sunt Principi in signum supremȩ potestatis, & vti potest clausula de plenitudine potestatis.nume.13. 336
Feudum in dubio prȩsumitur hæreditariũ, & in eo nõ succedunt agnati nisi hæredes à Vasallo priore instituantur.& nu.9. nu.6. 344
Feudum in potentiorem, cũ se aduersarium de facili faciat, alienari nequit,nume.4. 28
Feudum licet habeat plurimum gratiȩ ideò beneficium vocetur, tamen habet onus annexum, & dicitur contractus nominatus vltro citroq; obligatorius. nume.48. 353
Feudũ licet Rex ratione directi dominij & suæ libertatis possit pro libito voluntatis reuocare tñ tenetur ad pretij solutionem nu.16. 195
Feudum,licet receptum fuerit pro se & descendentibus vtriusq; sexus,tamen si in eo succedentes siue masculus,siue fœmina, intra annum & diem inuestituram non petant,feudo priuantur,nu.14. 210
Feudum nobile,& antiquum æquiparantur,nu.6. 238
Feudum nõ modo verè,sed etiã præsumptiuè probari potest,nu.12. 112
Feudum non potest vni ex filijs à patre prælegari,nu.8. 51
Feudum nõ retinet miles,qui assumendo habitum religionis, arma bellica deponit,nume.2. 82
Feudum nouum acquisitum per patrem, potest vni tantum ex filijs relinqui & assignari,secus in feudo antiquo,quia nõ potest relinqui inæqualiter vt nu.22.& 25. 50.52.& 53
Feudum nouum consentiente Domino, à patre potest alienari, absque consensu descendentium,nu.17. 52
Feudum nouũ eo differt ab antiquo, quod nouum sumit initium à persona primi inuestiti de nouo acquirentis. Antiquum verò dicitur, quod quæsitum fuit per aliquem ex superioribus ascendentibus, qui sit parens

sit parens & stipes communis agnationis. nume.9. 66
Feudū nouū pater potest repudiare, etiā in filiorū præiudiciū, nu.26. 53
Feudū nouū vbi quis eius secuta refutatione suscipit pro se, & descendentibus, tunc finita linea descendentiū, feudū reuertitur dño, nu.3. 306
Feudum per mortem patris succedendo filius non dicitur acquirere, sed iam quæsitum capere, cum liberiori administratione, nu.37. 381
Feudum præscriptum, ex quo non habet determinatam formam, intelligitur acquisitum pro se & hæredibus, nu.7. 344
Feudum pro certo personali seruitio concedi potest, ita vt ad aliud feudatarius non teneatur, nume.4. 280
Feudum quando est verè nouum, & agitur inter partes, vt sit antiquum id alia ratione non fit, nisi vt includantur agnati transuersales ad successionem, qui alias excluderentur. nu.10. 66
Feudum quodlibet duobus acquiritur modis, scilicet inuestitura & successione, nume.32. 84
Feudum, quod Vasallus delinquendo in dominum amittit, non ad proximos, sed ad Dominum reuertitur, nu.10. 241
Feudum semper respicit commuuem stipitem & primū consensum domini, nume.3. 343
Feudum si vasallus amittat facto domini & nō sui culpa tenebitur ei dominus ad interesse vel de alio simili prouidere nu.15. 195
Feudum, vbi actum est inter Dominum, & Vasallum, quod propter feloniam non perdatur, tunc intelligendū de felonia commissa in omittendo, sed non in committendo, nu.16. 124
Feudum vbi alienatur cum domini voluntate, tunc cessat regula, quod iure datoris extincto extinguitur ius acceptoris, nu.9. 204
Feudum vbi conceditur filio, tunc non acquiritur patri vsusfructus iure patriæ potestatis, sed tantum commoditas. nu.12. 206
Feudū vbi conceditur pro se & descendentibus & successoribus, & transit mortuo primo inuestito ad successores, non dicitur feudum nouum, sed paternum & antiquum, nu.34. 381
Feudum vbi cōceditur pro se & filijs masculis, & fœminis, receptum intelligitur ordine successiuo, videlicet, vt deficientibus masculis, fœminæ admittantur, nu.18. 249
Feudum vbi conceditur pro se & quibuscunq; hæredibus, tunc veniunt personæ feudi incapaces. & nu.28.nu.26. 250
Feudum, vbi concessum est à Principe saluo iure alterius, tunc Princeps de euictione non tenetur, nu.15. 90
Feudum vbi concessum est monacho vel fœminæ scienter, tunc seruitiū personale monachus & fœmina præstare possunt per substitutū, alias secus, vt nu.14.& nu.16.nu.9. 280
Feudum vbi concessum est, vt transeat ad primogenitos, ibi etiam est intelligendum de postmodum nascituris, nu.7. 63
Feudum vbi dominus agens directa rei vendicatione contra extraneum possessorem auocat, tunc reus opponere non potest de vtili dominio Vasalli, & nu.5.nu.3. 209
Feudum vbi est cōcessum pro se & descendentibus, tunc possunt descendentes rem feudalem per prædecessorem in extraneum alienatā recuperare, nume.3. 147
Feudū vbi est franchū in eo succedit clericus, sicut & fœmina, nu.14. 83
Feudum, vbi est hæreditarium, de eo potest pater pro libito disponere, in filiorum præiudicium, nu.20. 52
Feudum vbi est hæreditarium, & descendentes ex fœmina instituuntur, tunc non ad institutos hæredes, sed ad directum Dominum deuoluitur, nume.10. 344
Feudum, vbi est paternum & antiquum ibi transuersales in defectum filiorum succedunt, nu.16. 64
Feudum vbi est receptū pro se & descendentibus, descendentes non dicuntur illud habere à Vasallo proximo defuncto, sed à primo inuestito, nume.1. 149
Feudum vbi est repudiatum per renunciationē realem, tunc renuncianti non datur regressus, secus per personalem, & nu.8.nu.6. 209
Feudum vbi est veritate nouum, licet fictione & consensu partium reddatur antiquum, tū de consensu Domini directi potest in præiudiciū aliorum filiorum ad solum primogenitum transferri, nu.15. 72
Feudum vbi ex consuetudine potest quibuscunq; emere volentibus alienari; talis consuetudo inhabiles & incapaces non comprehendit & nume.21.nume.19. 281
Feudum vbi finita linea ipso iure deuoluitur domino, tunc dominus potest propria auctoritate ingredi feudi possessionē alia retraditione nō expectata, & nu.38.nu.36. 208
Feudum vbi gradatim primogenitis debetur, non potest, per præcedentem primogenitum in sequentis præiudicium alienari, nu 43. 62
Feudum, vbi contractu prohibitum est in potentiorem alienari, licet in eo potentior hæres institui non possit, poterit tamen intestato succedere, nume.3. 76
Feudum vbi in vocatū alienatur, Dñi licentia nō requiritur, nu.24. 330
Feudum vbi linea finita ad Dominum directum reuertitur, dominus nō tenetur respondere creditoribus vasallorū, qui d. feudum tenuerunt, & nume.9. nume.7. 307
Feudum vbi non est receptum pro se & hæredibus, sed pro se & descendentibus, hæreditarium non dicitur, sed venit ex pacto & prouidentia concedētis, vnde sine alia agnitione transfertur ad agnatos, nu.37. 85
Feudum, vbi non fugit gratis cōcessum, sed ex re patris quæsitum pro se & filijs, potest à patre vni filiorum assignari, quia nō concedentis, sed beneficio patris acquirentis filijs competit reuocabiliter. Amplia vt nume.4.nume.3. 63
Feudum vbi non requirit seruitiū personale, tunc in eo monachus, mutus, & surdus succedere possunt, nu.2. 280
Feudum vbi per consuetudinem alienari potest, per contractū inter viuos, talis consuetudo ad alienationē per viam vltimæ voluntatis non extenditur, sicut in simili nec licentia ab homine cōcessa extenditur, vt nume.38.nu.37. 62
Feudū vbi per verba generaliter & simpliciter prolata permittitur alienari, tunc nō potest alienari in fœminā feudi incapacem, nu.25. 250
Feudum vbi pro incerto seruitio datur, tunc monachus ingrediendo monasterium à fidelitatis iuramento liberatur, nu.6. 280
Feudum vbi receptum est pro se & descendentibus, vel pro se & filijs, licet respectu ipsius recipientis sit nouum, & collaterales ipsi non succedant, tū respectu ipsorum descendentium admittuntur, nu.12. 67
Feudum vel Emphyteosis ecclesiastica, pro se & omnibus hæredibus suis concessum, omnes hæredes etiam extraneos comprehendit, nu.4. 1
Feudum, vt pater in vnum tantum filiorum de eo disponere non possit, debet esse verè antiquum, nu.11. 66
Fictio quando sine hominis ministerio operetur, nu.16. 226
Fictio tunc veritati præualet, quādo in casu ficto potentior, quàm in vero, auctoritas interuenit, nu.7. 165
Fideicommissa res vbi est tradita fideicommissario, casus fortuitus nō ad hæredem, sed ad fideicommissarium spectat, nu.8. 285
Fideicommisso cōstituto inter hæredes inuicem substitutos, vltimus, qui in eo succedit, potest libere de hæreditate disponere, eamq; in quem maluerit transferre, vt & nu.33.nu.18. 188
Fideicommisso, vbi res sunt suppositæ, tunc non possunt ex delicto hæredis ad fiscum peruenire, nu.25. 134
Fideicommissum conditionale filio factū nō transit ad nepotes omissos, nisi ad casum expressum id, quod omissum est, sequatur, nu.21. 188
Fideicommissum cū perpetuo onere relictum duobus antiquioribus de familia, censetur esse perpetuum, & non potest dici perpetuum nisi ad vlteriores se extendat, nu.29. 143
Fideicommissum difficilioris est remissionis, quàm pignus, nu.4. 139
Fideicommissum duobus proximioribus de domo vel progenie relictū primis repudiātibus transit ad alios duos proximiores, & sic deinceps ad vlteriores ipsis deficientibus, nu.27. 143
Fideicommissum in familia absolutè non inducitur ex sola alienationis prohibitione per testatorem facta extra familiam, nisi sequuta cōtrauentione, in talibus prohibitus non potest extraneum hæredem instituere, vt nume.11.nu.1. 76
Fideicommissum non intelligitur remissum per verba de non contrauentiendo diuisioni inter fratres diuidentes apposita. nu.4. 248
Feudum est cōtractus nominatus, qui nō patitur penitentiā nu.13. 193
Feudum Imperator reuocare nō potest, nisi precario, vel priuilegio concessum, & etiam ex conuentione, si id habeat natura contractus, aliàs secus. nume.12. 193
Feudum licet Rex ratione directi dominij, & suæ libertatis, possit pro libito volūtatis reuocare, tū tenetur ad pretij solutionem. nu.16. 193
Feudum si vasallus amittat facto domini, & non sui culpa, tenebitur ei dominus ad interesse, vel de alio simili prouidere. nu.15. 193
Fideicommissum pendens seu conditionale, ad hæredes non transmittitur. quod amplia & declara, vt nu.19.30.& 32.nu.17. 188
Fideicommissum tunc censetur remissum, quando hæc tria cōcurrunt, scilicet, quòd magna sit sanguinis coniunctio, ꝙ creditor diu tacuerit, quòd ratio fuerit sæpè calculata, nulla facta debiti mentione, alias altero eorum deficiente secus. nu.61. 57
Fideicommissum tacitè præsumitur, vbi rem insignem alienari extra familiam testator prohibuit. nu.8. 77
Fideicommissum tunc inter fratres censetur remissum, vbi inter eos in instrumento diuisionis vsi sunt clausulis, concesserunt inuicem dictas res ad habendum tenendum vendendum & alienandum, &c. & quæ bona vnus alteri, & alter alteri in partem obuenta concessit pro se & quibus dederit. vt nu.3.nu.2. 139
Fideicommissum vbi extra familiam alienari est prohibitum, si illius alienationi omnes de familia consentiant, tunc illa alienatio ex persona ipsorum tanquā inualida, per alios descendentes nascituros, qui ad fideicom. ipsum admittuntur, poterit reuocari, nu.35. 143
Fideicommissum, vbi per verba vniuersalia relinquitur, tunc prælegata etiam ab hærede restitui debent. nu.5. 107
Fideicommissum vbi relinquitur proximiori à testatore, frater excludit filiū fratris, secus in legali successione. nu.7. 286
Fideiussoribus concessum priuilegium de principali prius conueniendo est in æquitate fundatū ideò de facili tolli posse non videt, nu.11. 114
Fideiussor idoneus adhiberi non potest in causis capitalibus, nu.2. 191
Fidelitas, vt alteri fiat, Princeps cōcedere potest, si nominatim id exprimat. nume.8. 172
Fidelitatis iuramentum ratione iurisdictionis non præstatur, nisi ab his, qui

qui sunt sub iurisdictione.nume.65. 355
Fidelitatis iuramentum trifariam præstatur.nu.10. & nu.64. 355
Fidelitatis iuramentum triplex.nu. 1. 387
Fidelitatis obligatio, sicut emptio, & venditio perpetuo manet. numero.6. 172
Filia vbi est exclusa,omnis eius posteritas etiam masculorũ exclusa censetur,fallit,vt nu.32.nu.29. 246
Filij appellatio ad alium porrigitur, vbi dicit testator istum filium meũ instituo.nume.6. 187
Filij appellatio potest attribui nepoti,quasi generalis descendentium appellatio, nume.22. 246
Filij appellatione licet nõ veniant nepotes propriè,tamen dispositio testatoris facta in fauorem filiorum trahitur ad nepotes,nu.12. 323
Filij appellatione quando veniat nepos, & quando non, & numer. 16. nume.13. 287
Filij diffinitio,& num includat filium legitimatum per subsequens matrimonium,vide nu.20.nu.4. 319
Filij legitimatio vt probetur,potest pater operam nauare,vt testes in iudicio ad æternam rei memoriam super tali legitimitate recipiantur, & illud iudicium non potest dici collusorium.nu.29. 155
Filij legitimitas probatur ex diutina cohabitatione viri & mulieris, secus causa matrimonij.nu.43. 157
Filij legitimitas probatur per assertionem viri & vxoris eum esse filium suum, & alio non addito intelliguntur asseuerare eum esse legitimũ. nume. 40. 157
Filij legitimitas, vbi est per sentẽtiam inter litigantes patrem & filium latam,in filij fauorem declarata valet,etiam quod alijs filijs præiudicet,nec ob id iudicium dici potest collusorium nu.34. 156
Filij legitimitatis causa vbi agitur leuiores admittuntur probationes, q̃ in causa matrimonij.nu. 42. 157
Filij mulieris exclusæ per statutum,quando exclusi vigore d.statuti non dicantur,nume.34. 247
Filij positi in conditione nõ censentur positi in dispositione, fallit vt nume 13.& 14.nu.8. 187
Filij positi in conditione vbi ex coniecturis substituti censentur, tunc intelligendum est eos tantummodo esse substitutos eorum patri, non etiam cohæredibus.nu.7. 187
Filij positi sub conditione ex eorum persona ad hæreditatem obeuntis substitui, non censentur vocati vigore fideicommissi auiti & num.4. nume.3. 186
Filij Regum, Ducum,Marchionum, Comitum possunt etiam viuo patre Reges,Duces,Marchiones,Comites nuncupari.nu.36. 381
Filio in potestate succedente patri non cadit titulus pro hærede. numero.21. 60
Filio quod debetur,patri solui non potest, etiam quòd rati cõfessionem offerat,nisi sit bonorum filij aduentitiorum legitimus administrator, quod declara vt nu.26.nu.1. 168
Filio Spurio nec iure humano, nec diuino patris debetur hæreditas, & statutum in contrarium non valet.nu.15. 312
Filius à iure immiscendi exclusus, vt agnatus poterit paternam hæreditatem adire,nu 6. 25
Filius idoneus testis non est etiam volens contra patrem. nu.9. 47
Filius naturalis propriè dicitur natus ex vnica cõcubina vxorio affectu in domo retenta,largo autem modo dicitur naturalis quicunq; natus ex soluto & soluta,vt num.5. quis vero largius naturalis dicatur,vide in nume 7.nu.1. 317
Finalis causæ definitio. nu.11. 297
Fines. Omne,quod intra fines est, ad Dominum finium spectat, & pertinet,nume.31. 54
Fines. Quicquid intra fines est eius est,cuius sunt fines,nu.31. 79
Fisco non est fauendum,vbi tractat de lucro descendente ex delicto. numero.9. 48
Fiscus donationem causa mortis vxori factam impugnare non potest, etiam secuta in maritum sententia ob delictum condemnatoria. numero.13. 184
Fiscus,ex hæredis delicto,qui grauatus est per fideicommissum,legitimã delinquentis consequetur,in qua grauari non potuit,quod Ampl.etiã in Trebellianica,vt nu. 33.nu.26. 135
Fiscus in casibus, in quibus non est priuilegiatus, vtitur iure priuati. numer.6. 48
Fiscus non succedit in his,in quibus hæredes extranei non admittuntur, nume.23. 134
Fœmina clericus & monachus quare à feudo excludantur.nu.30. 282
Fœmina in feudo francho succedit. nu.13. 82
Fœnerandi consuetudo non valet, quia est contra ius Diuinum. numero.24. 44
Franchum & liberum feudum illud dicitur,quod est ab omni seruitio,& obligatione solutum.nu. 10. 82
Frater, à fratre bannito, vel alio condemnato in hærede instituto, præteritus,querelat fratris testamentum.nu.19. 2
Frater possidens & administrans patrimoniũ indiuisum sine titulo, dicitur etiam pro fratre possidere iure familiaritatis, secus si habeat titulum,quia iure proprio possidet vt nume.14.nume.13 60
Frater testis admittitur contra fratrẽ,vbi inuitus nõ deponat.nu.11. 47
Fratres,qui per emptionem vel alium contractũ prædia, iurisdictionem acquisiuerũt,ea nullo pacto absq; magistri & capituli generalis licentia distrahere possunt,sed ea eorum vita durante possidere. nu.5. 86
Fraudulentum consilium quando dicitur. nu.7. 275
Fructus à die oblationis pertinent ad eum, qui pretiũ redemptionis obtulit.nume.1. 97
Fructus appellatione interesse includuntur.nu.7. 151
Fructus consumptos malæ fidei possessor tenetur restituere, etiam quòd factus non fuerit locupletior. non autem bonæ fidei.nu.15. 152
Fructus dicuntur,qui deductis impensis, culturæ & fructuum quærendorum causa factis supersunt,& nu.10. nu.8. 151
Fructus extantes non solum restitui debent,à malæ fidei possessore, sed etiam consumptos,quamuis locupletior non sit factus. nu.17. 152
Fructus hæres bonæ fidei non lucratur,propter malam defuncti fidem. nume.2. 151
Fructus naturales,non industriales consumptos,bonæ fidei possessor debet restituere,si modo non fuerit factus locupletior. nu.16. 152
Fructus naturales qui dicantur,& qui ciuiles.nu.3 252
Fructus non acquirit possessor malæ fidei, sed ad eorum tenetur restitutionem.nume.11. 150
Fructus non lucratur,qui rem pignoratam possidet.nu.1. 151
Fructus percepti probantur per testes,qui perceptioni interfuerũt, percipiendi vero per coniecturas.nu.4. 91
Fructus percepti restituuntur,vbi titulus,ex quo quis se tuetur,reducitur ad non titulum,vel ortum habet ex causa irrita.nu.13. 150
Fructus perceptos non tantũ restituere tenetur possessor malæ fidei, sed etiam eos,qui percipi potuerunt.nu.8. 150
Fructus perceptos non tenetur restituere,qui obtinuit in possessorio, licet succumbat in petitorio,quod declara vt nu.15.nu.14. 151
Fructus percipiendi facultas & cõmoditas transit ad hæredem, & legari potest limita,vt nu.21.nu.13. 206
Fructus pignoratæ rei creditor non lucratur,sed debitori restituitur,etiã quòd ex primo decreto immissus fuerit in possessionem.nu. 19. 152
Fructus pignoris quomodocunq; consumpti à creditore, qui prædia tenet hypothecata,restitui debent.nu.18. 152
Fructus prædiorum cõsistunt in pecunia vbicunq; prædia ad pecuniam locari consueuerunt.nu.4. 151
Fructus quando à reo depopulari dicantur,& nu.4.nu.2. 252
Fructus vbi veniunt restituendi,tunc expensæ gratia castrum custodiendi factæ eatenus computantur,quatenus petitoris intersit, secus si factæ ex superabundant.nu.9. 151
Fructus vbi restitui debent,pecuniam quoq; per aduersarios ex locatione prædiorum acceptam à colonis continet. nu.3. 151
Fructuum perceptio,de quorum quantitate dubitatur, probatur per sacramentum actoris vel rei,qui melius veritatem nouit,& est legalior & in nu.3.nu.1. 91
Fructuum perceptorum quantitas, vbi per actorem non probetur, poterit per iudicem declarari.nu.7. 91
Fructuum quantitas ex iudicis officio,sicut & interesse,declarari potest. nume.6. 151
Fructuum quantitas quomodo probanda. nu.5. 151
Fundi æstimatio,non secundum numerum & mensuram, sed secundum bonitatem & qualitatem fit.nu.4. 6
Fundus dari non dicitur,quando vsusfructus extrahitur, nu.51. 56
Fundus dotalis dicitur donec durat matrimonium.nu.2. 175
Fundus mensuratus, allegata per patrem læsione, vel deceptione mensuræ,debet iterum mensurari,infertur vt hic.nu.1. 26
Fundus regionibus diuiditur. nume.21. 4

G

Generale verbum bona prohibita alienari non comprehendit.numero.3. 107
Generalibus verbis vti contrahentes cauere debent, ne ex effuso nimis sermone in promptum incidant periculum.nu.3. 173
Generalia verba in actu operantur, vt includant ea quæ aliàs in simplici sermone non venirent.nu.4. 107
Generalia verba obscuritatem inducunt.nu. 30. 104
Glo. in cap. innotuit in verbo coniugata de elec. & in cap. tanta qui fil. sint legi.quomodo sit interpretanda. nu.28. 321
Gratia illud fieri dicitur,ad quod quis iure naturali tenetur.nu.41. 284
Grauius est damnum pati,quàm lucrum non sentire.nu.13. 8

H

Habui & recepi verbani, scriptura priuata & publica apposita, quid importent.nu.10. 169
Hæredem non habere graue est, & heres nequit contrauenire facto defuncti.nu.8. 348
Hæredes vbi plures testator vocat sub nomine quotæ, tunc omnes instituti intelliguntur hæredes vniuersales.nu.12. 218
Hæreditas adita adhuc dicitur esse hæreditas, sed apprehensa bonorum possessione desinit esse hæreditas, & proprium hæredis patrimonium efficitur.nume.11. 312

Hæreditas ex die vel ad diem non rectè datur, sed vitio temporis sublato manet institutio, fallit in nu.13.nu.3. 217

Hæreditas in suo non dicitur iacens, & quomodo intelligatur. nu.10. 25

Hæreditas in suo quomodo dicatur iacens. nu.14. 24

Hereditas iure suitatis transmittitur. nu.22. 103

Hæreditate iacente, actio rei hæreditariæ non præscribitur, intellige vt nume.8. 25

Hæreditatis aditionem non requirunt, quæ iure separato, ab hæreditatis aditione acquiruntur. nu.35. 84

Hereditati accedunt omnia, quæ inueniuntur in hæreditate, etiã si non fuerint testatoris. nu.25. 73

Hæres gratus à testatore, ne fideicommissarium molestet, potest ab eo quartam exigere Trebellianicam. nu.14. 87

Hæres grauatus restituere hæreditatem alicui, & eius hæredibus masculis, non dicitur grauatus restituere nepotibus ex filia illius. numero.31. 246

Hæres grauatus, sicut nõ potest in præiudicium fideicommissi alienare, ita nec alium actum, per quem deueniri possit ad alienationem, facere potest. nume.24. 134

Hæres in casu prohibitæ alienationis, non alienata per defunctum reuocare, sed factum eius approbare debet, secus descendentes. numero.20. 142

Hæres in dubio videtur cõsentire in eo, quod voluit defunctus, cuius personam repræsentat. nu.8. 160

Hæres in inuentario bona immobilia debet describere, & designare saltem per duos confines: mobilia vero per pondus, numerum vel mensuram, iuxta rei qualitatem, aliàs doli suspicione non caret & nu.11. nume.5. 229

Hæres institutus in sola proprietate, alio in vniuersali vsufructu instituto, nunquid hæres vniuersalis vel particularis censeatur, declara vt nu.6. & 11. nu.1. 217

Hæres occultando res aliquas in confectione inuentarij vel omittendo, si id probatur per creditores, qua pœna puniatur, declara vt num.13. nume.12. 229

Heres suus impletionem conditionis ad hæredem non transmittit, nisi testator dispositiue mentionem fecerit de filio & hæredibus. numero.20. 188

Hæres verbum in materia feudali ad descendentes solet referri. numero.1. 50

Hierosolymitanus Miles est feudi capax. nu.1. 85

Historijs & Chronicis de rebus gestis est credendum, nu.41. & 91. 347

Hoc, dictio, rei ad oculum demonstratiua est. nu.27. 12

Homagium & fidelitas quomodo differant. & nu.5. nu.3. 172

Homagij diffinitio. nu.4. 172

Homagium, homicidium & hominum idem sunt. nu.1. 172

Homagium triplici ratione fieri potest, ratione feudi, ratione rerum, & ratione solius personæ. nu.2. 172

Homagium est quædam species seruitutis, & qualiter intelligatur. vide ibi. nume.9. 172

Homagium est, quando quis promittit se esse hominem alicuius Domini, stareq; & habitare, ac ea seruitia exhibere, vbi, & quæ voluerit Dominus. nume.24. 84

Homicidiæ dicuntur, qui propter solum non reuelare secreta homines occidunt, si aliud in causa non sit, quàm silentium. nu.7. 331

Homicidium à filio perpetratum in personam illius, qui in patrem iniuriam intulerat, non præsumitur factum de mandato, & scientia patris quod tamen limita vt nu.4. nu.3. 46

Homicidium factum à meo consanguineo in quempiam, etiam cõtemplatione iniuriæ mihi illatæ, non præsumitur factum de mea scientia & mandato. nume.2. 46

Homo, hominis mei, non est homo meus, ex quo infertur vt hic. numero.7. 21

Homo vnus seruus plurium esse potest, nu.15. 21

Hortatio liberam voluntatem excitat. nu.18. 266 & nu.17. 272

Hypotheca anterior debet præferri posteriori nu.31. 146

Hypotheca, & Saluianum interdictum, vbi mulier ad dotis agit restitutionem, (licet dos sit priuilegiata) non possunt contra tertios possessores intentari, nisi viro excusso, vt & nu.2. nu.1. 114

Hypotheca in prædijs constituta tunc sublata censetur, vbi crditor alienandi potestatem debitori dedit, vel alienationi iam factæ consensit. nume.1. 138

Hypothecaria actio est iudicium petitorium, Saluianum interdictum possessorium. nu.2. 145

Hypothecaria à Saluiano interdicto quomodo differat. nu.1. 145

Hypothecariæ in iudicio conueniri etiam possessor extraneus potest, vt rem remittat. nu.12. 141

Hypothecaria generali agenti remittenda est possessio pro suo interesse, donec scilicet sit consequutus æstimationem rei petitæ cum fructibus. nume.16. 142

Hypothecaria licet tantum auocet possessionem, tamen, vt rei vendicatio, dicitur iudicium petitorium. nu.3. 145

Hypothecaria, qui agere vult contra tertios possessores, principalem prius excutere debet. numero.5. 259

Hypotheca vbi super prædijs specialiter est constituta inter aliquos per pactum de nõ alienando, quæ postea fuerunt alienata ab aliquo, tunc reliqui, seu eorum descendentes d. prædia per hypothecariam à quocunque extraneo possunt aduocare. præhabita tamen principalis discussione. nume.5. 141

I

Ignorantia præsumitur in gestis per antecessores, & iuri, quod quis ignorat non videtur renunciatum. nu.19. 78

Imbreuiaturę extensio potest fieri ex alieno protocolo, decreto iudicis interueniente, absq; partis citatione. nu.6. 90

Immemoriale tempus habet præsumptionẽ iuris pro se, adeo quòd nõ admittitur contraria probatio. nu.17. 122

Immemoriale tempus, habetur pro priuilegio à principe concesso, vt nume.16. nume.15. 18

Immemorialis præscriptio potest à principe quandocunq; vult reuocari, cassari, & annullari, & nu.20. 386. & nu.25. 387

Immemorialis præscriptio quomodo debeat probari per testes, & qualiter testes reprobari possint. nu.105. 395

Immunis ab oneribus ob numerum.12. liberorum, hãc eandem tribuit immunitatem fratribus socijs in communione bonorum persistentibus & simul habitantibus. nu.19 261

Immunitas, alicui, quia doctor, vel medicus, concessa valet. numero.20. 20

Immunitas concessa ciuitati, & lóco realis dicitur, & ad posteros transmittitur. nume.13. 326

Immunitas concessa per verba vniuersalia & geminata includit & onera bellica. nume.10. 126

Immunitas concessa propter numerum.12. liberorum, non extenditur ad præstationem eius, quod domino directo debetur pro licentia alienationis rei emphyteoticæ. nu.15. 87

Immunitas concessa territorio est realis & transit ad quemcunq; transit res. nume.12. 326

Immunitas.12. liberorum pluriumue de iure cõmuni patrem ab omni munere etiam patrimoniali liberat, & nu.3. nu.2. 161

Immunitas non soluendi onera, sicut quælibet alia spacio.30. annorum præscribitur. nu.1. 325

Immunitas onerum, ad onera bellica ob publicam vtilitatem imposita, non extenditur. Fallit in nu.5. nu.1. 125

Immunitas particularis Vasallis competens non tollitur per Principis decretum generale. nu.23. 124

Immunitas patri numerum.12. filiorum habenti à lege concessa, bellorum quoq; onera complectitur. nu.5. 161

Immunitas plenissima priuilegiatum à personalibus & realibus muneribus Principi exhibendis non excusat. nu.3. 125

Immunitas.5. liberorum patrem, non à patrimonialibus, sed à muneribus tantum personalibus excusat. nu.1. 161

Immunitas simpliciter concessa ab oneribus, onera præsentia complectitur & futura. nu.19. 127

Immunitas spatio quadraginta annorum potest prescribi. & num.12. numer.11. 19

Immunitas stante necessitate non attenditur, limita in nume.14. & 15. numer.4. 125

Immunitas, vbi à Principe conceditur pro oneribus, quæ contingent in posterum, comprehendit onera etiam grauissima. nu.21. 127

Immunitas vbi est præscripta legitimo tempore, contra eũ ciuitati non datur restitutio, sicut nec ecclesiæ conceditur, nisi intra quadrienniũ à die completæ præscriptionis computandum. nu.11. 123

Immunitatis cõseruatio magis accedit beneficio, quàm priuilegio, quod beneficium esse reale pręsumitur. nu.16. 326

Impensæ non præsumuntur ab eo factæ, qui tenebatur, nisi alijs indicijs & coniecturis accedentibus. nu.30. 177

Impensas voluntarias malæ fidei possessor amittit, nec vtiles tunc repetit, quando res non extat, vel melior non est facta, secus necessarias re existente. vt nu.12. nu.11. 151

Imperator concedens alicui castrum cum omnimoda iurisdictione, nõ videtur concessisse iura, quæ ibi habet ciuitas ex cõsuetudine, de qua debet fieri mentio, aliàs concessio censetur obreptitia, declara vt nume.161. nume.23. 350

Imperator concedendo alicui ciuitatem videtur concessisse eius territorium iurisdictionem, & merum ac mixtum imperium nu.180. 368

Imperator est dominus totius orbis, quo ad iurisdictionem & protectionem, non quo ad dominia rerum particularium. nume.42. 355 & numer.7. 385

Imperator ex causa potest ciuitatem & ducatum infeudare, & quæ possint esse causæ, vide ibi. & nu.43. nu.40. 388

Imperator legitimare potest spurium ante aditionẽ hæreditatis in prę iudicium venientium ab intestato. nu.46. 58

Imperator licet absolutam eius potestatem, quæ est supra ius, & omnia regna à se in totum non possit abdicare, eam tamen potest in certis terris, & ciuitatibus alicui communicare, & nu.8. nu.1. 293

Imperator licet non possit donare quo tã imperij, potest tamen donare certas

certas ciuitates,& omne ius quod habet in eis trāsferre,& in his præiudicat succeslori.& nu.46.limita vt nu.171. nu.44. 353
Imperator licet præsumatur habere omnia iura in scrinio pectoris, tamen in facto sæpius erat. nu.8. 265
Imperator non potest mutare statum,nec honorem veterum vasallorū minuere.nu.10. 263
Imperator non potest omne ius & superioritatem,quam habet in ciuitatibus alteri concedere,secus communicare assumendo illum in par tem solicitudinis,vt nu.167.& 169.nu.25.351.& nu.6.& 41. 385
Imperator non potest vasallos de feudo disuestire sine causa,aliàs debet ei in ęquipollenti satisfieri.nu.14. 195
Imperator potest alicui concedere maris proprietatem in aliqua parte causa remuuerationis.nu.22. 118
Imperator potest ciuitatem,& ius præscriptione immemoriali, vel priuilegio,vel imperiali concessione quæsitū de alio ad alium transferre & infeudare & nu.39.nu.19. 386
Imperator potest de plenitudine potestatis infeudare terras etiam mediatè subiectas.nu.11. 385
Imperator potest in omnibus concessionibus & causis declarare suum priuilegium, in præiudicium aliorum non citatorum vbi vtitur clausula ex certa scientia vel lege non obstante nu.156. 365
Imperator potest & solet inuestire tyranno de ciuitatibus per eos occupatis nume.160. 366
Imperator potest infeudare terras etiam mediate subiectas de potestatis plenitudine,& obligat in hoc successorem.nu.49. 353
Imperator potest ius sibi competens in aliquibus ciuitatibus in alium transferre dummodo non tendant in magnā imperij diminutionem, & in his præiudicat successori.nu.8. 385
Imperator potest statuere, vt in feudo iuris dictionali non solùm nouo, sed etiam antiquo. primogenitus succedat.nu.29. 54
Imperator potest terras de facto Romanum Imperium in aliquo non recognoscentes per feudi dationem alteri subijcere.nu.55. 354
Imperator potest vnire & diuidere ciuitates & prouincias. nu.86. 357
Imperator sumitur scire consuetudines multum vulgatas, & quę ciuitates italiæ recognoscant Ro. imperium,& quæ nō saltem in genere & in confuso.nume.163. 366
Imperium,vbi vnus tantum debet imperare, debet penes maiorem natu residere.nume.1. 63
Impulsiuæ causæ definitio.nu.11. 297
Incertitudo iuriorū nullum tribuit titulum, nec vsucapiendi conditionem nume.159. 365
Indefinita hominis de sermonis proprietate, non æquipollet vniuersali, nisi negatiue proferatur.nu.21. 9
Indefinita loquutio affirmatiua, licet casum insolitum & extraordinarium non comprehendat, negatiua tamen illum complectitur. nume.27. 127
Indefinita verba & generaliter prolata,ad futura non trahuntur, quando resultat magnum præiudicium.nu.24. 178
Iudicia ad probationem doli debent esse perspicua nō autem vt possint interpretari in bonam,& in malam partem.nu.23. 276
Iudicium ad torturam sufficiens nō facit inquisiti mendacium.nu.7. 47
Indicium ad torturam non facit testimonium prohibiti deponere, propter personarum reuerentiam.nu.10. 47
Indicium facit Christianus,qui moriēdo dixit, se ab aliquo vulneratum vel occisum fuisse.nu.21. 154
Indicium sufficiens ad torturam non est inimicitia, nisi fuerit capitalis, vel quæstio omnium bonorum,aut maioris partis. nu.6. 47
Indiuiduè quid,& quid fieri in specie quomodo intelligatur. nu.25.175
Indiuiduum quid quando dicatur.& nu.30 nu.23. 3
Induciæ an possint à Principe ad soluendū debitori concedi, & vbi concedantur, an debitor teneatur satisdare de soluendo in termino. numero.1. 262
Induciarum tempus à Principe debitori concedendarum quantum esse debeat,declara prout in nu 17. nu.2. 262
Indulgere crimina supplicantibus est solius Principis habentis iurisdictionem in condemnatos.nu.75. 356
Infamis facti infamia,qui,& quando dicatur.nu.25. 3
Inimicitia grauibus ex causis orta præsumitur continuare & durare, secus ex leuibus.nu 8. 308
Iniuriarum actione tenetur,qui alienum ingreditur fundum inuito domino.nume.2. 184
Innouare non dicitur qui ius suum prosequitur, sed totum quicquid facit,id facit ad iuris sui ante quæsiti tuitionem & conseruationem. numero.13. 292
In obscuris,quod minimum est, sequimur. Extende vt nume.17. & nume.18.nume.16. 1
Inquisiti assertioni standum est, vbi asserit se non deliquisse, modo eius assertio aliquibus præsumptionibus adiuuetur.nu.13. 47
Insinuata donatio dicitur, quādo donans in loco habet merum & mixtum imperium.nume.9. 327
Insinuatio de iure communi, vel municipali requisita in donationibus pro solemnitate probatoria, nunquid in donationibus propter nuptias,& ob causam futuri matrimonij factis procedat,& num.20.31. & sub. nu.40.nume.7. 296
Insinuatio non requirit,quòd donans vel donatarius, vel res donata iurisdictioni iudicis insinuantis sit subiecta.nu.10. 329
Instantia non currit nisi à die litis contestatæ nu.8. 225
Instantia perempta ab inferiore Principis instaurari non potest. numero.76. 356
Institor vel præpositus negotiationi dominum vel socium non obligat, nisi cum eo contrahens sciat eum esse talem, & habeat animum eos obligandi.nu.6. 213
Institutio facta in filios ad filium ignoratū non protrahitur.nu.26.188
Institutio facta simpliciter per patrem in filium spurium,eo ex post legitimato,reconualescit. nu.19. 68
Institutio hæredis censetur prohibita, vbi bonorum prohibita est institutio.nume.10. 77
Instrumēta duo habens venditionum factarum diuersis temporibus,ex vtraq; venditione dicitur rem possidere. nisi fuerit per secundam expresse recessum à prima.nu.49. 81
Instrumenta plura vbi eodem libro,& eodem die reperiuntur confecta, primò scriptum præsumitur prius confectum.nu.20. 72
Instrumenti tenor est,quicquid ex instrumento præsumitur. nu.3. 39
Instrumenti vitiū,vt operetur falsi suspicionem pro falso haberi,& producentem puniri,debet esse patens,non latens.nu.6. 341
Instrumentorum probatio non naturalis, sed est iuris positiui. numero.5. 296
Instrumentum à notario confectū, qui consueuerat alia falsa instrumenta facere,si producitur, nisi probetur illius falsitas, in criminali nō operatur,vt notarius de falso puniatur,in ciuili tamen tanquam suspectū repellitur,& nu.17.nu.12. 342
Instrumentum de iure pręsumitur verum,& solemne.nu.9. 346
Instrumentum & eius substātia in his cōsistit, quæ notario incumbunt, & ad eum spectant, sed contractus & eius substantia consistit in his, quæ voluerunt partes & eis incumbunt. nu.22. 297
Instrumentum ex nō exhibitione petiti protocoli redditur suspectum. nume.19. 342
Instrumentum facit rem manifestam, & dicitur probatio probata. nume.8.59.& nu 28. 171
Instrumentum fictitiū qui dicit, speciem & causam fictionis probare debet,ac ad cuius casus reparationem facta sit.nu.7. 183
Instrumentum minus solemne licet probet nudam voluntatem,tamen non sufficit ad reuocationem legatorum nu.6. 239
Instrumentum non probat in eo contenta, nisi contra rogantem numero.23. 142
Instrumentum producens in iudicio,quod habet aduersarius suspectum de falso,nunquid possit protestari,quod,si falsum reperiatur, vult haberi pro non producto nu.2. 345
Instrumentum publicum habet vim duorum testium, nec reprobari potest,nisi per duos testes omni exceptione maiores, quod limita vt ibi. nume.18. 342
Instrumentum rogari nec confici potest super negatiua indeterminata. nume.104. 359
Instrumentum simulatū, qui dicit probare debet causam & speciem simulationis,& ad cuius casus reparationem fuerit factum, & quod ab initio contractus interuenerit,cum nu.19.nu. seq. 329
Instrumentum, vbi res antiqua agitur hominis excedens memoriam, adeo valet, vt non sit producenti necesse probare illius confectorem fuisse notarium,nec in quasi possessione officij extitisse.nu.11. 71
Instrumentum vbi vitiatur ratione alicuius solemnitatis omissæ,vel alterius requisiti,tunc obligatio in ipso instrumento cōtenta firma manet,& per testes probari poterit idem si deperditum reperiatur.vt nume.21.nu.23. 297
Instrumentum vt fidem faciat debet parte præsente vel citata produci. nume.19. 137
Interdictum quorum bonorum non datur cōtra titulo possidentem, & in eo admittitur proprietatis exceptio, si modo in cōtinenti eius probatio offeratur.nu.12. 59
Interdictum Saluianum vbi intentatur,potest procedi secundum probata, & satis est probare bona obligata fuisse in bonis debitoris, & per eum possessa,licet sit secus in hypothecaria.nu.9. 309
Interdictum vti possidetis, licet principaliter tendat ad conseruandam possessionem,incidenter tamen dicitur restitutionem.nu.22. 223
Interdicto vti possidetis momentū temporis prębet potentiorem probationem,nu.7.& nu.19. 221
Interdictum vti possidetis quando agenti rei vendicatione competat, vbi possessio rei petitæ ad eum peruenit, & deinceps molestetur. numero.5. 214
Interdictum vti possidetis vbi intentatur, is obtinet, qui de antiquiori possessione probat.nu.3. 160
Interesse appellatione sicut non venit res ipsa, ita & multo minus crimen.nume.17. 269
Interesse damni emergentis in non solito negotiari, an sit licitum numero.1. 27

Intereſſe pretij non ſoluti à moroſo debetur. Amplia vt nu.2. intellige tamen vt nu.1.nu.3. 32
Intereſſe probatur per actoris iuramentum,& ei ſtatur,quando concurrunt duo,dolus rei,& difficultas probationis.nu.3. 172
Intereſſe ratione vulnerati per ſententiam iudicis declaratum quomodo prçſtandum.nn.7. 288
Intereſſe vbi in certa quantitate in libello non exprimitur, an ante vel poſt ſententiam debeat liquidari.nu.12. 216
Interlocutoria quælibet dici poteſt momẽtanea aptitudine,quia poteſt reuocari.nu.11. 252
Interpellatio ſine tutoris auctoritate pupillo fieri nõ poteſt,vel facta nõ tenet. nume.5. 98
Interpretatio in dubio ſemper eſt capienda,vt excludat delictũ,n.2. 271
Interpretatio quælibet ſemper ſumenda eſt, ne quis actus contrarios feciſſe videatur.nume.22. 68
Interrogatus de facto alieno nõ tenetur reſpondere de veritate, ſecus de credulitate,quod exemplifica,vt ſub nu.7.nu.8. 346
Interrogatus,vbi habet probabilem ignorantiã, nõ tenetur reſpondere præciſe num velit vti inſtrumento producto pro vero,vel falſo,ſed tenet conditionalis reſponſio,quod limita vt nu.5.& 8.nu.4. 345
Inuentarij beneficium quare fuerit hæredi tributum, & eius forma non ſeruata quare corruat.& nu.8.& 18. 231
Inuentarij confectio hæredi non prodeſt, niſi vbi hæreditas non eſt ſoluendo. nume.22. 142
Inuentarij conficiendi forma à lege eſt introducta, quę ad vnguem eſt ſeruanda,aliàs omiſſa etiam per errorem, vel imperitiam aut ſimplicitatem vitiat actum,nu.7.& nu.9. 229
Inuentario tutoris debent res inſcribi per ſigna, per latera, & confinia. nume.7. 231
Inuentarium ab hærede cõfectum, vt faciat eum non teneri vltra vires hæreditarias, debet res hæreditarias continere cum ſuis qualitatibus, aliàs hæres Falcidiam non conſequitur, & tenetur creditoribus vltra vires hæreditarias,nu.1.& nu.6. 229
Inuentarium de bonis proſcripti factum debet continere eorũ pondus, numerum,menſuram,qualitatem,& quantitatem.nu.2. 229
Inuentarium factum coram iudice bona fide,citatis citandis nunquid ſuſtineatur.nume.13. 232
Inuentarium,in quo res mobiles non ſunt deſcriptæ cum ſufficientibus demonſtrationibus,quibus earum qualitas comprehendit poſſit,non valet.nume.1. 231
Inuentarium mobilia debet habere deſcripta cum circumlocutionibus quibus poſſunt, ne incertitudo circa ipſas res poſſit generari,num.2. & nume.6. 231.
Inuentarium nunquid per hæredem fieri poſſit, conſuetudine loci ſeruata,in quo inuentarium conficitur.nu.24. 233
Inuentarium plene & fideliter confectum ab hærede, omiſſa tamen citatione legatarij, vt trium teſtium loco abſentium ſuppoſitorum an & quando valeat.nu 30. 234,
Inuentarium qui facere teneantur, & qualiter fiat,ſub.nu.2.& ſeq. 229
Inuentarium ſic confici debet, vt ſi conficiens mentiri velit, redargui poſſit. nume.14. 232
Inuentarium ſubiacet rupturæ,etiam ſi minimum quid omittatur. numero.8. 229
Inuentarium tunc dicitur legitimum, quando cõtinet omnia plene, diſtincte & clarè.nu.3.229 231. 229
Inuentarium tutoris debet habere res deſcriptas per ſigna, per latera, confinia & rerũ æſtimationem,ſicut in libello ponerentur.nu.4. 229
Inuentarium vbi ruſticus,& mulier non fecerunt vel fecerunt, & ſed minus ſolemniter,non accuſantur.nu.22. 233
Inueſtitura duplex in perſona duorum fieri poteſt ſubordinate, & conditionaliter.nume.11. 90
Inueſtituræ inſtrumentum quòd tertio abſenti nõ præiudicet ibi remiſſiue.nume.13. 344
Inueſtituræ ſecundæ,vbi diſcordant à prima,tunc à prima,tanquam radix,& feudi principium,non eſt recedendum, niſi expreſſe actum fuerit inter partes ſe inueſtituram feciſſe aliter, quàm ſolitum eſſet fieri vt nume.16.nu.17. 72
Inueſtitura tranſumptum de verbo ad verbum per ſe nõ probat,niſi de origenali inſtrumento doceatur.nu.14. 344
Inueſtitura facta alicui,de terris, quas talis poſſidebat, nihili eſt niſi terræ certificentur.nume.31. 104
Inueſtitura facta de poteſtatis plenitudine in aliquem de aliquo caſtro ab alio poſſeſſo,illius poſſeſſioni nõ prçiudicat, niſi quatenus expreſſe fiat derogatio. dic vt nu.24.nu.166. 351
Inueſtitura facta pro ſe & deſcẽdentibus, cõplectitur deſcendentes nondum natos.nume.7. 148
Inueſtituram allegans continentem generaliter prata, terras, nemora, & vineas,non habet intentionem fundatam,niſi ſpecificato ſitu,& eorum confinibus.nu.29. 104
Inueſtitura prima attenditur,non ſequens,niſi in ſequenti actum ſit expreſſe vt prima mutetur.nu.44. 80
Inueſtitura Principis ſemper intelligitur facta de iuſtis feudis & ſaluo iure tertij,aliàs de re aliena non tenet.nu.18. 350
Inueſtitura quælibet facta ſemper intelligitur ſaluo iure tertij. nu.7. 90
Inueſtitura ſecunda de feudo facta, de quo alius eſt inueſtitus, habetur pro infecta,quod procedere limitatur,ſi prior fuerit valida, & iuſta vt nume.16.nu.4. 89
Inueſtitura,vbi continet verba ſaluo iure Romani Imperij,& quorumcunq; aliarum perſonarum, continet etiam per illa verba reſeruationem iuris alteri competentis.nu.19. 91
Inueſtituris duabus conceſſis ſuper eadem re duobus,quarum poſterior fuit facta cõditionaliter,ſcilicet, ſi prior Vaſallus nullum habeat ius in re,tunc deficiente conditione quia prior ius habebat, deficit & poſterior inueſtitura nu.12. 90
Inueſtitus ſub illo verbo cum homagio, videtur cum fidelitate hominũ inueſtitus.nu.7. 172
Iudæi cum de corpore Chriſtiani populi ſint, licet non de corpore ſpirituali, non tenentur ſeruare ius loci in quo contrahunt, vel teſtantur.nume.10. 315
Iudæi ita poſſunt teſtari, ſicut Chriſtiani, quamuis menſam exerceant vſurarium.nume.1. 314
Iudæi iure communi vti poſſunt contra Chriſtianum.nu.11. 313
Iudęi licet inter Chriſtianos honoribus & magiſtratibus fungi nõ poſſint,tamen inter eos poſſunt.nu.11. 315
Iudæi nunquid perſonæ odioſæ dicantur, & in generali diſpoſitione fauorabili comprehendantur,& quando.& in.nu.8.& 21.nu.5. 315
Iudæi quod viuere debeant iure communi,procedit vbi rex mixtum agitur inter eos & Chriſtianos, ſecus ſi inter Iudæos ſolos agatur. numero.9. 315
Iudęi teſtamentum ab Hebreis ſcriptum ſecundum eorum conſuetudinem valet.nume.4. 318
Iudęi teſtameutum valet, licet duo vel tres tantum teſtes fuerint adhibiti,& in eo ſeruandum eſt ius gentium,vt nu.5.& per totũ.nu.2. 314
Iudæi teſtimonium contra Chriſtianum nihil operatur. nu.13. 313
Iudæis non debet deferri iuramentum in defectum probationis, & nume.20.nume 4. 313
Iudæis ſicut permittitur vti ſuis ritibus & ceremonijs, & ita multa magis vti eorum Moſaica lege antiquiſſima permittendum.nu.8. 315
Iudæis vtrum debeat ſeruari æquitas & nu.6. & 17. & moram purgare poſſit in nu.19.nu.3. 313
Iudæos Princeps ſine cauſa de terris ſuis nedum expellere nequit, ſed etiam neceſſitate exigente eis ſubuenire debet. nu.22. 314
Iudæum eſſe caret delicto,quod fallit vt ibi.nu.15. 314
Iudæus dicitur eſſe de eodem populo & ciuitate, non tamen de corpore ſpirituali.nume.18. 314
Iudæus nunquid poſſit cedere bonis,vt euitet carceres,dic vt num.12.& per totum.nume.1. 313
Iudæus præſcribit rem Chriſtiani licet præſcriptio ſit inducta de rigore contra æquitatem. nu.7. 313
Iudæus quod comprehendatur ſub ſtatuto loquente de fideli,& deuoto ſanctæ Romanę eccleſiæ quomodo intelligatur.nu.9. 313
Iudęus tanquã omnis dignitatis expers nõ poteſt doctorari.nu.66. 159
Iudex ad quem in cauſis capitalibus mandare poteſt iudici à quo vt ſibi carceratum tranſmittat.nu.1. 191
Iudex ad quem vbi confirmat ſententiam primi iudicis, an debeat condemnatum remittere,vt puniatur ibi,vbi deliquit.nu.21. 193
Iudex appellationis an ſequatur ſtatuta primi iudicis.nu.10. 192
Iudex appellationis nõ debet reſpuere appellationem niſi cauſa cognita,& parte citata,alias à reiectione ſtatim poſſet appellari.nu.30. 138
Iudex appellationis ſuam debet ſententiam executioni mandare numero.9. 192
Iudex à quo debet obedire mandato iudicis ad quem, veluti ſuperioris. nume.19. 193
Iudex à quo vbi appellatum eſt à diffinitiua nullam habet iuriſdictionem in appellantem, recuperat tamen ſi deſerta fuerit appellatio. nume.20. 193
Iudex à quo vbi appellatur omnia acta debet tradere appellanti vna cũ literis demiſſorijs.nu.4. 191
Iudex cauſę capitalis ad iudicem appellationis trãſmittere debet reum cum actis ſub fida cuſtodia,quod limita.vt nu.5.nu.3. 191
Iudex condemnans de crimine pro quo infligitur incerta pœna, ſi pœnam non imponit,eius ſentẽtia non ſuſtinetur,ſi vero imponit vnam pœnam,ad aliam non extenditur.nu.14. 332
Iudex cui nihil eſt probatum nihil mandare poteſt,nu.3. 268
Iudex cui cauſa committitur cognoſcenda,cum clauſula ſummarie &c. licet non teneatur ſeruare ordinem iudiciariũ, in concluſione tamen tenetur leges ſeruare,quæ deciſionem cauſę,& partiũ iura reſpiciunt, vt & nu.15.nu.14. 115
Iudex, cui datum eſt arbitrium puniendi in perſonam & in bonis, poteſt ita arbitrari, vt quis decapitetur, & bona non publicentur, ſicut lex. nume.12. 338
Iudex delegatus cũ clauſula vt procedat ſummarie &c. ius, & exceptiones veluti præſcriptionis,& ſimiles partibus quęſitus tollere non poteſt nume.16. 115

Iudex ecclesiasticus etiam quod in sententia absolutoria reuocet inhibitiones,seculari factas,tamen si à d.sententia fuerit appellatum, iudex secularis nihil poterit innouare nu.5. 203

Iudex ex causa potest testibus clarè deponentibus non adhibere fidem. nume.15. 342

Iudex ex officio creditorem compellere potest, ne debitorem ad vsurarum solutionẽ molestet,iuramento de soluendo nõ obstante.nu.5.39

Iudex in arbitrarijs pœnis quàm vult imponere delinquenti potest,siue grauiorem, siue leuiorem modo consuetam pœnę impositionem nõ excedat.nume.18. 332

Iudex in casu omisso à decreto potest arbitrio suo pœnam statuere.numer.1. 287

Iudex inferior,qui non potest contra.l.superioris statuere,potest addere pœnam augendo prohibitionem.nu.5. 184

Iudex in pronunciando semper habet præsumptiorẽ pro se, vt non fallat neq; fallatur.nu.41. 129

Iudex in pronunciando debet eligere certam pœnam & in dubio dicitur eligere illam,quæ sanè ex verbis concipi potest, & per quã saluari potest iustitia propriæ pronunciationis. nu.10. 332

Iudex inquirens ex officio super eisdem, vel contrarijs capitulis potest recipere testes tàm ad defensam quam ad offensam post didicita testificata,secus ad instantiam partis & nu.2.& 3.nu.1. 210

Iudex in summa administratione constitutus potest punire per contumaciam in omnibus causis.nu.13. 242

Iudex,ita litem,suam facit in exequendo,sicut iniqua iudicando & tanto fortius,quanto præiudicium est grauius. nu.11. 136

Iudex non potest citare personaliter, nisi indicia prius legitimo ordine probata & ad torturam sufficientia accesserint.nu.14. 269

Iudex non potest esse quis in causa propria.nu.10. 305

Iudex ordinarius potest quem citare,vt ad eius præsentiam veniat,licet nõ appareat ad quid, nec quare,nec ad quam causam,& valet citatio. nume.8. 198

Iudex potest testem coram se falsò deponentem sine accusatore mulctare.nume.6. 268

Iudex, quando defectus respicit solum sententiam, potest sententiam nullam reformare, secus si defectus etiam respiciat omnia acta processus.nume.33. 227

Iudex quare non possit reum contumacem pro crimine capitali, mulctari omnibus bonis.nu.11. 268

Iudex qui non vidit acta,non videtur de causa cognouisse.nu.42. 129

Iudex saltem per violentas præsumptiones certus esse debet de delicto, priusquàm ad tam mordaces ictus pœnæ deueniat.nu.25. 266

Iudex secularis captum non remittit ad ecclesiasticum,vbi afferat se clericũ,si pro Laico habebatur: donec de clericatu edocuerit.nu.11.192

Iudex secularis, coram quo petitur executio instrumenti, inhibitus ab ecclesiastico debet supersedere,donec d.quæstio præiudicialis pendens coram ecclesiastico fuerit per eundem determinata.nu.4. 203

Iudex secularis ecclesiastici sententiam tenetur exequi, & econtra,reiectis exceptionibus,præter quas contra executionem possunt admitti, nec potest de iniustitia occulta cognoscere, secus de euidenti,& nullitate,quia tunc iudici impune non paretur,vt & nu.5.8.nu.3. 136

Iudex secularis ex quo habet parem cum ecclesiastico potestatem ideo potest de iniustitia & sententiæ sibi commissę nullitate impune cognoscere.nume.35. 138

Iudex secularis requisitus ab ecclesiastico,vt eius sentẽtia exequatur, potest prius de illius iniustitia & iniquitate cognoscere, quàm exequi, etiam cum partis citatione,vt & nu.15. nu.1. 136

Iudex secularis requisitus ab Episcopo vt excommunicationem euitet, debet condemnatum castigare, modo processerit Episcopus iuris ordine seruato,alias secus,vt nu.6.nu.2. 136

Iudex secularis sententiam Apostolici delegati exequi non debet,nisi sibi fidem faciat de delegatione & eius competentia.nu.37. 138

Iudex secularis vbi sibi sententia nulla cõmittitur exequenda,tunc non paret etiam Papæ,vt sub nu.6. 136

Iudex semper tenetur viam partibus eligere minus præiudicialem. numer. 17. 193

Iudex,si nõ obstante declinatoria fori,ad vlteriora procedit, tacitè super declinatoria videtur pronunciasse.nu.26. 227

Iudex successor licet respectu officij idem cũ prædecessore intelligatur, non tamen respectu scientia, ideò non debet parte non citata executionem facere in his,quæ primus poterat.nu.20. 137

Iudiciales actus, licet quo ad instantiam procuratori attribuantur, tñ quo ad effectum & substantiam obligant solum dominum. nu.4.389

Iudicis appellatione venit etiam Princeps.nu.5. 277

Iudicis à quo, summaria cognitio circa appellationem recipiendam nõ inconuenit,vbi post se iudicis ad quem plenariã expectat. nu.31. 138

Iudicis officium competit vbicunq; æquitas deposcit. nu.6. 148

Iudicis officium supplet pro actione contra eum, qui retinet rem alienam sine iuxta causa,vel ex re ad alium pertinente locupletatur indebitè.nume.12. 145

Iudicis pręceptum magnum præiudicium non afferens,vt de comparendo,sine causæ expressione valet. nu.11. 198

Iudicis vbi copia deficit,tunc iudex incõpetens adiri potest.nu.13. 305

Iudicium contra non citatum agitatum non valet.nu.14. 165

Iudicium possessorium,quanquam sit summarie cognoscendum,tamen in eo semiplena probatio non sufficit nu.5. 333

Iuramentum ad ea, quę ex natura cõtractus veniunt, trahitur.nu.23.5

Iuramentum ad incogitata non extenditur. nu.25. 7

Iuramentum assecurationis continet quatuor,vitam, membrum mentem,& rectum honorem,& quomodo differat à iuramẽto, quod præstatur ratione feudi vide ibi.nu.11. 278

Iuramentum calumniæ regi,cum non præsumatur calumniari,remittitur. nume.47. 24

Iuramento contrauenïens beneficio priuatur nõ sic qui venit contra fidem promissam. nu. 12. 7

Iuramento contraueniens cõtractui periurus est,& pęnas.d.l.si quis maior incurrit.nume.21. 9

Iuramentum debet habere in se tres comites veritatem,iudicium,& iustitiam.nume.9. 336

Iuramentum facit vt quis teneatur soluere id, ex quo non est factus locupletior.nume. 19. 35

Iuramentũ fidelitatis,quod tenetur subditus præstare Domino per longissimum tempus non potest pręscribi, nisi subditus ad præstandum requisitus expresse negauerit, tanquàm liberet exemptus, Ampl. vt nume.9.& 10.nu.1. 109

Iuramentum fidelitatis trifariam pręstatur. nu.10. 278

Iuramentum fidelitatis triplex. nu.1.328.& nu.64. 355

Iuramentum fidelitatis permissum debet censeri, quando venit secundũ naturam contractus,& in actus permissi consequentiam. nu.16. 87

Iuramentum fidelitatis præcisè obligat,nec potest per æquipollens impleri. nume.15. 281

Iuramentum fidelitatis ratione iurisdictionis non præstatur,nisi ab his, qui sunt sub iurisdictione. nu.65. 355

Iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ,nec ei vnquam intelligitur derogatum,nisi de eo expressa mentio fiat.nu.40. 144

Iuramentum in actu aliquo interpositum, facit promissionem absenti factam valere.nume.17. 78

Iuramentum in actu interpositum operatur vt quis possit pro absente stipulari. nume.17. 142

Iuramentum in instrumentis interpositum, facit actum omni meliori modo valere.nu.9. 108

Iuramentum iurisdictionis contraueniens licet sit periurus, tamen non patitur pœnam,vt amittat iura ciuium.nu.12. 278

Iuramentum minoris quãdo seruari potest sine interitu salutis æternę, licet eum reprę sentet vt maiorem, tamen absolutus ab eo & læsione probata potest contractum rescindere. nu.8. 336

Iuramentum,non periurium,à parte remitti potest.nu.2. 39

Iuramentum quando operetur,vt actus ex pœnitentia reuocabilis,irreuocabilis reddatur,& quando non. nu.3. 293

Iuramentum suppletiuum etiam in causis magnis in defectum probationis deferri potest, vbi plusquàm semiplenè extitit probatum. numero.26. 298

Iuramentum tutoris, decurionum & aliorum administratorum domino,& vniuersitatis non præiudicat, nisi ab ipsis habeant speciale man datum, Iurati tamen in periurium incurrunt vt nu.44.nu.43. 182

Iuramentum vbi ciuitas præstat per syndicum,tunc reatus periurij non transit in singulos de vniuersitate. nu.13. 278

Iuramentum, vbi in aliquo actu præstatur de non contraueniendo, per secundum iuramentum non tollitur, immo primum obseruandum. nume.14. 71

Iurans contenta in instrumento esse vera, eidem non potest contrauenire, etiam si læsionem alleget, vel aliud caput, nisi absolutione obtenta.nume.6. 36

Iurans nõ alienare,nec per tempus annorũ centum post locare.nu.24.7

Iurisdictio acquiritur ex iuramento fidelitatis in pręiudicium se submittentium, secus in prępiudicium alterius superioris. & nume.117 nume.62. 355

Iurisdictio à populo libero transfertur in regem suũ,sicut à populo Romano Imperatorem.nu.40. 353

Iurisdictio ex denominatione officialis,talis ciuitatis nõ ostenditur esse penes illam actiuè sed passiuè nu.134. 362

Iurisdictio etiam minima non potest conferri, nisi auctoritate principis mediata,vel immediata nu.126. 361

Iurisdictio delegata est odiosa & stricti iuris nõ sic ordinaria & nu.147. nume.1. 363

Iurisdictio est apud rectores ab vniuersitatibus assumptos, non autem apud ipsas vniuersitates.nu.37. 352

Iurisdictio in ciuitatem probatur exactione census ab Hebræis ibidem habitantibus.nume.94. 358

Iurisdictio in feudum concessa,omnes reditus causarum ciuilium,& criminalium continet. nume.26. 78

Iurisdictio inuentione est iuris gentium, forma vero, & nomina magistratuum sunt de iure ciuili,& quomodo sit consideranda. vide nu.99. 349.& nume.1.27.& 35. 384

Iurisdictione vbi quis promiscuè vtitur alio possidente, ille vsus dicitur clandestinus, nec illius possessionem, & præscriptionem interrumpit. fallit vt nu. 177. nu. 28. 351
Iurisdictione vbi quis vtitur in aliquo loco per tempus immemoriale habet fundatam intentionem, dato quòd aliud non ostendat priuilegium, nec requiritur scientia superioris, eam tamen amittit contraria præscriptione communi. xxx. vel. xl. anno. vt nu. 116. nu. 6. 349
Iurisdictione vbi quis vti impeditur, quā vsucapiebat, tunc etiam ex vnico actu interrumpitur præscriptio. nu. 108. 359
Iurisdictionis dominium non probatur ex solo instrumēto emptionis, nisi alia etiam concurrant. nu. 84. 357
Iurisdictionis exceptio, non obstante statuto prohibente nullitatē sententiæ posse opponi, semper opponi potest. nu. 17. 35
Iurisdictionis possessio interrumpitur, etiā si vis adhibeatur, & illius possessio est penes Tyrannum, non penes populum. nu. 109. 359
Iurisdictionis quasi possessio acquiritur per edicta publica & pœnalia, quæ sunt meri imperij, etiam si nemo pœnam incurrat. nu. 77. 356
Iurisdictio non est apud populos, sed apud donatarios Imperatoris, nisi materialiter, & passiuè. nu. 38. 353
Iurisdictio non est apud vniuersitates, sed apud donatarios imperatoris. nume. 9. 385
Iurisdictio non solet esse penes vniuersitates, sed penes earum rectores, & nume. 9. nu. 7. 291
Iurisdictio nulla quæritur per suscipientem in se cōmittentes eius protectioni, & defensioni sed tantum defensio, & nihil aliud. fallit in nume. 95. nume. 1. 349
Iurisdictio omnis est apud Principem, & ab eo in cęteros demanat, nec vnquam præscribi potest. nu. 4. 94
Iurisdictio omnimoda pertinet ad eos qui habent præturā & magistratum perpetuum, nu. 181. 368
Iurisdictio plena continetur nomine protectionis. nu. 96. 358
Iurisdicto possidetur per actus correspondentes qui non possunt fieri citra nomen & ius iurisdictionis & nu. 131. nu. 125. 361
Iurisdictionis potest esse penes plures insolidum. nu. 34. 352
Iurisdictio potest esse penes aliquem & penes alium pœnæ & multæ nume. 129. 361
Iurisdictio præscribi potest per Principem contra ciuitates & castra ex inualidæ infeudationis titulo. nu. 56. 354
Iurisdictio primarum causarū dignoscitur esse penes ciuitatem, non penes Principem, ex eo, quod ibi ex consuetudine prouidetur de aliquo iudice. nume. 12. 350
Iurisdictio primarū causarū potest esse penes aliquem, licet penes Principem sint iura appellationum. dic vt nu. 183. nu. 33 352
Iurisdictio quæ coheret personæ per non vsum longissimi temporis, admittitur ad instar seruitutum incorporalium dato quod nemini alij acquiratur. nu. 119. 360
Iurisdictio quælibet est Imperatoris, qui quo ad eam fundatā habet intentionem in vnoquoq; loco. nu. 15. 350
Iurisdictio quibus actibus acquiratur, & quando est probanda in genere, sufficit testimonium diuersorum in specie. nu. 72. 356
Iurisdictio redditur etiam in inuitum. nu. 16. 118
Iurisdictio, statuta & cōsuetudines omnes sunt in potestate Principis, & ab eo possunt infringi, remoueri, & transferri. nu. 1. 94
Iurisdictio suprema, quum quid sit perfectum neq; crescere, neq; minui potest. nu. 170. 367. & nu. 13. 386
Iurium appellatione, venit dominium & possessio. nu. 2. 69
Ius alicui competens, intra certum tempus non acceptatum, eo tempore lapso repudiatum censetur, intellige vt nu. 21. nu. 18. 26
Ius authenticorum, iuris antiqui correctorium, nō extenditur identitate rationis. Amplia vt nu. 14. nu. 7. 1
Ius electionis absenti quæritur ex sola eligentium voluntate, ante acceptationem tamen huiusmodi electio potest reuocari. nu. 19. 52
Ius immiscendi præscribitur. nu. 3. 25
Ius naturale & gentium ex causa licet limitare, distinguere, & temperare. nume. 5. 288
Ius patronatus à patre potest assignari vni tantùm ex filijs, etiā in aliorum præiudicium. nu. 18. 52
Ius quæsitum nobis sine facto nostro, à nobis auferri nō potest. nu. 4. 50
Ius quæsitum nobis, tunc sine facto nostro à nobis non aufertur, quādo competit irreuocabiliter, aliàs secus. nu. 15. 52
Iustitia naturalis est illa, quæ in æquo, & bono consistit. nu 44. 144
Iustitia naturalis & æquitas idem sunt, vnde semper pronunciandū pro eo, pro quo pugnat iustitia naturalis. nu. 33. 147

L

Laici nullam habent in clericos iurisdictionem. nu. 13. 106
Legata non accipiunt dispositionem. l. veteribus. ff. de pac. secus contractus. nu. 7. 323
Legata nunquid interpretari debeāt secundum propriam verborum significationem, vel impropriam, dic vt nu. 26. nu. 3. 323
Legata pleniorem non plenissimā accipiunt interpretationem, nisi propter eximiam testatoris atque legatarij nobilitatem aliquid amplius præsumatur. nu. 19. 324
Legata res pię causæ vbi à testatore est alienata, & postea redimitur, tūc legatum reuiuiscit, secus in cæteris legatis. nu. 4. 303
Legatarij est electio in legatis alternatiuis. nu. 8. 323
Legatarius agit executiue ad legati præstationem contra hæredem, & etiam pro legato ad non pias causas potest agere coram ecclesiastico, quamuis laicus conueniatur. nu. 25. 324
Legatarius citatus, vt confessioni inuentarij intersit, nunquid per eius contumaciam sibi præiudicet. nu. 37. 235
Legatarius potest esse testis in testamento, etiam quod in consequentiā commodum reportet. nu. 19. 272
Legatarius seu fideicommissarius vbi viuo testatore decedit, tunc fideicommissum vel legatum non transmittitur ad ipsorū liberos, sed accrescit coniuncto, vbi nullus datus fuerit substitutus. nu. 5. 256
Legati ciuitatis liberæ, licet ex conuentione, consuetudine, vel sententia præferantur alicuius Ducis legatis, talis tamē prælatio ad legatos ducis ipsius ciuitatis postea facti propter dissimilitudinem non extenditur, & nu. 31. & 33. nu. 29. 374
Legati dominium sicut sine traditione transfertur, ita etiam transfertur vbi legatum resoluitur. nu. 4. 141
Legati referunt imaginem Principis à quo mittuntur, & qui legatū occidit, tenetur crimine læsę maiestatis, nu. 1. 378
Legatum ad pias causas sicut coram duobus testibus fieri potest, ita & adimi. nume. 4. 240
Legatum annū debetur ex primo testamento non reuocato, sed in quibusdam reformato per secundum testamentum, nu. 1. 11
Legatum annuum vbi est relictum, tunc plura legata censentur. numer. 5. 179
Legatum à testatore factū pro ingressu ita non valet, sicut nec datio pecuniæ facta ab ingrediente, nu. 10. 310
Legatum de eadem quantitate factum in eadem oratione cum duplici expressione intelligitur de diuersa quantitate ambobus factum. numer. 18. 324
Legatum esse factum sicut non probatur nisi per quinq; testium præsentiam, ita nec legati ademptio. nu. 5. 239
Legatum & donatio à clerico mulieri concubinę factum, sicut nec à milite, non valet, fallit vt in nu. 2. & sub nu. 3. nu. 1. 201
Legatum factū alicui de decem donec viuat intelligitur annū. nu. 9. 323
Legatum factum coniuncto, vel alij, ad quem maximam testator habet affectionem, est plenissimè interpretandum. nu. 20. 324
Legatum factum de rebus prohibitis alienari ex cōuentione, est ipso iure nullum, præsertim si instrumentum conuentionis contineat protestationem per verba in futurum derogatoria. nu. 16. 146
Legatum factum duobus de progenie non impletur in primis duobus, sed durat successiuè in alijs proximioribus. nu 16. 323
Legatum factum monialibus cum onere recipiendi puellas ad habitum numquid valeat, & num. 3. declara vt sub nu. 6. & fin. nu. 1. 309
Legatum factum propriæ concubinæ quando sustineatur. nu. 9. 202
Legatum factum sub turpi conditione, nunquid ea reiecta tanquam purum sustineatur. nu. 7. 310
Legatum ipso iure ignoranti acquiritur, intelligo vt nu. 20. nu. 16. 26
Legatum nepotibus nunquid natis ab auo factū, patris contemplatione relictum censetur, ideo eis in legitimam imputatur. nu. 16. 52
Legatum nunquid latè vel strictè sit interpretādum declara, vt in nu. 5. 10 13. 15. & per totum. nu. 1. 322
Legatum propter incertitudinem non vitiatur, secus contractus. numer. 22. 324
Legatum quando vitiatur à turpi conditione, ita quòd militare non potest ad vsum destinatū debet ad alium pium vsum per episcopū commutari. nume. 14. 311
Legatum rei aliæ non tenet. nu. 30. 61
Legatum relictum mulieri in auxilium maritandi debetur etiam quod, die legati adueniente, mulier nupta reperiatur. Amplia vt nu. 2. limita non procedere in tali legato per auum nepti facto vt nu. 3. nu. 1. 17
Legatum speciale per donationem omnium bonorum nunquid extinctum esse dicatur. nu. 1. 303
Legatum vbi ambiguitas verborum versatur est latè interpretandum, secus vbi est incertitudo voluntatis. & nu. 23. nu. 21. 324
Legatum vbi ex forma statuti probatur per duos testes, eodem modo poterit reuocatio probari, nu. 3. 240
Legis à scripto non est recedendum, per subauditos intellectus. nu. 5. 10
Legis auxilium frustra petit, qui in legem peccat. nu. 6. 39
Legitima an magis augeatur in fratre, quam in filijs. nu. 11. 2
Legitima dicitur æs alienum. nu. 29. 135
Legitimæ augmentatio de iure nouissimo in descendentibus inducta, trahitur ad legitimam ascendentium. nu. 23. 103
Legitima filijs iure naturę debetur. nu. 12. 2
Legitima filio à patre tempore eius vitæ assignata, mortuo patre nō augetur, etiam quod ex post auctę fuerint patris facultates. nu. 17. 180
Legitima fratris, in bonis alterius fratris, turpi persona per eum instituta, quanta sit. & nu. 6. nu. 1. 1
Legitima fratri solum debetur, turpi persona per fratrem instituta. & nume. 8. nu. 5. 1

Legitimam prohibitio alienationis non includit, aliàs eam filius pleno iure habere non diceretur. nu.31. 135
Legitimãdi modus fuit exemplo manumissionis introductus. nu.2. 319
Legitima quæ debetur fratri, ab ea, quæ filio debetur, differt, & quomodo. nume.13. 1
Legitimare spurium potest imperator in agnatorũ præiudicium vel substituti ante aditam hæreditatem, vel possessionem bonorum apprehensam. nu.26. 118
Legitimatio ad natiuitatem retrotrahitur, & facit vt medio tempore legitimatus habeatur, vt legitimus, modo sit filio fauorabilis, & nemini fuerit ius quæsitum vt nu.20. amplia vt nu.23. nu.18. 68
Legitimatio à legitima natione quomodo differat. nu.26. 321
Legitimatio est donum Principis, & de sibi reseruatis. nu.40. 79
Legitimatio est fauorabilis, & amplianda, licet dispensatio odiosa dicatur. nume.9. 318
Legitimatio facta de filio spurio post mortem patris agnati, non præiudicat, quibus ius antea per aditionem hæreditatis vel bonorum hæreditariorum apprehensionem fuerat quæsitum. nu.1. 311
Legitimatio illius, qui legitimanti dictus fuit esse naturalis, quum esset natus ex ea, quæ (licet soluta) tamen in domo vxorio affectu nõ erat retenta, non teneat, vel obreptitia dicatur, dic vt nume.6. & 10. numer.4. 317
Legitimatio licet retro trahatur, sicut fictio postliminij, tamen sicut ista ius alteri quæsitum per vsucapionem, vel præscriptionem tollere nequit, ita nec illa ius alteri quæsitum. nu.2. 311
Legitimationis natura licet fingat retro, & ad initium natalium protrahatur, tamen ista fictio excluditur per verba ex legitimo matrimonio procreatis. nu.3. 286
Legitimatio per subsequens matrimonium quando trahatur retro, & quando non, ibi & nu.25. & 30. nu.17. 320
Legitimatio Principis expressè in filiũ naturalem facta, præiudicat etiã agnatis qui aliàs succederent in feudo. nu.50. 81
Legitimatio Principis superueniens non tollit hæreditatẽ defuncti, iam acceptatam, quæ iure naturæ cõsanguineis proximioribus ab intestato venientibus debetur. nu.16. 312
Legitimatio quælibet, quũ macula sit impressa origini, semper agit præpostere & sub nu.26. nu.9. 320
Legitimati per subsequens matrimonium, & legitimè nati æquiparatio quomodo intelligatur. nu.5. 286
Legitimatus ex Principis rescripto non excludit substitutũ filio sub conditione, si decesserit sine filijs legitime procreatis, & nu.13. nu.10. 320
Legitimatus non continetur appellatione filij legitimè nati, vel legitime descendentis, secus si de filijs simpliciter, vel de filijs tantum legimis mentio fiat. nu.8. 320
Legitimatus per curiæ oblationem sicuti agnatis patris non succedit. ita econuerso. nu.6. 100
Legitimatus per Principis rescriptum secundum veritatẽ est legitimus, secundum vero fictionem est legitime natus. & nu.11. nu.6. 319
Legitimatus per rescriptum licet non succedat in feudo, nec in emphyteosi ecclesiastica, tamen legitimatus per subsequens matrimonium in eo succedit, vbi feudum sit concessum sibi & filijs legitimis & naturalibus, quod est secus si habita esset mentio de filijs ex legitimo matrimonio procreatis & nu.10. nu.8. 286
Legitimatus per sequens matrimonium num comprehendatur appellatione filij, legitime nati, & quando, dic vt nu.18. & 22. nu.15. 320
Legitimatus per subsequens matrimonium admittitur ad Episcopatũ, & succedit in feudo paterno, vbi tamen tertio non inferat præiudiciũ, vt nume.29. nu.16. 319
Legitimatus per subsequens matrimonium, non excludit substitutũ filio sub conditione, si sine liberis legitimè natis decesserit. nu.23. 321
Legitimatus per subsequens matrimonium nõ potest dici esse natus ex legitimo matrimonio. nu.2. 286
Legitimatus rescripto Principis nunquid verè vel fictè legitimus esse dicatur, dic vt nu.5. & seq. nu.1. 319
Legitimus contradictor est, qui incontinenti probat possessionem, & titulum, vel se, seu authorem suum fuisse dominum, & impeditur tunc missio possessioni, quæ aliàs hæredi scripto daretur. nu.5. 59
Lex quantumcunq; dura, seruanda est nu.9. 6
Lex & consuetudo quomodo differunt nu. 17. 7
Lex Mosaica, vbi iuri communi contrariatur, & inter Iudæos tãtum res agitur, obseruanda, & sub nu.9. nu.3. 314
Lex non tollitur per non simplicem vsum, sed per contrarium vsum. nume.35. 235
Lex puniens crimen certa pœna, alia lege pro eodem crimine pœnam arbitrariam infligente, debet intelligi secũdum legem de arbitrio loquentem. nume.9. 331
Lex vbicunq; procedit per modum regulæ, tunc id repetitum intelligitur in alijs legibus. nu.1. 239
Lex, vbi de alterius voluntate coniecturatur intelligitur non apparente contraria voluntate. nu.8. 13
Libellus in quo quis narrat se turbari, in possessione, nunquid ad ciuile possessionem porrigatur. nu.23. 223
Libellus, vbi ex clausula sola facti veritate inspecta proceditur, non est necessarius, sed inchoari potest ab articulis, qui tunc duplici funguntur officio vt ibi. nu.8. 309
Liberatio quando agitur de liberantis præiudicio, est strictè interpretanda. nume.15. 174
Libertas ecclesiasticis non dicitur auferri, nisi cum ius eisdem iure communi vel speciali competens tollitur. nu.3. 104
Libertas non soluendi onera potest præscribi. nu.2. 18
Libertatem onerari leges abhorrent nu.13. 49
Liberum quid, vbi est indefinite prolatum, intelligitur ab omni seruitute absolutum. nu.11. 82
Lis contestata nunquid haberi possit, eo cuius interest non petente, declara vt nu.3. & 11. nu.2. 225
Lis vbi per decretum habetur pro contestata, nunquid requiratur declaratoria. nu.19. 226
Lis vt habeatur contestata intra decem dies ab oblata petitione, fauore reipub. statutum fuit, nec consensus iudicis & partis potest contrariũ operari. nume.13. 226
Liti contestatæ ministerio legis inductæ factum prætoris non derogat. nume.17. 224
Litis contestatio, cum de iure communi pendeat à partium voluntate, non inducitur, si reus respondet libello animo litem non cõtestandi, secus si ex statuto voluntas partium non requiratur. nu.18. 226
Litis contestatio si omittatur, non tantum sententiam, sed etiam viciat omnia acta. nu.34. 228
Locatio prædiorum facta per prælatum sub nomine dignitatis, vel ecclesiæ ad modicum tempus cum superioris auctoritate, & ad ecclesiæ vtilitatem, est à successore beneficij obseruanda, Amp. vt nu.5. nu.1. 108
Locumtenens Principis licet omnia possit, quæ Princeps: tamẽ ea, quæ Principi reseruata sunt in signum supræmæ potestatis, facere non potest nisi ex expresso & speciali mandato id sibi tribuatur. nu.29. 338
Locuples semel vel pauper non præsumitur hodie de necessitate talis. nume.5. 91
Locus non sanctificat hominem, sed homo locum. nu.49. 377

M

Maiestas duplex Diuina, humana, humanæq; diuisio nu.3. 331
Maiestatis nomine summo ciuitates quanquam maximæ nõ gaudent, & ideo in eas conspirantes læsę maiestatis crimen non committunt, sed seditionis. nume.4. 331
Mala fides pręsumitur interuenisse, quãdo solemnitas in actu fuit omissa, & ordo debitus non seruatus. nu.2. 91
Maleficij appellatione non venit male dictum, nec male scriptum. numer.15. 275
Maleficium iam commissum quomodo ratificari dicatur per commodum, quod sentitur ex eo. nu.15. 31
Mandati defectus, qui reddit iudicium retronullum, licet possit ante, & post sententiam obijci, non procedit vbi amplius ex antiquitate temporis de nullitate dici non possit. nu.6. 130
Mandatum ad illicita & inhonesta factum non pręsumitur. nu.15. 160
Mandatum ex antiquitate temporis præsumitur interuenisse in his, ad quæ quis verisimiliter sine mandato non accederet; alias secus. numer.185. 368
Mandatum generale cum libera non continet potestatem donandi & dilapidandi. nu.6. 389
Mandatum generale illicita non comprehendit. nu.17. 31
Mandatum licet ex antiquitate temporis nõ probetur, probatur tamen, vbi antiquitati accedãt alia adminicula, vel si de mandato mentio fiat per verba enunciatiua. nu.7. 131
Mandatum non præsumitur etiam per mille annos. fallit vt sub nu.9. nume.1. 130
Mandatum procuratorum interuenisse præsumitur in sententia transita in iudicatum, siue sententia de recenti, siue sit de antiquo lata in præsentem seu in absentem: in qua omnia ritè & rectè gesta fuisse creduntur, etiam sine actorum præsentatione, quod limita vt sub nu.3. & nume.2. 130
Mandatum si non viderit contrahens cum procuratore nõ pręsumitur esse in bona fide. nu.11. 131
Mandatum susceptum qui non implet, tenetur mandati actione directa ad interesse. nu.22. 220
Mandatum suscipere gerendi alterius negotia est voluntatis, sed necessitatis continuare. nu.13. 220
Mandatum suscipiens videtur actum gerere nomine mandantis, etiam quod actum simpliciter gerat, & actum gerere videtur ex titulo præcedenti, vt nu.121. & nu.68. 355
Mandatum syndicatus ex antiquitate temporis de iure pręsumitur, quę iuris pręsumptio habet vim liquidę probationis nu.12. 131
Maritus etiam quod durante matrimonio ex causis permissis vxoris dotem numerauerit. tamen non liberatur, nisi probauerit mulierem in illas causas pecuniam impendisse. nu.10. 190
Maritus licitè petit vsuras dotis non sibi solutæ in conuento tempore. Amplia vt nu.2. & nu.1. 33

Maritus ob dotis solutionem retardatã, an vsuras petere possit. nu.9. 28

Maritus quando locuples decessisse dicatur, vt tunc vxor quartam consequatur, & vt diues vel pauper quis dicatur, nunquid inspici debeat quantum ex fructibus patrimonij redigi possit, an quãtum ex rerum venditione redigeretur. nu.12. 290

Maritus, qui certam dotis partem lucratur, eam ad hæredes transmittit, etiam sine agnitione nu.34. 84

Maritus vbi promittit soluto matrimonio dotem restituere, intelligitur sibi reseruasse, quod vigore statuti lucrari debuit, secus si promittat re stituere totam dotem. nu.27. 250

Maritus vxori ægrotanti medicinas præstare tenetur etiam vltra dotis quantitatem, nisi vxor habuerit aliunde. nu.27. 177

Mater de bonis quæsitis ex prioris viri substantia disponere non potest, sed ea filijs tenetur reseruare nu.4. 99

Mater in bonis filij post obitum patris mortui de iure communi succedit, & quid in statuto de quo agitur, vide in nu.2. & nu.1. 99

Mater transeundo ad secunda vota in filiorum bonis, qui alijs fratribus superstitibus decedunt, habet tantum vsumfructum, secus vbi nulli supersint. nume.7. 290

Matrimonij causa vbi agitur, iudicatur pro matrimonio, si habeat opinionem pro se vnius Doct. singularem, quamuis cõmunis opinio sit in contrarium. nume.53. 158

Matrimonij causa vbi agitur testis esse potest frater etiam, secuta copula nume.59. 158

Matrimonij causa vbi tractatur consanguineus mulieris, ad eius petitionem testificari potest, nu.54. & nu.51. 158

Matrimonij fauore pluralitas actuũ præsumitur, ne probatio matrimonij coufundatur nu.52. 158

Matrimonij fauor in legitimato quid operetur. nu.27. 321

Matrimonium quibus modis probari possit. nu.6. 288

Matrimonium sequens, quod purget omnia præcedentia, & legitimatus pro legitimo sit habendus quomodo intelligatur, nu.11. & nu.6. 286

Melioramenta is, qui reuendere tenetur, nunquid consequi possit ab eo, qui vult reemere, & quæ. nu.1. 285

Melioramenta quando ad perpetuam rei vtilitatem facta dicantur. numer.2. 285

Memoriam non extare non potest probari per instrumenta, & alias scri pturas publicas, secus eam extare vt nu.106. & 103. 359

Memoria oritur & moritur sicut & homo nu.30. 96

Mendacium etiam fraudulentum ex quo alius non læditur censetur nugatorium & sine pœna nu.13. & nu.9. 257

Mendacium non punitur, vbi neminem damno afficit. nu.18. 276

Meretrix non tantum de bonis, quæ sibi aliunde obuenerunt, sed etiam de quæsitis ex corporis sui quæstu testari potest. nu.4. 202

Merum & mixtum imperium contra Marchionem vel Ducem ex consuetudine, & præscriptione in marchia vel Ducatu acquiri potest, si Marchionis vel Ducis scientia interueniat. & nu.32. dic vt num.182. & nume.30. 352

Merum, & mixtum imperium non est apud castra, villas, & ciuitates, nisi ex priuilegio, vel præscriptione nu.39. 353

Merum & mixtum imperium non habet ille cui committitur regimen ciuitatis nume.157. 348

Merum imperium à nouo populo exercente iusdictionẽ in incolas præscribitur ad aliorũ exclusionem, præsertim præscriptione immemoriali. & nu.7. fallit nu.101. & nu.4. 349

Merum imperium nunquid ex carceribus, familia armata, furcarũ erectione, & pęnarum ac mulctarum applicatione ostendatur. dic vt nume.122.128. & 137. nu.8. 350

Merum imperium probatur ex exercitio eorum, quæ ad merum imperium spectant & pertinent. nu.71. 356

Merum imperium vbi quis immemoriali præscriptione quæsiuit, habet pro se fundatam intentionem dato, quòd aliud non ostendat priuilegium, illam tamen præscriptionem potest Princeps de potestatis plenitudine auferre, vt nu.30. nu.3. 385

Metum probasse dicitur, qui iustam metuendi causam probat. nu. 7. 326

Metus illatus esse non probatur, ex sola aduersarij dignitate, nisi aliter probetur oppressio, imò pro dignitate valde præsumitur, vt num.13. nume.11. 259

Metus illatus præsumitur ex sola alicuius dignitate, nisi aliud interueniat. nume.151. 364

Metus illatus vbi probatur quando dicatur purgatus, & quando purgationi illius conquestio non officiat. nu.44. 284

Metus iustus quomodo probetur. nu.12. 259

Metus quomodo ab allegante sit probandus. nu.13. 151

Miles Hierosolymitanus est feudi capax. ibi & nu.20. nu.1. 85

Miles Hierosolymitanus nõ potest, (cum status eius à regularibus longè differat) propriè monacho æquiparari. vt & nu.28. nu.23. 87

Militans Deo non debet se negotijs implicare secularibus, limitatur tan tum procedere in clericis & monachis vt nu.21. nu.4. 82

Milites Hierosolymitani largo modo dicuntur religiosi, sed in materia odiosa in ipso verbo religiosi non comprehenduntur, nisi per alterius verbi vniuersalis adiectionem. nume.4. 85

Minæ non prębent iustam causam timoris, nisi procedant ab eo, qui minas executionis mandare consueuerit. nu.4. 307

Minor aduersus lucrum omissum etiam minimum restituitu. nu.12. 8

Minor aduersus propriam confessionem errore non probato non restituitur in ciuilibus, & nu.3. nisi de læsione ex qualitate cõfessionis appareat & nu.5. secus in criminalibus, vt nu.6. & nu.1. 200

Minor agens ad contractus rescissionem propter læsionem vel metum, vel dolum aduersarij nõ tenetur pretium restituere, nisi creditor probet in eius vtilitatem fuisse conuersum. nu.5. 335

Minor carens curatore non solum dicitur in iudicio indefensus, sed etiã si curatorem habeat, qui eum non defendat. nu.1. 166

Minor citatus simpliciter intelligitur cum curatore si habet, sinautem petat, nume.22. 167

Minor contumax in criminalibus nullo dato curatore condemnari potest nume.2. 166

Minor contumax rectè dicitur, qui vocans edicto peremptorio præsentiam sui facere contemnit. nu.12. 162

Minor contumax, vbi contra eum curatore carentẽ pro delicto est processus agitatus, processum ipsum statuto stante, quod cõtumax habea tur pro confesso in criminalibus, nullũ dicere non potest. nu.1. 162

Minor de iure communi ad mortem condemnari non potest, nec haberi pro confesso ex contumacia, absque curatoris auctoritate, secus ex statutorum dispositione. nu.8. 165

Minor dolo circunuentus esse præsumitur ex ipsius enormi læsione, nec ei tunc obstat iuramentum ad contractus rescissionem. nu.10. 336

Minor duplici via restituitur aduersus rem iudicatã, per probationis scilicet omissionem, & solius sententię læsionem. nu.51. 130

Minores ab irrationabili constitutione non ligantur nu.15. 165

Minores ligat statutum indistinctè loquens etiam si à reg. iu. communis exorbitet. nume.16. 165

Minor & respublica æquiparantur. nu.20. 180

Minor fieri potest cõtumax in iudicio, etiam sine curatore, si tamen fuerit legitime citatus, vt nu.27. & nu.11. 162

Minori absenti, & contumaci in criminalibus curator dari non potest. nume.19. & nu.9. 162

Minori aduersus iudicatum dupliciter cõceditur restitutio, propter probationis scilicet omissionem, & solius sentẽtiæ læsionem. nu.12. 123

Minori adulto non comparenti in iudicio, ex quo illud non comparere nihil est, ideò curatoris auctoritas non tribuitur. nu.11. 167

Minoribus in delictis non succurritur. nu.14. 163

Minori contra tutorem datur regressus, & tutore nõ soluendo existente ei ope restitutionis in integrum subuenitur, vt. nu.9. & .8. 30

Minori contra tutorem, pro eius mala administratione actio personalis competit. nu.10. 30

Minori læso ius commune non in delictis, sed tantũ in contractibus subuenit. nume.13. 134

Minor indefensus & cõtumax sententiam quancunq; patitur, quæ ferri potest contra quemlibet maiorem indefensum, & cõtumacem, & nume.16. & 25. nu.15. 163

Minor indefensus ijsdem subijcitur remedijs, quibus maior indefensus. nume.10. 165

Minor indefensus ita patitur primum & secundum decretum, sicut maior, datur illi tamen in integrum restitutio. nu.11. 165

Minor in integrum restituitur aduersus venditionem pro qualicunque damno, modo non sit minimum, quod fallit, vt ibi. nu.22. 337

Minor in iudicio contumax taciturnitate fieri non potest, nisi cum curatoris auctoritate, secus si non compareat vt nu.22. nu.20. 163

Minori non solum in damnis, sed etiam in lucris omissis subuenitur & nume.23. nu.16. 337

Minori pro minimo non datur restitutio in integrũ, nec contractus pro minimo rescinditur & nu.10. nu.6. 8

Minoris affectio affert sibi auxilium restitutionis in integrum, vbi vult recuperare castrum, quod in familia semper fuerat. nu.20. 337

Minoris bona vbi venduntur ob cõtumaciam, curatoris auctoritas non requiritur. nume.12. 167

Minoris confessio extorta per tormenta in casibus permissis valet, nec ibi requiritur curator, nu.5. 162

Minoris confessio vere facta in iudicio sine curatore, ei non præiudicat, quod non procedit in confessione, quam fingit statutum & nume.4 nume.2. 162

Minoris expressa renunciatio defensionibus facta in causis capitalibus, ei non obest. nu.7. 201

Minoris rerũ alienatio propter illius vtilitatẽ non permittitur, etiã seruatis debitis solẽnitatibus, sed requirit æris alieni necessitas. nu.3. 339

Minoris rerũ alienatio nõ tenet, vbi id à prætore est obreptũ. nu.36. 339

Minoris res vendita ex iusta causa nõ dicitur, vbi allegatur eam propter bellum sterilem fuisse effectam. nu.18. 337

Minor non comparẽdo, sicut & maior, contumax fieri potest. nu.35. 166

Minor non restituitur aduersus actum, vbi quis potest damnum sicut lucrum consequi, licet casualiter ei damnum afferri contingat. fallit & declaratur vt in nu.37. nu.16. 180

Minor post tempus redemptioni fundi lapsum, ad fundum recuperandũ etiam

etiam ope restitutionis in integrũ non auditur, maximè quando cum minore nihil est gestum vt nu.2. intellige vt nu.5. & 6. nu.1. 29

Minor probans dolum præsumptum tutoris vel curatoris vel aduersarij ex immodica læsione vel merum dolum eorundem ex modico dãno in integrum restituitur.nu.25. 338

Minor qui iuramentum detulit, læsionem asserendo, non restituitur, nisi probet illum deierasse.nu.2. 200

Minor restituitur, quando ad futura non respicit quæ præuideri poterant. nume.41. 182

Minor si enormiter læsus esse præsumitur, qñ venditur maiorũ domus, tanto magis vbi venditur castrũ ab Imperatore recognitũ.n.12. 336

Minor si promittat & iuret, quod non petet habilitationem à iuraméto ratione minoris ætatis, vel quacunq; alia de causa vbi constat de læsione, iuramentum debet ei relaxari.nu.11. 336

Minor vbi prætendit se læsum in pretio, & non in re, debet petere, vt pretium suppleatur, non autem vt cõtractus rescindatur. declara vt nume.32.nu.10. 179

Minor, vbi sententia est lata contra ipsum, si maior factus per longum tempus tacuerit, eam sententiam videtur cõfirmasse, adeò quòd eam non potest amplius impugnare, nu.14. 64

Minor vbi se prætendit læsum vltra dimidiã non restitutionem, sed obtinebit rescissoriam, fallit vt nu.30.nu.8. 179

Mol..dinum qui restituere tenetur in termino certorum annorũ, qua-r.. ad deteriorationem molendini, quæ contingit ex vetustate & assiduo vsu, non teneatur. nu.6. 285

Monachi & clerici quare venari prohibeantur.nu.3. 288

Monachus, & clericus non potest arma per alios tractare.nu.30. 283

Monachus & clericus quando feudi, & de quo capaces esse possint & nume.5.nume.1. 280

Monachus & conuersus habetur pro mortuo.nu.18. 83

Monachus licet tabellio nõ esse possit, nec de nouo instrumenta conficere, tamen vetera, quæ ante monachatum receperat, potest perficere & partibus tradere.nu.27. 84

Monachus potest habere bona conniuentibus oculis Abbatis. nu.8. 86

Moniales non possunt recipere aliquam in sororem adhibito pretio ex pacto. nec quidem prætextu paupertatis, & quomodo quid accipere possint ibi vide & sub nu.12. nu.2. 310

More excusationis protestatio solo pupillo facta valet, quo ad excusandum protestantem, non ad pupillum in mora constituendũ.nu.8. 98

Mulcta in causa criminali indici non potest, stante statuto terrarũ, quod possit procedi contra absentem contumacem ad diffinitiuã.nu.9. 268

Mulcta, nisi pro delicto, non imponitur, nu.5. 268

Mulcta non imponitur nisi pro scelere admisso.nu.5. 264

Mulier dotatá, vt excludatur ex forma statuti, nunquid etiã debeat probari dotata tpe delatæ successionis.& nu.10.dic vt nu.12.nu.4. 243

Mulier honestæ conditionis, de bonis quęsitis ex stupro & adulterio testari non potest.sed fiscus ea aufert.nu.5. 202

Mulieri & rustico in his, quæ pertinent ad solemnitatem, & rigorem iuris conseruandum non parcitur. nu.23. 233

Mulieri & rustico nõ parcitur in his, quæ inducta sunt pro forma actus, vel ad rigorem iuris conseruandum. nu.10. 229

Mulieri in his, quæ pertinent ad rigorem iuris conseruandum, sicut nec rustico non parcitur, nu.18. 210

Multiplicatio eiusdem honoris sæpius repetiti non operatur, vt præcedat alium priorem tempore, qui semel tantum eundem honoris gradum cepit. nume.37. 375

Muri ciuitatum sunt sancti, non autem in commercio, eosq; violare capitale est.nume.15. 237

Muri ciuitatum vel municipiorũ an in nullius bonis, aut Principis, vel vniuersitatis existant. & nu.16. nu.14. 237

Mutanda non sunt, quæ semper certã habuerunt interpretationem, nume.15.nu.64.& nu.11. 86

Mutatio status facta à milite Hierosolymitano est in melius, & meritoria dicitur capitis diminutio sponte suscepta propter Deũ, vnde possunt parentibus, & eorum agnatis succedere ab intestato, & ex testamento. nume.27. 88

Mutatio voluntatis non præsumitur. nu.14. 12

Mutuans quomodo possit aliquid licitè pro mutuo accipere, quod petendo illicitè peteret.nu.28. 45

N

Negatiua ab allegante debet probari, & cor.nu.8.& nu.3. 18

Negatiua magis destruit, quàm ponat affirmatiua nu.20. 9

Negatiua non soluentis onera, & in quolibet alio actu, in quo scriptura conficitur, quomodo probetur.nu.4. 325

Negatiua qualiter probetur.nu.6.& nu.5. 18

Negatiua quando fundamentum intentionis est negantis, à negante est probanda, fallit vt hic.nu.1. 215

Negatiua vniuersalis destruit omne quicquid inuenit.nu 113. 360

Nemo tenetur aliũ iuuare vel defendere submittédo se periculo.n.8. 31

Nepos ex filia potest in hæreditate aui succedere, matris renunciatione non obstante.nume.9. 238

Nepos ex sorore de iure communi succedit vna cum auunculo, vbi de alterius hęreditate tractatur. nu.1. 243

Nepos legitimus natus ex filio spurio, non potest auo ab intestato succedere. nume.43. 80

Nepotes ex fratre prædefuncto, vbi agitur de successione patrui etiã in feudalibus succedunt.nu.31. 84

Nepotes in conditione positi, quum non vocentur ad fideicommissum, tanto minus bona consequi possunt iure transmissionis, fallit vt nume.28.& nu.27. 189

Nobilis moribus & genere præferédus est nobili moribus tm̃.nu.29. 380

Nobilis non præsumitur, qui non probat maiores eius fuisse nobiles. numer.5. 372

Nobilitas generis descendens à principatu est maxima, & descendit in infinitum.nu.8. 379. & nu.25.& 27. 380

Nobilitas incipit, crescit, & perficit, & perfecta alijs præfertur.nu.21. 374

Nobilitas materna, quod nõ sit parui sed magni ponderis, ibi exempla. nume.19. 373

Nobilitas nõ nascitur in ictu oculi, sed attribuitur antiquitati.nu.3. 372

Nobilitas paterna per maternæ nobilitatis adiectionem fit splendidior & luculentior, & qui ambos parentes habet nobiles, præfertur alteri vnam tantum nobilitatem habenti. nu.18. 373

Nobilitas sola non attenditur, vt maior admittatur ad redemptionem castri venditi, secus in minore.nu.19. 337

Nominatio Titij, includit & eius hæredis nominationem. Amplia vt nume.11. nu.10. 34

Notarij depositio se referentis ad contenta in instrumento inualido, ratione alicuius requisiti, & per eum rogato valet.nu.25. 298

Notarij instrumenta adeo probant, vt nõ sit necesse (cum sumus in antiquissimis) probare creationem notariatus.nu.45. 80

Notarij soli non possunt inducere consuetudinem contra ius. & nu.29. nume.11. 232

Notarij stipulatio, & iuramentum in instruméto interpositum, operantur in instrumento, vt ius absenti quæratur.nu.36. 55

Notarij stipulatio nomine omnium, quorum interest, interposita adeò valet, vt ex ea sine vlla cessione ius absentibus acquiratur.nu.8. 149

Notarij, vt vnum genus personarum, non possunt inducere consuetudinem.nume.16. 230

Notario asserenti aliquid, propter quod vitietur instrumentũ ab eo confectum, vel minus ei credatur, non est standum.nu.9. 334

Notario asserenti in instrumento actum interuenisse, qui tempore rogitus expediri non potuit credendum non est. nu.33. 339

Notario creditur, de his quæ posuit in instruméto, quo ad solemnia, quæ potuerunt tempore rogitus interuenire, donec contrarium probetur nume.7. 70

Notariorum collegium potest tantum statuere in his, quæ pertinent ad eorum artem, & præiudicium, sed non in his, quæ respiciunt decisionẽ causarum, & aliorum præiudicium.nu.26. 233

Notariorum verba in contractibus executiuis apposita, deliberatã mentem contrahentium effugiunt, & principalem nõ augent dispositionem.nume.6. 139

Notarius censetur apposuisse in instrumento de consensu partiũ, quicquid in eo reperitur descriptum, intellige vt nu.8.nu.7. 11

Notarius conficiens falsum instrumentum, & de falso condemnatus tenetur parti læsæ ad interesse. Ampl. vt in nu.2.nu.1 172

Notarius cum teneatur diligenter custodire suum protocolum, aliàs illum non exhibendo parti læsę ad interesse teneatur, ei soli non creditur vbi examinatus dicat instrumentũ ab alio laceratum.nu.45 299

Notarius de falso condemnatus, parti non tenetur de eo, quod indebite soluit, nisi discusso principali.& nu.9.nu.6. 172

Notarius instrumentũ sibi falso conficiens hñs formã & solemnitatem publici instrumenti licet non valeat eo, quia ipse debet esse persona diuersa à contrahente, tñ potest de falso puniri.& nu.19.nu.2. 256

Notarius potest alteri stipulari etiam absenti, & ei acquirere.nu.16. 78

Notarius tenetur parti læsæ actione in factum, quę contra ipsum, sicut nec contra mensorem, nisi in subsidium, non intentatur.nu.7. 173

Notarius vbi dicit in instrumentum omnes interuenisse, & vnus nõ interfuit, tunc instrumentum falsum redditur. nu.13. 126

Notarius vbi est de dolo conuictus, tunc partis læsę iuraméto statur de damno, & interesse, secus si esset tantum in culpa vt nu.5.nu.4. 172

Notorium fit ex citati contumacia, quod alio iuris ordine & solemnitate non indiget.nu.7. 162

Notorium iuris appellationem non admittit. nu.29. 138

Nullitas opponi non potest super eo, quod consuetum est fieri, & de facto seruatur. nume.9. 86

Nullitas quantumuis euidens sententię opponi non potest, vbi tempus à iure vel statuto limitatum effluxit. nu.20. 123

Nundinę pręcipuæ & solemnes non possunt fieri sine Principis. auctoritate, & priuilegio.nu 5. 94

O

Oblatio iudicialis per debitorẽ facta sine pecuniæ ostensione, nisi probetur offerentis paupertas, sufficit, pręsertim quando est consultum creditori per rei retentionem vt nu.6. nu.3. 335

Oblatio verbalis facta in iudicio habet vim solutionis quo ad effectũ, vt offerens

offerens non dicatur esse in mora soluendi,non autem ad effectum liberandi,nisi accedente depositione,secus extraiudicialis.nu.2. 335
Obligans se ad quid faciẽdum alicui & eius familiæ pro certa pensione, & ex post in tãtum familia creuerit, vt ille valde grauatus remaneat, tunc erit officio iudicis subleuandus ab illo onere.nu.23. 180
Obligare quis alterum potest, qui non mandauit vbi est secutus euentus nume. 29. 177
Obligat & hæredes, qui se ad aliquid dandum vel faciendum obligat. nume.19. 142
Obligatio bonorum generalis licet includat pecuniam ab alio acceptã, tamen eam,quæ ab ipso creditore accipitur, non includit.nu.5. 139
Obligatio vbi est inter plures,est contracta,quorum opera est ius tertio quæsitum, tunc non potest per vnum ipsorũ in aliorũ, vel tertij præiudicium reuocari. nu.42. 144
Obliuio non inducitur nisi longo tempore.nu.26. 223
Officialis electio non tribuit iurisdictionem electo, sed superioris confirmato. nume.67. 355
Officialis tributorum nomine, vel prætextu cuiusuis officij plus debito à subditis exigens,furtum committit, & ad duplum restituendum tenetur. nume.12. 200
Officialis subrogatus tenet eundem locũ in ordine, quem tenebat ille, cui subrogatur.nu 8. 378
Officium iudicis competit vbicunq; æquitas deposcit.nu.6. 149
Onerum appellatione, veniunt parua, & magna, nec plus & minus faciunt specie differre.nu.20. 127
Onus annexum rei,quando res transfertur in alium absq; vllo seruitio, transfertur cum re,illa enim verba absque vllo seruitio intelliguntur de imponendo non de onere iam imposito.nu.30. 89
Opiniones Doctorum,obscuram,& ambiguam rem faciunt.nu.15. 1
Opinio seu fama constituens aliquem in possessione libertatis vel serui tutis,onus contrarium probandi in aduersarium transfert.nu.33. 54
Oratio eadem vbi plura complectitur, quæ ab eodem verbo reguntur, tunc dictum in vno intelligitur in alio repetitum.nu.2. 304
Oratio secunda imperfecta, ex præcedentibus suppletur cum omnibus suis qualitatibus. nu.7. 217
Ordo in sessionibus,ambulationibus,& similibus honoribus debet vnicuiq; assignari ne confundatur,si præposteretur.nu.2. 378
Ordo,qui maximam pulchritudinem ostendit,cõfunditur nisi congruus vnicuiq; locus in honoribus assignetur.nu.1. 371

P

PAcem nõ dicitur violasse,qui adulterauit vxorem eius,cui promisit pacem non frangere.nu.64. 159
Pactum de non alienando munitum verbis derogatorijs, nõ censetur per vltimam voluntatem subsequentem reuocatum.nu.37. 143
Pactum de non alienando, nõ valet sine rei prohibitæ alienari traditione. fallit si stipulatio per verba resolutiua contractus fuerit interposita, vel specialis hypotheca super re alienari prohibita sit constituta. nume.9. 141
Pactum de non alienando per verba contractus resolutiua inter aliquos initum, dominij translationem in alium impedit, quanquã à contrafaciente in vocatum transfert absque alia traditione. vt & nume.11. nume.10. 141
Pactum de non alienando,vt in casu cõtrauentionis retransferatur dominium,constitutum requirit.nu.1. 140
Pactum generale,quamuis ex æquitate aliquando restringatur,regulariter tamen de sui natura ad incogitata protrahitur.nu.24. 127
Pactum inter diuersos initium de diuidendo omnia eorum bona,iura & actiones æqualiter valet, & comprehendit etiam bona emphyteotica,saltem,quo ad fructuum commoditatem vt nu.8. nu.1. 107
Pactum iuratũ est seruãdum etiam in posterum rebus sic stantibus alias secus. nume. 150. 364
Pactum quod superior nõ possit reddere ius subditis suis,in citando Vasallos ad subditorum querelas non valet,& sub nu.12.nu.8. 305
Palatia & alia loca publica in ciuitatibus pro iustitia exhibẽda sunt principis.nume.122. 360
Papa auferens de potestatis plenitudine beneficium,quod prælato contulerat, non tenetur ei de æquiualenti prouidere vt deciditur in nume.48.nume.41. 55
Papa concedens alicui ecclesiam pleno iure, omne ius episcopale transfert, nihilq; episcopo reseruat. Amplia vt nu.56. nu.55. 57
Papa in Laicos commorantes extra territorium suum in temporalibus nullam habet iurisdictionem.nu.36. 23
Papa non potest dispensare circa præcepta decalogi. nu.22. 44
Papa potest directè citare Laicos in terris Imperij.nu.2. 241
Papa potest monacho testandi licentiam concedere. nu.7. 86
Paritas rationis inducit repetitionem. nu.10. 18
Patriæ tantum debemus,quod,sicut Imperator, ab omni iuramento fidelitatis intelligitur excepta. nu.20. 276
Particularia bona eo quòd sunt sita intra fines territorij, cum territoriũ tantùm denotet exercitium iurisdictionis, non consequitur vt ad Dominum territorij spectent.nu.35. 104
Pater Christianus sicut admittitur in causa capitali ad filij defensionẽ ita & Iudæus pater admitti debet.nume. 10. 313
Pater filiam dotare tenetur ex officio & legis necessitate.nu.6. 243
Pater filiam quæ in corpus peccauit, exhæredare potest. nu.20. 1
Pater non potest bona filij alienare, etiã quòd sit legitimus administrator,& vsufructuarius.nu.15. 169
Pater non potest præiudicare filijs in his, quæ ipsis quæsita sunt ex persona maiorum.nu.8. 238
Pater potest dotem nurus sibi datam,filij emancipato de nurus consensu constante matrimonio restituere. & nu.12.nu.9. 37
Pater potest honorare magis filium gratũ,quàm minus gratũ.nu.9. 316
Pater tunc cõsequitur vsumfructũ ex pecunia filij, si eam in rem conferat,super qua cadit vsusfructus, aliàs ea vti frui non potest, nisi cum cautione vt ibi. nu.27. 170
Patriæ quis potius obedire tenetur,quàm parentibus, & eius charitas supra liberorum charitatem esse debet.nu 19. 276
Pauper non solum dicitur is, qui nõ habet necessaria ad sustentationem vitæ, sed etiam qui non habet conuenientia ad conditionem sui status. nume.14. 262
Pecunia dotalis est alienabilis.nu.20. 33
Pecunia est ea per quam res omnes æstimantur, sed non eadem cum re. nume.5. 194
Pecunia,vti res quæ seruando seruari nequit, semper est alienationi parata. nume.14. 37
Pensio iusta quæ dicatur.nu. 11. 40
Periurus magis peccat,quã simplicis promissionis transgressor nu.1 1. 7
Periurus ratione contractus non punitur criminaliter. nu.14. 278
Perpetuũ illud esse dicitur,quod spacio.xxx.annorum durat.nu.3. 262
Perpetuum illud propriè dicitur, quod loco deficientis suscipit alterius subrogationem nu.28. 143
Persona pro parte offendi non potest.nu.6. 4
Personarum qualitas attenditur, vbi quid boni, & mali iudicandum, & an aliquid erroneè sit factum,vel dolosè.nu.21. 276
Persuasio specialis in delictis est titulus criminis.nu.23. 273
Petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentẽ, intellige vt nume.23.nu.2. 26
Petitio hæreditatis.xxx.annorum spatio præscribitur, intellige vt num. 19.nume.15. 26
Petitioni responsum non dicitur per exceptiones dilatorias, & declinatorias,nec per responsiones factas positionibus.nu.9. 225
Petitoriũ cum possessorio cumulat in iuribus incorporalibus. n.11. 326
Pignoratæ rei creditor impensas in custodiendo pignore factas à creditore non recuperat,sed necessarias.nu.14. 152
Pignoratam rem debitor, quo ad vsucapionem, & omnes effectus concernentes dominium,vel fructuum acquisitionem, possidere dicitur, nume.5. 150
Pignoratam rem creditor ex pacto detinens, non solùm à se perceptos fructus restituit,sed & quos percipere potuit. nu.20. 152
Pignoris fructus etiam restitui debent ab eo, qui pignus possidet, quod restituere tenetur. nu.3. 150
Pignoris nullitas potest per officium iudicis declarari. nu.14. 145
Piscandi ius potest Princeps alicui soli ex causa remunerationis concedere,in aliquo sinu maris,& alios quoscunq; ibi piscari prohibere præter illum benemeritum.nu.30. 119
Pleno iure verba idem important, quod integrè,& sine diminutione, & illud dicitur plenum cui nihil addi potest, vt nu.31. idem notant verba integro statu vt nu.29.nu.28. 73
Pluralitas actuum non præsumitur,nisi probetur.nu.13. 71
Pluralitas actuũ & causarum non præsumitur,nisi probetur.nu.33. 79
Plura vbi vno pretio sunt vendita,& de resolutione agitur,vnius resolutio,in omnibus procedit. Amplia vt nu.27.& nu.28.nu.26. 5
Pœna arbitraria in se continet conditionem, si declarabitur,& quãtum, & vbi est incerta,per leges non suppletur.nu.13. 332
Pœna corporalis vbi pro delicto irrogatur, vel vbi lex expresse requirit dolum,tunc credulitas fatua & temeraria excusat à dolo,secus vbi pecuniaria.nu.17. 210
Pœna delicti cedit lucro eius,qui principaliter læditur,nec alteri confertur & nu.9.nu.7. 241
Pœna etiam pro illicito,& inhonesto nõ imponitur,nisi expresse à lege caueatur.& nu.11.nu.9. 275
Pœnalia nõ extenduntur de casu ad casum,ex rõnis identitate.nu.12. 86
Pœna non imponitur,nisi à lege expresse caueatur. nu.9. 271
Pœna,quàm incurrit subditus vasalli citatus à Principe propter inobedientiam & ex crimine læsę maiestatis Principi est applicanda.& nume.12 & 17.nu.6. 241
Pœna rem,in qua delinquitur,transgredi non debet,& quid,quando circa personam delinquitur.nu.5.intellige vt nu.19. nu.4. 3
Pœna in fraudem vsurarum quandoq; apposita censetur.nu.8. 28
Pœna l.si quis maior C.de transac.super quo fundatur & an etiã in minimo defectu procedat vide nu.20.& an in tacitis procedat, nu.22. & an contra vniuersitatem nu.26.nu. 19. 7
Pœna l.si quis in tñ.C.vnde vi,habet locum etiam in minore.nu.6. 133
Pontifex est maior Imperatore, vices Dei gerens in terris, Cæsarem inungens

iniungens, confirmans, reprobans, deponens, & ab eo iuramētum suscipiens fidelitatis. nu.20. 379
Pontifex potest quasi omnia facere, quòd Deus excepto peccato, & nisi contra fidem à nemine potest iudicari, & Dominus dominantium dicitur & nume.13.nu.11. 372
Pontifex summus maior est Imperatore ab eo Iuramentum fidelitatis suscipiens, & vices veri Dei gerens in terris. & nu.12.nu.10. 372
Populi subiecti possunt inter se bella gerere, iura autem bellica in eis nō vendicant sibi locum. nu.98. 358
Populus habens & exercens iurisdictionē potest se subijcere alteri omne ius in eum transferendo, secus si submissio fiat in præiudicium alterius superioris, vt nu.61.nu.59. 354
Populus liber non recognoscens de facto superiorem, est solus sui ipsius dominus, & vtitur omni Imperiali iurisdictione. nu.40. 381
Populus liber nō recognoscens superiorem est dignior, quàm Dux eius postea factus superiorem recognoscens, nu.42. 381
Populus nouus iurisdictionalia omnia exercens præscribit imperiū, præsertim præscriptione immemoriali, & nu.4. secus supremam & absolutam Principis potestatem, vt nu.28.nu.2. 384
Populus quando possit obligationi derogare, quā lex inducit. nu.34. 234
Populus rempu. administrans semper idem dicitur, licet in personis mutatio contingat. nu.48. 129
Populus vbi est interdictus, illud interdictum durat etiam vltra centum annos. nume.16. 260
Possessio antiquior, contendentibus duobus de possessione, vbi est probata, iuniori præfertur, & nu.6.nu.1. 221
Possessio antiqua per recentem & vitiosam non aufertur. nu.10. 326
Possessio auctoris pręsumitur continuasse in singularem successorem. nume. 12. 309
Possessio cum sit facti ad hæredes vniuersales nec singulares non transmittitur. nume.7. 204
Possessio defuncti non dicitur vacans, colono in ea existente. & sub nume.14.nume.13. 160
Possessio defuncti, quum sit facti, non transit ad hæredem, nisi hæres apprehendat, quod declara, vt nu.7.& 11 nu.1. 160
Possessio defuncti vbi vigore statuti continuatur in hęredem, tunc intelligitur continuari, si nondum fuerit per alium apprehensa, & occupata. nume.6. 160
Possessio diuturna, & aduersarij patientia facit mandatum præsumi ex cursu.30.annorum. nu.13. 131
Possessio ecclesiæ non dicitur vacare mortuo prælato, sed ecclesia dicitur in possessione cōtinuare, secus possessio prælaturæ. vt n.15.n.11. 205
Possessio ecclesiæ, vel beneficij vbi ab aliquo est apprehensa, consequenter, & oīm rerū ipsius ecclesiæ possessio intelligit acquisita. nu.13. 205
Possessio etiam iniusta nemini est auferenda, nisi eo citato. nu.25. 60
Possessio in beneficialibus continuatur in successorem sine noua apprehensione. nume.18. 205
Possessio iunior præsumitur clandestina antiquioris possessionis respectu. nume.20. 121
Possessio iurium incorporalium ipso iure & facto perditur, vbi quis priuatur illis ex sententia, contra quā actus facti nulli sunt. nu.93. 358
Possessio iustificata per dominij probationem tunc præualet, vbi partes sunt pares numero testium & dignitate, & æqualis temporis probatione. nume.4. 221
Possessio licet per aditionem hæreditatis iura, quæ penes defunctū erant, hęredi acquirantur, nisi effectualiter apprehendatur, non acquiritur, nume.1. 214
Possessio multum antiqua facit facilius præsumi pro possidēte, propter probationis difficultatem, quàm recens. nu.4. 328
Possessione antiquiori probata, dr̄ & spoliatio re ipsa probata. nu.2. 204
Possessionem eatenus ingrediens acquirit, quatenus intendit, & non vltra. nume.12. 160
Possessionem defuncti quicunque pręcurrit occupare, dicitur hæredem spoliare sua possessione, nisi incontinenti de dominio, iure suo, vel de titulo, quem habuit à defuncto, doceat. nu. 16. 160
Possessionem probans ex fructuum perceptione, temporis æqualitate in probatione temporis data, præfertur ei, qui probat arasse & seminasse. nume.5. 221
Possessionem qui scit ab alio occupari, nec suspicatur se posse repelli, adeundo iudicem, ne auctor rixæ fiat, non perdit ciuilem. nu.24. 223
Possessionis clandestinæ, veluti quando quis insciente aduersario actus facit possessorios, nulla est habenda ratio. nu.11. 117
Possessionis probatio ad id momentū temporis restringi non debet, quo contractus alienationis celebratur. nu.11. 309
Possessio non probatur inter familiares per solā habitationem domus, nec per solam fructuum perceptionem vt nume.19. quia ius familiaritatis vllam possessionem contra titulo possidentem non inducit vt nume.20. nu.18. 60
Possessio per instrumentum probari potest. nu.15. 222
Possessio quælibet acquiritur per fieri, non autem per non fieri, & ab aliquo facto semper incipit. nu.3. 109
Possessio quanto antiquior, tanto iustior, & iunior clandestina præsumitur & vitiosa nume.14. 350
Possessio semel posita præsumitur continuata, nisi contra probetur, vel tm̄ effluxerit tempus, per quod induci videatur obliuio. nu.18. 222
Possessio sola aliquem oneribus obnoxiū non facit nisi onera sint merè realia nume.2. 197
Possessio tantum apprehensa per instrumentum quando pręsumatur clandestina. nu.6. 215
Possessio titulata iunior, qn̄ vincat antiquiorem. nu.29. 224
Possessio vacans à Domino potest occupari, fallit si teneatur per bonorum curatorem, vel inquilinum. nu.14. 160
Possessio vacans potest occupari à prætendentibus ius in ea, & in ea defenditur is, qui pręuenit, donec per aliū de potentiori iure fuerit edoctum. nume 2. 160
Possessio vbi ab alio quàm hærede est apprehensa, durāte locatione per defunctum facta, eam apprehendens non acquirit, nisi colonum expellat, vel colonus nomine ipsius se tenere dicat. nu.10. 160
Possessio vbi est vacans, & properantibus duobus ad eam apprehendendum, alter pręuenit, tūc is iure in ea defenditur, donec alter de potiori iure ostendat, declara vt nu.9.nu.3. 214
Possessio vbicunq; ab aliquo retinetur animo suo & corpore alieno, tūc amissa naturali, amittit & illa ciuilis quæ animo retinetur. n.32. 224
Possessio vbi ex persona defuncti recuperari intenditur, debet agens probare defunctum tempore eius vitæ à possessione sine iusta causa cecidisse. nume.8. 204
Possessio, vbi vtraq; pars de possessione probat, ei defertur, qui per plures, & meliores testes probat, vel si non per plures, probet de antiquiori possessione, aut titulum ostendit. nu.3. 221
Possessio, vt præscriptio procedat, debet esse quieta & pacifica aliàs per aduersarij contradictionem, & impatientiam interrumpitur, nec perfici potest. nume.107. 359
Possessio rei ipso mortuo pendente lite, vbi per actorem inuaditur, tunc actor officio iudicis debet ab ipsa remoueri, & possessio subrogato tradi. nume. 4. 214
Possessio sola aliquem oneribus obnoxium non facit, nisi onera sint merè realia. nume 2. 196
Possessor antiquior animo retinens ciuilem, potest iuniorem turbātem eum in sua ciuili per apprehensionem naturalis deijcere & expellere, sed non econtra. nu.27. 223
Possessor clandestinus dici nō potest, qui possessionem vigore sui tituli ingressus est. nume.33. 224
Possessor habendus non est, qui timet vel timēre debet in eius prætensa possessione, controuersiam pati. vt & nu.23.nu.19. 121
Possessor ciuilis, vbi scit naturalem possessionē ab alio occupari, & eam non recuperat, ciuilem perdit. nu.10. 215
Possessor clandestinus dicitur, qui, vbi vertitur proprietatis quæstio, vel esse speratur possessionem apprehendit. nu.7. 215
Possessor clandestinus sua possessione defendi non debet. nu.8. 215
Possessor conuentus non potest opponere de iure tertij, præsertim vbi agens, si rem haberet nō teneretur ad restitutionē, vt nu.11.nu.4. 209
Possessoris conditio potior habetur, vbi notoriè de dolo vtriusque, id est spoliantis & spoliati apparet. nu.34. 208
Possessor iunior non potest antiquiorem turbare nec à possessione inquietare, aliàs delinquit. nu.28. 223
Possessorium iudicium nō modici, sed magni præiudicij, & possidere est magnum commodum. nu.6. 333
Possessorium iudicium, quanquam sit sumariè cognoscendum, tamen in eo semiplena probatio non sufficit. nu.5. 333
Possessorium vbi intentatum est per remedium Cano. reintegrandæ, & sententia est secuta, tunc appellatur, secus à possessorio iure ciuili inducto. nume.1. 212
Possessor licet respectu quorundā dicatur iniuste possidere, & vt prædo, tamen respectu aduersarij possidere dicitur iustè, quod sufficit ad retinendam & recuperandam possessionem. nu.1. 150
Possessor malæ fidei an pręscribat. nu.17. 26
Possessor malæ fidei dicitur is, qui contra iuris præsumptionem possidet. nume.10. 150
Possessor verus non est, qui ab initio in sua possessione prętensa controuersiam patitur. sub nu. 11. 117
Possidendi animus, & in possessione perseuerandi qualiter probetur. nume.21. 223
Possidens ante contractum intelligitur etiā possedisse tempore contractus, nisi auctor ipse asserat se tunc non possedisse. nu.10. 309
Possidens ciuiliter, & naturaliter, quando suam ciuilem amittat, declara, vt nume.25.nu.20. 223
Possidens intentionem dicitur fundatam habere, si asserat se hodie possidere, & continuasse possessionem, nisi contrarium probetur, quod etiam procedit in successore qui asserit cōtinuatam possessionem cū defuncto. vt nume.2.num.1. 120
Possidens non vi, non clam, nec precario ab aduersario à prætore tuendus est, aliàs secus. nume.8. 326
Possidens per spacium. 30. annorum præsumitur habere bonam fidem sub nume.21. 118

Possidens semel præsumitur vsq; ad tēpus mortis possedisse, & possessio semel apprehensa nō amittitur, nisi prius animo destituatur. n. 6. 204

Possidens vi, vel clam vel precario ad aduersario, in possessione à prætore non defenditur. nume. 2. 221

Possidere ciuiliter præsumitur quis ex naturali possessione, & fructuum perceptione. nume. 27. 103

Possidere dicitur hæres per colonum, etiam si possessionem non apprehendit, locatione pendente iam à defuncto contracta. nu. 9. 160

Possidere pro se proprio iure, & non iure familiaritatis pro alio, vt quis dicatur, sufficit per qualemcunq; titulum possedisse. nu. 22. 60

Possidere quis iustè præsumitur nisi de contrario doceatur nu 176. 367

Possidere quis præsumitur ex causa, quæ præcessit, etiam si ex interuallo præcesserit. nume. 32. 79

Possidere quis præsumitur potius proprio nomine, quàm alieno, vel alterius contemplatione. nu. 19. 345

Possidere semper in dubio quis prçsumit potius nomine proprio, quàm alieno. nume. 15. 60

Potentior quis dicitur ratione officij nu. 5. 28

Potestas tanta in aliquem non confertur, quin in dantem maior remaneat. infertur vt nu. 25. 27. 28. 29 30. 31. & nu. 24. 24

Potest verbum affirmatiuè prolatum, tam in contractibus, quàm in rescriptis liberam importat facultatem, & non necessitatem nu. 2. 65

Præcarium & sola concedentis voluntate potest reuocari; & vllo tempore præscribi non potest, nu. 19. 93

Præcepta pœnalia iustum inducunt metum præsertim Principum & dominorum nume. 6. 326

Præceptum iudicis nunquid sine clausula iustificatiua, si senseris te grauatum, valeat, & quando. nu. 10 199

Præceptum iudicis magnum præiudicium non afferens, vt de comparendo, sine causæ expressione valet. nu. 11. 199

Præceptum principis, siue iustum, siue iniustum, etiam in dubio seruandum est. nume. 42. 24

Prædo etiam in sua possessione tuendus est. nu. 5. 325

Prælati confessio, quòd pecuniā mutuo receperit pro alendis, & vestiendis monachis, tunc ecclesiæ præiudicat, quando fuit ipsius ecclesiæ indigentia, & suppletio probata. nu. 21. 177

Prælati delictum non solum ecclesiam, sed etiam subditum non resistentem prælato iniustè agenti obligat. nu. 2. 30

Prelati successor tenetur stare bona fide, & ritè ac cum solemnitate debita gestis per suum antecessorem, secus si fraus & machinatio esset adhibita. nume. 4. 108

Prælatio vt inducatur nunquid ordo temporis in honoribus sit spectandus. nu. 40. & nume. 38. 375

Prælatus, & Rectores non sunt rerum ecclesiæ domini, sed tantū eis concessa est administratio. nu. 10. 205

Prelatus in quærendis, non in quæsitis præiudicare potest. nu. 25. 118

Prælatus in quærēdis, nō in quæsitis ecclesiæ prçiudicare pōt nu. 25. 56

Prçlatus mortuo prælato siue agat possessorio, siue petitorio potest pro rebus ecclesiæ per alios ablatis agere ad recuperationem, etiam quod nunquàm eorū fuerit nactus possessionem, & nu. 14. secus si suo proprio nomine agat vt. nu. 17. & nu. 9. 204

Prælatus pōt ecclesiæ præiudicare in quærendis, nō in quæsitis. nu. 26. 88

Prælatus, qui non potest iuribus ecclesiæ prçiudicare, non potest compromittere de iure & de facto. nu. 5. 254

Prælatus vocatus ab Archiepiscopo, & à Rege quādo teneatur prius ad Regem venire, quàm ad Archiepiscopum & econuerso, nu. 8. 236

Prçscribens cōtra omnes, & contra singulos præscribere dicitur qui contrarium prætendunt. nu. 15. 121

Prescribere nō potest possidens propter malam fidem, vbi dubitat rem ad ipsum pertinere, & sit alterius. nu. 111. 359

Præscribere nunquam potest, qui precario possidet. nu. 2. 94

Prçscribere potest quis, quòd nullus possit habere molendinū nisi ipse, & eius posteri, si prohibeat alios ne molendinum construant, & ipsi acquiescant. nume. 3. 116

Prçscribi non aliter possunt iura prohibitoria, nisi præcedat prohibitio saltem extraiudicialis, & ei fuerit obtemperatum. nu. 4. 116

Præscribi non potest officio iudicis, nisi lapsu. 30. annorum. nu. 28. 181

Præscribi potest ius vniuersitatis debito tempore & præscriptio incipit currere à die scientiæ administratorum. nu. 15. 118

Præscribit priuatus seruitutem, vbi alium prohibet seruituti contrafacere, qui prohibicioni acquiescit. nu. 17. 121

Prçscribitur ius incorporale etiam si in facultate consistat. nu 4. 25

Præscribitur tunc potestas reclamādi aduersus mensurç defectum de re vendita, spatio. 60 dierum, quādo fuit actum inter partes ipsum rem debere mensurari, secus si nihil fuerit dictum, quia tunc requiruntur 30. anni. nu 10. 216

Præscribunt libertatē seruus & filius, si diu in libertatis possessione permanserint, omniaque vt sui iuris, administrauerint, Domino & patre scientibus & permittentibus. nu. 8. 110

Præscriptio aduersus perpetuum censum inducitur per non solutionem annorum. 40. nu. 3. 325

Præscriptio centenaria est de iure ciuili, & non naturali, nu. 8. 94

Prçscriptio centenaria & longissimi temporis qualiter sit probanda numer. 120. 360

Prçscriptio centenaria tantum currit contra priuatum habentem rem communem cum ecclesia Romana, non autem minor. nu. 17. 262

Præscriptio consuetudo, & priuilegium çquiparantur. nu. 34. 387

Prçscriptio contra supremam & directā Principis iurisdictionem nunquam procedit, nec contra Principi reseruata in signum suprem ç potestatis. nume. 51. 354

Præscriptio contra supremam & directam Imperatoris iurisdictionem nunquam procedit, nec etiam contra ea, quç Principi reseruantur in signum supremæ potestatis, vt nu. 22. & nu. 16. 386

Preścriptio cōuentionalis cum maiore inchoata & cum minore finita, currit sine restitutione contra minorem, vbi nullum minoris vel alterius pro eo factum interuenit. nu. 3. 29

Prçscriptio currit contra hçreditatem iacentem. nu. 7. 25

Præscriptio est ius quodddam ex tempore congruens, auctoritate legū vim capiens, pœnam negligentibus inferens, & litibus finem imponens. nume. 10. 95

Præscriptio etiam. xl. annorum prçscribenti non iuuat, quando prçscriptioni contrariatur ius commune. intellige, vt nu. 18. & nu. 17. 19

Prçscriptio immemorialis habet vim concessionis & priuilegij, & per eam quçrūtur in prçscriptibilia, & quæ reseruata sunt Principi in signum supremç potestatis, fallit nu. 51. & nu. 5. 349

Prçscriptio immemorialis potest à Principe quandocunq; vult reuocari, cassari & annullari. nu. 23. & nu 20. 386

Prçscriptio imperfecta per cōtradictionem, & aduersarij impatientiam interrumpitur, sed nō perfecta, ad quam rumpendam contraria prçscriptio requiritur, vt nu. 6. & 7. nu. 3. 120

Præscriptio immemorialis quomodo debeat probari per testes, & qualiter testes reprobari possint. nu. 105. 359

Prçscriptio inducitur ex titulo putatiuo à probabili iuris errore descendente. nume. 58. 354

Prçscriptio inducitur tum ex cursu temporis tum ex tacito consensu illius, contra quem prçscribitur, iuncta iuris auctoritate. nu. 70. 356

Præscriptio meri & mixti imperij, & quçlibet alia, vt procedat, requirit bonam fidem ab initio, alias non procederet in çternam, nume. 112 114. & nume. 110. 359

Prçscriptionem formandam non interrumpit actus clandestinus, nisi in notitiam aduersarij deueniat. nu. 18. 121

Præscriptionem longissimi temporis, quæ causatur ex negligentia non petentis, vbique titulus non est necessarius, iuris error non impedit, nume. 18. 118

Prçscriptioni iam formatæ, derogatur per contrariam prçscriptionem iam completam nu. 115. 360

Prçscriptionis exceptio nō intelligitur esse sublata per Principis verba generalia. nume. 24. 387

Prçscriptio quælibet etiā centenaria est de iure ciuili inducta & statuto tolli potest, & idem de cōsuetudine dicendū, vt in nu. 33. & nu. 24. 387

Prçscriptio quorumcunque iurium incorporalium, vt procedat, requirit vsum cum scientia & patientia aduersarij, quæ pro traditione habetur alias secus. nume. 6. 109

Prçscriptio subiectionis potest probari per instrumenta fidelitatis. numero. 66. 348

Præscriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, habet vim tituli legitimè constituti, & concessionis & priuilegij. nume. 2. 325

Prçscriptio. 30. annorum in qua titulus non requiritur procedit vbi aliqua apparens causa etiam iniusta bonam fidem tribuit præscribenti. nume. 17. 118

Prçscriptio vbi à statuto requiritur cum bona fide, tunc bona fides debet specificè articulari, & probari. nu. 11. 244

Præscriptio vbi est cōpleta, superueniens mala fides nō nocet. nu. 8. 120

Præscriptio vel consuetudo, sicut quçlibet alia dispositio non complectitur maiora expressis, & quç sit alterius qualitatis. nu. 8. 197

Prçscriptio vnica sufficit ad repellēdum restitutionem in integrum pro toto tempore vbi vnica tantum est obligatio, secus vbi plures, quod limita vt nu. 27. & nu. 6. 179

Præscriptum tantum existit, quantum possessa nu. 150. 361

Prçscriptum vbi fuit contra vniuersitatem, ei non datur restitutio in integrū post quadrienniū licet de eius lçsione constaret. sub. nu. 15. 118

Prçsens, vbi actus qui fit, requirit consensum vel dissensum, non contradicendo, sibi, tanq. contumax sit in respondendo, prçiudicat. nu. 9. 213

Prçsumptio iuris facit quem puniri, vt delinquens: secus hominis prçsumptio. nume. 4. 341

Prçsumptiones iuris veris & legitimis probationibus æquipollent, & dicuntur probationes liquidissimç. nu. 17. 244

Prçsumptiones speciales generalibus derogant. nu. 39. 79

Præsumptiones violentç etiam in criminalibus sufficiunt. nu. 19. 245

Præsumptionibus ad pœnam nemo damnatur, nisi fuerint violentç. nume. 24. 276

Prçsumptio quçlibet, vbi stat pro allegante, transfert onus probandi in aduersarium. nume. 28. 103

Precarium

Precarium ex sola concedentis voluntate potest reuocari, & vllo tempore præscribi non potest.nu.19. 93
Primogeniti successio,non est sicut successio intestati,quæ potest per illum,cui succeditur,auferri,alium instituendo.nu.42. 62
Primogenituræ ius non potest per descendentem alteri relinqui in primogenitorum præiudicium.nu.39. 75
Primogenito,per diuisionem bonorũ feudaliũ,non derogatur nu.58. 57
Primogenituræ ius est firmatum lege diuina, Canonica, & consuetudine.nume.35. 74
Primogenituræ iuri antiquitus lege vel cõsuetudine cõcesso, pater præiudicare non potest.nu.62. 57
Primogenituræ ius ad prędiatã rustica,quàm vrbana,& ad omnes prouentus extenditur, vbi pro feudalibus possessa & tenta fuerint per primogenitos.nume.30. 54
Primogenituræ ius excludens secundogenitum à bonis Feudalibus,eundem etiam excludit à fructibus.nu.49. 56
Primogeniturę ius primogenito concessum, nõ debet alijs secundo genitis præiudicare.nu.2. 50
Primogenitura non dicitur irrationabilis,vbi de honesto victu,& vestitu iuxta hæreditatis facultatem,alijs filijs prouideatur.nu.36. 74
Primogenitus de victu & vestitu, iuxta redituũ facultatem habet secundogenitis prouidere.nu.57. 57
Primogenitus in terris feudalibns potest ex dispositione patris succedere.nume.14. 51
Primogenitus naturalis legitimatus per subsequens matrimonium alio iam nato ex legitimo matrimonio non præfertur, stante consuetudine quod primogenitus succedat in regno.nu.24. 321
Primogenitus non tenetur assignare tantundẽ secundo genito via compensationis,vt soluitur in nu.40.circa medium.nu.37. 55
Primogenitus permittens alios fratres cum eo simul officiales ponere in oppido ad eum solum pertinenti, etiam per longum tempus non intelligitur iuri primogenituræ renunciasse, quia eius patiẽtia debet intelligi esse iure familiaritatis,& non alio iure.nu.16. 60
Princeps aliquid priuato concedens titulo lucratiuo, quod ad eius officium pertinet,non adeo ligatur,quin concessionem possit nu.7. 92
Princeps an & quando possit exercere actus iurisdictionales in subditos Vasalli habentis merum & mixtum imperium. nu.4. 241
Princeps collectare potest quosq; quouis modo immunes, pro status & patriæ defensione.nu.51. 24
Princeps de honestatis plenitudine,tenetur suas concessiones firmas habere & prædecessorum suorum fidem seruare.nu.19. 95
Princeps de plenitudine potestatis ius præscriptione quæsitum tollere potest.nume.11. 93
Princeps derogando statutis simpliciter, non intelligitur derogasse statutis confirmatis.nu.82. 357
Princeps ea, quæ sunt de iure gentium, sine causa tollere non potest. nume.9. 312
Princeps est lex animata in terris,& potest vt lex nu.16. 41
Princeps est lex animata in terris plus potens,quàm lex communis,vel consuetudo.nu.26. 387
Princeps est lex animata in terris,& quando aliquid mandat, non tenetur exprimere causam,propter quam id faciat.nu.7. 322
Princeps ex speciali priuilegio vti potest plenitudine põtatis.nu.2. 293
Princeps feudatariorum subditos,publicaq; vtilitate,& necessitate vrgente,collectare potest.nu.12.& nu.1. 20
Princeps feudum habens, vel superiorem recognoscens potest iuri derogare,& ea in suis terris,quæ Imperator in imperio potest nu.3. 293
Princeps habens iura Imperialia,ea potest in eius territorio, quæ Imperator in vniuerso Imperio.nu.28. 54
Princeps in dubio,quicquid facit,iustè facere præsumitur nu.41. 23
Princeps inuestiens aliquem cum pacto de non admittendo appellationes nec illis cõsentire,nec audientiam præstare, nunquid eo non obstante in prima instantia possit cognoscere.nu.1. 304
Princeps inuestiens potest ex suo directo dominio feudum auocare rei vendicationis actione nu.2. 209
Princeps iura imperialia habens,vel non recognoscens superiorẽ, in propria causa iudicare potest.nu.43. 24
Princeps ius partis tollere põt,vbi illud ex toto nõ absorbetur.nu.7.198
Princeps ius quæsitum de iure gentium tollere non potest.nu.16. 95
Princeps ius prælationis, regalia, & alia Principi reseruata per contractum nec alio modo alteri potest concedere in præiudicium successorum.nume.46. 382
Princeps ius quæsitum ex sententia tollere potest. nu.12. 93
Princeps licet actiones de iure ciuili inductas tollat,tamen prohibibere non potest,quin manu regia ius reddatur, & sub. nu.fi. nu.10. 312
Princeps non possit per legitimationem spurij,adita tantum hæreditate ab agnatis & possessione bonorum nondum apprehensa,eis præiudicare,& nu.5.declara vt in nu.14.nu.3. 311
Princeps non præsumitur scire, quod sciunt sui officiales, imò ne quidẽ ipsi officiales sciunt oĩa,quæ cõtinentur in corũ codicibus.n.191. 369
Princeps nõ præsumitur velle ius tertio competens auferre, etiam si de modico tertij præiudicio tractaretur vt nu.7.nume.6. 65
Princeps non pręsumitur velle præiudicare nedum iuri, quod quis habet in re, sed ne iuri quidem ad rem, fallit, vt sub nume. 158. & 159. numer.22. 350
Princeps non tenetur ad obseruantiã pacti facti in præiudicium suæ auctoritatis,& superioritatis,quamuis minimum ex eo sequatur pręiudicium,& nu.17.nu.12. 305
Princeps non tenetur seruare iuris ordinem in procedendo, pars tamen debet citari,aliàs acta non valerent.nu.26. 60
Princeps nunquàm præsumitur velle alterius iuri derogare, ne quidem in modico.nume.27. 124
Princeps omnem consuetudinem tollere potest, & facta habere pro infectis.vt nu.17.nu.14. 93
Princeps, ordine iudiciario omisso, debet sola facti veritate inspecta iudicare nume.11. 59
Princeps pactis & conuentionibus obligatur.nu.14. 95
Princeps per priuilegium & rescriptum nunquàm censetur ius alterius tollere,nec tertio præiudicare,etiã quod diceretur se illud facere motu proprio,& cum clausula non obstante.nu.7. 254
Princeps potest collectas à subditis exigere propter publicã vtilitatem & necessitatem,exemplifica vt nume.4.nu.2. 199
Princeps potest committere causam appellatione remota, eo quia per viam quærelę potest haberi recursus.nu.8. 263
Princeps potest constitutionem suam & suorum antecessorum iam factam,pro infecta habere.nu.21. 260
Princeps potest donationes & concessiones facere supremam dignitatẽ grauiter non lædentes. nu. 10. 385
Princeps potest ex causa tollere, & imminuere priuilegia cõcessa etiam non subditis.nu.10. 265
Princeps potest ex sola suspicione subditum relegare aliqua iudiciali cognitione non habita.nu.1. 322
Princeps potest facere donationes & concessiones supremam dignitatem grauiter non lædentes.nu.47. 353
Princeps potest in causa propria iudicare.nu.9. 199
Princeps potest in terris feudatariorum citare homines ibidem existentes,& examinari facere testes in causis corã se,vel Illustri Senatu vertentibus sine licentia Vasalli habentis iurisdictionem in primis causis,& nu.3.nu.1. 241
Princeps potest ius priuati auferre ex causa remunerationis alicui factæ,qui sit benemeritus de republica.nu.29. 119
Princeps potest ius quærendum prohibito tollere.nu.51. 81
Princeps potest priuilegium cum clausula nõ obstante alicui concedere,vt ei nulla currat præscriptio etiam centenaria.nu.32. 387
Princeps potest rescribere vt talis suspendatur vel occidatur etiam causa non expressa.nu.5. 322
Princeps potest statuere, vt, vbi agitur de possessorio, si fiant probationes in petitorio,super vtraq; pronuncietur. nu.7. 263
Princeps pręscriptionem centũ annorum tollere potest, & omnes alias pręscriptiones,vt nu.6.nu.3. 94
Princeps principaliter potest subdito vel vasallo,vt coram se personaliter compareat sub pœna bonorum confiscationis,& priuationis feudorum,& valet præceptum etiam si non expresserit causam, secus inferio,vt sub nu.2.nu.1. 198
Princeps pro defensione status, suis subditis, & vasallorũ collectam imponere potest.nu.17. 22
Princeps publici boni gratia rem priuatis auferens,tenetur eis ad interesse. nume.1. 194
Princeps quando longiori tempore, quàm biennij inducias concedere possit debitoribus.nu.18. 264
Princeps quicquid facit,facit vt Deus, & iuste facere præsumitur, ita qđ non admittitur probatio in contrarium.& nu.6.nu.2. 322
Princeps quicquid facit,semper præsumit̃ facere ex iusta causa.nu.2.198
Princeps,quod concedit, vt Princeps potest quandocunq; & ad libitum reuocare. nume.17. 95
Princeps rescribendo potest alteri in modico præiudicare etiã sine clausula non obstante,nec tunc requiritur specialis citatio. Limita in nume.15.nume.6. 263
Princeps saltem cum causa cõcernente publicam vtilitatem potest iuri naturali & gentium derogare.nu.28. 119
Princeps secularis non potest tollere legem superioris.nu.13. 263
Princeps sicut feudum non potest tollere, ita nec grauare, nisi pretium ablatorum soluatur.nu.35. 196
Princeps sicuti nemo potest tollere extraiudicialẽ defensionem, ita nec iudicialem. nu.27. 61
Princeps sicut nõ potest contractũ tollere,ita nec imminuere.nu.9. 263
Princeps sicut potest iura vasallorum per contractum, nec alio quouis modo euertere,ita nec imminuere.nu.17. 195
Princeps sicut non potest iura imperij alienare, & regalia concedere, & alia reseruata supremæ dignitati in præiudicium successorum, ita nec debet posse confiteri.nu.200. 370
Princeps sicut non potest tollere inuestituras, ita nec consensum hominum secutum post ipsas inuestituras. nu.20. 260
Princeps sine causa non potest priuare quenquam proprio patrimonio,

quod quæsium dicitur hæreditariorum apprehensione. nu.12. 312
Princeps sola facti veritate inspecta,& secundum eius conscientiam iudicare potest omisso ordine iudicario, sub nu.2.& 6. 322
Princeps solus habet potestatem mandandi,& cogendi aliquem ad sic faciendum,vel pronunciandum,secus inferiores. nu.4. 322
Princeps, subditos, non tantum in territorio sibi immediate, citare potest. nume.23. 22
Princeps sub verbis generalibus non intelligitur tollere ius præscriptione quęsitum.nume.13. 93
Princeps superiorem non recognoscens,vel habens iura imperij, non alterius inferioris iurisdictioni subiacet, sed potest in propria causa iudicare.nume.1. 235
Princeps supremus non potest suspectus recusari.nu.6. 293
Princeps supremus potest iurisdictionē ciuitatum, & alteri cōmissam & concessam supprimere & reuocare. quod intellige vt ibi.nu.54. 354
Princeps,vbi alicui prius rem concessit, alio eandem potenti secundario concedere non debet, nisi prius citato eo, de cuius tractatur præiudicio. nume.1. 89
Princeps, vbi in confirmationibus vtitur clausula de plenitudine potestatis,facit tunc actum validum de inualido,& idem per clausulam ex certa scientia,& non obstante. vt nu.47. 80
Princeps vbi gerit actum iuri communi conformem puta visitando subiectos,vel eis pręcipiendo,& ipsi timeant se grauari,forte quia exempti,nō sufficit eos allegare causam à principio verisimilem, sed de vera causa constare debet,& nu.12 nu.80. 292
Princeps vbi mandat domos priuatorū destrui,ob extructionem publici operis,tunc debet pretium domum dirutarū taxari & persolui. Amplia vt nu.10.nu.8. 194
Princeps vbi tempore belli locum meum fortificauit, & eo durante milites ibi collocauit,possum finito bello locum repetere, nec ei teneor sumptus reddere nisi tanquam vnus de populo & quare ibi, & nu.23. nume.20. 195
Princeps vbi vult contra ius diuinū aliquid statuere, debet exprimi causa rationabilis.nu 14. 263
Princeps vel eius delegatus licet possit citare aliquem,vt coram se compareat, sub certa pœna, etiam causa non expressa, tamen vt pœnam comminatam infligat,causa vera apud eum subesse debet.nu.1. 264
Princeps vel eius delegatus potest imponere testi, vt veniat ad deponendum sub pœna bonorum publicationis, fallit vt in nu.7.nu.1. 267
Princeps vtile dominium infeudatarium & emphyteotam translatum, licet sit de iure ciuili, sine causa ab eis auferre non potest nu.38. 388
Principalis causa est illa,quæ principaliter mouet intentionem agentis, vel quæ plus influit. nu.24. 196
Principes habentes iura Imperij in terris suis,possunt omnia, quę Imperatori sunt reseruata in signum supremæ potestatis.nu.19. 195
Principes inferiores Imperatore possunt vti potestatis plenitudine ex priuilegio speciali.nu.168. 367. & nu.42. 388
Principi,in signum supremę potestatis,sunt multa reseruata,quæ nisi illis,quibus ipse voluerit demandare, non competunt, & quæ sint vide hic nu.11.nu.10. 21
Principi maledicens nunquid delictum punibile committat.nu.23. 266
Principi reseruata & ius supremę potestatis nō veniunt in sermone generali.nume.13. 21
Principi reseruata in signū supremæ potestatis non veniunt in generali concessione,nisi specialiter expressa nu.25. 242. & nu.22. 269
Principi turpè & indecorū est eandem rem concedere, & concedens nō videtur carere crimine falsi vt sub nu.4.fallit prout in nu.7.nu.2. 89
Principis arma nemini licet depingere, nisi gratia subiectionis & reuerentiæ.nume.92. 358
Principis assertioni statur de meritis alicuius,propter eius excellentissimam dignitatem.nu.31. 119
Principis assertio,sententia est.nu.44. 24
Principis auctoritas omnibus pręfertur nu.40. 23
Principis cōcessio transiens in vim contractus, veluti si datum vel factū quid sit concedenti ex parte eius,cui conceditur,fit irreuocabilis,alias secus vt nu.22.& nu.15. 95
Principis confirmatio derogans inuestituris, & in tertij præiudiciū tendens,non valet,nisi causa cognita, & parte vocata nu.22. 260
Principis cōtractus pro lege seruari debet,& ligat successores,præsertim si tendat ad vtilitatem Imperij, potest tamen ab eo recedi, vt in nume.148.& nu 13. 350
Principis decretum Prohibitiuum aliquorum cum clausula,non obstante consuetudine, nō extenditur ad immunitatem per sententiam declaratam.num.52. 125
Principis dicto standum & credendum est.nu.38. 23
Principis familia nunquid aliorum iurisdictioni subiaceat.declara vt nume.7.& 10.nu.2. 235
Principis grauitati conuenit verba nuda contemnere, quamuis in apertam eius sonant iniuriam.nu.25. 276
Principis liberalitas fręno non subest,nec debet coerceri.nu.15. 67
Principis officium est potius Imperium hominū adiectione ampliare, quam pecuniarum copia.nume.16. 265
Principis permissio in prælationibus, seu cōcessio regalium per contractum & aliorum iurium ad supremam dignitatem spectantium successoribus non pręiudicat.nu.34. 375
Principis præcepto non parens quasi sacrilegij crimen committit, pro quo vbi certa pœna est statuta,imponitur pœna extraordinaria,& arbitraria pro qualitate personæ,& rei conditione.nu.3. 273
Principis reditus sufficientes ad terrarum custodiam non habentes, vel pro suo honesto statu conseruando possunt subditos collectare, sed non pro sola habendi libidine,vel propter inordinatas expensas,vt nu me.11.nu.10. 200
Principis sententia etiam quod sit pro ipso rege, per scripturam eius sigillo roboratam probari potest.nu.45. 24
Principis verba in inuestituris prolata adeò fidem faciunt, quòd alio testimonio non indigent.nu.5. 63
Principum rescripta,semper sunt sine tertij præiudicio intelligenda.numero.19. 72
Prior in ordine scripturæ scriptus, vel nominatus, pręsumitur prior in tempore,& nu.21.nu.20. 78
Priuati res vbi per officiales capiūtur,tunc debet prestari de publico ęstimatio,etiam quòd res ablatę pereant.nu.6.& nu.3. 194
Priuilegia sicut per rebellionem contra Principem perduntur,ita & consuetudines priuilegiatæ.nu.27. 96
Priuilegiatus non vtitur priuilegio aduersus priuilegium.nu.3. 316
Priuilegio contra concedentem, nec cōtra eum cuius medio fuit obtentum,nemo vti potest.nu.26. 22
Priuilegio Principis concedi potest alicui,ne ei currat præscriptio centenaria cum clausala non obstante.nu.9. 95
Priuilegium à principe concessum, quod modicè partem lædit,partis citationem non requirit. nu.8. 90
Priuilegium concessum à Principe lædens ius tertij non valet, nisi citatis his,quorum interest,fallit vt nu.153.nu. 19. 350
Priuilegium concessum non subdito,fit irreuocabile.nu.25. 96
Priuilegium cōcessum subdito potest sine causa reuocari,Amplia vt nume.3.nume.2. 92
Priuilegium datum scholaribus extenditur ad eorū famulos, donec durant in eorum famulatu. Et quando Bidello dic vt ibi.nu.9. 236
Priuilegium & præscriptio æquiparantur.nu.17. 386
Priuilegium fori concessum clericis,vti à iure diuino profluens, per Papam saltem generaliter tolli nequit. Infertur vt hic nu.15. 35
Priuilegium fori datum viduis & pupillis in.l.1.C.quan. Imper.in pup. & vidu.nunquid diuitibus viduis cōpetat.dic vt nu.3.&.7.nu.1. 261
Priuilegium generale non includit casum publicæ vtilitatis contrarium nume.2. 125
Priuilegium iuris præsumptione probatur,Amplia vt nu.8 nu.7. 19
Priuilegium momentaneum & successiuum quomodo differant, numero.24. 96
Priuilegium non vtendo amittitur spacio.40. annorum, & vltimū primo derogat.nu.97. 358
Priuilegium Principis etiam inualidum tribuit causam pręscribendi saltem spacio xl.anno.nu.57. 354
Priuilegium principis vtentis clausulis ex certa scientia,& de plenitudine potestatis, procedit etiam interesse prætendentibus irrequisitis & nume.157.num.155. 365
Priuilegium tunc fit irreuocabile, vbi propter eius concessionē adsit datio,vel factum aliquod ipsi priuilegio commensurabile.nu. 8. 93
Priuilegium,vt & precarium,est renocabile,etiam si pactum fuerit inter positum,de ipsum non reuocando.nu.4. 92
Probare nemo tenetur ea,quæ dicuntur Principi per viam simplicis admonitionis secus si per viam accusationis. nu.17. 276
Probari incontinenti illud dicitur, quod tempore probatur arbitrio iudici statuto,& dicitur incōtinenti probare, qui intra tempus duorum mensium probat;vt nu.9.nu.7. 59
Probatio debet de necessitate concludere.nu.8. 243
Probatio debet de necessitate concludere,alias non releuat.nu. 16. 232
Probatio debet de necessitate concludere,alias non est probatio,& venit contra producentem interpretanda.nu.2. 253
Probatio dubia non releuat probantem.nu.13. 112
Probatio dubia trahibilis ad plures sensus debet cōtra producentem interpretari. nu 13. 265
Probatio facta ex longæua consuetudine non valet contra Principem. nume.18. 93
Probatio instrumenti vbi per statutum reprobatur,ea tunc instrumenti probatio neglecta non dicitur,quæ testibus coadunatur. nu.27. 298
Probatione noua quæ non indigent, veluti vbi aliquid patet actis, possunt simpliciter, & quandocunque etiam post causæ conclusionem allegari.nume.30. 224
Probationes ante litem contestatam fieri non possunt. nu.29. 227
Probationes sumptæ parte absente, vel nō saltem legitime citata nullæ sunt, quia vbi non datur dicendi & reclamandi copia ibi omnia gesta corrunt.nu.28. 61
Probationum vbicunq; paria sunt momenta,tunc vnum aliquid additū vni parti,facit alterum alteri præponderare.nu.13. 222

Probatio plena redditur, per famam excedentem spacium centum annorum.nume.34. 55
Probatio vbi à statuto requisita,nunquid sufficiat legis præsumptiua,dic vt nume.16.18.& nu.9. 244
Probatio vnius dubia, & generalis, liquidā & specificam aduersarij probationem elidere non debet.nu.11.& nu.9. 222
Processus vbi ex clausula sine figura iudicij proceditur,nō requirit libellum necessario,& tenet etiam si conclusio libelli sit omissa, vel minus legitimè facta, modo tamen ex narratione possit cognosci quid velit actor,quod limita vt ibi.nu.5. 309
Procurator contrahens non sui contemplatione sed domini, dominum tantum & non seipsum obligat,fallit vt ibi.nu.2. 389
Procurator falsus,qui liberauit aliquem nomine creditoris,non punitur criminaliter.nu.10. 271
Procurator fisci deputatus ex officio per Iudicem ad eū coadiuandū potest producere testes de nouo recipiendos etiam secuta aliorum publicatione,& sunt admittendi,alias secus. vt nu.6.& nu.4. 211
Procurator in causis capitalibus non admittitur, etiam quod reus in carceribus detineatur quod amplia vt ibi,& quare. nu.15. 192
Procurator in rem suam constitutus habens vtiles Domino habenti directas in agendo præfertur.nu.23. 330
Procuratoris negligentia nocet domino.nu.15. 210
Procuratori soli non creditur, quum, ex quo non explendo susceptum mandatum tenetur ad interesse, pro sui exoneratione deponere præsumatur. nume.16. 210
Procuratoris scientia, contra quem agitatum est iudicium, & sententia lata,sufficit ad Dño præiudicandum,absq; Domini scientia.nu.9.122
Procurator partis non potest remoueri nec mutari,nisi causa cognita fecus promotor inquisitionis.nu.5. 211
Procurator se asserens alicuius,quum non sit,liberans ejus debitorem,& ea de causa fuit in aliquo locupletatus,vtrum furti vel stellionatus crimine teneatur.nu.10. 257
Procurator vbi cōtrahit procuratorio nomine, licet actus respicere possit vtrunq; scilicet & Dominū,& procuratorem, tamen obligatur solus dominus præsertim quando contrahit in iudicio.nu.3. 389
Prohibere ne quis fundum ingrediatur,non tantum dominus sed etiam colonus posse videtur,quę prohibitio etiam proclamante generali & proscriptione publica fieri potest.nu.2. 390
Prohibere potens & non prohibens delicti scrupulo non caret.nu.6. 31
Prohibitio alienandi in filium per testatorem facta,non trahitur ad nepotes.nume.6. 77
Prohibitio alienationis expressa, addita prohibitioni legali operatur, vt in casibus etiam à iure permissis alienatio non fiat.infertur vt nu.18.& nume.17. 8
Prohibitio alienationis in genus hominum certum, non operatur,quin hæres legitimus,etiā ex eo genere ab intestato succedat,fallit vbi prohibitio esset facta,per verba vniuersalia, quia comprehendit alienationem hominis & legis vt nu.21.& nu.2. 76
Prohibitio cleris facta, de non præstando laicis iuramentum fidelitatis, non habet locum,vbi aliquid obtineant temporale à Laico.n.13. 87
Prohibitio de iure communi inducta sub certa pœna, potest augeri ex statuto quo ad pœnam.nu.4. 184
Prohibitio facta filijs de non alienando ad nepotes non extenditur. numer.14. 287
Prohibitio facta per edictum de sponsalibus, & matrimonio continens certas personas,ad non prohibitas non trahitur.nu.2. 202
Prohibitione alienetur feudum iurisdictionale, sed quod semper remaneat penes vnum,est fauorabilis propter publicam subditorum quietem.nume.7. 77
Prohibitio, ne quis fundum ingrediatur, fieri potest expresse & tacite. nume 3. 390
Prohibitio noua,addita veteri prohibitioni,veterem ampliat.nu.16. 8
Prohibitio,quando geminata reperitur, scilicet prolata à lege,& ab homine,solet multum operari.nu.13. 67
Prohibitio testatoris cum legis prohibitione cōcurrens, & si valeat sine causa,& etiā alienationem aliàs de iure permissam prohibeat, tamen si est tantum facta in fauorem prohibiti,tunc ad eius delictū non protrahitur.amp.vt nu.18 nu.17. 134
Prohibitio testatoris expressa,est potentior tacita.nu.37. 135
Prolatio verborum singularis vnum tantum comprehendit.nu.35. 55
Proprietas verborū in dispōnibus principaliter attendenda nu.25. 127
Protestatio contra Principis rescriptum, in actu ab eius voluntate pendente,est inutilis.nu.3. 69
Protestatio licet non probet vim & metum,tamen declarat quo animo quicquid fiat.nu.9. 326
Protestatio habens in futurum verba derogatoria tollit mentem,& consensum à sequenti actis adeò, quod non valet, etiam si protestationi & actus non sit contemporaneus.nu.38. 143
Protestatio nihil iuris tribuit,sed,vt ius,quod est, conseruet,eius repetitio requiritur in singulis actibus, & quando non pendet à voluntate protestantis,sed à iure communi,vel speciali non valet.nu.69. 355
Prout dictio quomodo relatiue se habeat,intellige vt nu.28. nu.26. 16
Publicatio bonorum,cum sit de maximo mero Imperio, & de Principi reseruatis non venit concessione generali, nisi expressa, nume.24. & nume.21. 269
Publicatio bonorum extraordinaria, quæ non fit à lege, sed ex Iudicis pendet potestate, conceditur tantum Illustribus in summa potestate positis.nu.23. 270
Publicatio bonorum non cōtinet bona prohibita alienari per fideicommissum,sed substitutis applicantur.nu.22. 134
Publicatio bonorum quando Principi, & quando feudatario pertineat etiam ex Principis condemnatione nu.16. & nu.14. 242
Publicationis bonorum pœna nunquid ab aula discesserit,& quando admittatur nume.6. 267
Pupilli & viduæ habitu dicuntur personæ miserabiles.nu.10. 261
Pupilli gaudent priuilegio.l.1.C.quan.Imper.in pup. & vid.etiam si locupletes existant, quod procedit etiam in alijs personis, qui propter debilitatem rebus suis superesse non possunt.nu.8. 261
Pupillo sine auctoritate tutoris solui non potest nu.7. 98
Pupillo vbi agitur de eius commodo & fauore,potest fieri etiam sine tutoris auctoritate denunciatio. fallit vt nu.10. nu.9. 98
Pupillus doli capax potest in contumaciam mulctari,& excommunicari,datur tamen ei restitutionis beneficium nu.2 164
Pupillus in mora constitui non potest sine tutoris auctoritate.nu.6. 98
Pupillus potest citari personaliter,quod limita. vt nu.12. nu.11. 98

Q

Quæstio illa dicitur dubitabilis,quæ est tantum facti,nō autem vbi sola sit iuris quæstio.nu.10. 59
Qualitas in secunda substitutione apposita, propter verisimilem testatoris mentem,in prima repetita censetur.nu.7. 17
Qualitas potius quàm substantia præsumitur. nu.11. 18
Qui omne dicit,nihil excludit.nu.2. 1
Quod nullum est,nullum operatur effectum.nu.9. 27
Quondam dictio,denotat improprietatem.nu.65. 159

R

Ratificatio etiam expressa contractus per instrumentum celebrati non operatur, nisi omnia capitula instrumentū ratificanti fuerint nota & lecta.nu.194. 369
Ratificatio in delictis requirit duo,infertur vt nu.13.nu.12. 31
Ratificatio in delictis,vt ex ea tenear,duo requirit, quod sit meo nomine gestum,& approbem illud tanquam meo nomine gestū.nu.5. 46
Ratificatio non solum fieri potest verbo, sed etiam facto quod est potentius nume.186. 369
Ratificatio, vt obliget ad pœnā, duo requirit, quod maleficium sit meo nomine gestū,& sciens meo nomine cōmissum ratificem.nu.14. 271
Rationis paritas inducit repetitionem nu.10. 18
Ratio sæpè calculata,ad partis requisitionem iterū fieri debet. nu.2. 26
Reales seruitutes personalibus sunt potentiores nu.19. 207
Realis dicitur donatio, in ecclesiam collata nu.14. 326
Rebellis est quilibet contradicens superiori in quolibet dicto vel facto. nume.19. 242
Rebellis quis dicatur propriè,& qui impropriè.nu.6. 274
Recepi & habui verba,in scriptura priuata & publica apposita,quid importent.nume.10. 169
Rectores ciuitatis ciuitati non præiudicant, nisi ciuitas mandauerit vel ratum habuerit.nu.16. 31
Recognitio facta de quibusdam bonis, vt de nouo quis inuestiatur tertio præiudicat nu.12. 344
Recuperandæ interdictum ex actoris parte plenam requirit probationem,præsertim vbi testes rei repugnant.nu.7. 334
Redimere valens fundum restituto pretio,non auditur,si partem,& non totam redimere vult.nu.24. 4
Reformatio contraria statuto quod ante,& post fuit practicatum statuto non præfertur, tanquam ab vtentium more non fuerit approbatum. nume.12. 329
Reformare est in partem tollere, vel rem in aliam formam redigere vt nu.21.infertur vt nu.18.19.20.intellige vt nu.23.nu.17. 14
Reformare,& in totum tollere,differunt.nu.13. 11
Reformare verbum, non in totum tollere, sed in parte tantum significat.nume.12. 122
Reformare verbi proprietas est aliquid addere, vel diminuere priori dispositioni nume.4. 121
Reformatio,vbi est circa substantialia primæ dispositionis,& verba sunt apta inducere nouam dispositionem, tunc attenditur noua dispositio & prima tollitur.nu.1. 131
Regalia, & alia impræscriptibilia, per tempus immemoriale præscribi possunt nume. 10. 93
Regia munera & laudes,quæ sint. nu.33. 196
Regnum est quid vniuersale recipiens argumentum & diminutionem, & quod accedit vniuersali vnum fit cum eo. nu.89. 357
Regula l.in testamentis.ff.de.reg.iur.loquens de testamentis locum habet etiam in legatis.nu.24. 324
Rei appellatio est generalis,& sub ea veniūt iura & actiones.nu.14. 249
Reintegrande remediū competit cuicunq; de sua antiquiore possessione ostendenti,

ostendenti,& ab ea cecidisse absque facto suo & culpa, etiam si fuerit successor,vt nume.4.nu.1. 204
Reintegrandæ remedium non solum spoliatis,sed & eiectis competit, & sub.nume.29 nu.18. 208
Relaxatio vinculum præsupponit nu 4. 39
Relegatio propriè & strictè intelligendo dici non potest pœna capitalis, secus largè,& impropriè.nu.3. 288
Religio Hierosolymitana est de foro ecclesię, nu.12. 35
Religiosi nihil possunt proprium habere, sed totum est monasterij vt nume 6.& nu.3. 85
Religiosorum appellatione non veniunt,non claustrales nisi per dictionis vniuersalis adiectionem.nu.20. 83
Religiosus non dicitur illud habere proprium,quod ratione administrationis habuit à superiore.nu.25. 88
Religiosus omnis est à seculo emancipatus temporali. nu.5. 82
Religiosus verbum,vbi de materia odiosa fit mentio,debet strictè intelligi,& tunc non comprehendit milites Hierosolymitanos, nisi per alterius verba vniuersalis adiectionem.nu 15. 83
Remedia à prætore inducta,non secundum ius ciuile,sed iuxta prætoriũ ius determinantur nu.3. 212
Remedia duo contraria possunt proponi subordinato vnum in alterius defectum,vt vno non procedente alterum suffragetur.nu.13. 90
Remedia plura vbi quis intentat,id censetur illud tentasse,quod sibi magis vtile est & congruum.nu.33. 181
Remedium.l.fin.C.de edic.diu.Adr.tol. est ad hæredes transmissibile,& cessibile.nume.37. 74
Remedium l.2.C.de rescin.vendi. nisi longissimo tempore non præscribitur. nu.29. 181
Remedium ordinarium tunc facit extraordinariũ cessare quando ambo pro eadem re contra eundem cõcurrunt. fallit in nu.31.& nu.9. 179
Remedium ordinarium vbi competit, extraordinario locus non est,vbi sumit originẽ à voluntate etiam,quod agatur contra diuersos.nu.8.173
Remedium personale in rem scriptum datur cuicunque singulari possessori.nume.5. 204
Remissio generalis sine alicuius rei expressione omnia includit, secus si ratione certæ rei facta fuerit.& nu.19.nu.12. 123
Remuneratoria dispositio est latè interpretanda, etiam quod aliàs essemus in materia strictè interpretanda.nu.6. 329
Renunciare priuilegio non videtur in posterum qui ei actum contrariũ facit,& renunciationes sunt stricti iuris, & in his non veniunt nisi expresso & nume.144. nu.138. 363
Renunciare quis nõ potest iuri suo,vbi renunciatio inseparabiliter concernit tertij præiudicium nu.42. 299
Renunciatio iuris iam quæsiti ex actibus tacitis non inducitur, secus si exprimatur nu.21. 327
Renunciatio simpliciter facta in dubio censetur esse realis.nu.7. 209
Res eatenus perditur,quatenus in ea peccatur. nu.13. 4
Res quælibet præsumitur libera,nisi de seruitute probetur. nu.24. 78
Res vbi conceditur, intelligitur concessa cum suis pertinentijs, etiam si de eis nihil actum fit. sub. nu.22. 73
Res vt iudicatur esse in commercio,attenditur id,quod concedi solet facile,etiam quod pendeat ab vnius superioris voluntate.nu.29. 84
Rescripti verba,vbi possunt aliquid operari,restringuntur, vt minus derogent iuri communi. nu.9. 254
Rescriptum à Principe impetrari non potest, per quod impediatur pronunciationis effectus nu.53. 130
Rescriptum continens,vt iustitia denegatur, & si habeat clausulam derogatoriam,non tamen tenet tanquã contra ius naturale nu. 13.312
Rescriptum geminatum & secunda iussio principis habet vim clausulæ non obstante & excludit omnem obreptionem. nu 174. 365
Rescriptum gratiosum debet continere mentionem de iure aduersarij, licet modico,aliàs non fugit obreptionem,dic vt nu.158.nu.21. 350
Rescriptum Principis etiam si fiat per modum legis vel statuti,non trahitur ad causas finaliter terminatas.nu.54. 130
Rescriptum Principis,quo remittuntur vel minuuntur seruitia feudorũ inducta pro reipu.defensione licet non valeat,valet tamen iuncta.40. annorum præscriptione.nu.21. 118
Rescriptum Principis respondentis in dubio debet intelligi secundum porrectam supplicationem intellige vt in nu.143.& nu.11. 350
Rescriptũ principis respondentis ad supplicata, licet debeat intelligi secundum petita,tamen nõ refertur ad narrata, nec ad ea in quibus sequeretur absonus intellectus, & iuri communi contrarius & nu.142. nume.140. 363
Rescripta principum, semper sunt sine tertij præiudicio intelligenda. nume.19. 72
Reseruatio & exceptio non tribuit aliquod ius de nouo,sed tantũ, quod habetur conseruat.& nu.199.nu 197. 370
Reseruatio non reperiens reseruabile nihil operatur. nu.198. 370
Reseruatio Principis facta ad derogationem immunitatis alicui competentis nihil operatur.nu.19. 327
Reseruatio reseruãti ius nõ tribuit,vbi nõ inuenit reseruabile.n.20.327
Respublica libera & sui ipsius Domina potest iura sua alienare, & nunquam moritur, nec habet hæredem, quæ Dux eius postea factus minime facere potest. nume.27. 374
Respublica si propter delictum consortis cupit totam domum communem destruere,tenetur socio pretium suæ partis soluere. nu.9. 194
Respublica subiecta,respublica appellari non solet,sed cõe. nu.25. 374
Restitutio in integrum aduersus sententiam, quadriennio effluxo à die latæ sententiæ & scientiæ,non datur communitati nec alteri,etiam si de eius læsione constaret.nu.8. 122
Restitutio in integrum læso non conceditur, nisi tantũ intra quadriennium à die læsionis computandum.nu.7. 179
Restitutio in integrum minori datur, si ostendat se ex suo contractu læsum,& sui facilitate captum.nu.12. 64
Restitutio in integrum minori & ciuitati, non datur aduersus actum,in quo iuramẽtum interposuerunt,limita vt sub nu.21.42. & n.18.180
Restitutio in integrum non datur aduersus ius quæsitum spacio temporis immemorialis.nu.16. 123
Restitutio in integrum peti tantũ potest tempore minoris ætatis & post eam intra sequens quadriennium.nu.11. 64
Restitutio in integrum sicut non datur minori aduersus Principis priuilegium, nec contra ius commune, ita nec communitati conceditur nume.11. 64 nu.10. 122
Restitutio minori datur tantum propter duo,quando scilicet captus est sui facilitate,vel dolo aduersarij, non autem contra quod casu contingit.fallit vt nu.40.nu.15. 180
Restitutio minori non datur contra omissam appellationem, nisi doceat se tantum ius habere, quod in causa appellationis potuisset vincere.nume.13. 64
Restitutio minoribus cõcessa circa lapsum temporis probatorij ad Iudæos minores extenditur,licet detur ex æquitate. nu.14. 314
Restitutio reipu. conceditur sicut minori,vbi de notabili læsione constiterit,nu.25. & nu.19. 180
Retinendæ interdicto,qui agit,debet probare se possedisse tempore turbationis,& litis contestatæ.limita vt ibi.nu.16. 222
Retroactio de tempore ad tempus non fit,nisi secundum fictionem etiã in his,quę iuris existunt.nu.7. 319
Reuelare conspirationem secreto factam cõtra Principem vel Rempu. quis tenetur ex sola scientia, etiam quòd criminis non sit particeps, aliàs punitur crimine læsę maiestatis,quod limita,vt nu.2.& etiam in nume.19.& nu.1. 330
Reuocandi facultas est de substantia donationis causa mortis,quæ pactũ etiam iuratum in oppositum non recipit.nu.4. 293
Reuocare verbum quid importet nu.4. 238
Reuocatio, & confirmatio habent medium non reuocare, intellige vt nu.16.& nu.15. 14
Reuocatio propriè cadit in toto. intellige vt nu.13.nu.14.& nu.12. 14
Reus contumax in ciuilibus condemnari non potest, nisi actor de credito probet.nu.4. 264
Reus post litem contestatam se absentans, quando à Iudice possit pecunialiter mulctari,& etiam relegari.nu.10. 268
Reus potest interpretari exceptionem,quam proponit,prout sibi commodior videtur.nu.18. 118
Rustico contumaci in non parendo præcepto iudicis subuenitur, secus in alijs casibus.nu.7. 278
Rusticus citatus personaliter non cõparendo dici non potest verus contumax,ideò si condemnatur,appellari potest. nu.4. 255
Rusticus contrarius in suo testimonio repertur,non potest puniri de falso,nisi appareat,quòd dolosè deposuerit.nu.5. 255
Rusticus & mulier propter iuris ignorantiam, à præsumpta vsurarum fraude excusantur. intellige vt nu.8.9.& nu.7. 40
Rusticus excusatur à præsumpta vsurarum fraude propter iuris ignorantiam,quod procedit etiã in minore & muliere,vt sub.nu.8 nu.6. 255
Rustico in his,quæ inducta sunt ad rigorem iuris conseruandũ tunc parcitur,vbi agitur de pœna, quæ dolum requirit. aliàs secus. nu.8. 255
Rusticus negans indebitè solutum habet præsumptionem pro se,& vincit,nisi per aduersarium contra probetur.sub nu.28. 45

S

SAluiani interdicti in iudicio, exceptiones respicientes defectum pignoris non possunt opponi maximè, vbi requirerent altiorem indaginem,secus in hypothecaria.nu.4. 145
Saluiano interdicto victus ad tradendum possessionem creditori iure pignoris tendam,poterit in alio iudicio agere contra. d. creditorem, & in eo defectum pignoris deducere,de quo cognosci non potuit in Saluiano iudicio.nu.6. 145
Saluianum interdictuus ab hypothecaria quomodo differat.nu.1. 145
Saluianum vbi est intentatum,cum momentaneam contineat possessionem in eo appellari nõ potest,secus in iudicio hypothecariæ.nu. 5.145
Sanctum quid dicatur.nu.18. 48
Sanctum violans vel rumpens,quomodo puniatur.nu. 19. 48
Saltuarij accusationi, vel alterius denunciatoris publicum officium habentis,statur,si iurauerit suum officium bene, & legaliter exercere, quod declara vt nu.9.&.10.nu 8. 184
Satisfactio est nomen generale. nu. 20. 38

Satisfactum

Satisfactum quid quomodo dicatur numero.21. 38
Scientia alieni delicti non operatur, vt quis illud ratihabitione suum faciat, nisi fuerit eius nomine commissum nume.4. 274
Scientia curatoris, scientia adulati est nume.7. 39
Scientia vbi alicuius actus requiritur, debet haberi cum suis qualitatibus in specie non in genere, presertim vbi qualitates sunt illæ, quæ operantur numero.192. 369
Scriptura falsò fabricata in libro rationum, nunquid, & quando sit potens ad inquirendum, & puniendum conficientem de falso, declara vt numero.8. numero.1. 256
Scriptura licet non faciat regulariter fidem pro scribente, tamen vbi facta est à mortuo, facit præsumptionem.nume.13. 244
Scripturam, qui producit, & ea vtitur, fateri censetur, quæcunque ibidē continentur numero.37. 228
Scriptura priuata falsa nunquid operetur, vt conficiens de falso puniatur, dic vt numero 5.16.&.21.numero.3. 257
Scriptura publica vel priuata, vbi per comparationem literarum vel alio modo alteri præiudicium affert, falsitatis punitionem inducit, & nume.20.alias secus.vt nu.21.nu 18. 158
Srcriptura quamuis publica vt res inter alios acta non facit fidem nisi contra præsentes & notarium rogantes nume.135. 362
Scriptura referens se ad aliam non probat, nec valet, si relata non exhibeatur numero.15. 344
Scriptura siue habeat vitium patens ex rasura, cancellatione, vel alia vituperatione siue latens in ciuilibus non admittitur tanquam nullam fidem faciens.& nume 16.nume.8. 341
Scriptura suspecta quod non sit in iudicio producenda intelligitur si contineat vitium patens, secus si latens.nume.12 346
Scriptura vel instrumentum continens non verisimile, & quod vt plurimum non accidit, nullam fidem facit, nu.13.& nu.10. 341
Senatus licet in principali causa possit procedere lite non contestata, tamen quando iudicat, vt iudex appellationis debet inspicere an primus iudex seruauerit leges sui fori in procedēdo & diffiniendo nu.26. 228
Senatus nunquid principe æquiparetur nume.11. 294
Senex quādo propter ætatem dicatur impotens rerum venerearum, vel saltem non suspectus nume.5. 201
Sententia absolutoria trahit ad se executionem, absque alio facto iudicis numero. 25. 124
Sententia boni & bonorum confiscatio, lata contra minorem contumacem, nullo curatore dato valet, vigore statuti habentis contumacem pro confesso nnmero 1. 164
Sententia certam quantitatem non continens, solum interesse simpliciter an valeat, sub numero.12. 216
Sententia diffinitiua est altera natura ius faciens, & originem creans.numero. 5. 122
Sententia diffinitiua Regis in territorio suo pro lege habetur & ab ea non appellatur numero.5. 293
Sententia diffinitiua vbi in hypothecaria contra reum est lata, & rei hypothecatæ immissio possessionis est secuta, tunc reus non lucratur fructus dato quod possidere dicatur numero.4. 150
Sententiæ manifestus, & tacitus error quomodo differant.nu.38. 128
Sententiæ parere quis debet, perinde ac si lege contractus teneretur.numero.21. 123
Sententiæ, per quam est alicui ius quæsitum, per Principem non derogatur nisi cum clausula sententia non obstante nu.24. 124
Sententia est stricti iuris, nec probat plusquam de necessitate ex ea infe ratur numero.30. 375
Sententia & citatio qūo circa expressionem causæ differant nu.40. 129
Sententia de nullitate, iuxta ius commune, impugnari non potest vltra 30.annos numero.2. 122
Sententia illius cui data est potestas iudicandi ex arbitrio, semper est arctissimi iuris tam in pœnis principalibus, q̄ consecutiuis.nu.15. 332
Sententia in causis connexis pro vna lata, alijs non vocatis in iudicio præiudicat numero.36. 156
Sententia iniusta tunc præsumitur, cum lata est contra fundatam actoris & rei intentionem, & causa tacetur.nume.36. 128
Sententia in quibuscunque casibus lata absque aliqua causæ expressione valet, licet non consequatur illos effectus propter quos lex mandat causam exprimi, nu.35.& nume.33. 128
Sententia inter alios dicta licet plenum non paret præiudicium, facit tamen quale quale numero.10. 70
Sententia iudicis lata contra subditum, trahitur ad bona alterius territorij, & executioni mandatur per iudicem, cui bona sunt supposita, ad iudicem condemnatis mandatum nume.18. 102
Sententia lata a personis honestis absq; cāę expressione valet n.44. 129
Sententia lata contra contumacem principalem tertio non præiudicat, nisi appareat iudicē motum p.p veras fuisse probationes, nu.29. 163
Sententia lata contra iuris communis regulas licet sit, est nulla, excipiuntur tamen aliqui casus, in quibus saluari potest. nu.29. 128
Sententia lata contra minores tutore vel curatore carentes tanquàm indefensos non tenet in cuiuslibet sicut in criminalibus.nu.18. 165
Sententia lata in pęnam capitis ad bonorum confiscationem non extenditur, nisi id fuerit expressum numero.16. 332
Sententia lata in possessorio nunquid sit interlocutoria vel diffinitiua. numero.12. 252
Sententia lata per electum a iudice super aliquo emergenti, potest corrigi etiam citra appellationem, officio iudicis implorato, qui eam pro tulit.numero.5. 27
Sententia lata super alimentis, non præiudicat, super causa filiationis, fallit si plenè in causa fuisset cognitum, vt nu.8 nu.7. 145
Sententia lata super vtili Saluiano potest retractari in alio iudicio, vbi de viribus & pignoris defectu cognoscitur, lata autem in iudicio hypothecariæ est perpetua.numero.11. 145
Sententia lata tenet, & si iudex causas & rationes eum mouentes, non exprimat ad pronunciandum.nume.31. 128
Sententia, licet non sit conformis libello, sed lata super alia causa probata quam libellata, vigore statuti dicentis, quòd in qualibet causa procedatur summariè & sola facti veritate inspecta, sustentatur.& nu. 3.& septimo.numero.1. 308
Sententia nulla exequi non debet, nec sententia dici meretur, & numero.9.numero.7. 136
Sententia nulla transit tunc in iudicatum, quando iuri dicendi de nullitate est præscriptum.numero.4. 130
Sententia, postquàm transiuit in iudicatum, facit ius inter partes irretractabile, adeò quòd de eius inequitate dici non potest.nu.3. 122
Sententia presumitur rite & recte lata, si transit in iudicatum præsertim vbi ab ea effluxum est biennium.nume.14. 123
Sententia prima, vbi per secundum super eodem possessorio latam retractatur, tunc res ipsa cū fructibus restituitur.Amb vt nu.16.nu.12. 150
Sententia primi iudicis, sicut dici potest iniusta respectu iuris partis in appellationis causa deducti, licet nulla iudicis ex actis appareat iniquitas ita peti potest nullitatem pignoris declarari.nu.13. 145
Sententia pro delicto lata; vbi de comodo pecunię fiscalis agitur facit plenum præiudicium, quo ad omnes interesse prætendentes in consequentiam, etiam non citatos.numero.28. 163
Sententia propter longissimum tempus præsumitur lata ex probationibus, si in ea actorum fiat recitatio, nec ei de nullitate obijci potest. numero.43. 129
Sententia, quæ continet absolutionem, vel condemnationem, aut æquipollens, de inualiditate argui non potest, & si causæ non inseruatur. numero.32. 128
Sententia, quæ iā transiuit in iudicatū, est potētior priuilegio nu.28. 124
Sententia, quæ in iudicatum transiuit, dicens nullam debet acta exhibere, vt nullitas degnosci possit, alias pro sententia præsumit.nu.17. 163
Sententia, quæ in iudicatum transiuit, parit iuris præsumptionem, omnemque contrariam probationem excludit, quod limita vt numero 22.numero.4. 122
Sententia, qua quis damnatur ad certum quid Seio dandum, si Seius probauerit, valet & si nihil fuerit probatum.nume.27. 137
Sententia recitationem actorum continens fidem facit inter partes.quæ ab ipsa sententia non appellarunt, & probat omnia solemnites præcessisse.numero.1. 122
Sententia refertur ad acta, vbi eget interpretatione declaræ, vt numero 179.numero.29. 352
Sentētia semper iustè lata præsumitur, nisi contrariū probet.nu.17. 127
Sententia semper proferri debet pro eo, qui habet pro se regulam, in contrarium sit probatum.numero.21. 35
Sententia super actis collusorijs lata, potest semper & quandocunque rescindi numero.32. 156
Sententia tunc dicitur continere expræssum errorem, quando iudex aliquid erroneum exprimit, vel pronunciando refert se ad aliquam partem actorum, vbi nihil vel contrarium reperitur.nu.18. 123
Sententia, vbi de Principis conscientia est lata, aduersus eam non potest restitutio postulari.numero.15. 123
Sententia vbi fertur contra bannitos tanquàm in confessos, si capiantur, non nouo processu, sed sola indiget executione nu.8. 167
Sententia, vbi iustè est lata, parit naturalem obligationem, & semper iusta præsumitur donec &c.numer.26. 124
Sententia vbi vigore statuti debet executione mandari, tunc à tali sententia non potest appellari.numero 9. 251
Sequestrari fructus nunquid & quando debeant sequuta appellatione ad sententiam latam in fauorem actoris ad restitutionem rei cum fructibus dic.vt nume.5.numero.1. 252
Sequestrarius non habent domum sufficientem pro custodia rei sequestratæ, pōt vnam concedere expensis fructuum vel rerū.nu.7. 253
Sequestratio rerum, quæ seruando seruari non possunt qualiter fiat numero.6. 253
Sequestrum nunquid fieri debeat super fructibns lata sententia super instrumento publico, quod vigore statuti debet executioni mandari, a qua sententia fuit appellatum numero.9. 253
Sequestrum quando a Iudicē à quò, & quando à Iudicē ad quem fieri possit.numero.8. 253
Sermo simpliciter prolatus intelligitur de primo actu non de secundo numero.23. 242

Seruitus ad fundum a fundi venditore emptori non præstatur, nisi id specialiter conuentum existat, fallit vt nume.9.nume.4. 390
Seruitia personalia per substitutum præstari non possunt, secus realia, & numero.13.numero.3. 280
Seruitus seruitutis esse non potest. numero.11. 206
Seruitus sicut futuro prædio acquiri potest, ita & liberatio.nu.22. 127
Seruitus, vt præscribatur, requirit factum præscribentis directè contrarium seruituti, alioqui nunquam amittitur numero.2. 109
Seruitutem si quis altius tollendi prohibeat, & prohibitus acquierit, statim præscriptio curre incipit à die prohibitionis.nume.2. 116
Seruitutes reales personalibus sunt potentiores. nume.19. 207
Seruus in dominum regulariter torqueri non potest.nume.37. 128
Seruus non iuuans dominum capite punitur numero.16. 21
Seu dictio, in legatis stat amplicatiuè, & non disiunctiue.nume.11. 320
Sigilli vbi mentio fiat in rescripto, de oppositione scilicet ex Principis, assertione, tunc eius assertioni credendum.numero 5. 70
Similitudo vt ex eâ argui possit, debet esse in eadem materia.nu.4. 303
Simoniaca conditio vbi vitiat legatum, tunc quid faciendum de bonis Simionace receptis ibi vide nume.4. 310
Simonia committitur quandocunque interuenit pecunia vel præmium in matrimonio spirituali, secus in carnali vt sub nu.6.nu. 8. 310
Simonia mentalis tolletur per solã pœnitentiam nu.5. 310
Simonia num committatur, quando quis inuitat monasterium spe lucri ad recipiendum aliquem in monachum.numero.6. 310
Simoniæ & vsuræ differentia nume.27. 45
Simulatio contractus non præsumitur ex sola continuatione possessionis alijs coniecturis non interuenientibus, cum numero sequen. 18. numero.15. 329
Simulatio & factio non præsumitur, nisi appareat causa, propter quam facta esse dicatur numero.17. 329
Simulationem allegans debet causam specificam allegare, quare ad simulationem fuerit deuentum nume.33. 156
Simulationes & fictiones nõ præsumuntur cã non apparente nu.3. 183
Simulatio vt ex continuatione possessionis vel ex alia coniectura præsumatur, opus est, quod tempore contractus allegetur, & probetur causa verisimilis simulationis.numero.21. 329
Singularis prolatio vnum tantum comprehendit. nume.4. 77
Singularis verborum prolatio, vnum tantum comprehendit.nu.35. 55
Societas vbi inter aliquos est tantum de lucro contracta, contracta etiã de damno intelligitur. numero.7. 194
Soci, plures, vbi committunt negotiationis administrationem vni eorum, tunc quilibet sociorum, ex facto & contractu illius tenetur insolidum ad institoris similitudinem, declara vt nume.3.nu.1. 213
Socij habentes bona, & hæreditatem communem non obligantur, ex debito contracto per eorum alterum nisi constito, quòd occasione communis vtilitatis contraxerit.nume.5. 213
Socius administrationi præpositus contrahens, in dubio potius contraxisse videtur proprio nomine quàm communi. nume.4. 213
Socius quin Socium obligare possit, mutatio & diuersitas loci celebrati contractu non impedit numero.2. 213
Solennitas eadem requiritur in actum destruendo, quæ requiritur in conficiendo numero. 2. 238
Solennitas extrinseca, quæ in facto consistit non præsumitur.nu.33. 97
Solennitas in destruendo actum, non minor quàm in faciendo, sed eadem & quandoque maior requiritur.nume.6. 240
Solennitas probatoria a statuto in donationibus requisita ob fraudes euitantur, alias ea deficiente instrumentum donationis non teneat, nunquid procedat in donationibus impropriè sumptis & mumero. 28.& 39.numero 4. 296
Soluere qui partem incipit, rem petitam fateri videtur . nu.38. 228
Solutio debiti, ab affirmãte, non a negante solutionem, probari debet, & numero.4.numero.2. 215
Solutio debitoris vbi est facta creditori creditoris, eius creditore mandante, tunc videtur pecunia primò peruenisse ad soluentis creditorẽ, deinde a creditore ad alium numero. 4. 168
Solutio fieri potest procuratori, cui est mandata generalis bonorum administratio.numero.3. 168
Solutionis oblatio, vt obliget creditorem, versus debitorem ad aliquid a debet fieri ad domum creditoris . nume.2. 97
Solutio, vbi debitor & creditor sunt eiusdem fori, ad domum creditoris fieri debet nume.3. 97
Spectantibus & pertinentibus, verba sunt participij præsentis temporis, quæ resoluuntur in relatiuum, & verbum præsentis temporis, declara vt numero.190.numero.36. 352
Spoliatus non restituitur stante defectu notorio proprietatis nu.30.208
Spoliatus, vt non restituatur sufficit notorium esse Iudici, vel alijs, si probationes sint in promptu, alias secus.numero.32. 208
Spurij qui nocentur.nume.3. 317
Spurium legitimarie potest Imperator in agnatorum præiudicium vel substituti ante aditam hæreditatem vel possessionem bonorum apprehensam numero. 26. 118
Spurius sicut parentibus non succedit, ita contra nu.7. 100
Statim verbum appositum in dispositione legis importat, vt sententia non requiratur numero.30. 22[?]
Statuẽdi potestas inter subditos territorio nõ circũscribitur nu.17. 10[?]
Statuere contra libertatem ecclesiæ non dicitur respub.quæ statuendo vtilitatem propriam, ecclesię vtilitati præfert.nume.6. 10[?]
Satuta pœnalia ob delictum minores ligant, nisi odio irrationabili moueantur.numero.19. 16[?]
Statuto stante, vt possessor teneatur describere bona in æstimo, & res sit pignori data, tunc non creditor, sed debitor tenetur ad illam descriptionem nume.7. 15[?]
Statutum ciuitatis non ligat Imperatorem, quominus possit ciuitatem in feudum concedere.nume.189. 369
Statutum, cui datur multiplices intellectus, in eo seruatur, per quem minus iuri communi derogatur num.9. 100
Statutum debet proprie & strictè intelligi, & non ad alium similem casum extendit nume.10 86
Statum differes lucrum dotis marito mortua vxore sine filijs mulierem minorem dotem dantem includit numero.17. 16[?]
Statutum disponens in clericos non alienari, si in odium eorum factum principaliter fuerit, non valet, aliàs secus nume.9. 106
Statutum disponens, quod bona allibrata non possint alienari, non subiectum, onera non soluentem, nisi de soluendo communitati caueat valet, Amplia.vt nu.8.numero.5. 105
Statutum disponens, quod filij masculi ab intestato filias excludant est fauorabile, & odiosum. nume.17. 28[?]
Statutum disponens, quod nulla alia exceptio possit apponi contra instrumentum, nisi solutionis, nullam aliam, quamuis legitimam, exceptionem admittit.numero.4. 225
Statutum disponens, quod potestas debeat agnatos cogere ad compromissum intelligitur si fuerit petitum nume.12. 226
Statum & consuetudo irrationabilis non valet vt nu. 14.& nu. 12. 117
Statutum & les habens duplicem intellectum propter eius incertitudinem, ad causarum decessionem allegari non potest. nu.10. 100
Statutum excludens filiam dotatam a successione fratris, nunquid excludat & nepotem ex ea. dic vt nu.26.& nume.28.nu.25. 245
Statutum excludẽs filias dotatas in fauorem agnatorũ, siue loquatur in rẽ siue in personã, nunquid prosit forensibus dic. vt nu.23.nu.22.245
Statutum excludens matrem a successione filij, ad filiæ successionem nõ porrigitur numero.19. 102
Statutum excludens matrem a successione filij propter patruum, non procedit in patruo magno.nume.20. 102
Statutum excludens matrem forensem filij successione, non includit matrem, quæ erat alterius castri suppositi ciuitati.nu.21. 103
Statutum habens contumacem pro confesso, & conuicto minores contumaces, etiam nullo curatore dato comprehendit.nu.13. 165
Statutum habens contumacem pro confesso, & conuicto non comprehendit mulierem, rusticum, & minorem, quod expone vt numero.[?] numero.4. 164
Statutum indistinctè loquens ligat etiam minores, nisi nominatim excludantur numero 13. 16[?]
Statutum loquens de certo contractu ad alios non extenditur nu.25.84
Statutum loquens de contractu nominato non militat in contractu innominato, licet talis contractus reguletur, secundum naturam contractus nominati, cui assimilatur, quod etiã procedit in cõtractu mixto, vt ibi, & numero.18 nume. 16. 297
Statutum loquens de emptione, & venditione, quum sit strictè intelligendum, non trahitur ad permutationem. nu.26. 84
Statutum pœnale loquens in masculo fœminam includit, nisi odio irrationabili moueatur.nume.20. 167
Statutum pro hibens subditum alienare in non subiectum, nisi soluat tantum pro libra, valet, & comprehendit etiam alienationem in ecclesiasticos factam.nu.10. 106
Statutum prohibens successionem, siue disponat in rem, siue in personã, videtur effectualiter de rebus disponere, seu de personis rerum contemplatione.nume.13. 101
Statutum, quod absolute alienationem fieri in ecclesiã prohibet non valet.numero.4. 105
Statutũ quod nullus comes vel Marchio præsumat actiones, & cessiones in se contra aliquẽ popularẽ transferre, valet, nec per Comitẽ ei contraueniri potest, absque actionis & cessionis nullitate.nu.7. 105
Statutum tribuens instrumentis garentigiatis executionem paratam nõ excludit exceptiones peremptorias etiam requirentes altiorem indaginem.nume.6. 204
Statutum tunc dicitur odiosum, vbi odium est causa statuendi, intellige vt in nu.25.numero.24. 103
Statutum, vbi agitur bonorũ successione, attenditur illius loci, in quo defunctus hẽt domiciliũ, licet succedere volens sit forensis.nu.24. 245
Statutum vbi cõcedit vel permittit cum aliqua qualitate, debet illa qualitas probari, nec præsumptio sufficit generalis.nu.20 245
Statutum vbi disponit, quod aliquid nõ possit fieri, nisi sub certa forma, alias actus non valeat, si illa forma non fuit seruata, & populus statuit, statutum valet.numero. 188. 369

Statutum

Statutum vbi disponit, quòd in tali negotio procedatur de facto tunc intelligitur manu regia omissa omni iuris sulemnitate, nõ vt iura alterius vllo modo tollantur. nume. 12. 254
Statutum, vbi est contra ius commune restringendum est, ne ad alterius loci bona trahatur. nume. 12. 101
Satutum, vbi est prohibituum in personam, si contineat odiosam prohibitionem, non porrigit vires extra territorium statuentium. Amplitu. vt numero. 14. numero. 11. 101
Statutum vel lex requirens actum qualificatum nõ habet locum nisi qualitas requisita probetur numero. 2. 243
Statutũ vel lex tollẽs exceptionem, non tollit exceptionem notoriam. numero. 35. 208
Stipulari alteri ẽt extraneus põt, vbi interuenit iuramentum. nu. 14. 148
Stipulari alteri, vt quis possit, requiritur, vt res sit sua vel futura sua fallit vt numero. 13. numero. 11. 148
Stipulari extraneo quilibet potest super re sua, vel quę futura est, sua numero. 16. 148
Stipulari licet non possit filio naturali, tamẽ si recipit emphyteosim pro se & filijs naturalibus, valet stipulatio. numero. 15. 148
Stipulari põt auus, vel pater filio, vel nepoti ẽt nõdum natis nu.. 31. 143
Stipulatio annua si est, vnica semper firma permanet statu etiam uariato, secus si multiplex. numero. 4. 179
Stipulatio facta à pte pro se & filijs, procedit ordine successiuo. nu. 3. 50
Stipulatio facta per temporũ dinumerationẽ annua bima &c. ẽt pretio, vnico constituto continet totidẽ stipulationes, quot sunt tpa, secus si per distributiuũ in singulos annos & nu. 3. declara vt nu. 25. nu. 1. 179
Stipulatio in priore voluntate interposita, quæ iam ius tertio quæsiuit, nõ põt per subsequentẽ voluntatẽ tolli, fallit ut in nu. 41. nu. 36. 143
Stipulationes mutuæ, vbi inter fratres sunt conceptæ tunc vnusquisque eorum suis descendentibus stipulatus est, & etiam alienis stipulantur ex iuramenti adiectione. numero. 7. 149
Stipulatio nouans non sapit naturam contractus bonæ fidei, & nouans sententiam non sapit naturam sententiæ, nec habet executionem paratam. numero. 43. 382
Stipulatio per se cõsiderata est cã habilis ad dñm acquirẽdũ. nu. 19. 146
Stipulatio, qua mater recipit emphytheosim pro se & filijs valet quod intellige vt numero. 12. numero. 10. 148
Stipulatio, vbi quod parte stipulatoris est implendum, quod personæ cohæret, ad tot stipulationes reducitur, quot sunt anni sed, quando non choæret personæ, tunc vna est pro toto tempore. 26. 181
Stylus contra ius induci non potest, nisi ad habentẽ. l. condendæ potestatem, vel nisi sit à principe confirmatus nume. 33. 234
Stylus & consueto quomodo differunt. nu. 31. 234
Subditi magis tenentur obedire Principibus, quàm Feudatarijs, sub numero. 19. 195
Subditi omnes tenentur pro tutela patria & Domini. nu. 7. 199
Subditi possunt compelli ad construendum munitiones & propugnacula contra hostes, & munita custodiendum. nume. 5. 199
Subditi vbi grauantur à Domino iniuste possunt officium iudi cis implorare, ne quietentur. nume. 11. 305
Subditi vbi grauãtur ab eorum immediate superiore possunt recurrere, ad mediatum gradatim procedendo. nu. 9. 305
Subditorum interest multitudinẽ dominorum nõ habere, sed vnum tantum, & diuitem vt. nu. 14. nu. 5. 77
Subditos inuitos Dñs alienare in inferiorem non potest. nu. 15. 78
Subditus vasalli, non tenetur iuramentum fidelitati superiori domino, præstare. numero. 21. 22
Subiectionis confessio facta contra libertatem est ipso iuræ nulla fallit. numero. 60. & 63. numero. 167. 366
Subiectionis præscriptio potest probari per instrumenta fidelitatis. numero. 66. 355
Subiectio ostenditur ex census annuali solutione, præsertim alijs signis, iurisdictionis concurrentibus. nu. 80. 356
Subijcere se quis potest alicui quo ad quædam, & quo ad quædam minime, limita vt in numero. 184. numero. 35. 352
Subijciens alicuius loci fortalicia & arces alteri, videtur in eum transferre iurisdictionem. numero. 83. 357
Subijcens se alicui Potenti cum certis capitulis & pactis, ea capitula & pacta sunt ei seruanda, nec quo ad ea subiectus sed liber esse censentur, secus vbi se submitat nihil sibi reseruato nu. 14. 305
Subrogatus non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, quando illud est penitus extinctum. numero. 44. 382
Substitutio conditionalis ante conditionis euentum non transmittitur ad hæredem substituti. nume. 16. 188
Substitutio conditionali s directa sicut non recepit transmissionem, ita nec fidei commissaria. n n. 34. 189
Substitutio facta in filium nunquid trahatur ad nepotem, & numero. 15 & 19. numero. 12. 287
Substitutio inuicem facta inter plures filios institutos, si aliquis eorum, decedit sine filijs, superst es tantum illi succedet ex fideicommisso, non autem filius eius, qui an te euentũ c onditionis prædecessit nu. 31. 189
Substitutiones etiã in cont ractibus in ter viuos fieri possunt. nu. 26. 146
Substitutio quando facta est filio, si decesserit sine filijs legitimæ natis, tunc non potest dici impleta conditio in filium legitimatum per sequens matrimonium. numero. 19. 311
Substitutio reciproca seu breuiloqua est, quando testator plures instituit hæredes, eosque inuicẽ substituit, quę plures continet substitutiones expressas verbis generalibus, & tacitas specialibus vt & sub numero 2 numero. 1. 186
Substitutio testatoris facta filio, si liberos non habuerit, euanescit si contingat filium habuisse filios, etiam quod postea decesserint. nu. 23. 188
Substitutio vbi est facta alicui cum clausula, si decesserit sine liberis, non facit, vt libri intelligantur vocati ex testamento. nu. 21. 68
Substitutus filio, si sine liberis decesserit ex suo corpore natis excludit monasterium, quod habetur loco filij. nume. 4. 286
Substitutus hæredibus & eorum cuilibet, si decederet sine liberis ex legitimo matrimonio pcreatis, excludit filios legitimatos per subsequẽs matrimonium numero 9. 286
Succedat verbum est commune, quod ad directam & obliquam substitutionem adaptatur. numero. 2. 186
Successio ab intestato alios potiores non habet, quàm filios. nu. 11. 187
Successio vbi ex delicto patris amittitur, tunc filij vel nepotes quod sibi à lege prouenit non admittunt, secus in alijs. nu. 35. 247
Successio vniuersalis non transmittitur, sed singularis. nu. 33. 84
Suitas ad ea, quæ sunt facti, non extenditur. nu 2. 214
Suitas an præscribatur. nume. 1. 25
Sui verbum ad liberos refertur, & vario modo accipitur secundum subiectam materiam. nume. 40. 75
Summarie & sola facti veritate inspecta, clausula, tollit ordinem iudiciarium, sed non ius parti quæsitum. nume. 2. 308
Superfluitas potius tolleratur, quàm vt iuris communis correctio inducatur numero. 14. 67
Suspicio falsi in ciuilibus pro falso habetur. nume. 9. 341
Syndicus quare sic appelletur nume. 136. 361

T

Tale secundum quid, non est proprie tale. nume. 9. 2
Temporis antiquitas facit vt iussus patris præsumatur erga filium in hæreditatis additione. nu. 10. 131
Temporis cursus hominum memoriam excedens habet, vim constituti, & Imperialis concessionis. nume. 7. 122
Temporis cursus iure ciuili inductus, non plus, quàm naturalis consensus operatur. nume. 2. 25
Temporis prioritas, & posteritas vbi attenditur tunc qui probat de die certo, vincit alium, quid de tempore non probat, & nu. 14. nu. 8. 222
Temporis vis vbi in prioritate, & posteritate consistit: etiam hora habetur in consideratione. numero. 4. 160
Tempus certum vbi deducitur ab actore vel reo, pro intentionis suæ fundamento, ab eis debet probari, alias succumbunt. num. 17. 222
Tempus determinate prolatũ, vlterius tpis fructionẽ nõ recipit. nu. 6. 17
Tempus immemoriale habet præsumptionem iuris, pro se, adeò, quòd non admittitur contraria probatio. nume. 17. 123
Tempus immemoriale, habetur pro priuilegio a Princi pe concesso, vt numero. 16. numero. 15. 19
Tempus in quo quid conferatur spectari opottet non quo tempore quicquid fiat. numero. 8. 199
Tempus longum dicitur durans vsque ad decennium. nu. 5. 263
Tempus longum esse non dicitur, nisi vsque ad decenniũ nu. 2. 108
Tempus modicum in dilatione quinquẽnij consistit, & vltra porrigatur numero. 3. 262
Tempus non est inducendæ obligationis. nu. 4. 30 & nu. 32 97
Tempus vbi est præcisum differri non potest. nume. 5. 17
Testamenta vitiantur vitiata institutione. nume. 2. 323
Testamenti factio est publici iuris, q̃ nemo sibi adimere põt. nu. 2. 383
Testamenti primi inualidi disposita si confirmata fuerint per secundum validum omnia tanquam in eo repetita ex secundo valido debentur. numero. 10. 154
Testamenti pars per aliam declaratur. nu. 12. 18
Testamentum conditum extra territorium Romani Imperij, potest fieri coram duobus testibus secundum naturalem iuris gentium dispositionem. numero. 6. 315
Testamentũ, & Codicilli idem censentur, amplia. vt nu. 19. nu. 18. 12
Testamentũ factũ cum protestatione, quod non tollatur per aliud testamentum, nisi illo insit forma quædam verborum, præualet, secundo, vbi secundum illam non contineat, intellige. vt num. 3. ampl. ut numero. 5. numero. 1. 383
Testamentum imperfectum inter liberos valet etiam data inæqualitate institutionis iuncto num. 4. 8. 11. & per totum, secus ratione præteritionis. vt numero. 12. nume. 2. 315
Testamentum imperfectum venientibus ab intestato institutis, sustinetur etiam quod inæqualiter instituantur. nu. 14. 317
Testamentus inter liberos factum coram duobus testibus licet sustineatur, tamen eius reuocatio non valet, nisi facta corã septem nu. 7. 240
Testamentum maternum imperfectum inter liberos ita valet sicut paternum. numero. 5. 316

Testamentum non in legatis, sed in hæredis institutione consistit. intellige vt num. 11. num. 10. 13
Testamentum patris imperfectum inter liberos quod valet fuit inductũ fauore parentũ principaliter & non filiorum. & num. 10 nu. 6. 316
Testametum patris imperfectum seruari debet vno tantũ filio instituto reliquis ex legitima causa præteritis vel exheredatis. nu. 5. 317
Testamẽtum patris inter liberos cum duobus testibus, & omni alia deficiente iuris solemnitate valet. num. 1. 315
Testamentum posterius nõ continens verba derogatoria in priore conscripta præsumitur simulatum. num. 6. 383
Testamentũ primum an pro parte reformari possit. num. 24. 15
Testamẽtũ primũ & omnia in eo cõtẽta, per secundũ (nisi expressè repetita sint) reuocata cẽsentur. Amplia vt nu. 4. intellige vt nu. 5. nu. 3. 13
Testamentum primum, per se secundum confirmatum, vicem habet codicillorum, qui in eo videntur inesse. nume. 25. 15
Testamentum primum, vbi in secundo confirmatur, tunc conuertitur in codicillos, & in eo disposita, censentur in secundo repetita exceptis reformatis. nume. 10. 132
Testamẽtum primum, vbi per secundũ reformatur, valet in nõ reformatis, secus si tota forma prioris in secundo repetatur vt nu. 9. nu. 2. 131
Testator confirmans primum testamẽtum in secundo, reducit primum testamentum ad codicillarem causam. nume. 3. 11
Testator dicens si hæres decesserit sine liberis, talẽ substituo, & hæres habeat liberos, illi postea non possunt ex eorũ persona hæreditatẽ ex illo testamẽto vendicare, nec etiã ex persona patris, vt nu. 15. nu. 5. 186
Testator dispositio ad eum casum adaptatur, ad quem verba accommodantur. nume. 5. 217
Testatoris dispositio facta in vno casu licet ad alium porrigatur, tamen secus est, vbi extensio fieri debet de persona ad personam. nu. 25. 188
Testatoris dispositio prior in aliquibus per secundam dispositionem correcta, in non correctis firma manet. num. 5. 132
Testatoris dispositio quando est collata in futurũ euentum, in quem dubium verisimiliter esse potest, an tunc extent filij vel nepotes, tunc appellatione filij venit nepos. nume. 18. 287
Testatoris prohibitio impedit dominij translationem, num. 10. 134
Testator cum legat vsumfructum uxori, alijs simpliciter hæredibus institutis, tunc hæredes, mortuo testatore, non concurrunt cum vxore in vsufructu, secus si pleno iure essent instituti, quia plenum dicitur id quod diminutionem & additionem non patitur, ut nu. 54. nu. 53. 56
Testator de re ad alium pertinente disponere non potest. nu. 29. 61
Testator mandans, omnia in primo testamẽto contẽta valere, ea descripsisse in secundo censetur, ita vt per fideicõmissum debeantur. nu. 2. 11
Testator non potest facere, quin secũdum testamentum tollat primum, intellige ut nu. 7. nu. 6. 13
Testator prohibẽs castrum vel turrim alienari nulla expressa cã prohibitionis, præsumitur prohibuisse, ut in familia remaneret. nu. 14. 336
Testator prohibens vẽditionem intelligitur etiam prohibere oẽm alienationem ex contractu prouenientem, vt sub nu. 6. nu 4. 133
Testator, sicut nec lex, non põt prohibere alienationẽ ex delicto prouenientem, imò prohibitio talis facta non tenet, vt nu. 14. nu. 12. 134
Testator sicut per alienationis prohibitionẽ creditoribus prædicare non potest, ita nec filio in legtima. nu. 30. 135
Testator, si prohibeat filios vendere ante 25. annũ quicquã de bonis sine licentia tutoris, talis prohibitio adeo valet, quod nec etiã intra tẽpus prohibitionis filius poterit legitimam alienare, nec tali præcepto potest renunciari. ut nu 2. nu. 1. 133
Testator, vbi prohibet certas res alienari extra familiam, & si ex ipsis verbis fideicõmissum non inducatur, tamen ille res debent in familia rerelinqui. nu. 21 73
Testator vbi prohibet filios alienare, talis prohibitio ad nepotes nõ extenditur. nu. 24 188
Testator vtrũ magis diligat hæredẽ, quã legatariũ dic vt. un 27. n. 4. 323
Testem recipere post iudex ordinarius pendẽte lite in curia vrgente necessitate absque partis citatione. nu. 16. 154
Testes cõ sanguinei esse põt super legitimitate ꝓbãda ex vero, vel præsumpto matrimonio intra quartũ gradũ & quare, vt n. 47. nu. 38. 156
Testes coram arbitrio recepti, ex quo is non potest eos, sicut ordinarius, punire & retorquere, faciliter mẽtiuntur. numero. 28. 155
Testes deponentes in specie præferuntur deponentibus in gene re, etam si essent pauciores, & numero. 12. numero. 10. 222
Testes esse nõ põt aliqui pro alio agnato, cui illata est inuria. nu. 41. 157
Testes esse possunt patrem & mater pro puero super quæstione status, & his, quæ ad causam status pertinenti vt nu. 44. nu. 39 157
Testes in contractibus recepti, quomodo differant a testibus in vltima voluntate adhibitis. nu. 10. 240
Testes licet i causa criminali debeãt esse omni exceptione maiors, secus tamen in ciuili. nu. 11. 341
Testes noui possunt induci etiam post attestationum publicationem, vbi allegetur falsitas cum corruptione, etiam si de priorum confirmatione non agatur. nu. 11. 212
Testes reprobatorij partis aduersæ possunt reprobari per alios testes, etiã publicatis attestationibus. nume. 10. 112
Testes singulares tunc probant, quando tractatur de probando aliquid in genere. extende vt numero. 27. numero. 26
Testes singulares sicut non probant, ita nec si, qui possunt tradi ad singularitatem nume. 21. 123
Testes tũc ad petitionẽ partis publicatione nõ obstãte de nouo põt recipi, vbi procedẽs intendit aliorũ dispõnes cõfirmare & nu. 9. nu. 7. 211
Testes tunc publicatis attestationibus de nouo admittuntur, vbi capitula habent pro se instrumentum, & quare nume. 8. 211
Testes vniuersitatis sine adiunctis non probant, nec vnquam sunt integri testes, etiam quòd duntaxat de ponerent de tangentibus commodum & honorem vniuersitatis vt nu. 17. nu. 16 112
Testibus illa scrupulosa diligentissimaque interrogatio fieri non debet nisi sint suspecti nume. 24. 153
Testibus non deponentibus verisimile non creditur, sed præsumptio falsitatis impingitur. nume. 14. 341
Testibus vniuersitatis regulariter, vbi de communi commodo & honore non agitur, sed de singulorum vtilitatibus non creditur. nu. 15. 112
Testibus vniuersitatis, vbi nõ agitur de communi commodo & honore, sed de vtilitatibus singulorum, non creditur nume. 8. 117
Testimonia ea sp magis præualẽt, qbus lux veritatis assistit. nu. 10. 112
Testimonium de auditu in nouis præsumptionem inducit, in antiquis vero inducit plenam probationem vt nu. 10: 112
Testimonio vnius testis nulla causa est contenta, quantumcunque dignitate præfulgeat, alias de facili posse committi falsitas nu. 8. 334
Testi deponenti ad proprium commodum, tanquam in causa propria non creditur nume. 14. 112
Testi dicere potest iudex vt explicitè deponat vt videat quo vultu quo colore & qua constantia loquatur, & nu. 27. nu. 4. 153
Testi in articulo mortis existẽti sicut breuiando sunt interrogatoria ita ex toto possunt omitti angente necessitate nu. 13. 154
Testi notario sicut plus creditur, quàm non notario, ita magis credendum est Dodori, quàm notario nume. 68. 159
Testis consanguineus vbi adhibetur, si deponit pro iam defuncto, valet eius testimonium nume. 65. 159
Testis depõẽs corã iudice sicut metiri nõ præsumit, ita si in pũcto mortis constitutus deponat, cui credit, nisi fuerit reprobatus vt nu. 20. 154
Testis depositio generalis & incerta dici non potest quando se refert ad quid specificum, & certum nu. 3. 153
Testis dummodo id super quo producitur nõ sit ipsius causa propria admittitur, etiam si id, quod deponit, respiciat contingenter commodũ, fauorem, & interesse ipsius testis. nume. 50. 157
Testis esse nõ potest consanguineus in causa criminali criminaliter mota, secus si ciuiliter nume 57. 158
Testis esse non potest consanguineus, quando agitur ad vindictam, siue criminaliter siue ciuiliter agatur, secus si ciuiliter tantum omissa iniuriarum actione nume. 60. 158
Testis esse potest fideiussor proconfideiussore, qui non vt principialis, sed vt fideiussor interuenit. nume. 48. 157
Testis esse potest mater super contractu matrimonij: quòd limita vt nu. 56. & sub numero. 58. & numero. 61. nu. 55 158
Testis frater admittitur contra fratrẽ, vbi inuitus nõ deponat nu. 11. 47
Testis idoneus filius non est etiam volens contra patrem. nume. 9. 47
Testis in vno iudicio examinatus potest se referre ad id quod in alio deposuerat & eius depositio valet vt nu. 8. intellige tamen si fuerit à iudice recepta vt nume. 5. nume. 1. 153
Testis iterum examinatus si dicat, dico vt dixi in alio meo dicto coram arbitris, manu talis notari scripto valet. nume. 46. 155
Testis legatarius esse potest in testamento, & quare nu. 46. nu. 45. 157
Testis non iurati dictum licet non valeat tamen si iurat ex post vera esse quæ dixit valet eius depositio nu. 9. 153
Testis potest se referre ad alterius iudicij examen, quanuis iudicium illud fuerit nullum & non solemne. nu. 37. 156
Testis qui se refert ad aliud examen potest interrogatus dicere nõ recordari de cõtentis in eo & petere sibi primã dispõnẽ exiberi aut ad videndũ dilationẽ dari vt valeat memoriã reformare vt nu. 12. nu. 11. 154
Testis, qui vno die dicit non recordari, & alio die deponat recordari, non potest dici varius, nec contrarius. nu. 25. 155
Testis vbi deponit per scripturam priuatam eius testimonium nõ valet secus si per publicam vt nu. 7. nu. 6. 153
Testis vbi deponit sine interrogatorijs eius testimonium valet & quando interuenit dolus vel negligentia examinantis in eorum prætermissione tunc conceditur repetitio testis. cum interrogatorijs etiam post publicationem numero. 14. 154
Testis vbi est in puncto mortis cõstitutus, tunc potest omitti citatio partis, nisi commode fieri possit nume. 15. 154
Testis vbi pro vniuersitate deponit valet eius testimonium, licet ex eo in consequentia reportet commodum. nu. 49. 157
Testis vnus vbi alteri repugnare videtur, possunt reduci ad concordiam per interpretationum actuum diuersorum, non solum vt euitent periurium, sed etiam vt probent. nume. 14. 108
Testi vbi potest opprobrium adscribi vel damnum de eo, quod fecit, non creditur tanquam suspecto. nume. 46. 299

Testum discrepantia vbi versatur, tunc hi præferuntur, qui pro non delicto deponunt.nume.24. 266
Testiū fides,dignitas,mors,grauitas,& æstimatio attendenda.nu.67.159
Testiū numerus nō supplet,vbi oēs testes sunt suspecti.nu.18. 112
Testū numerus,non suplet vbi oīno testes sunt in habile nu.9.nu.6.117
Testium probatio est naturalis,& potentior instrumenti artificiosa probatione numero.13. 342
Tituli initium apparere non potest, vbi de eo hominis memoria non extat nume.28. 96
Titulum concedens videtur etiā concedere potestatē apprehendēdi possessionem à se propria auctoritate,vel ab alio quocunq; nu.4. 147
Titulum habēs à vero domino, si corporalem rei apprehendat possessionem efficitur Dominus.nume.2. 147
Titulum vbi quis habet à Domino,licet ab alio possessionem nanciscatur,fit tamen ipse dominus, & eo magis si vacentem apprehenda possessionem.nume.17. 146
Titulus etiam inualidus à Principe habitus sufficit ad quadragenariam præscriptionem causandum.nume.20. 118
Titulus ex possessione decē annorū censetur probatus.nu.10. 19
Titulus generalis pro suo cōpetit,vbi quis ex iusta & probabili causa existimans se dominū,possidet, licet falsa sit existimatio.nu.2. 150
Titulus nihil aliud est,q̄ habilis cā ad dominij acquisitionē nu.18. 146
Titulus onerosus præsumptus, ex vsu temporis allegari non debet, nisi quis sciat se illud vere habere.nume.16. 93
Titulus onerosus probari potest, per vsus longi temporis vel longissimi allegationem numero.15. 93
Titulus præbet tustam causam possessionis,fallit in eo, qui scit rem esse alienam numero.20. 146
Titulus proueniens ex conuentione inter fratres factas,vt bona nō alienentur, sed ad superstites perueniant, potest dici mutua, & reciproca donatio numero.21. 146
Titulus putatiuus facit,vt quis ex eo titulo possidere p̄sumat nu.7. 111
Titulo solus nec dominum transferet nec possessionem.nu.8. 248
Titulus, vbi est alicui concessus,videtur & ei concessa facultas acquirendi à concedente,vel ab alio quocunque possessionem,& ad dominum vel quasi acquirendum satis est ab vno titulum, & ab alio possessionem habere.nume.8. 141
Titulus vbi est incertus, standum esse possessoris dicto, an possederit ex titulo,quem ostendit.sub.nume.6. 111
Tollere in totum,& reformare differunt numero.13. 11
Tormentis nemo se subijcere debet in reuellando id, quod probare non potest numero.6. 331
Torquere potest Princeps rerum ex infallibili conscientia. secus Iudex numeto 3. 322
Transactio debet fieri de re dubia, alias erit nulla.& nu.33. 171
Transactio & liberatio generalis restringitur ad specificata, vbi recta sermonis rō nō repugnet,alias secus vt nu.13.nu.10. 174
Transactio facit de indebito debitum, & errore solutum ex causa transactionis repeti non potest numero.31. 171
Transactio facta a patere super bonis filij, in quibus habet vsumfructum tunc nocet filio,si facta fuerit cautè propter dubium, litis euentum, vel decretum iudicis interuenerit.nume.40. 171
Transactio facta per partem cum debitore filij de reliquida & clara non valet, & nume.32.nu.29. 171
Transactio non patitur remedium.l.2.C.de resci.vend. quod dedicas vt numero.12.nu.11. 179
Transactio tunc perpetuo securum debitorem facit, si fuerit generalis, & generalissima. numero.21. 174
Transactio verbis concepta generalibus, per instrumenta de nouo reperta non rescinditur.numero.25. 127
Transactio vt si valida sufficit litem esse de facto, vbi.s.quæstio facti vertitur in dubium,quæ tamen non sit iuri contraria.nume.36. 146
Transactio vt subsistat sufficit litem esse extraiudicialiter, & de facto dubio vel incerto,intellige vt numero.34. 179
Transactionis exceptio, quæ est litis finite non potest per pænitentiam rescendi.numero 21. 113
Transactionis causa vbi oritur ex lite claumniosa à parte rei vel actoris, est tunc transactio nulla.numero. 35. 171
Transitus innoxius nunquam denegandus, etiam si quis velit transire cum exercitu, alias potest vis adhiberi, & bellum indici vt habeatur, quando iusta & necessaria causa subest.numero.8. 391
Trebellaincā, vt æs alienum debetur.nu.34. 135
Trebellianicam testator non potest in filijs primi gradus prohibere, secus in alijs liberis numero.35. 135
Turpis persona est, quicunque de crimine inquisitus, & diffamatus, & notatus infamia facti.vt numero.24.nu.23. 3
Tutela regulariter defertur illi, qui ad bonorum successionem vocatur numero.3. 99
Tutor, curator,& Reipb.administrator. ex quo arbitrator potest auferre de iure domini, & defacto compromittere non possunt.nu. 6. 254
Tutores, & curatores Principium licet habeant plenam administrationem & exercitium meri & mixti imperij, tamen dispensationem contra iura concedere nōn possunt numero.28. 338
Tutor & curator, quorum officium est necessarium, quando contrahunt super repupilli finito officio nō pñt propria noīe conuenire nu.9.390
Tutor præferens res suas rebus pupilli est tantum in culpa leui, & pupillo non tenetur numero.5. 300
Tutor remotus per iudicis decretum sine causæ remotionis expressione,non fit infamis numero 34. 128
Tutor transigere non potest cum pupilli debitoribus, vt debitum imminuat.numero.38. 171

V

Valor quanti plurimi vsque ad quantū tēpus peti possit nu.4.279
Valor q̄ti plurimi nō debetur,nisi à t̄pe more.& nu.3.nu.1.278
Vasalli testamentum confirmatum à domino directo super feudo,valet in domini præiudicium,sed in feudo,antiquo talis ratificatio agnatis non præiudicat.nnmero.32. 61
Vasallus amittens feudum ex facto Domine sine sui culpa,æquiualens à Domino consequi potest,sine in eo.s plenum dominū habuisse,secus si vtile tantum vt nume.47.nu.40. 55
Vasallus compelli non pōt,vt dño inferiori pręstet angarias & per angarias vel aliam cuiusuis generis collectam,secus à Principe.nu.1. 199
Vasallus de feudo testari nō potest, nec testando potest iuri agnatorum maiorum opera illis quæsito præiudicare.nume.31. 561
Vasalus etiam de crimine capitali condemnatus feudum non amittit,nisi tale sit crimen,per quod remoueatur a seruitio domini, & tunc si est antiquam de agnatos transfertur.nume.4. 267
Vasallus feudum non amittit,nisi in casibus a iure expræssis,secus in omnibus capitulis contentis iuramento fidelitatis.nume.16. 276
Vasallus ex fidelitalis iuramento consilium Domino præstare debet, & ei contra eum offendentes auxilium dare.nu. 17. 281
Vasallus in dñm omni ingratitudine nō dicitur,sed tm̄ egreg.nu.14.274
Vasalus inuestitus de feudo sub verbis,quod possit disponere & ordinare pruot ipse Princeps ante cōtractum poterat,nunquid possit illud feudum sine Principis licentia alienare,& nu.15.& 22 nu 9. 248
Vasallus inuestitus,per verba generalia in inuestituris apponi consueta, cum terris,vineis,pratis, & nemoribus,propter incertitudinem, non probat aliquid esse feudum,fallit vt nume.6 & 8.nu.5. 111
Vasallus inuestitus simpliciter de mero & mixto imperio,non potest cognoscere causas appellationum.nume.22. 242
Vasallis iuramento fidelitatis contrauenire non dicitur, nisi magnum damnum inferat.nume.13. 275
Vasallus legnas fundum, ius tantum, quod habet,legare videtur, quod eius finitur,nec inde legatarius quicquam petere potest nu.33. 61
Vasallus magnum bonum paratum Domino,per mendacia & discordiarum semina disturbare non dabet.nu.12. 275
Vasallus non habet intentionem fundatam contra possessores rerum particularium,ratione proprietatis & dominij,nu.32. 54
Vasallus non potest in casibus permissis, in parem vel maiorem conueniendi tamen facilitate difficiliorem, feudum alienare, quod extende ad emphyteotam vt nu.9.nu.8. 29
Vasallus non priuatur feuda propter eius contumaciam in non respondendo nisi trina citatione intercedente,nu. 3. 266
Vasallus potest vni ex filijs assignare.nume.12. 44
Vasallus,qui præstauit Domino seruitium longo tempore, si postea illud cępit subtrahere,tenetur ostēdere rem,propter quā seruitium præstabat,alioqui de toto patrimonio præstitisse presumitur,& totum patrimonium esse feudale,quod limita procedere,vbi vasallus iustā ignorantiæ non habeat causam vt nu.37. 104
Vasallus,qui tenetur domino seruitia & onera præstare,ea nunquam prescribit,nisi ab ipso Domino necessitatem habente requisitus expræsse recusauerit,seque pro libro gesserit,vt etiam nu.5.& 7 nu. 4. 109
Vasallus secundus infeudatus vni ex delicto in dominum mediatū commisso perdit feudum in eo non mediatus, sed immediatus Dominus succedit numero.24. 282
Vasallus seruitium personale, quod domino præstare tenetur, nunquam præscribit,nisi à die requisitionis, & in casu recusationis requirens acquieuerit.nume.42. 284
Vasallus tempore belli,domino eius immediato relicto,ad Regium exercitum & regis generali ordine potest accidere.num.20. 22
Vasallus tenetur dominum in bello sequi, & ei contra quēcunque excepto Imperatore auxiliari.nu.29. 282
Vasallus potest constituere seruitutem in prædio feudali in sui præiudicium,sed non in descendentiū & præiudiciū dñi, & nu. 17.nu.20.207
Vasallus,per verba pro se, & quibus dederit posita in principali actu cōstitutionis feudi habet potestatem alienandi,secus si sint accessoria,& executiua.numero.10. 248
Vasallus versali mei non est meus vasallus, intellige vt numero. 14.22. 32.33.nume.2. 20
Vasallus vbi alienat feudum domino sciente & patiente, dominus censetur consentire.numero.7. 259
Vasallus vbi non comparet ad citationem Principis, in pæna ei comminata potest plecti, eo prius citato ad videndum pœna fieri declarationem.numero.12. 199

Vasallus

Vasallus vbi transigendo in alium feudum transfert, & illũ facit possessorem, dicitur feudum alienare.nume.10. 64
Varietas personarũ succedentiũ varietatem iuris inducit.nu.5, 378
Vectigal,& si prohibitum sit exigi,præscribitur.num.9. 19
Vectigalia publica nemo emere cogitur,fallit.nu.8.nu.7. 48
Vectigalia qui non possunt consuetudine, nisi sit temporis inmemorialis,quàm imperator tollere potest.nume.16. 366
Vectigalis vel emphyteoticus ager,et inter socios indiuiduus est.nu.5.6
Vectigal vbi venditur à ciuitate vel locatur,tantummodo videtur vendita vel locata commoditas percipiendi fructus, non autem ipsum vectigal.nume.8. 206
Venandi actus, & feras capiendi non cadit in vniuersitate, quæ est persona ficta & repræsentata,amimam non habens.nu.9. 120
Venandi facultas competit de iure naturali, & genitum, quæ non potest prohiberi & nume.6.nume.1. 288
Venandi facultas competit singulis, vt singulis, non autem vt vniuersis, sub numero.14. 121
Venandi facultas sicut prescriptione, ita & ex principis priuilegio quæri potest.numero.23. 118
Venandi facultatem omnibus iure naturali concessam Princeps non potest sine causa prohibere nume.27. 118
Venandi ius acquirit quis præscriptione, si ꝓhibeat alios ire venatũ, qui per tp̃s cõmodũ ad præscribẽdũ de ꝓhibitioni acquieuerint. un.1.116
Venandi ius habere,venationisque fructus vniuersitas locare potest,si id ex principis priuilegio,vel ex longa consuetudine, aut feras in clausas habuerit in aliquo fundo muris circumuallato,& nu.13.num 12.120
Venandi libertas est de iure naturali,vel gentium nu.6. 116
Venando capiens feras in fundo alieno, domino fundi prohibente, non cogitur ad prædæ restitutionem, sed contra eum domino actio iniuriarum competit. nume.10. 120
Venando quando quis furtum committat.nu.14. 120
Venatio quando sit improbata,& quando licita.nu.7. 289
Venationem ex causa potest Princeps prohibere.nu.2. 188
Venationem iura non prohibent, sed tantum alieni fundi ingressum inuito Domino.nume.11. 120
Venationem possunt Domini statuo prohibere, si subditorum interueniat consensus,& nume.13.nume.7. 116
Venationes ad Principem spectare vbi in regione est publica fama,tunc ex ea oritur iustissimus error,& præscribendi cã tribuitur.nu.19. 118
Venationes vbi Domini terrarũ prohibere non possunt, si per præcepta pœnalia eas prohibeãt & prohibitioni sit obtemperatũ,tunc eis prescriptio incipit cõpetere & ista est pro eis optima cautela nu.5. 116
Venationis prohibendę causa,qñ rationabilis,& iusta dicatur.nu.4.288
Venationem præcepta prohibitiua constituunt prohibentem in quasi, possessione,& ius venãdi præscriptum intelligitur cursu temporis accidente.nume.16. 121
Venatio vbi prohibetur,licet sit de iure naturali, tamen cum sit in quęrendo prohibitio procedit nume.24. 118
Vendere quis cogitur proprium solum ob publicam vtilitatem, sed non donare,nec gratis auferri potest nume.2. 194
Vendita res citra dimidiam iusti pretij,si pareat, nunquid periculo vẽditoris,qui poterat agere rescissoria, vel emptoris perire dicat.n.10.285
Venditio & emptio tunc dicitur,si pretium rei præponderet, sed vbi res præponderat dicitur permutatio.nume.40. 283
Venditionis appellatione generaliter continetur omnes contractus, per quem dominium transfertur. nume.3. 133
Venditio nocẽs re ipsa minori etiam sine fraude & dolo alicuius dicitur commentitia,& venit rescindenda.nume.24. 338
Venditio pura,& conditionalis q̃ũo inter se differant. nume.4. 285
Venditio quando facta est ad mensuram, tunc nihil refert,an pretium, vnicum sit cõstitutum,an separatim in singula iugera, & hæc quomodo inter se differant.nu.8. 216
Venditor an teneatur emptori ad intereesse propter mensuræ defectũ. numero.11. 216
Venditor, post moram commissam ab emptore in soluendo prætium vsuras debitè petit,ratione fructuum præceptorum.nume.4. 32
Venditor comparens ad defendendum emptorem tanquam procurator in rem suam,& pro suo interesse,ita domum liberat emptorem à iudicio,si hoc facit animo nouandi,requiritur etiam, quòd velit conueniri vt possessor & obliget,sed ad recti restitutionem.nume.2. 333
Vendior comparens ad defendendũ emptorem,si comparet ut simplex defensor non potest nouare iudiciũ & in se transferre nu.1. 333
Venditor pro re vendita & tradita soluens collectas vt qui res sit adhuc, in eius extimo potest quod soluit ab emptore reppetere licet fiscus cõtra quem velit agere possit.nu.7. 302
Venditor vbi comparet pro defensione emptoris non nouat iudicium, ideò sententia ferri debet in persona emptoris,contra quem principaliter actio dirigitur.numero. 4. 333
Venditor vbi incipit mentis explicare cõceptum à nominibus designantibus numerum & mensuram, tunc attenditur numerus præcedens: secus si à nominibus designantibus certam speciem, & corpus determinatum.numero.7. 216
Venditor vbi modus ægri minor inueuitur,quam fuerit enunciatus, tenetur vel supplere, quod deest, vel prætium, quod plus habuit restituere.numero.5. 215
Verba ab aliquo prolata,vel scripta vbi dubia existunt,tunc,an malo vel bono aĩo sint dicta vel scripta,statĩ ĩterpretationi ꝓferẽtis.nu.22.276
Verba ad executionem prolata non alterant vim primariæ dispositionis,sed solum in suo primo intellectu confirmant.nume.2. 248
Verba a Principe rescribente prolata,auctoritate nostra recognoscat,faciunt de ordinario delegatum, secus verba ratum habebimus quicquid auctoritate nostra factum erit.nume 3. 248
Verba cautus & securus hypothecam & pignus denotãt idem etiam dictio collocatum vt numero.2. & etiam dictiones super prædijs signat idem vt numero.3.numero.1. 36
Verba contractum sunt intelligenda secundum naturam contractus,qui geritur inter partes, & impropriari debent, vbi verborum proprietati natura contractus repugnat numero.12. 218
Verba contraentium indubio debent intelligi, ne dispositioni iuris communis derogetur.numero.17. 249
Verba debent accipi secundum naturam actus, super quo interponitur, etiam quod nihil operentur.nume.16. 249
Verba debeleratiue corã testib.& ꝑ scripturã prolata disponũt.nu.10.11
Verba derogatoria ad sequentia testamenta quando sint generalia,quando specialia,& quando indiuidua,& quãdo operentur reuocationẽ primi testamenti.& nume.9.numero.8. 383
Verba enunciatiua in antiquis fidem faciunt.nume.8. 131
Verba enunciatiua in antiquis probant.nu.32. 119
Verba enunciatiua non operantur,vt videatur dispositum, quod omissũ fuerit in scriptura dispositiua nume.22. 188
Verba enunciatiua probant inter partes, & quando sumus in antiquis probant etiam inter alios.numero.2. 328
Verba etiam clara & specifica nõ trahuntur ad casum extraordinarium. numero.20. 249
Verba generalia alio non addito omnia comprehendunt, & etiam species de nouo repertas,quod intellige vt num.8.nume.5. 173
Verba generalia inactu operantur,vt includant ea, quæ alias in simplici sermone non venirent.nume.4. 107
Verba generalia obscuritatem inducunt nume.38. 104
Verba gñalia,quæ dispõnẽ sequunẽ, ad præcedẽtia referunẽ.nu.13. 249
Verba gñalia restinguntur ad speciẽ contractus præcedentẽ.nu.14.174
Verba generalia sunt ciuiliter intelligenda, & prout ratio dictat, non autem abusiue numero.11. 241
Verba habui & recipi, in scriptura priuata & publica apposita, quid importent numero. 10. 169
Verba hæc, pleno iure,non solum proprietatem, verum etiam vsumfructum comprehendunt nume.52. 56
Verba hæc, quæ bona erant quoniam talis, posita in procemio contractus sunt narratiua,quæ causam finalem indicant,& quia sunt prolata cum casu genitiuo important dominium nume.1. 147
Verba indefinita & generaliter prolata ad futura non trahuntur, quando resultat magnum præiudicium.nume.24. 180
Verba in procemio instrumenti apposita denotat cãm finalẽ. nu.6. 164
Verba in quibuscunque dispositionibus, intelliguntur cum virtute aliquid operandi intellige vt nume 31.nume.30. 16
Verba,ipso iure,idem important,quod statim, incontinenti, mox, confestim,& simul numero.27. 227
Verba liberatoria, quomodocunque de omni, & qualitercunque posita instrumento referuntur tantummodo ad specificata in procemio instrumenti, quæ denotant causam finalem.nume.16. 174
Verba posita in priuilegijs imperator sicut digna possumus, & ad Ro. spectat imperium, non stat cõditionaliter sed causatiue nu.173. 367
Verba pro libito voluntatis idem important, quod liberet sic etiam verba absque contradictione,& oppositione.nume.9. 139
Verba quando sunt tituli resolutiua, operantur, ipso iure translationem dominij adeò,quòd faciunt competere actionem in rem,quæ nõ datur,nisi domino.numero.3. 148
Verba quoquo modo apposita in liberationis instrumento augent præcedentia, & solum ad ea referuntur, quæ sunt eiusdem generis cum præcedentibns.numero.18. 174
Verba semper intelligi debent naturaliter, & non ciuiliter perfectionum.numero.12. 320
Verba spectantibus & pertinentibus sunt verba participij præsentis temporis,quæ resoluuntur in relatiuum & verbum præsentis temporis declara vt numero.190.nume 36. 251
Verba statuorum non secundum quid, vel in casu mixto, sed simpliciter sunt interpretanda.nume.34. 298
Verba super quibus fundatur inquisitio vbi sunt dubia, interpretatio semper fit,quæ excludit delictum.nume.9. 278
Verba vbi sunt tituli resolutia,operantur, vt dominium sine traditione transferantur.nume.22. 146
Verba vltimæ volũtatis,sunt ita intelligẽda,vt aliqd opentur ,nu.11.11
Verbi reformare proprietas est aliquid addere vel diminuiere priori dispositioni.numero.4. 132

Verbis generalibus vti contrahentes cauere debent, ne ex effusonimis sermone in promptum incidant periculum.nume.3. 173
Verborum expressio potest fieri trifariam, generaliter, specialiter, & singulariter.numero.7. 383
Verborum plenitudo, quæ solent apponere notarij ex consuetudine uel ex suo capite, non debet esse præiudicalis partibus, maxime ad sui iuris renunciationem.nu.24. 250
Verborum proprietas attendenda, nisi fuerit manifestum testatorem aliter sensisse. nu.13. 132
Verborũ proprietas in dispõnibus principaliter attẽdẽda sub nu.25. 127
Verborum exprssio generaliter à legistis prolata, si in una tantum re post specificari, perinde habetur ac si esset nominatim facta, & nume. 15. nume. 13. 142
Verbum assigno quid importet.nu.5. 36
Verbum auferre habet duplex significatum videlicet cum violentia, & sine.nu.12. 265
Verbum dare & proprietate sermonis dominij translationem, non hypothecam signat.numero.4. 36
Verbum disponere in instrumento appositum refert se ad vltimam voluntatem.numero.26. 207
Verbum disponere secundum eius propriam significationem, idem denotat quod ordinare, vel suo quidque loco collocare. nume.11. 249
Verbum eiectus refert se tantum ad eum qui nudam habet facti detentationem.numero.29. 208
Verbum generale bona prohibita alienari non comprehendit.nu.3. 107
Verbum hæres secundum proprium significatum, denotat ipsam hęreditatem, & per adiectionem certæ rei non restringitur nume.4. 217
Verbum idem vbi duas exprimit sententias, ea potissimum accipienda, quæ rei gerendæ aptior est numero.21. 250
Verbum impotentia est ambiguum, quod non solum refertur ad factu impossibile, sed etiam ad id, quod cõmodè fieri non potest.nu.8. 278
Verbum libere excludit omnem iuris dimunitionm propter quã quis inquietari, & molestari possit numero.10. 139
Verbum non nego inducit confessionem, sicut verbum non contradico importat approbationem.intellige vt hic & nume.6.nume.5. 11
Verbum obuentionum est generalissimum. nume.8. 241
Verbum offerre & verbum edere quid importent. nume.4. 302
Verbum pretij, non alteri contractaui, sed soli competit venditioni numero.8. 133
Verbum reformare, non in totum tollere, sed in parte tantùm significat numero.12. 132
Verbum regis habetur pro lege, infertur vt hic nume.46. 24
Verbum reuocando præcedens testamentum, quam vim habeat. numero.9. 11
Verbum reuocare quid importet.nume.4. 339
Verbum statim appositum in dispositione legis importat, vt sententia non requiratur.numero.30. 227
Verbum succedat est commune, quod ad directam & obliquam substitutionem adaptatur.numero.2. 186
Verbum vsusfructus, quando profertur in dispositione stat proprie, sed quando venit in consequentiam alterius dispositionis, impropriatur numero.24. 207
Veritas de facili haberi non potest in actu momentaneo, maxime per eũ qui in ius successit alterius.nume.10. 346
Versio in rem æquiparatur mandato ratihabitioni.num.7. 213
Versio in rem mandato, & ratihabitioni adęquatur, & sub numero. 28 numero.18. 176
Versio in rem probatur per probabiles coniecturas, quod expone, vt numero.8.numero.7. 175
Versio in rem tunc à non mandatario probatur, vbi quid probatur impletum, quod implendum erat necessarium vel vtile, alias secus, & nu mero.28.numero.22. 177
Via vbi penitus est extincta, tunc de agro vicino fit via publica, & quãdo est ad tempus inaccessibilis potest per fundum vicinum ireetiam inuito domino & prohibente numero.6. 391
Vidua & pupillus fori priuilegio ipsis concesso.in lege. 1.C.quan.impe. in pup.& vidu. renunciare non possunt, & eo vti possunt non tantum in initio litis, sed etiam post litem contestatam.numero.15. 262
Vidua ois quo ad effectum fori dicitur indistinctè miserabilis nu.11. 263
Vidua quando de foro ecclesiæ dicatur, & quando de seculari.nu.9. 263
Vidua vbi habet causam communem cum alijs personis non miserabilibus, tunc personæ illæ propter communionem eodem fori priuilegio gaudere possunt.nume.16. 262
Vindictam vbi quis minatus est facere, intelligitur de vindicta iuridica. numero.15. 265
Vnio & accessio regno in noua locorum acquisitione non præsumitur, nisi de ea doceatur, in casu dic vt nume. 87.nume.16. 350
Vniuersalis negatiua destruit omne quicquid inuenit.nume.113. 360
Vniuersalis negatiua dictio requirit cõcursum omnium particularium, ne oratio falsa reddatur, nume.3. 319
Vniuersitas animam non habet nume.45. 182
Vniuersitas in actu qui habet tractum successiuum vt est guerra, & rebelleo, ex delicto obligatur, etiam quod ab initio solennibus adhibitis non consenserit.nume.187. 369
Vniuersitas in feudum alienata, ex pacto tamen prohibita alienari, parendo inuestitis per longum tempus, videtur consensum infeudationi præstitisse, nec amplius dissentire potest. & nu.14.nu.9. 259
Vniuersitas nunquàm moritur, nec habet heredem sed cõtinuè uiuit in semetipsa.numero.18. 260
Vniuersitas punitur ex negligentia.numero.7. 31
Vniuersitas, quæ vigore statuti tenetur ad pœnam pro homicidio commisso in eius territorio, non obligatur nec condemnari potest ex eo, quod aliquis ibi occisus reperiatur.nu. 3. 253
Vniuersitas quando aliorum delictum ratificare dicatur.nume. 10. 31
Vniuersitas quando dicatur delinquere. nu.1. 30
Vniuersitas si fecit compromissum, durat compromissum etiam extinctis illis, qui compromiserunt.nume.17. 260
Vniuersitas, vbi Princeps eam infeudauit, quam ex pacto alienare, pignorare, nec obligare poterat, nunquid contra Principem, vel contra inuestitos experiri debeat, & qua actione & nu. 3.nu.1. 258
Vnius assertioni credendum, si fuerit persona honesta, & authentica, numero.41. 80
Vnusquisque suam sobolem, quibuscunque agnatis, etiam extremis prę ferre præsumitur.nume.9. 17
Voluntas defuncti totum facit nu.1. 12
Voluntas ex actu nullo declaratur nume.29. 16
Voluntas, præsertim vltima in suspenso esse non potest nu. 12. 11
Voluntas prima, in non reformatis, remanet firma, etiam quod aliquid de contentis in priore voluntate, per secundam reformetur.nu.4. 11
Voluntas prima, vbi per secundam reformatur, in non reformatis subsistit numero.2. 13
Voluntas sola non sufficit ad actus validitatem, nisi solemnitas requisita intersit.nume.9. 240
Voluntas suprema testatoris semper præualet, sed non semper vltima scriptura.numero.4. 383
Voluntas testatoris, ex coniunctione sanguinis cum Legatario interpretatur idem in fideicommisso, vt nu.16.nu.15. 12
Voluntatis mutatio non præsumitur, & ideo eam allegati onus probandi incumbit nume.32. 16
Voluntatis mutatio vbi non apparet expressa, ibi nec præsumitur. numero.1. 65
Vox publica & fama in antiquis facit plenam probationem. nu.37. 79
Vsufructuarius ad impensas in ædibus reficiendis factas proprietario nõ tenetur, nisi principaliter eis nomine id gestum fuerit, & numero. 22.numero.21. 195
Vsufructuarius compromittens de vsufructu, non intelligitur de ipso iure inseparabili à persona compromittere, sed tantum de ipsa commoditate.numero.10. 206
Vsura continetur sub præcepto, furtum non facies, quia quicunque vsuram accidit, rapinam committit, ideo super ea papa non potest dispensare.numero.23. 44
Vsura est, quicquid sorti accedit nume.5. 32
Vsura pro concurrenti quantitate interesse, omni iure permissa est. Amplia.vt nume.3 nume.2. 27
Vsura quando vt interesse, petitur legitimis probationibus probandæ est infertur vt nume.6.nume. 5. 27.28
Vsura quid sit.numero.6. 34
Vsura quomodo differat à simonia.nume.27. 45
Vsuræ dotis an post decennium debeantur. nume.3. 33
Vsurarium allegans contractum propter iuramentum, ante omnia soluere tenetur vsuras, nec auditur, nisi à iuramento fuerit absolutus.numero.1. 39
Vsurarius actus dici non potest, qui communiter existimatur licitus, & in regione, & inter mercatores bonos frequentatur, etiam si sapit vsurariam prauitatem.numero.9. 255
Vsurarius contractus dici non potest, quando ecclesia pro fundo recepto promittit aliquem alere tempore vitę suæ, propter dubium euentum, nec dicitur ecclesia lædi ex hoc etiam si alimenta excedant fundi valorem, fallit vt nume.39.nume.38. 181
Vsurarius contractus non intelligitur. vbi exemptione annui redditus tantum quinque pro centenario singulis annis præcipitur, secus si vltra percipiatur vt nu.12.nu.nu.11. 42
Vsurarius contractus, tum ex expressa intentione contrahentium, tum etiam ex tacita colligi potest, paria enim sunt aliquid fieri formaliter, vel æquipollenter vt nume.7.nume.6. 42
Vsurarius contractus tunc præsumitur, cum pactum plus creditoris, quã debitoris fauorem continet nume. 14. 40
Vsurarius contractus, vt dicatur, quæ requirantur.nu.2. 255
Vsurarius creditor fructus præceptos non lucratur, sed eos habet restituere, vel cum sorte compensare, nec pẽdẽtes petere potest, Amplia. vt numero.2.& numero.3.nume.1. 41
Vsurarius excusatur à pœna propter consuetudinem. nume.25. 45
Vsurarius grauius puniri debet, qui dolo & fraude in legem committit, quàm qui expresse nume.8. 42

Vsurarius persequendo vsuras indebitas plus debito petit, ideo versario non potest obijcere moram super toto nu. 29. 39
Vsurarum crimen, vt puniatur, requirit dolum nume. 3. 255
Vsurarum maiorum creditor, si minores recipit per longum tempus, maiorum exactionem videtur remisisse, alias non. nume. 5. 34
Vsurarum modus hodie adeo est prohibitus, vt nec etiam Papa possit super eis dispensare, ibi, & nume. 21. adeo etiam vt pœna apposita dationi, tanquam mera pœna peti non potest. nu. 9. 42
Vsuras exigens committit rapinam. nu. 7. 34
Vsuras hæredes mariti, an post mortem mariti, ob non solutam dotem petere possint. nume. 9. 34
Vsusfructus accipi potest pro facultate & non commoditate vtendi, & fruendi numero. 6 206
Vsusfructus, sicut cedi nec alienari potest, ita nec in dotē dari. n. 10. 220
Vsusfructus vbi per mortem vsufructuari finitur, tunc statim ciuilis possessio trahit ad se naturalem nume. 37. 208
Vsus longæuus & consuetudo maximam habent auctoritatem nu. 2. 4
Vtile, per inutile, in indiuiduis vitiatur. nu. 29. 5
Vtilitas publica maior, minori est præferenda. nume. 12. 49
Vtilitas publica priuatam etiam includens, priuatæ est perferenda numero. 19. 22
Vtilitatis publicæ ratione tolli potest ius alterius, quando scilicet, publica vtilitas respicit omnes in communi & in particulari principaliter numero. 11. 49
Vulnus vbi infligitur nō mortale, bānum temporale imponi potest causa inspecta, & personarum qualitate, alias imponeda est pœna pecuniaria vt sub numero. 6. numero. 5. 288
Vxor an possit hypothecarum iuri renunciare nu. 15. 37
Vxor a viro debet alij dote soluta. Amplia. vt nu. 13. & 14. nu. 10. 176
Vxor cui relictus est vsusfructus extraneis hæredibus institutis plenum consequitur vsumfructum, alias secus, & nu. 5. nu. 3. 289
Vxor & maritus vbi rem aliquam vendunt vel donant insimul, vel eorum alter cum consensu alterius, tunc videtur is cōtrahere, cuius erat res, vel ad quem spectabat. nume. 2. 190
Vxori alimenta qui viro absente præstitit, sicut negotiorium gestorum, actione repetere potest, tanto magis potest pecuniam pro eis ab vxore receptam retinere numero. 16. 176
Vxor habet priuilegium prælationis non in donatione propter nuptias, sed tantum in dote numero. 7. 219
Vxor indotata ratione quartæ in bonis viri sibi debitæ in feudalibus, nō succedit numero. 8. 290
Vxor indotata siue quartam consequatur iure hæreditario, siue vt quotam bonorum tenetur respondere creditoribus, & nu. 11. nu 9. 290
Vxor indotata viro defuncto qua actione consequi possit quartam bonorum viri numero. 6. 290
Vxor indotata viro defuncto, quando succedat quartam bonorum viri in vsufructu, tantum, & quando in plena proprietate, & numero. 4. numero. 1. 289
Vxor instituta in vsufructu vniuersali eius vita durante, & si vitam seruauerit vidualem, vtrum, & quando transeundo ad secunda nota vsumfructum retineat, intellige vt numero. 14. 15. & 16. nu. 2. 217
Vxor probata viri sæuita licet de iure communi possit petere separationem thori, & dotem, tamen cum talis causa sit ardua, debet sæuitia probari necessaria & concludenter ac per testes omni exceptione maiores numero. 1. 307
Vxori sicut pro dote, ita & pro alimentis mariti bona sunt tacitè hypothecata numero. 12. 176
Vxor, quæ culpa sua recessit à viro, vbi adsit sæuitia viri & iustus timor, non est ei restituenda sine cautione, & quæ dicatur iusta timoris causa & numero. 6. & 11. nu. 2. 307
Vxor relicta domina massaria, & vsufructuaria à testatore filijs extantibus, ipsis defunctis non plenum vsumfructum, sed tantum a substitutis vel venientibus ab intestato alimenta consequitur, fallit vt ibi numero. 2. 289
Vxor totum quod habet constante matrimonio præsumitur esse viri. numero. 35. 178
Vxor vbi mariti pecuniam alicui pro alimentis ab eo perceptis dederit, tunc illa pecunia dicitur in rem mariti versa, quod limita vt numero 36. numero. 17. 176
Vxor vbi repetit dotem, & si ei opponatur restitutio durante matrimonio facta, tamen hæc exceptio opponentem non iuuat, nisi probatum sit mulierem factam locupletiorem, & nu. 11. nu. 8. 190
Vxor vbi sola rem vendit dotalem cum viri consensu, & confiteturque pretium recepisse, ipsa sola se obligat & non virum, præsertim si iuramentum interponat: secus si em propriam viri vendat vt numero. 6. numero. 4. 190

FINIS INDICIS.



CONSILIORVM, AC RESPONSORVM

D. MARCI ANTONII NATTÆ ASTENSIS,

Iureconsulti celeberrimi, ac excellentißimi, Tomus Tertius, in quo series numerorum posterioris Tomi continuatur.

SVMMARIVM.

1 *Legitima fratris, in bonis alterius fratris, turpi persona per eum instituta, quanta sit. & nu. 6.*
2 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
3 *Dictio vniuersalis operatur, vt in dispositione veniant, quæ aliàs non venirent, iuncta tamen relatiuo restringitur. vt nume. 10.*
4 *Feudum vel Emphyteosis ecclesiastica, pro se & omnibus hæredibus suis concessum, omnes hæredes etiam extraneos comprehendit.*
5 *Legitima fratri solum debetur, turpi persona per fratrem instituta. & nu 8.*
7 *Ius authenticorum, iuris antiqui correctorium, non extenditur identitate rationis. Amplia vt nu. 14.*
9 *Tale secundum quid, non est propriè tale.*
11 *Legitima an magis augeatur in fratre, quàm in filijs.*
12 *Legitima filijs iure naturæ debetur.*
13 *Legitima quæ debetur fratri, ab ea, quæ filio debetur, differt, quomodo.*
15 *Opiniones Doctorum, obscuram, & ambiguam rem faciunt.*
16 *In obscuris, quod minimum est, sequimur. Extende vt nume. 17. & nu. 18.*
19 *Frater, à fratre, bandito, vel alio condemnato in hærede instituto, præteritus, querelat fratris testamentum.*
20 *Pater filiam quæ in corpus peccauit, exhæredare potest.*
21 *Adulterium maius stupro.*
22 *Adulterium probatur per testes singulares.*
23 *Turpis persona est, quicunq; de crimine inquisitus, & diffamatus, & notatus infamia facti. vt nu. 24.*
25 *Infamis facti infamia, qui, & quando dicatur.*
26 *Testes singulares tunc probant, quando tractatur de probando aliquid in genere. extende vt nu. 27.*

CONS. CCCCLXXVIII.



X FACTO TRACTATVM est quanta sit legitima, quæ debetur fratri in bonis alterius fratris, qui turpem personam instituit, & fratri legitimam, vel minus legitima reliquit. Et difficultatem
1 facere videbatur, † quia licet secundum iura antiqua legitima, quæ debetur fratri esset quarta. l. Papinianus. §. 4. ff. de inoff. testam. l. cũ quæritur. ff. eod. iuncta. l. 1. ff. de inoff. testam. Tamẽ dici potest, quod hodie sit tertia, sicut etiam est tertia in filijs, quam opin. contra glos. ibi tenet Ci. post Petr. in auth. nouissima. C. de in off. testam. & idem tenet etiam ibi Ioa. Fabri. idem etiam voluit ibi Rai. relatus per Alex. in consi. inferius allegando, & idem sequitur ibi Fabianus. q. 3. quartæ q. prin. idem etiam tenet Ioan. And. in cap. si pater col. 3. in verbo iure naturæ in Sexto, vbi etiam refert se idem tenuisse in cap. Raynutius de testa. in gl. nota quod quartarum, &c. Eandem opin. amplectitur Iac. de Beluis. in auth. de trien. & semisse, & ibi etiam Ang. & idẽ Angel. in. l. 1. ff. de inoff. testam. cum quo transeunt ibi Cur. Iunior & Iac. de San. Georg. Alex. consil. 63. super primo dubio quæritur paulò post principium lib. 2. Sequuti sunt hoc etiam quidam, quos refert Gulielmus de Cuneo in. l. fratres vers. sed pone habeo fratrem. C. de inoff. test. Mouentur omnes per text. in. §. 1. iuxt. fin. in auth. de trienn. & sem. vbi, quod dictum de augumento legitimę in filijs, vult Imperator obseruari in omnibus, in quibus ab initio anti-
2 quę quartę ratio de inofficioso lege decreta est. Nam † qui omne dicit nihil excludit. l. Iulianus in prin. ff. de leg. 3. l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & arg. leg. l. a procuratore. C. ma.
3 Hæc namq; † dictio vniuersalis omnibus, operatur, vt veniant in dispositione etiam ea, quæ alias non venirent, vt patet ex his, quæ scribit Bald. in capitul. in præsentia colu.
4 7. de proba. vbi vult † quod si facta sit concesio alicui de feudo, vel emphyteosi ecclesiastica pro se & hæredibus suis omnibus, veniant extranei hæredes, quamuis sine illa dictione omnibus, venirent tantùm descendentes, iuxta id quod habetur in cap. 1. de alien. feud. & in cap. fin. si de feu. defunct. fue. contro. in. Do. & Agna. & not. in l. etiam. ff. soluto matrimonio. Mouentur etiam ratione, quia maior videtur esse ratio augendi in fratre legitimam, quàm in filijs,
5 ex quo † legitima fratri debetur in odium turpis personæ institutæ. l. fratris, & l. fratres, vbi scribentes vno ore hoc ponunt. C. de inoff. testam. Et ista sunt, quæ pro hac parte in fauorem fratris petentis tertiam adducebantur, omisis leuioribus auctoritatibus & fundamentis. Contrariam sen
6 tentiam † quod legitima fratris sit tantũmodo quarta prout erat secundum iura antiqua & non sit aucta secundum iura nouissima vsq; ad tertiam, prout in filijs, tenet in primis glos. in. dicta authen. nouissima in verbo titulo. C. de inoff. testam. quam glos. sequitur ibi Iac. Butrig. & Alber. circa fin. & Ias. etiam ibidem colum. 11. & quod est magis mirandum Ang. ibi eam sequitur dicens contraria his, quæ alias scripsit, motus, quia illa authentica habet se correcti-
7 uè ad iura antiqua † vnde ex identitate rationis nõ est extendenda. l. præcipimus in fin. C. de appellatio. authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Et quod sit quarta & non tertia, tenet hoc etiam clarè Bart. in rep. l. pater filium col. pen. ff. de inoff. testam. Bald. in. l. fratres. 4. q. C. de inoff. testam. & in. l. 1. ff. eod. dicens ius antiquum remanere incorrectum. Idem tenet Paul. Cast. in. l. fratres. q. 3. C. eo. Fulgo. in l. 2. ff. de inoff. testam. vbi dicit opin. glos. in. d. authen. nouissima esse contra Ang. ibi veriorem. Prædictam sententiam tenuit etiam Aret. in. §. igitur quartam Inst. de inoff. testam. Alex. in. l. si patroni. §. fin. colum. pen. ff. de Trebell. vbi dicit glo. in. d. auth. nouissima communiter approbari quicquid dicat Ang. in. l. 1. ff. de inoff. testa. Apparet etiam secundum hanc sententiam fuisse iudicatum per Regium

consilium Neapolitanum vt Afflict. refert eius Decisione.204. Potest etiam pro hac sententia vltra superiores authoritates addi glo. in auth. de trien. & semiss. §. 1. in verbo hoc obseruando, dum dicit, quod præterquam in ascendentibus reliquæ quartæ non sunt auctæ, & tenendo istam partem contra fratrem aspirantem ad tertiam, superest, vt respondeatur obiectis quæ minime obstare videntur. Non obstat igitur tex. in auth. de triente & semis. §. 1. vbi, quod dictũ est de augumẽto quartæ in liberis, extenditur ad personas omnes, in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioso lege decreta est, quia respondetur, quòd ille tex. verificatur in ascendentes secũdum glos. ibi non autem in transuersalibus, quia posito, quod legitima fratri debeatur.
8 §. primum itaq; illud in auth. de hæred. & Falcid. † tamen non debetur ei, nisi casu, quo turpem personam defunctus frater instituerit, vt Salic. scribit in dicta authent. nouissima quæst. 4. vnde cum text. in dic. §. primo velit quartam augeri omnibus personis, quibus ex veteribus legibus competebat querela, debet intelligi de illa quarta, quæ absolutè & simpliciter debebatur, non autem in aliquo casu speciali, cum verba accipi debeant in potiori significatu, & per prius & non posterius leg. prima. ff. si ag. vect. vel emphyt. pet. §. sed quotiens Institut. de iur. nat. gen. & ciu. nam
9 † quod est tale non simpliciter, sed secundum quid, non est propriè tale. l. legatis & leg. hoc legatum. ff. de leg. tertia. l. Lucius la prima, & ibi Bald. & Angel. ff. de hæred. institut. facit. l. quæritur & ibi Bartol. ff. de stat. hom. Item Imper. ibi initio constitutionis dicit se velle disponere secundum id, quod consequens est naturæ, ex qua præfatione colligitur, quæ fuerit intentio constituentis leg. regula. ff. de iuris & fac. ign. l. fin. & ibi Bartol. ff. de hæred. institu. ergo non sentit Imperator de hac legitima, quæ non debetur fratribus iure naturæ; quod patet, quia non debetur nisi propter odium turpis personæ institutæ. vt Salic. scribit in d. auth. nouissima quæst. quarta. Ex prædictis patet responsum ad illam dictionem vniuersalem omnibus, prout supra ex contraria parte ponderatam, quia fatendum est, quod aucta sit legitima in omnibus personis, lege antiquitus, quarta debebatur, intelligendo, scilicet de quarta, quæ simpliciter debebatur, non autem secundum quid, & in aliquo speciali casu, vt supra dictum fuit. Item considerandum est, quod text. ibi quòd dictum est de augumento legitimæ in filijs extenditur ad omnes personas, quibus ab initio legitima debetur, sed fratri ab initio non debetur, sed ex post facto videlicet turpi persona instituta. vt Salic. scribit in d. authent. nouissima quæst. 4. Ergo de ea nihil ibi sancitum fuit. Præterea Imperator ibi loqui intendit de omnibus illis personis, quibus legitima debetur iuræ naturæ, quod in fratre non contingit. Nec aliquid facit illa dictio vniuersalis, omni-
10 bus, quia † ea restringitur per relatiuum, quibus, quod ibi subijcitur, vt ponit Bartol. in l. omnes pop. prima oppo. ff. de iusti. & iur. & in l. ea tamen adiectio per illum tex. ff. de leg. tertia & in l. generali. §. vxori. ff. de vsufruct. leg. quod enim ibi dictum est de augumento legitimæ, Imperator non attribuit simpliciter omnibus personis, sed cum adiuncto, quibus ab initio secundum antiquarum legum dispositionem quarta debebatur. Ita quod videndum est, quæ sit illa quarta de qua loquitur Imperator, & quum non loquatur de ea, quæ fratribus debetur, non potest de ipsis dictum intelligi, cum restrictio facta sit ad eos omnes, quibus ab initio & simpliciter, & iure naturæ quarta debeba-
11 tur. Non obstat, † quod sit maior ratio augendi in fratre legitimam, quàm in filijs, quia hoc negatur, nam licet fratri debeatur legitima odio turpis personę institutæ, tamen lon-
12 gè præponderat, legitima filiorum † quæ illis debetur iure naturæ leg. scripto in fin. ff. vnde. lib. l. cum ratio. ff. de bon. damna. l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testamen. §. primum itaque illud authent. de hæred. & Falcid. &. §. primo propè in fin. ibi natura prius curata in authent. de trienn. & semiss. secus in fratribus, quibus scripto tantum iure legitima debetur, & non omni casu, sed turpi tantum persona in-
13 stituta. l. fratris & l. fratres. C. de inoffi. testam. † ex eo etiam ostenditur differentia inter legitimam, quæ debetur filijs, & eam, quæ debetur fratribus. Nam filio relinqui debet honorabili titulo institutionis, vt habetur in dicta authent. nouissima, fratribus autem satis est, si titulo legati vel fideicommissi relinquatur, vt per glos. in. §. si vero expressim in authentic. de hæred. & Falcid. & Salyc. qui ita declarat in dicto authent. nouissima quæst. quarta. Ideo cum non sit tanta ratio in legitima fratrum, quanta in legitima filiorũ, non debemus legem augentem legitimam in filijs ad fra-
14 tres extendere. Imo † in correctorijs ne ex paritate quidem, aut etiam ex maioritate rationis licita est extensio, vt per glo. & omnes in authent. quas actiones. C. de sacrosan. ecclesijs, & per Bartol. & alios in. l. si constante nona quæstione primæ partis principalis. ff. soluto matrimonio. Postremo ista opin. quod fratris legitima sit tantum quarta videtur preualere, quia maiores Doctores & numero & pon-
15 dere stant pro ea, & posito etiam, quod diceretur, † quod opiniones Doctorum faciunt rem ambiguam, & per consequens obscuram, glos. in. §. quibus in verbo certarum in prima constitutione. C. & in. l. cum de nouo. C. de leg. Bart. in. l. qui Romæ. §. duo fratres. 6. oppo. ff. de verborum obli-
16 gatio. tamen † semper in obscuris, quod minimum est sequimur. l. semper in obscuris. ff. de regulis iuris, cap. in obscuris eodem titulo in. 6. vbi glos. adducit rationem quia in eo, quod est, inest quod est minus intelligendo de summis leg. in eo, quod plus est. ff. de regulis iuris. l. prima. §. si stipulanti. ff. de verborum obligat. & in proposito bon. text. in
17 cap. si quis dederit. 14. quæst. prima vbi † cum pro crimine de quo ibi, variarent sententiæ iurisperitorum quanto tempore pœnitentia esset imponenda & alij decem annorum dicerent, alij septem, alij quinque, approbatur ibi sententia,
18 quæ ad minus tendebat, † & facit etiam, quod dicitur de arbitris discordãtibus in iudicando, vt attendatur minor summa, quia in ea omnes consentiunt cap. primo de arbit. in. 6. leg. diem proferre. §. si plures. ff. eodem titulo. Secundo in eadem facti contingentia, dubitatum fuit, quia frater instituisse dicebatur mulierem coniugatam, cum qua copulam habuerat, vtrum diceretur instituisse turpem personam, ita vt agi potuerit ad supplementum legitimæ, seu dicere de inofficioso, & proculdubio si probatũ fuisset, quod d. mulier adulterium patrasset, non modo cum d. fratre, qui eam instituerat, sed etiam cum quolibet alio diceretur instituta turpis persona, adeo, quod posset alius frater querelam proponere, vt patet ex his, quæ scribit Angel. in leg. fratres. C.
19 de inoffic. testamen. vbi vult, † quod si quis instituerit hæredem concubinam, aut banditum, aut alium condemnatum de vulnere, aut aliqua alia violentia, possit frater præteritus eius querelare testamentum, & istud idem scribit Angel. in leg. prima in fine. ff. de inoffic. testam. Pondero, quod Ang. ibi loquitur de eo, qui hæredem instituerit concubinam, vt dicatur turpem instituisse personam, & licet ipse non alleget, est text. in leg. stuprum in fin. de rit. nupt. vbi, quæ se tradit in concubinatu, honestatem amittit, &
20 facit text. in. l. si filiam. C. de inoffic. testamen. vbi † pater exhæredare potest filiam, quę in corpus peccauit, tanquam turpem, & inhonestam personam, quanto ergo magis dicendum est cum instituisse turpem personam, qui instituit
21 eam, quæ adulterium commisit, † quum adulterium maius sit stupro. l. quamuis in fin. C. ad. l. Iulia. de adul. §. item lex. Iul. Institu. de pub. iud. & ad hoc etiam text. in leg. palam. §. fina. ff. de rit. nupt. vbi mulieres sunt infames, quando deprehensæ in adulterio, vel damnatæ.

Veruntamen, quia de Adulterio non probabatur, nisi per testes singulares deponentes de osculo, & complexu, & alijs præludijs venereis dubitabatur, vtrum esset locus querelæ vel supplemento legitimæ: & tandem fuit conclusum
22 † quod sic non obstante singularitate testium per id, quod scribit Ioa. Fab. §. soror vers. sed quid si non probetur Inst. de inoffi. testa. vbi quærit quid si non probentur criminosi scripti hæredes, sed probatur quod sunt diffamati apud bonos & graues viros. R̃ndet Ioan. Fab. per hæc verba, Ego credo, quod nedum infamis infamia irrogata ipso iure, vel

per

23 per sententiam † imo omnes diffamati de criminibus, quibuscunq; homicidio, rapina, furto, falsitate, vel alijs, censeantur esse turpes, quamuis nõ fuerint cõdemnati, nec interlocutiones latæ, vt probatur in.l.2.vltimo dicto.C.de dign. lib.12. Item quia ex hoc grauatur opinio, quod videtur dicere infamiam facti.l.ea quæ.C.ex quibus cau.in fam.irro. & respondet ibi Ioan. Fab. ad tex.in.l.si filiam. C.de in offic. testamen. vbi supponitur opus esse probatione flagitij, sed illud, ideo ibi est secundũ eum, quia ibi agebatur de exhæredatione filiæ, quæ est odiosa, hic autem agitur de extraneo hærede instituto repellendo, & legitimo admittendo, quod est fauorabile, ideo sufficit probare eum esse infamem apud graues & bonos, licet non probetur factum ipsum, & eodem modo respondet ad text. in.§.aliud quoque capitulum, in auth. vt cum de app. cogno. Sed in proposito non potest negari, quin fuerit hęc mulier diffamata de adulterio, cum de eo, plus quàm decem testes dicant, deponentes etiam de publica voce, & fama, & clarum est, quod suffi-
24 cit, † quod scriptus hæres notatus sit infamia facti, vt vulgo glos.in d.l.fratres, quam omnes ibi sequuntur, & præter infamiam vel turpitudinem, sufficit etiam, quod leuis maculæ nota aspergatur, vt Imperator dicit in d.l.fratres, &
25 dicitur † tunc cõtrahi infamia facti, vbi penes graues & honestos, opinio alicuius aggrauatur.l. honori, &.l.licet.ff. de obsequ. liber.c. sunt plurimi sexto quæstione prima, tradit glos. in capit. infames.§.porrò.3.q.7. & in.l.ea quæ vbi bonus tex.C.de his qui no. infam. & in.l.1.in verb. notetur.ff.
26 eod. † Dicebam ego etiam, quod ex quo non agebatur hic de probando crimine adulterij, sed de probando in genere mulierem esse inhonestæ, & infamatæ vitæ testes singulares probare, vt in terminis scribit Bald. consil. 207. Quoniam d.domina libro quarto vbi etiam vult, quod eo ipso, quod mulier turpiter conuersatur lædit pudicitiæ nomen, etiam quod stuprum non admittat. Idem etiam Alexand. scribit consil.13. Attentis his, quæ in themate colum. fina.
27 lib.7. Et hoc procedit regulariter, quod † vbi aliquid est probandum in genere singularitas testium non noceat probationi, quia & si sint singulares in diuersis actibus, tamen eorum dicta ad vnum idemq; genus probandum tendunt, secundum Iacob.Butr.in.l.Arriani.C.de hæret. Specul.in tit. de inquis.§.primo versicul.quid si vnus, Bald.in.l.actor colum.3.versic.quæro quare negatiua.C.de prob. & in.l.1.C. qui num, tutel. cum alijs concordantibus notis, & ita in hac specie iudicatum fuit, me in Rota Mantuana assidente.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota, qui rem emphyteoticam pro parte alienauit, an pro parte alienata, à toto cadat, & quid in feudatario. nu.2. intellige, vt nu.3.& nu.15.& nu.22.*

4 *Pœna rem, in qua delinquitur, transgredi non debet, & quid, quando circa personam delinquitur. nu.5. intellige vt nume.19.*

6 *Persona pro parte offendi non potest.*

7 *Emphyteota, partem canonis tantum soluens, à tota emphyteosi cadit. Amplia. vt nu.8.*

9 *Emphyteota, vel colonus, vendens rem, vt proprietarius, an perdat statim emphyteosim, & possit expelli.*

10 *Dispositio.l.si quis maior.C.de transactionibus in omni contractu locum habet.*

11 *Emphyteota, qui iurauit canonem soluere, deficiens soluere in primo anno, cadit ab emphyteosi, biennio vel triennio non expectato. Amplia. vt nu.12.*

13 *Res eatenus perditur, quatenus in ea peccatur.*

14 *Contemptus domini indiuisibilis est.*

16 *Emphyteota malè se versans, in vna re, ex pluribus vno pretio concessis, cadit ab omnibus, Amplia idem in colono vt nume.17.*

18 *Emphyteota, arbores in re emphyteotica incidens. ab omni emphyteosi cadit.*

20 *Ager ijsdem regionibus circunscriptus, & eodem nomine nuncupatus vnius fundi loco est.*

21 *Fundus regionibus diuiditur.*

23 *Indiuiduum quid quando dicatur. & nu.30.*

24 *Redimere valens fundum restituto pretio, non auditur, si partem, & non totam redimere vult.*

25 *Bartoli dicta continent substantiam veritatis.*

26 *Plura vbi vno pretio sunt vendita, & de resolutione agitur, vnius resolutio, in omnibus procedit. Amplia vt nume.27.& num. 28.*

29 *Vtile, per inutile, in indiuiduis vitiatur.*

De eadem materia. Cons. 479.

DIFFICILIS occurrit articulus in præsenti consultatione de emphy-
1 teota, † qui alienauit rem emphyteoticam pro parte, Vtrũ cadat à toto, an vero pro parte tantũ alienata, quem sanè articulũ latissime explicauit in signis Iurisconsultus & Collega honorandus D.Paulus Aemilius, ita vt nihil subtilius, aut etiã copiosius adduci posse videatur. Ego tamen, ne nuda subscriptione vtar, nõnulla perstringam quæ potissimum pro dño directo, contra emphyteotam facere videantur. Nam quæcunq; pulchra sunt repetere non ingratũ. Et in primis considero, ꝙ licet Alexand. consil.99.visis processibus circa fin.lib.quinto, referat Cuman. in leg.quidam in iure.§. primo.ff.de donat. tenuisse emphyteotam tantum cadere à parte alienata, & eodem modo referat Cuma. Iason. in leg.fina.C.de iure emphyt. & in leg.ait prætor la secunda in prin.ff. de iure iuran. & in leg. ex facto.§. Iulianus.ff. de vulga. & pup. Attamen Socin. in leg.quarta.§. Cato refert Cum. tenuisse in præallegato loco contrariam opinionem, videlicet, quod cadat à toto, quum istam opinionem ponat pro vltima, & ita etiã eum refert præcedens. D. Consultor, qui Cuma. in fonte vidit, qui etiam inclinat in hanc opinionem consil.41. tertio dubio. Existimo autem præsentem casum posse poni extra conflictum opinionum, dupliciter considerando. Primo, quia quicunque tenent emphyteotam, cadere ab em-
2 phyteosi pro parte tantum alienata, † & eodem modo Feudatarium vt tenet Ioan. Andr. & alij scribentes ibi in capi. secundo de feud. & Ioan. Andr. in addi. Specul.super rubr. de feud.colum.secunda.q.53. Bald. in cap.primo.§.si vero, qual. olim feud. pot. alien. & in cap. Imperialem, §. callidis de prohibit. alien. feud. per Feder. glosa in cap.primo.§.illud in verbo retineat, & ibi Andr. de Iser. & Iacob. Aluar. quæ fuerit prima causa benef. amit. & Iacob. etiam Aluar. in dicto cap. primo.§.denique.32. Conclusione, Iacob. de Ardiz. in sua summa feudali secunda parte princip.sub rub. Vtrum vasallus amittat, siue totum, siue partem alienauerit, & de recentioribus Soc. in leg.quarta.§.Cato col.21.ff. de verborum obligation. Fabianus in Tract. de emptio.& vendit. 4.part.princip.quæst.20.Corn.consil.67.Dominus
3 Ioan. circa fin. lib. secundo † isti omnes loquuntur quando feudatarius, vel emphyteota, alienat rem feudalem. vel emphyteoticam, sub qualitate feudi, vel emphyteosis inconsulto domino, nec aliter habito eius assensu, quod patet, quia mouentur per text. in cap. primo de Vassal.qui contra
4 const. Lotha. qui loquitur in istis terminis † & quia cũ delinquitur circa rem nõ debet egredi pœna vltra rem, in qua delinquitur.l.rescriptum.ff. de his quibus vt in d.l.Paulus respondit &.l.beneficio.ff.ad.l.Falc. Sed nos sumus in diuerso casu, videlicet in eo, qui vendidit rem non vt emphyteoticam, sed vt propriam nulla facta Domini commemoratione, vnde dicitur peccare in personam, & tunc tenendum, quod per alienationem partis cadat à toto, quia cõtemptus domini indiuiduus est: hoc colligitur ex dictis Bal. in ca.1. §.aut si libellario col.1.quibus mod. feud. amit.& in cap.1.

colum.2.de vasal. qui con. const. Lotha.& adhuc melius in
cap.1.colum.3.versi.quæro vtrum propter,de alie.feud.vbi
pro hoc allegat text. in d.l. quidam in iure.§.1. & prædicta
sequitur Ias.in.l.fin.q.13.C.de iure emph. & Ioannes Cro-
tus in d.l.4.§. Cato, vbi etiam dicunt idem voluisse Ioan.
And. in ca.2.de feud. Et istud bene etiam comprobatur ex
not.per Bart.in.d.l.quidam in iure.§.1.vbi clarè distinguit,
an quis delinquat circa bona, & tunc amittat tantum par-
tem ita intelligendo.l. rescriptum.ff. de his quibus vt indig.
5 † aut circa personam & in illo tex. & amittat totum, † quia
6 pro parte persona offendi non potest.l.vulgaris.ff. de furtis,
& in ista doctrina Bartoli facio magnum fundamentum,
quam Bald. etiam adducit in d. capi.1.de alien. feud. & alij
doctores superius relati. Confirmantur prædicta quia vide
7 mus, quòd si † emphyteota soluit tantũ partem pensionis,
cadit à tota emphyteosi. Spec. in titu. locat.§. nunc aliqua
versic.29.& ibi Ioan. Andr. in addit. Oldrad. consil.29.de
rigore iuris Bald.in rub.C. de contrah. emphyt.q.10. Paul.
de Castro in.l. in executione.§. item si ita.ff. de verborum
8 obligatione & ibi Alexan.& Moder.vbi † dicunt hoc pro-
cedere etiam si deficiat in solutione vnius nummi. Istud au
tem ea ratione procedit,quia delictum nõ respicit rem,sed
personam, cui soluendum erat,est enim illa pœna contem-
ptus non pœna succedens loco rei,ita Bald. inquit in cap.1.
§.aut si libellario colum.1.quibus mod. feud. amit. Præte-
9 rea vbi † colonus, aut emphyteota vendit rem vt proprie-
tarius, dicitur male versari in re, respectu contractus, quia
facit contra id, quod est de natura cõtractus,adeo,quod sta
tim potest expelli,& perdit emphyteosim, Bald.in.l.ædem
colum.penult.versi. sed quid si non destruxit.C.locat.&.l.si
quis conductionis.2. oppo.C. eod. & in.l.vsufruct. colum.
penul.versi.illud est certum.ff.soluto matrimonio, & Alex.
sequitur in.l.si domus.§.fin.ff.de lega.1. Vnde cum venerit
contractum & expelli possit, cadit ab omni cõmodo con-
tractus accedente iuramento, per text.in.l.si quis maior.C.
10 transac. ibi rerum proprietate careat. &c. † qui procedit in
omni contractu secundum glos. & Doct.ibi,& facit,quod
11 scribit Bald. in capit. querelam de iureiurando,† quod em-
phyteota qui non soluit canonem Domino, termino con-
uento,vt iurauerat, statim potest expelli, nõ expectato ali-
ter biennio,vel triennio, per text.in.d.l.si quis maior,refert
& sequitur Alexand.consil.85. non puto id quod quæritur,
12 lib.primo, † & idem intelligo, etiam si non fuerit interpo-
situm iuramentum,sed clausula illa,quæ decreto Illustrissi-
mi Principis habet omnes vires iuramenti,præterquã rea-
tus periurij & fori,nam licet, quo ad effectus,periurij clau-
sula nõ operetur,veluti,quod sit infamis, tamen in his,quæ
concernunt partes.d.clausula operatur,& in ea procedit di-
spositio.d.l.si quis maior, & ita me assidẽte Rota Mantua-
na sæpius iudicauit.Huic fundamento reperio solum Aret.
repugnare,consi.14. Viso & diligenter considerato colu.3.
dum non putat faciendum esse distinctionem in feudata-
rio, qui partem feudi alienauit an peccet circa rem, vel in
personam,quia secundũ eum non potest negari, quin prin-
cipaliter peccatum sit circa rem,& ideo nõ cadit,nisi à par-
13 te alienata, cũ detur regula,† quod eatenus perditur res,qua
tenus in ea peccetur.d.l. rescriptũ.ff. de his quibus vt in d.l.
beneficio.ff.ad.l.Falcid. Sed ad ista dicta Aretin.responde-
ri potest, quod possent procedere prout ipse loqui videtur,
quando feudatarius vendit rem vt feudalẽ,& sic facta men
tione domini,quia tunc dici potest,quod peccet principali-
ter circa rem, sed vbi alienet, vt propriam, non posset ma-
gis contemnere dominum,cuius ius conatur euertere,ideo
14 tunc dico, quod parte alienata cadit à toto † cum contem-
ptus domini sit indiuisibilis, prout de hoc sunt decisiones
apertæ,quas modo retuli. Vlterius contrauentio iuramenti
remouet omnem difficultatem. Secundo principaliter mo
ueor,quia licet essemus in casu, in quo per alienationẽ par-
15 tis emphyteota non caderet à toto, † tamen hoc procedit
tantũ vbi plures res & separatæ essent concessæ in emphy-
teosim,quia per alienationem vnius,non perderet alias,sed
in illis remaneret emphyteosis salua. leg.1.§.si duæ.ff. quo.
lega.l. si seruus.§. si plurium.ff. si quis caut. secus si tantum
concessum esset vnum corpus & vnico pretio,quia per alie
nationem partis cadit à toto.l.cum eiusdem.ff.de edil. edic.
leg.quod si vno.ff.de in di. adiec. & est de mente Cu. in d.l.
quidam in iure,& in præallegato consil.41.prout etiam re-
latum est per præcedentem D. Consultorẽ & sequitur hoc
etiam Ioannes Crotus in d.§.Cato,& hoc habet optimam
rationem, quia non debet eadem res diuerso iure censeri.l.
eum,qui ædes.ff.de vsucap.leg. prima versicu. nec ratio pa-
titur.ff. de re. perm.C. cum in tua de deci. & vnitorum ea-
dem est natura,vt dicunt Bald. & Angel. in.l.item fundi.§.
huic coniunctus per illum textum.ff. de vsufruct. & facit
16 quod dicit Bald. in d.l.cum eiusdem † de emphyteota, qui
male versatur in vna re,ex pluribus vno pretio concessa, vt
cadat ab omnibus, quia vna est emphyteosis, secundũ Ri-
17 car. & Oldrad. † quod etiam in colono voluit Bald. in leg.
ædem colum. penult.versic.sed quid, si ex pluribus.C.loca.
vbi adducit text. in d.l.cum eiusdem, & istud adhuc clarius
ibi explicat Alber. de Ros. colum. penul. dicens, quod vbi
conductor male versatur in vna re sibi tantum concessa in
emphyteosim, absurdum esset dicere, quod tantum cade-
ret in parte,in qua tantum esset male versatus, & ibi Alber.
videtur intelligere text. in capit. primo de vasal. qui cont.
const. Loth. vbi habetur, quod feudatarius alienando par-
tem, amittit tantum partem alienatam,vt procedat in feu-
datario,cui plures res fuerant concessæ, non vbi tantũ fue-
18 rat concessa. † & de emphyteota incidente in nemore ar-
bores grãdes & glandiferas, vt cadat ab omni emphyteosi
ponit Andr. Sicu. in.l.scire debemus col.sexta & in.d.l.4.§.
Cato colum.16.ff.de verborum obligat.vbi dicit se ita con
suluisse in causa Cardinalis Mantuani & obtinuisse quem-
admodũ refert Ioan. Crotus in dict.§. Cato, & consilium
Andr.Sicu.est in ordine.36.Sapienter scripsit propheta lib.
secundo, & sequitur Alexan.consi.118.colum.prima lib.5.
licet in summa consultationis dissentiat ab Andr. Sicu.quia
ipse consuluit pro emphyteotis episcopatus, & prædicta se
quitur Iason. in.l.si ita quis.§. ea.l. colum. vlti.ff. de verbor.
obligat.Præmissa etiam sunt de mente Oldrad.in prælle-
gato consil.29.& Ioan. And. qui more suo ab Oldra. sum-
psit in addi. Specul. in titu.locat.§. nunc aliqua versicul.30.
dum dicunt,quòd textus in.l.Paulus respondit.ff.ad.l.Falci-
diam &.l.rescriptum.ff. de his quibus vt indign. & in.l.1.§.
19 Trebatius.ff.de aqua. quotti.& æst.vbi habetur † quod,qui
deliquit circa rem, amittat tantum partem, in qua deliquit,
procedunt, quia ibi erant plures res distinctæ, & separatæ,
sed vbi tantum vnica est res, & vnicus contractus, qui de-
linquit in parte totum amittit,sed iste fundus emphyteoti-
ticus, de quo agitur, est vnum corpus, & vnum continens
20 † Nam vnius fundi loco habetur ager, qui ijsdem regioni-
bus circunscribitur, & eodem nomine nuncupatur leg. gra
uis.§.1.ff.de legat.2.& leg.prædijs.§. Titio.ff. de legat.3. &
leg. feriæ.§. tyrannæ.ff.de fundo instructo, & licet ex vno
fundo plures effici possent, tamen id non fit sola destinatio
21 ne patrisfamil. sed opus est † vt regionibus fundus diuida-
tur.l.si quis duas.§. si quis partem.ff. commun. præd. ponit
glos. in.l.quod in rerum.§.si quis post.ff. de legat.1. & Ale-
xand. tradit consil.169. viso themate, & scripturis colum.
penult.libri.5.præterea nemo negauerit,quod alienata par-
22 te non cadat emphyteota à toto † quando sumus in indiui-
duis, quod clarè voluit Baldus in cap. 1.§. vasallus il primo
colum. prima versicu. & in summa, si de feud. defun. fuer.
23 controuer. in dom. & agna. indiuiduum † autem dicitur
quod non affert tantam vtilitatem in parte respectu partis,
quantum totũ respectu totius, & vbi aliquis cogeretur in-
uitus incidere in communionem,vt de vtroq; est glos. in.l.
fundus ille.ff.de contrahenda emptio. & tradit Bar.in.l.1.§.
si pecunia in sacculo per illũ text.ff.depo. & latius in.l.stipu
lationes non diuiduntur.3.q. princ.ff. de verbor. obligat. &
in.l.cui vsusfructus.ff.de vsufructu leg. vbi per præfatas ra-
24 tiones determinat † quod qui potest fundum redimere re-
stituto pretio,non auditur si vnam tantum partem redime
re velit,& non aliam,quia sumus in indiuiduis, quod etiam
voluit

voluit Bartol.in.l.si quis aliam in fin.ff. de solut. & consi.95. Ang. & Andreolus & Bal.in.l.2.C.de pac. in emp.& vend. Sic dicendum in proposito nos esse in indiuiduis,quia cùm fundus de quo agitur cócessus pro pensione correspondente fructibus, si nunc diuidatur, & tantum pars eius alienata deuoluatur ad dominum directum minus locabitur alteri, quàm si integer totus locaretur, plus enim valet, plurisque emitur totum respectu totius, quàm pars respectu partis.l. Meuius.§. in fundorum.ff. de legat.2. glos. in l.1. in verbo partis,& ibi Bald.4.not.C.commu. diuid. Bartol. in.l.vxorem.§.agri plagam in fin.ff. de leg.3.Bald. in.l.filium quem habentem colum.9.versicu.vlterius quæritur.C.fam.herc. ergo indiuiduus manere debet, Præterea dominus directus incideret in communionem inuitus,quod est absurdũ l.si non sortem.§.si centum.ff.de conditio.in deb.communio nanque parere solet discordias.l. cum pater.§. dulcissimis.ff.de lega.2.ex quo colligitur dictum fundum,vt indiuiduum quoddam insolidum esse deuolutum ad directum dominum,idem dicendum est etiam, si plura essent prædia separata,quando vnico pretio fuerunt cócessa,& in eodem contractu, quia habentur pro vno predio, & ideo, qui vnũ alienat sine consensu, cadit ab omnibus,vt in terminis istis scribit Andr. Sicu.latè præallegato consil.36.colum.6.versicul. sed circa hunc articulum lib.2. quem refert, & sequitur Ias.in.d.l.si ita quis.§.ea.l.colum.fina.& vltra And.Sicu. qui omnino est videndus,addo Oldrad.in præallegato consil.29.circa finem Alber. de Rosa.in.l.ædem colum. penul. versicu. sed pone quod eodem tempore.C. locati. Adduco
25 etiam Bartol. in † cuius dictis solet esse substantia veritatis
26 in.l.scire debemus.ff. de verbor. obligat. vbi voluit † quod quando plura sunt vendita vno pretio, & agitur de resolutione contractus, resoluto contractu in vna re, intelligitur facta resolutio ab omnibus,allegat text. optimè probantes in.l.si duos.ff.de contrahenda empt.& in.l.cum duo.ff.de in di. adiec. & in.d.l. cum eiusdem.ff. de ædil. edi. hoc etiam vult Baldus in lege cum quidam.§. præterea colum.2.vers.
27 ibi pro singulis.C.de iure dotis dicens † quod vbi plures res sunt venditæ vno pretio,& eodem contractu, & in vna deceptus est emptor,vel venditor vltra dimidiam iusti pretij, sed non in alijs,fiet recisio in cunctis,ita quòd per vnam restituetur etiam altera. secus si plures res essent venditæ diuersis pretijs in singulas cóstitutis,quia tunc licet in eodem contractu venditæ fuissent, quælibet res censetur per se & plures intelliguntur esse venditiones, per tex. ibi, & per.l.si plures.ff.de ædilit. edict. Reperio etiam hoc voluisse Ioan. de Imol. consil.39.visis ac ponderatis circa fin.vbi pro hoc allegat text.in.d.l.si duos.ff.de contrahenda empt. Et comprobatur hoc concludenti ratione. Finge enim, quod plures res sint venditæ vel in emphyteosim concessæ vno, & eodem pretio, & in eodem contractu, & contingat legitimis de causis contractum resolui, quo ad vnam rem tantũ, certè si diceremus manere firmum contractum,quo ad res alias, incertum esset,quid,& quantum pro alijs rebus retentis emptor, vel emphyteota soluere deberet, cum vnum pretium pro omnibus simul fuerit constitutum, & vt eleganter scribit Areti.consi.129.consultissime domine Collateralis, circa principiũ, posset tunc venditor vel dominus directus dicere se non fuisse venditurum vel in emphyteosim concessurum, nisi omnes res simul, quia pro parte non afferrent tantam vtilitatem respectu partis, quantum omnes respectu totius.l.si quis aliam.ff.de solu.l.quod si vno.ff. de in di. adiec. & vlterius quum plures res vnico pretio distractæ sint, non debet pretiũ particulari solutione diuidi.l. planè.ff. fam. hercis. &.l. tutor.§. Lucius.ff. de vsu not. in.l. quidam existimauerunt.ff.si certũ peta. Inuenio etiam hoc
28 glo.in.l.scio in verbo si maiori.ff.de integ.restituendo † vbi inquit, quod si minori vendita sunt plura certo pretio, & ipse dicens se deceptum in vna specie petat se restitui, potest tunc venditor petere vt à toto cótractu recedatur, cum minori pretio totaliter non dedisset, vel vnã rem sine alia vendidisset,allegat text.in.l.quod si vno.ff.de in di.adiec.& in.l. cum eiusdem.ff.de ædilit. edict. &.l.tutor.§.1.ff.de minori & leg. primam & secundam.C. si aduer. transac. Est ergo
29 contractus indiuiduus, & in indiuiduis † vtile per inutile vitiatur leg.1.§.item quæritur.ff. de aqua quotti. & æstiu.leg. si sponsus.§.generaliter &.§. circa venditionem.ff. de don. inter virum, & vxorem, glos. in.l. pecunia fœnebris.ff. de vsur. Ci. & ibi Sali.in.l. sancimus in principio.C. de donat. Bartol.in leg.græce.§.illud.ff. de fideiuss. Ange. & Imol. in leg.1.§. sed & si mihi.ff. de verbor. obligat. & quum plura
30 sint genera indiuiduorum † hoc est indiuiduum, non à natura,aut ratione formæ, aut necessariæ alicuius dependentiæ,sed indiuiduum ratione volũtatis leg. pedius.ff. de arbi. & tradunt Doct. in præallegatis locis. Ex his concluditur totam emphyteosim esse deuolutam ad dominum directum, & pro eo pronunciandum esse, & eo magis, quia in distrahendis partibus fundi accessit dolus,& fraus emphyteotæ, prout latè deductum fuit per præcedentem D.Consultorem, ad cuius scripta circa hoc vltimum me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius partem feudi sub cõmemoratione domini alienans,partem tantum amittit.*
2 *Emphyteota perempta re emphyteotica, non tamen in totum,an ad integrum canonem teneatur.*
3 *Contingens de facili, habendum est in consideratione.*
4 *Aestimatio fundi, non secundum numerum, & mensuram, sed secundum bonitatem & qualitatem fit.*
5 *Ager vectigalis,vel emphyteoticus, etiam inter socios, indiuiduus est.*
6 *Facta contra voluntatem partium, in deterius facta reputantur,etiam si in vtilius,& melius fiant.*
7 *Debitor vnius rei,aliam etiam rem meliorem,inuito creditore non potest soluere.*
8 *Actum quid sit,attenditur, etiam quod natura, & verborum figura repugnet.*
9 *Lex quantumcunq; dura, seruanda est.*
10 *Contractus auctor est Deus,iuramento interueniente.*
11 *Periurus magis peccat, quàm simplicis promissionis transgressor.*
12 *Iuramento contrauenien*s*, beneficio priuatur,non sic qui venit contra fidem promissam.*
13 *Dispositio.l. si quis maior.C.de transact. etiam in eo qui tactis scripturis tantum iurauit, procedit.*
14 *Consuetudo, alterare, & formam dare potest iuramentis.*
15 *Lex,& consuetudo quomodo differant.*
16 *Dispositio. leg. si quis maior.C. de transactio. non procedit in pœna legali, nec in promissione diuidua, intellige vt nume.17.*
18 *Emphyteota quomodo contractui contrauenire dicatur:*
19 *Pœna.l.si quis maior.C. de transactio. super quo fundatur, & an etiam in minimo defectu procedat. vide nume.20. & an in tacitis procedat num.22. & an contra vniuersitatem nume.26.*
21 *Contractus naturalia habẽtur pro expressis, infertur ut hic.*
23 *Iuramentum ad ea, quæ ex natura contractus veniunt, trahitur.*
24 *Iurans non alienare, nec per tempus annorum centum potest locare.*
25 *Iuramentum ad incogitata non extenditur.*
27 *Dispositio legis, à dispositione hominis differt, & quomodo differre cognoscatur.*

De materia præmissa. Cons. 480.



ONSVLTVS aliàs respondi in fauorẽ Domini directi contra emphyteotam qui partem emphyteosis alienauerat, quòd cadere debebat à toto emphyteotico contractu, duobus potissimum fundamentis, quæ in ip

ſo meo conſilio leguntur. Audio fieri difficultatem contra vtrunque fundamentum per Magni. Dominos auditores Rotæ Mantuanæ, ſeorſum tamen. Et primum contra primum fundamentum, dum dicebam quod illud, quod à pleriſque dicitur Doctoribus, emphiteotam cadere pro parte tantum alienata, procedere, quando emphyteota alienat rem emphyteoticam, tanquàm emphyteoticam non requiſito aliter conſenſu, quia tunc amittit tantum partem, quam alienauit, ſecus vbi alienat rem, quam tenet ſub emphyteoſi, vt ſuam propriam nulla Domini commemoratione, ſicut in caſu propoſito, quia totum amittit, ex quo contemnit perſonam domini, & contemptus perſonæ indiuiduus eſt (quis enim vnquam vidit, aut audiuit perſonam alicuius pro parte contemni?) & pro hoc adduxi multa, & inter cetera doctrinam Bartol. in hoc puncto magnifaciendam in l. quidam in iure. §. donationem. ff. de donationibus vbi clarè diſtinguit an quis delinquat circa bona, & tunc amittit tantum partem ita intelligendo tex. in l. reſcriptum. ff. de his quibus vt ind. aut circa perſonam, vt in illo textu & tunc amittit totum, quia perſona pro parte offendi non poteſt. l. vulgaris. ff. de furt. hæc eſt not. diſtinctio Bartol. Nunc Magnific. Do. Ricius obijcit, quod in illo text. ideo illud procedit, vt totum amittatur, quia inducebatur votum captandæ mortis, ex quo pars fuerat donata hæreditatis cognatæ viuentis. Hoc obiectum Dom. Ricij, aut non intelligo, aut nihil concludit, vel confirmat potius id, quod ego dico, nam in caſu. l. quidam in iure. §. donationem, non ex alio offenditur perſona, niſi ob hoc ipſum, quod ex donatione partis hæreditatis eius, qui viuebat, inducitur votum captandæ mortis, & ideo quia deliquit in parte circa perſonam, amittit totum, ſed ſecus eſt in caſu. l. reſcriptum. ff. de his quibus vt indig. de quo tex. Bartol. opponit, quia ibi non ſupererat perſona, quæ læderetur, quia mortua erat, ideo hæres ibi deliquit, & non vltra puniatur, & ita iſta eſt mens Bartol. nec id ignorauit Bald. qui in proprijs terminis quæſtionis noſtræ adducit text. cum ibi nota. per Bartol. in d. l. quidam in iure. §. donationem ita enim ipſe allegat in cap. primo colum. 3. verſ. quæro vtrum propter de alien. feud. quem etiam allegaui in conſilio, vbi etiam adduxi alias deciſiones facientes in ſpecie ad caſum iſtum, quas nullo modo aduerſarij poſſunt effugere, vt mihi videtur, & addo inſignem Doctorem modernum Pariſ. conſi. 14. deciſum, & iudicatum colum. ſecunda

1 lib. primo vbi † vult feudatarium, qui partem feudi alienauit, cadere à parte, duntaxat, ſi alienatio facta fuit ſub commemoratione domini, alias ſecus.

Circa aliud fundamentum, dum dicebam emphyteotam ex alienatione partis cadere à toto, non ſolum ſi emphyteoſis conſiſteret in vno continenti prædio, ſed etiam in pluribus rebus ſeparatis, vnico pretio, & in eodem contractu conceſſis, quia pars tantam non affert vtilitatem reſpectu partis, quantam totum reſpectu totius. fit difficultas per Magnific. Dom. Ludouicum Blancum, quia dominus ex alienatione partis nullum ſentit damnum, quandoquidem lucrabitur eam partem alienatã, & nihilominus emphyteota tenebitur ſoluere integram penſionem, perinde

2 ac ſi totum poſſideret, quod patet † quia emphyteota ſoluit integrã penſionem, etiam ſi res emphyteotica pereat, dummodo non totum. Ego credo, quòd Dom. Ludouicus iſtud dixerit magis tentandi gratia, quàm, quod iſtud

3 obiectum, eũ potuerit facere dubitantem † Nam id quod de facili contingere ſolet, habendum eſt in conſideratione, maximè ſi contingat ſecundum naturam. l. qui bona. §. communiter, & l. in hac. ff. de dam. infec. l. ſi idem cum eodem. §. quod ſi mutuæ. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. l. ſi quis domum verſicul. huic ſubiungit, & l. habitatores. §. fin. ff. locat. tradit in l. inter ſtipulantem. §. ſacrament. ff. de verborum obligat. ſi contingat igitur emphyteoſim reuerti ad dominum, vel finita linea, vel per non ſolutionem canonis, vel qui contingat emphyteotam iſtum, qui alienauit, decedere nullo relicto hærede, vel eo hærede, qui non ſit ſoluendo, vellem ſcire, an ſi dominus velit concedere reſiduum emphyteoſis non alienatum, poſſit tunc reperire, qui ſoluat integram penſionem perinde ac ſi tota emphyteoſis conceſſa fuiſſet. certè non reperiret, immò ne pro parte quidem tantundem reperiet, quantum ſi totum conceſſum fuiſſet: & iſtud eſt quod noſtri Doctores dicunt, quòd pars non tantam affert vtilitatẽ reſpectu partis, quantam totum reſpectu totius. Prædicta tantò magis procederent ſi iſte emphyteota alienaſſet prædia fertiliora, & ea quibus impoſita eſſent ædificia, ſicut præſupponitur, nam tunc conſtaret euidentius de damnno domini directi, quan

4 doquidem † æſtimatio fundi non fit ſecundum numerum, & menſuram, ſed ſecundum qualitatem, & bonitatem ſingulorum iugerum vbi fundus diuidi deberet, ſecundum Bartol. nota. in l. ſi ex falſis colum. fin. C. de tranſaction. & probatur in l. ſi quos, vbi etiam Bartol. C. de reſcind. vend. & in l. qui ſolidum. §. primo. ff. de lega. 2. & ſic eſt ſublatum obiectum. Confirmantur optimè præmiſſa per text. in l. communi diuidundo, in princ. ff. communi diuidun. vbi

5 habetur † quòd ſi plures poſſideant vectigalem agrum, nõ debet is ager in iudicio communi diuidũdo regionibus diuidi, ſed vni totus eſt adiudicandus, alioquin præſtationes confunderentur, & ſic conſiderat ibi iuriſconſultus, magnum incommodum fore domino ſi penſio ſcindatur, & vult etiam ibi iuriſconſultus, quòd emphyteoticus ager indiuiduus manere debeat, ergo idem de eo, vt de quolibet alio indiuiduo, eſt iudicandum. Præterea conſiderandum eſt, vt aliàs dicebam, quòd dominus directus poteſt dicere, vbi emphyteoſis conceſſa eſt plurium rerum ſeparatarum vnico contractu, & eodem pretio, ſe non fuiſſe conceſſurum illas res ſine alijs, vnde iſte contractus dicitur indiuiduus ratione voluntatis, & in indiuiduis vtile per inutile vitiatur, vt iuribus, & auctoritatibus plurimis oſtenſum fuit, quæ non repeto, quoniam non eſt meum eandem cantilenam ſæpius inculcare. Addam illud tantum

6 † quòd id, quod contra voluntatem contrahentis, dicitur fieri deterius, etiam ſi re vera melius ſit, & vtilius leg. fin. ff. de vſuris & l. habita. §. præterea ſi quis. Inſtitut. de actionibus. gloſſ. in cap. fin. in verſicul. meliores de conſuetud. in 6. Bartol. leg. 2. colum. tertia, verſicul. 2. opponit. ff. ſolut. matri. Roman. conſil. 163. conſtitutio curiæ circa princ.

7 vbi ex hoc infert † quod debitor, in vna re non poteſt ſoluere, in alia etiam meliore, inuito creditore, per tex. in d. l. fin. ff. de vſu & habitat. ideo cum de voluntate partium ſit contractus indiuiduus, poſtquàm vnico pretio, & eodem in contractu fuit celebratus, non eſt quærendum, an ſeparatio rerum, vel coniunctio ſit vtilis, vel inutilis, ſed contractus eſt habendus, vt indiuiduus etiam quòd agatur de eius reſolutione. l. ſi duos. ff. de contrahenda emptione cum

8 alijs concordant. & iſtud regulariter procedit † vt prius ſit inſpiciendum, quid fuerit actum, etiam ſi natura, & figura verborum repugnet. leg. fin. C. quæ res pugn. oblig. poſ. leg. in conuentionibus. ff. de verbor. ſignific. tradit Bald. in l. etiam per illum text. C. de iure dot. Poſtremo non omitto aliud fundamentum, quod breuiter attigi in conſilio, quod ex quo iſte emphyteota alienando partem emphyteoſis contrauenit contractum, quem iurauerat obſeruare, debet priuari commodo totius contractus, & rerum proprietate carere iuxt. vulg. diſpoſitionem. l. ſi quis maior. C. de tranſac. & ſi dicatur, quòd illa lex eſt dura, fateor

9 † attamen lex eſt ſeruanda leg. proſpexit. ff. qui & à qui. & vt inquit Auguſt. in cap. in illis. diſtinctio. quarta vbi leges inſtitutæ & firmatæ ſunt, non opus eſt iudicare de ipſis, ſed ſecundum ipſas, & ſimili ſententia vtitur Cicero in Rhetoricis, dum inquit, quod vbi accuſantur leges, hæc accuſatio huc tendit, vt mutatis opus ſit legibus, non vt his, quæ iam inſtitutæ ſunt, non pareamus. Sed nec admodum quidem dura eſt diſpoſitio d. leg. ſi quis maior. nam ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit leg. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. fun. & dicit Bald. in dict. l. ſi quis maior. 3.

10 nota. quod † vbi iuratur Deus eſt auctor contractus, item & teſtis. §. quantum in auc. quib. mod. nat. effi. ſui, nec immerito dicit text. in l. vni in princ. C. vt nemi. lice. ſign. ſal.

quod

quod cura diligẽs Imperatori est per omnia supremi numi-
11 nis religionem tueri, & † licet inter simplicem loquelam &
iuramentum non constituat Deus differentiam.c.iuramen
ti.22.quæst.5.tamen vt ibi dicit glos. magis peccat periurus,
quàm transgressor simplicis promissionis, quia maior illic
& expressior inest contemptus, cap. hortamur & cap.mo-
net. 22. quæst.2. & periuro maior etiam imponitur pœni-
tentia,cap.non afferamus.24.quæst.1.glos.in cap.penult.de
iur. iuran. & tradit Hostien. Ioan. And. & alij in cap.debi-
tores eod. titu. & dicit Rota decisio.138. Nota quod posi-
12 to in antiquis † quod veniens contra fidem promissam nõ
beneficio, licet veniens contra iuramentum priuari possit
cap. querelam de iur. iureiuran. cap. peruenit de fideiuss. &
periurij pœnas,ponit latè Bal. in l.2.C.de iureiur.vbi etiam
mentionem facit de.d.l.si quis maior . Nihil autem refert,
an dict. emphyteota promiserit obseruare contractum cũ
iuramento,vel cum clausula, quæ vim habet iuramenti, vt
dixi in prioribus scriptis : non repeto. Ostendi etiam ibi di
spositionem.d.l.si quis maior, procedere in contractu em-
phyteotico per no. decisionem Bald. in cap. quærelam de
iureiuran. Vlterius ibidem dicta confirmo,ex eo quod ele-
ganter scribit Curtius Iunior in d.l. si quis maior , vbi vult
13 † quòd dispositio . d.l. loquentis in eo , qui iurauit inuocato
Diuino numine,vel per salutem Principis, procedat etiam
in eo , qui iurauit tactis corporaliter scripturis , secundum
14 horum temporum consuetudinem, Præterea, quod † con-
suetudo potest alterare formam iurandi,& iuramentũ pre-
stitum secundum illam formã habet easdem vires , ac si es-
set prestitum secundum formam antiquam, & à iure indu-
ctam, vt communiter concludunt Cano.relati per Felin.in
cap. tuis colum.3. de testib. & in cap. fraternitatis col. pen.
eod. titul. Si igitur consuetudo nouam tradere potest for-
mam iuramentis, non video cur pariter non possit tribue-
re quibusdam verbis appositis in contractu omnes vires &
efficaciam iuramenti : & si hoc potest consuetudo , potest
15 idem decretum principis † quia lex,& consuetudo nõ diffe
runt , nisi quantum tacitum ab expresso , vt habetur in.l.de
quibus.ff. de leg. Hoc ergo vnicum fundamentum ad vi-
ctoriam sufficere arbitror .

Sed hic exoritur scrupulus,quia contra istud tertium fun
16 damentum , de iuramento obijcitur † quod dispositio.l. si
quis maior nõ procedit in pœna legali qualis est ea, quæ im
ponitur emphyteotæ alienanti,domino nõ requisito, item
quia iste emphyteota non promisit in indiuiduo non alie-
nare , ideo pœna.l.si quis maior,non procedit . Ad ista duo
respondeo. Et primo est aduertendum,quòd non confun-
do ego,nec commisceo pœnas duarum legum : istud enim
17 esset imperiti . Sed dico † quòd iste incidit in pœnam dupli
cem, vnam dum alienauit rem emphyteoticã domino in-
consulto , & sic incidit in pœnam.l. fin.C. de iure emphyt.
& licet partem tantam alienauerit , tamen cadit à toto. per
duo superiora fundamenta.Rursus dico,quòd ex quo con-
stituit se emphyteotam, & huic contractui emphyteotico
contrauenit, cum iurasset non contrauenire,cadit ab omni
commodo contractus ratione spreti iuramenti , & sic ha-
bet locum pœna.d.l.si quis maior,& istud est aliud caput,&
diuersum à superiori.Quod autem iste contrauenerit con
18 tractui, satis patet : non enim video , quomodo † emphy-
teota possit magis contrauenire contractui,quàm vbi alie-
nat rem emphyteoticam,nulla etiam facta domini mentio
ne, & ad hoc adduxi prius Bal. hoc dicentem in.l.ædem co
lum.penul.versic. quæro qualiter, & in.l.si quis conductio-
19 nis.2.oppo.C.loca. † Pœna autem dictę legis si quis maior,
fundatur super ea clausula, qua promittit non contrauenire
cõtractui,vt per glo.in d.l.si quis maior , in verbo iudicem,
20 quam ibi sequuntur Bartol.Bald.& ceteri † & habet locum
etiam si contrauentũ fuerit in minimo, vt moderni ibi pro
sequuntur, nec aliquid facit, quòd non promiserit alienare,
quia immo cum facit se emphyteotam,& recognoscit do-
minum pro illis terris & per consequens, tenet eas sub em-
phyteosi , dicitur satis contrauenire promissis , si deinceps
eas,vt proprias alienat,vt patet ad sensum.Præterea cũ non
alienare sit de natura contractus , id etiam intelligitur pro-
21 misisse, quia † ea quæ sunt de natura cõtractus,pro expres-
sis habentur vt Bald.scribit in.l.in vendendo.ff.de contrah.
emption. Pro hoc facit text. in.l. cum quid.ff.si cer. pet.vbi
in datione mutui etsi illud recipiens nõ caueat de restituen
do tantundem in genere , attamen pro cauto habendũ est,
& illud text. not. ibi Bartol. Bald. & Paul. de Castr. & reli-
qui, quod ea , quæ sunt de natura contractus habentur pro
expressis , & dicit ibi Ias. in secunda lect. quod in his, quæ
sunt de natura contractus , par est virtus taciti & expressi ,
nam ideo,secundum eum,non exprimuntur, quia cum in-
sint ex natura contractus, expressio eorum nihil plus opera
retur.l.non rectè C.de fideiuss.

Videndum est autem nunc vtrum iuramentum præsti-
tum super contractu. trahatur non solum ad expressa , sed
etiam ad hæc tacitè promissa venientia ex natura contra-
22 ctus , & per consequens vtrum † in eis procedat pœna.d.l.
si quis maior,& licet in specie decisum nõ reperiam per ali
quem Doctorem , nec antiquum , nec modernum in.d.l.si
quis maior,quamuis plurimi in illius.l. interpretatione ela-
borarint,tamen teneo, ꝙ dispositio.d.l. si quis maior, pro-
cedat etiam , vbi quis contrauenit his, quæ tacitè insunt ex
natura contractus. Nam,vt Bar.dicit in.d.l.cum quid.in sua
distinctione, ea,quæ veniunt ex natura contractus haben-
tur pro expressis , quia ita actum videtur esse inter partes,
23 † iuramentum autem licet sit stricti iuris , tamen extendi-
tur ad id,quod actum fuit,& verisimiliter cogitatum,vt est
glos. in cap.pen.de iure iur. Hinc dixit Abb. in c.intellecto
24 in fine de iureiu. † quod iurans non alienare,non poterit lo
care per centum annos,licet illa locatio sit impropriè aliena
tio,& demum, ꝙ iuramentum extendatur ad ea, quæ sunt
de natura contractus , est tex.in.l.si duo patroni.§.si quis iu
rauerit.ff.de iureiu.& ibi omnes notant : & vbi iuratur, suf-
ficit,quod de eo sit in genere cogitatum, vt iuramento con
trahens ligetur , vt vult Bartol. clarè in l.2. versicu. quæro
quid si minor.C.de rescin. ven. vbi inquit quod illud, quod
25 dicitur †iuramentũ non extenditur ad id quod non fuit cõ-
gitatum.l.fin.C. de non num. pec.&.l. fin.ff. qui satisd. cog.
procedit vbi nec in specie, nec in genere fuit cogitatum, se
cus vbi saltem generaliter fuisset cogitatũ,nam ex eo,quod
iurat quis super facto,uidetur iurare super omni iure descẽ-
dente ex eo contractu,allegat text.in.d.l.si duo patroni.§.si
quis iurauerit.ff.de iurei.Et hoc etiam sequitur ibi Ang.di-
cens quod iuramentũ continet etiam ea, quæ implicitè fue
runt cogitata per tex.in.l.duobus.§.si quis iurauerit,&.l.vl-
timam.ff.de iureiur. Idem etiam dicit Bart. in.l. secundum
col.secunda versic.iuxta prædicta quæro.ff. de verb. oblig.
cum concord. adductis ibi per Moder. Cum igitur iurans
non contrauenire,sed seruare contractũ, intelligatur iura-
re super omnibus,hoc est super his quæ sunt de natura con
tractus,& ex contractu descendunt,non video cur non in-
telligatur pariter esse periurus cõtraueniendo his, quæ sunt
de natura contractus . & si est periurus , cur non habeat in
eo locum dispositio,d.l.si quis maior, quæ quamuis sit pœ-
nalis, tamen latè venit intelligenda, quum inducta sit odio
rationabili contra periurum, in fauorem animæ, quoniam
huc respicit,vt timore pœnarum iuramenta seruentur.iux.
not. in auct. sacramenta puberum.C.si aduer. vend.& latè
prosequitur Ias. in d.l. si quis maior colum. secunda vbi ex
26 hoc infert , † quod dispositio illius.l.procedit in vniuersita-
te,quæ est persona ficta.l.mortuo.ff.de fideiuss. Nec prædi-
ctis refragatur Andreas Alc. Docto. Modernus in.l.quar-
ta.§.Cato.ff.de verbor. oblig. immo suffragatur, dum tra-
ctans quomodo discernatur dispositio.l.à dispositione ho
27 minis concludit , † quòd vbi lex aliquid inducit propter
præsumptam mentem contrahentium,cui ex pacto renun
ciari possit, illa dicitur dispositio hominis , & non legis.l.
quod si nolit.§. quia assidua.ff. de ædil. edicto , Hæc dicta
sint ex abundanti , quia iste contrauenit his , quæ expressè
promisit , nam cum receperit illas terras in emphyteosim,
mihi videtur de directo contrauenire conuentis , quum
eas vt proprias alienauit .

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota deteriorans rem, potest expelli, maxime quando rem ad meliorandum accepit.*
2 *Colonus in re conducta male versans, potest expelli, & n. 8.*
3 *Emphyteota cedens arbores fructiferas, dicitur rem deteriorare, ita quòd potest expelli, Amplia. vt num. 4. intellige vt nume 9.*
5 *Deterioratio quanta esse debeat, vt possit emphyteota expelli. & nume. 7.*
6 *Minori pro minimo non datur restitutio in integrũ, nec contractus pro minimo rescinditur & nu. 10.*
11 *Dictio, aliquid, ad minimum etiam refertur.*
12 *Minor aduersus lucrum omissum etiam minimũ restituitur.*
13 *Grauius est damnum pati, quàm lucrum non sentire.*
14 *Emphyteota, qui rem meliorare promisit, vi pacti, ob leuem deteriorationem expelli potest.*
15 *Feudatarius paciscens expresse non alienare feudum, illud subinfeudare non potest.*
16 *Prohibitio noua, addita ueteri prohibitioni, ueterẽ ampliat.*
17 *Prohibitio alienationis expressa, addita prohibitioni legali operatur, vt in casibus etiam à iure permissis alienatio non fiat. infertur vt num. 18.*
19 *Conductor domus, cum pacto, vt etiam quòd dominus domo indigeat, non expellatur, expelli nequit.*
20 *Negatiua magis destruit, quàm ponat affirmatiua.*
21 *Indefinita hominis de sermonis proprietate, non æquipollet vniuersali, nisi negatiuè proferatur.*
22 *Dispositio. l. si quis maior. C. de transact. etiam in minimo procedit.*
23 *Iuramento contraueniens cõtractui periurus est, & pœnas d. l. si quis maior incurrit.*

Super eodemmet facto. Cons. 481.



1 NON relinquitur probabilis dubitatio, quin emphiteota † qui deteriorauit rẽ emphyteoticã expelli possit, quia tex. est clarus in authen. qui rem. C. de sac. sanct. eccles. qui licet loquatur in emphyteota ecclesiæ, idem tamen est dicendum in emphyteota priuati, quum eadem sit ratio, vt dicit ibi Ci. post Petr. & sequuntur Bald. Sali. & Pau. de Cast. ibidem adducentes etiam simile de co
2 lono †, qui expelli potest, quando in re conducta male versatur l. ædem. C. locati. l. quæro. §. inter locatorem. ff. eo. tit. ergo multo magis idem dicendum in emphyteota, qui suscipit rem ad meliorandũ, quasi deficiat in eo, propter quod rem suscepit, & dicit Bald. in l. diuortio. §. si fundum. ff. solu.
3 mat. quod emphyteota † qui cedit arbores fructiferas, potest expelli, quia facit rem deteriorem, per tex. in d. authen. qui rem, & subdit se ita dixisse in quæstione facti, Et ita reperio etiam voluisse Bal. cons. 290. vulgare est in fin. lib. se-
4 cundo: Vbi etiam dicit, † quòd propter succisionem arborum fructiferarum, & non germinantium substantia deterioratur, & enormiter læditur, & credo quod emphyteota iste, de quo nunc pendet iudicium, huius etiam culpæ reus arguatur, & ita tenendum videtur, quicquid dicant Imo. & Ro. in d. §. si fundum, quos improbat ibi Alex. qui etiam sequitur prædicta consil. 118. In casu, de quo quæritur circa principium lib. 5. Idem etiam latè tenet And. Sicu. cons. 36. Sapienter scripsit secundo dub. lib. 2. Sed hic exoritur ma-
5 ius dubiũ, † quanta debeat esse deterioratio, vt expelli possit, & Bal. in d. auth. qui rem dicit, quòd deterioratio debet
6 esse notabilis, quia pro modico † non datur recisio contractus, l. scio. ff. de integ. restit. & ante Bald. hoc voluit ibi Ci. post Petr. in prima q. per text. in dict. l. scio, & sequitur hoc etiam ibi Paul. de Castr. & reliqui scribentes. idem etiam voluit Bald. in l. ædem col. pen. vers. quæro qualiter intelli-
7 gatur. C. loca. vbi etiam dicit stari arbitrio † iudicis, quæ dicatur magna vel modica deterioratio, quod etiã tenuit Ci. in d. auth. qui rem, prima q. & tenet etiam Alex. præallegato cons. 18. colum. 3. dicit quoq; Alb. de Rosa. in d. l. ædem
8 col. fi. quòd † conductor, qui malè versatur in re, si rem deteriorauit, de eo quod erat tempore conductionis, expelli potest, quod tamen debet intelligi, si multum deteriorauit, puta arbores excidendo. l. in fraudem. §. conductores. ff. de iure fisci. l. si merces. §. culpæ. ff. locat. & in emphyteota
9 † qui tantum duas arbores succiderat, vt ob hanc succisionem expelli nequeat, tanquam modica sit deterioratio tradit Ias. consi. 17. in primo dubio prima facie lib. primo. In contrarium tamen facit, quia istæ decisiones sumunt fun-
10 damentũ ex tex. in d. l. scio. qui ad hoc solet allegari † quòd pro minimo damno minor nõ restituitur, & sic non datur pro modico damno rescisio contractus: tamen ille tex. nõ probat propter varias lecturas, vt patet ibi in glo. in verb. si minori, & in oppo. quòd minor pro modico damno restituatur, est tex. in l. minoribus 25. annis. ff. de minoribus, vbi minoribus conceditur restitutio, quoties de bonis eorum
11 aliquid diminuitur, nam illa dictio, aliquid, † ad minimum etiam refertur. l. si seruum. §. ait prætor. ff. de acq. hæred. vbi
12 Barto. no. præterea † etiam aduersus omissum lucrum minorem restitui, etiam si illud lucrum sit minimum. l. deniq. §. si quid minori, ibi si aliquid legatum fuerit. ff. eod. tit. pon
13 derando illam dictionem, aliquid, & tamen † grauius est damnum pati, quàm lucrum non sentire. l. fin. §. licentiam C. de iure delib. hoc idem suadetur, quia in quibusdam casibus specialibus, lex requirit grande damnum minoris, vt restitui possit, vt patet in l. si ex causa in prin. & l. penul. ff. de mino. & l. secunda. C. si aduers. vend. pig. ergo in contrariũ est ius commune. l. ius singulare, & l. quod verò contra. ff. de leg. aliqui distinguunt vt pro modico damno detur restitutio, sed non pro minimo, ita intelligentes tex. in d. l. scio, qui ita videtur loqui, vt patet ibi, vel propter satis minimã rem vel summam. Non tamen intendo principaliter super hoc in præsenti casu me fundare, quia non est tutum in iudicando & consulendo à communi maiorum nostrorum sententia discedere: sed capio fundamentum contra istum
14 emphyteotam † ex instrumento emphyteosis in ea parte vbi dicitur, quæ bona conceduntur ad meliorandũ, & non peiorandum, nam ista verba debent etiam intelligi de leui deterioratione, vt pactum aliquid operetur. cap. si Papa de priuile. in 6. & quia in contractibus nullum verbum etiam minimum superfluum esse debet vt Bald. scribit in rub. C. de contrah. emp. q. 9. quod bene etiam comprobatur ex eo quod Bal. tradit. in ca. 1. §. præterea de cap. Conra. vbi vult.
15 quòd † si feudatarius expresse paciscatur de non alienando feudum, non poterit illud subinfeudari, sicut alias potuisset, vt pactum aliquid operetur iux. not. per glos. fin. in l. sed si
16 quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. Item quia † quando prohibitio noua additur prohibitioni veteri, habet illam ampliare iux. not. per. Doct. in l. prima. §. nunciatio. ff. de nou. op. nunc. & in. §. sanctissimas in auth. de alien. & emphyt. & hanc decisionem sequuntur ibi Iac. Alna. & Præpo. & Iacobi. in sua inuestitura in verbo cum pacto de nõ alienan. circ. princ. & Alexan. consil. 93. Repetitus in causa colum.
17 fin. lib. 7. & vlterius † quòd prohibitio alienationis expressa addita prohibitioni legali operetur, vt alienatio fieri non possit etiam in casibus à iure permissis, tenent Cuman. & Imo. in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. primo, post Bar. ibi. adducentes pro hoc tex. in d. §. sanctissimas, iuncta. l. secunda. C. de vsuc. pro emp. & sequitur Alex. in d. §. diui. colum. 1. vbi etiam pro hoc adducit glo. in cap. verũ in verbo debeat de cond. op. & Bal. in l. prima. 7. oppo. C. de pactis, & in l. quotiens. C. de fideic. & istud est etiam quod voluit Sali. in l. ea
18 lege 7. oppo. C. de cond. ob. cau. vbi, inquit, † quòd si mulier fecit pactum cum viro, ne fundum dotalem alienet, istud pactum operatur, vt non possit alienari, etiam in casibus à iure permissis, ex quo prohibitio hominis concurrit cum prohibitione legali, & duo vincula vno sunt fortiora, in authentic. de consangu. & vter. fra. in princ. & §. sed hodie Inst. de

Inst.de adop. Vnde in proposito dicēdum, quod cum emphyteota prohibeatur à lege deteriorare rē emphyteoticam, vt habetur in d.auth. quia rem, & huic tacitæ prohibitioni legali addita fuerit expressa prohibitio hominis, non poterit deteriorare rem emphyteoticam, etiam modicè, sicut antea potuisset absque eo, quod caderet à toto cōtractu, tum vt pactum aliquid operetur, tum etiam, quia hic duplex intercessit prohibitio, quæ etiā includit casus speciales alias à iure permissos. Accedat prędictis, quod Ang.
19 scribit in l.ædem.C.locati, vbi vult † ꝙ si inter locatorem & conductorem conuenit de non expellēdo tempore conductionis, nō poterit deinceps auferri domus propter necessitatem habitandi, quia illa verba de nō expellendo debent aliquid operari.l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.& arg.tex.in.l.si quando.ff.de lega.1.& istud dictum Ang. refert & sequitur Dec.in cap.quæ in ecclesiarum col.pen.de constitut.& considerandum est ꝙ in casu Ang. verba erāt generalia de non expellendo, in casu autē nostro fuit specificè promissum de non deteriorando, vnde adhuc magis debent operari, ita vt quælibet deterioratio censeatur prohibita, etiam ea, quæ secundum iura communia non fuisset in consideratione. Præterea quòd ex pacto fuerit prohibita deterioratio quamuis minima, ostenditur, quia fuit
20 facta per verba negatiua de non deteriorando, † negatiua autē magis destruit, quàm affirmatiua ponat. glo.in.l.hoc genus.ff.de conditio.& demonstratio.& patet ad sensum, secundum Imol.ibi, quia si dico Titius est artifex, sufficit quod in vna specie sit artifex, si autem dico Titius non est artifex, nego omnem speciem artificij, hinc etiam inquit Fulgo.in.l.iuris gentium.§.sed si fraudandi.ff.de pac.quod
21 licet † regulariter indefinita hominis non equipolleat vniuersali de proprietate sermonis.l.si seruitus.ff.de seru.vrb. prædi. tamen vbi profertur negatiuè æquipollet propriè vniuersali, vnde ista propositio nullus faciat, æquipollet isti nullus quicunque sit: refert & sequitur Felin.in cap.secundo in fin.de treg.& pac.Dom.in c.vt circa de elect.in 6. Si igitur iste emphyteota aliquam deteriorationem fecit, falsum est illud non deteriorasse, vbi enim sumitur aliquid ex vniuerso, si vnum falsum est, totam orationem falsam efficit, vt inquit iurisconsultus in.l.si is qui ducenta.§.vtrū.ff. de reb.dub.ex prædictis concluditur, quod propter illam deteriorationem illicitam succumbere debet in totū, quia qui male versatur in vna re conducta, cadit à tota conductione, Bal.in.l.ædem circa fin.vers.sed quid si ex pluribus. C.locat.quem sequitur Alex.in d.consi.118.col.1.lib.5.& And.Sicul.in latè præallegato consi.36.secundo dub.lib.2. Ias.in.l.si quis ita.§.ea.l.col.fin.ff.de verb.obli. Non omitto etiam quod iste emphyteota, qui cum iuramēto promisit nō deteriorare, incidit in pœnas.l.si quis maior.C.de trāsa.
22 nec excusatur si dicat se in modico deteriorasse, quia † dispositio.d.l.si quis maior, procedit etiam si contrauentum fuerit tantum in minimo, vt ibi Curt.Iunior dicit in summario, & Parpalia 11.q.& nouissime Hiero.Cagn.in copiosa repet.illius.l.& hoc etiam bene comprobatur, ex his, quæ scribit Paulus de Castro consil.176. Videtur ꝙ prædictus columna secunda, libro secundo cuius dicta breuitatis gratia nō refero. Pręterea istud ostenditur in casu nostro, concludenti (vt opinor) ratione. Nam non dicunt Doctores, quod emphyteota deteriorans modicè rem emphyteoticam non contraueniat contractui, sed tantum dicunt quòd non potest expelli, quia pro modico damno non datur rescisio contractus, & quòd contraueniat illud ostendit, quòd tenetur ad interesse, vt declarat Paulus de Cast.in dict.authen.qui rem. & sequitur Ias.in cons.ante
23 allegato. Si igitur † contrauenit contractui, & contractus est iuratus, effectus est periurus, & periurus ratione contractus incidit in pœnas.d.l.si quis maior. Et ex istis contra emphyteotam pronunciandum videtur, iste est emphyteota, qui etiam nonnullas res emphyteoticas, vt proprias alienauit, cōtra quem bis antea scripsi, qui maiori est odio dignus, propterea, quòd in eodem contractu multipliciter deliquit.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota expulsus à re emphyteotica propter rei deterioratione, an meliorationem cū deterioratione cōpensabit.*
2 *Damnum non contingens casu, sed culpa gestoris, non compensatur cum lucro.*
3 *Emphyteota arbores fructiferas, alijs substitutis, cædere potest.*
4 *Clausula in fine posita ad omnia præcedentia refertur, vbi nulla potest reddi ratio, cur potius ad vnum quàm ad aliud referatur.*
5 *Legis à scripto nō est recedēdū, per subauditos intellectus.*

Super præmissa facti specie. Cons. 482.

1 IRCA id quod queritur † vtrum emphyteota, qui expellitur ex eo, ꝙ rem fecerit emphyteoticam deteriorem, possit compēsare deteriorationem cū melioramētis, & forsitan prima facie videretur dicendum, ꝙ possit, ex his quæ scribit insignis Doc.Moder.Philip.Dec.in auth. qui rem 6.not.C.de sacrosan.eccl.vbi hoc videtur amplecti, quia secūdum eum, satis est, ꝙ fundus in eadem æstimatione reddatur, per not.per Bald.in.l.si inter in fin.C.de iur.dot.adducit etiam text.in.l.in fraudē.§.conductor.ff.de iure fisci, ibi non substitutis alijs, & quod per illum text.scribit Paul.de Castro & Alex.in.l.diuortio.§.si fundum col.1.ff.soluto matr.& ad illum tex.qui videbatur facere in oppo.vbi dicitur, ꝙ emphyteota perdit melioramenta, respondet, ꝙ ille tex.potest referri ad id, quod proxime dictum est de cessatione solutionis, vel intelligitur quando melioramenta excederent deteriorationem. Præmissis tamen non obstantibus, contraria sententia, de iure mihi videtur verior, videlicet ꝙ melioramenta non compensentur cum deterioratione, Primo quia de hoc est tex. planus in d.auth.qui rem, vbi dicitur ꝙ emphyteota qui deteriorem emphyteosim fecit, vel canonem non soluit, resarcire debet dānum, & nihilominus meliorationes repetere non potest, & respōsiones, quas ad illum tex.Dec.conatur adducere, nullatenus procedunt, vt inferius dicetur. Nec dicatur quod ille tex.loquitur in emphyteosi ecclesię, quia id, quod ibi dicitur, procedit etiam in emphyteosi priuati propter identitatem rationis, quæ vtrobiq; militat, vt ibi vno ore omnes scribentes asserunt. Secundo ad idem facit tex.in.l.2.C.de iur.emphyteot.vbi emphyteota, qui expelli potest ab emphyteosi, non potest aliquid allegare nomine meliorationis, sed si posset compensare meliorationes suas cum dānis, hoc nihil aliud esset, q̄ meliorationes suas allegare, quarum nullam esse habendam rationem lex statuit, prohibēs earum allegationem: & licet ille tex. loquatur in emphyteota, qui cessauit in solutione, tamen procedit etiam in eo, qui deteriorauit rem emphyteoticā, quum grauius sit delictum in committendo, q̄ in omittendo, vt in terminis post Petr.voluit Cin.in d.auth.qui rem, quem ibi sequitur Sali. Et si obijciatur, ergo Dominus directus lucrabitur cum aliena iactura. Respondet ad hoc glo.fi.in d.auth.qui.rem, ꝙ ex culpa sua sentit ille iacturā, & sibi habet imputare.l.ꝙ quis.ff.de reg.iur. ca.damnū de regu.iur.in 6.& vt ibi etiam dicit Paul.de Cast.istud quod emphyteota non soluens canonem vel deteriorans rem, meliorationes amittit, est loco pœnæ. Tertio bene seruiūt prædictis verba Salic.in d.auth.qui rem penul.quæst.nam quærit ibi Salic.quia in illo tex.fit mentio qualiter emphyteota deteriorauit rem & meliorauit, quomodo possūt ista simul stare? Respondet, ꝙ habendo respectum ad totam rem non potest vtrumq; concurrere, quod sit deteriorata & meliorata, sed bene respectu diuersarum particularum, quia eadem res in vna parte potuit effici deterior, & in alia melior, & ita intelligit procedere illum text.& sic ibi Salicetus sentit. quod vbi in diuersis rebus illatū est damnum, & melio-

& melioratio facta, non potest dici quin res sit effecta deterior, & per consequens nõ procedat dispositio illius auth. qui rem, quæ vult meliorationes amitti. Quarto hoc idem est de mente Paul. de Cast. in d. auth. qui rem, vbi summando illum tex. dicit. Emphyteota deteriorans rem, vel non soluens canonem per biennium, quatuor pœnis hic cõtentis punitur, quia potest expelli, & sic amittit vtile dominiũ. Item nihilominus soluit, quod soluere debebat pro præterito. Item damnũ seu interesse refundit. Item melioramenta nõ repetit. Ecce ꝙ Paul. de Cast. ibi loquitur disiunctiuè de eo, qui deteriorem rem fecit, vel canonem non soluit, & vult vtrunque pro pœna amittere melioramenta, si autem emphyteota qui deteriorauit, posset compensare melioramenta cum deterioratione, non pateretur istam quartam pœnam amissionis melioramentorum, sed in eo tantũ puniretur quod damnum resarciret, quia melioramenta cederent loco damni. Quinto adduco Bal. in l. ædẽ. circa fin. C. loca. vbi vult ꝙ si colonus, vel inquilinus ex pluribus rebus vnam meliorauit, alteram deteriorauit, nõ fiat compensatio, sed si in eadem re in vna meliorauit, in altera deteriorauit, fit compensatio cessante dolo. Adducit nonnulla iura,
2 quæ mox adducẽtur. Sexto facit, quia regulariter † vbi damnum non contingit casũ, sed culpa gestoris, & administratoris, tunc non fit compensatio damni ad lucrũ. l. de illo. §. fin. & l. & ideo. ff. pro socio: tradit glo. in l. si negotia in verbo lucrum. ff. de nego. gest. q̃ sequitur ibi Bart. Bald. Angel. & Paul. de Cast. & Bar. in l. si quis negotia in fin. ff. eod. titu. Vltimo ꝙ emphyteota qui partim rem emphyteoticã deteriorem fecit, partim reddidit meliorem, non compenset melioramenta cum dãno, adeo ꝙ non solum cadit ab emphyteosi, sed etiã amittit meliorationes, tenet Ias. in d. authen. qui rem colum. 3. & consuluit etiam pro hac parte, vt apparet eius cõsi. 17. quod incipit, in primo videretur dicendum circa fin. Huic conclusioni non refragantur quæ adducuntur in oppositum. Et primo non obstat, dum dicitur, ꝙ satis est, ꝙ fundus reddatur in eadem æstimatione per not. per Bald. in l. si inter. in fin. C. de iure dot. quia termini de quibus ibi loquitur Bald. longè differunt à nostris. Nam ibi mulier dederat fundum æstimatum pro certo pretio, pacto apposito, quod sub eadẽ æstimatione redderetur, quærit ibi glo. ꝙ si fundus ille fuit deterioratus in substantiali qualitate seu intrinseca bonitate, tamẽ propter temporum conditionem tantum valet, quum restituitur, quãtum valebat tempore, quo fuit viro traditus, vtrum illius deteriorationis sit habenda ratio: & dicendum est secundum glo. quod non, quia solum pretium conuẽtum, & taxatum debet attendi, nec vltra quicquam potest peti, & glo. sequitur ibi Bald. attento, ꝙ super bonitate extrinseca formatus est contractus stipulationis, vnde consideranda est magis bonitas extrinseca, q̃ intrinseca, Bald. ergo fundat se ibi super formula pacti, per quod tãtum ad bonitatem intrinsecam inter contrahentes habitus fuit respectus, ꝙ non procedit in contractu emphyteotico, in quo emphyteota nõ debet in aliquo deteriorare fundũ in bonitate intrinseca, imo ex natura contractus debet eũ reddere meliorẽ, & sic ex vno ad aliud non põt, nec debet fieri illatio ꝑꝑ dissimilitudinẽ, quæ inter vtrunque casum intercedit. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Præterea Salic. ibi non tenet glo. quãdo nõ casu, sed culpa mariti contigisset deterioratio, puta quia arbores incidit, vineas extirpauit, domos diruit, quanquam in hoc non est laborandum, quia posito quod præcedens opinio esset vera, nihil tamen ad rem. Non obstat, quod dicitur de
3 emphyteota † qui potest arbores fructiferas cædere alijs substitutis, vt probat tex. in d. l. in fraudem. §. conductor à contrario sensu. ff. de iur. fisc. quia istud est intelligendũ, secundum Paulum de Cast. in d. l. diuortio. §. si fundũ, quando arbores sunt vetustæ, ita ꝙ melius sit, & vtilius fundo eas excidere & nouas substituere, & hoc sequitur ibi Alex. & idem tenet Ang. in l. si colonus. ff. arborum furt. cæs. vnde eo in casu non cadit ab emphyteosi, Nec alias suas meliorationes amittit, quia nõ dicitur tunc deteriorem fecisse fundi conditionem, sed meliorem, casus autem noster ponitur in emphyteota, qui fundum deteriorauit. Præterea potest dici, quod vbi emphyteota loco succisarũ arborum substituit nouas, dicatur in eadem re damnum, & meliorationem attulisse, & tũc de damno ad melioratione fit compensatio, seu magis propriè loquendo calculatio, & computatio, secundum Bart. in d. l. si negotia, & vult hoc idẽ Bald. in d. l. ædem, superius adducta: sed vbi damnum, & melioratio, contingunt in diuersis rebus, tunc non datur compensatio, secundum Bart. & Bald. vbi supra, in quo casu nos sumus. Non obstant responsiones Dec. ad text. in d. auct. qui rem, vbi de hac quæstione videtur esse casus. Et primo dũ dicit, quod id, quod ibi in eo text. dicitur, dum loquitur de amissione melioramẽtorum, potest referri ad emphyteotam, qui cessauit in solutione canonis, vt ille tantum patiatur hanc pœnam: quia dico quod istud est contra communem Doctorum intelligentiam qui intelligunt illum text. dum loquitur de amissione meliorамẽtorum, etiam procedere in eo, qui rem deteriorem fecit, vt patet ex dictis Salic. & Paul. de Castr. ibi superius relatis: Hoc etiã apertè patet ex dictis Cin. post Pet. ibi dum vult, quod sicut emphyteota non soluens canonem, amittit meliorationes, ita etiam qui rem deteriorem fecit, quum maius sit delictũ in committendo, quàm in omittendo, Et ex hoc soluitur ar-
4 gumentum Decij, quia † clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia vbi nulla potest reddi ratio, cur ad vnũ magis referatur quàm ad aliud. l. 1. & ibi glo. Bart. & oẽs. C. de lib. præt. Sed in casu nostro non modo par, sed etiã maior est ratio, cur ꝙ dicitur in d. anth. qui rem in fi. de amissione melioramentorum referatur potius ad deteriorãtem emphyteotam, quàm ad non soluentem. Alia etiã responsio Decij non procedit, dum intelligit illum text. quando melioramenta excederent deteriorationem, vt in illo tantum excessũ ea amittat, quia hæc responsio non caret manifesta diuinatione: nihil enim tale aliquid dicitur in illo text. qui indistinctè, & generaliter loquitur, nec ibi de ex-
5 cessu aliqua fit mentio † vnde à scripto legis recedere non possumus ꝑ subauditos intellectus. l. ꝓspexit. ff. qui & à quibus. l. de pretio. ff. de pub. l. 1. §. & gñaliter. ff. de lega. præstã.

SVMMARIVM.

1 *Legatum annuum debetur ex primo testamento non reuocato, sed in quibusdam reformato per secundum testamentum.*
2 *Testator mandans, omnia in primo testamento contenta valere, ea descripsisse in secundo censetur, ita vt per fideicommissum debeantur.*
3 *Testator confirmans primũ testamentum in secundo, reducit primum testamentum ad codicillarem causam.*
4 *Voluntas prima, in non reformatis, remanet forma, etiam quod aliquid de contentis in priore voluntate, per secundam reformetur.*
5 *Verbũ non nego inducit confessionẽ, sicut verbũ non cõtradico importat approbationem: intellige vt hic & nu. 6.*
7 *Notarius censetur apposuisse in instrumento de consensu partium, quicquid in eo reperitur descriptum: intellige vt nume. 8.*
9 *Verbum reuocãdo præcedens testamentũ, quã vim habeat.*
10 *Verba deliberatiuè coram testibus, & per scripturam prolata disponunt.*
11 *Verba vltimæ voluntatis, sunt ita intelligenda, vt aliquid operentur.*
12 *Voluntas, præsertim vltima in suspenso esse non potest.*
13 *Reformare, & in totum tollere, differunt.*
14 *Mutatio voluntatis non præsumitur.*
15 *Voluntas testatoris, ex coniunctione sanguinis cũ Legatario interpretatur idem in fideicommisso, vt num. 16.*
17 *Duo plena stare simul non possunt.*
18 *Testamentum, & Codicilli idem censentur. amplia. vt nume. 19.*

Super materia præsenti sunt inferius consilia sub numero sequenti, Cons. 483. & 527.



RAECLARE admodũ & eleganter præsens cõsultatio absoluta est per præstantissimum Iurisconsul. Franciscum Buccamaior Mãtuanum, vt vix supersit quod adijci queat. Quamobrem nõ paruis angustijs detineor, quũ mihi videam scribendum post eũ, qui omnia loca, quæ necessaria sunt in præsentis controuersiæ discussione, præoccupauit, & eruditissimè peragrauit. Attamen vt amico responsum meum efflagitanti aliqua ex parte satisfaciam, iisdem insistẽs vestigijs, quæ ille prius calcauit, hæc pauca subijciam, per quæ ostendetur conclusionem per eum firmatam in fauorem legatariæ esse iuridicã, prout etiam alias perpenso cõtrouersiæ genere, dum Mantuæ agerem, visa fuit. Omnis nanque præsentis quæstionis difficultas, prout etiam per præcedentem D. Consultorem relatũ fuit, consistit in illis verbis prolatis per Mag. D. Testatorem in testamẽto secundo Veneto, dum in eius præfatione dicitur: non reuocando tamen primum testamentũ, Mantuæ conditum, sed reformando vt in hoc continetur: Horum etenim verborum interpretatio, & si pateat, tamẽ vt de ea aliquid dicatur, hæc est: ꝙ testator nõ intendit reuocare eius primum testamentum Mãtuanum, & per consequens vult firmum manere reformato tamen eo in qui-
1 busdam † Vnde potest dicta legataria illud annuum legatum sibi factũ in priore testamento petere, quia habet pro
2 se duas firmissimas iuris conclusiones: vna est, quod † vbi testator in secundo testamẽto, vult primum valere, omnia quæ in primo testamento relicta sunt, censentur in secũdo descripta, & ea in vim fideicommissi debentur. l. posthumus. §. si paganus. ff. de iniusto rup. l. si quis priore. ff. ad Trebell. §. si quis priore Instit. quib. mod. testam. infir. ad idem etiam bonus text. in l. 1. C. de codici. vbi rupto testamento agnatione posthumi. Si deinceps corã quinque testibus illud testator confirmauerit, valebit testamentum iure codicillorum, & dicit Ang. in consi. 158. testator fecit colum. 1.
3 quod vbi dixit † testator se confirmare primum testamentum in secundo, fit reductio primi ad causam codicillarem d. l. si quis priore & l. quærebatur in principio. ff. de testam.
4 milit. Alia etiam iuris est conclusio ꝙ † vbi priore voluntate aliquid reformatur per secundã, voluntas prior firma remanet in non reformatis. l. tribunus. §. cum aliquis. ff. de milita. testament. l. alumnæ. §. qui filiam. ff. de adimend. & transfer. lega. Sed in proposito legatum hoc annuum relictum sorori in primo, non fuit reformatum in secundo, & primum testamentum non fuit reuocatum per secundum, sed contenta in primo intelliguntur repetita in secũdo, ergo iuridicè petitur eius præstatio. Confirmantur item præmissa, quia illa verba, non reuocando testamentũ Mantuæ conditum, habent vim affitmatiuam, & perinde valent, ac si dictum fuisset. ꝙ testamentum Mantuæ cõditum firmũ maneret, prout loquitur tex. in d. l. posthumus. §. si paganus cũ alijs iuribus supra allegatis, sicut videmus in simili quod
5 † illa verba non nego inducunt confessionem, vt no. Anto. de Butr. in cap. per tuas, per illum text. de condit. appo. vbi etiam ad hoc adducit text. in capit. cum dilectus de ordi. cogn. & hoc etiam tradit Angel. in l. generaliter in principio per illum text. C. de secund. nupt. Similiter illa verba
6 † ego non contradico important approbationem vt Bart. scribit in l. ne in arbitris in fine. C. de arbitr. quod Bald. & Salicet. ibi intelligunt, quando verba essent prolata à parte, secus si essent prolata à notario, quia notarius scriberet aliquid actum coram iudice tali præsente, & non contradicente: quia hæc contradictio non operaretur consensum, & inter consensum & dissensum est dare medium capit. is qui tacet de regulis iur. 6. Sed in proposito illa verba non reuocando testamentum Mantuæ conditũ sunt verba te-
7 statoris, quia vbi † notarius aliquid apponit in instrumẽto, quod respiciat factum de quo agitur, videntur partes illud dixisse, & non ipse notarius, glo. in l. sciendum. ff. de verbo. oblig. quàm pro not. adducit Bald. in l. ab executione circa fin. C. quorum app. non recip. & in l. Imperator colum. 2. ff. de statu homi. & in cap. cum in iure peritus colum. 4. versi. quæro nunc quicquid scriptum est in instrumento, de offi-
8 cio delegati, & ab hac sentẽtia discrepat nemo. † Fateor tamen quod vbi ageretur de clausulis exequutiuis apponi solitis de consuetudine per notarios, tunc aliqui voluerunt dictas clausulas non esse attendendas, quasi effugiant deliberatam mentem cõtrahentium, vt Bart. scribit in l. 1. q. 6. ff. de iure codic. Anto. de Butr. & Abb. in cap. quintauallis de iureiuran. & in cap. cum contingat eod. tit. cuius tamen contrarium voluit Imol. in l. filio præterito colum. 11. ff. de iniust. rup. & in d. cap. quintauallis, quia instrumentum legi solet, & publicari coram partibus, & vidẽtur partes velle confici scripturas secundum solitas, & apponi consuetas clausulas. l. si prius. §. rectè placuit, & ibi Bart. ff. de aqua plu. arcẽ. l. fina. in fin. & ibi Bald. C. de fideiuss. Tamen quicquid sit in istis clausulis consuetis adscribi in instrumentis, nos sumus in verbis concernentibus substantiam negotij, quæ intelliguntur de voluntate partium dicta, & scripta per notarium
9 † & ista verba non reuocando tamen præcedens testamentum, habent eam vim, ac si dictum fuisset firmo manente primo testamento, quale est illud Poeticum. Munera nec sperno, id est accipio & amplector, sicut exponunt grammatici: vbi dicunt esse hanc figuratam loquutionem, sicut etiam dicit Bald. in l. 1. circa finem. C. de nego. gest. quod illa verba non admitto non referuntur ad quoddam medium, sed ad illud extremum reijcio, & tanto magis prædicta procedunt in casu nostro, quia ista verba non reuocando tamen primum testamentum fuerunt prolata deliberatione præcedente in actu solẽni, cõuocatis testibus per scri-
10 pturam † quo casu etiam verba suspensiua, & quæ aliàs dispositionem non inducerent, disponũt. l. Pamphilo. §. proposità. ff. de lega. 3. tradit Bart. in l. gerit col. 3. versi. quæro quid si conuocatis amicis. ff. de acquir. hæred. Paul. de Cast. in l. 1. §. si quis, ita circa fin. vers. vltimo Petrus inducit. ff. de verb. oblig. Ad quem enim effectũ possumus dicere testatorem protulisse illa verba de non reuocando primum testamentum? nisi quod cupiebat illud testamentum esse firmum, in non reformatis scilicet, prout ipse postea subdit. dicere autem dicta verba superfluò fuisse apposita, homi-
11 nis est parum consideratè loquentis. † quum verba vltimarum voluntatum ita intelligenda sint, vt aliquid operẽtur. l. si quando in principio. ff. de legat. 1. l. Meuius. ff. de legat. 2. Præterea dicũt mihi aduersarij, ad quod & quale medium velint trahere istam non reuocationem primi testamenti? ego enim nullum video medium inter validitatem, & in-
12 ualiditatẽ testamenti. † nam vltimæ voluntates defunctorum in suspenso esse non pñt. l. fin. in fin. ff. commu. præd. l. cum pater. §. seruus. ff. de lega. 2. aut enim volunt dicere primum testamentum esse reuocatum per secundũ. l. si iure. ff. de leg. 3. §. posteriore Instit. quib. mod. testamen. infirm. & hoc est contra clara verba testatoris dicentis se non reuocare primum testamentum, aut dicunt non esse reuocatum, ergo ex eo legata debentur d. l. posthumus. §. si paganus: quid aũt aliud tertium poni possit non intelligo. Coadiuuantur præmissa, quia testator non solum dixit, non reuocando testamentum Mantuæ conditum, sed etiam addit illa verba, videlicet, sed reformando, vt in hoc continetur: pondero quod testator dixit se velle reformare primũ testamentum, ergo intentionis eius fuit nõ tollere totum te-
13 stamentum, quia † aliud est in totum tollere & aliud reformare. l. vni. §. & cum triplici, ibi vel tollitur, vel reformatur. C. de caduc. tollen. & habetur etiã de hoc verbo reformare in l. vectigalia. ff. de publi. & in l. vni. §. hoc etiã. C. de vete. iure enuclean. Deinde considero, ꝙ nõ dixit se reformare in omnibus, sed prout in isto continetur, & sic limitatè loquutus est testator, vnde in his, quæ disposita sunt in priori testa-

testamẽto,nec sunt reformata in isto, integra manet prior dispositio, quia limitata causa limitatũ parit effectum.l.in agris.ff.de acquiren.rer.domin.l.si mater.§.eandem &.l.cũ quæritur.ff.de excep.rei iudi.& sumus tunc optimè in reg. quod in non reformatis prior durat voluntas.d.l.Aurelia.§. qui filias.ff.de adimẽ.lega.quod enim nõ mutatur, cur stare prohibetur? vt eleganter inquit Imper.in.l.sancimus.C.de testa.Nullo autem modo stare potest intelligẽtia aduersariorum,quod testator voluerit in totum tollere testamentum primum reformãdo id in omnibus & per omnia,prout in isto secundo legitur,quia hæc intelligentia clarè repugnat verbis testatoris,dum in præfatione protestatur,ꝙ nõ reuocat primum testamentum, & deinde subdit, quod reformat prout in secundo continetur: non autem dicit se tollere vel corrigere, sed reformare: & quidem limitatè, prout in secundo continetur. Si enim fuisset de intentione testatoris primum testamentum euacuare, & irritum reddere,satis erat condere simpliciter secundum testamẽtum, quia per id reuocatum fuisset primum cum omnibus suis clausulis & pũctis,hoc vt euitaret testator protestationem illam apposuit de non reuocando primum, sed tãtum reformando,& aduersarij volũt satis ridiculè, ꝙ tot verba apposita in protestatione abundent, & ibi stent sine ministerio aliquid operandi. Quid plura? Consideratis huiusmodi verbis,adeò mihi res quandoque clara visa est, vt mirer aliqñ dubitationi fuisse locum,& in dubio iudicãdum etiam esset,pro legato iam facto † quia mutatio voluntatis nõ præsumitur cap.maiores de baptis.l.cum hic status.§.1.ff.de donation.inter vir.& vxor. & facilius iudicatur legatum non tenere,quàm ademptũ fuisse.l.3.§.si duobus.ff.de adimen. lega.nam turpius eijcitur,quàm nõ admittitur hospes cap.

14 quemadmodum de iureiuran. Accedat † coniunctio sanguinis, quæ intercedebat legatariè cũ testatore, erat enim soror, & ex necessitudine & caritate erga legatariũ sumitur interpretatio voluntatis testatoris.l.si seruus plurium.§. fin.ff.de lega.1.l.cum alienum.C.de lega.l.quintus in fin.ff.

15 de aur.& argen.lega. & vtrum † testatoris duret volũtas in fideicõ.relicto, colligitur ex indicijs, vt per glo.in.l.1.§.1. in verb.durauerit.ff.de leg.3.vbi glo.ad hoc etiam adducit tex.in.l.qui liberis.§.testamento.ff.de bono.possess.contra tab.quem text.etiam adducit præcedens Consultor, & sic sentit ibi glo.satis esse quod ex aliquo indicio appareat testatorem velle mori cum primo testamento, prout loquitur tex.in d.§.testamento in casu autem nostro non modo indicium, sed facta est declaratio literis prout requirit iurisconsul.in d.§.testamento,quod intendebat testator cum eodem primo testamento decedere per illa verba non reuocando primum testamentum Mantuæ cõditum, sed illud reformando, &c. & videtur etiam testator seruasse id, quod habetur, in d.l.si quis priore in fin.vbi dicitur primũ testamentum confirmatum per secundum valere in vim fideicom.nisi aliquid testator exceperit, & aliter disposuerit,quàm in primo, quia id non venit in generali cõfirmatione, prout etiam ibi declarat glo.vltima, hoc consilium sequutus est iste testator,dum approbat,primum testamentum, nisi in his quæ in hoc secundo testamento reformat. Superest modo,vt respondeatur ad quoddam leue obiectũ partis aduersæ,quæ fundat se in illis verbis,vbi testator dicit se ordinare plenariam dispositionem,& quod non esset

17 plenaria si aliquid deberetur ex primo testamẽto,quia† duo plena simul stare non possunt,quia respõdetur, vltra responsiones datas per præcedentem cõsultorem, ꝙ in hoc secundo testamento omnia continentur,& sic est vna tantũ plena dispositio. Nam testator confirmando primũ testamentum,censetur disposita in primo repetisse in secundo, & ex secundo tanquã confirmante agitur ad disposita in primo, non autem ex primo cõfirmato,vt est glo.in d.l.si quis priore in verbo teneri.ff.ad Trebell.quàm sequitur Alex.in.l.1. 3.not.C.de codicil.quod confirmatur, quia primum testa-

18 mentum,valet in vim codicillorum, † testamẽtum autem & codicilli vna & eadem censetur dispositio.l.2.§.codicil-

19 lorum.ff.de iur.codic.quod adeo † procedit,vt eodem tempore videantur facti, quum vtriusque effectus conferatur post tempus mortis secundum Cin.in.l.2.C.de testa.tut.& vnum suppletur & declaratur per aliud.l.cum seruus.ff.de cond.instit.l.Gaio.ff.de alim.& cib.lega.& codicilli trahuntur ad mentem testamenti,& testamentum,ad mẽtem codicillorum vt Bal.not.in.l.Nesennius per illũ text.ff.de excus.tut.Ex his finem facio scribendi, cõcludens cum eodẽ D.Consultore,tam per me,quàm ipsum deductis legatum annuum quadringentorũ.d.D.Legatariæ, testatoris sorori deberi,& iuridicè peti, quemadmodũ in primo testamento non reuocato,sed in quibusdam tantum partibus reformato dispositum fuerat.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas defuncti totum facit.*

2 *Voluntas prima, vbi per secundum reformatur, in non reformatis subsistit.*

3 *Testamentum primum.& omnia in eo contenta, per secundum (nisi expresse repetita sint) reuocata cẽsentur. Amplia vt num.4. intellige vt num.5.*

6 *Testator non potest facere, quin secundum testamentũ tollat primum, intellige vt num.7.*

8 *Lex, vbi de alterius voluntate coniecturatur intelligitur non apparente contraria voluntate.*

9 *Euidenter quid quando apparere dicatur.*

10 *Testamentum nõ in legatis, sed in hæredis institutione consistit. intellige vt num.11.*

12 *Reuocatio propriè cadit in toto. intellige vt nume.13.& nume.14.*

15 *Reuocatio,& confirmatio habent medium nõ reuocare. intellige vt num.16.*

17 *Reformare est in partem tollere, vel rem in aliam formam redigere vt num.21. infertur vt num.18.19.20. intellige vt num.23.*

22 *Argumentum à sententia ad testamentum valet.*

24 *Testamentum primum an pro parte reformari possit.*

25 *Testamentum primum, per secundum confirmatum, vicem habet codicillorum, qui in eo videntur inesse.*

26 *Dictio prout quomodo relatiuè se habeat. intellige. vt nu.28*

27 *Dictio hoc rei ad oculum demonstratiua est.*

29 *Voluntas ex actu nullo declaratur.*

30 *Verba in quibuscunq; dispositionibus, intelliguntur cum virtute aliquid operandi. intellige vt num.31.*

32 *Voluntatis mutatio non præsumitur,& ideo eam alleganti onus probandi incumbit.*

De materia superioris. Cons. 484.



IDI & diligenter perlegi subtiles & acutas dubitationes in causa Mag.D. Helisabet contra Mag.D.Iuliũ Agnellum hæredem testamentarium clarissimi viri D.Benedicti Agnelli, quas commouit præstantissimus D.Ludouicus Blancus Auditor Rotæ Mãtuanæ adducendo sub verborum compendio,quæ cõtra Magnificam D.Legatariam facere videntur, quæ omnia (vt arbitror) aduersarij aduocati per immẽsa volumina loquaciter diffuderunt: ipse autem excellenti eius ingenio nixus & morem suũ sequutus ad pauciora deduxit rem perstringendo,nec ambitiosè vagando. Et ipse D.Motiuans addu xisset aliquas præstantes cõiecturas, ex quibus colligi posset, quod testator voluisset auferre illud annuum legatum quadringentorum relictũ sorori in testamento prius Mantuæ condito,magis commoueret,& mihi magis esset insudandum,vt liquidò diluerem obiecta. Nam † voluntas de-

1 functi totam facit, vt vtar verbis Iurisconsi.in.l.ex facto.§. rerum.ff.de hæred.instit. Nunc tantum ista,quæ dubitationum loco

num loco proposita sunt, huc tendunt, vt extorqueant interpretationem iustissimam verborum testatoris, quæ facit pro legataria, & aliam quandam extraneam & ab ipsa verborum significatione abhorrentem inducant, quæ tamen omnia facillimè remouentur. Fundata nanque est intentio legatariæ in secundo testamento Veneto, vbi dicitur in præfatione non reuocando primũ testamentum Mantuæ conditum, sed reformando vt in hoc continetur, quæ verba habent hũc apertum sensum, ꝙ testator voluit manere primum testamentum Mantuæ cõditum, ex quo illud non reuocat, sed tantum reformat, vnde in non reformatis valent disposita in testamento Mantuano secũdum
2 communem regulam, ꝙ, † vbi reformatur prior voluntas per secundum, manet in non reformatis prior dispositio. l. Tribunus. §. cum aliquis. ff. de milit. testám. l. alumnæ. §. qui filias. ff. de adim. lega. Et quia in iure quiritiũ, quo nos vtimur, nemo potest decedere cũ duobus testamentis. l. quærebatur in princ. ff. de testa. mil. ideo relicta in primo testamento valent in vim fideicom. perinde ac si essent repetita in secũdo. l. posthumus. §. si paganus. ff. de iniusto rup. cũ alijs iuribus adductis in consilio. Hic ego non video quid opus sit alia interpretatione, quàm ista, quam verba clarissimè ostendunt: Vt tamen appareat me non diffugere certamen, venio ad resolutionem eorum, quæ in motiuis ad-
3 ducuntur. Primo igitur non obstat, † ꝙ primum testamentum, & omnia in eo contenta intelligũtur reuocata per secũdum, nisi expressè fuerint repetita. l. si iure. ff. de leg. 3. §. posteriore Instit. quib. mod. testam. infir. adeo ꝙ si factum sit legatum in primo cum aliquo onere, & in secundo illud idem legatum fuerit absque aliqua oneris expressione, nõ censetur repetitum onus, vt Bar. dicit in. l. Statius Florus. ff. de iure fis. cuius dictum Cur. Iun. & Rui. & ego etiam ipse aliquando consulendo sequutus sum, & Ampliãdo dicitur,
4 † quod si etiã ea persona quæ fuerat instituta in primo testamento, instituatur in secũdo, prout in casu isto, nihilominus legata cõtenta in primo nõ cẽsentur repetita in secundo, nisi expressè repetãtur. l. nisi. §. itẽ si ipse. ff. si cui plusquã per. l. fal. Adducitur etiam Pau. de Cast. in. l. hæredes palã. §. si quid. ff. de testa. dicens ꝙ nouo facto testamento, & mutato vno legato, quod in primo testamento continebatur, alia ibidem contenta nõ remanerent firma, nisi reintegrarentur in specie vel in genere ipsa confirmando. Respon-
5 detur ad ista omnia vnico verbo, † ꝙ legatũ factum huic mulieri in primo, intelligitur repetitum in secundo, si non in specie, saltem in genere, & hoc sufficit secundum Paul. de Castro in d. l. hæredes palam. §. si quid post, dum testator dicit se non reuocare testamentum primum Mantuæ conditum, sed reformare. & sic confirmando primum testamentũ, omnia in eo contenta, censentur in secundo repetita, & rectè dicitur in motiuo, ꝙ agitur ex secundo confirmante, vt etiam dixi in prioribus scriptis, quibus additur Paul. de Cast. consi. 284. in facto præsenti ponam, circa finem lib. 1. Secundo non obstat, dum dicitur quod illa verba non reuocãdo tamen testm̃ Mantuæ conditum, manu talis notarij confectum, non possunt operari, vt disposita
6 in primo testamento valeant, quia etiã † sic dicat testator in secundo testamento, priores tabulas valere, tamen testamentum primum ruptum est, vt dicitur in. l. posthumus. §. si paganus, & in. l. si quis priore. ff. ad Trebel. ita enim dispositum est legibus, vt nemo posit cũ duobus decedere testamentis, & nemo potest facere quin leges in suo testamẽto locum habeãt. l. nemo potest. ff. de legat. 1. & si testator hoc non potuit, dicẽdum est etiam quod voluerit. quũ quilibet præsumatur velle se conformare cũ dispositione iuris communis. l. si duo. ff. de acquiren. hæred. & in testatore ponit Bart. Alex. & alij in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. Bar. in. l. vt iusiuran. §. si liberi. ff. de ope. li. Respõdeo ꝙ te-
7 stator non potest facere † vt primum testamentum valeat iure directo, & vt testamentum: attamen vbi ostendit se velle, vt primum testamentum sortiatur effectum, tũc omnia contenta in eo valent iure codicillorum, iste est text. in d. l. posthumus. §. si paganus, quem Bart. Bal. Angel. Paul. de Cast. & Imol. ita summant, testamentum primum confirmatum, per secundum rumpitur, sed valet in vim codicillorum, & dicit Bald. ibi in vltimis verbis, ꝙ opus est, quod secundum fiat sub commemoratione, & cõfirmatione primi, ad hoc vt disposita in primo trahantur ad secundũ, vt ibi, & l. si quis priore. ff. ad Trebellia. & subdit ita determinasse Nico. Mate. Sed melius adhuc in proposito id explicat Paul. de Cast. ibidem vbi formaliter inquit, ꝙ testator, confirmando primum, nõ potuit derogare dispositioni iuris, quæ est, ꝙ testator nõ possit decedere cum duobus testamentis validis, præfertur ergo vltimum validum, & primum tollitur ipso iure, sed confirmatio operatur, quatenus potest operari, vt disposita in primo valeant iure fideicom. Adduxi etiam in prioribus scriptis Angel. consi. 258. col. 1. vbi inquit, quod vbi testator dicit se confirmare primum testamentum, fiet reductio primi ad causam codicillarem per tex. in d. l. si quis priore & l. quærebatur. ff. de testa. mil. idem dicunt Bart. Angel. Paul. de Cast. in d. l. si quis priore, & ibi Imol. in not. dicit, ꝙ vbi testator dixit se velle, primũ testamẽtum valere, intelligitur deducere institutionem ad fideicõmissum; Idem volunt Alber. de Ros. & Floria. in. l. quinquaginta. ff. de probat. vbi dicunt, ꝙ vbi producuntur duo testamenta, quod dictum est in primo, nõ intelligitur repetitum in secundo, nisi quãdo in secundo expressè confirmantur relicta in primo per casum in d. l. si quis priore. Pro quibus etiam bene facit, ꝙ Bar. scribit in. l. licet in 1. &
8 2. not. ff. de leg. 1. vbi colligit ex illo tex. quod † vbi lex cõiectuiratur de voluntate alterius, debet intelligi, nisi de cõtra-
9 ria voluntate appareat euidenter, † & dicitur apparere euidenter id, quod apparet ex legitimis coniecturis, licet non fuerit expressum, vt in illo text. & in. l. si quis locuplex. ff. de manumiss. testa. ad idem glo. in. l. si iure in verbo nolim. ff. de leg. 3. dum inquit, semper præsumi, quod secundum testamentum tollat legata contenta in primo, nisi cõtrarium sit liquidum. Sed in proposito, illa verba nõ reuocando primum testamentum, sed eum reformando, ostendunt voluntatem testatoris fuisse vt primum testamẽtum valeret, & per consequens confirmatum est primum testamẽtum, vnde omnia in eo contenta debentur iure codicillorum. Tertio non obstat, dum dicitur, quod illa verba de nõ reuocando contenta in testamento, ex figurata locutione, secundum quàm ponitur sæpius continens pro contento, & sic intellexit testator se non reuocare primum testamentũ, ex quo eundem instituit hæredem, qui in primo fuerat in-
10 stitutus, † testamentum autem cõsistit in institutione hæredis, & non in legatis. l. 1. §. qui neque. ff. de hæred. instit. & ad hoc allegatur in terminis decisio Paul. de Cast. consi. 284. in facto præsenti ponam. colum. 4. versi. quinto & vltimo opponitur lib. 1. qui licet in casu suo contrarium dicat, tamen illud dicit ex alijs, quæ concurrebãt in casu illo, quæ in isto cessant, & per consequens videtur dicendũ non esse reuocatum primum testamentum per secundum, ex quo idem in vtroque hæres institutus fuit, legata autem cẽsentur reuocata. Respondeo hanc eximiam subtilitatem nihil prodesse aduersarijs: quia in casu nostro dicimus cõfirmatum esse primum testamentum in non reformatis per illa verba, non reuocando primum testamentum, sed illud reformando, vt in hoc continetur, vt scripsi latè in consilio prius reddito: & quandocunque cõfirmatum est primum testamentum, vniuersa, quæ illic scripta sunt in causa fideicommissi, erunt nõ solum legata, & fideicom. sed & libertates, & hæredis institutio. Verba sunt Iuriscons. in d. l. posthumus. §. si paganus, in fin. & aduersus hunc stimulũ durum est calcitrare. Sed quod isto casu non solum hæredis institutio facta in primo, de qua maior poterat esse dubitatio, verum etiam legata, & libertates vertantur in causam fideicommissi, vult Iurisconf. in. l. quærebatur. ff. de testam. milit. nec aliquid facit, ꝙ testamentum cõsistat in hæredis
11 institutione quia † hoc procedit sumendo testamentum in genere, quia sine legatis testamentum constare potest, sed sumendo testamentum, vt est iam factum & completum, si in eo insunt legata, tunc legata sunt pars testamenti, quia testamen-

testamentum vnum est tantum & indiuiduum, vt declarat Soci.& ibi latius Ias.in rubr.ff.de lega.1.& non eundo per mendicata suffragia, vult hoc in terminis Bald.in d.l.quærebatur, vbi ex illo tex.not.quod testamentum dicitur non sola hæredis institutio, sed etiam legata & fideicommissa testamenti. Testator ergo in casu nostro, dum dixit se reuocare testamentum Mantuæ conditum, nõ solum sentit de hæredis institutione, verum etiam de legatis, quia tunc legata vt dixi sunt pars essentialis ipsius testamenti, quũ fiat relatio ad testamentum iam cõditum. Et ꝙ ista fuerit mẽs testatoris, patet, quia vbi dixit se nolle reuocare primũ testamentum, subdit tamen ꝙ illud reformare non volebat, vt in illo continetur. Sic enim intellexit se nolle reuocare, quantum attinet ad hæredis institutionem tantum, & non quo ad legata, nulla sequuta fuisset reformatio, quæ tamen facta est in legatis, vnde in non reformatis manere debet dispositio prioris testamenti. Quarto non obstat, dũ subijcitur in eisdem motiuis, ꝙ illa verba de non reuocando primum testamentum, intelliguntur de nõ reuocatione † quæ
12 fit in totum, quoniam reuocare est propriè in totum tollere.l.iurisgentium.§.adeo, vbi Docto.ff.de pact.l.vni.§.& cum in triplici.C.de cad.tollen. Si ergo reuocare est in totũ tollere, sequitur ꝙ non reuocare sit in totum non tollere, & dicere non reuocando, perinde est, ac si diceretur, de in totum non tollendo. Non tollendo igitur in totum contenta in priori testamento, est tollere tantum partem, & partem non tollere, & istud optimè verificatur in testamẽto defuncti, de quo agitur, quoniam eundem hæredem instituendo in secundo, quem & in primo instituit, dicitur nõ reuocare in effectu, contenta in primo testamento, id est in totũ non tollere, quia in institutione hæredis in eadẽ voluntate perseuerauit in secundo, in quã erat in primo, licet aliam dispositionem fecerit. Reliqua autem in primo testamento contenta, de quibus non facit mentionẽ in secundo, hæc absq; alia expressione censentur de iure reuocata ex cõfectione secundi testamenti, & sic etiam illud legatum quadringentorum. Respondeo ꝙ fallax est arg. illud primo loco indu-
13 ctum † nam licet reuocare sit in totum tollere, non tamen non reuocare est partem tollere & partem non tollere, sed nihil tollere, quia sic se habet oppositorũ ratio. Voluit ergo testator nihil tollere de primo testamẽto (exceptis semper reformatis) intendens, vt in eo disposita seruarentur vice codicillorum, & quamuis testator instituerit eundem hæredem quem instituit in primo, tamẽ in hac parte dicitur reformata dispositio prioris testamenti, quia illa institutio nõ potest sustineri, nisi ex secundo testamento, & eodem modo legata, quæ relicta sunt in primo testamento, nõ debentur nisi ex secundo confirmante, vt not. scribentes omnes in d.l.si quis priore & illa non reuocatio prioris testamenti, de qua testator protestatur, operatur repetitionem legatorum omnium ibidem descriptorũ in secundo, & sic debetur ex noua voluntate, nisi si quæ tamẽ testator reformasset, quia illa protestatio de non reuocando in his nihil operatur, vt habetur in d.l.si quis priore in fine. Præterea etiã si velimus dicere, ꝙ testator non reuocauit institutionẽ hæredis, attento ꝙ eadem persona in vtroque testamento instituta fuit, non tamen sequitur, ꝙ legata fuerint reuocata, immo non solum quo ad institutionem, sed etiam quo ad legata testator perseuerauit in eadẽ volũtate, nisi in his quæ reformauit, quia per illa verba de non reuocando, intelligitur primum testamentum confirmasse, quo casu succedit dispositio tex.in d.l.posthumus.§.si paganus. Quinto non obstat dum superioribus additur, ꝙ licet illa verba de non reuocando habeant vim affirmatiuã, prout ex parte nostra dicitur, non tamen perinde valent, ac si dictum fuisset, ꝙ primum testamẽtum firmum maneret, prout loquitur tex. in d.l.posthumus.§.si paganus, quia aliud est ꝙ testator velit primum testamẽtum esse firmum per verba scilicet affirmatiua, & totius primæ dispositionis confirmatoria, & tunc licet sit sublatum primum per secũdum, tamẽ in effectu, quicquid est dispositũ in primo debetur virtute secũdi d.§.si paganus, & aliud est quod testator simpliciter loquatur per verba de non reuocando, quia licet & illa habeant vim affirmatiuam, non tamen est de necessitate vis affirmatiua totius primæ voluntatis in effectu, sed partis tantũ, quia non reuocare est in totum non tollere, in totum non tollere, est in parte affirmare, & testator in parte affirmauit, vt supra deductum est. Respondeo ꝙ ista omnia quæ nunc dicuntur, fundantur super illo fallaci argumento, reuocare est in totum tollere, ergo nõ reuocare est partem tollere & partem nõ tollere: Immo verò vt nuper dicebam,
14 † si reuocare est in totum tollere, nõ reuocare est nihil tollere, sed rem in suo pristino statu velle permanere, nã contraria cõtrarias habẽt significationes. Enimuero si illa verba de non reuocando sunt virtute sua affirmatiua, prout etiam fatetur dominus Motiuãs, quid interest an dicatur, volo testamentum primum manere firmum, vel non reuoco primum testamẽtum, nam si illa loquutio, volo manere firmum primum testamentum importat, ꝙ vniuersa, quæ illic sint descripta, sint causa fideicom. vt inquit iurisconsul. in d.l.posthumus.§.si paganus, cur non idem vbi dictũ est non reuoco primum testamẽtum: vtraque enim loquutio prolata est per verba indefinita, quæ æquipollẽt vniuersali l.si pluribus, & ibi Bart.&.l.si ita relictum.ff.de leg.2.l.si cui lana, in princ.ff.de leg.3.glo.in cap.vt circa in verbo aliorũ de elec.in 6.Din.in rub.de reg.iur.co.lib. Sexto non obstat dum Dominus Motiuans conatur veluti rem ante oculos
15 ponendo ostendere, † quod inter confirmationem & reuocationem sit dare medium non reuocare deducendo hoc modo, nam confirmatio non est aliud, quàm totius præcedentis actus corroboratio, vt not.in rub.de confir.vti.vel inut.huius contrarium erit reuocatio, quæ erit præcedẽtis actus in totum sublatio, & medium eorum est non reuocare, quod medium non permittit rem stare in suspẽso, vt ex aduerso præsupponitur, sed in hoc est mediũ, quia de confirmatione & reuocatione participat: de confirmatione in quantum partem approbat vel approbare potest: De reuocatione vero, in quantum partem tollit, vel tollere potest, & sic confirmasse omnia est oratio vniuersalis affirmatiua, huic de directo contraria est negatiua, videlicet nihil cõfirmare, & omnia reuocare: his subcontraria est oratio illa, quæ est particularis affirmatiua & particularis negatiua, vt est non reuoco, vt habetur apud logicos, & not.Bart.in.l.si is qui ducẽta.§.vtrum col.1.ff.de reb.dub. Respõdeo quod
16 Bar.† qui allegatur in d.§.vtrũ dissoluit obiectum, & ostendit rem aliter se habere: nam ibi vult, ꝙ inter orationem vniuersalem affirmatiuam, & vniuersalem negatiuã medium sit particularis affirmatiua, & particularis negatiua, veluti si dicatur. Omnis homo currit, nullus homo currit, horum mediũ est illud subcõtrarium, quidam homo currit, vel quidam homo non currit. Modo in proposito, inter hæc duo vniuersalia, quorum vnum est affirmatiuũ, aliud negatiuum. Confirmo omnia, reuoco omnia, medium est confirmo quædam, vel reuoco quædam: sed istud nõ reuoco, non potest esse medium, quia nõ est particularis, sed indefinita oratio, quæ quidem indefinita æquipollet vniuersali, & perinde est dicere non reuoco, ac si dictum fuisset, in nihilo reuoco, hoc certe in nihilo reuoco non est medium, sed tendit ad alterum extremorum, in quo est cõfirmatio, idem ergo dicendũ in his verbis non reuoco, propter vim indefinitæ, error autem in eo versatur, ꝙ illa loquutio, non reuoco, accipitur vt particularis, quæ est indefinita, & quod indefinita habenda sit, vt vniuersalis, est tex. (vt antea dixi) in terminis, quẽ præ manibus habemus in d.l.posthumus. §.si paganus: nam testator ibi dixerat, se velle priores tabulas valere, deciditur ibi descripta fore in causa fideicom. nõ quædam sed vniuersa. Septimo non obstat, dum dicitur, ꝙ testator adhuc magis clarè expressit eius mentem in ostendendo, quod intendebat tantum in parte tollere præcedẽs testamentum, quia non stetit in illis verbis non reuocãdo, sed vlterius progrediens subiecit, sed reformando, nam de
17 natura † huius verbi reformare est tantum in parte tollere d.l.iurisgentium.§.adeo.ff.de pac.glo.in cap.statutũ in verbo reformandum de rescript.in 6.l.vectigalia.ff.de publ.l. vni.§.&

vni.§.& cũ in triplici.C.de cadu.tollē.Albe.in dictionario in verbo reformare. Respondeo, ꝙ ſupradicta non modo non obſunt legatariæ, verumetiam vehementer proſunt, quia nos etiã dicimus & apertè fatemur, ꝙ qui reformat, partem tantum tollit: addimus tamen, ꝙ qui quædam reformat,reliqua omnia confirmare cenſetur, vt eſt tex.in.l. Tribunus.§.1.ff.de mil.teſta.quem Bal.ita ſummat.Emendatio vel correctio in quibuſdam eſt cæterorum cõfirma-
18 tio,& ex hoc infert quod † Epiſcopus, qui reprobat vnam cauſam de geſtis & adminiſtratis per Vicariũ, videtur cætera confirmare, quando ſcilicet proceſsit ad illum actum omnibus prius diſcuſsis & examinatis. Similiter inqt Bar.
19 in.l.legata inutiliter in fin.ff.de legat.1.† ꝙ comes cui fuit data poteſtas ſtatuta reuidendi, ſi quædã improbat, cætera videtur confirmare per tex. in d.l.tribunus.§.1.& iſtã deciſionem Bart.ſequũtur Bald.Ang.Paul.de Caſt.& Imol.ibi idem Bart.tenet in.l.cum prætor & ibi etiam Bal.& Ang. ff.de iudi.& Bald.in.l.nemo Apoſtolorum verſic.quæ iux. hoc.C.de ſacroſan.eccle.ad quod etiam facit deciſio Rotæ
20 261.in antiquis vbi habetur † quod iudex appellationis, infirmans in vno capitulo ſentẽtiam, in cæteris capitulis con firmare videtur, allegat Innoc.in cap.dilecti de appella. Si igitur teſtator reformauit, quædam contenta in primo teſtamento,prout certè reformauit,reliqua tacitè cõfirmaſſe cenſendus eſt,accedente præſertim proteſtatione, de non reuocãdo. Demum hæc eſt generalis regula, quod vbi teſtator in quibuſdam reformat priorem diſpoſitionem, illa firma in non reformatis manet, vbi teſtator vult eam manere.d.§.ſi paganus, &.l.alumnæ.§.qui filias.ff.de adimen. lega. Octauo non obſtat dum ſubditur, quod licet teſtator ſuſtulerit tantum in parte contenta in primo teſtamẽto,& in parte non, adeo quod in parte durat prior voluntas, quo ad effectum,nõ durat tamen in alia,ſed de iure omnia ſublata ſunt.Reſpondeo ex his quæ ſæpius allegata ſunt, quod prior voluntas durat,quo ad omnia tanquam cõfirmata in hoc ſecundo teſtamento, præterquàm in his quæ libuit teſtatori reformare,& qui aliter ſentit,dicit cõtra tex.in d.§. ſi paganus.& d.l.ſi quis priore. Nono non obſtat dum adhuc inſtans dominus Motiuans addit, quod immo etiã in ea parte, in qua durat prior volũtas, nihilominus prima diſpoſitio & primum teſtamẽtum omniſque eius virtus ſunt
21 ſublata,† quia illud verbum reformare importat in aliã formam rẽ redigere,& ſic mutata forma, dicitur mutata ſubſtantia primi teſtamenti.l.Iulianus.§.ſi quis.ff.ad exhibẽd. Vbi Bald.dicit ꝙ per digreſsionem ad nouam formam dicitur actus mutari,immo dicendum eſt potius in totũ tolli. d.§.adeo,vbi dicitur non eſſe idem actus, ſed actus potius renouatus,vt ibi not.Bart.Alexan.& doct.& tex.in.l.pacta contenta in prin.ff.de contrahen.empt.qui text.loquitur in contractu,vnde idem dicendum eſt multo magis in teſtamentis, quum duo teſtamenta ſimul ſtare non poſsint.d.l. ſi quis priore, nec poteſt primum tantum pro parte reformari.l.hæredes palam.§.1.ff.de teſtam. & quando aliquid ſubſtantiale adijcitur nõ dicitur idem actus,ſed renouatus, adeo quod vt primo celebratus non valet,ſed tanquã tempore celebrationis factus,& primus non habetur in conſideratione,vt per Bald.cõſi.495.lib.primo per iura quæ ibi allegat.Sic ergo illa prior voluntas, quæ non fuit in totum reuocata,fuit reformata,& per reformationẽ receſſum eſt à prima diſpoſitione,vt dictum eſt, & not.in.l.interpoſitas in verb.reformat.C.de tranſac.ſicuti etiam dicimus de ſententia reformante quæ quidem annullat primã adeo, quod prima non eſt in conſideratione, ſed tantum ipſa ſententia
22 reformans.Imo.& Abb.in c.paſtoralis de offi.delega. † Et valet argumentum de ſententia ad teſtamentũ, vt not.in.l. eos.C.de appell.quum ergo primum teſtamentũ ſit ſublatum,& ſecundum non cõtineat legatum,de quo agitur,ergo illud nullo modo videtur deberi. Reſpõdeo verum eſſe illud Ariſtotelis relatũ per Arc.conſi.99.longitudo & verborum prolixitas in prin.dum inquit ſermones in generalibus eſſe faciliores.in particularibus veriores: & tritum eſt illud apud medicos propria potius,quàm cõmunia eſſe inſpicienda.Sed vt ad rem redeã,habemus in particulari deciſionem iuriſcon.in d.§.ſi paganus, & in d.l.ſi quis priore in teſtamentis de quibus agitur,quod vbi teſtator condẽs ſecundum teſtamentum vult primum valere, tunc primum obtinet codicillorum vicem, & illic diſpoſita debentur,vt ex codicillis,& iſte eſt propriè caſus noſter, quia teſtator in ſecundo teſtamento voluit primum valere,ergo legata relicta in primo debentur veluti in codicillis: Et eſt conſiderandum, ꝙ teſtator condens teſtamentum ſecũdum penes Venetos,facit duo circa primum teſtamentum, non enim ſolum in quibuſdam reformat primum teſtamentum, verum etiam in reliquis cõfirmat,ita quod nõ ſolùm hic agitur de actu reformato,ſed etiam confirmato. Dum igitur
23 dicitur ex aduerſo, † quod actus reformatus eſt nouus, & non debet attendi ille primus actus, qui reformatus eſt,ſed actus poſterior reformans,ſicut etiam in ſententijs attẽditur vltima reformans,& non prior reformata,fateor,vnde ea quæ in primo teſtamento ſunt diſpoſita, & reformata ſunt in ſecundo,dico non valere, niſi prout in ſecundo teſtamento continentur,nec prima diſpoſitio attendi debet, non ſequitur tamen ꝙ cætera contenta in primo teſtamento,quæ non ſunt reformata, ſed confirmata fuerunt, quin debeantur,non vt ex aliquo teſtamẽto,ſed vt ex codicillis, & per conſequens, ꝙ non poſsint peti iure codicillorũ tanquam confirmata per ſecundum teſtamentum,vt eſt caſus in d.§.ſi paganus. ſæpius allegatus, Omnis ergo difficultas in eo conſiſtit, vtrum illa verba non reuocando primum teſtamentum Mantuæ conditum, importent cõfirmationem primi teſtamenti,quod mihi videtur, vt late docui in prioribus ſcriptis,nec inficiatur dominus Motiuans,immo fatetur illa habere vim affirmatiuã, & ad obiecta ſuperius reſpondi. Et clarius adhuc oſtendere conabor, dialectico more loquendo ad quem pertrahor prouocatus ab aduerſarijs, nam hæc verba non reuocando primum teſtamentum,non poſſunt referri ad aliud extremum, quod eſt reuocare quia ſunt cõtraria,nõ poſſunt etiam referri ad aliquod medium,quia inter reuocare,& non reuocare,non eſt dare medium,ſicut nec inter has duas propoſitiones, Petrus legit & Petrus nõ legit, Neceſſe eſt enim alterũ horum contingere,& quodcunque contigerit, altera harum propoſitionum erit vera,altera falſa.Si igitur teſtator non reuocat primum teſtamentum,& iſta verba non poſſunt referri ad alterum extremum,nec ad aliquod aliud medium,ſequitur vt perinde ſit,ac ſi teſtator dixiſſet velle teſtamentum primum in ſuo ſtatu priſtino manere, ſed in ſtatu ſuo priſtino manens erat validum, ergo teſtator voluit primum teſtamentum valere. Nec dici debet, quemadmodum dicitur,
24 ꝙ primum teſtamentum non poteſt pro parte reformari. d.l.hæredes palam.§.ſi quid poſt, quia reſpondetur; quod immo primum teſtamentum poteſt pro parte reformari, & pro parte confirmari per ſecundum, vt probatur in d.§. ſi paganus & d.l.ſi quis priore & d.l.quærebatur.ff.de teſta. mil.in quibus iuribus ſecundum teſtamentum reformabat primum ſaltẽ in hæredis inſtitutione, quæ erat diuerſa ab ea, quæ erat facta in primo, & quia teſtator dixerat velle primum teſtamentũ valere, omnia deſcripta in primo reducuntur ad cauſam codicillarem, & ſic primum teſtamentum partim reformatur,& partim confirmatur per ſecundum, & iſte eſt caſus noſter,& licet text.in d.l.hæredes palam.§.ſi quid poſt,dicat,ꝙ ſi quid mutari placuerit poſt factum teſtamentum,omnia ex integro facienda ſunt,intelligitur vt omnia ſint de integro facienda, id eſt cum eadem ſolemnitate vbi aliquid mutatur circa inſtitutionem hęredis,quæ eſt de ſubſtantia teſtamenti.Legata vero quandocunque fieri poſſunt non ſolum in eadem, ſed etiam in alia voluntate veluti per codicillos, cum eadem tamen ſolẽnitate, quã tucodicilli requirũt vt gl.declarat in d.§.ſi quid & ibi Bart.& Bald.& clarius ceteris Paul.de Caſt.ibi.vlterius etiam ſi velimus dicere,ꝙ tẽpore ſecundi teſtamẽti legata
25 in primo repeti debuerunt,dico fuiſſe repetita † quũ teſtamentum primum per ſecundum confirmatũ obtineat codicillorum vicem vt dicitur in d.§.ſi paganus, & codicilli teſtamento


testamento confirmati, ipsi in testamento esse videantur,
vt magistraliter declarat Bal.in d.l.si quid post, quasi relatū
insit in referente.l.institutio talis.ff.de condit.institu.l.asse
toto.ff.de hæred.instit. Ex istis patet responsio ad id quod
dicitur in eodem motiuo, ꝙ illa prior dispositio, quæ non
fuit in totum reuocata, fuit reformata, & per reformationē
recessum est à prima dispositione, quia respōdetur ꝙ prior
dispositio in aliqua parte fuit reformata, & in reliquis om-
nibus cōfirmata, & in reformatis recessum est à prima di-
spositione: in confirmatis autem eadem durat dispositio,
tanquam inserta in secundo testamento, & ex eo, tanquam
ex confirmante, debetur. Decimo, dum fiebat fundamen-
tum pro parte legatariæ, ꝙ reformatio, quàm intendebat
facere testator, erat limitata ad id, quod in d. secundo testa-
mento continetur, propter illa verba, ma reformando co-
me in questo si contiene. Respondetur per dominum Mo-
tiuantem, ꝙ illa verba, come in questo si contiene, stant nō
26 limitatiuè, prout est de natura dictionis † prout, quæ est, vt
se referat ad iam factum vel faciendum Bart.in extrauag.
ad reprimen.in verb.prout. Sed stant demonstratiuè, refe-
rendo se ad præsens: tātum est enim dicere, come, in vul-
gari sermone, quantum, sicut, in latino & intellexit testator
primum testamentum reformare, sicut in hoc continetur,
27 † quæ dictio hoc, est demonstratiua ad oculum, & refertur
ad id, quod legi, & perspici oculis potest.l.1.vbi no.ff.de his
quæ in testam.delen.l.1.ff.de oper.no.nun. Respōdeo bre-
28 uiter, † ꝙ dictio prout & sicut idem significant, & impor-
tant, vt patet ad sensum, & Bal.in terminis scribit in.l.edita
in repetitione Paduana vlt.char.versi.sed quid dicemus.C.
de eden. Sed dictio prout, quando refertur ad futurum stat
limitatiuè, vt per Bar.in loco allegato per D.Motiuantem,
vbi Bart.nihil dicit de tempore præsenti, quia omnis rela-
tio fit ad præteritum vel futurum, vt cōmunis sensus osten
dit, & quamuis referens se ad aliud, vtatur verbis præsentis
temporis, tamen huiusmodi verba referuntur ad præteri-
tum tempus vel futurum vt Bart.ibi declarat per tex.in d.l.
edita, ibi prout edicti perpetui monet auctoritas, vel ius
reddētis decernit æquitas. hic autem refertur ad futurum,
dum testator dicit, ma reformando come in questo se con
tiene: nam testamentum tunc non erat factum, sed erat in
fieri, & tempore prolatorum verborum, reformatio non-
dum erat facta, sed futura erat fieri, quum ergo testator re-
ferat se ad futuram reformationē, illa verba, come in que-
sto, stabunt limitatiuè, & restrictiuè, quod etiam cōfirma-
tur ex verbis præcedentibus, in quibus testator asserit se
non reuocare primum testamentum: & sic ostendit quo-
modo vult primum testamentum valere in omnibns scili-
cet, præterquam in reformatis. nam illud verbum reforma
re, vt etiam ipsi fatentur aduersarij, importat partem tolle-
re, partem minimè, & qui partem reformat, intelligitur re-
liquum confirmare.d.l.tribunus.§.1.cum alijs antea addu-
ctis. Postremo dum fiebat fundamētū pro legataria, quod
illa verba non reuocando primum testamentum Mantuæ
conditum, sed reformando sicut in hoc continetur, essent
superflua nisi intelligerentur, ꝙ testator voluerit testamen
tum Mantuanum valere, præterquam in reformatis, nam
si eius intentionis fuisset testamentum illud suum primum
tollere, satis erat simpliciter testamentum secundum con-
dere, quia per secundum primum ipso iure sublatum erat.
Respondetur ad hoc per D.Motiuantem quod illa verba
non sunt superflua, quia ex his declaratur mens & intentio
testatoris circa ea, quæ intēdebat disponere in secundo te-
stamento, prout est de natura præfationum.l.fin.cū ibi not.
ff.de hæred.instit.& vt inquiunt Moder.in cōsultationibus
suis verba in testamentis non possunt esse nimis specifica,
ad tollendum sophisticam interpretationem, nam vt testa
tor poterat omittere illa verba, & ordino la plenaria dispo
sitione de miei beni, quod tamen non fecit, sed non sequi-
tur propter hoc, quin verba testatoris, licet superflua, non
declarent etiam eius mentem. sicut etiam dicimus de actu
29 nullo † ex quo tamen voluntas declaratur.l.fin.ff.de rebus
eorum. Respondeo me non latuisse antea, ꝙ ad hæc sub-
terfugia conuolarent aduersarij, quæ tamen eis prodesse
non deberent, nam posito sine veri præiudicio, quod intel-
lectus, quem applicant ad hæc verba non reuocando pri-
mum testamentum Mantuæ cōditum, sed illud reforman
do, consistere possit, & quod prædicta verba duplicem ha-
bere queant intellectum, vnum, quem aduersarij ponunt,
alterum quem nos tradimus, vellem scire à D.Motiuante,
quem magis intellectum ex his duobus sequetur: nū eum
quem ponunt aduersarij, per quem verba sunt superflua, &
quæ vt ipsi fatentur, potuerunt omitti, an illum per quē ver
ba omnia sunt cum mysterio prolata, & aliquid operantur,
30 certè non tantum † in alijs dispositionibus, sed etiam in vl-
timis voluntatibus verba intelliguntur cum virtute aliquid
operandi.l.si quando in princ.ff.de lega.1.l.Meuius in prin
cipio.ff.de lega.2.l.qui concubinam.§.qui hortos cum glo.
fin.ff.de lega.3.& dicit Albe.de Ros.in.l.1.col.6.ff.de offic.
proc.Cæs.ꝙ illud quod dicitur verba debere aliquid ope-
rari, procedit magis in vltimis voluntatibus, quàm in con-
tractibus, quia in cōtractibus fit stricta interpretatio, quæ
in vltimis voluntatibus fit latior. Nec dicatur quod verba
illa de non reuocando, &c. declarant mentē testatoris, quia
non sequitur, quin sint secundum intellectum aduersario-
rum superflua, cum potuerint omitti: in iure nanque erat
clarum, ꝙ per secundum testamētum tollitur primum, nec
in hoc dubitationi, aut vlli sophisticæ interpretationi locus
esset. Vnde tenendus est intellectus noster secūdum quem
verba operantur, Nam vt Abbas inquit in cap.solitæ circa
31 finem de maior.& obed. † vbi verba possunt aliquid ope-
rari, ita debemus intelligere, vt aliquid operentur; & Abb.
ibi ad hanc reg. ponit limitationes, quas etiā ponit Domi.
in cap.si Papa de priuil.in 6. quarum nulla ad præsentem ca
sum adaptari potest, ideo meritò dixi in alijs allegationi-
bus, ꝙ dicere tot verba superfluò esse posita, hominis erat
inconsideratè loquentis, & istud habeo pro firmissimo fun
damento ad excludendum aduersariorum intellectum, &
nostrum retinendum, quod etiam cōfirmatur, quia cæteri
condentes secundum testamentum solent cōmuniter ex-
pressè reuocare primum, vbi nolunt illud tenere, apponēdo
clausulam cassans, & irritans, &c. Sed testator in casu nostro
tantum abfuit, vt reuocaret per aliquam clausulam consue
tam, primum testamentum, vt expressè cōtrarium dixerit
se non reuocare. Si enim intentionis suæ fuisset, reuocare
primum testamentum, hoc iuxta communem consuetudi
nem in secundo dixisset, hoc autem non dixit, immo con-
trarium protestatus fuit, ex quo ostenditur tam ex eo, ꝙ
omisit, quàm ex eo quod dixit voluisse, vt primū testamen
tum seruaretur. Postquam collisa sunt aduersariorum argu
menta, quæ ex motiuis transmissis satis apparēt, & quæ vi-
sum est, non diffugere, sed cum eis collato pede certare, re-
stat vt perorem, & quid vtrinque agatur breuiter exponā.
Censeo igitur in fauorem legatariæ pronunciandum esse.
Primum ipsa habet voluntatem testatoris pro se, quæ vna
spectanda, dum dixit se non reuocare testamentum Man-
tuæ conditum, nam qui non reuocat, proculdubio confir-
mat, quum inter reuocare, & non reuocare nō sit dare me-
dium, quod nō datur inter affirmationem, & negationem,
sed necesse est alterutrum verum esse, vel falsum, quemad-
modum Dialectici testātur. Habet duo Responsa duorum
veterum iurisconsul.quorum vnum Vlpiani de quo in d.l.po
sthumus.§.si paganus, alterū Martiani in d.l.si quis priore.
32 Habet etiam communem reg.pro se † ꝙ mutatio volunta
tis non præsumitur.l.cum tacitū.ff.de probat.l.cum hic sta-
tus.§.1.ff.de dona.inter vir.& vxo.& onus probandi mu-
tatam esse volūtatem defuncti, ad eum pertinet, qui fidei-
commissum recusat, ita dicitur ad literā in.l.Lucius, la pri-
ma, in fin.ff.de lega.2. Habet etiam cum testatore coniun-
ctionem sanguinis arctissimam, quæ sanguinis cōiunctio
quantum sit ponderanda in legatis patet in.l.cum alienam.
C.de legatis, & hæc quidem faciunt pro muliere. Nō pos-
sunt autem tot, & tam valida argumēta pro aduersarijs af-
ferri: sed quicquid pro illis dici subtiliter & acutè potuit, di-
ctum fuit in motiuis, quibus tamen oportunè responsum
extitit,

extitit, prout ex superioribus liquere puto, quę tamen omnia iudicio præstantissimorum D. iudicum, & pręcipuè D. Motiuantis subijcio.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum mulieri in auxilium maritandi debetur etiam quod, die legati adueniente, mulier nupta reperiatur. Amplia vt nu. 2. limita non procedere in tali legato per auum nepti facto vt nu. 3.*
4 *Concessum ad tempus, post tempus est prohibitum.*
5 *Tempus vbi est præcisum differri non potest.*
6 *Tempus determinatè prolatum, vlterius temporis functionem non recipit.*
7 *Qualitas in secunda substitutione apposita, propter verisimilem testatoris mentem, in prima repetita censetur.*
8 *Conditio in institutione posita, an in substitutione repetita censeatur.*
9 *Vnusquisq; suam sobolem, quibuscunque agnatis, etiam extraneis præferre præsumitur.*
10 *Paritas rationis inducit repetitionem.*
11 *Qualitas potius quàm substantia præsumitur.*
12 *Testamenti pars per aliam declaratur.*

CONSILIVM. 485.



1 QVAMVIS † vbi Testator legat mulieri dotes, vt nubere valeat, vel in auxilium maritãdi, si die legati adueniente, inueniatur nupta, tamen consequi debeat legatũ: vt probari videtur, in l. si quis hæredem. C. de instit. & subst. & in l. hec cõditio filiæ meę. ff. de condit. & dem. & in terminis tradit Paul. de Castro. in l. Publius. ff. de condi. & demon. vbi dicit hoc
2 † procedere etiam, quòd mulier suo sumptu vel alieno se ipsam dotasset: Et consuluit idem Pau. de Castro consi. 184. Proponitur in facto, quòd quædam lib. 2. Ioan. de. Imol. consi. 113. in causa, quæ vertitur colu. fin. quas auctoritates prædictus Do. Consultor adduxit: cuius tamen contrariũ reperio consuluisse Bald. consil. 493. considerato quòd testator lib. 5. & consil. 360. quia dictum legatum lib. 4. secundum ordinem meum, quia extincta causa fin. legati, ipsum legatum cessat. l. cum tale. §. falsam. ff. de cond. & demonst. Veruntamen quicquid sit in alijs casibus, in præsenti casu
3 transeo in sententia præfati D. Cõsultoris † quòd legatum istud quadringentorum relictum ab auo neptibus pro earũ dotibus, casu quo alter filiorum suorum decederet sine filijs masculis superstitibus filiabus, si tempore euenientis fideicommissi, ipsæ iam fuerant matrimonio copulatæ, non debeatur, quia verba legati excludunt nuptas, & vbi verba sunt clara, non admittitur voluntatis quęstio. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. Testator namq; aperte reliquit. d. legatum neptibus, tempore, quo viris traderentur, & sic contulit legatum in tempus matrimonij, & & nuptiarum.
4 Vnde post illud tempus noluit deberi: quia † quod conceditur ad tempus censetur post tempus esse prohibitũ. l. statu liberum. §. Stichum. ff. de lega. 2. l. pater. §. fundum. ff. de. lega. 3. si vnus. §. si cum reo & l. epistolam. §. fin. vbi Pau. de Cast. not. ff. de pact. & tradit Bald. in l. obseruare. §. proficisci. quæst. 3. ff. de off. proconf. & legati, & dicit in proposito
5 no. Bald. in l. 1. quæst. 9. in fin. C. de institu. & substi. † quòd vbi tempus est præcisum differri non potest, per text. in l. conditiones quæ in futurum. ff. de cond. & demon. & dicit etiam eleganter idem Bald. in cap. licet de sup. negl. præla.
6 quod † tempus determinato modo prolatum alterius temporis non recipit functionem. l. si vsusfructus mihi in biennium. ff. de vsufr. lega. & vbi statuta sunt certa tempora, nihil his addi vel detrahi potest, secundum eundem Bald. in auth. at qui semel col. 4. vers. quæro an hæc spatia. C. quom. & quan. iud. ex prædictis patet responsio ad tex. in l. pen. C. de inst. & substi. & in l. hæc conditio filiæ. ff. de cond. & demon. Nam ibi testator indefinite fuerat loquutus, quũ nupserit, vel si nupserit, ideo omne tempus cõtinetur. Sed hic certum tempus fuit determinatum, & in istis non videtur subsistere difficultas, Sed difficultatem facit, quia illa verba tempore, quo viris traderentur, quæ videntur qualificare legatum, non sunt apposita in prima substitutione, per quam filij, casu quo decederent sine filijs masculis, sunt inuicem substituti, & grauati præstatione delegati seu fideic. erga d. neptes si superessent, sed sunt apposita in secunda substitutione facta de fratribus testatoris, causa quo omnes filij decederent superstitibus filiabus, & sic neptibus testatoris, nã sunt grauati d. transuersales, quemadmodum filij fuerãt de præstando legatum quadringentorum pro dote d. neptium additis illis verbis, tempore, quo viris traderentur. Vnde vi
7 dendum venit an hæc † qualitas apposita in d. secunda substitutione censeatur repetita in prima, in quo articulo rectè per præcedentẽ D. consultorem fuit conclusum videri repetitam, propter verisimilem mentem testatoris, quem nõ est verisimile voluisse grauare magis descẽdẽtes q̃ transuersales: hoc enim modo minus dilecti plus haberent, quã magis dilecti, quod absurdum est, & inconueniens, & alienum à voluntate testatoris. l. Publius. §. fi. ff. de cond. & demon. l. qui fundum. §. qui filios. ff. ad l. falc. tradit Bartol. in l. Gallus. §. etiã si à parente vers. quæro iuxta prædicta testator. ff. de lib. & posth. & in l. quidã relegatus. §. fin. ff. de reb. dub. & in l. si mater. §. 1. ff. de vulg. & pup. Bald. in cap. 1. de nat. succes. feu. Alex. consi. primo. Perspectis verbis testamenti col. 4. versi. secundo probatur lib. primo, & alibi sæpe Modern. consulendo sequuntur decidentes in similibus terminis quæstiones. Ex his patet responsio si diceretur,
8 quod vbi legatum factum est ab alio gradu, tunc † cõditio posita in institutione non intelligitur repetita in substitutione secundum Bar. in l. auia. ff. de cond. & demon. per tex. in l. ab omnibus. §. cũ quidam. ff. de leg. primo & eodem modo si adduceretur, quod scribit Bar. in l. in repetendis col. 1. ff. de legat. 3. vbi in sua distinctione, vult, quòd quando est identitas ex parte personæ, cui relinquitur & rei relictę: sed est diuersitas personarũ, à quibus relinquitur prout in casu isto, tũc nulla inducitur repetitio. l. quid ergo. §. si quis duos ff. de leg. primo. Nam vltra particulares responsiones, quas tradit præcedens D. Consultor, respondetur, ꝙ etiã vbi regulariter non deberet fieri repetitio, fit tamen vbi constat de præsumpta mente defuncti, eam repetitionem fieri voluisse, vt Bart. tradit in l. Seiæ. §. Gaio col. 1. ff. de fund. instr. & sequitur Alex. Cons. 47. Perspectis his, quæ in themate, vers. sed istis non obstantibus lib. 5. volũtas enim testatoris totum facit, vt inquit iurisconsultus in l. ex facto. §. rerũ. ff. de hære. inst. sed in casu isto habemus verisimilem mentẽ testatoris: non enim tam insanus fuisset testator, vt voluerit in eiusdem legati pręstatione meliorẽ esse conditionem
9 transuersalium, quàm descendentium quum † quilibet pręsumatur sobolem suam non solũ extraneis, sed etiam agnatis quibuscunq; anteferre. l. cum auus. ff. de cond. & demon. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & ad prædicta est bene ponderandus tex. in d. l. Publius. §. fin. super quo fit totum fundamentum, nam ibi verba testatoris faciebant pro substituto, vt videretur maturius posse percipere legatũ, quàm filius institutus potuisset, tamen iurifcon. ibi nõ perspecta verborum natura determinat contra substitutũ, sequutus verisimilem mentem testatoris, ne scilicet minus dilectus plus habeat, quàm magis dilectus. Si igitur cõditio temporis ibi ad ætatem adiecta censetur repetita à substituto, etiã quod verba in substitutione apposita repugnare videantur, ne plus habeat substitutus, quàm institutus habuisset, cur non in isto casu dicendum vt cõditio temporis nuptiarum apposita in substitutionis secũdo gradu, intelligatur repetita in primo, ne sequatur illud absurdum & inconueniens, quod plus habeat substitutus in secundo gradu, quàm substitutus in primo, & plus transuersales, quàm descendentes, præsertim cũ hic verba non repugnent. Certè non videtur maior esse

ratio onerandi plus descendētes fideicommisso,quā transuersales,immo longè minor,sed vt detur hoc ex abundanti, vt sit par ratio onerandi vtrosque æqualiter, tunc succe-
10 dit illud quod † paritas rationis inducit repetitionem secundum Bald. in leg. Titius in fin. C. de op. liber. pro quo facit, quia cum non sit dare rationem diuersitatis inter primum substitutionis capitulum, & sequens, eadem debet esse dispositio. l. à Titio. ff. de verbor. obligat. sicut enim ex identitate rationis arguimus legem in casu non expresso idem statuisse, quod in expresso statuit. l. cum mulier. ff. solut. mat. l. milites agrum. ff. de re mil. sic dicendum in vltima voluntate testatoris, quæ pro lege seruari debet. §. disponat in authentic. de nupt. & hoc maxime attendi debet in casu isto. Nam si ex coniecturata mente testatoris iudicamus inductum fideicom. etiam quod verba deficiant l. cum proponeretur & l. vnum ex familia. §. fin. ff. de leg. secundo, tanquam tunc minus scriptum fuerit, quàm dictum vt ibi dicitur, quanto magis coniectura valere debet ad ostendendum qualitatem fideicom. † quum facilius presumatur qualitas, quàm substantia, glos. in l. talis scriptura in verbo vniuersa. ff. de leg. primo & tradit Alexan. post Ange. ibi in l. si certis annis colum. 3. C. de pac. Abb. in cap. auditis secundo not. de in integr. rest. Amplius est dicendum, ꝙ ex verbis in primo substitutionis gradu prolatis colligitur mentem fuisse testatoris, vt legatum illud deberetur non neptibus iam nuptis, sed nubilibus, dum ibi grauat testator filios masculos substitutos in ducatis quadringentis, dandis in pecuniam & rebus mobilibus, quæ æstimari debeant, iuxta conditionem ipsius filię & facultates patris, & etiam habito respectu ad viros, qui eas acciperent in vxores. Ponderandum est, quòd testator voluit dari mobilia, quæ non solent dari filijs iam nuptis, sed nubentibus. item habito respectu ad viros, qui eas acciperent, & sic testator retulit se ad futurum matrimonij tempus: non enim dictum est accepissent, sed acciperent, & sic apparet testatorem sensisse de futuris nuptijs, non de præteritis, nam quæ iam nupta est, tali subsidio egere non videbatur, & dispar est ratio in nuptis, & nubendis. & si quis pertinacior velit obsistere huic interpretationi, negare non poterit quin hæc iusta sit interpretatio, quæ vehementer coadiuuatur ex his quæ in secundo substitutionis gradu prolata sunt, vbi testator mentem suam expresius declarauit: dum subdit illa verba ad legatum quadringentorum, tempore, quo viris traderen-
12 tur: nam † vna pars testamenti, per aliam declaratur l. qui filiabus in princ. ff. de leg. primo. l. si seruus plurium. §. fin. ibi ex his quæ præcedunt vel sequuntur eod. titu. l. hęredes palam. §. si quid post ibi ex vicinis scripturis. ff. de testa. & vlterius in dubio iudicandum est, quòd testator minus voluerit grauare hęredem quàm sit posibile l. apud Iulianum. §. Scio. ff. de leg. primo. l. Titia. §. qui in vita. ff. de leg. secundo & l. nummis. ff. de leg. tertio. l. qui concubinam. §. cum ita eod. titu. Et ista ad præsentis causæ victoriam satis superque sufficere arbitror.

SVMMARIVM.

1 *Doctor à patrimonialibus oneribus immunis est.*
2 *Libertas non soluendi onera potest præscribi.*
3 *Negatiua ab allegante debet probari. & cur nu. 8.*
5 *Negatiua qualiter probetur. & nu. 6.*
7 *Priuilegium iuris præsumptione probatur, Amplia vt numero 8.*
9 *Vectigal, & si prohibitum sit exigi. præscribitur.*
10 *Titulus ex possessione decem annorum censetur probatus.*
11 *Immunitas spatio quadraginta annorum potest præscribi. & nume. 12.*
13 *Census præstatio quomodo præscribatur.*
14 *Ciuitas vbi de viribus præscriptionis agitur, priuati loco est.*
15 *Tempus immemoriale, habetur pro priuilegio à Principe concesso, vt nu 16.*
17 *Præscriptio etiam quadraginta annorum præscribenti non iuuat, quando præscriptioni cōtrariatur ius commune. intellige vt nu. 18.*
19 *Dominus habens merum, & mixtum Imperium collectandi & imponendi fodra ius habet.*
20 *Immunitas, alicui, quia doctor, vel medicus, cōcessa valet.*

Antiqui Doctoris in materia collectarum pro aduocatis.
Cons. 486.



QVIA Communitas ciuitatis Astensis, vel verius nonnulli æmuli propulsare videntur Spec. D. Doctores de collegio iudicū dictæ ciuitatis, vt collectas subeant cū d. communitate & soluant. Est aduertendum quod prædicti domini doctores multis ex causis se tueri valent, vt collectas ipsas cū d. communitate, & ciuibus subire nō teneantur. Et primo
1 iure communi, quia † Doctores omnes ab eiusmodi collectis, & oneribus patrimonialibus sunt exempti, probatur in leg. medicos. C. de profe. & medi. lib. 10. quod consulendo tenuerunt plurimi famosissimi D. & sic de eorum consilio fuit iudicatum in plurimis ciuitatibus, vt videri potest,
2 ex ipsis consilijs, quæ producuntur. Secundo † si ius prędictum deficeret, pręfatum Collegium & D. Doctores possunt se tueri ex priuilegio immunitatis, franchisiæ, & libertatis, quod Collegium & Doctores proponunt, & asserunt, immunitatem eisdem fuisse concessam & datā per d. Communitatem Astensem, scientibus etiam Specta. dominis Officialibus dictę Ciuitatis, & Communitatis Ast. Ad cuius probationem allegatur, & inducitur, quia libertatis, & franchisiæ decem spatio & viginti annorum, ac etiam triginta, & vltra quasi possesio, in qua fuit, & sunt dictū Collegium & D. Doctores ipsius collegij, durauit duratque, vt expresè fatetur pars aduersa & si negetur, satis cōstat, quia non constat de contrario, cuius probationis onus incumbit
3 Communitati, quum † mera negatiua probari non posit. Meritò in aduersarium transfunditur probatio, vt not. extra de ele. cap. bonæ, & not. in l. secunda. C. de non num.
4 pec. ne † alioquin in iura concernentia præscriptionem frustrà dicantur emanasse, si præscribens haberet probare negatiuam, quæ probari non posset, & ideo. l. plures apocis. C. de fide instrumen. tradit consilium domino, scilicet vt recipiat instrumentum solutionis sibi factæ à colono vel emphyteota: ne contra ipsum allegetur præscriptio triginta annorum, in non soluendo, quasi dicat, quòd quia allegans talem præscriptionem propter negatiuam, quæ inest, non habet necesse probare, videat dominus, quod posit probare contrarium, ne succumbat, alias dictæ leg. consilium esset inutile, & superuacuum, quod non est dicendum, vt. l. secunda in fin. C. comm. de leg. & cap. commissa. §. porro. ex. de. elect. Præterea si dicti D. Docto. soluissent de facili posset probari per d. Communitatem videlicet per libros, qui conficiuntur ad describendum solutiones talearum, &
5 collectarum: & † vbi non reperirentur descriptæ, probaretur negatiua vt. l. 1. C. de exac. trib. lib. 10. & l. fin. C. de reb. cred. per Bartol. in l. Titiæ textores. ff. de leg. 1. per Iacob. Butr. Bart. Bald. in. l. 2. C. de err. aduo. & Bald. in. l. iustum.
6 C. de eden. † & si opus sit probabitur per communem opinionem & famam quod sufficiet, nam vbi negatiua imminet probanda ei, qui allegat negatiuam, tunc ad eius probationem sufficit probatio communis opinionis & famæ vt Not. per Ioan. And. in nouel. in ca. peruenit in fin. extra qui fil. sint legi. vbi dicitur, ꝙ pura negatiua probatur per communem opinionem, & idem tenet in mercurialibus suis in c. sine possesione de reg. iuris 6. Idem etiā tenet Ioan. Cal. in quæstione per eum disputata, quæ incipit. Capitulū petit fructus,

fructus, &c. & pro hoc etiam facit quod not. Bartol.ff. de verbor. obliga.l.in illa. vbi tradit modum probandi negatiuam, finaliter dicens, quòd vbi non potest liquidò probari, sufficit vehementi opinione informari arg.l.non omnis §.à barbaris.ff. de re milit. si enim nunquam soluerunt dicti Doc. prout non soluerunt, non potest aliter probari hęc negatiua, & facilius esset diuersæ parti probare affirmatiuam, si soluissent. Ideo ad probationem negatiuæ sufficiűt coniecturæ, & præsumptiones, quum igitur sit probata dicta quasi possessio libertatis, immunitatis, & franchisiæ.
7 Constat † secundum iuris dispositionem, iuris præsumptione probatum esse ipsum priuilegium vt not. per glo. in leg. cum de in rem verso.ff.de vsu. & in.l.seruitutes.ff. de seruit. facit leg.qui in aliena versa. sed si non adierit.ff.de acqui.hęred. &.l.si filius.ff.de pet. hæred. per Inno.in cap.si diligenti extra de pręscri.per Dyn. in ca. secundo de reg. iur.lib.6. quod per expressum tenet Alber. de Rosa. magister practicæ, & commentator egregius in d.l.cum de in rem verso, vbi refert, quod in iudicijs seruatur opinio d.gl.idem etiam tenet Rayn. de Forli. & Signo. in consilijs suis consil.108. pro quo pulcherrimè facit, quod legitur per Iacob. de Are. Ci. Alber. & alios in.l.prima.C.de emancipat.liber.vbi di-
8 cunt † quòd Ciuitas, quę nititur habere iurisdictionem, iuuatur, si allegetur priuilegium, quod probat ex quasi possessione longi temporis, vt.l.iubemus.C.de fun.patrim. lib.x. & d.l.cum de in rem verso. Facit etiam pro ista parte, quod legitur per Hostien. in cap. peruenit extra de censi. & per
9 Archi. 18. quæst.2. cap. seruitium. Præterea † perceptioni vectigalis aliàs de iure prohibiti præscribitur, hinc est ꝙ si quis longo tempore exegerit pedagium & alleget priuilegium, quod huiusmodi priuilegium præsumitur, ac probatur, ex tanti temporis diuturnitate, vt expressè tenet Ray. in leg. commissa.ff.de publi. & Alber. in d.l.cum de in rem verso. Si igitur hoc est in obligatione inducenda, fortius relinquitur dicendum in liberatione, & immunitate concedenda, & arg. leg. Arrianus.ff. de actionib. & obligat. &.l. fauorabiliores.ff.de reg. iur. Præterea est aduertendű, quia dicta communitas Ast.non stetit in finibus silentij, & taciturnitatis, & patientiæ, quoniam ipsa communitas, & Ciues ipsius ciuitatis, exceptis dominis Docto.& iudicibus dicti Collegij soluerűt singulis annis collectas, & taleas, scientibus & patientibus dominis Officialibus d. Ciuitatis, qui per tempora fuerunt, vnde d. Communitas, & Ciues soluentes, & Officiales omnes dicuntur consensisse, quòd ipsi non soluerent, vi exemptionis, & immunitatis prædictę, aliter non esset verisimile quod alij voluissent soluere in solidum, & suum velle iactare arg.leg. cum de indebito.ff. de probatio. pro quo optimè facit.l. qui semisses, & quod ibi not.ff.de vsu. Sicq; illa non fuit simplex patientia, vnde se-
10 cundum glo. & Doct. omnes † vbi non est simplex patientia titulus allegatus præsumitur, probata quasi possessione decem annorum per d.l.cum de in rem verso, facit etiam.l. Procula.ff.de probatio. & hæc, quæ dubitationem aliquam non recipiunt, cőprobantur ex reformatione facta in generali consilio dictę Ciuitatis Anno Domini MCCCCXII. vbi ipsa communitas prædictam exemptionem, libertatem & immunitatem confirmauit expressè. Cum igitur Collegium, & Doctores Collegij probent exemptionem, & immunitatem prædictam per priuilegium, clarum est quod collectari non possunt per d. Communitatem dicti D. Iudices de collegio. Tertio si prædicta deficerent, prout non deficiunt, subordinatè potest allegari & obijci per d. collegium & Dominos Doct. dicti collegij exceptio pręscriptionis quadraginta annorum, quia certissimum est, ꝙ ipsi D. Iudices nűquàm soluerűt aliquas collectas nec subi-
11 uerunt cum dictis ciuibus † nam exemptio præscribi potest ex. de priuil. cap. cum olim propter quæstiones in tex. ibi, & quòd ea fuerat tă diu in possessione libertatis, quod alijs etiam cessantibus præscripsisset. &c. & eodem tit. cap. cum personæ in 6.& patet in.l.fin.in fin.C. de fun.patrimo. & l.in fraudem, & quod ibi not.C. de anno. & trib. & cap. de quarta ex. de præscrip.& per glos.in l.si publicanus.§.de rebus in glo.quæ est super verbo municipium ibi, item excusatur qui præscripsit non soluere, &c.ff. de public. & per Inno. in cap. cum non liceat ex. de præscr. & per Hostien. in cap.cum ex officij.eod. titu. & per Inno.in cap.cum ve-
12 nerabilis ex. de censi.† & ad huiusmodi præscriptionem inducĕdam sufficit tempus quadraginta annorum vt patet in l.fin.C.de fun. patrimo.lib.10. & not. per glos. in.l.in fraudem.C. de anno. & tribu. in glos. super verbo sortiri, facit etiam.l.sicut & l.omnes.C. de præscri.30. vel.40.annorum & cap. de quarta ex. de præscript. Nec huic aduersatur leg.
13 comperit eod.titu. † quia loquitur in publicis functionibus seu censualibus præstationibus, quæ Reipub. Romanorű seu imperiali culmini, in signum vniuersalis dominij dependuntur. At contra inferiorem à principe bene potest præscribi, vt not. in leg.secunda.C. noua vect. impo. non posse, & per Cin. & Doct. in d.l.comperit. clarum autem est,
14 quod.d.cőmunitas Ast. † aduersus quam de viribus d.præscriptionis opponitur, loco priuati est, ff.de verbo. signific.l. eum qui vectigal.ff.de petit.hęred.l.item veniunt.§.in priuatorum, & ad Maced.l.nihil cum sim. sicque contra eam præscribitur sicut contra priuatum, & maximè cű non intersit domini superioris, si contra d.communitatem præscribitur, quia communitas tenebitur, & tenetur hoc casu ad solutionem talearum in solidum, merito contra communitatem sufficit pręscriptio longissimi temporis secundum Inno. & Ioan. And. in cap. conquerente extra de off. ordi. & per glo. in cap. primo de præscript. lib.6. quod etiă tenet Bald. in titu. quæ sint rega. Præterea d. collegium & Doc. qui per tempora fuerunt in ipso collegio steterunt in dicta quasi possessione non soluendi per tantum tempus, quòd de contrario memoria hominis non existit, quod nő potest negari, & reputauerunt se exemptos & non contribuerunt cum alijs ciuibus d.ciuitatis in solutione talearum, quæ sæpissimè fuerunt impositę & exactę ab alijs ciuibus, & sic habet fundatam intentionem ipsum collegium, quia
15 non dicitur extare memoria, vnde † lapsus tanti temporis habetur. pro priuilegio, vt cap. super quibusdam.§.præterea ex. de verbor.signific. cap.primo in fin. de præscriptio. 6.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqu.quot.& æst.l.prima in fin.ff.de aqu. pluu. arcen. per Cin. & Docto. in.l.2.C.noua
16 vect. imp. non posse. Nam † cessatio tanti temporis præsumitur peruenisse in noticiam Principis, ideo illud concessisse videtur vt l.cum in plures.§. locator.ff. locat.l. plenum §.æquitij.ff.de vsu & hab. Plene per Cin. & Doct.in.l.prima.C.de emanci. liber.& per Doct. in d.cap.super quibusdam.§.præterea, quod dubitationem nő recipit in casu nostro, in quo constat, quòd de dicta immunitate fuit disputatum in generali consilio d.ciuitatis, quod totam communitatem repræsentat.vt not.in.l.prima.C.quæ sit longa consuet. iunctis quæ habentur per Bart. in.l. si publicanus.§.in vectigalibus.ff.de publi.& immunitatem ipsam confirmauit vt constat ex conclusione habita in consilio d. ciuitatis.
17 Non obstat si dicatur † quod spatio quadraginta annorű non præscribitur eo, quia dicatur ius commune facere contra præscribentem vt in cap. primo extra de præscrip. in 6. & legitur & not. in cap. si diligenti ex. de præscript. Quo-
18 niam respondetur, † quod prædicta locum habent vbi ius commune faceret pro agente, & ius commune esset contra præscribentem, ita pulchrè not. per glo. Ioan. Andr. in d.ca. primo de præscrip. in 6.sed ius commune non est pro
19 ciuitate Ast. † quoniam ius collectandi & fodra imponendi competit de iure cőmuni domino ciuitatis habenti merum & mixtum imperium. Nam ius imponendi collectas spectat principaliter ad dominos.l. prima.C. de superindic. lib.10.& l.placet.C.de excusa. munc.lib.10. Ideo regulariter imponi non potest per commnnitatem Ast. secundum Bart.in.l.prima de mul. & in quo loco licet ipsa communitas hoc possit pro debitis persoluendis, tamen ius collectandi non dicitur principaliter competere cőmunitati, sed Domino, ergo contra eam præscribi potuit. Nec obstat si dicatur, ꝙ ex consuetudine communitas potest imponere, quia per hæc non impeditur præscriptio contra eam, quoniam

ius commune non diceretur facere pro communitate, vt singulariter not. Ioan. And. in gl. in cap. 1. de præscrip. in 6.

20 Nota quòd immunitas † potest alicui concedi à ciuibus quia Doctor, quia medicus & similes secundum Bart. in l. vacuatis. C. de decur. lib. 10. & in l. secunda. ff. de iur. immu. & idem Bart. in l. secunda. C. de decr. decur. lib. 10. Ioan. Andr. in add. Specul. in titu. de censi. dicit quòd si est concessa immunitas alicui, qui est effectus ciuis cū pacto, quod esset immunis, & post ciuitas faceret statutū, quòd omnes ciues teneantur conferre non obstante aliquo priuilegio, an præiudicet alijs franchisijs, & dicit quòd non.

Additio Auctoris. De hac materia, quòd doctor actu non legens, sed exercens officium aduocati, sit immunis à collectis, dixi in cons. primo vbi nouas induco rationes; & auctoritates plurimas pro hac parte adduxi consil. 65. vltra quas idem tenet Ioan. Bapt. de S. Seuer. in tractatu de debitore suspecto. quarta. q. 5. q. princ. vbi respondet obiectis Franc. Ripa in l. prima. ff. sol. mat. & in l. centurio. ff. de vulga. & pup. Alcia. in d. l. 1. colum. penul. ff. solu. mat. & Hier. Cagno. in procem. ff. in. §. vos vero, & videntur recentiores communiter ita tenere.

SVMMARIVM.

1 *Princeps feudatariorum subditos, publica vtilitate, & necessitate vrgente, collectare potest, & nu. 12.*

2 *Vasallus vasalli mei non est meus vasallus, intellige vt nume. 14. 22. 32. 33.*

3 *Dominus primus potest secundum vasallum, vt sibi seruiat, compellere, & nume. 5. intellige vt nu. 35.*

4 *Actio personalis domino contra vasallum competens in singularem successorem non transit.*

6 *Aquam ex fundo meo, qui aquæ ductum debet, pro eo fundo cui seruitutem debeo, ducere quis non potest. extende vt hic.*

7 *Homo, hominis mei, non est homo meus, ex quo infertur vt hic.*

8 *Debitor debitoris mei, sicut non est meus debitor, ita Vasallus vasalli mei, non est meus vasallus.*

9 *Duces Marchiones habētes iura imperij ab Imperatore concessa, in suo territorio id possunt, quod in vniuerso orbe Imperator, extende vt hic.*

10 *Principi, in signum supremę potestatis, sunt multa reseruata, quæ nisi illis, quibus ipse voluerit demandare, non competunt, & quæ sint vide hic & nu. 11.*

13 *Principi reseruata & ius supremæ potestatis non veniunt in sermone generali.*

15 *Homo vnus seruus plurium esse potest,*

16 *Seruus non iuuans dominum capite punitur.*

17 *Princeps pro defensione status, suis subditis, & vasallorum collectam imponere potest.*

18 *Baronis homines ad seruiendum Baroni, & regi requisiti, magis regi quàm baroni seruire tenentur.*

19 *Vtilitas publica priuatam etiam includens, priuatæ est pręferenda.*

20 *Vasallus tempore belli, domino eius immediato relicto, ad Regium exercitum ex regis generali ordine, potest accedere.*

21 *Subditus vasalli, non tenetur iuramentum fidelitatis superiori domino præstare.*

23 *Princeps, subditos, non tantum in territorio sibi immediatè. citare potest.*

24 *Potestas tanta in aliquem non confertur, quin in dantem maior remaneat infertur vt nu. 25. 27. 28. 29. 30. 31.*

26 *Priuilegio, contra concedentem, nec contra eum cuius medio fuit obtentum. nemo vti potest.*

34 *Concessio regis de mero & mixto Imperio ac de secūdis caussis, an priuatiuè fiat, & an reuocari possit.*

36 *Papa in Laicos commorantes extra territorium suum in temporalibus nullam habet iurisdictionem.*

37 *Appellatio ab Imperatore ad Papam regulariter non fit.*

38 *Principis dicto standum & credendum est.*

39 *Dispositio clem. primæ de proba. procedit in Imperatore & alijs principibus habentibus iura imperialia.*

40 *Principis auctoritas omnibus præfertur.*

41 *Princeps in dubio, quicquid facit, iustè facere præsumitur.*

42 *Præceptum principis, siue iustum, siue iniustum, etiam in dubio seruandum est.*

43 *Princeps iura imperialia habens, vel non recognoscens superiorem, in propria causa iudicare potest.*

44 *Principis assertio, sententia est.*

45 *Principis sententia etiam quod sit pro ipso rege, per scripturam eius sigillo roboratam probari potest.*

46 *Verbum regis habetur pro lege, infertur vt hic.*

47 *Iuramentum calumniæ regi, cum non præsumatur calumniari, remittitur.*

48 *Dominus de controuersia inter eum, & vasallum vertente, non cognoscit sed alius.*

49 *Dicto Baronis domini directi standum est.*

50 *Cor regis in manu Dei est, infer vt hic.*

51 *Princeps collectare potest quosque quouis modo immunes, pro status & patriæ defensione.*

CONSILIVM. 487.



SINE difficultate non transit præsens

1 quæstio † nam quòd Illustr. Marchiones Montisferrati nequeant collectare, & onera imponere vrgente publica necessitate, & vtilitate subditis feudatariorū, videtur probari quia † Vasal-

2 lus Vasalli mei, non est meus Vasallus, glo. in l. de accessionibus in verbo debet. ff. de diue. tempo. præscrip. & glo. fin. in cap. legitur. 81. distinct. sicut videmus in simili, quod libertus liberti mei, non est meus libertus. l. licet inter gesta. §. primo & l. Modestinus. ff. de verbor. signific. l. si quis liberi. §. si quis à libertis. ff. de alen. & agnosc. liber. l. alimenta. ff. de alimen. lega. l. pater. §. duobus. ff. de legat. 3. similiter videmus, quòd socij mei socius, non est socius meus. l. qui admittitur cum. l. sequen. ff. pro. soc. leg. consilij. §. primo. ff. de regu. iur. ordine enim successiuo præstare sibi debent fidelitatem, & seruitia ex eadem re, ita quòd nihil cōmune habet vltimus Vasallus cū primo Domino, Ideo † primus dominus non po-

3 test secundum vasallum compellere vt sibi seruiat, vt vult glo. in cap. primo. §. similiter de. l. Conra. vbi etiam adducit bo. tex. in argu. in. l. si vsusfructus tibi. ff. vsufru. quemad. cau. & vult hoc etiam glo. in cap. primo. §. fin. de controu. inuestit. quam glo. sequuntur ibi Iacob. de Belui. & Andr. de Iser. per illam rationē, quia Vasallus Vasalli mei non est Vasallus meus, sequitur etiā eandem Mart. Laud. ibi, quia

4 actio † personalis quæ competit domino contra primum vasallum nō transit in singularem successionem. l. prima. §. si hæres. ff. ad Trebell. l. fin. §. fin. ff. de contrahen. empt. & adducitur ad hoc etiam Ioan. Rinaldi in commento ca. Imperialem. §. illud de prohibita feud. alien. per Fede. vbi dicit quod hoc casu secundus vasallus requiritur à proprio, & immediatè domino, & dominus superior requiret suum Vasallum immediatum, vt sibi præstet seruitia, & ille Vasallus præstabit seruitia domino suo cum iuuamine sui Vasalli, & sequitur hoc etiam Oldrad. consil. 134. factum tale est, quidam miles & hæc opinio videtur verior, & communior quicquid Bald. dicat, & Iac. Aluar. in d. ca. primo. §.

5 fin. de controuer. inuestit. vbi tenuerunt, † quòd Dominus superior possit compellere secundum Vasallum ad præstandum sibi seruitia per subtractionem beneficij iux. not. per gl. in. §. adeo, Insti. locati, vel poterit habere regressum contra vasallum vasalli sui in subsidiū tanquam contra debitorem debitoris sui. l. pro hærede. §. si quid tamen. ff. de acqui. hæred.

hæred. Nam hæc Bal. & Alua. sententia cõmuniter improbatur à ceteris, & posito, ꝙ esset vera, tamen Illustrissimi Marchiones non sunt sequuti præfatum modum, quia non intendunt exigere collectas à subditis feudatariorum inuestitorum cum mero, & mixto imperio cũ subtractione beneficij, quia subditi nullum habent subinfeudatum beneficium à primis vasallis, Item non intendunt exigere in subsidium, quasi ipsis feudatarijs existentibus nõ soluendo, sed de directo imponunt collectas subditis feudatariorum, & de hoc cõqueruntur feudatarij, qui pretendunt, ꝙ Illustrissimi Marchiones deberent ipsos requirere, vt cogant subditos ad præstationem oneris iniuncti. Pro quibus etiã facit, quia nulla videtur sufficiens ratio, cur astringatur Vasallus
6 vasalli seruire Domino principali † sicut nec ex fundo meo qui debet aquæ ductum, potest aliquis aquã ducere pro eo fundo, cui seruitutem debeo. l. ex meo. ff. de rusti. præd. sicut etiam deiector deiectoris non potest conueniri ab eo, qui primo loco deiectus fuit. l. cum à te. ff. de vi, & vi arm. & res posterioris cõductoris nõ obligatur primo locatori sed immediato. l. si in. l. §. si colonus. ff. loca. Cõfirmantur præmissa ex his quæ Spec. scribit in tit. de feud. §. quoniam versi. 41
7 † ꝙ homo hominis mei non est meus homo per tex. in. d. l. Modestinus. ff. de verb. signific. & in. d. l. si quis à liberis. §. si quis à libertis. ff. de alend. & agnosc. liber. vnde infert, quod licet vnus Baro sit homo ligius Regis, tamen homines Baronis nõ sunt homines Regis, sicut dicitur de subditis Episcopi respectu Archiepiscopi. 3. q. 9. ca. nullus primas ca. pastoralis de offi. ordi. & hoc dictum Specu. refert & sequitur gl. Ioan. And. in Clemen. 1. §. cæterum in verbo existere de iurei. vbi etiam ex hoc dicit, ꝙ licet Imperator sit subditus ecclesiæ, nõ tamen subditi Imperatoris ecclesię subijciuntur cap. nouit de iudic. Accedit etiam prædictis, quod Bald. scribit in cap. ceterum col. pen. vers. quæro si feudatarius de
8 iudic. vbi dicit quod † sicut debitor debitoris mei non est meus debitor, quia cum eo nullũ pactum habeo, ita Vasallus Vasalli mei non est meus Vasallus, quia non præstat illi fidelitatem, sed mihi, vnde si feudatarius Regis acquirat de illo feudo plures feudatarios, & quæstio vertatur inter eos, cognoscet de causa nõ Rex, sed feudatarius Regis, à quo tales Vasalli habent causam: Demũ ꝙ Vasallus Vasalli mei non sit meus Vasallus, tenet Bart. in. d. l. si quis à liberis. §. si quis à libertis, Bald. in. l. cum dilecti col. 3. versic. dubitatur tamen de do. & contu. Floria. in. l. si filia. ff. famil. hercis. Et ista sunt quę difficultatem non mediocrem ingerere videbantur. Præmissis tamen minime obstantibus contrariam sententiam, veluti de iure veriorem amplector, videlicet ꝙ possint Illustrissimi Marchiones existente publica vtilitate vel necessitate onera imponere subditis feudatariorũ
9 suorũ: pro cuius planiori demonstratione pręsuppono † ꝙ ipsi D. Marchiones, qui habent iura Imperij cõcessa ab Imperatore, possunt in suo territorio idẽ quod Imperator potest in vniuerso imperio, vt voluit Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de instr. edit. §. porro in addic. incipiente hæc pręscriptio, in fin. & in comite virtutum tradit Ang. consil. 217. in causa accusationis col. 2. & Duce Mediolani Paul. de Cast. consi. 34. super primo dubio videtur dicendum lib. 2. secundum nouissimã impressionem, & in Pandulfo domino Fani Roma. consi. 59. ad discutiendam veritatem. 2. dubio, & facit, quod dicit Bald. in. l. recepticia col. 1. C. de const. pecu. vbi dicit ꝙ Comes in suo territorio, magis assimilatur Principi, quàm Præsidi. Et idem tenet Bald. in. l. pen. C. de don. inter vir. & vxor. & in. l. exemplo q. penul. C. de proba. & in prooemio. ff. colu. 2. vbi vult quod etiam si Rex habeat regnum suum in feudum ab alio Rege, tamen habet supremam potestatẽ in subditos: licet enim ius vniuersitatis vtiliter possideat, tamen in iuribus singulorum habet plenitudinem potestatis, & directè possidet iurisdictionem in singulis generũ, & nomine suo simplici eam exercet, & commoda iurisdictionis acquirit pleno dominio, licet habeat vtile respectu vniuersitatis regni, arg. not. per glos. in. l. 2. ff. de bono. poss. hæred. pet. & super istis diutius insistendum non videtur, quia aduersarij pleno ore istud fatentur.

10 Præsuppono etiam † quòd multa reseruata sunt Principi, in signum supremæ potestatis & insignis priuilegij, adeo quod nulli alio cõpetunt, nisi ipsi soli, & his, quibus ille voluerit demandare cap. quod translationem, de offi. leg. cap. prudentiam. §. sexta de offi. delega. cap. fin. de offi. vic. in. 6. & tradit glo. & ibi ceteri cap. sicut vnire de excess. præla. &
11 vt exempli gratia aliqua supponantur † solus potest legitimare, leges contra ius commune & hactenus obseruatum condere, res iudicatas irritas facere, creare Tabelliones, crimen delinquentibus indulgere, & alia multa de quibus per Bald. in. l. rescripta. C. de preci. Imper. offer. Iacob. in sua inuestitura in verbo Princeps, & inter ista, quæ singulariter competunt Principi, numerãda est munerum impositio in subditos emergente aliqua publica vtilitate vel necessitate, quod superindictum, vel extraordinaria collatio nuncupatur cap. 1. quæ sint rega. l. placet. C. de excu. mun. lib. 10. l. 1.
12 C. de superind. eod. lib. Ex hoc arguitur efficaciter † quod princeps feudatariorũ subditis onera potest imponere, quia in inuestituris Vasallorum Princeps sibi semper reseruat altum dominiũ, & altum dominium id operatur, quod Princeps possit collectas in territorio suo subditis imponere qa soli principi id competit ratione suæ supremę potestatis, vt nuper ostẽsum fuit, & vlterius posito etiam quòd Princeps inuestiens illud sibi nõ reseruasset, tamen intelligeretur sibi reseruasse, nisi in his quæ nominatim concessa fuissent, quo-
13 niam ea † quæ competunt iure supremæ potestatis, sub generali non veniunt sermone, vt habetur in d. cap. quod translationem de offic. leg. & tradit Abbas in d. cap. prudentiã. §. sexta colum. secunda Petr. de Anch. consil. 132. Visis diligenter actis colum. quarta & Imol. consf. 121. in causa quę vertitur in fin. & Roma. consi. 59. ad discutiendum veritatem. 2. dubio, & istud est primum argumentum. Secundo principaliter adduco id, quod egregiè scribit Gui. Pa. q. 450 De hoc anno, &c. vbi ponit quæstionẽ de Episcopo Odone, qui habebat iurisdictionem in spiritualibus, & temporalibus inter ciues Vapanienses, postmodum recognouit Episcopus se tenere dictam iurisdictionem in temporalibus à Renato Rege Siciliæ. Modo præfatus Rex, quum moueret bellum, petiuit subsidium à dict. Ciuibus Vapaniensibus, recusabant dicti ciues, quæsitum fuit an tenerentur, concludit ibi Gui. Pa. quòd sic, quia post homagium factum per Episcopum de ipsa Ciuitate d. Regi, erant homines saltem mediati d. Regis ca. Imperialem. §. illud de prohibit. feu. alien. per Fede. & argu. text. in. l. fin. ff. de vi & vi
14 arma. & ad illud, quod † dicitur, quod vasallus vasalli mei non est meus vasallus, vt per glo. in. l. Modestinus. ff. de verbo. signific. Respondet hoc procedere vbi ex alia causa ille est homo vasalli mei, vt ibi: Vbi autem ex eadem re, pro qua vasallus meus mihi præstitit homagium, tunc ille homo vasalli mei censetur esse vasallus meus d. cap. imperialem. §. illud, sicut erat in illo casu, quia ciues Vapanienses erant homines Episcopi ex eadem re, videlicet pro ciuitate de qua ipse episcopus homagiũ fecit d. Regi Siciliæ, & subdit præfatus Doc. non esse mirandũ si di. homines sint ho-
15 mines Episcopi & Regis † quia vnus homo potest esse seruus pluriũ. l. si seruus pluriũ. ff. de leg. 1. esse enim homo alterius, est quædã species seruitutis: nam quod sit seruus, quia si dominum non adiuuet, nõ punitur, nisi quia perdit feudũ
16 † seruus autem nõ iuuans dominum capite punitur. l. 1. ff. ad Syll. secundum And. de Iser. in cap. 1. in verbo omnem vtilitatem de no. for. fide. Hæc sunt verba præfati Doctoris quæ decidunt præsentem quæstionem. Tertio adduco ad Ioan. Blancum in sua laudabili Summa feudali sub rub. qui. mod. feud. amit. col. 13. versic. sed nunquid potest, vbi quęrit vtrum Dominus possit imponere quæstam hominibus vasallorum suorum existentibus legitimis causis. Arguit ad partes, deinceps concludit, quòd consuetudo habet quòd domini faciunt quæstas in hominibus vasallorum suorum, & quòd videtur idem de iure, quia quod omnibus imminet, ab omnibus debet supportari cap. accedentes & cap. cũ ex officij de præscription. Quarta idem voluit Ioan. Rain. in cap. imperialem. §. firmiter pen. char. de prohib. feu. alie.

17 per Fede. vbi inquit ꝙ † dominus pro defensione patriæ,
potest subditis imponere quæstam seu taleam, quod proce
dit etiam subditis vasallorum secundum Iacobi. in tractat.
de homag.colum.10.versicu.sed hic cadit,&c.Quinto ad-
duco Spec. in tract.de feud.§. quoniam versic.16. vbi ele-
ganter quærit,quid si Baro, & Rex bellū gerant contra di-
uersos hostes eodem tempore. Et Baro præcipiat homini
bus suis, vt sibi opem ferant, & ex aduerso, Rex præcipiat
hominibus Baronis, vt sibi auxilientur, vtri magis de-
beant parere,& primo videtur quod Baroni, cui sunt astri-
cti dupliciter ratione homagij, & iurisdictionis specialis,
quam habet in hominibus suis.§.si verò forsan in auth. de
quæst. Regi verò sunt obligati tantum ratione generalis iu
risdictionis,vnde duæ rationes vincere debēt vnam, Item
speciale derogat generali; in contrarium arguit, quòd po-
tius debeāt obedire Regi,ex quo vocati sunt ad maius tri-
bunal.l.contra pupillum.§.fi.ff.de re iud. c.si Episcopus.18.
18 distin.Tandem concludit, quòd † tenentur magis obedire
Regi,quàm Baroni,ex quo Rex, qui habet administratio-
nem regni, vocat eos pro communi bono, scilicet pro de-
fensione patriæ, vnde iure gentium sibi obedire tenentur,
& quia pro defensione patriæ licitū est patrem interficere,
19 & quia † vtilitas publica includens etiam priuatam præfe-
renda est priuatæ,vt ibi ipse latius prosequitur. Et prędicta
tenet Iacobi. in sua inuestit.in verbo & promiserunt col.5.
versic. nono.quæro,vbi addit idem tenuisse Ioan. Rain.in
cap.imperialem.§.firmiter de prohi.feud. aliena.per Fede.
Rom.in.l.si quis in graui,§.si cum omnes.ff.ad Syllan.Re-
perio hoc idem voluisse Oldr. consil.234. Factum tale est,
20 quidam miles, vbi vult † ꝙ vasallus possit tempore belli re
licto domino eius immediato ire ex generali mandato Re
gis ad ipsum exercitū Regium tanquā vocatus ad maius tri
bunal.d.l.cōtra pupillum.§.1.&.l.libertus,§. præscriptio.ff.
ad municip. Ex hac Spec. decisione colligitur subditos feu
datariorum esse adhuc subditos Principis habētis vniuer-
salem iurisdictionem,& grauari posse per Regem tempo-
re necessitatis,vt ei subsidium ferant, & si vtrique auxiliari
nequeunt subueniendum esse potius Principi, quàm pro-
prio domino immediato, qui specialem in eos habet iuris-
dictionem,& de priuato commodo tractat. Sexto adduco
Bald. in titul. de pac. Const. char. pen. in verbo, quod non
21 sunt districti, vbi vult quòd † subditus vasalli non teneatur
iuramentū fidelitatis præstare superiori dn̄o,quia homo va
salli mei non est propterea homo meus,nisi habeam gene-
ralem iurisdictionem,allegat Specu.in titu.de feud.§.quo-
niam versic.14. cum versi. seq. & tenet hoc etiam Iacobi.
in sua inuestitura,in verbo, qui quidem inuestiti colum.3.si
ergo tenentur & cogi possunt, vt præstent fidelitatis iura-
mentum superiori domino habenti generalem iurisdictio
nem, ex hoc ostenditur, quod sunt subditi, ergo tanquam
subditis onera imponi possunt. Septimo facit quia reg.quę
22 habet,quod † vasallus vasalli mei,non est meus vasallus,nō
procedit in Imperatore, Regibus, & alijs principibus ha-
bentibus generalem iurisdictionem, vt vltra Doct. Anti-
quos superius relatos tenuerūt recentiores, & vt aliqui enu
merentur, hoc tenuit Matth. de Affl. in cap.1.§. vt autem
æquitas. nono not.de pa.iur. firm. Iacob. in sua inuestitura
in verbo & promiserunt colu.5.vers. Nono quæro, Corse.
in tract. de rege.potest.q.88.Curtius Iunior consi.137. ha-
bita diligenti,col.2.facit etiam quod scribit Aret. cons.58.
23 diligenter consideratis omnibus colum.2. vbi vult, † quod
dominus potest citare subditos non tantū in territorio im-
mediate sibi subiecto, sed etiam mediate, allegans ad hoc
Bart.in extraua. ad reprimen. in verbo prædictum colum.
24 pen. Octauo accedat. † quia non potest per Principem tan
ta alicui conferri potestas, quin apud Dantem maior rema
neat c.dudum.§.nos igitur de præben.in 6.quem text.dicit
se didicisse à magno viro Matth. de Affli. in cap.1.§. item
si quis tertio not. quibus mo. feud. amit. vbi ex hoc infert,
25 † quod licet Rex Ferdinandus concesserit quasi omnibus
Baronibus regni priuilegium de primis causis, ne pro ipsis
conueniri valeant eorum subditi, coram iudicibus magnæ
curiæ vicarię,nec sacro consilio,aut aliquo delegato,Atta-
men si princeps ex certa scientia committit causam alicui
contra ipsos subditos,non possunt subditi tueri se dicto pri
uilegio,quia ex illa delegatione non fit præiudicium priui
legio Baronum, quia intelligitur potestas Regis reseruata,
quum non possit tātam dare iurisdictionem, quin sibi plus
26 remaneat.vt habetur in d.c.dudū,& † priuilegio vtitur ne-
mo contra eum, à quo illud obtinuit, nec contra eum per
quem obtentum fuit.l.2.vbi Lucas de Penna no.C. de pri.
d.Aug.l.amicissimos.§.Lucius & l.administrantes.§.fin.ff.
de excus.tut.Reperio etiam quod Thomas Grammaticus
27 voto 28.concludit † ꝙ Rex Ferdinandus potuit cōmittere
causam vnius, qui subijciebatur iurisdictioni Principis Ta
rentini nō obstante priuilegio eidem Principi concesso ꝙ
non possit comminari: nec per viam retardatæ aut dene-
gatæ iustitię causas ab eius officialibus auocare,quia vig o-
re d.priuilegij nō videtur Rex à se abdicasse iurisdictionē,
quin de aliquibus causis possit cognoscere: adducit tex.quē
dicit in proprijs terminis singularem, & peregrinum in.d.
cap.dudum,& alia plura quæ videri possunt, ne vtar officio
nudi transcriptoris.Reperio quoq; quòd insignis Doc.Mo
28 der. Franc.Ripa consuluit,† quod quædam vniuersitas po-
tuit de licentia superioris Domini nouum vectigal impo-
nere, etiam quòd antea feudatario cōcessa fuissent regalia,
quia licet feudatarius habeat regalia,nō tamen ea sic possi-
det proprio iure, quin dominus superior adhuc habeat ma
iorem potestatem,d.c.dudum de prebẽn.Similiter consul-
29 uit,† quod licet Imperator donasset ecclesiæ ciuitatem Va
lentianam cū regalibus,potuit tamen ratione supremę po-
testatis, quā sibi retinuerat eximere ciues ab oneribus qui-
busdam vt de prædictis patet responsio eius quarto, & se-
ptimo sub tit.de rescriptis.Meminit etiam de tex.in d.cap.
dudum Pet.de Ancha.cons.28. rationes inductæ colum.2.
30 vers. præterea animaduertendū, & per illum tex.dicit, † ꝙ
in contrah. obligatione non potest plus procurator, quàm
dominus, penes quem remanet eadem potestas, & maior,
quàm transferat in procuratorem,& dicit etiam Domini:
in d.c.dudum in nota.se allegasse illum tex. quod licet pro-
curator patroni laici præsentauerit vnum,per hoc non ex-
cluditur patronus à potestate accumulandi alium,quum pe
nes eum potestas eadem remanserit & maior. Modo redu
cendo ista ad rem,apparet quod non potuit tanta transferri
potestas in feudatarios,quin eandem, immo & maiorē re-
tinuerit ipse Princeps: vnde debet posse eorū subditos col-
lectare,propter maiorem potestatem, quam habet, & sibi
censetur seruasse.Nono ad confirmationem præmissorum
accedat Alb.de Rosa.in.l.fin.in vltimis verbis.C. de iurisd.
31 omn.iud.vbi inquit † ꝙ si Rex dedit alicui castrum cū om
ni iure,quod ibi habebat,non videtur ius regium, quod ibi
habebat,vt Rex dedisse,sed id tantū,quod habebat, vt do-
minus concessisse,per quædā iura ibi adducta: & quia non
est verisimile tale ius in specie concessurum fuisse.l.obliga-
tione generali.ff.de pigno.reliquum est,vt respondeatur ad
contraria,quorū facilis est resolutio attentis prędictis.Non
obstat igitur, dum dicebatur ꝙ vasallus vasalli mei non est
meus vasallus iux.glo.in d.l.de accessionibus.ff.de diuers.&
32 temp.præscr.quia respondetur,quod immo † Vasallus Va-
salli mei est meus Vasallus, quādo est vasallus super eadem
re, secus si diuersa,vt Gui.Pa. scribit quæst.551.superius al-
legata & vult hoc etiam Bar.in d.l.de accessionibus, & in l.
Claudius circa fi.ff.qui pot.in pigno.hab.& dicit Bal. in.l.1.
col.2.versi.quæro testator.C.commu. de lega.quod Vasal-
lus vasalli non est meus vasallus,inspecta obligatione con-
uentionis, sicut nec colonus coloni mei est meus colonus
sed inspecta re mea,quæ ad illū peruenit,vasallus meus dici
potest l.solutū.§.vnde si domū.ff. de pig. act. & vr̄ etiā hoc
idē esse de m.ente Bal.in c.cū dilecti de do.& cōtu.col.3.dū
inquit ꝙ vasallus vasalli mei nō est meus vasallus cōuentio
ne, quia non habet pacta mecū sed feudi digressione vnde
habet me primā causam sicut principiū, qđ prædominatur
in subsequentijs,hęc sunt formalia verba Bal. quæ volui re
ferre,qā à quibusdā allegatur in oppositū.Idē tenet And.de
Iser.in

Iser.in c.imperialē.§. illud circa prin. de prohi. feu. alie. per
Fed. Vbi inquit ꝙ vasallus vasalli mei, est meus vasallus, vbi
aliquid tenet de feudo meo, quia quod de re mea procedit.
meum est.l.solum.§.1.ff.de rei vend.l.fin.§. sed quum in.2.
C.de fur.l.de eo.§.si quis.ff.ad exhiben. Et prædicta sequi-
tur etiam ibi Matthe. de Affl.referens eundem And.idem
tenuisse super constitutionibus regni. Modo in proposito
subditi Vasalli sunt de feudo Principis, ergo sumus in reg.
quòd Vasallus Vasalli mei meus est vasallus, vbi agitur de
eadem re. Præterea & adhuc fortius respondetur, quòd id,
33 quod dicitur † Vasallus Vasalli mei non est meus Vasallus
procedit in inferioribus, qui feudū quod habent ab aliquo
priuato subinfeudant alteri, nō si habent à Principe, qui est
vniuersalis dominus in toto territorio, quia tunc nō vt per-
sona infeudans, sed vt Princeps habens iura Imperij potest
præcipere subditis Vasallorum, vt superius multis auctori-
tatibus & rationibus ostensum fuit, nō enim Princeps ab-
dicauit iurisdictionem à se, quam habet in subditos degen
tes in territorio, immo nec abdicare posset, vt Bald. tenet in
præludijs feudorum col.8. versic. expedita feudi definitio-
ne cum concord. adductis per Alexand.in l.filio, quem pa-
ter in fin.ff.de lib.& posthum. & consil.24. Ponderatis his,
quæ in themate col.fi.lib.5.vltra quem addo Bal.qui com-
muniter non allegatur in.l.1.§.initio colum.3.versicul.not.
tamen quod Princeps.ff.de offi.præfec.vrbis, Pau. de Cast.
consil.70.quia frustra disputatur col.4.versic. circa secundū
lib.primo, & dicit not. Matth.de Afflic.super constit.regni
34 in præludijs.q. 24. quod vbi † Rex cōcedit quasi omnibus
Baronibus merum & mixtū Imperium, & etiam addit se-
cundas causas, si id fit priuatiuè ad ius Regis, ita ꝙ ipsi Baro
nes viuunt sicut Reges in terris eorum, & faciunt quicquid
volunt, & iurisdictio tantum competit Regi in habitu, nun
quam in actu, tale priuilegium vel resoluitur ipso iure, vel
reuocari potest, quia ex post facto nimis incipit lædere ho-
norem & dignitatem regiam, & publicum statum, per tex.
in cap.suggestum de deci. & not. per Are. in c.nouit de iu-
di. Ex istis etiam elicitur responsio ad id, quod longo ser-
35 mone deducitur, † quod secundus Vasallus non tenetur ser
uire superiori domino nisi saltem primus immediatus re-
quiratur pro auxilio, vt adducat suum Vasallum, per aucto-
ritates & iura adducta, quia præmissa nō aptantur casui no
stro, quia subditi Vasallorum non vocantur ad munera, à
D. Marchionibus, eo quia habeant rem aliquam subinfeu
datam à primis feudatarijs, sed quia sunt subditi ipsius Prin
cipis ratione suæ supremæ potestatis, quā habet in omnes,
qui habitant in territorio. Non obstat, quod scribit Specul.
in titu.de feud.§. quoniam versic.14.quod subditus Baro-
nis, non est subditus Regis, nec homo Regis dici potest,
quia respondeo, quod licet Specu. hoc dicat in primis ver-
bis, tamen postea concludit oppositū, & vltima opinio præ
ualet iuxta not.in.l. bona fides.ff. de pos. & quod ista fuerit
mens Spec.quod homo Baronis, sit quoq; homo Regis, de
prehenditur ex his, quę dicit duobus versi.sequen.vbi con-
cludit, quòd si Baro & Rex inuicem decertent bello, debet
homo Baronis potius iuuare Regem, quam Baronem, &
quod si Rex & Baro bellum gerant eodem tempore cōtra
diuersos hostes, tenetur potius auxiliari Regi, quàm Baro-
ni. Vnde qui aliter allegant Spec. male loquuntur, nec facit
aliquid simile de Episcopo, qui subijcitur Archiepiscopo,
& tamen subditi Episcopi nō subijciuntur Archiepiscopo.
quia istud procedit in Archiepiscopo, qui nullam habet iu-
risdictionem in diocesi Episcopi, nisi in certis articulis, de
quibus per glo.& Doct. in cap. pastoralis de offic.ord. Sed
nos sumus in Principe, qui vniuersalem habet iurisdictio-
nem in territorio in omnes, & ideo subditis subditorū iure
suo potest præcipere. Similis cadit responsio ad illud de Im
peratore. qui subijcitur Papæ, & tamen subditi Imperato-
ris non subijciuntur Papę, quia hoc pariter ex illo procedit,
36 quòd † papa in temporalibus nullam habet iurisdictionem
in laicos commorantes alibi, quàm in eius territorio, cap.
per venerabilem.§.rationibus, & ibi Innocenttus & alij &
cap. causam il.2. qui fil. sint legi. cap. si duobus & ibi etiam
no. de appell.c.nouit de iudic.cap.cum ad verum 93.distin.
Distinctæ enim sunt iurisdictiones, vnde vnus non debet
impedire & turbare iurisdictionem alterius, vt habetur in
37 iuribus præallegatis, ex quo etiam fit, † vt ab Imperatore
regulariter non appelletur ad Papam glo. in c.quoniam 10.
distinct. & ita tradit Card. in d.cap. nouit de iudi. & in istis
casibus non habet locum regu. si vinco vincentem te, mul
to magis vinco te, quia vincendi causæ sunt diuersæ: nec
vis, qua te vinco, influit in illum, qui à te vincitur, vt Cin.
tradit in auth.licet.C.de nat.lib.Imol.& Abbas in d.cap.pa
storalis de offic. ordi. Domin.in cap.auctoritate de concess.
præben. in 6. Non obstat etiam, quod Bald.scribit in d.cap.
cæterum de iudi.quia ipse loquitur in pluribus subinfeuda-
tis, qui habent iurare fidelitatem domino suo immediato,
non autem mediato, & similiter si sit cōtentio inter eos de
feudo, cognoscet dominus immediatus non mediatus, quę
omnia remotissima sunt à casu nostro, quia Princeps non
petit nunc aliquam fidelitatem à secundis Vasallis ratione
subinfeudationis, nec intendit cognoscere de feudo secun-
dorum Vasallorum, sed intendit collectare subditos Vasal
lorum ratione generalis iurisdictionis, quam in eos habet,
& hoc omni iure ei permittitur, vt superius demonstratum
fuit. Postremo non obstant auctoritates eorum, qui tenue-
runt, quòd Vasallus Vasalli mei, nō sit meus Vasallus, nam
intelligi debent secundum prædicta, videlicet quando Va-
sallus vasalli habet rem diuersam à prima in feudū cōces-
sa, non autem vbi habet eandem rem. Item procedit in do
mino feudi superiore, qui non habet generalem iurisdictio
nem in homines sui territorij, secus si habeat, quia ratione
huius generalis iurisdictionis eis præcipere, & demum in-
iungere onera exigente publica necessitate potest, & ex his
patent resoluta obiecta. Dubitari etiam contingit vtrū cre
datur verbis Principis asserentis se imponere onus pro pu-
blica necessitate, & vtilitate, & licet, vbi aliquid permitti-
tur alicui cum causa, non credatur eius assertioni, dum affir
mat subesse causam.l. si fortè.ff. de castr.pec.l.qui testamen
tum.ff. de proba. & tunc debeat probari causa, ne sumatur
occasio pro causa.c.solite de maior.& obed.l.famosi.§.1.ff.
ad.l.Iuliam maiest.tradit eleganter Ioan.And.in addi.Spec.
in titu.de reb. eccl. non alien. tamen hoc fallit in Principe.
38 † cuius dicto propter eius excellentissimam dignitatem vi
detur standum cap.nobilissimus 97. distin. & est de mente
Bart.in l.ambitiosa colum.7.versi.Visis & examinatis.ff.de
decr.ab ord.faci.pro quo facit tex.in Clem.prima de prob.
quem Bart.ibi adducit, qui text.procedit etiam inter laicos
vt Abb.scribit in c.ad audientiam col.2.versi.ex prædictis,
39 de præscrip.& qui tex.licet loquatur in Papa, † procedit ni-
hilominus etiam in Imperatore, & alijs Principibus haben
tibus iura Imperialia vt Bal. dicit in cap. cum à nobis col.1.
de testib. Card.consf.128. In quæstione, quę vertitur. Mo-
ueor insuper, quia si statur literis iudicis attestātibus aliquid
de his, quę pertinent ad officium suum etiam in pręiudiciū
tertij, modo non sint acta iudicialia.l.si publicanus.§. de re
bus.ff.de publ.l.si qua per calumniam.C.de epis.& cler.tra-
dit Inno. in cap.1. in fin. de fid. instru. Ioan. Andr. in addi.
Spec.in tit.de instr.edi.§.nunc dicendum restat, col.7.vers.
secundum supplementum, Bald. in rub.C.de fid.instru.col.
pen.Ant.de Butr.Imo.& Abb.in ca.post cessionem de pro
40 ba. Quanto magis id dicendum in Principe, † cuius aucto-
ritas præeminet omnibus secundum Paul. de Cast.qui vti
tur hoc argumento consil.399. priusquàm iura col.2. lib.1.
Clarum est autem, quod ad officiū Principis pertinet pro-
spicere publicis necessitatibus, & vtilitatibus, & pro eis im
ponere collectas subditis, vbi ipse de suo sustinere non po-
test, vt superius dictum fuit, & ponit glos. & alij in l.nemi-
41 nem.C. de sacros. eccl. & † in dubio præsumitur Princeps
quicquid facit iustè, & idonea de causa facere etiam in casi-
bus, in quibus sine causa disponere non potest, vt vult Cin.
post antiquos.in.l.fin.circa fin.C.si contra ius vel vtilitatem
publicè, & in l.rescripta tertia & quarta q.C.de prec.imper.
offer.vbi etiā dicit, ꝙ hęc est violenta præsumptio, quæ nō
admittit probationem in contrarium, & illud dictum Cini

sequitur ibi Bal.& Ant. de Butr.in cap.quæ in ecclesiarum. de constit.& ibi Abb. colum.4.& idem Abb.in cap.in cau sis secundo not.de re iudi.& in c.cum inter colum.2.de excep.quod tanto magis in casu isto procedit, quia nihil Prin ceps hic rescribit seu præcipit contra ius gentiũ, nec ad par tis instantiam, quibus concurrentibus non ita præsumeretur pro principe, iux.not.per Moder.in d.c.quæ in ecclesiarum & Ias. in.l.si testamentum.C.de testam.& dicit Rom.
42 consil.59.ad discutiendum veritatem primo dub. ꝙ † non tantum iusto superioris præcepto parendum est, sed etiam vbi dubitatur iustum ne sit, an iniustum c.qui culpatur. 23. q.1.cap.ad aures de tempo. ordi. cap.2. cum ibi not. per gl. de maior. & obedien. Confirmantur bene præmissa, quia
43 † Princeps non recognoscens superiorem de facto, vel habens iura imperialia potest in propria causa iudicare. iuxt. not.per Cin.Bar.& omnes in.l.1.C.ne quis in sua causa. ergo ex hoc ostenditur assertioni eius esse standum, vbi aliquid præcipit factum proprium concernens, in quo verisimile est ipsum non errare leg. quæro in fin.ff.de ædil.edic.
44 † assertio enim Principis aliquid præcipientis, non aliud dici potest, quàm sententia: Propterea inquit Bald.in l.exem
45 plo. in pen.q.C.de proba. † quod sẽtẽtia Regis potest probari per scripturam eius sigillo roboratam, etiam quod sit pro ipso Rege, quia sicut potest pro se iudicare, ita potest scripturæ suæ vim tribuere, & sequuntur hoc dictum Bald. Moder. in cap. post cesionem de probat. quod etiam credit Princeps, & nos credere debemus, vt Bald. inquit in.l.1.
46 per illum tex.ff.de off.præfec. præt.& † verbum regis habe tur pro leg. Bald.in c.ceterum colum.3.de iudi.per tex.in.l. bene à Zenone.C.de quadrien. præscr.l.pen.C.de don. int. vir.& vx.Amplius dicendum est, quòd illud, quod princeps facit ex certa scientia credendum est esse verum, nec in dubio licet reuocare, vt Bart.scribit in.l.conficiuntur.§.codicilli.ff.de iur. codic.vbi ad hoc allegat text.in l.2.C. de legi. & in.l.1.ff.de offi. præf.præt.& dicit Bald.in cap.1.§.si quis autem per illum text. de pac. Cons. ꝙ contra id quod facit princeps ex certa scientia, aliquis non debet audiri, sed repelli & ei imponi perpetuum silentium. Quis enim tantæ superbiæ fastigio tumidus est, vt regalem sensum neget.l. fin.C.de legi.l.2.C. de crim. sacril. Sed quid plura? hoc decidit in terminis And. Siculus cons. primo, magnus scripsit Psalmista char.8.lib. tertio vbi per alia plura concludit credendum esse assertioni Regis Alphonsi, qui indixerat collectam subditis, pro pace, & quiete regni: vult ibi And. Sicu. standum esse verbo Regio, quod illa collecta fuerit indicta pro pace, & quiete regni, & eius manutentione, non au tem causam coloratam esse quæsitam gratia aurum à sub-
47 ditis extorquendi, & inter cætera adducit quòd † Rex non præsumitur calumniari, vnde ei remittitur calumniæ iuramentum secundum Bald. in addi. Spec.in titu.de iuramen. calum. Ex his patet responsio si obijceretur id, quod Oldr. scribit consi.234.Factum tale est. Quidam miles in fin.vbi loquitur de Barone, qui requisiuerat militem quendam tenentem ab eo feudũ, vt iret & esset secum in exercitu Regis, quod quum non fecisset, reuersus à bello Baro, indixit præstationem certã pecuniæ militi ratione feudi, quod ab eo recognoscebat, intẽdens hoc pacto Baro resarciri ab eo expensas, quas sustinuerat in exercitu regio, & quærebatur an hæc indictio pecuniæ fieri per Baronem dicto militi po tuisset: concludit Oldradus quòd non, quia non potuit esse iudex in causa sua propria, vt in rubro & nigro.C.ne quis in sua cau.l. penult.ff. de arb. nec hoc ex singulorum affectionibus æstimandum venit.l.videamus.§.iura.ff. de in lit. iurand.l.pretia.ff.ad.l.Falcid. sed per subtilitatem iudicis com petentis dirimendum.l.1.C.de sent.quæ pro eo, quod inte.
48 prof. & regulariter † quum est controuersia inter dominũ, & vasallum non cognoscit ipse dominus, sed alius, vt planè not. in cap. ceterum de iudi. & Oldr.sequitur Bald.in ca.1. de cap.qui curi.vend. licet eũ referat imperfectè, nam præmissa locũ habent in illo Barone, qui vt dominus directus feudi cupiebat vasallo suo indicere collectã: Nam si differentia insurgat an rectè fuerit indicta, nõ poterit hoc Baro iudicare, sed iudicabunt pares curiæ, qui cognoscere solent causas inter dominum & vasallũ, & paribus deficientibus cognoscit ordinarius cap. imperialem.§. penul. de prohib. feud.alien.per Fede. Nos autem sumus in Principe habente iura imperialia, qui non vt dominus directus alicuius feu di, sed vt supremus dominus habens vniuersalem iurisdictionem in territorio, intendit pro publica vtilitate & necessitate subditos collectare, & ipsi dicimus esse credendũ de causa, propter quam collecta indicta fuit, ipse enim iudi care potest in causa propria, & sic cessat ratio Oldra. quam
49 adducit in Barone, quin etiam videretur, ꝙ in dubio † standum esset dicto Baronis domini directi, ex eo, quod scribit Iacobi. Aluar. in cap. domino guerram col. 8. versicul. quæro quando intelligetur, hic fini. lex, vbi post Andre.de Iser.vult quòd vasallus sequi teneatur dominum in bello, si iustum sit bellum, secus si iniustum, & si vertatur dubitatio vtrum bellum sit iustum vel iniustũ, standum sit dicto Baronis asserentis bellum esse iustum in dubio casu, quando scilicet Baro mouit illud bellum, habito sapientum suorum consilio, quia non debet inniti sapientiæ suæ, sed tanta in re consilium expetere. Vnde vasallus tenetur obedire quando non solum ipse sed etiam eius consiliarij, qui causam examinauerunt asserunt bellũ esse iustum: Et hæc procedunt in Barone, sed in Principe dicit Iacob.Alua.ipsi soli esse cre dendum, si asserat iustitiam belli, qui præsumi debet, quod
59 causa exigẽte illud dicat, nam cor † Regis in manu Dei est. Epistola inter claras.C.de sum. trini.& fide catho.vnde nõ debet subditus formare sibi conscientiam contra Principis assertionem, sed obedire.l.prohibitum.C.de iur.fisc.lib.10. semper enim Principis persona sancta & honesta vasallo videri debet.l.liberto.ff.de obse.à lib.præst. Hęc dicta sunt in Principis fauorem ex abundanti, quoniam euidentia facti ostendit, ꝙ pro extruendis propugnaculis aduersus ho-
51 stes pecunia cogitur † quo casu collecta subditis indici potest, vt Bald. scribit in.l.si aliquam in fi.ff.de off. procons. & leg.& ante eum Oldr.cons.104.circa propositam quæstionem, vbi pro hoc adducit tex.in.l.2.C.de immu.nem.conced.lib.10.& in.l.absit.C.de priui.dom.Aug.lib.12.l.ad por tus &.l. omnes prouinciarum. C. de ope. pub. & vltra eum hoc idem probatur in.l.fin.C.quibus mun.vel præst.lib.10. in quibus iuribus illud etiam habetur neminem quocunq; priuilegio excusari à collatione. Postremò non omitto, ꝙ in tantum deferendum est verbo Principis, vt non solum si aliquid vnus dicat credi debeat, verum etiã in re dubia & obscura, si consiliarij verbo ipsius repugnent, & cõtrarium astruant, pro vt tenet Matthæ. de Afflict. post alios quos allegat in d.cap. domino guerram.2. not. hic finitur lex, ad cuius dicta breuitatis gratia me refero.

SVMMARIVM.

1 *Suitas an præscribatur.*
2 *Temporis cursus iure ciuili inductus, non plus, quàm naturalis consensus operatur.*
3 *Ius immiscendi præscribitur.*
4 *Præscribitur ius incorporale etiam si in facultate cõsistat.*
5 *Beneficium abstinendi filium à damno præseruat, præter id, quod ex sua culpa & negligentia filius incurrit.*
6 *Filius à iure immiscendi exclusus, vt agnatus poterit paternam hæreditatem adire.*
7 *Præscriptio currit contra hæreditatem iacentem.*
8 *Hæreditate iacente, actio rei hæreditariæ non præscribitur, intellige vt nu. 9.*
10 *Hæreditas in suo nõ dicitur iacens, et quomodo intelligatur.*
11 *Agens contra filium propter abstinendi beneficium, etiam quòd filius non opponat, probare debet eum esse hæredem. & nu. 12.*
13 *Curator datur hæreditati iacenti, etiam in suo.*
14 *Hæreditas in suo quomodo dicatur iacens.*
15 *Petitio hæreditatis xxx. annorum spatio præscribitur, intellige vt nu.19.*

16 *Legatum ipso iure ignoranti acquiritur, intellige vt nu. 20.*
17 *Possessor malæ fidei, an præscribat.*
18 *Ius alicui competens, intra certum tempus nõ acceptatũ, eo tempore lapso, repudiatũ censetur, intellige vt num. 21.*
22 *Petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, intellige vt nume. 23.*

CONSILIVM. 483.



LARISS. Doctor. Arbitror optimè resolui posse exceptionẽ præscriptionis, quàm obijcere potest aduersarius filiæ, quum ipse possederit bona hæreditaria per annos quadraginta sex & vltra, absque eo, quod filia adiuerit, seu se immiscuerit in bonis paternis, quod vt ostendatur, præsuppono quatuor esse, de quorũ præscriptione agi potest. Primum est, Suitas. Secundum est ius immiscendi se in bonis paternis. Tertium sunt ipsæ res singulares, seu corpora hæreditaria, quæ possessa fuerunt & possidentur ab aduersario filij per tempus ad præscribendum idoneum. Quartum est ius petendi seu agendi competens filio, vt hæreditatẽ, & hæreditaria bona ab aduersario possessa consequatur, & sibi faciat relaxari. Hæc quatuor sunt omnino diuersa, ideo separatim de vnoquoque discutiendum.
1 Circa primum clarum est † ꝙ existentia suitatis non præscribitur & sic ꝙ filius non sit suus hæres, & hoc voluit glo. magna in l. vnica circa mediũ ibi vel secundo. C. quan. non pete. par. quàm sequitur ibi Bald. colum. 5. vers. secundæ q. dicens, ꝙ quia nec renunciatione expressa potest de
2 iure ciuili abdicari, ergo nec tẽpore, quum † decursus temporis iure ciuili inductus non debeat plus operari, quàm naturalis consensus, & sequitur Alex. in l. 3. ff. de acquir. hære. & in hoc non videtur difficultas, nec de hoc opponitur. Veniendo ad secundum, obstare videtur filiæ, quia licet nonnulli tenuerint, quod iuri immiscendi non præscribatur, ta-
3 men communiter Doctores tenent oppositum † ꝙ immo præscribatur, hoc vult glo. in l. licet iuncto text. C. de iure deliber. & ibi Bald. & Ang. & Bart. in l. filio præterito colũ. penul. ff. de iniust. rupt. testam. & ibi Paul. de Castr. & Imol. hoc etiam amplectitur Paul. de Castr. in l. fin. C. de repud. hæred. & in l. si quis suus. ff. de iur. delib. Alexan. in l. 3. ff. de acquir. hære. & consi. 129. Videretur prima cõsideratione in fin. lib. 6. Reperio etiã ꝙ Bal. idem tenet consi. 12. Quidam Matthæus decessit. 2. dub. lib. 2. Ang. consi. 241. Dominus Bernardinus. colum. 1. & cõprobatur ratione, quia
4 † iuribus incorporalibus præscribitur, etiam ꝙ consistãt in quadam facultate, vt patet in iure offerendi. l. cum notissimi. §. eodem iure. C. de præscr. 30. vel 40. anno. Est verum ꝙ Alex. in l. vnica. C. quan. nõ pet. par. circa 4. colum. instat cõtra communem subtili funda. nam cum filius sit suus & necessarius hæres de iure ciuili. §. 1. Insti. de hæred. quali. & differen. & de iure prætorio competat sibi beneficium abstinendi in his, quæ concernunt fauorem filij, non aũt odiũ & damnum. l. si filius qui patri. ff. de vulg. & pup. nõ videtur posse præscribi ius immiscendi, quum ista præscriptio sit odiosa filio. Huic argumento respondetur, vltra responsiones datas per Dec. & Curt. Iun. in l. vnica. C. quan. non pet.
5 par. & Soci. in d. l. si filius qui patri. 3. not. † ꝙ beneficiũ abstinendi præseruat filium ab omni damno, preter id, quod filius ex culpa sua & negligentia incurrit, quia damnũ, quod quis ex sua culpa sentit, id sibi habet imputare. l. quod quis ex sua. ff. de reg. iur. l. veteres in fin. ff. de itin. actuq; priu. Sed filius est in culpa, qui neglexit in tanto tẽporis spatio se immiscere, ergo currit ei præscriptio lõgissimi temporis, quæ ex negligentia causatur, vt per Bart. in l. fin. ff. de eo per quẽ fac. er. Veruntamen his non obstantibus dici potest filium
6 admitti, quia † licet exclusus sit à iure immiscendi lapsu. 30. annorũ, vt filius poterit adhuc adire inter alios triginta annos vt agnatus, arguit tex. in l. 1. §. sed videndũ. ff. de succe. edict. vbi filius exclusus à bonorũ possessione, ex cap. vnde lib. per lapsum vtilis anni, habet alium annum ad petẽdum bono. possessionẽ ex capite vnde agnati, est enim filius patri agnatus. l. filius. ff. de su. & legit. & si agnatus est inter cognatos quoque numerari potest. l. inter agnatos. ff. vnde legit. ita Bar. tradit cõsi. 129. Quidam habuit vxorẽ secundo dubio & tenet Bald. in l. licet q. 4. C. de iure delib. vbi mentionem facit de isto cons. Bart. & sequitur ibi Ang. & Paul. de Cast. & Alex Idem etiam tenent Cuma. Paul. de Castr. Alex. & Are. in l. 3. ff. de acquirẽ. hæred. & Alex. in l. si filius qui patri colum. fin. ff. de vulg. & pup. Ias. in l. si emanc. in fi. C. de iur. & fac. igno. Cur. Iun. in l. 1. colum. pen. C. qui admi. Areti. in. §. cum igitur in fin. Instit. de bonorum posses. & consulendo sequutus est Alex. consi. 89. viso puncto & instrumentis col. 2. lib. 2. & repetit hoc idem consi. sequẽti. Cor. consi. 70. Duo veniunt 2. dubio lib. 4. Circa tertiũ dicendum est, ꝙ singulæ res hæreditariæ non potuerũt præscribi longo vel longissimo tempore, etiam ꝙ aduersarius eas possedisset cum titulo & bona fide, qnia quum filius nõ
7 se immiscuerit, iacet hæreditas: & contra † hæreditatem iacentem non currit legalis præscriptio longi vel longissimi temporis. l. ea quæ in fin. C. de tempor. in integ. resti. pe ten. l. si seruus hæred. ff. de stipu. seru. tenet Bald. post Pet. & Cin. in l. licet vlt. q. C. de iure delib. vbi inquit, ꝙ legalis præscriptio siue sit mixta fauore & odio, siue merè odiosa, requirit moram non petentis, sed hæreditas iacens nõ potest dici in mora, quia vbi nullum cõsilium animi, ibi nulla mora vel culpa esse potest, & sequuntur Ange. Paul. de Cast. & Alex. ibi, & Ang. in d. l. si seruus hæreditarius, Abb. in cap. de quarta colum. 1. de præscrip. vbi improbat Spec. tenentem oppositum, in tit. de præscrip. §. 1. versic. item not. per tex. in l. fin. ff. de vsucap. & in l. si prædio. ff. de in diẽ adiect. quia prædicta iura loquuntur in præscriptione conuentionali, non in legali, & Felin. ibi sequitur colum. 6. vbi testatur hanc esse communem, & propterea Barto. in præallegato consi. 129. vult, ꝙ filia quæ non fuerat exclusa à iure adeundi ex capite legitimorum, possit intentare actiones hæreditarias, ad repetitionem dotis maternæ, quasi eis iacente hæreditate, non fuerit præscriptũ, quod latius explicat Bal. in d. l. licet q. quarta, vbi loquẽs in terminis Bar. dicit, quod
8 † non potuit præscribi contra actionem dotis hæreditariã, quia interim matris hæreditas iacuit, nec cõtra filiam, quia nondum hæres erat, & istud est etiam de mente Cor. cõsi. 305. circa primum consultationis articulum circa fin. lib. 3.
9 vbi apertè vult, † ꝙ hæreditate iacente nõ præscribatur res hæreditaria, seu aliquod ius hæreditarium, licet cõtra eum, qui potest adire, præscribatur ius adeundi. Et si diceretur,
10 † quod in suo non iacet hæreditas. glo. in l. cum hæreditas. C. depo. Respondetur, ꝙ suitas operatur in fauorem filiorũ nõ in damnum. l. si filius qui patri. ff. de vulg. & pupil. l. nam
11 nec emancipatus. ff. de lega. 1. Hinc est ꝙ † vbi agitur cõtra filiũ, debet actor probare, quod sit hæres, quia propter beneficium abstinendi, non censetur hæres ad sui incommodum, glo. & Docto. in l. necessarijs. ff. de acquir. hære. & in
12 l. 1. C. si vt se ab hær. abst. † quod procedit etiam si filius nõ opponat, vt latè ostendit Alex. in l. si cum dotem. §. trãsgrediamur super glo. in verb. extiterit. ff. sol. matr. & propterea
13 Paul. de Cast. & Salic. in d. l. quum hæreditas dicunt † ꝙ etiã in suo decerni potest curator hæreditati iacenti, perinde ac si esset delata filio emancipato, præsertim in his, quæ cõcernunt commodum, & voluit hoc Ang. in l. iu suis in repeti-
14 tione col. ff. de libe. & posthu. vbi inquit † ꝙ hæreditas in suos dicitur iacere, quando hoc tẽdit in filij cõmodũ, & propterea putat, ꝙ si tertius rem hereditatis paternæ titulo & bona fide possideret, antequam filius se immiscuerit, illa res non præscribatur, tanquam dicatur esse hæreditatis iacentis, cõtra quàm nõ currit præscriptio, ne alias dicamus, ꝙ melioris conditionis sit hæres extraneus, quàm filius, & ꝙ propterea ante immixtionem hæreditas patris dicitur iacere, vel non iacere, secundum quod magis expedit filio, & sic est ibi in terminis decisio præsẽtis questionis nostræ. Aggredior nunc quartum in quo vidẽdum est, vtrum prescriptum sit iuri petendi, seu petitioni hæreditatis contra filium



15 filium & prima facie videretur dicendum, ꝙ sic † quia petitio hæreditatis spatio triginta annorũ præscribitur.l.hæreditatis.C.de pet.hæred.&.l.hæreditatem.C.in quib.cau. cess.long.temp.præscrip.cum ibi not.per glo.& Docto.& regulariter quodlibet ius & quælibet actio eodem finitur spatio & præscribitur.l.sicut &.l.omnes.C.de præscrip.30. annorũ.Nec aliquid facit si dicatur ꝙ filij existunt ipso iure hæredes.l.in suis.ff.de su.& legi.quia per hoc nõ fit, quin contra eos præscribatur postquã abstinere beneficio præ-
16 toris ab hæreditate possunt † nam legatum quoque requiritur ipso iure ignoranti.l.cum pater.§.surdo.ff.de lega.2.l. seruo legato in prin.ff.de lega.1.& tamen si legatarius non ageret ad consequutionẽ legati, vel personali ex testamento, vel rei vendicatione, vel hypothecaria intra legitima tempora, curreret proculdubio contra eum præscriptio d.l. sicut, & d.l.omnes, & tradit Pet.de Ancha.in c.sine possessione 11.oppo.versi.item intelligas de reg.iur.in 6.vbi ele-
17 ganter inquit, quod illud, quod dicitur, † malæ fidei possessorem non præscribere, procedit, quando intendit præscribere contra creditorem, cui actio competit, secus si competere potest acceptando, vt in legatario speciei vel quantitatis, ante enim quàm acceptet, præscribit hæres contra eum, nec dicitur mala fide præscribere, postquàm non apparet legatarium agnouisse legatum, & subdit ibi Petr.de Ancha.hoc esse singulare dictũ. & ꝙ Bald.referebat se ita consuluisse.sic dicendũ in proposito, ꝙ præscriptio decursa fuerit contra filium, antequàm se immiscuerit, & declarauerit se hæredem, in tantum, quod possessori præscribenti mala fides obijci nequit. Demum vt Soci.scribit consi.68.
18 In causa vertente colum.3.lib.1.† quando aliquod ius competit alicui, quod intra certum tempus potest acceptare, si permittat labi tempus absque eo, ꝙ acceptet, cẽsetur tacitè repudiare, vt est casus in.l.si ea.C.qui ac.nõ poss.tenet glo. quàm ibi summè notat. Ang.in.l.si ego.ff.de neg.gest.Bar. & Ang.in.l.bonorum.ff.rem rat.hab.Io.And.in c.ratihabitionem de reg.iur.in 6.& ista sunt, quæ videntur non mediocrem ingerere difficultatem. Sed tamen prædictis omnibus respõderi potest. Et primo ad id, quod dicitur, ꝙ petitio hæreditatis præscribitur lõgissimo tempore, vt habe-
19 tur in locis in contrariũ allegatis, † nam istud procedit post immixtionem vel aditionem, aliàs nulla secuta immixtione, vel aditione, non incipit præscriptio, quæ hereditate iacente non currit, vt superius ostẽsum fuit, & istud est, quod dicit Bal.in d.l.licet q.vlt.post Bart.quod contra filium repetentem dotem matris post triginta annos non cucurrit præscriptio, quia nondum erat hæres, & voluit hoc idem quoq; Ang.in d.l.in suis in repetione, cuius verba superius
20 retuli.† Non obstat simile de legato, quia negatur assumptum, non est enim dicendum, ꝙ legatario à morte testatoris non competat actio, immo cõpetit sicut Dominium quoque rei legatæ.l.legatum ita.ff.de lega.2.l.à Titio.ff.de fur.§.nostra autem Instit.de lega.licet cõpetat reuocabiliter, & saluo iure repudiandi.l.si tibi homo.§.cũ seruus.ff.de lega.1.&.l.seruũ filij.§.1.ff.eod.titu.& tradit glo.in.l.si quis ita hæreditatem.ff.de cond.Instit. Vnde præscribi legatum per hæredem potest, quasi actio iam ei cõpetat: non enim est dare legatum iacens, sicut damus hæreditatem iacẽtem quandoquidem hæreditas interdum est damnosa, legatum
21 autem lucrum afferre solet.l.si hæreditatem.ff.mand.† Postremo non obstat, quod dicitur, ꝙ quãdo aliquod ius competit alicui, quod intra certa tempora potest acceptare, & si permittat labi tẽpus quod non acceptet, videtur tacitè repudiare, quia respondetur quod argumentum istud tendit contra ius immiscendi & adeundi, quorum vnum competit filio, alterum extraneo, nam si permittant labi tempus, intra quod possunt se immiscere, vel adire, videntur tacitè repudiare, & ope præscriptionis aduersarius eos excludit, sed nos loquimur de actionibus hæreditarijs, quæ nõ competunt filio, vel extraneo, antequã se immiscuerint vel adiuerint, ideo nec præscribi possent, quum nondum natæ essent. Ex his ergo concluditur exceptionem præscriptionis nullo ex capite filio obstare, quominus hereditatem paternam consequatur, si eam persequi iudicio voluerit. Dubitatur etiam vtrum petitio hæreditatis competere valeat contra aduersarium si iusto errore ductus allegat se hæredem, & sic dicat se possidere pro hærede, & credo fuisse dubita-
22 tum, † quia petitio hæreditatis non datur contra titulo pos-
23 sidentẽ.l.hæreditatis.C.de pet.hære.veritas tamen est.† ꝙ licet titulus pro hærede prosit ad præscriptionem hæreditatis, non tamen excludit eius petitionem, sed ille, qui possidet pro hærede cõtendit cum actore vter eorum sit verus hæres, & titulus pro hærede, quem prætendit reus, habetur quo ad excludendum petitionẽ hæreditatis pro nõ titulo.l. regulariter.ff.de petit.hæredi.l.hæreditatis, &.l.cogi.& ibi Cin.q.2.C.eo.tit.l.hæreditatem, vbi glo.Bal.Ang.& Paul. de Cast.C.in quib.cau.cessat.long.temp. præscriptio.

SVMMARIVM.

1 *Fundus mensuratus, allegata per partem læsione, vel deceptione mensuræ, debet iterũ mensurari, infertur vt hic.*
2 *Ratio sæpè calculata, ad partis requisitionem iterum fieri debet.*
3 *Error in calculo, vsque ad sententiam reuideri potest.*
4 *Exequutionem paratam non habent, quæ solam probationem continent.*
5 *Sententia lata per electum à iudice super aliquo emergẽti, potest corrigi etiam citra appellationem, officio iudicis implorato, qui eam protulit.*
6 *Computatio iusta est erroris causa.*
7 *Agrimẽsor in eius relatione iurare debet, intellige vt nu.8*
9 *Quod nullum est, nullum operatur effectum.*
10 *Actus nullus repetendus est, infertur vt hic.*
11 *Appellatione à victo interposita succurritur vincẽti, circa omissionẽ expensarũ à iudice factã, à qua vincens appellare non debet, sed petere sententiam reformari quãtum ad expẽsarum omissionẽ. & interposita appellatione vti.*

CONSILIVM. 489.

DVm agitaretur quęstio inter Antonellum & Petrinum patres de Beretis, ex vna agentes. Et Antonium Marocum ex altera, reum conuentum ratione prædiorum hincinde permutatorum, coram honor.Cayri iudice, incidẽter petitũ fuit parte d.fratrũ eligi agrimensores, qui prædia permutata metirẽtur, atque ita mandante iudice electi fuerunt agrimensores duo, qui postmodum mensuram retulerunt: Et quum postmodum allegarent d.fratres de Beretis errorem interuenisse, & peterent iterum mensurari agros, tandem de sapientis consilio pronunciauit D.Iudex iterato per alios reuisionem.d.mẽsuræ faciendam, à qua pronunciatione appellatum fuit ad superiorem. Requisitus vt dicã vtrum primus iudex rectè pronunciauerit an secus, dico illum rectè pronunciasse, quia de hoc est plana decisio Bart.in.l.1.§.1.ff.si men.fals.mo.dix.
1 vbi ex illo text.colligit † ꝙ licet ager sit semel mẽsuratus si aliqua partium dicit se deceptam, & sic se plus dedisse, vel minus recepisse, debet iterum mensurari, refert & sequitur Ias.in.§.quædã circa fin. Insti.de acti.vbi hoc comprobat ex not.per Bart.& Bal.in.l.1.C.de erro.calcu.vbi dicunt, ꝙ
2 † licet inter plures mercatores sit solidata & summata ratio, tamen adhuc potest debitor vel creditor petere, vt iterum fiat computatio, & error discutiatur de quo etiam est bonus text.in.l.calcularij.ff.de admin.re.ad ciu.pert.&.l.in omnibus.§.1.ff.de diuer.& temp. præscript.& adhuc melius facit, ꝙ Bart.scribit in.l.2.colum.3.versic.quæro quid
3 in computatione C.de iure fisci lib.10.vbi vult, ꝙ † si inter priuatos calculator fuit à iudice positus, talis calculatio valet, & plenã fidem facit.l.2.C.de vsu.& fruct.leg. possit tamen retractari officio iudicis vsque ad sententiam.l.error.

C.de

C.de iuris & facti igno. &.l.arbitro.ff.qui satisd.coga.&.l. fin.ff.à quib.appel.non lic.& dicit ibi elegăter Ange.in additionibus ad Bart.ex hoc colligi, ꝙ iste appositus à iudice ad calculandum nõ est iudex delegatus, alioquin talis computatio non solum probationem, sed etiam executionem paratam haberet.l.à diuo Pio in princ.ff.de re iud. Ea autẽ
4 †quæ sunt probationis solius non habent exequutionẽ paratam, vt est glo.ordinaria in.l.sed si possessori.§.si cum de hæreditate.ff.de iureiuran.istud etiam vult Alex.in d.l.arbitro colum.2.versi.est & quarta.ff.qui satisda.coga.vbi vult
5 post alios Doct.per eum relatos † ꝙ sententia lata ab officiali electo à iudice super aliquo emergenti, potest corrigi etiam citra appellationem implorando iudicis officiũ, qui eum dedit,& ita intelligitur ille tex.secundum quartam lecturam & subdit Alex.istud esse vtile, quia persæpe iudex eligit æstimatores, vt habeant rem aliquam æstimare, vel referre circa aliquod sibi commissum, nam poterit eorum relatio corrigi iudicis officio. Hæc conclusio nõ mediocri innititur æquitati,vt error corrigatur qui potuit interueni-
6 re † nam computatio iusta est erroris causa, vt Bart.inquit in.l.cum fideicom.circa fin.ff.de confessis, & nemo negauerit,vt vera agrimensura habeatur, quin interuenire habeat computatio.& difficilior quidem computatio,vt vtar verbis iurisconsulti in d.l.cum fideicommissum. Præterea adducitur aliud fundamentum ad ostendendũ reuisionem
7 petitam fieri debere,quia † agrimensores iurare debent,ꝙ officium sibi cõmissum legaliter & bona fide exercebũt.l. comparationes.§.omnes autem.C.de fide instrumẽ.l.hac edictali.§.his illud & ibi Bald.& Sal.no.C.de secund.nupt. tradit Bart.in.l.Theopompus versi.quæro cum testator.ff. de do.præle.& in procœ.ff.colum.pen.versic.sed aduerte & in.l.1.in prin.ff.de vent.inspiciẽ.custo.q; par.Alb.de Rosa. in procœ.C.colum.4.versic.sed nũquid medico, Ange.in.l. iusiurandi.C.de testibus, Anto.de But.in cap.veniẽs col.1. de testib.& cap.proposuisti,& ibi Imo.& Abb.de probat. Abb.in cap.fraternitatis de frigi.& malef.& specificè de agrimensore tradit Bal.in c.quia iudicãte de præscri.Ange. de Are.& Ias.in d.§.quædam colum.fin.Instit.de actio.&
8 licet Bar.in.l.Lucius,in fin.ff.de fideiusso.dicat,ꝙ†vbi fides alicuius est approbata ab vtraque parte, non requiritur, ꝙ eius dictum sit iuratum,tamen Bart.ibi loquitur quãdo partes extraiudicialiter aliquem elegerunt, secus autem est in his qui eliguntur à iudice,vel de iudicis mandato,vt Barto. scribit in d.l.Theopõpus,& Anto.de Butr.in d.cap.veniẽs, il primo de testib.sed in proposito,isti agrimensores nõ iurarunt,ergo eorum relatio nulliter facta, non est impedimento quin reuisio mensuræ fiat cap.non præstat de reg. iur.in.6.l.non putauit.§.non quæuis.ff.de bono.poss.cõtra
9 tabu.†ꝙ enim nullum est,nullum operatur effectũ, vt Bal. inquit in.l.si vt ꝓponis, la prima, colum.2.C.quomodo &
10 quan.iu.† & actus nulliter factus repetẽdus est.l.quoties.ff. qui satisd.coga.& ibi glo.l.qui per salutem.ff.de iureiuran. & facit ꝙ dicitur de ratione nõ sufficenter reddita, vt iterum reddi debeat secundum Io.Andr.& Archid.in cap.1. de cler.egr.in.6.Card.in Clemen.quia contingit versic.illi etiam.8.q.de religi.dom. Primum tamen fundamentũ est melius & efficacius,& ita sentio in præmissis,non obstantibus his, quæ in contrarium adducuntur per præstantiss. Aduocatũ Antonij Marrochi in eius allegationibus quas diligenter perlegi: nam ad eius fundamentum formaliter non respondeo,tum quia nimis longum esset, & in cõsilijs decisiuis breuitati studẽdum est, tum etiam quia expedire non puto,quia satis ex superioribus colligitur responsio.

Quantum autem sit circa appellationem d.fratrum de Beretis,ipsi nanque appellarunt à sentẽtia primi iudicis ob omissam condemnationem expensarum, & appellationis causam committi obtinuerunt, dico appellationem nõ te-
11 nere quia † vbi victus appellat tunc vincens vtens appellatione interposita per victum, potest petere sententiam reformari quantum ad omissionem expẽsarum & ideo cum sibi sit succursum per appellationem interpositam à victo, non debet ipse appellare, & dehonestare iudicem, qui pro eo sententiam tulit,vt est casus in.l.fin.C.quan. prouo.non est neces.quẽ tex.ita intelligunt ibi Bar.Bal.Ang.Sali.Paul. de Castr.idem tradit Spec.in tit.de appellatio.§.in quibus versic.34.Anto.de But.Imo.& Abb.in cap.significauerũt de excep.Imo.in cap.fin.circa finem eod.tit. Card.in Clemen.sæpe.§.quæ omnia.q.10.de verb.signifi.Rota Rom. decisione.353.Auditor ferens diffinitiuã in nouis, nec reperio quenquam scribentium ab hac opinione discedere. Erunt ergo partes iudicis appellationis, quo ad reuisionem mensuræ pronunciare malè per d.Antonium appellatũ & benè per primum iudicem pronunciatũ, ad quem causa remittatur,vt ei debitus honor deferatur.quo vero ad omissionem expensarũ nulliter per dictos fratres de Beretis appellatum.Et propter mutuam victoriã expensæ litis occasione præsentis interloquutoriæ factæ confundantur.

SVMMARIVM.

1 *Interesse damni emergentis in non solito negotiari, an sit licitum.*
2 *Vsura pro concurrenti quantitate interesse, omni iure permissa est. Amplia vt num.3.*
4 *Damnum passo non creditur,nisi probet, infertur.vt hic.*
5 *Vsura quando vt interesse petitur legitimis probationibus probanda est.infertur vt num.6.*
7 *Causa ad actus essentiam requisita, verè probandum est,nec confessio iuuat.*
8 *Pœna in fraudem vsurarum quandoque apposita censetur.*
9 *Maritus ob dotis solutionem retardatam, an vsuras petere possit.*
10 *Debitor vsuras per creditorem captas, vi etiam contractus soluere debet.*

CONSILIVM. 490.



VAMVIS commune Valentiæ promiserit Camillo de Petra restituere depositum quingentorum aureorum intra duos annos, & hoc elapso termino interpellauerit creditor communitatem, vt restituat depositum vna cum interesse præterito, quod declarat ascẽdere ad summam ducẽtorum aureorum, dum quæritur an d.communitas teneatur ad solutionẽ de interesse, posito ꝙ
1 fuerit in mora restituendi: Respondeo,†ꝙ nõ tenetur alio non edocto,loquor autem nunc de interesse damni emergentis,quia asseritur d.creditorem non esse solitum negotiari,vt in eo ratio lucri cessantis haberi posit iuxta not.in
2 l.3.§.fi.ff.de eo quod cert.lo.Dico igitur,quod,licet,†vsura pro concurrenti quãtitate interesse sit omni iure permissa cap.peruenit & ibi glo.in verbo seruent indemnem de fideiuss.c.conquestus & ibi glo.& omnes, de vsu.l.2.C.eod. tit.l.curabit.C.de actio.emp.& est optima glo.in.l.cũ allegas in fin.C.de vsu.quàm valde not.ibi Bal.col.fin.dicens
3 † hoc procedere in quocunque contractu.tamen nõ statur dicto creditoris dicẽtis se tantum damnum passum fuisse,
4 ex retardata solutione,† sed istud est probãdum, vt decidit Bal.in.l.rogasti.§.si tibi col.2.versic.quid ergo si mutuo.ff. si cer.pet.vbi inquit,ꝙ si promisisti mihi restituere decem in nundinis,& si nõ reddideris ꝓmittis quindecim & confiteris ex nunc mea tantũ interesse, talis conuentio non valet,quia videtur facta in fraudem vsurarum, & non statur assertioni instrumenti,sed de vero interesse probandũ est, per not.in.l.qui testamẽtum.ff.de proba. hoc etiam Bal.tradit in.l.cunctos populos colum.4.versi.deinde ꝑpono.C.de sum.tri.& fi.cath.vbi dicit hoc fuisse dictũ Cin.in.l.seruus. ea.ff.de ser.expo.& ibi etiam allegat pro hoc tex.l.si ita stipulatio.ff.de ope.lib.& Albe.de Rosa.ibi col.pen.dicit ꝙ,
5 †vbi vsuræ petũtur vt interesse debet illud probari per testes & legitimas probationes, & subdit ita se de facto obtinuisse. & secundum istam conclusionem consuluit etiam

Petr.de

Petr.de Ancha.consi.150.in quæstione, quæ vertitur, vbi
6 loquitur de hæredibus viri,† qui promiserunt mulieri decē pro centenario, nomine alimentorū donec integraliter eidem satisfactum fuisset de sua dote, concludit ibi Petr.de Ancha.huiusmodi conuentionem non tenere, quia quanquam alimentorum causa sit multum fauorabilis, attamen nulla causa tam est pia & fauorabilis, ex qua posit, ex pecunia plus deberi, quàm ipsum debitum principale, vnde nec pro alendis pauperibus, nec captiuis redimēdis licet fœnerari cap.super eo de vsu.& licet promisio fiat sub nomine alimentorum vel nomine interesse, vel quocūque alio blando nomine, tamen considerato effectu rei, quem potius, quàm verba intueri debemus, semper vsura est, cap.plerique 13.q.3.& quāuis interesse pecuniæ nō solutæ in termino posit iure Canonico & ciuili peti, tamē dicit ipse se intelligere hoc vbi constat de interesse per probationes, non per assertionem partium, quæ non sufficit ad probandum, & taxandum interesse nondum exortum: nam † quando
7 causa requiritur ad essentiam actus, nō sufficit fateri illam subsistere, nisi vere probetur.l.si forte.ff.de castren.pecu. aliàs semper fieri posset fraus in mutuo apponendo, quod singulis annis soluantur decem pro damno, & interesse, & istis fraudibus est obuiādum.c.quāuis de diuor.l.cum hi.§.
8 si prætor.ff.de transac.nam † & pœna quandoque censetur apposita in fraudem vsurarum.l.cum allegas.C.de vsu.C. dilecti de arbit.cap.suam de pœn. Confirmantur præmissa ex his, quæ scribit Paul.de Castr.in.l.in insulam.§.vsuras.ff.
9 solu.matr.vbi vult, ꝙ † maritus non posit petere à socero propter retardatam dotis solutionem vsuras promissas, id est, tantum pro centenario, posit tamen petere quātum in vxorem impendit, quia petit vt interesse damni emergentis, non lucri cessantis.l.socium, qui in eo.ff.pro soc.& cum prædictis concordat Laur. de Rodul.in cap.cōsuluit secunda parte prin.q.53.in fin.Io.de Ana.in cap.fin. char.pen.de vsu.& doc.Moderni sæpius legendo & consulendo. Si igitur non pōt peti interesse ratione damni emergentis, promissum præstari etiā sub certa quantitate terminatū, multo minus poterit peti, vbi nō fuit ꝑmissum sub certa quantitate, sed in genere, nam protestatio facta nō operatur, nisi quatenus appareat. Ex prædictis patet respōsio ad tex.in.l. nummis.ff.de in lit.iura.vbi depositis nummis.potest deponens petere, quanti sua interest nummos sua die nō redditos esse, vt quia sub pœna pecuniā debuit, vel sub pignore, quod quia pecunia deposita ei abnegata est, distractū fuit, nam hoc ibi ita deciditur, quia constabat de damno, cuius ratio habetur, non autem lucri, vt glo.fin.ibi dicit, communiter approbata. Circa aliud, dum d.Camilus protestatur, ꝙ pecuniam capiet sub vsuris, nō restituto sibi deposito in termino cōuento, sicut ei capere permittitur ex forma contractus, & quæritur vtrum id ei liceat. Istud pendet ex eo,
10 quod Inno.scribit in cap.1.de vsu.vbi inquit, † ꝙ si tu teneris mihi soluere ad certam diem, & quia nō soluis, capio ab alio vsuras, restituere teneris, & illud Inno.dictū sequitur ibi Anto.de Butr.& Abb.& Alex.consi.221. Super titulo quæstionis lib.2.& consi.141. Viso themate cum dubijs colum.1.lib.5.Ias.in.l.nūmis quarto not.ff.de in lit.iuran.& facit quod dicitur de eo, qui habebat paratam pecuniā ad luendum pignora, pro quibus pendebat vsuras, vt si eā pecuniam alteri mutuet, posit cum eo pacisci de restituendis vsuris, quas fœneratori post modum soluet quia dicta pactio nō tendit, vt extorqueatur vsura, sed vt damnum euitetur, & nemo teneatur alteri cū sua iactura subuenire.C.si non licet 23.q.5.l.naturalis.ff.de prescr.verb.Ita inquit Archi.in c.vsura.24.q.3.Card.& Pet.de Anch.in c.nauiganti de vsu.& Pet.de Ancha.in c.peccati q.9.de reg.in 6.& Sali. in auth.ad hæc 16.q.C.de vsu. Laudo igitur vt cōmunitas quamprimum reddat depositū, ne quid deterius cōtingat.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, pro se & quibus dederit, in inuestitura apposita licentiam alienandi fuisse concessam operatur, nisi alienatio in personam prohibitam fiat vt num.2.& quæ dicatur persona prohibita vide num.3.*

4 *Feudum in potētiorem, cum se aduersarium de facili faciat, alienari nequit.*

5 *Potentior quis dicitur ratione officij.*

6 *Aduersarius quomodo durior constituatur.*

7 *Emphyteosis, in aliū potentiorem eo, cui concessa est, transferri non potest.*

8 *Vasallus non potest in casibus permissis, in parem vel maiorem conueniendi tamen facilitate difficiliorem, feudum alienare, quod extende ad emphyteotam vt num.9.*

10 *Cessio actionum facta in potentiorem an teneat, infertur vt nume.11.*

CONSILIVM. 491.



Idetvr, quod Illustrisimi Marghiarita & Gulielmus Mantuæ Duces & Marchiones Montisferrati, non teneantur inuestire de Castro, & iurisdictione Calulusij, Illustrisimum Carolum Coseum Proregem Christianisimæ Maiestatis in Italia, nam posito ꝙ Illustris.D.Flaminius Paleologus, qui prius fuerat inuestitus à præfatis Marchionibus seu eorū antecessoribus, potuerit alienare d.feudum, cum fuerit inuestitus cum clau-
1 sula † pro se & quibus dederit, quo casu videtur concessa alienandi licētia cap.1.de feud.nō hab.prop.feud. cap.pen. si de feud.defuncti fuer.controue.in domi.& agnatū. Firmant Bal.& Ang.in.l.cum essent.§.1.per illum tex. de seruit.rustic.præd.Bald.in.l.1.q.45.ff.de rer.diuisi.cū alijs, quæ
2 nota sunt: tamen istud venit intelligendum † nisi alienatio fiat in personas prohibitas capi.potuit loca.l.fin.C.de iure
3 emphyteo.† personæ autē prohibitæ, sunt ecclesiæ, capitanei, milites, & omnes alij, qui non sunt idonei facilitate cōueniēdi, vt glo.dicit in d.cap.potuit in verbo prohibeantur per tex.in.l.2.ff.qui satisda.coga.idem facit Spec.in titu. de loca.§.nunc aliqua versi.116.& Bal.loquens de feudo in auth.quibuscunque.C.de sacros.eccle. & latius idem Bald.
4 in cap.1.col.2.de alienat.feud.vbi dicit † ꝙ alienatio feudi non debet fieri in potentiorem, qui de facili facit se aduersarium iux.not.per glo.in.l.si ita quis.§.ea lege.ff.de verb. oblig.& vult ibi ꝙ feudum alienari nō posit in ecclesiam quia sit potentior, quū de facili conueniri non posit, & sequūtur hoc ibi Iaco.Aluar.& Præpo.idē etiam est de mente Bald.in.l.fin.colum.4.versi.quæro modo.C.de iure emphyteo.vt ibi etiam Sal.sequitur prædicta Alex.Consi.9. Viso themate col.1.lib.3.sed in proposito præfatus D.Carolus est de potentioribus, quum sit generalis locum tenēs
5 in Italia pro Christianisima Maiestate: nam † ratione officij quis dicitur esse potentior, vbi maius est officium, vt habetur per glo.Bart.& alios in.l.1.C.ne lic.potentio.Item ducit exercitus Regios, quos in his regionibus Rex posidet, & semper est stipatus militibus & satellitibus, & ad nutum cuncti Regij milites ei parent, vnde non pōt dici idoneus facilitate conueniendi, nam si vbi quis habitat in Castello valido & munito, non potest dici idoneus facilitate conueniendi, præsertim vbi habet custodiam castri, ita ꝙ iudex non potest ad eum nuncium trāsmittere & in ipsum exercere ea quæ sunt iurisdictionis, vt scribit glo. Barto.& ceteri in.l.2.ff.qui satisdare coga.quanto magis id procedit in eo, qui est stipatus exercitu: quāquam etiam dici posset ipsum Illust.D.Proregē habitare in oppidis munitis, quæ ipse custodit, vt nunc apud Taurinēses, & in specie Capitaneus est de personis prohibitis, vt superius dictum fuit. De-
6 mum † quælibet potentia facit vt quis non sit idoneus facilitate conueniendi, & durior dicatur constitui alteri aduersarius.l.1.in fin.cum duabus.ll.sequētibus.ff.de alienan.iud. mut.cau.tradit Bar.in.l.1.in 1.oppo.C.ne lic.pote.& aduertendum est ad tex.in d.l.1.vbi habetur ꝙ constituitur durior aduersarius, vbi res transfertur in hominem alterius prouinciæ, ꝙ contingent in casu, nam quotiescunque præfatus

fatus D.Prorex se contulerit in Galliam, vnde est oriūdus, & lares possidet familiares, tunc cuilibet patet, ꝙ non facile poterit conueniri. Accedat præmissis, quia Illustrissimi D.Marchiones contraxerunt cum Illustri D.Flaminio, vnde non potuit exinde D.Flaminius rem transferre ad præfatum D.Proregem longè ipso potentiorem, vt Abb.scri-
7 bit post Hostien.in d.cap.potuit colum.2. vbi vult † quod emphyteosis non possit transferri in alium longè potētiorem illo, cum quo ecclesia contraxit quia efficeretur conditio domini deterior, & sic ibi videtur esse decisio in terminis. Ex istis colligitur responsio si obijceretur, ꝙ in casibus,
8 quibus † vasallus potest alienare feudum secūdum ius commune, potest illud alienare in partem vel maiorē, quia honor est Domini si vasallus substituat alium se meliorem vt habetur per glo.Bald.& ceteros in cap.1.§.præterea de capit.Conra.& Bal.in cap.1.§.Marchio in fin.qui feud.dare possunt, quia respōdetur, ꝙ illud quod dicitur de maiori vasallo substituendo non procedit si ille esset potentior, & nō idoneus facilitate conueniendi, quia potentia, quæ grauat, est potius oneri, quàm honori. Non obstat etiam id, quod Ias.scribit in d.l.fin.colum.33.C.de iur.emphyteo.vbi vult
9 ꝙ † quādo Dominus directus esset æquè potens, sicut ille, in quem emphyteota vult ius suum transferre, tunc istud posset ratione æqualis potētiæ. Sed Illustrissimi Marchiones, qui sunt domini directi huius feudi, sunt æquè potētes, immo & potentiores ipso domino Prorege: Ergo potuit D.Flaminius in illum feudum transferre: Nam respōdeo, ꝙ Ias.non firmat ibi illam suam opinionem, & rectè non firmat, quia vt etiam ipse dicit, tendit contra communem intentionem Doctorum superius allegatorū, quia licet Dominus directus sit æquè potens, tamen negari non potest, quin eius efficiatur cōditio deterior, per nouum vasallum, qui primo est potentior, nec similia quæ Ias.adducit in oppositum, aliquid cōcludunt, nam adducit id, quod in simili scribunt Bald.& Salic.in l.2.C.ne lice.poten.vbi volunt, ꝙ
10 licet † cedens actionem potentiori ratione officij, perdat illam, & cessio careat effectu vt habetur in d.l.2.tamen hoc non procedit, vbi fieret cessio contra æquè potentem.
11 Similiter † aduocans patrocinium potentioris non amittit causam, vbi aliàs amitteret, si aduocat patrociniū æquè potentis secundum Paul.de Cast.in l.1.C.ne lic.pot.nam ista similia non faciunt ad rem, quia ideo cedens actionem potentiori amittit actionem, & aduocans patrocinium potentioris amittit causam, quia lex suspicatur fieri prædicta ad inferendum terrorem aduersario, quæ ratio cessat, vbi fit cessio in æquè potētem, vel aduocatur patrocinium æquè potentis, nihil enim videtur in fraudem actum, quum tunc non dicatur inferre terrorē sed magis excludere.l.cum pater.§.Titio.ff.de lega.2.Sed in casu nostro ideo emphyteota & feudatarius prohibentur transferre ius suum in potentiorem, ne efficiatur conditio domini deterior, quæ ratio procedit etiam, ꝙ dominus sit æquè potens, quum habeat secundum emphyteotam vel vasallū, quem non ita de facili potest conuenire & coercere, sicut poterat primum, vnde similia adducta per Ias.non possunt æquiparari casui nostro propter dissimilitudinē, quæ intercedit. Ex istis colligi videtur non teneri Illustrissimos Marchiones ad faciendū inuestituram præfato Illustri Proregi, quod tamen facere non recusant, modo ipse caueat, de non alienando feudum in alium, qui sit ipso D.Prorege potentior, prout iure disponitur quemadmodum superiora ostendunt.

SVMMARIVM.

1 *Minor post tempus redemptioni fundi lapsum, ad fundum recuperandum etiam ope restitutionis in integrum non auditur, maximè quando cum minore nihil est gestum, vt num.2. intellige vt num.5.& .6.*

3 *Præscriptio conuentionalis cum maiore inchoata & cū minore finita, currit sine restitutione contra minorem, vbi nullum minoris vel alterius pro eo factum interuenit.*


4 *Tempus non est modus inducendæ obligationis.*

7 *Scientia curatoris, scientia adulti est.*

8 *Minori contra tutorem datur regressus, & tutore non soluendo existente, ei ope restitutionis in integrum subuenitur. vt num.9.*

10 *Minori contra tutorē, pro eius mala administratione actio personalis competit.*

CONSILIVM. 492.



Vod iste minor non possit restitui ad redimendum prædium elapso tēpore, intra quod poterat reemere, & aduersarius tenebatur vendere, si intēdit petitam restitutionem consequi ratione minoris ætatis ostenditur: Nam clarum est in primis, ꝙ sine restitutione obtinere non potest, quū tempus præfixum ad recuperandum prædiū præterierit, nam hoc casu dies intelligitur apposita non causa differendæ solutionis, sed limitandæ & finiendæ obligationis. Vnde agendo post tempus conuentū ad retrouenditionem doli mali exceptione repellitur.l.obligationum substantia.§.placet.ff.de actio.& oblig.l.eū qui ita.§.qui ita stipulatur.ff.de verb.oblig.& ostenditur ratione, quia illa promissio facta de retrouēdendo dicitur facta sub conditione tacita & velata, si ille reemere voluerit, vt Bald.scribit in l.2.versic.quæro si venditor.C.de pac.inter empto.& vēdi.vnde huic iuri reemēdi, ex quo patitur labi tempus renūciasse videtur.l.si ea.C.qui accus.non poss.glo. in l.si ego, & ibi Ange.ff.de nego.gest.& ita in terminis, ꝙ
1 non audiatur † minor, si post terminū velit recuperare fundum, quasi renuntiauerit iuri suo patiēdo labi tempus vult Bald.in l.2.q.8.C.de rescinden.vend. & in terminis etiam istis Ang.consi.198. Titius rem quam emit, vbi subtiliter inducit tex.in d.l.2.C.de pac.inter empto.& vēd.& respondet nonnullis quæ in cōtrarium obijci possent, & vltra ipsum corroboratur hæc opinio, ex vulg.reg.ꝙ permissum ad certum tempus postea censetur prohibitum.l.si vnus.§. si cum reo.&.l.epistola.§.fina.& ibi Paul.de Cast. not.ff.de pact.l.statuliberum.§.Stichum.ff.de lega.2.Non igitur iste minor de iure communi audiri potest. Sed nec etiam vim
2 restitutionis in integrum allegando minorē ætatem, † quia non ipse, sed pater vendidit prædiū, & ei facta est promissio de retrouēdendo intra certum terminum, vnde quum fuerit contractus celebratus cum defuncto, & cū eius hærede minore nihil fuerit gestum, & propter non factū minor læditur, vt quia pecunia non soluitur debito tempore, prout conuenerat, non restituitur isto casu minor ob ętatis priuilegium, secus autem si fuerit cum eo aliquid gestū, seu cum eius tutore vel creditore, vt quia creditor interpellasset ad solutionem, vt probatur in l.Aemilius.ff.de mino.& in l.apud Iulianū.§.1.ff.quib.ex cau.in possess.ea.&.l.2.C.si aduer.vendito.pigno.& tradit glo.& omnes in l.si cū militaribus.C.de restitu.milit.& tradit Bart.Bald.Paul.de Cast. in d.l.2.C.si aduer.vend.pigno.& Bart.in l.fin.C.in quibus cau.in integ.restit.non est necess.& in l.cum filius.§.in hac ff.de verb.oblig.cum plur.concor.adductis ibi per Alex.&
3 demū hæc videtur esse vera conclusio, ꝙ † præscriptio conuentionalis, quæ incipit cum maiore, & finit cum minore currit sine spe restitutionis vbi nullum factum intercessit minoris, vel alterius cum eo. Edictum namq; restitutorium prætoris loquitur de eo, ꝙ cum minore 25.annis gestū esse dicit.l.1.§.1.ff.de minor.& fuit hæc originalis decisio Cin. post Pet.in authen. quas action.q.5.in fin.C.de sacros.eccl. vbi inquit, ꝙ vbi minor succedit obligato, & non soluit, nō vtetur minor priuilegio suo, quia istud non soluere, ꝙ consistit in non faciendo, non est aliquod ius, ideo non repetit personam suam, & istud est etiam, ꝙ dicebat Iacob.Butr. in d.l.2.C.si aduer.vend.pign.relatus ibi per Bald.nā dicit, ꝙ quando actio incepit à maiore, sed habet finem consumationis cum minore, tunc si præiudicium patitur minor, ob non fieri, non restituitur, quia attenditur solum prima conuentio

conuentio quæ cepit à prædecessore minoris, temporis au
tem cursus, qui incipit in minore ætate, non attēditur, quia
4 tempus non est modus inducendæ obligationis.l.obliga-
tionum substantia.§.placet.ff.de action.& obligatio.& ita
ꝙ minor post tempus conuentum nō possit redimere præ
dium venditum reddito pretio, vbi cum eo gestum est ni-
hil, sed cum maiore omnia, consuluit latè Franc.de Cur.
cōsi.59.super præmissa dubitatione vbi latè insistit. Super-
est vt videatur an sibi competat alia restitutio ex clausula
generali, si qua mihi iusta, &c. allegando probabilem igno-
rantiam illius pacti de retrouendendo, ex quo succedit in
ius alterius, iux.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.& in hoc vide-
5 tur dicendum competere sibi restitutionem, † & istud est
consilium quod præbetur minori, vt quoniam ex cōtractu
sui prædecessoris non pōt restitui vbi aliquid est omissum,
& nihil cum eo gestum ratione minoris ætatis, petat se re-
stitui propter iustam ignorantiam, ita Bar.scribit, & ibi ce-
teri in.l.2.C.si aduer.vend.pigno. & in d.l.cum filius.§.in
hac.ff.de verb.oblig.& in.l.Aemilius.ff.de minor.Ang.in.l.
si insulam in 6.falle.reg.negatiuæ.ff.de verb.obliga.& in.l.
sed & si in cōditione.§.seruus alienus.ff.de hær.instit.Bald.
in.l.fin.C.si pen.appella.mors interu. Et quamuis in propo
sita facti specie Franc.de Cur.conetur tenere oppo.tamen
durum esset recedere à superiore sententia, quæ etiā sum-
mæ æquitati inniti videtur. Vnde cōmodius ex alio capite
dici potest restitutionem ex d.clausula intentatam nō com
6 petere deducendo scientiam minoris † ex eo, ꝙ tutor eius
d.pactum non ignorabat, sed sciebat, quia tunc non datur
restitutio ex d.clausula, vt vult Paul.de Castr.in d.l.cum fi-
lius.§.in hac per tex.in.l.3.§.fi.ff.de tributo. Accedat quod
Bald.scribit in.l.2.9.q.C.de rescinden.venditio.vbi inquit
7 ꝙ scientia curatoris est sciētia adulti.l.pupillus.ff.de acquir.
hæred.& idem sentit Bald.in.l.fin.in fi.C.de tut.& cur.qui
non satisdet. & si dicatur qūo succurreretur isto casu mi-
8 nori responderetur, ꝙ † datur minori regressus contra tu-
torem negligentem.l.si tutoris.C.de administratio.tute.l.
9 quicquid.C.arb.tut.quod † si tutor non esset soluēdo, sub-
ueniretur tunc minori in subsidiū via restitutionis vt Bart.
dicit in.l.qui duos col.2.versic.oppo.extra glo.ff.de re.dub.
per tex.in.l.fin.in princ.ff.de eo per quem fac.er.& in.l.pla-
nè, la secunda.§.1.ff.de legat.1.quod videtur etiam esse de
mente Paul.de Cast in d.l.2.C.si aduer.vend. pign.in vlti-
mis verbis. Nec prędictis obstat tex.in.l.etiam.C.si tut.vel
10 cur.inter.vbi datur restitutio minori † etiā quod possit con
uenire tutorem pro mala administratione actione, perso-
nali & idem dicitur in.l.etiam si à patre.ff.de minor.& tra-
dit Bart.in.l.in prouinciali.ff.de ope.nou.nunciatio.quia re-
spōdetur, ꝙ in illis iuribus competebat restitutio, quæ licet
sit remedium extraordinarium, tamen illo casu concurrit
cum ordinario vt declarat Bart.in d.l.in prouinciali. Sed in
casu nostro non competit aliqua restitutio nō quidem ra-
tione minoris ætatis per text.in d.l.Aemilius nec etiam ex
clausula generali propter ignorantiam: ex quo minor dici-
tur scire per tutores suos & administratores qui sciebant.
Et ex his contra istum minorem concludo.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas quando dicatur delinquere.*
2 *Prælati delictum non solum ecclesiam, sed etiam subditum non resistentem prælato iniustè agenti obligat.*
3 *Capitulum ratificando factum & delictum Prælati obligatur. Amplia vt num. 4. & 5.*
6 *Prohibere potēs & nō prohibens delicti scrupulo nō caret.*
7 *Vniuersitas punitur ex negligentia.*
8 *Nemo tenetur alium iuuare vel defendere submittendo se periculo.*
9 *Ciuitas passa Tyrannum cui resistere non potest, non censetur eius factum approbare.*
10 *Vniuersitas quando aliorum delictum ratificare dicatur.*
11 *Delictum non dicitur ratificare per lætitiam nec per eum, qui re facta magnum festum facit.*
12 *Ratificatio in delictis requirit duo, infertur vt nu. 13.*
14 *Delictum quomodo constet fuisse factum nomine alterius.*
15 *Maleficium iam commissum quomodo ratificari dicatur per commodum, quod sentitur ex eo.*
16 *Rectores ciuitatis ciuitati non præiudicāt, nisi ciuitas mandauerit vel ratum habuerit.*
17 *Mandatum generale illicita non comprehendit.*
18 *Decurionum factū, ab vniuersitate factum censetur, habet tamen vniuersitas cōtra Decuriones regressū. vt nu. 19*

CONSILIVM. 493.



VOD ista vniuersitas puniri nequeat
ex facto quorundam, qui in oppidum
introduxisse dicuntur hostes armatos,
& oppidum inditionem alienā transtu
lisse ostenditur. Nam licet vniuersitas
1 † possit delinquere.l.metū.§.animad-
uertendum.ff.quod me.cau.authen.itē
nulla cōmunitas.C.de episc.& cle.glo.in.l.sed si ex dolo.§.
1.ff.de dolo, tamen non intelligitur hoc facere, nisi cōmu-
nicato consilio inuicem & precedente deliberatione, con-
gregato solemniter populo ad vocem tubæ vel sonū cam-
pane, alias considerantur, vt singuli, & nō vt vniuersi, & ita
vt singuli puniētur.l.semper.§.si in sepulcro.ff.quod vi aut
clam.l.sicut.§.1.vbi glo.mouet q.ff.quod cui.vniu.no.l.pri-
ma in prin.ff.de mag.conu.glo.in.l.aliud.§.refertur.ff.de re
gu.iur.tradit Bart.in.l.aut facta.§.fin.col.pen.ff.de pœn.vbi
dicit, ꝙ hoc casu non posset fieri inquisitio contra vniuer-
sitatem, sed contra singulares personas, qui illud fecerūt &
plus subdit ibi Bart.ꝙ si erecto vexillo & pulsata campana
iuerunt ad aliquid faciēdum, quod sit de genere malorum,
non dicatur vniuersitas delinquere, si deliberatio non præ-
cessit, sed isto casu, qui erexerunt vexillum & campanā pul
sauerunt, possint, vt seditiosi & personarum incitatores pu
niri iux.not.in tit.C.de sedit. Idē Ange.tenet in d.l.sicut.§.
1.ff.ꝙ cuiusq; vni.nom.& in d.l.metum.§.animaduerten-
dum Sali.in.l.1.C.de sedit.Io.And.& alij in c.fœlicis.§.fin.
de pœn.in 6.in nouella Card.in Clem.prima in verb.ciui-
tas q.2.eo.tit. Abb.in c.dilectus filius, il secūdo, circa fin.de
Simo.& in c.in genesi col.4.de elect.Ange.consi.165.cum
multitudo vbi refert & sequitur Bart.in d.l.aut facta.§.fin.
Idem tenet Paul.de Castr.consi.104.In causa Sfortij lib.2.
vbi improbat libellum accusatorium porrectum contra
quandam communitatem super fœni incendio, nam agen
dum fuerat secundum eum cōtra singulares personas, quæ
ignem immiserant, quum non appareret incendium illud
commissum per vniuersitatem legitimè congregatā præ-
cedente deliberatione, & consilio communicato, quod re-
quirebatur, vt vniuersitas diceref illud fecisse.l.semper.§.si
in sepulcro.ff.quod vi aut clam. Nec obstat, si dicatur, ꝙ im
mo iste populus deliquit, quia quę alligata sunt superius, ꝑ-
cedunt in delicto momentaneo, quale est homicidium &
incendium, secus si habeat causam successiuā, vt est in pro-
posito, quia post proditionem Castrum diu fuit detentum
& occupatum ab hostibus, vnde si vniuersitas dictā prodi-
tionem & occupationem ratam habuisset, diceretur delin
quere, & non puniendo delinquentes, seu non prohibēdo,
quos poterat prohibere intelligitur tacito consensu appro-
bare, & ratū habere.d.c.fœlicis.§.fina.& c.primo de vsu.in
6.l.semper.qui non prohibet.ff.de reg.iur. &.l.1.§.sed si cū
quis.ff.de vi & vi arm.& tradit Inno.in c.grauem, de sentē.
excom.Pet.de Ancha.consi.158. Ex narratis in facto col.
quarta versic.ex prædictis, luce clarius, &c. Vbi consuluit,
2 ꝙ † ex delicto prælati nō solum ecclesia, sed etiam subditi
tenentur, vbi non restiterunt prælato in iustè agenti, & te-
nentur, vt vniuersi absque eo, ꝙ interuenerit solemnis con
gregatio, & deliberatio, in delicto non momentaneo, sed
habente causam successiuam, vt ibi ipse latius prosequitur,
& comprobatur ex eo, quod vult glo.in cap.cū dilectus in
versic.

3 versic.ipsius dolum de ordi.cogn.dicens, ꝙ †capitulum tenetur vbi ex post ratificauit delictum prælati, & Bal.ibi di-
4 cit † idem esse in populo si consensit maleficio potestatis, & dicit Abb.in c.constitutis,il secundo, & latius in cap.cau
5 sam col.9.de testib.ꝙ † licet delictum familiaris non imputetur domino.capit.cum ad sedem, & ibi glo.& Docto.de restit.spol.tamen hoc procedit in delicto mométaneo, secus in successiuo,seu habente causam permanentem, quia
6 †qui prohibere potest, & non prohibet manifestum delictum,non caret scrupulo societatis occultæ cap.dilecto,de senten.excom.in 6.& cõfert quod Salic.scribit in.l.1.C.de
7 sedit.vbi vult, ꝙ † vbi communitas delinquit in omittẽdo non requiritur,ꝙ id faciat præcedente cõsilio,sed ex negligentia punitur.l.iubemus nullam.C.de sacrosf.eccle. Nam ad prædicta respondetur negando, quod ipsi oppidani vnquam approbauerint & ratificauerint dictam proditioné, quæ facta fuit introductis hostium militaribus copijs, nec in aliqua sunt culpa oppidani, si statim aut postmodum eos non expulerunt, quia fortasse non poterant,non etiã tenebantur arma capiẽtes dimicare, & se exponere periculo,vt vult Io.And.in d.c.fœlicis.§.fin.nã dum ibi præcipitur cuilibet ciuitati, vt intra mensem subditos suos delinquentes puniat,prout ei facultas affuerit,sub pœna priuationis Pontificalis dignitatis,dicit ibi Io.And.post Archi.quod cessat pœna, quando delinquentes sunt adeo potentes, vel tanta est multitudo,ꝙ ciuitas illos punire non potest, vel nõ sine scandalo,vt quia se armis defendunt, vel protegũt loci difficultate,tunc enim rationabili iudicio non dicitur facultas adesse, sed deesse 22.q.2.c.quæritur, &.l.si quis in hoc genus.C.de episc.& cler.&.l.1.C.de his, qui lat.occul.& illud dictum Io.Andr.sequuntur ibi Dom.& Petr.de Ancha.& illud etiã tenet in istis terminis Aret.cõsi.165. Sicut Ioan-
8 nes col.pen.& regulariter † non tenetur quis se exponere periculo,vt alium iuuet vel defendat, vt Bald.inquit in.l.1. col.3.C.de seru.fugi.& in c.secũdo col.1.de vita & honest. cleri.Abb.in c.1.col.fin.de restitut.spolia. & comprobatur hoc etiã ex eo,quod scribit Card. in Clem.1.in verbo ter-
9 ra q.4.de pœn.vbi dicit ꝙ ciuitas,†quę diu est passa Tyrannum,videtur eius gesta tacito cõsensu approbare, nisi talis sit Tyrannus,cui ciuitas resistere nõ possit,vt quia ibi sunt armati fauentes Tyranno,potentiores illis de ciuitate. Nõ ergo in casu nostro adscribi potest vniuersitati, si nõ eiecit milites introductos,quia vel non expellere, vel non nisi cũ
10 periculo & scandalo potuisset.Diceretur autem † vniuersitas tunc ratificare, quando ex delicto aliorum ipsa emolumentum & vtilitatem perciperet. puta si quidam ciues castrum alterius inuasissent,quod postea ciuitas teneret,vel si aliqui ciues deprædarentur alienum territorium, & ciuitas prædã & captiuos reciperet,non enim refert facto, an verbis deprehendatur voluntas,& ita propriè loquitur Bart.in d.l.aut facta.§.fin.Card.in Clemen.prima in verbo ciuitas q.2.de pœnis.& ibidẽ Petr.de Ancha.14.not.& illud,quod dicit Petr.de Ancha.in præallegato consi.158.procedit in ea vniuersitate,quæ facilè potuisset resistere delinquẽtibus, quia non resistendo diceretur consentire & ita ibi ipse loquitur,si verba eius inspiciãtur, in quo casu nos nõ sumus.
11 Plus dicẽdum est, quod licet aliquis † sit lætus & magnum agat festũ de re gesta, non tamen ex hoc videtur ratificare delictum,vt Bal.scribit in.l.obseruare.§.pót q.13.ff.de off. procon.& leg. Sequitur Aret.in præallegato cõsi.165.col. pen.Plus dicit Hieronymus Tortus in quodam eius cõsil. quod incipit Domine Deus col.2.ꝙ ciuitas nõ tenetur de delicto aliorum,nisi illud in quo delinquitur nomine ciuita
12 tis fuerit gestum, nam vt † ratificatio in maleficijs teneat, requiruntur duo, primo ꝙ illud sit gestum nomine meo, secundo ꝙ illud ratum habuerim tanquã meo nomine gestum,& si vnum aliquid istorum deficeret, ratificatio non teneret,ita inquit Bart.post glo.ibi in.l.1.§.sed si cũ quis.ff. de vi & vi arm.& ex illo secundo infert, ꝙ possum habere ratum factum,licet nõ qualitatem facti.l.sicut interdicto, C.arbi.tu.& not.in.l.Pomponius scribit.ff.de nego.gest.& vltra eum addo glo.optimam in cap.cum ad sedẽ in verb.

13 interdictũ de restitu.spolia.quæ dicit,†ꝙ,si familia alicuius deiecit aliquem,non tamen domini nomine, dominus nõ pót ratificare.l.si vi me à contrario sensu.ff.de vi & vi arm. Idem tenet Inno.in cap.cum dilectus in verb.pro ipsius,& ibi Ant.de Butr.in fin.de ord.cogn.Bal.in.l.fin.in fin.C.ad Macedo.& in.l.nõ ideo minus 11.q.C.de accu.& in.l.1.§. si procurator col.1.versi.2.casu.ff.si quis iusdi.nõ obtemp. & in.l.si pupilli.§.si Titij seruum.ff.de nego.gest. Ang.in.l. non solum.§.si mandato in fin.ff.de iniurijs, & in terminis istis sentit Inno.in d.cap.grauem de senté.excom. vbi vult quod vniuersitas puniatur ex delicto aliorum si mandauerit,vel sine mãdato, si quod gestum est suo nomine ratum habuerit.Sed in proposito non constat,ꝙ isti, qui introduxerunt armatos,& oppidum hostibus tradiderunt,id fecerint nomine vniuersitatis,& sic deficit primũ quod requiritur in ratificatione maleficij, quomodo autem constare
14 possit,†ꝙ quis committat maleficium nomine alterius tradit Bal.in.l.ob hæc verba col.fin.versi.iuxta hoc quæro.ff. de his,quæ not.infam.Salic.in.l.non ideo minus col.pen.C. de accu.& Are.in præallegato consi.165.col.4.In dubio autem quilibet magis actũ gerere videtur suo nomine,quàm alieno.l.& magis.ff.de solut.l.Papinianus.ff.mand.l.Titium & Meuium.§.altero.ff.de admi.tut.& habetur per Bar.in.l. post mortem.§.1.ff.quan.ex fac.tut. Deficit etiam secundum requisitum,quia non apparet, ꝙ vniuersitas illud approbauerit tanquam suo nomine gestum,quia vt dictũ est, potest aliquis approbare factum,sed non qualitatem facti. Hinc est quod non habetur pro ratificatione gaudium & lætitia,quæ de re gesta suscipitur secundum superius dicta.
15 Plus voluit Iaco.de Are.ꝙ † maleficium iam commissum nunquam ratificari possit, vbi nihil adest ratificanti.l.nulla vtilitas,nullum emolumentum peruenit ad ratificantẽ cuius sententiam subtilissimis & elegãtissimis rationibus sequitur Bal.sibi contrarius in d.l.obseruare.§.potest 12.q.ff. de offi.procon.& leg.Verũ quia illa opinio est contra communiter receptam sententiam, ideo super illa nullum facio fundamentum.Nõ obstat,ꝙ syndici d.vniuersitatis interuenerunt in isto delicto,quia respõdetur ex eo,quod Inno.
16 scribit in d.c.grauem de senten.excom.vbi vult ꝙ† rectores vniuersitatis non præiudicent vniuersitati delinquẽdo. nisi vniuersitas mandauerit vel ratum habuerit. hoc etiam Oldr.scribit consi.66.An delicto vbi inquit, ꝙ ex delicto administratorum vel præsidentium nõ puniatur vniuersitas allegat tex.in d.c.grauem & ibi not.per Inno.& tex.in cap.veniens & in c.dilectus de simo.& in.l.1.in princ.ff.de magist.conuen.& in.l.1.§.Dominus.ff.de publica.Itẽ quia,
17 † in generali mandato non veniunt illicita.l.si pater.ff.de his quæ in frau.credi.l.si procurator.§.fin.ff.de cõd.indeb. & dicit hoc etiã tenuisse Nicolaum de Matar.in.l.sed si ex dolo.§.sed an in municipes.ff.de do.& ad prædicta conferunt elegantia verba Bald.in.l.1.§.si procurator col.1.ff.si quis iusd.non obtemp.vbi formaliter inquit, ꝙ quando dolus expresse committitur delinquendo, dolus administratoris non nocet domino.l.meminerint.C.vnde vi.l.1.C.de fal.mone.quod est verum nisi dominus ratificet delictum suo nomine cõmissum.l.1.§.quoties.ff.de vi & vi arm.ratio est,quia non administrat qui expresè delinquit, immo dilapidat,ideo nisi interueniat ratihabitio, quæ habet vim specialis mandati non præiudicat domino, secus si interueniat.Hæc ibi Bald.& ante eum hoc etiam clarè dicit Bart. in d.l.aut facta.§.fin.circa fin. versi.quæro an ex delicto.ff. de pœn.vbi propriè vult,ꝙ ex delicto officialis,vniuersitas non teneatur, nisi præcedente mandato, vel ratificatione subsequente,ex quibus deciditur, ꝙ syndici non potuerũt obligare vniuersitatem,ad vllam pœnam ex proprio delicto,quum ad id non censeatur speciale mandatum habere, nec communitas eorum factum ratificauerit, fatendũ est autem,quod si decuriones solẽniter congregati,præcedente deliberatione deliquissent,vniuersitas ex eorum delicto teneretur.quia in eorum persona repræsentatur populus,&
18 quicquid † ipsi faciunt,populus facere videtur.l.municipes. ff.ad munic.tradit glo.in d.l.si ex dolo.§.1.ff.de don.& in.l. aliud

aliud.§.refertur.ff.de reg.iur.& in d.l.metũ.§.animaduertendum, vbi Ange.dicit, ꝙ tunc populus habet regressum pro eius indẽnitate contra decuriones per text.in d.prima in prin.ff.de magi.conuen. Et prædicta etiã Bal.tenet in titulo de pa.Cõstan.in.§.libellariæ, in verbo ab vniuersitate.

SVMMARIVM.

1 *Interesse pretij non soluti à moroso debetur. Amplia vt nu. 2. intellige tamen vt nume. 3.*
4 *Venditor, post moram cõmissam ab emptore in soluendo pretium, vsuras debitè petit, ratione fructuũ perceptorum.*
5 *Vsura est, quic quid sorti accedit.*
6 *Culpa est non percipere fructus ex re fructifera.*

CONSILIVM. 494.



ENDIDIT Petrus Iacobo partẽ molendini destructi, & tradit pretio inter eos conuento, quia morosus fuit Iacobus in solutione pretij post traditionem molendini, petit à Iacobo emptore interesse pretij non soluti ad rationem quinque pro cẽtenario
1 singulis annis. Et pro eo facit † quia videtur hoc æquitas dictare vt soluat interesse petitum venditori ne fruatur re simul & pretio.l.2.C.de vsur.l.curabit.C.de act.emp.l.Iulianus.§.ex vendito.ff.eod.tit.l.libertatibus.§.fi.&.l.euictis.§.
2 post traditam.ff.de vsu.quod † videtur procedere etiam ꝙ Iacobus ex parte molendini destructi sibi vendita nullos perceperit fructus, vt sentit Bal.in d.l.2.C.de vsu.vbi quærit, quid si res est sterilis, ita ꝙ emptor ex possessione tradita nullum fructũ consequitur, vel est sylua non cædua, cuius fructus in plurimos differtur annos, nunquid interim vsuræ debentur pretij: arguit primo, ꝙ non, quia nihil adest emptori, & compẽsatio requirit relationem extremorum: contrarium determinat, quia istæ vsuræ non debentur ratione proportionis fructuum, sed ratione impletionis fidei, quia venditor impleuit fidem tradẽdo, emptor autem inuenitur in perfidia pretium non soluendo. Et sententiam Bald.amplectitur ibi Paul.de Castr.& in d.l.curabit, dicens emptorem teneri ad vsuras pretij, quæ frequentãtur in regione, puta octo vel decem pro centenario, siue ex re vendita percipiantur fructus, siue non, postquã res est sibi tradita, & habet commoditatem vtendi & de ea ad libitũ disponendi & cum Bald.transit etiam Petr.de Ancha.in cap. peccati venia colum.8.versic.sed circa hoc est dubium de reg.iur.in 6.exemplificans in his, qui emerunt lapides pretiosos vel ligna, vt post rem traditam teneãtur ad interesse pretij serius soluti propter perfidiam, allegãdo Bal.in d.l.2. & prædicta etiam tenet Ioan.de Anna. in cap.conquestus col.1.de vsu.& in discursu sequitur pariter Alex.consi.31. Viso themate prædicto circa fin.lib.6. & plerique alij moderniores consulendo. Postremo dici potest ꝙ ex molendino si refectum fuisset, potuissent percipi fructus, vnde si hoc non fecit, sibi habet imputare, quia satis est, vt vẽditor teneatur post morã ad vsuras pretij non soluti, quod facultatem habuerit fructus percipiendi vt inquit iuriscõsultus in d.l.Iulianus. §.ex vendito.ff.de action.empt. Et ista sunt quæ scrupulum ingerere videntur. Contrarium tamen est
3 verius † quia text.in d.l.curabit disponens ꝙ vsuras pretij non soluti soluat emptor, fundat se in fructuum perceptione, quàm emptor assequutus est, ad quod etiam facit tex.in l.libertatibus.§.fi.ff.de vsu.dũ ibi in fine dicitur, Imperator decreuit iniquum esse vsuras ab eo exigi, qui fructus non percepisset, vnde glo.in d.l.curabit dicit ꝙ iure canonico etiam debentur, quia soluuntur magis, vt interesse, quàm vsuræ, & idem glo.dicit quàm sequitur ibi Bart.in d.l.2.C. de vsu.& in d.l.Iulianus.§.idemq; Papinianus in verbo extenditur.ff.de actio.empt.allegans ad hoc text.in.l.socium qui in eo.ff.pro socio. Istud etiam vult glo.in cap.conquestus de vsu.vbi Abb.post Petr.de Ancha.dicit quòd istud interesse versatur in eo, quod venditor percepisset fructus, si rem penes se habuisset, quos ipse emptor percepit. Nec ab istis discrepat Hostien. in Sum. sub tit.de vsur.§.an aliquo casu versic.septimo secundum Laurentium, vbi vult hoc casu rationem tantum habendam damni emergentis, non etiam lucri cessantis: hoc etiam amplectitur Bart.in.l.at qui natura.§.non tantum.ff.de nego.gest. & in d.l.Iulianus.§.idemque Papinianus & ibi Salic.idem etiam scribit Paul.de Cast.in d.l.Iulianus.§.ex vendito, vbi dicit ꝙ istæ vsuræ de iure canonico possunt peti tanquã interesse damni emergentis vsque ad valorem fructuum, quos emptor percepit, & quos percepisset venditor si rem non tradidisset, quia si aliud esset, remaneret venditor in damno, sed si vltra valorem fructuum aliquid peteret, tractaret de lucro, vnde non posset illud petere nomine interesse subdit tamẽ quod communiter practicatur contrarium, quia emptor postquam tradidit possessionẽ si tardauit soluere pretium, soluit aliquid nomine vsurarũ non habito respectu ad fructus perceptos, quod non est secundum bonam conscientiam venditoris. Idem etiam dicit Imo.in.l.si insulam.§.
4 vsuras, in fin.ff.soluto matrimo.vbi inquit † quòd venditor, post moram commissam ab emptore, in soluẽdo pretium, petit vsuras vt interesse vsque ad concurrentem fructuum quantitatem, quia sub nomine vsurarum nullo modo debentur, & sequitur prædicta Alexan.consi.69.super primo dubio, quo quæritur circa fin.lib.1. Reperio etiam, quod Cin.in.l.in minorum prima oppo.C.quibus cau.restitut.in integ.non est necess.tenet quod ita demum emptor tenetur ad vsuras pretij non soluti, si percepit fructus vel percipere potuit, & cum Cin.transit etiam ibi Bald.& Alexan.in.l.vinum colum.5.ff.si certum peta.transit etiam cum hac sententia Bald.Nouel.in tract.dot.7.parte princ. in 3.priuil. Restat vt respondeatur ad contraria, quæ non obstant: non enim aliquid facit contra Iaco.decisio Bald. in d.l.secunda.C.de vsu.dum vult vendita re sterili ob retardatam solutionem pretij vsuras propter perfidiam emptoris & fidem venditoris, quia illa decisio Bald.non est vera, quia hac ratione venditor ex mora non solutis consequeretur plusquàm sua interesset, quia si apud eum fuisset res sterilis nullos fructus consequutus fuisset, vnde petendo nunc aliquid vltra sortem, intendit lucrari & ex pecunia sibi debita consequi fructum contra naturalem rationem, quum pecunia nullum pariat fructum per se, nec si emptor habet commoditatem vtendi re sibi à venditore tradita, ideo venditorem ex hoc in aliquo damno versari contin-
5 git. Improbè igitur petit aliquid vltra sortem, † quia quicquid accedit sorti vsura est cap.vsura & c.plerique 14.q.3.l. rogasti.§.si tibi.ff.si certum peta. & ita decisio Bald.in d.l. secunda improbat ibi Sal.Alex.in.l.diuisione colum.fin.ff. soluto matrimo.Aret.consi.150.visus diligenter colum.6. & in.l.ita stipulatus colum.5.ff.de verborum obligat. Corneus consi.59.Placet in hac consultatione lib.3. Plus dicendum videretur, quod etiam dato, quod non esset res sterilis, si tamen emptor ex ea nullus fructus percepit non teneretur ad vsuras pretij non soluti vt Soci.scribit cõsi.109. Non potuissent magis lib.1.vbi dicit consultum fuisse per doctissimos viros, ꝙ si emptor habuit possessionem domus venditæ, nec eam inhabitauit, neque alteri locauit, non teneatur ad interesse pretij non soluti. Istud tamen non firmo, quia hoc videtur esse contra text.in d.l.Iulianus.§.ex vendito in fin.in illis verbis, hoc enim solum spectare debemus, an habeat facultatem fructus percipiendi, & cõtra id quod scribit Cin.in d.l.in minorum, quod emptor tenetur ad vsuras pretij non soluti si fructus percepit
6 vel percipere potuit, nam † culpa est non percipere fructus ex re fructifera, qui per diligentes homines communiter percipi cõsueuerunt, vnde dicit Bald.in.l.quæ fortuitis.C. de pign.actio.quod lata est culpa non arare nec serere fundum, dicendum ergo est in casu domus venditæ, quòd si potuit domus emptor inhabitare domum vel alteri locare, teneatur venditori ad vsuras pretij non soluti, secus si neutrum

neutrum illorum potuisset, quia tunc non teneretur ad aliquas vsuras, quum fructus nullos ex domo perceperit, nec percipere potuerit, & ita intelligit Soci.cõsi.179.profectò ni fallor colum.3.lib.2.vbi refert se ita tenuisse in.l.de deuisione.ff.soluto matrimo. Si igitur quando nulli fructus percipi potuerunt ex domo, aliquo casu vel impedimento fortuito, non tenetur emptor ad vsuras, multo minus tenebitur, vbi res spontè sua est sterilis, ex qua naturaliter fructus percipi nullus potest. Non obstat vltimo, quod Iacobus poterat reficere molẽdinum, & ita ex eo fructus percipere. Respondetur, ꝙ non tenebatur illud reficere, nec ea lege sibi fuit venditum vt reficeret, & negari non potest, quin tempore traditionis res esset sterilis & nunc etiam sit, vnde cessant rationes, propter quas iura volunt emptorem teneri ad vsuras pretij non soluti & recompensationẽ fructuum, quum nulli fructus sint percepti, nec dici potest emptorem lucrari cum venditoris iactura, quia ipse quoque venditor nullos percepisset si eodem modo molendinum penes se destructum retinuisset.

SVMMARIVM.

1 *Maritus licitè petit vsuras dotis non sibi solutæ in conuẽto tempore. Ampliа vt nume. 2.*

3 *Vsuræ dotis, an post decennium debeantur.*

4 *Diuturnitas temporis ad debiti non petiti præscriptionem non sufficiens: donationem non inducit.*

5 *Vsurarum maiorum creditor, si minores recipit per lõgum tempus, maiorũ exactionem videtur remisisse, alias non.*

6 *Vsura quid sit.*

7 *Vsuras exigens committit rapinam.*

8 *Donatio inter virum & vxorem, nisi impensa sit modica, non præsumitur.*

9 *Vsuras hæredes mariti, an post mortem mariti, ob non solutam dotem petere possint.*

10 *Nominatio Titij, includit & eius hæredis nominationem. Amplia vt num. 11.*

12 *Religio Hierosolimitana, est de foro ecclesiæ.*

13 *Clericus in minoribus etiam constitutus, Iudicis laici iurisdictioni non subijcitur: Amplia vt nu. 14.*

15 *Priuilegium fori concessum clericis, vti à iure diuino profluens, per Papam saltem generaliter tolli nequit. Infertur vt hic.*

16 *Citatio iudicis Laici in clericum, etiam quod clericus non compareat, non ligat.*

17 *Iurisdictionis exceptio, non obstãte statuto prohibẽte nullitatem sententiæ posse opponi, semper opponi potest.*

18 *Clericus mercator, se extra forum suum trahi patiens, & tacens vsque ad sententiam, ad expensas primæ instãtiæ tenetur, etiam quod contra sententiæ executionem dicat se clericum.*

19 *Iuramentum facit vt quis teneatur soluere id, ex quo nõ est factus locupletior.*

20 *Dotalis pecunia est alienabilis.*

21 *Sententia semper proferri debet pro eo, qui habet pro se regulam, in contrarium sit probatum.*

CONSILIVM. 495.



E duobus principaliter quæritur. Primo vtrum Mag. D. Io. Iacobus Scarãpus miles Hierosolymitanus possit petere interesse dotium non solutarum in terminis cõuentis, & prima consideratione forsitan videretur dicendũ quod non possit, ex quo Mag. quondam D. Ludouicus Scarampus maritus D. Ioannæ nunc repetentis dotes suas, nunquam petijt dictum interesse sibi per longum tempus debitum, posito quod de iure sibi alias deberetur, quia videtur remissum.l.cum quidam.§.diuus.ff.de vsuris & ita per illum text.scribit Bald.consi.474.Post biennium lib.3.quem sequitur Andr.Alcia.in suo tractatu. Præsumptionum reg.1. præsump.32.Amplius dicitur, quòd hæc remissio videtur ex alio facta, quia D.Ludouicus tempore constantis matrimonij, & quandiu vixit nunquam fuit solicitus de interesse isto, nec illud postulauit, sed semper tacuit, ideo hæredes mariti illud nec petere nec consequi possunt.l.vir vsuras.ff.de donatio.inter virum & vxor.& ita per illum text. scribit Franc.Cremen.singul.suo 5.Rom.cõsi.517.In casu propositæ consultationis colum.4.versic.vnum tamẽ dico, vbi etiam pro hoc adducit text.in.l.cum oportet in.§.sin autem res.C.de bon.quæ libe. Et ista sunt, quæ (vt audio) videntur ingerere difficultatem. Sed præmissis minimè obstantibus contrariam sententiam proculdubio arbitror

1 veriorem, † quia vbicunque in terminis conuentis dos nõ est soluta, tunc vsuræ marito debentur, quia id magis petit tanquam proprium interesse, cum sustinuerit onera matrimonij, quàm quòd percipiat lucrum ex retardata solutione, quod propriè ad vsurariam spectat prauitatem. Sicut in simili dicitur in.l.socium, qui in eo, ibi nõ quasi vsuras, sed quod socij intersit moram eam non habuisse.ff.pro soc.& est text.de hoc vulgatus in cap.salubriter de vsu.vbi Abb. post alios sequitur, & tradit Bart.in.l.at qui natura.§.non tantum.ff.de nego.gest.Bald.in.l.pro oneribus & in.l.fin.§. Præterea colum.secunda versic.adhuc est dubiũ.C.de iure dot.& in rubr.C.de vsu.q.4.vbi dicit rationẽ esse, quia ista vsura non est gratuita, sed onerosa.l.pater in princ.ff.de dõ. excep.& in.l.in insulam.§.vsuras.ff.solu.matri.idem etiam tenet Bald.in repet.l.cunctos populos, colum.4.C.de sum. trin.& fide catho.& in authen.ei qui iurat colum.15.versi. quæro mulier.C.de bo.auc.iud.poss.Paul.de Castr.in d.l.in insulam.§.vsuras, vbi dicit, quòd istud est interesse, non lucri cessantis, sed emergentis damni, quod potest transcendere vsuras consuetas & imputet sibi ille, qui dotem promisit, si dotem non soluit, nam præsumptio est contra morosum, & pro marito, qui si dotem habuisset, tantum fecisset, quòd ex ea licitè lucratus fuisset, ad sustinendum onera

2 matrimonij. Amplius est dicendum quòd † etiam si mulier vel alius necessario dotem promittens non fuerit in culpa non dandi dotem, puta quia eius quantitas fuerit commissa declarationi alterius & ille distulit declarare, nihilominus maritus sustinuit onera matrimonij, debetur ei interesse dotis postmodũ declaratæ, quia licet promissor habuerit iustam causam non soluendi dotem, quia ignorabat quid & quantum sibi esset soluendum, tamen ex quo pro parte mariti impletum fuit debet vsuras consequi vt damnum euitet, ita inquit Hercul.Perus.in d.l.de diuisione col. 7.ff.sol.matr.& circa hoc vt mihi videtur, non potest moueri probabilis difficultas, quia opinio ista, quòd interusurium dotis tempore suo non solutæ debeatur marito in iudicijs & in scholis communiter recipitur. Solùm superest, vt respondeatur his, quæ in oppositum adducuntur. Non

3 obstat igitur, quòd post lapsum decennium † vsuræ dotis non debentur tanquam fuerint remissæ secundum Bald.in præallegato cons.quia negatur in facto istud esse verum, ꝙ tantum tempus effluxerit à die moræ & si aduersarius hoc prætendit, hoc ei probandum erat tanquam fundamẽtum intentionis suæ. Præterea illud dictum Bald.non est verũ, quia text.in d.l.cum quidam.§.diuus super quo se fundat, non probat eius intentionem, vt patet ex verbis Iac.Butr. ibi, nam quærit ipse, quomodo ille creditor præiudicet sibi in personali actione tam breui temporis cursu, quum durare soleat annis triginta. Respõdet quod speciale est odio vsurarum, vel quòd ibi interuenerat aliquod signum remittere volentis, vt patet ex illo text.ibi vt gratior esses, &c.& verba Iaco.Butr.refert Alex.consi.56.In præsenti cõsultatione lib.quarto, & ibi Improbat illud consi.Bal.Improbat illud etiam Rom.in d.l.in insulam.§.vsuras & præallegato

4 consi.517.colum.4.quia † diuturnitas temporis non sufficiens ad præscriptionem nõ inducit donationẽ debiti non

petiti.l.libertis quos.§.manumissis.ff.de alimen.& cib.leg. nisi concurrẽtibus alijs, de quibus in.l.Procula.ff.de proba. & ad text.in d.§.diuus respondet. quòd loquitur in vsuris, quæ veniunt vt merum lucrum, & sic titulũ causant lucratiuum.l.ait prætor.§.si vero passim.ff.quæ in frau.credi.nõ autem in vsuris debitis tanquam interesse propter supportata onera matrimonij, & sic quæ causant titulum onerosum.l.si quis ꝓ vxore.§.si vxor.ff.de don.inter vir.& vxo. & non est lucri & damni par ratio.l.fin.§.licẽtia.C.de iure deliberan.& vltra Roma.quod speciale sit in d.l.cum quidam.§.diuus vt inducatur liberatio ex cursu decennij propter odiosum lucrum vsurarum, vult Barto.in.l.cum de in rem verso col.pen.ff.de vsu.&.l.quæ dotis colum.2.ff.solu. matr.facilius enim inducitur liberatio in vsuris, quàm alibi
5 propter earum odium, vnde videmus in simili, quòd † si quispiã, cui debeantur vsuræ maiores, recipiat per longum tempus minores sibi præiudicat tanquam exactionem maiorum remiserit.l.qui semisses in princ.ff.de vsu.l.quamuis bassa &.l.aduersus.C.eo.tit.quod non est in alio debito, nisi legitimum tempus ad præscriptionẽ intercesserit, vt Spec. tradit in tit.de censi.§.fin.in fin.Bal.& Sali.in d.l.aduersus. Alex.consi.5.Si vera sunt ea colum.4.in 6.arg.lib.5.& probatur hæc cõclusio efficaci ratione, quia dispositio d.l.cum quidam.§.diuus est exorbitans a iure communi, quia tempus non est modus inducendæ vel tollendæ obligationis.l. obligationum substãtia.§.placet.ff.de actio.& oblig.vnde cum iurisconsul.ibi loquatur de remissione vsurarum, sumenda est interpretatio verborũ in suo proprio & recto significatu, nec ad alia fieri debet extensio, auth.quas actiones.C. de sacrosf.eccle.& in dubio etiam non est à propria verborum significatione discedẽdum.l.1.§.si is qui nauem.ff.de
6 exerc.l.non aliter in prin.ff.de leg.3.sed † vsura (arguendo ab eius diffinitione) nihil aliud est, quàm lucrũ proueniens ob solutionem in tempore non factam, seu ob vsum pecuniæ alteri concessum, & dicitur vsura vtilitas temporis.l.ꝙ si Ephesi in princip.& ibi Paul.de Castro declarat.ff.de eo quod cert.loc.& tradit etiam Salic.in.l.2.C.de vsur.& traditur per Cano.in rubr.eod.tit. Sed in casu isto non petitur lucrum aliquod, sed id tantum quod interest creditoris ob retardatam solutionem, quòd omni diuino & humano iure permittitur, ergo non potest propriè dici vsura, sed impropriè & abusiuè, vnde absurdum est dicere, quod iura de vsuris loquentia vendicẽt sibi locum in hac vsura, quæ sub
7 ratione interesse petitur, quicunque † enim vsuras exigit. rapinam dicitur committere c.si quis vsuram.14.q.4.quod non facit profectò maritus, qui ob retardatam solutionem dotis petit interesse, quod ob matrimonij onera sustinuit repetendo, quòd sibi abest. Nam vt eleganter inquit Bald. in d.l.cunctos populos col.5.quando facta relatione huius præstationis, quæ dicitur vsura, ad aliud antecedẽs resultat, quasi facio vt des, vt in omni contingit matrimonio, vel vendo, vel trado, vt des, vel suscipio aliquod periculum, vt des, aut aliqua est cõformitas vnius ad alterum, ibi propriè non dicitur vsura, quia non est lucrum, sed est quædam recompensatio debita hincinde cap.salubriter de vsu.l.curabit.C.de actio.empt.l.periculi.ff.de nautico.fœn. Ex prædictis colligitur etiam respõsio ad tex.in.l.vir vsuras.ff.de donatio.inter vir.& vxor.vbi habetur quod vir, qui nõ petijt vsuras dotis promissas quandiu durauit matrimonium videtur eas remisisse, quia cùm iste text.exorbitet pariter à
8 reg.iur.communis, & quia non præsumitur † donatio inter virum & vxorem, nisi impensa sit modica.l.vtrum.ff. de donatio inter virum & vxor.Barto.in.l.& omnino.ff.de impen.in reb.dot.fac.Bald.in.l.cum te in fin.C.de donatio. ante nupt.& loquatur de vsuris, non procedit in huiusmodi vsuris, quæ petuntur, vt interesse, quia nõ sunt propriè vsuræ, sed impropriè & largè loquẽdo: possunt enim dici vsuræ, quia aliquid accedit sorti & de istis vsuris ille tex.intelligi non debet, quia non sunt vsuræ simpliciter loquendo, sed secundum quid.l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulga.& pupil.l.hoc legatum.ff.de lega.3.l.1.§.qui in perpetuum.ff. si ag.vect.vel emphy.pet. Demum quod text.in d.§.diuus & in d.l. vir vsuras non procedat in vsuris non petitis per maritum quatenus eius interest, & quod Bald.in præallegato consilio malè fuerit loquutus, tenet Roma.in locis supra adductis Ang.Areti.in.§.fuerat colum.5.versic.vnum tamen tene menti Instit.de action.vbi dicit se contra Bald. consuluisse, & contra præallegatum Bald.consilium tenet Alex.in.l.quæ dotis colum.4.ff.solu.matri.& ibidem illud etiam improbãt Ias.& Claud.Aquen.Alex.consi.39.Stantibus his, quæ supra colum.4.versi.nõ obstat etiam lib.6.& consi.208.Præstantissime domine circa fin.lib.7.& latissimè Corneus consi.145.in hac consultatione.4.dub.lib.2. & cõsi.250.Non seruato ordine dubiorum eod.lib.& cõsi. 164.in hac consultatione lib.3.& insignis Doct.Modernus Philippus Dec.consi.571. Socer promisit, vbi colligit etiam plures responsiones ad prædicta duo iura, idẽ tenuit Balb.in tract.præscriptio 3.pare.1.par.princip.q.10.Iacob. de sãn.Georgio in.l.Procula.ff.de probatio.reperio etiam consf.Regium Neap.secundum prædicta, reiecta Bald.auctoritate iudicasse, prout nouissimè scribit Thom.Grammat.decisio.70.vbi etiam refert idem tenuisse Nico.Boer. in suis decis.& Io Lup.in c.per vestras de dona. inter vir.& vxor.vnde ab hac sententia tot auctoritatibus roborata discedi in iudicando non potest. Et quia dicitur à nonnullis Alex.& Corn.variasse non est ita: nam neque Alex.consi. 74.lib.5.neque Corn.consi.206.lib.2.firmant opinionem Bald.licet faciant mentionem de Bald.in præallegato cõsi. memores se alibi contrarium respondisse & animaduertentes Bald.fragiliter motum fuisse. Non omitto etiam, ꝙ ad tex.in d.l.vir vsuras responderi aliter potest, prout respõdet Alexander in præallegatis cõsilijs, quod ille tex.loquitur in muliere, quæ obligata erat ad dotis vsuras viro ex stipulatione & inter virum & vxorẽ facilius præsumitur donatio propter mutuum amorẽ, & vitæ societatem.l.1.&.l. si seruus communis.ff.de dona.inter virum & vxor.Sed in casu nostro istud interusurium non debebatur marito per d.D.Ioannam vxorem, sed per D.Io.Franciscum fratrem mulieris, qui dotes marito promiserat, quas tamen in terminis conuentis integrè non soluit, vnde cessat ratio præsumptæ donationis, & hic est considerandum, quòd nõ solum iuris rigor militat contra d.D.Io.Franciscum, sed magna etiam æquitas, vt ipse teneatur ad interesse dotis nõ solutæ, quia pro hac dotis ꝓmissione cõsequutus est à sorore renunciante bona paterna & materna, ad quæ pro dimidia soror admittebatur. Vnde cùm ex dictis bonis renunciatis fructus perceperit, seu percipere potuerit, æquum est vt teneatur ad vsuras dotis non solutæ ad instar emptoris, qui ex re vendita percepit fructus, nec pretiũ soluit, & propterea tenetur ad vsuras pretij non soluti, ne re simul fruatur, & pretio.l.curabit.C.de actio.emp.l.Iulianus.§.ex vendito.ff.eod.titu.glo.& Doct.in.l.2.C.de vsu.& in cap.conquestus eod.titu.nam ad istam similitudinem marito, qui ex parte sua impleuit contractum, vsuræ debentur, vt per glo.& Doct.in.l.de diuisione.ff.solu.matr.Nòn obstat illud
9 quod dicitur de hæred.mariti † vt per eos vsuræ peti non possint secundum Roma.in præallegato consil.517.quia Rom.ibi nihil loquitur de hæredibus, sed dicit tantum ꝙ si per tempus matrimonij maritus non petijt vsuras dotis non solutæ, istud continuum silentium inducit tacitã vsurarum remissionem per tex.in d.l.vir vsuras.Sed cũ ostensum fuerit, quòd ille text.non probat eius intẽtionem, nec procedit in casu isto, sequitur quòd quemadmodum si maritus viueret sequuto diuortio inter ipsum & vxorẽ, legitimis ex causis posset vsuras dotis petere, ita nunc hæres eius potest, qui sustinet defuncti vices, & vnam eãdemq; quodammodo personam cum eo facit, vt in.§.1.auth.de iureiur.à moric.præs.& eiusdem iuris ac potestatis est, cuius ille
10 fuit.l.hæredem.ff.de reg.iur.quod vsque adeo procedit † vt nominato Titio intelligatur eius hæres nominatus vt Bal.
12 inquit in.l.1.col.1.C.quo.lega.& † qui ꝓmittit de facto suo de facto etiam hæredis promittere videatur, vt per Bart.in l.si seruus, la secũda.ff.de condi.furt. Bal.in.l.fin.C.de actio. emp.cum simi.quæ adducit Alex.consi.18.Attẽtis narratis colum.

colum.fin.lib.5.Aggredior nunc secundum dubiũ, in quo quæritur vtrum præfatus D.Io.Iacobus miles Hierosolymitanus potuerit condemnari per Illustrem Curiam Taurinensem ad restitutionem dotium d.D.Ioannæ vna cum expensis ob contumaciam præfati D.Io.Iacobi non comparentis nec vllam defensionem opponẽtis,& in hoc concludo omnia illic agitata subiacere nullitati ob iudicis incõpetentiam iux.titu.C.si à non compe.iudice, nam non est
12 dubium † quin religio sancti Ioannis Hierosolymitani sit de foro ecclesiæ.Ita inquit Feli.post quosdã Moder.in c.2. colum.3.de foro compe. vbi allegat ad hoc Io.Mona.in c. extra de elec.in 6.Vocabãtur autem olim isti milites Templarij, & de eis meminit pontifex in cap.cum deputati de iud.vbi Abb.1.no.dicit ꝙ magister & fratres militiæ templi sunt personæ religiosæ.Sed non modo isti milites Hie-
13 rosolymitani qui religionem profitentur: Sed nec † clericus quidem vllus in minoribus etiã constitutus iurisdictioni iudicis laici subijcitur cap.2.de foro comp. cap.cum non ab homine de iudi.cap.nullus & cap.clericum 11.q.1.quod
14 adeo procedit † vt etiam in contrarium non valeat consue
15 tudo c.clerici de iud.& est hoc priuilegium fori † de iure diuino secundum glo.not.in cap.si imperator.96.distin.tradit Abb.in c.solitæ.6.not.de mai.& ob. vnde à Papa tolli non potest saltem generaliter secundum Card.in cap.2.eo. titu.de quo ibi latè per Moder.& facit bonus text.in cap.si iudex de senten.excommu.in 6.vbi patet ꝙ licet alias Iudex,qui non habet potestatẽ in causa principali, possit ipse cognoscere,an sit iudex cap.super literis de rescript.hoc nõ procedit à iudice seculari contra clericum, quia vt ibi dicitur agitur de condemnatione personæ ecclesiasticæ, & sic de re ecclesiastica & spirituali, & dicit ibi Domin.ꝙ iudex secularis non potest esse iudex clerici etiam incidenter & per viam exceptionis,& dicit Spec.in tit.de citat.§.1. vers. sed pone quòd iudex colum.antepen.ꝙ si iudex citat clericum ignorans eum esse clericum,& clericus nõ venit,processus contra eum factus non tenet, & debet reuocari de facto,quod de facto fecit, quamprimũ nouit eum esse clericum,est enim priuilegiũ clerici huiusmodi, vt sit necesse, ꝙ veniat illud allegaturus. Istud etiam planissimè explicat
16 Bald.in.l.si quis ex aliena.ff.de iudi.vbi inquit, ꝙ † si iudex laicus citet clericum citatio eum non arctat,licet non compareat ad allegandum de clericatu,quia iudex laicus est omnino inhabilis,& incapax. Item quia clericus nõ solum est priuilegiatus,verũetiam prohibitus cap.si diligenti de foro compet.& subdit quòd non potest puniri per iudicem laicum,licet non comparuerit, quia processus nõ potest iustificari ratione dubitationis, quum persona iudicis nõ sit legitima,nec legitimari possit per consensum tacitũ, vel expressum.Item quia de ista declinatoria non habet cognoscere ipse,sed iudex ecclesiasticus cap.si iudex laicus de senten.excommu.in 6.& cum istis tenet etiam idem Bal.in.l. generaliter colum.2.C.de episc.& cleri.vbi plus subdit, ꝙ si etiam clericus fuisset condemnatus,nec appellasset,& alleget deinceps se clericum,ista allegatio procedit,quia reddit iudicium retro nullum ex defectu iurisdictionis. Item quia clericis coram iudice seculari nõ est licita comparitio, nec possibilis prorogatio. Item quia ipso iure sunt exempti, vnde est necessaria allegatio hominis. Item defectus
17 † iurisdictionis quando ipso iure deficit iurisdictio,semper potest opponi etia m si statutum vel constitutio, generaliter dictaret,quod non possit opponi de nullitate sententiæ iux.not.per glo.in cap.1.de seq.poss.& fruct. Prædicta etiã sentit Abb.in cap.si diligenti colum.penul.versi.quæro an valeat processus de foro compe.vbi post Ioan.And.in cap. scienti de reg.iur.in 6.& Anto.de Butr.ibi concludit,quòd secularis iudex non potest esse iudex contra clericum nec principaliter nec incidenter, & ideo clericus citatus nõ tenetur comparere,& processus contra eum factus nõ tenet, nec poterit secundum eum tunc clericus ratione contumaciæ mulctari per text.in.l.si quis ex aliena.ff.de iudi.& in.l. 2.ff.si quis in ius vocatus non ierit, quia illa iura procedunt quando aliquis posset esse iudex,licet veritate non sit,secus autem vbi non est iudex, nec esse potest, nam tunc si pronunciaret se iudicem, pronunciatio non faceret eum iudicem,quia id est impossibile.l.fin.ff.quæ senten.si appell.rescin. Ex istis liquidò patet qualiter dicta sententia lata per iudices seculares contra prædictum D.Ioan.Iacobum est nulla non solum, quo ad principalem causam, sed etiã quo ad expẽsas.& si forsitan opponatur de eo, quod scribit Aegid.Bellam.in decisionibus Rotæ decis.226.in causa mea
18 Auenionensi,&c.vbi inquit formaliter, ꝙ † clericus mercator solutus permittens se trahi ad iudicem secularem, & tacens se esse clericum vsque ad sententiã inclusiuè postea ad impediendum executionem dicit se clericum, & propterea processum nullum, tenetur actori ad expensas cap. exceptionem de except. Respondeo quòd Aegid.ibi non dicit,quòd condemnari possit ad illas expensas per iudices seculares,qui nec principaliter, nec incidenter possunt esse clericis iudices: Immo præsupponendum est quod condemnari debeat per iudices ecclesiasticos corã quibus causa illa agitabatur.Præterea illa decisio Aegid.non põt procedere,nisi vbi probabiliter dubitaretur de clericatu, quia tunc clericus citatus tenetur comparere,glo.in cap.conuenior in verbo congrueret.22.q.8.& valet tunc processus agitatus contra eũ,vt tradit Calde.consi.12. Si clericus sub titu.de foro compet. Vlterius videtur dicta sententia non
19 posse subsistere † quia licet dos cõstante matrimonio solui non possit mulieri,& nõ teneatur ex ea solutione,nisi quatenus sit effecta locupletior.l.si pro rata.§.1.ff.de relig.& sump.fun.l.fin.ff.de iure dot.§.dotes in auth.de nup.tamen istud non procedit vbi interuenit iuramentũ, prout in casu isto,quia tunc tenetur solutionem habere ratam cap.cum contingat de iureiur.cap.licet mulieres eodem titu.in 6.& expressè hoc determinat Ang.in.l.vnica.C.si duos consta. matrim.Vel melius & secũdo dici potest, quòd in casu isto nulla facta fuit dotis restitutio,sed permutatio dotis, existẽtis in pecunia, facta in corpora, sicut etiam de corporibus in pecuniam permutari potest,vtrumq; enim horum constante matrimonio fieri potest.l.ita cõstante.ff.de iure dot. l.si mulier &.l.cum maritus.ff.de pact.dot.nec sanè video, quomodo mulier iustè conqueri possit,si maritus dotalem
20 pecuniam in prædia conuertit, quum † pecunia dotalis sit alienabilis,& in hoc detur marito,vt eam distrahat.l.res datæ in dotem.ff.de iure dot.& si dicatur ꝙ hæc permutatio valet, nisi dotis deterior effecta sit conditio, vt habetur in præallegatis iuribus. Respondetur ꝙ maritus seu eius hæres habet fundatam intẽtionem ex regula, ꝙ licita est permutatio,& quum mulier sit in casu fallentiæ,si excipiendo dicat dotis conditionem effectam deteriorem, ipsa habet
21 probare † tum quia pronunciandum est pro eo, qui habet pro se regulam, nisi de fallentia in contrarium doceatur.l. ab ea parte.ff.de ꝓba.gl.in.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. & in rub.eod.tit.in 6.tum etiam quia quilibet tenetur probare illud,quod est fundamentum intentionis suæ.l.2.ff.de proba.Et propterea non caret iniquitate sententia,qua condemnatus est præfatus D.Io.Iacobus ad restitutionem dotis in pecunia: quum dos mulieris in corpora fundorũ fuerit iam antea de voluntate etiam mulieris conuersa. Maior etiam detegitur iniquitas in cõdemnatione expensarũ litis contra eũdem D.Io.Iacobũ lata,qui tm̃ abest,vt parti aduersæ expensas litis refundere habeat,vt ipsi potius fuerint refundẽdæ,quũ ipse iustam causam defenderet, mulier aũt temerè ageret iux.l.eum quẽ temere cũ alijs vulg.ff.de iud.

SVMMARIVM.

1 *Verba,cautus & securus hypothecam & pignus denotant, idem etiam dictio collocatum vt nu.2.& etiam dictiones super prædijs signant idem vt nu.3.*

4 *Verbum dare de proprietate sermonis dominij translationem, non hypothecam signat.*

5 *Verbum assigno quid importet.*

6 *Iurans contenta in instrumento esse vera,eidem non potest*

contrauenire, etiam si læsionem alleget, vel aliud caput, nisi absolutione obtenta.

7 *Dos solui constante matrimonio potest.*

8 *Dos recepta per vnum ex fratribus, & in communem vtilitatem versa tempore diuisionis, tanquam æs alienum capi debet.*

9 *Pater potest dotem nurus sibi datã, filio emãcipato de nurus consensu constãte matrimonio restituere. & nu. 12.*

10 *Dotis restituendæ causa, quæ honesta sit.*

11 *Dos penes sustinentem matrimonij onera esse debet.*

13 *Datio in solutum emptionis vices obtinet.*

14 *Pecunia, vti res quæ seruando seruari nequit, semper est alienationi parata.*

15 *Vxor, an possit hypothecarum iuri renunciare.*

16 *Dos vbi constante matrimonio soluitur, omnis hypotheca sublata est.*

17 *Clausula constituti traditionem probat.*

18 *Creditor etiam quòd habeat in bonis debitoris tenutam, ad debitoris capturam procedere potest.*

19 *Creditor licet habeat bona debitoris sequestrata, potest tamen debitum petere.*

20 *Satisfactio est nomen generale.*

21 *Satisfactum quid quomodo dicatur.*

Super eodem casu. Cons. 496.



VONIAM in consultatione alias per me reddita in fauorem Mag. D.Io. Iacobi Scarampi, dictum fuit, q̀ contractus, qui fuit initus inter Mag. D. Io. Iacobum & Io. Franciscum & Ludouicum Scarampos fratres in diuisione bonorum cõmunium pro restitutione dotium Magnificæ D.Ioannæ vxoris D.Ludouici, fuit datio in solutum seu permutatio dotis existentis in quantitate pecuniæ in corpora fundorum, quod quidem constante matrimonio fieri potuit. l. ita constante. ff. de iure dot. l. si mulier & l. cum maritus. ff. de pac. dota. Reuocatur hæc mea consultatio in dubium per partem aduersam, quantum ex motiuo transmisso per Illustriss. d. Arbitratorem colligere potui, quia contenditur è contrario, quòd immo ille fuit contractus pignoris vel hypothecæ in prædijs ibidem descriptis, prout patet ex il-
1 lis verbis, † cautos & securos, quæ verba significant hypothecam seu pignus. l. prætor. §. hoc interdictum prohibet. ff. de oper. nou. nuncia. §. fi. Instit. quibus mod. re contrahi.
2 obl. Bart. in. l. 1. in fin. ff. de præt. stipul. hoc etiam † importat illa dictio collocatos secundum Bald. in capit. contingit colum. 3. versic. quid ergo si vidua de do. & cõtu. Item ponderatur illa dictio super prædijs, quæ non semel sed sæpius
3 est repetita † & quæ denotat hypothecã. l. codicillis. §. instituto. ff. de lega. secundo & in. l. fundus. ff. de annu. leg. Bal. in. l. 1. per illum text. C. commu. de lega. Roma. latè consi. 388. In casu propositi thematis in princ. Quum igitur dictus contractus fuerit factus, vt dotes in tuto collocentur, & sic in fauorem D. Ioannæ, non est dicendum, quòd per eum voluerint partes recedere à priori obligatione, ne id quod in augumentum introductum est fiat in diminutionem contra regulã. l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. Multa etiam alia pro hoc adducuntur, ad quæ patebit ex infra dicendis responsio. Agam autem breuibus, tum quia rem claram arbitror in fauorem d. D. Iacobi, tum etiam quia multis premor occupationibus, & celeritas à me in respondendo desideratur. Accedit etiam, quòd coram eo controuersia vertitur, cui pro longa experientia causarum forensium nihil incognitum esse potest. Præmisis igitur non obstantibus, dico quòd iste contractus, non est aliud, quàm datio dotis facta marito, inter fratres diuidentes conuersa pecunia dotali in corpora fundorum, hoc clarè colligitur ex multis partibus instrumenti, & maximè ibi, dum dicitur, quòd voluerunt scutos mille & quingentos receptos pro dotibus dictæ D. Ioannæ vna cum alijs scutis quingentis constitutis pro augumento dotium cautos esse & securos pro d. dotibus, & fundo dotali super prædijs, & proprietatibus infrascriptis. Ecce quòd nõ simpliciter dictum fuit, quòd voluerunt dictos scutos dotales cautos esse, securos super prædijs infrascriptis, sed fuit additum pro dictis dotibus & fundo dotali: quis autẽ tam hebeti est mentis acie, qui non videat fundum dotalem eum esse, non qui sit hypothecatus pro dotibus mulierũ, sed qui ratione dotium sit proprium mulieris, & ad ipsam mulierẽ pertineat. Idem euidentius alio loco partes inferius significarunt. Nã post enumerationem prędiorum subditur in eodem instrumento. Quæ quidem prædia & palatium prędictum præfati D. Ludouicus & Io. Iacobus suo nomine & fratris, dãt, tradunt, remittunt, & asignant in dotem & fundum dotalem pro dictis scutis mille quingentis, & pro alijs scutis quingentis pro augmento dotis præfatæ D. Ioannæ licet absenti, me tamen notario vti publicæ personæ stipulanti, & recipienti nomine præfatæ D. Ioannæ hæredumq; suorum, &c. Non video quibus clarioribus verbis potuerint partes significare, quod intendebant præfati fratres conuertere pecuniam dotalem in corpora fundorum, & hoc modo soluere dotes præfatæ D. Ioãnæ, quàm ex superioribus. Fuit enim dictum, quòd dant prædicta prædia D.
4 Ioannæ. Illud † verbum dare non hypothecã, sed de proprietatẽ sermonis dominij translationem significat. l. vbi autem non apparet. §. fina. & l. si rem tradi & l. scire debemus. §. fin. ff. de verborum oblig. Illud etiam verbũ remittunt non conuenit propriè hypothecæ, sed bene conuenit dationi in solutum. Item additum fuit verbum asignant,
5 hoc enim † verbum asigno licet sit dubiũ quia potest importare dominij translationem, potest etiam se habere loco pignoris & custodiæ, tamen in dubio capiẽdum est pro translatione dominij, quando procedit habilis causa secundum Bart. in. l. si constante secunda quæstione vltimæ partis. ff. solu. matri. qui ad hoc allegat text. in. l. dotis fructus. §. fin. ff. de iure dot. & in. l. 1. ff. pro dot. quẽ sequitur Bald. in. l. vbi adhuc in fin. C. de iure dot. & in. l. ordo colum. 2. versic. quæritur vtrum per verbum asigno. C. de exec. rei iudi. & iste contractus videtur perfectus cum d. D. Ioanna, postquam notarius pro ea stipulatus est secuta eius ratificatione. Apparet etiam de mente d. fratrum, quòd fuerit transferre dominium d. prædiorum ex eo, quod d. dominus Io. Iacobus suo nomine & fratris in eodem instrumento reseruat sibi in quibusdam casibus dominium prædiorum, quæ reseruatio sanè ostẽdit, quòd ante euentum dictorum casuum transferebat dominium, vt exceptio sit de regula. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de pen. lega. Sed quid adhuc egemus testibus? quum ipsa D. Ioanna in instrumento ratificationis appellet hanc dationem in solutum, & prædia ipsa in solutum data pro suis dotibus & augumento acceptat, & de eis se bene contentam & satisfactã vocat. Quo nunc igitur ore audeat se opponere? & dicere q̀ id, quod tunc fuit gestum, est pignus & hypotheca nam nulla est validior probatio, quàm confesio partis. l. cum te. C. de transact. nec auditur aliquis contra id quod sua voce dilucidè protestatus est. l. generaliter. C. de nõ num. pec. & maximè
6 quum d. D. Ioanna cõfessa illa omnia fuerit esse vera † cum iuramento: quo stante, posito, quòd ex causa læsionis vel alio ex capite posset contrauenire, tamen id non potest facere nisi obtenta saltem absolutione à iuramento vt per Bal. & Salic. in. l. fi. C. de nõ num. pec. Ant. de Butr. in c. cum contingat versic. octauus casus de iureiur. & Imo. in. l. nemo potest col. 3. & ibi Alex. & Moder. latè. ff. de leg. 1. Non est autem dubium, quod cum d. tres fratres venirent ad diuisionem bonorum communium, potuit maritus vxoris dotem præcipere idest ante partem capere, & sic potuerit
7 † dos solui constante matrimonio. l. actione. §. fi. ff. pro soc. vbi dicitur ad literã. Si vnus ex socijs maritus sit & distrahatur societas manente matrimonio, dotẽ præcipere maritus debet, quia apud eũ esse debet, qui onera sustinet ad idẽ tex. in


tex.in.l.si filia.§.hoc amplius.ff.fam.hercisc. & in.l.fundus qui,&.l.si maritus.ff.eod.titu.l.2.in prin.ff.de dot.præleg.& in.l.vxor.C.familiæ hercis.& istud etiam expresse decidit Spec.in 4.parte sub titu.de iud.§.sequitur vers.quid si com
8 munione,vbi vult † quòd si vnus ex fratribus dotē recepit, & ea conuersa est in communem vtilitatem, debet diuisionis tempore extrahi de cōmunibus bonis veluti æs alienum,& Spec.sequitur Bald.in.l.si patruus colum.3.versic. & not.ꝙ materia.C.commu.vtriusque iud.Et istud est casus de exceptis, in quo dos constante matrimonio marito potest restitui de consensu mulieris, vel mulieri de cōsensu viri, videlicet vt se suosq; alat.l.quamuis.ff.soluto matrim. &.l.mutus.§.manāte.ff.de iure dot.per quæ iura inquit Io. And.in add.Spec.in tit.de dona.inter virum & vxorem.§.
9 nunc de dote,in vltima additione,quòd † pater,qui recepit dotem nurus restituere eam filio emancipato de consensu nurus potest,vt maritus se ipsum & vxorē alere, onera matrimonij supportare possit, quod etiam voluit Bart.in.l.sanè per illū tex.ff.de iure dot.Paul.de Cast.in.l.2.& ibi Alex. ff.soluto matr.& in.l.si cū dotem.§.transgrediamur. ff.eod. idem etiam tenet Petr.de Ancha.consi.238. Regulariter constante,&c.vbi vult, quòd ex quacunque causa honesta dos restitui possit mulieri cōstante matrimonio, vel alij de
10 eius voluntate, & reputat causam honestam,†vbi pater re-
11 stituit dotem filio seorsum habitanti,quia ibi dos † esse debet vbi sunt onera matrimonij.l.si is qui.§.1.ff.de iure dot. Idem etiam Florianus tenet in.l.si filia nupta.§.1.col.2.ff. fam.hercis.vbi ad hoc allegat text.in d.l.sanè.ff.de iure dot. & iste est de casibus in quibus mulier constante matrimonio sibi pōt præiudicare, vt Imo.tradit in.l.pen.§.si vir.ff. solu.matr.Est etiam iusta causa restituendi dotem constāte
12 matrimonio, † vt mulier ex ea emat prædia & ipsa in dotē conuertat, vt dicitur in d.l.mutus.§.manente & d.l.quāuis vbi glo.& Bart.allegant text.in d.l.ita constante.ff.de iure dot.Sed in casu nostro pro pecunia dotali fuerunt assignata
13 prædia æstimata, † & datio in solutum vicem emptionis obtinet.l.si prædium.C.de euicti.&.l.pretij.C.de rescind. vend.vt res ex dotali pecunia comparatæ efficiūtur dotales.l.res quæ.ff.de iure dot. Demum posito citra præiudicium,quod essemus in casu,quo dos cōstante matrimonio mulieri restitui non potuisset, & tamen fuerit restituta, & ipsa restitutionem illam ratam habuerit cum iuramento promissorio de non contraueniendo, non potest amplius contractum illum impugnare, propter interpositum iuramentum c.cum contingat, de iureiur.c.licet mulieres eod. tit.in 6.& in terminis scribit Ang.in.l.vnica.C.si dos constante matrimonio, & Petr.de Ancha.in præallegato cōsi. 238.circa finem & quum in casu isto sint iura clara & aperta,& apertæ decisiones maiorum non est amplius vlteriori disputationi locus per argumenta à remotis & quæ parum concludunt. Ex istis facilis colligitur responsio ad ea, quæ allegantur in oppositum. Non enim obstat dum dicitur, quod dicti fratres voluerunt mille & quingētos scutos pro dote receptos vna cū alijs quingentis pro augumento promissis facere cautos & securos & collocatos super prædijs infrascriptis quæ verba videntur importare constitutionē pignoris & hypothecæ, per ea,quæ per aduersarios adducuntur, quia respondetur, ꝙ illa procedunt vbi nihil aliud fuisset dictum. Sed in isto casu manifestissimè ostenditur fuisse dationem in solutum causa restituendarum dotiū & augumenti prout superius latè deductū fuit, recitando verba duorum instrumentorum super hoc cōfectorum, & id saluo pudore dissimulari non potest: legat quicūque volet verba contractus,hoc ibi oculis etiam corporeis percipiet. Quòd si etiā verba essent ambigua, & inspicere vellemus, quid verisimiliter actum esset inter partes iux.tex.in.l.semper in stipulationibus.ff.de regu.iur.verisimile foret inter fratres bona communia diuidentes, actum esse de restitutione dotium,vt ex eis onera matrimonij, quæ maritū tantum sequuntur,sustineri possint: nec verba illa ꝙ dicti fratres voluerunt mille,& quingentos scutos pro dote cautos esse & securos super prædijs infrascriptis,repugnāt dationi in solutum,immo conueniunt,quia pecunia dotalis cōuertitur in prædia & fundum dotalem, prout post dicta verba cautos & securos,in instrumento exprimitur, & longè securius est mulieri habere dotem in fundo, qui non potest
14 alienari,quàm in pecunia,† quæ semper alienationi est parata,& est de rebus,quæ seruando seruari non potest iuxta glo.not.in.l.1.§.fuit quæsitū,& ibi Ang.& alios.ff.ad Trebell.& quæ facilè poterat amitti belli tempore quod tunc vigebat.Non obstat, ꝙ quum dictus contractus fuerit factus ad augendum iura mulieris nō debent operari eorum diminutionem, quia negatur, quòd per dictam dationem in solutum iura mulieris sint imminuta, quum tantundem habeat,quanti erat pecunia.Præterea sumus in casu,in quo sibi mulier potuit præiudicare accedente præsertim iuramento.Vnde etiam si minus rectè soluta fuisset, id sibi habet imputare,& voluntatem suam pro dote congrua habere,vt inquit iurisconsultus in d.l.sanè.ff.de iure dot.Nō ob-
15 stat,ꝙ † mulier iuri hypothecarum renunciare non possit, vt ego alias consulendo scripsi quia respondeo quod in casu isto D.Ioanna non excluditur à iure hypothecæ aliqua renunciatione, quæ non interuenit, sed solutione dotium sibi ipsi facta,nam solutione eius,quod debetur,pignus vel hypotheca soluitur.l.item liberatur.ff.quibus mod.pigno. vel hypothe.soluit. & in terminis, ꝙ vbi in casibus per-
16 missis mulieri soluitur dos † constante matrimonio omnis hypotheca sit soluta vult Bart.in.l.iubemus in fin.C.ad Velleia.vbi allegat ad hoc text.in.l.vir vxori.§.1.ff.eod.tit. Non obstat,quòd in hac datione in solutum nulla interuenerit traditio, per quām dici possit translatum fuisse in ipsam dominium. Respondetur quòd immo interuenit traditio saltem ficta, per clausulam constituente, &c.in d.instrumēto dationis in solutum appositam. Præterea emptio & venditio consistit vbi conuentum est de pretio, & de re tradenda, licet res nondum sit tradita: non enim traditio, est de substantia emptionis & vēditionis,vt probatur in.§. cum autem Instit.de emptio.& venditio. quod etiam comprobatur ex eo,quod agitur actione ex empto ad rem tradendam.l.ex empto in princ.ff.de actio.empt. Et id,quod dixi de emptione & venditione, intelligo de datione in solutum,quæ illi æquipollet,vt supra dictum est, vnde si prædia ex illa datione in solutum,non fuerunt tradita,pōt agere vt tradantur. Præterea sunt apposita in instrumento illa verba dant,tradunt,per quæ videtur data licētia apprehendendi possessionem propria auctoritate: vnde non video, quòd cōquestio iusta de hoc relinquatur,quin etiam audio dictos iugales post præfatam dationem in solutum dicta prædia possedisse,vnde hæc est mera cauillatio. Nō obstat, quòd ratificatio dictæ dationis in solutū facta ad fauorem Ioannis Iacobi & Francisci, non debet extendi ad maritū, siue eius hæredes. Respondeo istud esse fragile obiectum, nam quum ista dotis restitutio fuerit validè facta mulieri constante matrimonio, nec eam mulier possit iure impugnare,non est dubium quod contra maritum seu eius hæredes amplius agi non potest, quia maritus est liberatus,vt de hoc est glo.parua in d.l.quamuis in verbo soluitur.ff.soluto matr.vbi adducit tex.in.l.si cum dotem.§.1.ff.eod.tit. Venit enim mulier nunc agens summouēda doli mali exceptione, quia petit quod intus habet, & quod semel placuit,amplius displicere nō debet, & vlterius illa ratificatio dationis in solutum facta non solum in præsentia mariti, sed etiam de eius consensu ei prodest,quum agatur de eius liberatione,& si in fauorabilibus præsens & tacens cōsentire videtur.l.qui patitur.ff.mand.l.si fideiussor, vbi Bald.C. eod.tit.Bart.latè in.l.quæ dotis colum.penul.ff.solut.matr. quid dicendum vbi apparet de eius expresso cōsensu? Non obstat, quod iuramentum non habet nocere D.Ioannæ data læsione etiam citra dimidiam iusti pretij, quia de hac læsione non apparet & vlterius vbi ex honesta causa dos constante matrimonio restituitur mulieri, mulier potest sibi præiudicare,vt superius est dictum allegādo Imo.in.l. penul.§.si vir.ff.solu.mat.quem sequitur Matth.de Afflict. decisio.349.fuit maritata, &c.& credo etiam, quòd isto casu

casu non possit peti absolutio à iuramento, sicut etiam non posset peti in casu cap. cum contingat de iureiuran. vt latè ostendit Alex. consi. 42. super præmisso themate col. penul. versic. non obstat quòd iuramentum lib. 1. ad quem breuitatis gratia me refero, sed remoto iuramento res est in tutò pro d. D. Io. Iacobo per prædicta. Postremo non obstat, quod dato, quòd d. contractus fuerit datio in solutum, tamen ex quo non habuit effectum propter traditionem nō sequutam, potuit ipsa domina Ioanna redire ad actionem personalem, Ex his quæ scribit Dec. consi. 12. Et pro tenui facultate colum. 2. versi. quinto, nam cum ista donatio, &c. quia dico, quòd cessat fundamentum istud ex quo sequuta fuit
17 traditio † per clausulam cōstituti, & quia multos per annos post d. dationem in solutum prædia d. iugales possederunt, & ex eis fructus perceperunt, & vlterius in instrumento apposita etiam fuit clausula dant & tradunt, per quam fuit potestas collata creditori apprehendendi possessionem propria auctoritate, & proprio (vt aiunt) Marte. Præterea etiā nulla facta traditione non potest mulier resalire ab hac datione in solutum, quia si res non fuit tradita, agere potest vt tradatur ad instar emptionis & venditionis. l. ex empto. ff. de actio. empt. non enim traditio est de substantia horum contractuum, sed bene de natura, & facta traditione, si tradens est Dominus, transfert in alterum dominiū, sin aliter vsu capiendi conditionem: non est verū id, quod Dec. dicit in d. consilio, quod creditori non dicitur satisfactum, ex quo nō fuit sequuta traditio, quia immo sibi est satisfactū, ex quo habet actionem, vt res sibi tradatur, & qui habet actionem rem ipsam habere videtur. l. qui actionem. ff. de reg. iur. & res dicitur esse in bonis nostris, ad quàm actionē habemus. l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. domi. l. bonorum appellatione. ff. de verb. signi. & dicit Bald. in. l. facere posse per illum tex. ff. solu. matr, quod illud, quod est in iure & obligatione, dicitur nobis adesse, & esse in patrimonio, & ideo salua reuerentia non puto illam decisionem Decij esse veram. Est bene verum, quod vbi creditor non liberauit debitorem, & quærat sibi satisfieri, tunc si intentauit vnū remedium, & per illud sibi non satisfactum. potest ad aliud
18 recurrere. Hinc est, quòd licet creditor † habuerit tenutam in bonis debitoris, non tamen ad illam astringitur, quominus posit procedere ad capturam debitoris, Bart. in. l. consentaneum, in fin. C. quomodo. & quando iu. & Bald. in. l. ignorare in fin. C. de restitu. milit. & in. l. 1. §. fin. penult. colum. versic. illud not. ff. si quis iusdicen. non obtempe. Ang.
19 in. l. si vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10. Similiter † si creditor habet sequestrata bona debitoris, potest tamē debitum petere, quia non est sibi satisfactum secundum Baldū in. l. qui legati. C. vt in possess. leg. super quibus auctoritatibus fundat se Dec. Sed quòd vbi creditor spontè liberauit debitorem acceptando res quasdam in solutum, quòd deinceps posit à d. datione in solutum recedere sub eo prætextu, quod res in solutum non sit tradita, non arbitror verum, quia ad rem tradendam habet actionem, nec Dec. qui dicit posse recedi, probat hoc vlla auctoritate: & hec conclusio tanto magis procedit in casu isto quia nulla mora fuit in d. fratribus Scarampis, quo minus traderent possessionem rerū in solutum datarum, quia nunquam fuerunt interpellati, & parati sunt tradere, quatenus non tradidissent, & mulier non habuisset, prout vere habuit, & accepit, sufficit enim, quòd vbi non est sequuta traditio, venditor eam auferat, etiam pendente iudicio, vt Alex. scribit consi. 27. Viso libello colum. 2. versic. Præterea obstat Dominico lib. 1. in casu autē Dec. cōsultatio sua potuit procedere, quia ibi debitor promiserat mulieri quantitatem dotis restituere, intra annum, & casu quo cessaret in solutione pecuniæ dotalis dabat in solutum de bonis suis, vnde his stantibus potuit mulier petere pecuniam dotalem, quia illa datio in solutum aliarum rerum fuit facta in defectum, quo debitor non solueret pecuniam, & sic facta fuit in fauorem creditoris, vnde huic suo fauori potuit creditor renunciare, & velle eo non vti, iux. not. per Barto. in. l. quamuis. ff. de pignora. actio. & istud est principale funda. super quo Dec. se fundat, reliqua sunt dicta incidenter. Sed in casu nostro ista datio in solutū fuit facta principaliter in fauorem creditorum cupientium se à præstatione dotium & augumēti liberari, & si sumus in diuersis terminis. Vlterius remouetur omnis scrupulus, qui exoriri posset. nam d. mulier in sua ratificatione acceptat pro dotibus suis & augumēto d. prædia in solutum sibi data, & de eis se contentam & bene satisfactam vocat & affirmat cum iuramento, vnde si benè fuit sibi satisfactum, sequitur vt sibi fuerit tradita possessio, vel quod eā habue-
20 rit pro tradita, & istud sufficit. est enim † satisfactionis nomen generale, quod verificatur quocunque modo desiderium creditoris adimpletur. l. 1. ff. qui satisdare cogantur, & imputet sibi creditor, qui satisfactionem admisit vice solutionis, vt dicitur in. l. item liberatur. §. 1. ff. quibus mo. pig.
21 vel hypot. solu. & † satisfactum accipimus, quéadmodum voluit creditor licet verè solutum non sit. l. si rem. §. omnis. ff. de pign. act. Denique post huiusmodi confessionem liberatoriam nihil amplius mulier potest petere, opponere, & allegare. l. tale pactum in princ. ff. de pact. & ibi glo. Bart. & reliqui. Nonnulla alia adducuntur pro causa d. mulieris, quæ adhuc istis sunt leuiora, & veniunt à remotis & propositum casum neutiquam attingunt, ad quæ ex superioribus satis superq; patet responsio. Ex quibus omnibus cōcludo istum contractum esse dationem dotis in solutum, prout etiam eum partes appellant, & eum contractum esse validum, nec mulierem eidē contrauenire posse, sed stare eam semel placitis oportere, & ista, omissio multiloquio, mihi videtur mera veritas, saluo tamen semper iudicio Illustriss. D. Arbitratoris cui hæc omnia mea subijcio.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarium allegans contractum propter iuramentum, ante omnia soluere tenetur vsuras, nec auditur, nisi à iuramento fuerit absolutus.*
2 *Iuramentum, non periurium, à parte remitti potest.*
3 *Instrumenti tenor est, quicquid ex instrumēto præsumitur.*
4 *Relaxatio vinculum præsupponit.*
5 *Iudex ex officio creditorem cōpellere potest, ne debitorem ad vsurarum solutionem molestet, iuramento de soluendo non obstante.*
6 *Legis auxilium frustra petit, qui in legem peccat.*
7 *Rusticus & mulier propter iuris ignorātiam, à præsumpta vsurarum fraude excusantur. Intellige vt num. 8. 9.*
10 *Annuus reditus quomodo licitè constituatur.*
11 *Pensio iusta quæ dicatur.*
12 *Certitudo lucri non est de genere prohibitorum, dum modo honestum sit lucrum.*
13 *Emptio fructuum prædij pro certa quātitate quādo liceat.*
14 *Vsurarius contractus tunc præsumitur cum pactum plus creditoris, quàm debitoris fauorem continet.*
15 *Emptio annui census super quibusdam prædijs constituti, quando teneat.*
16 *Princeps est lex animata in terris, & potest vt lex.*

CONSILIVM. 497.



QVAEDAM Nobilis mulier emit à nōnullis rusticis prædia, cū pacto tamen retrouendendi, ad certum tempus, & ea statim locauit d. venditoribus sub annua pensione ad decem pro centenario, & quod ipsi soluerent onera collectarū, & quia plura erant prædia, & ea regionibus distincta, & diuisa, vnusquisque obligauit se de euictione in solidum, non solùm sui prædij, sed etiam aliorum, quæ vendebātur. Insuper d. prædia in æstimo venditorum remanserunt, prout de prædictis constabat publico instrumento. Deinceps non soluētibus d. rusticis annuam pensionem in terminis conuentis, conuenit præfata mulier rusticos in iudicio ad solutionem, excipiunt illi contractum

contractum esse illicitum,& fœneratitium. Non dubitabatur in senatu Casalensi Illustrissimor. Marchionũ Montisferrati,cui multos per annos operã dedi, in illum ordinem ascitus,quin d.contractus esset fœneratitius cõcurrente immoderato redditu & pacto de retrouendendo, accedente quoque locatione facta eisdem venditoribus, & pacto de soluendis collectis per eosdem, & illo quoque pacto,quòd obligauerat se quilibet de euictione in solidum,non solum pro suo,sed etiam alieno prædio,quæ pacta in veris venditionibus apponi neutiquam consueuerunt. Sed pro parte mulieris adducebatur, ꝙ rustici tenebantur prius soluere vsuras salua facultate illas repetẽdi quatenus videretur prædictus contractus morbo vsurario laborare, vt est tex.planus in cap.debitores de iureiur.per quem tex.dicit Alex.in
1 l.stipulatio ista.§.alteri col.pen.ff.de verb.oblig.ꝙ † nõ auditur allegans contractum factum in fraudem vsurarũ,qui iurauit,nisi prius soluat, vel absolutionem fuerit consequutus à iuramento iux.not.in c.primo de iureiur. & Alex.reprobat ibi Ang.contrarium tenẽtem. Nec dicatur ꝙ iudex secularis posit cogere recipientem turpe iuramentum, vt illud relaxet,prout tenuit Feder.de Senis consi.272.statuto ciuitatis,quem Abb.sequitur consi.8.Laurentia mulier lib. secundo,Pet.de Ancha.in cap.canonum statuta.11.q.prin. char.10.versi.quid dices. de constitu.Bald.in cap.primo.§. item sacramenta de pac.iura.firm.nam prædicta procederent,vbi rustici nondum incurrissent periurium,prout fece
2 runt,non soluendo, ad diem conuentam, nam † licet pars possit remittere iuramentum c.primo de iureiur.cap.secundo de sponsl.l.fin.ff.qui & à quib.non tamen potest remittere periurium,vt sentit Bart.in l.Labeo.ff.de iureiur.Bald. clarè in authen.quod eis.C.de nup. In contrariũ tamen allegabatur pro rusticis id, quod scribit Abb.ex mente Ant. de Butr.in c.debitores colum.4.versic.tertio modo potest intelligi de iureiuran.vbi quærit,an creditor directè possit agere ad vsuras.& distinguit ꝙ aut contractus non apparet vsurarius,vt quia malitiosè fuit conceptus sub forma depositi vel mutui gratuiti,sed plus fuit scriptũ, quàm fuerit receptum,& sentit Abb.ꝙ tũc directè creditor possit agere, nec tunc debitor debet admitti ad excipiendum de vsuris, ne incidat in periuriũ,seu ne in periurio perseueret, debuit enim per prius esse vigilãs, antequam instaret terminus vt impetraret relaxationem à iuramento, iux.not.in c.primo de iureiur.nec habet locum officium iudicis contra creditorem,vt desistat ab vsuris,tum quia non apparet de turpitudine contractus,tum quia non debet debitor incidere in periurium instãte iam solutionis termino seu eo elapso ne remaneat in periurio. Aut contractus apparet apertè vsurarius,& tunc videtur,quòd creditor possit nõ agere: non enim agit vigore promissionis,quia est nulla,vt habetur in d.c.debitores in primis verbis,non etiam vigore iuramẽti, quia secundum opinionẽ D.Anto.actio seu obligatio non acquiritur parti propter suam turpitudinem, & sine actione nemo experitur.l.si pupilli.ff.de neg.gest.& deficit obligatio,quæ est mater actionis.l.licet.ff.de procu.Sed in proposito iste cõtractus dicitur apertè esse vsurarius, licet hoc non legatur in instrumento scriptum, tamen ex his, quæ inter partes gesta ibidem narrantur,hoc colligitur,insurgit enim præsumptio legis ex illis, quòd contractus sit vsurarius & vt inquit Bald.in l.1.in princ.colum.secunda versic.
3 Item facit illud † quod præsumitur, & conuincitur ex instrumento videtur propriè esse tenor instrumenti, vt not. in l.iurisgentium.§.quòd ferè.ff.de pac.& dicit Ange.ibi quem sequitur Imo.quòd quicquid virtualiter continetur in instrumento,debet intelligi esse scriptum in eo.l.asse toto.ff.de hæred.institu.nam ita ex notorio proceditur, quando ex contentis in instrumento,legis præsumptio insurgit, quæ notissima est omnibus.l.leges sacratissimæ.C.de legi. Similiter inquit Bald.in l.ad probationem.C.de probat.ꝙ præsumptio sumpta ex instrumẽto, dicitur eius tenor.l.iurisgentium.§.quòd ferè.ff.de pac.§.si ita scriptum Instit. de inut.stipu.l.sciendum.ff.de verb.oblig.l.prima.C.de vsu. & dicit Abb.in c.cum olim vlt.not.de cens.ꝙ instrumentum dicitur probare clarè & expresẽ non solũm id, quod directè continetur in instrumento, sed etiam per indirectum,ponderando ad hoc subtiliter illum text.Sed prædictis respondebatur sustinendo partes mulieris contra reos conuentos,quod illa opinio Ant.de Butr.quòd ex iuramento de soluendis vsuris non detur actio creditori, improbatur per Abb.ibi,quia licet principalis obligatio, quæ iuramento includitur, dirigatur in Deum, tamen secundaria obligatio acquiritur parti,cui ille intendit promittere, licet addat vinculum iuramenti,ideo ratione istius obligationis poterit creditor agere, nam ex quo ius præcipit seruari iuramentum,competit saltem condictio ex lege vt habetur in l.vni.ff.de cond.ex.l.& pro hoc adducit textum in cap. tuas de vsu.vbi Iudex debet cõpellere creditores suscipientes huiusmodi iuramenta,vt desistant ab exactione vsurarum,ergo præsupponit,quòd actio competat, alias frustra fieret compulsio, ad idem tex.in cap.de iureiur.vbi vsurarius compellitur relaxare iuramentum de soluendis vsuris,
4 nam † relaxatio præsupponit vinculum c.ad dissoluendam de despon.impub.l.decem.ff.de verb.oblig. & par est potestas tollendi & inducendi c.primo de reg.iur.& istam opin. tenet etiam Card.in d.cap.1.de iureiur. & ibi Abb.primo & secũdo notab.& latius idem Abb.in cap.cum venissent col.fin.de insti.Imo in c.cum contingat col.19.versi.circa tertiam speciem de iureiur. Secundo adducebatur pro istis
5 rusticis conuentis, ꝙ † iudex ex officio potest compellere creditorem,vt desistat ab exactione vsurarum, licet debitores iurauerint de soluendis vsuris per text.in d.c.tuas de vsu.Sed ad illum tex. Respondebatur per Aduocatos mulieris dupliciter. Primo ꝙ in illo text.debitores iurauerant non solùm soluere vsuras, verũ etiam solutas nõ repetere, vnde cum nullum aliud remedium illis competat, cõceditur ibi in subsidium,vt iudex compellat ex officio creditores desistere ab exactione vsurarũ,quod non procedit, vbi debitores iurarunt duntaxat soluere vsuras, ex quo cõpetit illis remedium,vt soluant deinde repetant d.c.debitores,& fuit hæc responsio Imo.per verbum tamen fortè in d.c.primo de iureiur.quem sequitur Corn.consi.293.In hac consultatione col.2.lib.4.Sed ista respõsio Imo.videtur dubia, quia text.in d.c.tuas non fundat decisionem illam in eo ꝙ debitor contra vsurarium nõ habeat aliud remedium, sed in illicita exactione vt patet ex illis verbis in fin.positis, ne de dolo & fraude contingat eos commodum reportare. Nam debent etiam pręsides secundum ius ciuile ex officio illicitas exactiones prohibere.l.illicitas in princip.ff.de offi. præs.& vt dicit Abb.in d.c.tuas Iudex non suplet ad commodum priuatarum personarum, quum mãdat vsuras restitui,quia hoc facit potius propter vtilitatem publicam,& animarum,vt obuiet periculis,& peccatis,aliàs non facturus,vt not.in c.ad nostram,il secũdo, de iureiuran.& in l.1. §.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec.& est etiam de hoc bona glo.in c.cupientes.§.ceterum de elec.in 6.vnde posset in casu nostro iudex videns apertè contractum vsurariũ compescere creditorem ex officio, & prohibere ne exigat vsuras per tex.in d.cap.tuas. Item in instrumento vsurario erat apposita clausula,quæ communiter apponi consueuit. quod venditores,ijdem conductores non mouerent quæstionem vllam seu controuersiã, nec molestiã inferrent,& in nullo contrauenirent,dicerent,opponerent de facto,vel de iure,etiam si de iure possent,quo casu procedit tex.in d. cap.tuas,quia perinde est ac si promisissent vsuras non repetere,vt dicitur ibi in litera,& ponit Anto.de But.in notab. Quapropter accommodabatur secundo alia solutio ad d.c. tuas,ꝙ procedit, vbi debitor obtinuisset absolutionẽ, quia tunc iudex posset interponere sui partes officij, ne indebita fieret vsurarum exactio,vt vult & declarat ibi glo.vel saltem non incidisset in periurium, prout in casu isto contin-
6 git † quia frustra inuocat legis auxilium, qui in legem commisit.l.fina.§.si vero postquam.C.de iure deliberan. & ita d.cap.tuas intelligit Abb.in præallegato capit.1.colum.3. versic.quintum remedium est,vt vide de iureiur.Allegabatur etiam Pet.de Ancha.consi.200.in quæstione prædicta, qui

qui tamen loquitur vbi ex figura instrumenti non apparebat promissio illicita, quia secundum eum debet præsumi licita, & iuramētum est iustissima causa, vt adimpleatur id, quod simpliciter est promissum, c. quoties cordis oculus. 1. q. 7. est tamen verum quòd in anterioribus vult hoc procedere etiam, q expressè fuissent promissæ vsuræ per d. cap. debitores. Postremo adducebatur pro muliere hoc ipsum,
7 q erat mulier, nam † rusticus & mulier excusantur à præsumpta fraude vsurarum propter iuris ignorātiam glo. in l. cum allegas & ibi Bald. colum. 3. C. de vsu. vbi etiā Fulgo. expressè dicit, q si rusticus emat fundum cū pacto de retrouendendo, non præsumitur contractus vsurarius, refert & sequitur Ias. in l. si quis id quod. 5. notab. ff. de iurisd. om. iud. Afflict. in cap. 1. de feud. da. in iu. l. commisso, Tho. Fer-
8 ratius cautela. 17. sed responsum fuit † q iuris ignorantia nemini prodest in lucris, etiam mulieri. l. iuris ignorātia. ff. de iur. & fac. igno. l. iuris ignor. C. qui adm. & in terminis in muliere, quæ emerat vili pretio cum pacto de retrouēdendo vt non excusetur ob iuris ignorantiam, consuluit Alex. consil. 54. Circa primum dubium, de quo quæritur lib. 6.
9 Præterea † illud, quod dicitur non præsumi fraudem vsurariam in muliere & rustico procedit, vbi simplices sunt personæ, nō in muliere & rustico sagaci glo. in l. athletæ. §. de rusticis. ff. de excus. tut. & Bald. in d. l. cū allegas, & Tho. Ferr. in d. cautela. 27. in fin. Non omitto etiam q dispositio d. cap. debitores patitur maximas difficultates, de quibus ibi in glo. à quibus vix potest extricari, & certè abhorret à communi sensu, quòd Deus recipiat iuramenta de soluendis vsuris, quas ipse in vtriusque testamenti pagina detestatur & exerceri prohibuit, & dicit Sali. in authē. ad hæc q. 6. C. de vsu. quòd ille text. sibi nunquam placuit. quia generat dubietatem in mentibus hominum, an diuina lege prohibitæ sunt vsuræ, non enim iuramentum deberet astringere ad soluendum, & si dicatur quòd postea repetet. Respondet, quòd hoc contingit non sine sumptu, & litigio. His omnibus ita discussis, ego dicebam quòd postquam contractus apertè est vsurarius, & ex altera parte videtur vrgere iuramentum, poterat Senatus cogere assertos debitores ad soluendum, ita tamen, quòd ex post statim redderetur pecunia nomine vsurarum extorta à reis cōuentis, quia ista solutio est momētanea, & vna manu solui pecunia, alia repeti potest, vt Bald. dicit in d. capit. debitores, & latius in repetitione legis. 2. colum. 39. versic. quo ad octauam. ff. de iureiur. immo non est hæc solutio, sed numeratio tantum, & ex hac sola numeratione satisfit iuramento vt Hostien. dicit in d. cap. debitores, quem ibi Anto. de Butr. & Abb. referunt, & sequuntur. Dicebam etiam quòd si dicta mulier intendisset emere annuum reditum id licitè facere potuisset, quia vt dicunt Inno. Hostien. & alij in cap. in ciuitate de vsu. licitum est dare alicui centum, vt ipse singulis annis in perpetuum seu ad vitam det sibi annuū reditum, qui capiatur ex reditibus fundi, seu domus, absque eo, quod
10 hoc sit vsura, quia sicut quis † potest emere annuum reditum ab antiquo iam constitutum, ita de nouo licitum est cōstituere, & emere, & ex hoc inferūt ibi Doct. ad q. Montis Florentiæ & in præstitarum, quæ fiunt Venetijs, & dicunt hoc licere, & prædicta sequitur ibi Abb. subdens ita communiter teneri, & videtur sequi Bald. in cap. 1. colum. fin. si de feud. vas ab aliquo fuer. interpr. & in l. vni col. 7. 3. q. C. de his quæ pœ. nom. veruntamen isto casu ista mulier non posset consequi decem, sed tantum quinque pro
11 centum, quia † illa dicitur esse iusta pensio, quæ per viginti annos collecta continet veram rei æstimationē, vt in auth. de non alienan. §. si verò alicuius ecclesia ponit glo. fina. in auth. perpetua. C. de sacros. eccle. & istud in terminis ponit Bald. in d. cap. col. pen. versic. extra quæro de iureiuran. vbi ponit q. vtrum recipiens annuum reditum ad rationē decem pro cētenario committat vsuram: arguit ad partes & tandem concludit cōtractum esse licitum, modo aliquis ex eo excessiuè non lucretur, quia excessus modi facit fraudē præsumi. l. per diuersas & l. ab Anastasio. C. manda. id vero tantum rescinditur, quantum modus excedit, quia quod fit vltra modum, reducitur ad modum & mensuram l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. peta. & not. in l. placuit. ff. de vsu. quidā secundum eum damnant istum cōtractum ex certitudine lucri perpetui, ipse autem dicit se dānare ex modi excessu,
12 quia nullo iure cauetur, quòd † certitudo lucri sit de genere prohibitorum, dummodo lucrum sit honestum. l. 2. C. de rescinden. venditio. l. 1. in fin. C. de senten. quæ pro eo, quod int. cum simil. Istud videtur etiam esse de mēte Salic. in l. si ea pactione. C. de vsu. vbi post Petr. & Cin. vult. quòd
13 † quis emere salua conscientia possit fructus prædij pro certa quantitate pecuniæ modo fructuum multitudo non excedat quantitatem datam, quia in eo, quod pluris esset, non posset retinere, cap. nauigāti de vsur. & sic sentiūt ibi Doc. quòd totus contractus non vitiatur, sed quod pluris est quàm sit pecunia, id ad debitum reducitur modum. In casu tamen nostro non videtur dici posse, quòd mulier voluerit emere annuum reditum propter prædium emptū, sed ex pecunia immoderatè lucrari concurrentibus præsumptionibus, de quibus supra, quia cum immoderato reditu concurrit pactum de retrouendendo, & quòd in continēti eisdem vēditoribus facta fuit locatio, & pactum quòd ipsi conductores soluerent onera, item quòd prædia remanserunt in æstimo venditorum, & quod vnusquisque venditorum promisit pro altero de euictione, quod in veris ven-
14 ditionibus fieri non solet. nam † vbi pacta sunt omnia in fauorem creditoris, & parum in fauorem debitoris cōtractus præsumitur vsurarius, Card. in Clemen. 1. §. ceterum q. 3. de vsu. & sub nomine emptionis videtur mutata pecunia accedente pignore prædiorum, vnde nec annuæ pēsiones peti possunt, & quicquid est solutum, in sortem imputari debet cap. 1. & cap. conquestus de vsu. & l. 1. & 2. C. de vsu. & l. 1. & 2. C. de pign. actio. l. 1. C. de distract. pigno. & in specie adduco id, q Card. scribit in d. c. in ciuitate relatus
15 ibi per Io. de Anan. char. pen. vbi voluit, q † si quis emat annuum censum iam cōstitutum super quibusdam prædijs ab eo, cui debetur, & fuerit adiectum pactum, quòd creditor possit se liberare soluendo capitale, iste contractus est multum similis mutuo, & sic nō liceret, & maximè si maior esset census, quàm reditus, qui perciperetur ex prædijs, Et istud idem tradit Petr. de Ancha. consi. 257. si prædicta sententia, &c. Nam in casu quoque suo emptum fuerat prędium iniusto pretio, & venditoribus prædium incontinēti locatum, qui remanserant assiduè in corporali possessione prædij, & conuentum q soluerentur singulis annis decem pro centenario, concludit ipse contractum esse fœneratitium ex illis coniecturis, & ibi subdit q decem pro centenario solent communiter pro vsuris in anno solui. Postremo ad effugiendam amaritudinem d. cap. debitores, considerato quod vbi iam incurso periurio cogerentur vsuras soluere iuxta dispositionem dicti capituli, quum deinceps vellent repetere ad vsuras exactas, inuoluebantur longis processibus, & depauperabantur, multi etiam ob inopiam & fatigationem litium ius suum relinquebant. Ipsi autem fœneratores cum aliena iactura locupletes euadebant & in dies ad huiusmodi contractus celebrandos audaciores reddebantur. Dixi posse, Decretum perpetuum condi per Principem sub his verbis. Si quispiam in iudicium vocatus fuerit ex contractu, qui verisimiliter possit esse de vsuraria prauitate suspectus, nec ante solutionis terminum absolutionem seu relaxationē à iuramento obtinuerit, condemnetur quidem ille per competentes iudices (si aliud nō obstiterit) ad solutionem iuxta conuenta asserto creditori, reseruata postmodum facultate condemnato docendi de iniquitate contractus in alio iudicio. Nolumus tamen executionem fieri in bonis condemnati, ipso præstante intra dies 15. fideiussionem in actis idoneam de soluendo condemnationem, casu quo non edocuerit contractum, quem impugnat, iniquè & minus legitimè & in fraudem vsurarum celebratum fuisse, qua quidem fideiussione sic præstita executio suspendatur & differatur, quousque iudicium super iniquitate contractus debito fine fuerit terminatum. Præfatam enim fideiussionem, quo ad effectum

prædictæ suspensionis pro solutione, & numeratione habe ri volumus. hocq; insuper decretum ad præterita quoque negotia nondum per sententiam decisa trahi & obseruari mandamus. Hoc decretum laudabile videtur, quia per id satisfit iuramento per cōdemnationem & fideiussionem, & debitor releuatur, qui non prius cogitur soluere, ꝙ qualitas contractus fuerit cognita. Et si dicatur quod illa fideiussio de soluendo nō est vera solutio. Respondeo quòd licet, non sit vera solutio, tamen loco veræ solutionis haberi po-
16 test. † Princeps enim, qui est lex animata in terris. §. fin. in authent. de consu. potest fingere id, quod non est ad aliquē iuris effectum cōsequendum, sicut lex quoq; scripta potest. Nam lex fingit solutionē licet ea non interuenerit. l. quamuis. §. interdum & ibi gl. ff. ad Velleia. l. qui debitorem. ff. ad fideiuss. sic etiam lex fingit pecuniam numeratam, & à me ad te profectam. l. singularia. ff. si cert. pet. & similiter fingit traditionem possessionis l. quisquis. C. de dona. gl. in. l. solutum. §. solutam. ff. de pign. actio. & fingit quoq; stipulationem interuenisse, quæ nulla interuenerat. l. vni. in princ. C. de rei vxo. act. l. cum ostendimus. §. fi. ff. de fideiuss. tuto. audet etiam fingere viuere eum, qui mortuus est. l. bello. ff. de excu. tut. l. fin. ff. de vaca. mun. & natū esse, qui adhuc in vtero est. l. qui in vtero, & l. fin. ff. de sta. hom. de quibus omnibus ponit Bart. in. l. si is, qui pro emptore secunda oppo. & tertia quest. prin. ff. de vsuca. & in l. nec vtilem. ff. qui ex cau. mai. Non tamen ita fuit statutum, & ordinatū, sed alio mo do prouisum, videlicet vt magistratus ex suo mero officio etiam à nemine requisiti, sed vigore ipsius decreti moniti & excitati inquirant in omnes cōtractus de prauitate vsuraria suspectos, & citatis his, quorum interest, pronuncient contractum iniquum esse & vsurarium, si ita esse inuenerint, & vbi declaratio super prauitate transiuerit in rem iudicatam, compellant iniquos & coloratos creditores præceptis pœnalibus & mulctis indictis, ad dimittendū & relaxandum quæcunq; iuramenta in fauorem eorū præstita, & quancunq; exceptionē ex periurio forsitan prius incursō cōpetentem, quibus peractis, quilibet actiones & exceptiones suas intendat, & ius suū verum & sincerū consequatur.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius creditor, fructus perceptos non lucratur, sed eos habet restituere, vel cum sorte compensare, nec pendentes petere potest, Amplia vt nu. 2. & nu. 3.*
4 *Censum annuum an sine labe vsurarum emere liceat, vbi decima pars æstimationis rei percipitur quolibet anno, an vero ad legitimam quantitatem reduci possit. Intellige vt nu. 5. & nu. 10.*
6 *Vsurarius contractus, tum ex expressa intentione cōtrahentium, tum etiam ex tacita colligi potest, paria enim sunt aliquid fieri formaliter, vel æquipollenter vt nu. 7.*
8 *Vsurarius grauius puniri debet, qui dolo & fraude in legē committit, quàm qui expresse.*
9 *Vsurarum modus hodie adeo est prohibitus, vt nec etiā Papa possit super eis dispensare ibi, & nu. 21. adeo etiam ut pęna apposita dationi, tā quàm mera pęna peti nō potest.*
11 *Vsurarius contractus non intelligitur, vbi exemptione annui reditus tantum quinq; pro centenario singulis annis percipitur, secus si vltra percipiatur, vt nu. 12.*
13 *Censum seu reditum annuum quis emere potest ad tempus vitæ suæ minori pretio, quàm valeat, etiam si ei contingat multum lucrari, quia ratione dubij euentus id permittitur, quod alias non teneret, secùs si transitiue ad hæredes emptio talis fieret vt nu. 14.*
15 *Contrahentibus licitum est inter se decipere vsque ad dimidiam iusti pretij, limita hoc non procedere in mutuo de iure diuino, nec de ciuili, vt nu. 16. quia vt ibi pecunia non habet generare pecuniam.*
17 *Aestimatio communis non singularis attenditur quāti res vendi potest.*
18 *Constitutio extrauagans, vbi dubitatur an sit decretalis vel non, fidem non facit, nisi per rescriptum Papæ, alioqui allegans eam decretalē, probare in termino tenetur.*
19 *Constitutio extrauagans, vbi est publice nota, & habita pro decretali, secundum eam est pronunciandum, aliàs sententia esset nulla.*
20 *Constitutionum extrauagantium compilationem nemo potest facere, nisi de speciali auctoritate sedis apostolicæ.*
22 *Papa non potest dispensare circa præcepta decalogi.*
23 *Vsura continetur sub præcepto, furtum non facies, quia quicunque vsuram accipit, rapinam committit, ideo super ea Papa non potest dispensare.*
24 *Consuetudo fœnerandi nō valet, quia est contra ius Diuinū.*
25 *Vsurarius excusatur à pœna propter consuetudinem.*
26 *Contractus vbi dubitaretur an esset vsurarius vel non, si per graues, & bonos viros, ac fideles mercatores solitus esset celebrari, licitus esse iudicatur.*
27 *Vsura quomodo differat à simonia.*
28 *Mutuans quomodo possit aliquid licitè pro mutuo accipere, quod petendo illicitè peteret.*
Rusticus negans indebitè solutum habet præsumptionem pro se, & vincit, nisi per aduersarium contra probetur. sub nume. 28.
29 *Vsurarius persequendo vsuras indebitas plus debito petit, ideo aduersario non potest obijcere moram super toto.*

Super eodem facto. Cons. 498.



DEDVCTVM fuit alias, ꝙ contractus quem celebrauit dict. mulier, cum illis rusticis, erat infectus vsuraria prauitate, quia in eo interuenerat pactū de retrouendendo, immoderatus reditus, ꝙ prædia, quæ dicebantur vendi statim fuerūt locata ipsis venditoribus, quod actum fuit, vt præfati venditores, ijdemq; locatores soluerent onera, & ꝙ ipsi rustici vendentes obligabāt se de euictione, vnus vicissim pro alio & sic obligabat se non solum pro suo prædio de euictione, sed etiam pro alieno: quæ omnia arguebant contractū esse celebratum in fraudem fœnoris, vt scilicet pro pecunia numerata haberet ipsa Domina decem pro centenario, quousque pecunia penes ipsos rusticos maneret. Hinc stante dico, ꝙ non potest reduci d. cōtractus ad legitimum aliquod
1 pretium, quod sit infra decem † quia ex vsura etiam palleata creditor non lucratur fructus, sed si eos percepit, cogitur restituere vel in sortem compensare, sin autem non percepit, non potest eos petere cap. 1. & cap. 2. & cap. conquestus de vsu. cap. ad nostram il primo de iureiu. l. 1. & 2. C. de pigno. act. l. 1. C. de distrac. pigno. l. eos. §. si quis autem. C. de
2 vsu. Et prędicta procedunt † non solū in contractibus apertè vsurarijs, sed etiam velatis, & celebratis in fraudem vsurarum, glos. & Doct. in cap. ad nostram de empt. & vend. Bal. in d. l. 1. C. de pigno. actio. Alex. consi. 73. Viso themate suprascripto colum. 2. lib. 2. & probatur ratione quia vbi cōtractus iudicatur vsurarius intelligitur illic mutuum occultari. quia vsura nō datur nisi ex mutuo vero vel ficto, vt Abb. dicit, & ibi latè Ioan. Anast. in rubr. extra de vsu. & mutuum debet esse gratuitum, & ei pro vsu nihil accedere potest, siue in dando consistat, siue in faciendo cap. vsura & cap. plerique. 14. q. 4. quod adeo procedit, vt spes etiam aliquid percipiendi animo retēta faciat vsurarium iuxta illud Lucæ, mutuum date nihil inde sperantes, & transumptiuè habetur in cap. consuluit & ibi Doc. de vsu. Denique quod
3 † isti vsurarij ficti & simulati non lucrentur fructus, ne per indirectum fiat, quod directo nō permittitur, tenent Doc. omnes tam Legistæ quàm Canonistę, & tā legendo quàm consulendo in locis nouissimis vbi de vsurariorum fraudibus & deceptionibus agunt, nec aliud dicere memini eorū quempiam, quos mihi hactenus legere contigit. Solùm reperio,

perio, q Bald. in cap. 1. colum. penul. de iureiur. dum quærit

4 an † sine labe vsuræ liceat emere annuum censum seu reditum, dicit q cum ille contractus sit formaliter vsurarius est licitus, si habet in se equitatis recōpensationem & proportionem, dummodo sic contrahens excessiuè non lucretur, quia excessus modi facit fraudē præsumi. l. per diuersas & l. ab Anastasio. C. mandati, id verò tantum rescinditur, quantum modus excedit. l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum pet. l. placuit. ff. de vsu. Sed prædictis respondeo, q Bal. in prælibata quæstione loquitur disputatiuè nihil determinando. Secundo respondeo. q illud, quod Bal. ibi dicit, procedere potest secundum ius ciuile, nam vsuræ iure ciuili permittebantur vsque ad certam quantitatem, & nouissimè Iustinianus cōcedit omnibus regulariter semisses vsuras, id est sex pro centenario. l. eos. C. de vsu. ideo cùm ad certā quantitatem

5 essent permissæ, † nimirum si ad licitam quantitatem illud, quòd plus est reducitur, & ita loquitur tex. in d. l. rogasti. §. si tibi & d. l. placuit, quæ iura allegat Bal. & idem habetur in l. cum allegas. C. de vsu. & in l. pecuniæ fœnebris & in l. pœna. ff. eo. & bonus text. in l. cum debitor. ff. in quib. cau. pign. vel hyp. tac. contrah. vbi creditor de fructibus rei pignoratæ potest vsq; ad legitimum modum vsuras retinere, vtile enim in hoc casu per inutile non vitiatur. Sed cum de iure diuino, quod ecclesia Christi sequitur, sint prohibitæ vsuræ non est dicendum q vsq; ad aliquem legitimum modum fiat reductio, cum nō sit vllum modum dare legitimarum vsurarum in huiusmodi cōtractu in quo interpretatiuè inest mutuum. Si ista esset vera emptio, & venditio tunc bene potest dici, q pretium deberet reduci ad debitam quantitatem, quatenus esset læsio in æstimatione rei infra dimidium iusti pretij iux. l. 2. C. de rescinden. vendit. aliàs standū esset conuentis. Sin autem intentio est corrupta, quum intendebat creditor ex datione pecuniæ lucrum sumere, & quæstum facere vsurarium velando mutuum sub nomine emptionis, nihil vsurarū nomine potest accipere, quia quic

6 quid accedit sorti vsura est, † nec aliquid mouere debet, qđ non sit vsura formalis, quia sufficit, quod sit intentionalis:

7 nam † & si non sit contra legem aliquid fit tamen in fraudem legis, dum saluis verbis quis sententiam legis circumuenire conatur, l. contra legem cum l. seque. ff. de ll. vbi Bal. quærit quis magis punitur, an faciens cōtra legem expressè,

8 an sub dolo & per fraudem, & respondet † q quanto dolus est callidior, & latentior, tanto punibilior. l. 2. §. pen. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, & dicit Bal. consi. 9. factum tale est anno Domini, colum. 3. lib. 1. q ficta æquitas duplex est iniquitas, Itaq; tantum abest, vt sic callidè contrahenti vsurario in fraudem vsurarum hoc prodesse debeat, vt aliquid intercipiat, quantum à veritate mendacium, immo potius nocere debeat & vehementius, quàm si apertè contra legē vsuras prohibentem aliquid admisisset. Prædicta sunt de mente Bald. in d. l. cum allegas. 11. oppo. C. de vsu. vbi vult q licet pœna apposita dationi quantitatis possit peti vsque ad legitimum modum vsurarum, vt habetur in d. l. cum allegas & in l. Iulianus. §. idemq; Papinianus. ff. de actio. empt.

9 tamen † quum nullus modus vsurarum sit licitus hodie nullo modo poterit tanquā mera pęna peti, & hoc tenet Sal. 2. q. Colligitur ex præmissis vltima responsio ad præfatā decisionem Bald. in d. cap. 1. de iureiur. quia Bald. ibi verè loquitur quando emitur annuus reditus, quo casu contractus videtur licitus vsq; ad certam quantitatem redituū vt declarabitur mox in sequentibus, & sic nihil facit ad propositum. Quum videat ista mulier nō posse petere vigore conuentionis hoc emolumentum, lucrandi decem pro centenario, confugit ad aliud & proponit, q quum emere vellet vectigal quoddā seu vectigalis partem à nescio quo communi cū pacto tamen retrouendendi, & q commune conducens postea d. vectigal soluebat illi decem pro centenario, ipsa rogatu amicorum maluit tradere pecuniam dictis rusticis vt illis gratificaretur: vnde potest percipere pro pecunia illis tradita lucrū, qđ alibi percipere poterat & quod de longinquo non aberat, sed præsens erat in manibus. Sed respondetur q iste alius contractus celebrabatur pariter in fraudem vsurarum, quia vbi adest pactum de retrouendendo, & reditus immoderatus, hæc duo sufficiunt, vt censeatur contractus vsurarius, secundum approbatā magis conclusionem, vt aliàs consulendo latè scripsi, & eo magis reditus fuisset d. cōtractus suspectus de vsuraria prauitate, quia iidem venditores soluebāt dictæ mulieri d. annuum reditum. Et vlterius dabatur pecunia pro pecunia iux. not. per Doct. in locis inferius allegandis, vnde si sub hoc prætextu vult ab istis rusticis mulier exigere decē pro centenario eo, quia poterat alibi sub fœnore tantundem recipere, non rectè videtur sentire: non enim excluditur crimen vsurariū, si dicat creditor se id petere, quod ex alio fœnore iam parato percipere potuisset, ex hoc nanq; magis corrupta intentio ostenditur fœnerandi, neq; hoc negat aduersarius Aduocatus sed vt amaritudinem poculi huius effugiat, dicet licere omnibus emere annuum reditū, ex quo capiantur decem pro centenario, quamobrem videndum est vtrum veritati innitatur hæc opinio, & mihi videtur dicendū quod

10 non; nam † illa dicitur iusta pensio quę in viginti annis collecta continet rei æstimationem, gl. in auth. perpetua. C. de sacrosan. eccle. per text. in. §. si verò alicuius ecclesiastici in authen. de non aliernand. vbi id not. Ang. & sequitur Ful. & Paul. de Cast. in d. authent. perpetua, Spec. in titu. de loca. § nunc aliqua; vers. dicitur autem, qui est sub septima q. Ro. consi. 369. Circa primum propositæ consultationis colu. 2. versi. si consuetudo, & consi. 423. Pro pleniori discussione post prin. Corn. consil. 265. circa primum colu. 2. lib. 1. Ias. in l. si fundum per fideicom. ff. de lega. 1. & alibi sæpe Doc. Si ergo iusta pensio est, vigesima pars æstimationis rei, & sic quinq; pro centenario ergo dici nō potest, q iusto ematur pretio annuus reditus, vbi decima pars æstimationis rei quolibet anno percipitur, & sic decem habentur pro centenario, & quod vbi emitur annuus reditus iustū debeat esse pretiū sentiunt Cano. in ca. in ciuitate de vsu. nam ibi Ant. de Butr. inter ceteras rationes, quas adducit, quare Impræstita Venetiarum, in quibus cōmune respondet certū quid singulis annis, quandoq; quinque, quandoq; minus, sint licita, adducit, quia hoc non est maior reditus, quàm caperetur ex possessione rei immobilis, & exemplū etiā de quinq; pro centenario, ponit etiam ibi Abb. & ante eos ponit ibi Ioan. And. exemplum de eo, qui dederat mille vt reciperet reditum annuum de quinquaginta, & tenet valere. Reperio etiam q Bald. in l. 1. colum. 7. versi. & hoc facit C. de his quæ pœ. nom. rel. tangens prædictum articulum, format q in eo, qui emit pro mille reditus, quinque pro centenario, & dicit esse licitum contractum, præsertim si frequentetur per bonos & graues mercatores in regione, & eodē exemplo vtitur Bald. in cap. si vasallus de feud. ab ali. interp. & inquit Cuma. consi. 181. Proponitur. q commune, colum. 2.

11 quòd si † pro emptione annui reditus percipiantur quinque pro centenario, nulla sinistra militat suspitio, quum ex possessionibus sic percipiatur, quasi innuat secus esse, si vltra quinq; percipiatur. Eodem tendit Pau. de Cast. consil. 289. Præsens dubiū videtur determinari lib. 1. Nam in casu suo pro numeratione pecuniæ percipiebat emptor annui reditus quinque tantum pro centenario, vt patet ex themate & concludit cōtractum tenere, quia illud est iustum pretium, quum tantundem recepisset si pecuniam in emptione prędiorum collocasset, & sic consilium illud Pau. de Cast. quod magnifacit pro se aduersarius Aduocatus, in oppositum retorquetur. Facit etiam quod in specie Card. scribit in d. ca. in ciuitate relatus ibi per Ioan. de Anas. chart. pen. vbi voluit, q si quis emat censum iam constitutum super quibusdam prædijs ab eo, qui debet, & fuerit adiectum pactū, q creditor possit se liberare soluendo capitale, iste contractus est multū similis mutuo, & sic non liceret, & maximè si maior esset census, quàm reditus, qui perciperetur ex prædijs, & illud idem tradit Petr. de Ancha. consi. 257. si prædicta sententia, &c. Nam in casu quoq; suo emptum fuerat prędium iusto pretio, & venditoribus prædium incontinenti locatū qui remanserat in corporali possessione asiduè prędij & conuentum, q soluerentur singulis annis decem pro centenario,

centenario, concludit ipse contractũ esse fœneratitium ex illis coniecturis,& ibi subdit, ꝙ decem pro centenario solent communiter pro vsuris in anno solui: consentit cum prædictis Lauren. de Rodul.in repet.ca. consuluit vlt.q.de vsu vbi tangens quæstionem Montisflorentini concludit in.1.dubio, quòd ex parte communitatis constituentis dare decem vel quindecim annua pro centenario cõtrahitur peccatum, cum hoc sit nimis excessiuum & allectiuum ad mutuandũ sub tanto lucro, nisi conditio temporis aliud induceret, quia maximum ciuitati immineret periculum, & ibidem in.2.dubio concludit ꝙ licitus sit cõtractus ex parte soluentium pecuniam si datur lucrum condecens & con
12 suetum dari,scilicet quinq; pro centenario,sed † quo ad lucrum insitatũ & incõueniens, vt est dare octo vel decem pro centenario in quo nõ liberalitas,vel damni restauratio, sed coacta voluntas dantis interuenire præsumitur, peccatum incurritur vsurarium ab eo,qui tale lucrum recipit.Intelligit autem ibi Lauren.dare quinque pro centenario esse dationem moderatam,& veluti damni restauratiuam,quia tantum communiter prædia in fructibus respondent, quæ facile potuisset mutuans comparare, & tamen si principaliter tradidit pecuniam non caritate patrię vel proximi,sed vt de ipsa pecunia lucretur, adhuc committitur vsura intentionalis,quamuis nõ nisi quinq; pro centenario. Postremo accedat Cepol.in tract.de simul.contrac. præsump.3.col.1. vbi secutus glo. in.d.auth. perpetua, vult contractum præsumi simulatũ & fœneratitium, vbi datur maius pretium, habito respectu ad pecuniam à venditoribus iisdemq; locatoribus, quàm sit quinque pro centenario,vel vnum pro
13 viginti vt ipse latius prosequitur. Fateor tamen,ꝙ † emere quis potest annuum reditũ ad tempus vitę suæ minori pretio, quàm valeat, adeo, quòd si multò tempore superuixerit,& contingat eum lucrari,non cõmittetur vsura, sed erit lucrum licitum, & hoc propter dubium euẽtum, quia sicut diutius vixit,ita potuit citius mori,vt vult Cin.& Bal. in.l.si pater puellæ.C.de inoffic. testa. & in.l.si ea pactione, & ibi etiam Sal.C.de vsur. Ioan. Andr.& alij in d.cap.in ciuitate, & in addi. Spec. in titu.de vsu.super rub. Alb. de Rosa.in.l. iubemus nulli colum.fin.C.de sacrosan. eccle. Pau.de Cast. Ale. & moderni,in.l.de fideicom.C.de transac.Pet.de Ancha. in disputatione, antiquis & modernis temporibus in sol.q. in primo casu ibi considerato & in regula peccati venia.6.q.Abb. in disputatione Augerio.3.&.4.dub. Lauren. de Rodul.in repet.ca.consuluit.15.q.de vsu.& pro hac parte in contingentia facta latè consuluit Bald. consi.154. Instrumentum sic dicit lib.2. & consil.133. & ꝙ dictus lib.3. & consil.292. Quia ex facto lib.5. consuluit etiam Cuma. consi.181.Proponitur ꝙ commune,Roma.consil.302.ego hunc contractum, & idem repetit consil.423. pro pleniori
14 discussione.2.dub.in fi. Isto namq; casu † potest emi reditus, qui singulis annis respondeat ad decem pro centenario propter vitæ incertitudinem, quæ ratio cessat vbi contractus transitorius est ad hæredes,& in perpetuũ valet, & super hoc facio magnum fundamentum, quia si præfati docto. volunt ꝙ propter incertum diem vitę liceat capere decem pro centenario, ergo sentiũt secus esse remota tali in-
15 certitudine. Non obstat etiam si diceretur, ꝙ † licitum est contrahentibus inter se decipere vsq; ad dimidiã iusti pretij.l.in causa la.2.§. pen.ff. de mino. la.2.C. de contrahenda emptio.cap.cum dilecti de emp.& vend. quia respondetur
16 ꝙ istud † non procedit in mutuo, cui de iure diuino & canonico,nihil potest accedere vt sortem augeat,quum pecunia non generet pecuniam.l.vsuræ pecuniæ.ff. de.verbo.signifi.Item non procedit etiam de iure ciuili,secundũ quod vitiatur,quicquid vltra legitimum modum vsurarum conuentum est vel exigi tentatur.l.placuit.ff.de vsu.cũ alijs concor.& istas responsiones sentit in d.consi. 133. Et ꝙ dictus col. pen. versic. Præterea licet dicatur lib.3. & eodem mo-
17 do respõdetur si dicatur ꝙ † res tantum valet quantũ vendi potest.l.1.§. si hæres.ff. ad Trebellia.l. si quis vxori.§.fin.ff. de fur.quia hoc procedit secundũ æstimationem communem non autem singularem.l.pretia rerũ.ff. ad.l.Falc. & ita respondet glo.in d.cap.in ciuitate, in verbo non valent,quã ibi sequuntur Doc. Non obstat etiam ꝙ Ioan.And.in add. Spec.sub tit.de vsu.super rub.censuit in huiusmodi annuorum redituum emptione octo pro centenario moderatam esse vsuram secundum quod Tira. refert Doc. Gallicanus in suo tracta. de retract. quia dico quod Ioan.And.non dicit, quod octo pro centenario sit moderata vsura, nam de hoc verbũ non facit,sed in quæstione sua erat tantũ quinq; pro centenario. Format enim quæstionem sub his terminis. Quidam prælatus,& conuentus multum debitis aggrauatus, volens se ab eis releuare vendidit fructus cuiusdam prædij ad tempus annorum decem pro mille, quũ fructus illius prædij communiter valerent centum quinquaginta. Quæritur an emptor licitè talem contractũ facere potuerit. Et pro emptore facit,quia submittit etiam illa mille fortunæ,ex quo nullos casus excipit hostilitatis, sterilitatis vel alios. Item dato quod cessat omnis sterilitas, nõ haberet in capite decem annorum, nisi quinquaginta de fructu, vel lucro, & sic sentit clarè Ioan. And. quod fructus prædij non respondebant,nisi ad quinque pro centenario,si quidem in capite decem annorũ non habet emptor nisi mille pro forte,& quingenta pro fructu. Est verum quod ibi subdit, ꝙ plus habuisset ex reditu vltra quinquaginta annuatim verã emptionem faciendo de mille. Nam considerat, ꝙ solum quinquaginta lucratur si singulis annis centũ de capitali teneret in arca, sed si annis singulis locaret illa centum in emptiones prædiorũ,haberet octo pro centenario: hoc enim fit,quia fructus cõputatur pro sorte,vt ostendit ibi ipse calculo posito singulorum annorum, & Ioan. Andr. sequitur Laur. de Rodul.in d.c.consuluit quæst.17.de vsu.Non obstat extrauagans Martini.V.quæ incipit, hodie siquidẽ posita sub titu.de empt.& vend. per quam dicitur declaratum posse emi huiusmodi annuus reditus ad decem pro centenario,& tales contractus licitos esse,& iuri communi con-
18 formes,& obseruandos, quia respondendo dico † ꝙ meritò dubitari potest,an d.extrauagans sit decretalis, ideo fidẽ non facit,nisi consulatur Papa, & rescribat ca. pastoralis de fide. instrumen.& dicitur meritò dubitari an sit decretalis, quando non est in aliqua compilatione approbata vel sub nulla,secundum Inno.ibi quem Bal. sequitur, Antonius de Butrio & Abbas,& dicit Archid. in cap.1.decima nona distin.ꝙ vbi dubitatur an decretalis sit vel non, quæstio est facti,& ei, qui eam inducit, incumbit probatio. Quamobrẽ rectè dicit Alexan.in.l.iubemus.3.no.C.de iud.ꝙ licet post terminũ & renunciationem liceat allegare iura,hoc tamen non procedit quãdo quis allegaret extrauagantem,quia illa est alleganda in termino & probanda, quemadmodũ consuetudo non notoria, nec supplere eam debet iudex,quum probabilem eius habeat ignorantiam d.capit. pastoralis de fide. instrumen.& facit etiam quod Card. scribit consi.63. Omnis à me caritas in fin. quòd extrauagans in iudicio debet allegari & probari, sicut & statuta, quę allegãtur in alio foro,alias sententia contra eam lata tenet. Idem etiam tradit Roma. consi.260.In casu proposito breuiter,vbi etiam
19 ponit modum probandi. Est bene verum quòd † vbi extrauagans est publicè nota, & pro decretali habetur, vt est extrauagans execrabilis de offic. delegat. tunc non est tolerabilis ignorãtia, & secundum eam est pronunciandum, alias sententia esset nulla,vt Abb. dicit in dic. capit. pastoralis & in cap.1.colum.4.de re iudi.& Bald.in.l.leges sacratissimæ.2.q.C.de.ll.& eodem modo dicendũ, quando aduocati assiduè eam allegant, secundum Bald. post Inno. in d.cap.pastoralis. Similiter dicendum, quando esset glossata per aliquem solemnem & celebrem Doc. secundum Franciscum Pauinum in quodam suo præludio extrauagãtium, sicut Bart. fecisse constat in extrauag.ad reprimen.& Bald. super tit. de pac. Cõstant. Sed in proposito non potest dici, ꝙ sit publicè nota & ꝙ vulgo pro decretali indubitata habeatur,& quod Aduocati eam assiduè allegent, immo nemo vnquã eam allegauit antehac præter Modernis. Doc. Ripam & Tiraquellum, & si fuisset nota antiquis Doc. & alijs recẽtioribus adducta fuisset in quęstione Montis Florentini,

rentini, & impræstitarum Venetarum. Non etiam potest dici, quòd fuerit commentarijs illustrata solemnium Doc. quod de quibusdam alijs extrauag. videri potest, hæc autẽ cõstitutio, quæ fertur edita à Martino. V. omni penitus est commẽtario destituta, debet etiã valde esse suspecta, quod emanauerit à curia propter initium satis ineptum, nam incipit. Hodie siquidem literas nostras cõcessimus tenorem qui sequitur continentes, Martinus Episcopus, &c. quę verba sunt absurda & superflua, nam ex data satis dies constitutionis editæ poterat elucere. Nec obijciatur, ꝙ hæc extrauagans posita est in volumine extrauagantium impresso, quia responde o incertum esse, quis illas extrauagantes col-
20 legerit, & † compilationem extrauagantium nemo potest facere, nisi de auctoritate sedis Apostolicæ speciali, vt in procem. Decre. §. fin. vbi Anto. de Butr. not. Vlterius est considerandum, quia vt dicit Abb. in d. cap. pastoralis non semper sufficit sub bulla produci decretalẽ, quia posset dubitari, an sit ius generale vel rescriptũ speciale respectu certarum personarum vel locorum, & videtur dicẽdum, quòd sit potius rescriptum speciale, quia nullum habet signũ, quo constitutio dignoscatur esse generalis, de quibus signis ponit Imperator in l. 3. C. de ll. gl. in ca. vt circa in verbo perpetuo, de elec. in. 6. & non vbiq; publicari mandatur, se vbi quoties & quãdo expedire videbitur delegatis. Clarum est autem, ꝙ constitutio generalis non tenet, nisi fuerit publicata in curia, & in prouincijs, & tunc ligare incipit à die publicationis post lapsum duorum mensium, vt in authen. vt fac. nou. const. in princ. & tradit Ioan. And. in data. 9. lib. Archid. in d. cap. 1. 19. distinc. Abb. in d. cap. pastoralis vbi Anto. de Butr. dicit, quòd licet publicè factum non tolerabiliter ignoretur, tamen de hoc ipso dubitari potest an sit factum & consequenter an publicè sit factum & quod lex generalis non liget scientes, nisi etiã publicetur, voluit Bal. in l. vnica. §. fin. per illum tex. C. de cad. tollen. Ang. in. §. fi. in Auth. de non eligen. secun. nuben. in. fin. Ale. consi. 52. in causa & lite. 1. dub. lib. 7. vbi latè loquitur de prædictis. Colliguntur ergo ex superioribus tres responsiones ad d. extrauagantem. Primo ꝙ non exhibetur sub authentica forma. Secundo ꝙ ius continet speciale, respectu certarum personarum & locorum. Tertio ꝙ non constat de publicatione prout requiritur ad hoc, vt liget subditos. Potest & quarto responderi, ꝙ cùm vsuræ sint prohibitæ de iure diuino, nõ potest papa super eis disponere, quia inferior nequit legem tollere superioris, & in terminis adduco Sal. in auth. ad hęc vlt. q. col. 13. de vsu. vbi cum ex parte defendentium Montem Florentinum & impræstita Venetiarum diceretur, ꝙ Papa Venetis illud concessit, vt possint licitè constituere d. impræstita pro tuendo eorũ statu. Respondet Sal. hoc non esse credendum, & subdit quod nec etiam Papa super vsuris potest dispensare c. super, eo. de vsu. ad quod facit, quod scribit Ioan. And. in reg. peccatum in Mercu. vbi concludit vsuram esse peccatum, non quia prohibitum, sed prohibitũ quia peccatum: quãdoquidem de natura sua est vitiosum, habens malitiam conuolutam, cõtrariatur enim virtuti, & ex se à Deo diuertit, & agentem deordinat, ideo concludit
21 in. 4. articu. quod in † omni casu ius canonicum eam prohibet, quia in omni casu habet malitiam conuolutam. Si autẽ in vno casu permitteret, eadem esset ratio permittendi in quolibet, & ibi ostendit non posse eam permitti propter aliquod publicum commodũ quod ex ea sequeretur, ex quo etiam efficitur, vt nec super ea Papa dispensare possit, quia de peccato non potest efficere non peccatum vt Spec. scribit in titu. de dispens. §. nunc de Episcoporum col. 13. versi. sunt qui dicunt, vbi vult ꝙ in his, in quibus secundũ legem diuinam mortale contrahitur peccatum, sicut in furto & rapina, vt. 14. q. 5. c. pœnale, dispensare Papa nõ possit, quo minus pœnitentiam agat, & restitutio fiat c. cum tu de vsu. & ea. q. cap. si quid inuenisti, & cap. multi. In his verò, in quibus secundum ius positiuum mortale peccatũ contrahitur, tunc Papa dispensare potest, etiam Episcopi, & alij inferiores à Papa: nisi eis sit interdictum, quia tunc solus ipse potest, & eandem doctrinam ponit Arch. in ca. fin. 14. q. 6. &

Alex. referens prædicta consi. 1. circa primum col. 2. lib. 2. latius etiam articulum tangit Felin. in cap. quæ in ecclesiarum col. 7. versi. ceterum limitatur de const. vbi post Ritar. Malumb. & alios Theologos, dicit ꝙ omnis actus tollens debitum ordinem proximi, ad proximum non potest fieri sine peccato mortali, per quamcunq; dispensationem, & ꝙ Papa debet reputare impossibile sibi efficere de peccato non peccatum, sicuti secundum Theologos, quicquid est indecens, reputatur impossibile Deo. Ostendit etiã ibi Fel.
22 † quòd Papa non potest dispensare circa præcepta decalo-
23 gi, & in proposito † vsura continetur sub illo præcepto negatiuo. Non furtum facies, nam quicunque vsuram accipit rapinam committit, cap. si quis vsuram. 14. q. 4. Quòd si ex aduerso dicatur, quòd Papa interpretari potest ius diuinũ, vbi de eo dubitari contingit cap. per venerabilem. §. rationibus, qui fil. sint leg. l. cum de nouo. C. de ll. Respondeo qđ licet velimus dicere ꝙ vtrum liceat emere annnum reditũ ad quinq; pro centenario sit inter Doct. varietas tamen huiusmodi contractum celebrare ad decem pro centenario, nõ videtur esse ambiguum, quin sit illicitum, quum excessus modi fraudem arguat, quandoquidem pecunia in emptionem prædiorum collocata, non soleat tantundem reddere: quinimo videtur ꝙ nec Papa possit indistinctè statuere, quod emere annuum reditum ad quinque vel etiam ad minus pro centenario nõ sit vsura, quum id pendeat etiam ex intentione emẽtis: nam si principaliter hoc intendit lucrum habere ex pecunia, contrahitur vsura, vt omnes dicũt scribentes, in hac materia, nec quisquam discrepat. Non igitur generaliter posset statui dictum contractum esse licitũ, nisi cum exceptione, quatenus non fiat in fraudem vsurarum, & hoc (vt dixi) vbi ageretur de reditu ad quinq; pro centenario vel minus. Sinautem excedit reditus prædictã summam non videtur dispensatio tenere, nec tutus esse dispensatus. Amplius videtur dicendum, quod si Papa faciat declarationẽ super vsuris diuino iure prohibitis, possit adhuc inquiri, vtrum id Papa facere potuerit, quasi nõ valeat interpretatio, nisi sit iuridica, vnde videmus, ꝙ licet Papa concesserit, Principibus Christianis, vt Iudæi in eorum terris possint vsuras exercere, adhuc tamẽ disceptatur, vtrum id Papa facere potuerit, & licet quidam tenuerint ꝙ sic, alij tamen non inferiores pondere & numero, tenent contrarium, & Ant. de Prato Veteri inter consilia Alex. Cons. 49. Paucis vtar colum. 2. lib. 4. Ioan. Bapti. de S. Seuer. in. l. cunctos populos char. 7. C. de sum. tri. & fid. Cath. Frater Ang. in summa in verbo vsura il. 2. §. 14. Matthæ. de Afflict. in constit. Regni vsurariorũ col. 8. Et nostra tempestate perspeximus Mantuę Iudæis fuisse interdictũ ne vsuras exercerent, non obstante rescripto Apostolico, quasi id non liceret, & ita respondeo ad extrauagante m Martini. V. quę responsiones etiã conueniunt alteri extrauagãti Calixti. III. quæ ad illius cõstitutionis Martinianæ formulam fuit composita, vt illic legitur, & tenor ijsdem verbis descriptus declarat. Quinimo dicendum videtur, ꝙ constitutio Martini sit correcta per sequentem cõstitutionem Calixti. Nam in constitutione Martini dicitur ꝙ pro qualibet marca annui census decem, vndecim, tredecim, quatuordecim marcæ aut plus vel minus soluebantur. In constitutione Calixti dicitur: ꝙ certum competens pretium secundum temporis qualitatem soluebatur, & sic in hoc discessum est à constitutione Martini: & hæc est alia solutio ad dictam extrauagantem. Non obstat quòd huiusmodi contractus frequentantur in regione, quod ego non inficior, & accidit etiã hodie illud Horatianum. Multis occulto crescit res fœnore.

Verum tamen meminisse oportet, ꝙ huiusmodi consuetudo super vsuris non valet Clem. 1. de vsu. l. eos. §. in traiectitijs, & ibi Bald. C. eo. & patet euidenter, quia cum vsuræ de iure diuino sint prohibitæ iuxta illud Euangelicum, Mutuum date, nihil inde sperantes, & in pagina veteris testa-
24 menti sæpius, † consuetudo contra ius diuinũ non valet ca. fin. & ibi plenè. not. de consuet. Item cũ vsura sit rapina ca. si quis vsuram 14. q. 4. & ars nequissima sit vsuras exercere, ca. sicut hi 47. dist. sequitur consuetudinem non valere, debet

debet enim consuetudo esse honesta.§. erit autem lex.4.distinct.cap.mala.8.distin.Propterea in concilio Lateranensi hæc frequentia fœnerandi improbata fuit,& vsurarij ad restitutionem compelluntur, vt habetur in ca. quia in omnibus de vsu. pro quo etiam bonus est text. in.l.idemque.§.si procurator.ff.man.in illis verbis,in vsuris conuenietur,quę legitimo modo in regionibus frequētantur, & sic patet ibi, quòd non sufficit vsuras in regionibus frequentari, nisi le-
25 gitimo modo frequententur. Est bene verum,quòd † consuetudo hæc iniusta excusat vsurarium, quo ad pœnæ euasionem,& ita intelligo quod Bart.scribit in.l.quid si fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de ędil.edic.vbi per illum tex.dicit, quòd qui facit aliquem actum qui communiter ęstimabatur licitus.contrariū tamen est in veritate,quia sapit vsurariam prauitatē,non ex hoc dicetur vsurarius, & hoc Sali. ibi reputat valde esse notandum, propter statuta, quæ imponunt pœnam vsurarijs vt non teneatur ad pęnam, qui facit vsurarium contractū,quem,sequutus communem opinionem, se id facere licite arbitrabatur, & ita etiam quòd intelligatur,vt non sit vsurarius,quo ad pœnam euitandam tenet Cepo.consi.13.Stante quodam decreto colum.antepen.3.dub. Alexan. Consi.39.Visis & consideratis lib.3.& hoc procedit secundum reg. per quam consuetudo iniusta & irrationabilis excusat à pœna vt latè scribūt Moder.in.l. de quibus.ff.de.ll.Posset etiam dici,quod vbi probabilis in-
26 cumberet dubitatio vtrum † contractus esset vsurarius vel non, & talis contractus solitus esset celebrari per graues & bonos viros, & fideles mercatores, iudicandum esset contractum esse licitū,& ita procedat quod Oldr.scribit Cons. 207. Vniuersis præsentes literas in fin.Abb cons.15.Queritur an prædictus contractus versic. quid vltra lib.1.Bald. in.l.1.q.3.C.de his,quæ pœnæ nom. Concluditur igitur, ꝙ ista Domina non potest exigere aliquid ab istis rusticis vltra sortem: ex quo corrupta intentione voluit habere immoderatum reditū,idest decem pro centenario,quod facit vt contractus censeatur vsurarius, & in modico etiā committitur vsura,vt Abb.not.in c.fi.per illum text.ibi recepturus aliquid vltra sortem,de vsu. & glo.in cap.plerię; in ver-
27 bo poma. 14.q.4. dicit quod in hoc vsura differt † à Simonia,quia Simonia non præsumitur pro modico recepto,ca.
28 & si quæstiones de Simo.Vno tantū casu potest † mutuans aliquid recipere, quando spontè sibi aliquid gratis offertur à debitore vltra sortem gratia remunerationis nulla interueniente petitione,vel obligante pactione, quia talem donationem seu oblationē recipere licitè potest: multa enim licitè recipiuntur,quę illicitè petuntur ca. sicut Episcopū.1. q.2.ita inquit Ioan. Andr. in regu.peccatum,in Mercur. in definitione vsuræ. Hostien.in Sum.de vsu.§.1. versi.fi.Bal. in.l.1.q.10.C.pro Soc. Abb.consi.60. In causa & quæstione colum.fin.versic.ex.3.capite. lib.2. Ioan. de Ana.in rub. de vsu. circa prin. Sed in casu nostro non modo interuenit petitio, quæ ostendit ab initio intentionem corruptam,sed etiam pactio: & dato,quòd rustici soluissent aliquas vsuras præfatæ D. tamen adhuc eas possent repetere, quia videntur soluisse non animo liberali, sed ne molestiam paterētur à creditore super debito principali, vt Bart. dicit in.l.si non sortem.§.si quis falso.ff. de cond. indeb. Bald. in.l.ab Anastasio colum.fin.vers. Item est argumentum contra fœneratores.C.man.& not. Pau.de Cast.in.l.rogasti.§.si tibi.ff.si cer.pet. cum alijs adductis per Alexan. consi.80.Circa primum dub.quo quæritur in fin.lib.3.& prædicta tanto magis procedunt attenta qualitate personarum,nā non ita præsumitur liberalitas in rustico,sicut in alio,vnde rusticus negans indebitè solutū habet præsumptionem pro se, & vincit,nisi aduersarius probet debitum fuisse.l.cum de indebito.§.sin autem is,qui,& ibi Bart.& Bal.ff.de proba. Ex alio capite videtur ista mulier obtinere non posse,quia interesse lucri cessantis ante moram debitoris non debetur.l.socium qui in eo.ff.pro Soc.vbi Alber.de Rosa.exponendo illa verba,quòd socij intersit intelligit de interesse nō solum damni emergentis sed etiam lucri cessantis, & vult hoc etiā glo. magna. in cap.conquestus & ibi Abb.de vsu. Are.cons.62. Viso themate ad me transmisso in fin. consilij vbi improbat quosdam Doct.quos superius retuleram aliter tenētes, idem etiam Fel. tenet in cap. P. & G. in prin. de off. deleg. & in cap. cum venerabilis de excep. Sed non potest dici, ꝙ isti rustici sint in mora reddendi pecuniam mutuatā, quia non fuit apposita dies pro homine interpellans.l. magnam cap.de contrah.& commit. stip.l.2.C.de iure emphyt. nec etiam apparet de aliqua interpellatione,per quā quis in mora constituatur.l.si ex legati causa.ff.de verbor.oblig.l.quod
29 te.ff.si cert.pet.Ista † autem nō petit sortem,sed vsuras persequitur indebitas,& qui plus debito petit,non potest alteri obijcere moram super toto.l.in fideicommissi.ff. de vsu. & per Bart. in.l.si qui solidum in princ.ff.de leg.2. Item est aduertendum,quòd lucrum, quod prætendit ista mulier se facturam fuisse ex d.pecunia non est omnino certum, quia vt ipsa dicit emere volebat à d.communitate quoddam vectigal capiendo decem pro centenario,tamen concedebat potestatem redimendi d.vectigal quandocunq; libuisset d. cōmunitati redimere, vnde potest esse, quod intra tres aut quatuor menses aut sequēti anno communitas redemisset d.vectigal & lucrum cessasset, & hoc debet esse in consideratione,quia inspicitur id, quod secundum naturam & hominis dispositionē contingere potest.l.hæres meus.§.fin.ff. de cond. & demonst. &.l.fin.§.sin autem auaritiæ.C.communia de lega.l.si quis domum.§.huic subiungi.ff. loca. per quæ iura inquit Bart. in.l. inter stipulantem.§. sacram.ff.de verb.oblig.& tradit etiam Bald. in d.l.fin.§. sin autem auaritiæ post Cin. ibi & dicit Alex. consil.52. Viso puncto, & his,quæ narrantur colum.3. lib.6. quod inspicitur, quod de facili euenire potest.l. qui bona.§. cōmuniter &.l.in hac.ff. de dam.infec.l.si idem cum eodem.§.fin. & ibi Barto.ff.de iurisd.omn.iud.l.habitatores.§.pen.ff.loca.Non video igitur, quod possit d.mulier petere lucrum, de quo incertum est, an factura fuisset. Nam etiam in negotiari solito lucrū debet esse certum,& ad manus paratum, vt illud à moroso debitore consequi valeat, vt Bart. inquit in.l. vnica colu.8. versi. Venio ad vltimam partem in fin.C. de sent. quæ pro eo quod int. & tenuit Pau. de Cast.in.l.3.§.fi.ff.de eo quod cer.lo.per tex. in.l.quemadmodum.§.item Labeo ibi cum incertum fuerit an caperentur.ff. ad.l.Aquil. & in.l.naturalem.§.1.in fin.ff.de acq.rer.dom. Postremo stringit contra mulierem, quia interesse lucri cessantis, non habet locum, nisi in persona solita negotiari,vt aliàs latè scripsi cons.450 quod incipit Prætendit iste nobilis, &c. vbi improbo Pau. de Cast.& ceteros,qui tenuerunt, quòd empturus fundum possit petere lucrū quod percepisset ex fundo,si illud emisset,quæ opinio etiā nunc placet: quia si admitteretur istud de empturo fundū, facile esset inuenire creditori aliquem, qui diceret, se illi velle suum fundum vendere, & ipse simulatè dicere, quòd vellet emere, si pecuniam mutuatam haberet, & sic aperiretur via ad vsuras, quod omni modo est fugiendū c. quanto in fine de diuor. quo argumento vtuntur sæpe Doc. nostri in hac materia vsurarum in similibus terminis censentes viam esse obstruendam fraudibus per quas de facili perueniri potest ad vsuras,vt patet ex not.per Pet.de Anch.in reg.peccati venia & in disputatione antiqs & modernis tēporibus, & per Abb.in disputa. Augerio.3. &.4.dub.& per Cano.in cap.fin.de vsu. Ad illud quod obijcitur, ꝙ D. Ardicinus statuit edicto in oppidis vltra Tanagrum, quòd quilibet posset mutuare cōmunitatibus super vectigalibus, ad decem pro centenario, omitto disputare, quantam potestatem haberet D. Ardicinus in permittendis vsuris.Sed ipsum D.Ardicinum audiui dicentem,quòd cum tempore belli communitates cogerentur comparare pecuniam pro stipēdijs militum,& quidā mutuarent communitatibus ad quindecim, & viginti, & triginta etiā pro centenario, ipse statuit, ne vltra decem impune id fieret,& sic non permisit vsuras,sed quę fiebant imminuit,nec ideò censendus est in aliqua quantitate vsuras probasse, vt Bald. scribit in aut. ad hæc col.2.C.de vsu. vbi dicit valere statutum,quòd nullus pro vsura recipiat vltra duos denarios pro libra in mense, quia non vnr statuentes de pluri negando, de duobus

de duobus denarijs concedere, sed tantum maiores vsuras prohibuisse vt ibi ipse latius prosequitur, & sequuntur Moder. in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fid. ca. & idem dicit Bald. quem non allegant in l. si eum. §. qui iniuriarum versus fin. versi. & prædicta faciunt. ff. si quis caut. & est gl. aperta in Cle. 1. in verb. facere de vsu.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinitas & sola familiaritas nō est sufficiens in delictis ad præsumendum mandatum.*
2 *Homicidium factum à meo consanguineo in quempiam, etiā contemplatione iniuriæ mihi illatæ, non præsumitur factum de mea scientia & mandato.*
3 *Homicidium à filio perpetratum in personam illius, qui in patrem iniuriam intulerat, non præsumitur factum de mandato, & scientia patris. quod tamen limita vt nu. 4.*
5 *Ratificatio in delictis, vt ex ea tenear, duo requirit, quod sit meo nomine gestum & approbem illud tanquam meo nomine gestum.*
6 *Iudicium sufficiens ad torturam non est inimicitia, nisi fuerit capitalis, vel quæstio omnium bonorum, aut maioris partis.*
7 *Indicium ad torturam sufficiens non facit inquisiti mendacium.*
8 *Delictum alterius celans, suum facit.*
9 *Testis idoneus filius non est etiam volens contra patrem.*
10 *Indicium ad torturam non facit testimonium prohibiti deponere, propter personarum reuerentiam.*
11 *Testis frater admittitur contra fratrem, vbi inuitus non deponat.*
12 *Delinquentem associans post crimen perpetratum, præsumitur auxilium & consilium dedisse ad maleficium.*
13 *Inquisiti assertioni standum est, ubi asserit se non deliquisse, modo eius assertio aliquibus præsumptionibus adiuuetur.*
14 *Carceribus iniuste detentus, impune à carceribus aufugit.*
15 *Carceris effracti pœna nō habet locum, vbi custodum negligentia carceratus aufugit.*
16 *Carceris violator est, qui non per hostiū, sed per muros exit, & pœna capitis tenetur, quod intelligitur vt nu. 17.*
18 *Sanctum quid dicatur.*
19 *Sanctum violans vel rumpens, quomodo puniatur.*

CONSILIVM. 499.



NQVIRITVR per D. Prętorē Montilij cōtra Baldasarem patrem. & Voglietum filium de Anselmo, pro eo, qđ pręfati inquisiti vnà etiam cum Dominico & Antonio filijs d. Baldasaris, & fratribus d. Voglieti de mense Nouembris proximè fluxi tractarunt insimul & concluserūt morti tradere & interficere Mag. D. Franciscum de Cocastello Dominum d. loci, dando sibi inuicem & vicissim consiliū, & promittendo auxilium & fauorem. Et quia dubitatur, vtrum pro eruēda veritate sint d. inquisiti quæstionibus subijciendi. Videtur in hoc articulo dicendum quod non, quia licet Dominicus filius d. Baldasaris & frater Voglieti interfecerit prefatum D. Franciscum, prout post multa ipsi inquisiti confessi fuerunt, non tamen sequitur, quod de eorum mandato, & con-
1 silio Dominicus cędem illam fecerit, quin † sola cōsanguinitas non est causa sufficiens ad præsumendum mandatum in delicto, & eodem modo nec sola familiaritas, ca. cum ad sedem de restitu. spolia. per quem tex. ita inquit Bald. in l. 1. C. de episc. & cle. & in l. ad inuidiam. C. quod met. cau. & in l. 1. col. 4. C. de ser. fug. & in l. is cuius, & ibi etiam Ang. ff. si ser. vend. quū curia inquirens fundet se in mandato & tractatu inquisitorum habet hoc probare, quia est fundamentum intentionis suæ, & quia mandare aliquid & tractare consistit in facto, & facta nō præsumuntur nisi probentur l. in bello. §. facta. ff. de capt. nam & dicit Bal. in l. vnica col. prima. C. si rec. proui. ita demum quod fit ab alio delinquente, intelligitur à me factum, si opera mea & tractatus interuenerit, alias secus, & ad hoc ponderat ibi illum tex. à contrario sensu, & allegat etiam tex. in d. c. cum ad sedem. Sed in actis de isto tractatu, nulla litera, nullumq; indicium extitit. Accedat, quia in fortioribus terminis videmus, quòd si
2 † etiam consanguinei mei vulnerassent, vel occidissent eū, qui mihi iniuriam intulisset, non imputatur mihi illud delictum: licet quicquid fecerint, illud fecerint mea contemplatione, nec presumor scire. c. quia præsulatus. 1. q. 4. c. sicut tuis de simo. & tradunt Ioan. de Anaia. Maria. & Moder. in c. Petrus per illum text. de homic. prædicta tanto magis procedunt in actu momētaneo, qualis est homicidium, de quo nunc agitur, quia etiam si consanguinei delinquant ad vtilitatem meam, non præsumitur consensus, secus in actu successiuo & habente causam permanētem, quia cum deinceps sciam & nō prohibeam, videtur illud factum de voluntate mea. vt Abb. scribit in c. constitutis il primo ca. fin. & in c. cum causam, quæ inter Archiepiscopum colu. 9. de testib. quam distinctionem sequitur Alex. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori super decima q. Bart. ff. de ope. nou. nun. Fel. in c. cum omnes colum. 18. de constitu. Sed quid plura? quū hoc magis ad terminos nostros decidat Franc. de Cur. cons. 41. quod incipit super processu inquisitionali, &c. Vbi
3 voluit, quod † filius, qui cōmisit homicidium, non dicatur istud fecisse de mandato & voluntate patris per quędam ex
4 superioribus, quod tamen † limitat nō procedere vbi pater præsens fuisset homicidio. cui ipse dedisset causam, nec prohibuisset, quia sibi homicidiū imputaretur tanquam eo auctore factum, per text. in d. c. constitutis & l. fluminum. §. quanquā. ff. de dam. infec. & per not. per Bart. in l. 1. §. idem Labeo. ff. quod vi aut clam, & per alia plura, quæ non pertinent ad casum nostrū, in quo nec de scientia patris, nec de consensu docetur. Non obstat si dicatur, quod Baldasar & Voglietus tenētur saltem ratihabitione, quasi ratam habuerint cædem factam per Dominicum, quia respondetur, ꝙ
5 ad hoc † vt teneatur aliquis de ratihabitione delicti per alterum commissi requiruntur duo, ita ꝙ non sufficit alterū interuenisse, primo quod illud sit meo nomine gestū, alias non teneor. l. si seruus. ff. de præc. Secundo quod approbem illud tanquam meo nomine gestum ita dicit gl. in l. 1. §. sed si quis. ff. de vi & vi arma. vbi glo. ex hoc secundo infert, qđ possum dolere de aliquo, vt factum meo nomine, & gaudere quod sit factum, nec illud gaudium comparatur mandato, aut ratihabitioni & illam glo. sequitur ibi Bart. subdens, quòd possum habere ratum factum, licet nō qualitatem facti. l. sicut interdicto. C. arbit. tut. pro hoc etiam est glos. in d. c. cum ad sedem in verb. interdictū de resti. spol. quę vult quod si familia alicuius deiecit de possessione quendam nō tamen nomine Domini, Dominus non potest ratum habere, quia, ꝙ meo nomine gestum non est, ratum habere non possum. l. si pupilli. §. si ego. ff. de nego. gest. & licet glo. ibi alleget quædam iura in oppo. tamen ad ea respondet ibi Ant. de But. qui etiam sequitur prædicta in cap. 2. colum. 5. versi. 2. glo. opponit de ord. cogn. cum istis consentit Bal. in l. obseruare. §. potest. 13. q. ff. de off. proc. & leg. vbi ponit illud de gaudio, & vult quod si aliquis ob delictū alterius fecit magnum festum & magnam lætitiam, non ideo probatur ratificatio delicti, quia potest gaudere ꝙ sit factum, sed non quod sit suo nomine factū. Sed in proposito non constat, ꝙ Dominicus occiderit D. Franciscū nomine & contemplatione Baldasaris & Voglieti, imò constat, ꝙ propter se ipsum occidit irritatus verbis asperioribus D. Francisci. Non enim constat, ꝙ Baldasar & Voglietus ratum habuerint illam cædem veluti eorum nomine factam, immo dicunt se noluisse factam. Quum igitur non cōstet, quod isti inquisiti mandauerint aut ratificauerint, aut consilium præbuerint, sequitur non esse torturæ locum, sed absolutionem nam soli delinquenti, non autem propinquis notis & familiaribus pœna criminis est infligenda vt inquit Imper. in l.

Sancimus.C.de pœn. & scriptum est, ꝙ filius non portabit
iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij,
& anima, quæ peccauerit, ipsa morietur.c.Iudæi, &c.iam
itaq; prima q.4.Non obstat,quod obijcitur, de cruore, qui
inuentus dicitur in scabello,& in claua, quia hæc nihil per-
tinent ad Baldasarem & Voglietum,qui nõ inquiruntur de
homicidio,sed de tractatu & cõsilio, & in inquisitione asse
ueratur D. Franciscũ palo ligneo à Dominico interfectũ.
idq; ponitur pro constanti, & nulli alij actus homicidij ad-
scribitur. Non obstat etiam, quod obijcitur de inimicitia,
6 † & inimicitia est indicium sufficiens ad torturã.l.1.§.pre-
terea.ff.de quæst.quia respondetur quod nõ constat de ini-
micitia, & vlterius requiritur, ꝙ sit inimicitia capitalis, vel
quæstio de maiori parte bonorum,vt ad torturam deueni-
ri possit, vt Roma. consil.7. Visis necessarijs circa prin.vbi
loquitur de incendio, quod præsumitur immissum ab ini-
mico capitali,& sequitur Are. in tract. maleficiorum super
verbo fama publica colum.16.vers.quæro quid sit reperia-
tur.Non etiam sola inimicitia sufficit ad torturam,quia in-
dicium est generale,& valde remotum,vt Imo. scribit in.l.
7 fin.colum.pen.ff.de hæred.instit.Non obstant † mendacia,
& varietates inquisitorum, quia nec ista sufficiunt ad tortu
ram,nam licet reo cõtraria dicere vel deponere propter sui
salutem.l.nemo.ff.de excep.l.1.ff.de bo. eo. ita inquit And.
de Iser. in constitut. regni si clandestina, quem ibi sequitur
Afflic.col.14.& tenet hoc etiam Thomas Gramma. voto
eius trigesimo vbi dicit, quod secũdum communem Do-
ctorum conclusionem mendacium nõ est sufficiens indi-
cium ad torturam, pro quo facit, quia vbi agitur de crimi-
ne ad pœnam nemo debet se ipsum prodere c. non tibi di-
co de pœnit. distin.1.gl.magna in c.secundo in fin. de con-
fessis in 6.hinc etiam est, ꝙ respondens inquisitioni cũ iu-
ramento contra veritatem,non tenetur de periurio vt Ale.
scribit in apostil. ad Bar.in.l.1.ff.de bo.eo.qui sibi mor.con-
sciu. & de crimine capitali inquisitus licet succumbat non
condemnatur in expensis, quia nunquã temerè litigat, qui
conatur sanguinem suum defendere secũdum opinionem
quorundam,quos Bald. refert in auth. generaliter col. pen.
vers.modo quæro quid in criminalibus.C. de episc. & cler.
& hic etiam est considerandum,quod Bart.qui allegatur in
oppo.in.l.fin.ff.de quæst.non dicit,quod mendacium rei sit
indicium sufficiens ad torturam, sed, ꝙ si reus repertus erit
in mendacio,erit maxima præsumptio contra eum, & præ-
sumptio est minus, quàm sit indicium, quod requiritur ad
torturam,vt Alex. ostendit consi.89. Viso themate colu.1.
vers.restat ergo lib.3. Non obstat aliud inquisitionis caput,
secundum quod inquiritur in Baldasarem & Voglietum,ꝙ
cum eis reuelasset Dominicus homicidium, acceperũt ca-
dauer à Dominico occultatum,& illud longè exportarunt,
& exposuerunt propè quendam riuum, tum vt crimẽ illud
celarent, tum vt illius criminis culpam in alios transferrẽt.
8 Nam prædictis responderi potest, quod licet † quicunque
cælans alienum delictum faciat suum glo. in rub.C. de his,
9 qui latro. tamen † filius non potest etiam volens testificari
10 contra patrem.l.parentes. C.de testibus & † vbicunq; pro-
hibetur quis testimonium dicere propter reuerentiam per
sonarum,tunc examinatus non facit indicium,vt Bar.scri-
11 bit in l.maritus.ff.de quæst.de † fratre fatendũ est, quod vo
lens admittitur contra fratrem in testem, etiam in crimina
libus, licet inuitus non cogatur vt per Bart. in.l.qui testa.§.
quæcunq; col. fin.ff. de testa. Tamen videtur iste excusan-
dus si voluit tegere crimen fratris per l.secundam.ff. de re-
ceptat. & ponit glo. in.l.1.C. de his, qui latr. & quod possit
propter sanguinis coniunctionem cælare ostenditur, quia
inuitus non cogitur testimonium perhibere.l. lege Iulia &
ibi glo.ff.de testib. & frater fratrem accusare non potest in
grauibus & atrocibus delictis,immò si id faciat punitur,l.si
magnum &.l.si sororem.C. de accusa. & licet per exporta-
tionem cadaueris in aliam regionem amouere à se suspitio
nem criminis voluerint, nõ tamen voluerunt in aliũ trans-
ferre, quia non proiecerunt cadauer ante domum alicuius,
sed in publicum locum, exposuerunt iuxta quendam riuũ,
vt fieret incertitudo, à quo esset occisus, quum autem ex-
portatio illa cadaueris facta esset ad finẽ, vt illis prodesset,
non potest impingi, ꝙ alijs nocere potuerit, quia inspicitur
quod principaliter agitur l.si quis nec causam in prin.&.l.ro
gasti.ff.si cert.pet. & in dubio præsumendum est actũ fieri,
vt sibi prosit,non vt alteri noceat.gl. in l.fluminum.§.fin.in
verbo non teneri.ff.de dam.infec.quam ibi sequitur Bar.&
Imo.in.l.si in meo.ff.de aq.plu. arc. Non obstat aliud,quod
obijcitur cõtra Voglietum, quod post delictum perpetra-
tum à Dominico fratre ipse astitit fratri ad auxilium, dum
12 exportauit alibi cadauer,& contra † associantem post deli-
ctum oritur præsumptio consilij vel occulti auxilij,ita ꝙ ip
se cogitur contrarium probare, vt scribit Fel. in c.sicut di-
gnum quarta fallen. de homi. dicens se ita intelligere id qđ
not. Bald. in l.non ideo minus col. pen.C. de accusa. Nam
respondendo dico,ꝙ id,quod ibi dicit Fel.intelligendũ ve-
nit secundum Bal.quem allegat, & Bal. in d.l.non ideo mi-
nus loquitur in associante delinquentem immediate & sic
in cõtinenti post delictum,quia insurgit quędam pręsum-
ptio,ꝙ iste non tam præsto fuisset ad associandũ delinquen
tem perpetrato delicto vt euaderet, nisi prius cõtulisset de
re cum delinquente, vel affuisset tempore delicti,hoc autẽ
non militat in casu nostro, quia non constat, ꝙ Voglietus
tulerit opem fratri incontinenti ad exportandum cadauer,
imò constat potius contrarium, ꝙ intercessit interuallum,
quoniam Dominicus, qui interfecerat d. D. Franciscum,
demiserat cadauer in quandã foueam, deinde superuenien
te Voglieto fratre,qui iuerat,illinc longè,ad audiendã mis-
sam nouam, & ab ea reuertebatur, facta fuit extractio ca-
daueris de fouea, & per vtrunq; exportatum à loco delicti
procul,occultãdi scilicet criminis gratia;Constat autem de
causa cur Voglietus id fecerit, rogatus scilicet à fratre, &
amore fraterno impulsus, & quia intererat ipsorum fratrũ
omnium id fieri,vt per exportationem cadaueris in diuer-
sam regionem suspicionẽ criminis à se amouerent,&,quis-
nam fuisset homicida, ponerent in incerto. Vnde cũ con-
stet cur & quomodo illa cadaueris exportatio facta fuerit,
nõ est locus alijs coniecturis l.continuus.§. cum ita in fi.ff.
13 de verbo. oblig. Et vlterius standum † est assertioni inqui-
siti, vbi affirmat se nihil vel parum, admodum deliquisse,si
modo eius assertio adiuuetur aliquibus præsumptionibus.
vt Aret.scribit consi.80.Sicut. decet col.3.vbi pro hoc pon
derat glo. in l.pen.C.de fideius. Non obstat, ꝙ dictus Vo-
glietus præstiterit opem delinquenti post delictum cõmis-
sum,dum eum associauit, quia istud negatur: non enim eũ
associauit,vt euadere posset, & illa exportatio cadaueris po
test dici facta,vt sibi prodesset,& patri,& alijs fratribus in-
nocentibus, ne hæreret contra eos suspicio criminis si ca-
dauer occisi inuentum fuisset in domo, vel propè domum,
& hæc præsumptio exclusiua delicti potius est capienda.l.
merito.ff.pro Soc.Item quia quilibet præsumitur potius de
salute sua,quàm alterius esse solicitus.l.præses.C.de seru. &
aq. Non obstat fuga Baldasaris à carceribus, quia dici po-
14 test,ꝙ quum † iniustè detineretur in carceribus, vt superio
rà ostendunt,licitè potuit arripere fugam,vt Bart.dicit in l.
vis eius per illum tex.C.de proba.quem Alex. sequitur in l.
sed si eximendi.§.item si quis in fin.ff.ne quis eum. Augus.
in addi. ad Ang.de Are. in tract.malefi.super verbo qui iu-
dex videns di. Gaium detineri.Non enim dicitur Baldasar
fugiendo iniustum carcerem dolũ commisisse, sed potius
exclusisse vt dicitur in simili in l.cũ pater.§. Titio.ff.de leg.
secundo,hac ratione vtitur Alexan. in terminis consi.144.
Post redditum primum consilium versus fin.lib.2.Sed po-
sito citra veri præiudicium, ꝙ hoc fundamentum nõ pro-
cederet, non est dicendum, ꝙ Baldasar propter istam fugã
è carceribus sit habendus pro confesso de eo crimine pro
quo fuit inquisitus,iuxt. text.in l.in eos & ibi glo.& Bart.ff.
15 de custo. & exhib. reo.quia hæc † confessio non procedit,
nisi vbi effracti sunt carceres.vel rupta vincula,vel post cõ-
spirationem factam per detentos, vt illinc vi erumperent,
secus si per negligentiam custodum aufugerint,vt,quia in-
uenerunt hostiũ apertũ,nam tunc mitius puniendi sunt.l.1.
in prin.

in prin.& ibi Ange.ff.de effrac.& expil.& ita scriptum reliquit Guliel.de Cu.in l.succurritur.ff.ex quib.cau.ma. quem Bald.ibi refert & sequitur,& idem Bald. consil.32. Primus quæstionis articulus lib.3.vbi dicit, ꝙ punitur tunc pro moto iudicis,quod etiam tradit Bar.in tract. de carce.col.pen. versi.Sed iuxta prædicta,idem dicit Ang.in.l. verũ la.2.ff. de fur.vbi dicit fugientem per hostium apertum non esse puniendum pœna effracti carceris,sed euasoris,vnde pœna erat arbitraria.l. hodie.ff.de pœn. in hoc tñ non facio vim, quia iste non aufugit inuento hostio aperto, sed noctu demisit se per fenestras,& succedit id,quod Bal. scribit in d.l.

16 succurritur,ꝙ † qui exit per muros est violator carceris.l.fi. ff.de rer.diu.& sic sentit, ꝙ punitur capitis pœna, quod etiã tenet August.Arim.in addi. Are.in tract.malef. super verbo fama publica col. 26. Vnde ex alio dico, ꝙ iste non est

17 habendus pro confesso, quia † hęc pœna habet locum vbi quis aufugisset de carceribus publicis,nõ autem vbi aliquis detinetur in camera vel in aliquo alio loco priuato per officiales,prout detinebatur d.Baldasar,vt Bald.dicit post Gul. de Cu.in d.l.succurritur & Bald.in.l.admonendi col.6.vers. quo ad tertium,an per fugam.ff.de iurei. & cur aliud sit in carcere publico,quàm priuato declarat egregie Cum.cons. 105.casus talis est,Titius incarceratus in fi. dum inquit,qđ sola ruptura carceris portat pœnã capitis,quia carceres sunt

18 loca sacra,quę sunt publicè dedicata,& quia † sanctum est, quod ab iniuria hominum defensum est,atq; munitum l.sacra.& l.sanctum.ff.de rer.diu. Vnde legati qui ad publicam vtilitatem destinantur sancti vocantur.l. fin.ff. de legat. Sic muri & fores carcerum,qui publicis vsibus destinantur, ad custodiam scilicet,& non ad pœnam sancti sunt, quemadmodum muri ciuitatũ,nam propriè sanctum dicitur, quod neq; sacrum neq; prophanum est,sed sanctione quadã con

19 firmatum l.sacra.§.propriè.ff. de rer. diu. Rumpens † ergo vel violans sanctum capite punitur.l.fin.ff. de re diu.Differt tñ an carcer sit publicus,& ad publicũ vsum,an priuatus,ita ibi Cuma.cuius verba non possunt esse magis notabilia.

SVMMARIVM.

1 *Emere bona publicata ditiores loci non compelluntur regulariter.*
2 *Emere cogitur hæres, vbi à testatore emere iussus est.*
3 *Emere quis cogitur ita necessitate publica suadente. & nume.4.*
5 *Eleemosyna est de genere bonorum, & non de precepto, ubi necessitas non subsistit.*
6 *Fiscus in casibus, in quibus non est priuilegiatus, vtitur iure priuati.*
7 *Vectigalia publica nemo emere cogitur, fallit nu.8.*
9 *Fisco non est fauendum, vbi tractat de lucro descendente ex delicto.*
10 *Benefacere alteri nemo tenetur.*
11 *Vtilitatis publicæ ratione tolli potest ius alterius, quando scilicet publica vtilitas respicit omnes in communi & in particulari principaliter.*
12 *Vtilitas publica maior, minori est præferenda.*
13 *Libertatem onerari leges abhorrent.*
14 *Consuetudo non inducitur, vbi vis adhibetur.*

CONSILIVM. 500.



1 TRVM ditiores loci possint cogi ad emendum bona † publicata, mihi videtur dicendum quod nõ: vt est casus in l.nec emere.C.de iure deliberan. & in l.inuitum.C. de contrah. empt. vbi dicitur ad literam inuitum comparare vel distrahere postulãtis causam iustam non continet desideriũ,est enim emptio & venditio cõtractus iurisgentium l.ex hoc iure.ff. de iusti. & iur. & oritur ex partium consensu eius obligatio l.consensu.ff.de actio.& obliga.ideo astringi ad emendum debet nemo,ne fiat contra naturalem rationem,& obligationis substantiam, vbi enim vis, vel metus adhibetur, ibi contraria ostenditur voluntas.l.1.in princ.ff.quod met.cau. Potest tamen se aliquis astringere, & obligare ad emendũ, & tunc quod voluntariũ ab initio fuit, efficitur ex post necessariũ,suscepta namq; iam est obligatio l.sicut.C. de acti. & oblig.l.in commodato.§.sicut.ff.commo. & eodem mo

2 do hæres † iussus à testatore emere,cogitur vt emat,quia si cut se ipsum poterat,si voluisset ad emptionẽ obligare, ita hæredem quoq; suum potest.l.& si æquo.ff.de leg.1.§.non

3 solum instit.de lega.cogitur † etiam aliquis emere, vbi publica necessitate suadente, iniungitur prouincijs frumenti, hordei,& aliarum specierum emptio.l.vnica.C.vt ab emp.

4 spe.ne lic.se exc.lib.10. Hinc etiam fit † vt tempore penuriæ cogi possint diuites emere frumentum, & quod est fortius etiam pauperibus gratis dare, cũ necessitate subsistente officio iudicis compelli valeat quilibet vt egenti subueniat glo.in c.sicut in verbo etiam violenter 47. distin. & in c.exigunt in verbo causæ.1.q.7. & dicit Abb. in cap.1. de empt. & vend. ꝙ vbi maxima est necessitas compelli quis potest ad subueniendum proximo per excommunicationem, quia tunc eleemosyna est in præcepto c.pasce.86.di-

5 stin.secus vbi tanta nõ imminet necessitas, quia tunc † eleemosyna est de genere bonorum & non de precepto d.c.sicut cum gl. Est etiam casus specialis, vbi quis cogitur emere,de quo habetur in l.communi.§.fin.ff.commu.diu. & in l.Iulianus.§.idem Celsus.ff. de actio.empti.&.§. si familiæ cum.§.sequ.Inst.de offi.iud. & hoc ibi operatur necessitas, & partium vtilitas. Sed quod fisci causa cogatur quispiam

6 emere publicata bona non reperitur iure cautũ, & † Fiscus in casibus in quibus nõ apparet priuilegiatus, vtitur iure priuati l.quod placuit,& ibi glo.ff.de iure fisci & glos.item veniunt.§.in priuatorũ.ff.de pet.hæred.& in.l.1.vbi Bar.Bald. & alij.C. eod. titu. quinimo videtur potius statutum fuisse contrarium, vt nemo cogi possit ad fiscalium rerũ emptionem vt probatur in l.licitatio.§. ad cõducendum.ff.de pub. l.non intelligitur.§.cum quinquennium.ff.de iure fisci, vbi

7 habetur, ꝙ † nemo cogitur publica vectigalia inuitus conducere, & dicit Paul.de Cast.in l.cotem.§. qui maximos in

8 primis verbis.ff.de publi. quod † tribus cõcurrentibus quis cogitur emere reditus fiscales,si in præteritũ emerat, & maximos fructus perceperat, & in futurum nõ reperitur emptor,vbicunq; autem aliquid illorũ deficeret non compelleretur,& ita intelligit illum text. prout etiam illum intelligunt Bar.& alij scrib.ibi & Bald.in.l.1.colum.fin.C.de hęred.vel actio.vend.eodem exemplo statutum est, ne Emphyteotæ fundorum patrimonialium Cæsaris directũ dominium emere cogantur.l.possessores.C.de fun.pat.lib.11. Vnde nullo modo est dicendũ,quod de iure cõmuni ditiores cogi valeant ad emendũ bona publicata. Solebant autẽ fisci prædia, si iura cõmunia intueamur, sub hasta locari ad tempus,vel in perpetuuum licitatione indicta, vt toto titu. C.de loca.præd.fisc.lib.11.cum duob.tit.sequ. Nec aliquid facit,quod hic versatur publicũ interesse, vt delicta puniantur,quia nõ fit,quin delicta puniantur bonis publicatis, etiã si ea emat nemo, sed fiscus ea sibi seruet, & dato, quod his fiscus non frueretur, attamen delinquens non manet impunitus amissis bonis, & tamen frui poterit, per volũtarios conductores,vel proprios colonos,& si reditus etiam assequeretur minores,quàm merita locorum deposcerent, nõ habet admodum indignari, nec ideo municipes cogere ad emendum, quum tractet de lucro etiam odioso ob pœnas

9 erepto: non enim † fisco fauendum est vbi tractat de lucro descendente ex delicto vt Cuma. inquit in.l.1.ff.sol. matri. quem ibi sequitur Alex. colum.1. & latius Ias.colum.10.& idem dicit Io. de Platea alios adducens in.l.1.C. pœn. fisc. cred.pręfer.lib.10.Non obstat modo aliud, ꝙ allegans pro fisco adducit,quod versatur vtilitas publica, vt cogãtur ditiores ad emendum,quia si prędia remanerent penes fiscũ, eximuntur de æstimo communis,attento,ꝙ fiscus non tenetur ad collectas extraordinarias pro bonis publicatis.l.2. C.de

C.de priu.do.Ang.li.11.l.omnia.C.de coll.fun.fisc.eo.lib.ergo ne æstimum minuatur, potest ratione huius publicæ vtilitatis statui, vt ditiores compellantur emere. Respódetur, ꝙ æstimum esse maius respicit principaliter. vtilitatem priuatam, quia hoc non affert vtilitatem singulis & vniuersis, sed in particulari & distributiuè, vt singulis, vt colligitur ex doctrina Bar.in l.1.col.4.ff.sol.mat.nam quanto maius erit æstimum, tanto facilius sustinebũtur onera, ab his, ad quos particulariter spectat solutio collectarum, & pro huiusmodi vtilitate priuata, nõ potest statuto vel lege ius alterius imminui, quia prima caritas incipit à se ipso.l.præses.C.de ser.
10 & aq.& † nemo tenetur alteri benefacere gl.in ca.ad reprimendum de off. ordin.& nõ est causa legitima legem condere in gratiam vnius priuati, cũ præiudicio alterius priuati secũdum Ang.in.l. Antiochensium.ff.de priu.cred. & dicit Bal.in.l.fin.col.2.ff.de const.Princ.quod non debet Imper. vnum altare cooperire, & discooperire alterũ.l.assiduis.§. exceptis.C.qui potio.in pig.hab.ad quod facit bo. tex.in ca. deniq;.14.q.5.vbi dicitur, ꝙ si nõ potest vni subueniri, nisi alter lædatur, cõmodius est neutrum iuuari, q̃ alterum lędi.
11 Illud autem, quod dicitur, † ꝙ ratione publicæ vtilitatis licet auferre ius alterius, procedit in vtilitate principaliter publica respiciẽte omnes in communi & particulari, & ita loquitur tex.in.l.item si verberatum.ff.de rei vendicat.& in.l. Lucius.ff.de euict.& in.l.2.C.quib.ex cau.ser.ad liber.peru: cum alijs pluribus, quæ adduci possunt. Præterea si inspicitur, quæ sit vtilitas publica latè & impropriè loquendo, magis in commune vtile est, quod nullus cogatur ad emendũ, quàm quòd æstimum aliqualiter augeatur, quia (vulgato attestatum est carmine)

Non bene pro toto libertas venditur auro.

12 Clarum est autem, † ꝙ vtilitas publica maior præferenda est alij publicæ minori cap. bonæ de postul.præl.l. cætera.§.sed si quis & ibi Pau.de Ca.& Moder.not.ff.de leg.1.l. actio.§.Labeo.ff. pro soc. Et qm̃ de libertate illata est mentio, nõ omitto † quod leges valdè abhorrent libertatẽ onerari.l.1.§.quæ onerandæ.ff.quæ res ac.nõ deb.l. si quam.C. de op.lib.quem tex.not. ibi Bald. pro rusticis & Vasallis, ꝙ non possunt facere instrumenta in pręiudicium suæ libertatis, & idem repetit Bal.in.l.liberti col.pen.C.eod. Non obstat consuetudo, quæ dicitur vigere, qua homines coguntur ad huiusmodi emptiones, quia negatur, quod aliqua legitima sit & efficax consuetudo. Nam præsupponitur, ꝙ antea cogebantur subditi ad emendum, nunc etiam tractatur, an
13 (see above)
14 cogi posint, & vbi † adhibetur vis, clarum est, ꝙ consuetudo non inducitur, quę ortũ habet à libero multitudinis consensu. Considerandum est etiam, ꝙ posito citra præiudiciũ veri, quod id posint principes facere iuridicè, tñ ad actum practicũ res difficulter redigi potest: Nam si volumus ditiores esse eos, qui multa posident prædia, prout hactenus factitatum fuisse dicitur, hoc non procedit, quia potest multa posidens pręddia oneratus esse ære alieno, vel opus illi esse pecunia ad collocãdas filias vel sorores. Vel potest aliquis multorum prędiorum esse dominus, & non habere numeratam pecuniam, & iniquũ esset, vt cogeretur propria vendere, vt emat fiscalia. Nec minus iniquũ esset, quòd aliquis, qui haheret multas possesiones in aliqua parte territorij, cogeretur magno suo incommodo emere tria, aut quatuor terræ iugera, longè à suis distantia: vix ergo videtur id rectè fieri posse absq; iniuria subditorum. Vnde (saluo semper meliori iudicio) rem totam omittendam censerem.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres verbum in materia feudali ad descendentes solet referri.*
2 *Primogenituræ ius primogenito concessum, non debet alijs secundo genitis præiudicare.*
3 *Stipulatio facta à patre pro se & filijs, procedit ordine successiuo.*
4 *Ius quæsitum nobis sine facto nostro, à nobis auferri non potest.*
5 *Emphyteosis recepta à patre pro se & filijs, per institutionem vniuersalem factam, per patrem in filium, filiæ non aufertur pro eius portione, etiamsi pater in testamento, eidem reliquerit rem certam, iusseritq; eam esse tacitam & contentam. & nu.23.*
6 *Feudum nouum acquisitum per patrem, potest vni tantùm ex filijs relinqui & assignari secus in feudo antiquo, quia non potest relinqui inæqualiter vt nu.22.& 25.*
7 *Emphyteosis concessa alicui patrifamilias, pro se & filijs, non potest renunciari à patre in filiorum præiudicium.*
8 *Feudum non potest vni ex filijs à patre prælegari.*
9 *Feudi inuestitura facta in personam patris, pro se & filijs, potest per inuestientem limitari in primogenitum cæteris exclusis.*
10 *Emphyteosis concessa patri & filijs, mortuo patre, haberi per filios videtur à Domino per mortis causa capionem, & ideo à Domino quandocunq; potest reuocari.*
11 *Emphyteosis ecclesiastica, quam recepit pater ab ecclesia, pro se, filijs & nepotibus, potest vni ex filijs in solidum prælegari.*
12 *Vasallus potest vni ex filijs assignare.*
13 *Emphyteosis ecclesiastica, quando est concessa alicui pro se filijs & nepotibus, quæritur ipsis ex stipulatione patris, & videtur donatio quædam à patre profecta, quæ potest & tacitè & expresè per patrem reuocari.*
14 *Primogenitus in terris feudalibus potest ex dispositione patris succedere.*
15 *Ius quæsitum nobis, tunc sine facto nostro à nobis non aufertur, quando competit irreuocabiliter, aliàs secus.*
16 *Legatum nepotibus nondum natis ab auo factum, patris contemplatione relictum censetur, ideo eis in legitimam imputatur.*
17 *Feudum nouum consentiente Domino, à patre potest alienari, absque consensu descendentium.*
18 *Ius patronatus à patre potest assignari vni tantùm ex filijs, etiam in aliorum præiudicium.*
19 *Electionis ius absenti quæritur ex sola eligentium voluntate, ante acceptationem tamen huiusmodi electio potest reuocari.*
20 *Feudum, vbi est hæreditarium, de eo potest pater pro libito disponere, in filiorum præiudicium.*
21 *Feudum hæreditarium vni tantum ex filijs, ex patris dispositione per fideicom. relinqui potest.*
24 *Argumentum, à dote ad ceteros contractus, validè sumi non potest.*
26 *Feudum nouum pater potest repudiare, etiam in filiorum præiudicium.*
27 *Emphyteota non potest conuentioni habitæ cum domino contrauenire, per quam voluit Dominus ad filios emphyteosim peruenire.*
28 *Princeps habens iura Imperialia, ea potest in eius territorio, quæ Imperator in vniuerso Imperio.*
29 *Imperator potest statuere, vt in feudo iurisdictionali nõ solum nouo, sed etiam antiquo, primogenitus succedat.*
30 *Primogenituræ ius ad prędia tam rustica, quàm vrbana, & ad omnes prouentus extenditur, vbi pro feudalibus possessa & tenta fuerint. per primogenitos,*
31 *Fines. Omne, quod intra fines est, ad Dominum finium spectat, & pertinet.*
32 *Vasallus nõ habet intentionem fundatam contra possessores rerum particularium, ratione proprietatis & dominij.*
33 *Opinio seu fama constituens aliquem in possessione libertatis vel seruitutis, onus contrarium probandi in aduersariũ transfert.*

34 *Probatio plena redditur, per famam excedentem spacium centum annorum.*

35 *Singularis verborum prolatio, vnũ tantum comprehendit.*

36 *Notarij stipulatio, & iuramentum instrumento interpositũ, operantur in instrumento, vt ius absenti quæratur.*

37 *Primogenitus non tenetur assignare tantundem secundo genito via compensationis, vt soluitur in nume. 40. circa medium.*

38 *Emphyteosis, quam pater habuit pro se & filijs, potest à patre vni filiorum relinqui, modo tamen tantundem vltra legitimam alijs relinquat, fallit tamen quando pater illius est auctor vt nu. 42.*

39 *Dominiũ quando auferatur alicui, debet in æquiualens compensari, limita vt nu. 43.*

40 *Vasallus amittens feudum ex facto Domini sine sui culpa, æquiualens à Domino consequi potest, si in eo scilicet plenum dominium habuisset, secus si vtile tantũ vt nu. 47.*

41 *Papa auferens de potestatis plenitudine beneficium, quod prælato contulerat, non tenetur ei de æquiualenti prouidere vt deciditur in nu. 48.*

44 *Prælatus in quærendis, non in quæsitis præiudicare potest.*

45 *Ecclesiarum iuribus per Laicorum statuta derogari non potest, quod intelligitur in quæsitis, nam in quærẽdis secus.*

46 *Imperator legitimare potest spurium ante aditionem hæreditatis in præiudicium venientium ab intestato.*

49 *Primogenituræ ius excludens secundogenitum à bonis Feudalibus, eundem etiam excludit à fructibus.*

50 *Feudatarius potentius habet ius in fructibus, quam vsusfructuarius, quia iste dominium tãtum consequitur in perceptis. ille vero etiam in pendentibus & percipiendis.*

51 *Fundus dari non dicitur, quando vsusfructus extrahitur.*

52 *Verba hæc, pleno iure, non solum proprietatem, verum etiã vsumfructum comprehendunt.*

53 *Testator cum legat vsumfructum vxori, alijs simpliciter hæredibus institutis, tunc hæredes, mortuo testatore, non concurrunt cum vxore in vsufructu, secus si pleno iure essent instituti, quia plenum dicitur id, quod diminutionem & aditionem non patitur, vt nu. 54.*

55 *Papa concedens alicui ecclesiam pleno iure, omne ius episcopale transfert, nihilq; episcopo reseruat. amplia vt n. 56.*

57 *Primogenitus de victu & vestitu, iuxta redituum facultatem habet secundogenitis prouidere.*

58 *Primogenito, per diuisionem bonorum feudalium, non derogatur.*

59 *Actus. Ex actibus hominum nunquam præsumitur in plus, quàm se actus extendat.*

60 *Diuisio erronea non præiudicat.*

61 *Fideicommissum tunc censetur remissum, quando hæc tria concurrunt, scilicet, quòd magna sit sanguinis coniunctio, quòd creditor diu tacuerit, & quod ratio fuerit sæpè calculata, nulla facta debiti mentione, alias altero eorum deficiente secus.*

62 *Primogenituræ iuri antiquitus lege vel consuetudine concesso, pater præiudicare non potest.*

CONSILIVM. 501.



N causa & lite vertente inter Illustriss. D. Philippum Comitem de Sabaudia ex vna, & Illustriss. D. Claudium comitem pariter de Sabaudia ex altera corã Illustr. & Potentissimo D. Emanuele Philiberto Sabaudiæ Duce. Viso themate antescripto, & dubijs ex eo elicitis, nec non & priuilegio, de quo ibi fit mentio, & omnibus, quantum in me fuit, consideratis, Sentio partes D. Ducis fore in pronunciando in fauorem prædicti D. Philippi; quod vt facilius liqueat, accedam ad resolutiones singulorum dubiorum eo ordine, quo proponuntur. Circa igitur primum dubium, dum quæritur an primogenitura concessa, per Illustrissimum quondam D. Ludouicũ Principem Achaiæ vsq; de anno. 1414. die. 22. Februarij, communitati, & hominibus Raconixij, per quam dispositum fuit, quod decedente Illustriss. D. Ludouico filio naturali ipsius Illustrissimi Principis inuestientis, cum pluribus liberis masculis primogenitus tantùm succedat, & sit & esse debeat insolidum Dominus loci prædicti Raconixij exclusis penitus & omnino quibuscunq; alijs D. Ludouici liberis, tam masculis, quàm fœminini sexus, & sic de primogenito in primogenitum per lineam descendentium vsque in infinitum peruenire debeat successio. Et quæ postmodum concessio fuit approbata & ratificata per præfatum D. Ludouicum primum inuestitum de d. oppido etiam cum iuramento: potuerit præiudicare & fieri in præiudicium filiorum nondum natorũ, quibus videtur ius quæsitum fuisse ex prima inuestitura, quæ præsupponitur fuisse facta D. Ludouico recipienti pro se, & filijs, seu pro
1 se, & hæredibus accipiendo illud verbum hæredibus † pro descendentibus, quemadmodũ accipi solet in materia feudali cap. primo. §. & si clientulus de alie. feu. Ista quæstio nõ videtur procedere sine scrupulo, propter rationes & auctoritates contrarias, & inuicem se oppugnantes, ideo diligenter discutienda venit. Et prima cõsideratione videretur di
2 cendũ quòd † Illustrissimus quondam D. Ludouicus Princeps Achaiæ accedente etiam consensu præfati D. Ludouici eius filij primi inuestiti de d. oppido Raconixij, nõ potuerit præiudicare per prædictam concessionem secundo & tertio genitis D. Ludouici transferendo omne ius in pri
3 mogenitum: Nam quotienscunq; pater † stipulatur pro se & filijs, hæc stipulatio intelligitur facta ordine successiuo, videlicet primo pro se, & post eius mortem pro filijs, & ex tali stipulatione patris quæsita est vtilis actio filijs l. quodcunque. §. si quis ita, & l. quod dicitur, & ibi Bart. ff. de verborum obligationibus: propterea nõ debet posse pater ius communi filiorum nomine quæsitum eis auferre, & vni applicare, vt est text. in cap. primo ibi nulla ordinatione de-
4 functi valente de succes. feu. Et quia † ius nobis quæsitum sine facto nostro, à nobis auferri nõ potest. l. fin. ff. de pac. l. si post mortem. §. fin. ff. de bo. poss. cont. tab. l. sicut. C. de actio. & oblig. Hoc etiam comprobatur ex eo, quod Bart. scribit consil. 53. Dominus Amatus & consil. 60. Quæstio ista habet duo dubia, & in l. vt iusiurandi. §. si liberi. ff. de
5 ope. lib. Vbi loquitur de † patre, qui receperat emphyteosim pro se, & filijs, & in testamento filium hæredem instituerat vniuersalem, & filiam instituerat in re certa, & iusserat eam esse tacitam, & contentam, & plus petere non posse, & concludit ꝙ nihilominus filia poterat consequi portionem sibi contingentem in emphyteosi, mouetur inter cætera Bar. quia filia, non habet emphyteosim, vt hæres patris, vnde dispositio patris aliquid non valet cap. 1. in princ. de succes. feu. sicut etiam contingit in actione de dote, quæ queritur filiæ ex stipulatione paterna: Nam pater non potest imminuere ius filię, nisi tãtundem sibi relinquat. l. si cũ dotem. §. si pater. ff. sol. mat. Præterea hoc decidit Bal. in terminis cap. 1. colum. 4. versi. quærit hic glo. multum notabiliter, an agna. vel filius, & latius in cap. Imperialem colu. 4. versic. quæro vtrum pater de prohi. feu. alie. per Fede. vbi
6 ponit opinionem quorundam, quòd † pater possit assignare feudum vni filiorum, si pater illud sua probitate acquisiuit, secus si acquisiuerunt antecessores, ponit etiam alios, dicere, quòd bene merito potest assignare, Ipse autẽ concludit, quod non possit, nisi processerit de fratrum cõsensu, vel ratihabitione, idem etiam videntur voluisse Bald. & Ang. in. l. apud Iulianũ. §. si quis alicui. ff. de leg. 1. Vbi post Din.
7 dicunt argu. illius text. quòd † si conceditur alicui emphyteosis pro se & filijs, pater non poterit renunciare in præiudicium filiorum leg. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verbor. oblig.

oblig. Vlterius pro eadem parte negatiua adducitur Bar. & Ang. in l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de pet. hære.
8 vbi referunt Iac. Butr. consuluisse, ꝙ pater † vni filiorum non posit feudū prælegare, quia ius, quod habet pater eius morte finitur. l. vxor patrui. C. de lega. Adducitur etiam pro hac parte Sal. consil. 228. Factum tale est duo fratres in fin. Ang. consi. 184. Ex forma & serie instrumentorum. 2. dub. Iac. Alua. in cap. 1. 2. not. de succes. feu. Eandem sententiam amplectitur Alex. consi. 106. Viso themate col. fin. & cons. sequ. lib. 4. Reperio etiam nonnullos Moder. idem tenuisse Iac. de S. Geor. in sua inuest. super verb. & cum pacto de ipso feudo circa prin. Fran. de Cur. consi. 25. tria ex facti narratione. 2. dub. Ioan. de Anast. cons. 37. Viso puncto. 2. dub. & ista sunt, quibus hæc pars videtur posse firmari. Tamen præmissis non obstantibus contrariam sententiam in proposita specie veriorē arbitror ex pluribus. Primo moueor, nam Princeps inuestiens d. Ludouicum filiū pro se, & filijs, videtur huiusmodi feudi concessionem voluisse effectū sortiri, prout superius dictum est. primo in personam d. Ludouici filij eo viuente, & post mortem eius in personam filiorum suorum. Et ita d. Ludouicus videtur recepisse, vt post
9 eius mortem feudum filij haberēt. Propterea † poterat Illustrisimus Inuestiens limitare d. concessionem factā filijs d. Ludouici post eius mortem in eius primogenito cæteris exclusis, prout in simili decidit Bart. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obli. vbi ponit quæstionem de eo, qui donauit fundum, vt post certū tempus esset cuiusdam ecclesiæ. Modo iste donator vult istud pactum remittere, quæritur, an posit, arguit. 1. quod non, quia ecclesiæ quæsita est vtilis actio. l. quotiens. C. de dona. quæ sub mo. contrarium determinat, quod ista pactio potest tolli voluntate donatoris, vel vtriusq; per tex. in l. 3. vbi etiam Bart. idem dicit. ff. de seru. expor. & in l. 3. ff. qui si manu. ad lib. peru. & in l. 1. C. si man. ita fu. alie. & hanc decisionem Bart. tenent ibi Cuma. Imo. Alex. Aret. & Soci. & communiter approbatur, vt nouissimè ibi Ias. latius prosequitur, & in casu nostro illa decisio tanto magis procedit, quia nō solùm de cōsensu donatoris, sed etiam donatarij facta fuit reuocatio quo casu opinionē Bar. amplectitur Bald. qui in quibusdam alijs repugnat in l. cum à socero in fin. C. de iure dot. & magnificat istud Are. consi. 74. Diligenter & maturè ponderatis. 3. dubio. Secundo pro eadem sententia adducitur id, quod scribit Bart. in l. mortis causa capitur. ff. de don. cau. mor. vbi inquit, ꝙ quan
10 do † pater recipit in emphyteosim pro se, & filijs, filij adiecti sunt, vt capiāt post mortem patris, ideo videntur à domino capere causa mortis patris, & sic est mortis causa capio, ita ibi Bart. ex quo infertur, ꝙ Dominus posit quandocunq; reuocare id, quod per mortis causa capionem concessum est filijs. l. non omnis. ff. si cer. pet. l. qui mortis. ff. de don. cau. mor. & hac ratione vtitur Maria. in cons. postmodum allegando, licet non adducat Bar. in loco præallegato. Tertio adduco Spec. in tit. loca. §. nūc vero aliqua versi. 78. vbi ponit quæstionem de ecclesia, quę concesit vineam in emphyteosim Titio filijs, & nepotibus. Titius vnū ex filijs in solidum, alios in Falcidia sibi tm̄ hæredes instituit. Quęritur vtrū emphyteosis debeatur illi filio hæredi in solidū instituto, an omnibus pro virili portione. Primo arguit ꝙ omnibus pro virili, deinde arguit in oppositum, ꝙ illi tantū in solidū instituto debeatur, quasi pater potuerit vni ex filijs gratificari prælegando vel hæredem instituendo, & ibi in fin. dicit idem esset in feudo, & sic ex quo ponit hác opinionem vltimo loco illam censetur approbasse iux. no. in l. bona fides. ff. depo. & dicit Pau. de Ca. in cōsi. infra adducendo, quod Spec. hoc ibi expresse determinat. Quarto adduco Bal. in Aut. si quas ruinas col. 5. versi. iuxta hoc quero. C.
11 de sacrosf. eccles. vbi quærit vtrum Pater, † qui recepit ab ecclesia emphyteosim pro se filijs & nepotibus posit vni filiorū prælegare. Et primo dicit, ꝙ non per rationes quasdā, tandem concludit oppo. quia quum filius capiat tanquā ex donatione paterna, pater quo ad filiū in potestate, potest ab vno filio reuocare & insolidum alteri filio cōferre. l. 2. C. de inoff. don. & adducit Spec. in loco præallegato, Præterea ꝙ pater posit feudū vni ex filijs prælegare, decidit idem Bal. post Iac. Veron. in sua laudabili summa in c. 1. §. & quia vidimus col. 2. versi. sed quæro, qui feu. dar. pos. per quædā iura, quæ ibi adducit. Quinto in eandem sententiam adduco Iac. de Ardiz. Veron. in summa feudorū in tit. ex quib. cau. feu. amit. vers. Verū licet posit, vbi disputando tenuit, quòd
12 † Vasallus vni ex filijs posit feudū asignare, refert & sequitur And. Sic. in duobus cōsilijs postmodū allegādis, & Bal. in d. c. 1. §. & quia vidimus vers. sed quæro. Nam dū allegat ibi D. Iacobum intellexit (vt opinor) de isto, quandoquidē paulo ante de Iac. Veron. facit mentionem, cuius etiam opinionem ibi sequitur. Sexto adduco Pet. de Anch. cons. 143. casus talis est fratres acquisiuerunt. Nam in casu suo pater susceperat emphyteosim ab ecclesia pro se filijs & nepotibus. Emanauit postmodum rescriptū Apostolicū, quo permittebatur habētibus bona emphyteotica posse sibi illa appropriare soluto certo pretio, dubitabatur an pater potuerit alij, q̄ filio relinquere. Et primo arguit ibi Pet. de Anch. quod non potuerit; quia post q̄ ex stipulatione paterna quæsitum fuit ius filio in rebus emph yteoticis. §. ei qui Inst. de inut. stip. l. quod dicitur. ff. de verb. obl. non videtur ius quęsitum filio per patrem posse auferri l. insulā. §. fin. ff. sol. mat. l. si post mortem. §. fi. de contratab. Clem. constitutionem ante fin. de elec. cōtrarium concludit ipse, præmittendo, ꝙ ex stipulatione paterna filio de præsenti nullū ius fuit quæsitum, sed tantum post mortem patris, qui sic stipulando pro se filijs & nepotibus videtur stipulatus fuisse ordine succesiuo iux. not. per Bar. in l. Gallus. §. quidem rectè. ff. de lib. & posthu. Vnde videtur ꝙ pater potuerit priuare filiū ista acquisitione, quæ pēdet & est in spe non re per tex. in l. 3. ff. de seru. expor. & per not. per Bart. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obl. vbi Donator reuocat pactum de lucrādo, licet ex eo ecclesiæ sit ius quæsitum, postquam ex solius donatoris prouisione illud lucrū veniebat, & subdit Petr. de Anch. ꝙ hoc maximè videtur verum in casu suo, quia ista acqui-
13 sitio quo ad filium est quædā donatio à patre profecta, † & potest dici ista acquisitio descēdere ex causa profectitia, nō aduentitia, postquā nulla filij merita præcesserunt, iux. not. in Aut. vnde si parens. C. de inoff. testa. talis autem donatio potest per patrem expresè & tacite reuocari. l. filię. C. fam. hercisc. l. 2. C. de inoff. don. & satis dicitur reuocata, ex quo bona alijs relinquit. Septimo adduco Pau. de Ca. cons. 179.
14 In causa, quam magnificus col. 3. lib. 1. vbi tenet ꝙ † in terris Feudalibus pater posit disponere, ꝙ primogenitus succedat. Mouetur per text. in l. 2. post princ. C. de secun. nupt. vbi mulier, quæ tenetur seruare filijs primi matrimonij ea, quæ fuit consequuta à primo viro, potest eligere vnum ex filijs, quem vult, & alios excludere. Ad idem allegat tex. in l. 1. in prin. & per totū. ff. de asig. liber. vbi licet ius patronatus descendat in omnes liberos æqualiter. l. vt iusiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. tn̄ potest pater vnum ex liberis eligere, & illud sibi in totū asignare, & alios excludere. Item si aliquis rogatus est post mortem suā relinquere aliquam rem familiæ vel in familia, potest vnū solum de familia eligere, & illi soli relinquere l. filiusfam. §. pen. ff. de leg. 1. l. vnū ex familia in prin. ff. de leg. 2. l. is qui cum plures. ff. de leg. 3. Adducit etiam Paul. de Ca. ibi Spec. in loco præallegato & Bal. in Aut. si quas ruinas, & addit ibi Pau. de Cast. istud maximè procedere, vbi feudū est iurisdictionale, nam ex hoc resultat vtilitas publica, ꝙ solum primogenito relinquatur, quia vtilius est subditos regi per vnum, quam per plures, & propter discordias tollendas, & seditiones, quæ inter plures emergunt. Vnde etiam si nō esset hoc æquum, quia alij filij priuantur iure suo. l. 2. §. 1. ff. de his qui sunt sui vel ali. iu. tn̄ propter bonum publicū, quod inde sequitur debet tolerari iux. not. per gl. in l. 1. in prin. ff. de iust. & iur. & ad tex. in c. 1. de succes. feud. vbi dicitur non valere dispositionem paternam in feudis, respondet, quòd ille tex. procedit, quando pater disponeret in personam extranei, secus si disponeret in personā vnius ex filijs, maxime quādo facit bono publico.

Ecce, quod Pau.de Ca.ibi decidit præsentem quęstionem: nam in casu nostro cōcurrit quoq; illud quod ipse maximè considerat. Sunt enim infeudata nobilia oppida cum mero & mixto imperio & regalibus, ideò potuerunt meritò primogenito relinqui, vt subditi facilius, & commodius regimen assequantur. Octauo addo Imo.in c.potuit col.17.loca.vbi latè tangens quęstionem determinat, ꝙ pater, qui recepit emphyteosim pro se filijs & nepotibus, possit vni filiorum eam prælegare cæteris postpositis. Mouetur ijsdem fundamentis, quibus moti sunt nōnulli Doctores superius relati, videlicet, quia siue ista sit donatio causa mortis, possit eam pater reuocare, & quia etiam ius in spe opera & facto meo quæsitum, potest per meam pęnitentiam tolli iux.no. per Bart.in d.l.qui Romæ.§.Flauius, & per Bald. in l.1.C.si manc.ita fue.alie. & respondet ibi Imo. ad tex.in l.id quod
15 nostrum de regu.iur.ꝙ Regula illius tex.† procedit in iure, quod competit nobis irreuocabiliter, quia non potest tunc sine facto nostro ab inuito auferri, sed si cōpetit reuocabiliter non est absonum, ꝙ per pœnitētiam sine facto nostro ab inuitis auferatur: patet in d.§.Flauius, & in l.3.ff.de ser. expor. & ꝙ ius sæpius alicui quæratur reuocabiliter probat ibi per plura iura, quę videri possunt, & respondet etiam ibi alijs quibusdam, quæ in contrariū facere videbantur. Eandem opinionem tenet idem Imol. in l.si domus.§.fi.in fin. & in l.apud Iulianum.§.si quis alicui, & in l.filiusfa.§.cū pater.ff.de leg.1.Nono adduco Are.in d.l.apud Iuliannm.§.si qui alicui.ff.de leg.1.vbi in hoc articulo vtrū pater, qui recepit emphyteosim seu feudū pro se, & filijs possit alienando pręiudicare filijs, relatis opinionibus contrarijs, ipse demum sequitur distinct. Bal.quam posuit in l.1.in fin.C.per quas perso.nob.acq.videlicet, quod si pater receperit feudū vel emphyteosim exponendo aliquid de suo, tunc videtur, ꝙ filij habent feudum vel emphyteosim ex tacita donatione paterna, & per consequens est reuocabilis. Si autem pater nihil dedit de suo, vt ea obtineret, tunc filij videntur habere ex mero beneficio concedentis, ex quo sequitur, ꝙ quum nihil habeant à patre, ius, quod habent ex persona alterius, pater non potest ei auferre. Et sic ibi Aret. sentit, ꝙ si Dominus reuocasset emphyteosim seu feudum prout in casu nostro valeret reuocatio, quia tūc nō possunt filij obijcere patri, ꝙ non possit id reuocare, quod habēt beneficio D. concedentis. Præterea dicit Aret.in d.§.si quis alicui in fin. quòd sicut qn̄ pater dedit pecuniam pro habendo feudum vel emphyteosim resultat tacita donatio: ita indubitanter dicendum, quando apparet ex forma concessionis, vel alio modo legitimo, ꝙ conceditur feudum vel emphyteosis in personam filiorum cōtemplatione patris recipientis, quia quicquid datur filio contemplatione patris profectitium est l.sed si plures.§.in arrogato.ff. de vulg. & pup.l. fin.cum ibi no.C.de vsufr. Sed in proposito est considerandum, quod Illustrissimus inuestiens erat pater d.Ludouici, cui feudum, concedebat pro se & filijs, vnde censetur d.feudum concessum fuisse ab auo nepotibus, & reliquis successiuè descendentibus cōtemplatione filij, qui erat in primo gradu, & quem videbat, nam ad vlteriores, & nondum natos non tanta habetur affectio l.fin.C. de verb. signifi.l.qui filiabus in prin.ff.de leg.1.& rectè dixit Ang. consi.78. Ad
16 istud dubium, &c.quòd † legatum factum nepotibus nondum natis ab auo, censetur relictum cōtemplatione patris, & per consequens tanquam à patre profectum, eis in legitimam imputatur. Decimo adduco And. de Iser. in c.1.de
17 alien.feu.pater.qui vult, ꝙ † pater feudum nouum susceptū pro se & filijs, seu pro se & hæredibus, possit alienare consentiente Domino absq; consensu descendentium quia illud, quod acquiro possum alienare pro libito.l. qua ratione. §.hoc quoque.ff.de acq. rer. dom. Item quia, quum solum prohibitio sit facta in feudo paterno, videtur esse permissa in nouo l.cū prætor.ff.de iudi.& hoc intelligit And.de Iser. procedere regulariter nisi expresse appareret, ꝙ inuestitura fuisset facta contemplatione filiorum, quia tunc filij admitterentur in partem etiā patre viuo l.fin.C.de impub.& alijs subst.& tunc pater de ea parte non posset disponere, & hāc decisionē And.de Iser.sequitur ibi Iac. Alua.circa.fin.vers. quæro nunquid feudū, & ibi etiam tenet Præpo.& nouissimè latioribus verbis Matth.de Affl.ibidem, & in c.Imperialem in princ.11.not. de prohi.feu.alie. per Fed.Ias.in l.2. col.pen.C.de iure emphy.& And.Sic.in duobus Cons.inferius allegandis & Alexan. cons.28.In causa & lite vertente col.1.lib.5.& consi.118.Attentis narratis col.2.lib.6. Fran. de Cur.consi.83.Deus pius col. prima. Vndecimo adduco Marian.inter consi. filij consi.25. Dominus Franciscus secundo dub.vbi mouētur per rationes supra adductas & per
18 illud, quod dicimus de iure † Patronatus patris, in quo licet filij veniant, vt filij, & non vt hæredes, tn̄ potest pater vni soli assignare, & sic alijs filijs præiudicare l.vt iusiurandi.§. si liberi.ff.de ope.liber. Item mouetur per ea, quæ dicuntur
19 in simili de electione absentis, † cui ex sola volūtate eligentium ius quæritur l.Labeo.ff.de iurei.& l.Publius.ff. de cōd. & demonst. tamen ante acceptationem potest huiusmodi electio reuocari, ex quo illi non est quęsitum ius plenum & irreuocabile, vt per Bar.Ang. & Imo.in l.absenti.ff.de don. & Ang.in l.ex eo.ff.de testa.milit. adducit Spec. in præallegato.§.nunc aliqua versi.78. & quod ibi scribit Ioan. And. in fortioribus terminis, vbi inquit, ꝙ si voluntas fuit patris, ꝙ vnus solus filius haberet, licet ignoretur de quo filio, tamen ille habebit, quem eliget Dominus emphyteosis l.legato generaliter.ff.de leg.primo, vnde concludit ibi Maria. quòd fortius potuerit pater cum consensu domini directi alienare. Duodecimo idem tenet Alex.cons.12.Perspectis his, quę in themate in fin.lib.5.Decimo tertio idem amplectitur And.Sicu.inter consi. Alex.consi.55. Perspectis his, quæ in themate col. antepen. lib.4.& in opere suorum voluminum cons.66. Afferam illud in mediū lib.4.vbi latissimè hunc articulū discutit, qui erat principalis illius consultationis, & in hanc sententiam concludit & approbat cons. Floria. Ioan. de Imo. Ioan. de Ana. & Nicol. de Raym. qui ante eum illo in casu idem tenuerant. Decimoquarto sequitur hoc idem Ias.consi.236.Viso titulo quęstionis lib.2. Decimo quinto tenet idem subtilis. Doc.Carol. Rui.cōsi. 45. Habita super his col.antepen.lib.4. Vltimo cōsiderandum est, ꝙ non apparet de inuestitura facta per Illustrissimum Ludouicū patrem Ludouico filio de d. oppido Raconixij, vnde in dubio censendum feudum fuisse receptū pro se & hæredibus seu pro se filijs & hæredibus, quo casu feu-
20 dum censetur hęreditarium, & vbi † feudū est hęreditariū, potest pater de eo disponere in præiudicium filiorum, quia non possunt contrauenire facto defuncti, vt scribit Matth. de Afflict.in c.1.col.4.versi.modo quæro quid in feudo.de alie.feu. pat. Alex. consi.118. Attentis narratis col.2.lib.6. Ias.in.l.2.col.pen.C.de iu.emph.ad quorum scripta breuitatis gratia me refero, non omittens, quòd istud est de mente Rom.consi.35. Visa facti serie, &c. tertio dub. vbi vult, ꝙ vbi filij succedunt ex testamēto patris sicut præsupponitur in themate contigisse in casu nostro, tunc potest pater de emphyteosi disponere, quomodocunq; ad filios pertineat, quia potest hęres in re sua grauari.§.nō solùm Inst.de lega. l.vnum ex familia.§.si rem.ff. de lega.2. Quod etiam confirmatur ex eo, quod Alex.scribit in l.si patroni col.6.versi. quantum vero ad articulum.ff.ad Trebell. vbi vult, ꝙ Feu-
21 dum † hæreditarium ex dispositione testatoris possit alteri relinqui filiorum per fideicommissum, quia filius institutus grauatus de restituendo alteri filio simpliciter adeundo hæreditatem videtur approbasse dispositionē testatoris, contra quam venire nō potest, vt ibi ipse latius prosequitur. Et tenendo hanc cōclusionem, ꝙ dictum oppidū Raconixij potuerit transferri in primogenitum primi inuestiti, & deinceps ordine successiuo ad alios primogenitos. Superest vt respondeatur his, quæ in oppositum adducta fuere. Non obstat igitur text. in c.1.de succ.feu.vbi probatur, quod pa-
22 ter non potest de feudo disponere † quia ille text. procedit in feudo antiquo, propterea pater nō potest de eo inæqualiter inter filios disponere, quia filij non habent feudum à patre,

patre, sed ab auo, aut alijs primogenitoribus.l. eum qui.ff. de interdi.& releg.secus in feudo nouo, quod ipse pater sua opera & vigilantia acquisiuisset, quia de eo potest ad libitũ disponere, prout superiora ostendunt, & maxime ea, quæ deducta sunt in decimo fundamento. Item responderi potest, ꝙ ille text. non procedit in feudo hæreditario, quia de eo, vt de re hæreditaria pater potest disponere præsertim in personam feudi capacem, & ita illum tex. intelligit Alex.in d.l.si patroni col.6.superius adductus. Item alio modo ad illum text. respondit formaliter Paul.de Cast. in præallegato consi.179.lib.1.cuius verba retuli superius in septimo fundamento, quod procedit qñ pater disponeret in personam extraneam, secus si disponeret in personam vnius ex filijs, maximè qñ id facit publico bono, quę responsio etiam inferius corroborabitur. Non obstat quod ex stipulatione paterna est quæsita vtilis actio filijs, & ius nobis quæsitũ sine facto nostro auferri nõ potest l.fi.ff.de pac.l.sicut.C. de act. & oblig. Nam ad hoc respondetur, quod filijs est quęsitum ius in spe tantum, ideo facilius auferri potest l.quę autem in princ.ff. quæ in frau. credit.l.patre furioso.ff. de ijs, qui sunt sui vel ali.iu.& ita respondet Sal.in l.1.C.si man.ita fue.alie. Vel si volumus dicere, ꝙ ius fuit quæsitum de præsenti, dicendum est, ꝙ fuit quæsitum reuocabiliter, videlicet patre in eadem sententia manente, & ita respondet Sal.in l.quotiens.C.de don. quæ sub mo. Imo.in d.c.potuit loca. & alij Doct.superius relati. Non obstat modo id, quod dicit Bar. in præallegatis consilijs & in d.l.vt iusiurãdi.§.si liberi, quia
23 respondeo, ꝙ in quæstione Bart.vbi † pater instituerat filiũ hæredem vniuersalem, & filiam instituerat in re certa, non apparebat clarè de volũtate patris, quod voluerit filiam institutam in re certa, priuare emphyteosi recepta pro se, & filijs, & in hoc Bar.ibi maximè se fundat, ꝙ in vnius filij institutione vniuersali, & alterius institutione particulari non videtur voluisse testator emphyteosim totã relinquere hęredi vniuersali, & priuari particulariter institutam, & sic remanet ibi quęstio voluntatis paternæ; sed in casu nostro pater reliquit d. bona primogenito exclusis cæteris posterius genitis: & licet Bart.in præallegatis locis adducat duo fundamenta, ꝙ pater nõ posit priuare alios filios emphyteosi, & vni filiorum eam assignare, tamen eius fundamenta nõ concludunt. Nam ad tex.in cap.1.de successio.feu.respondetur quod ille tex.intelligitur, quando pater disponeret in personam extraneam, vel in vnũ ex filijs de feudo paterno & antiquo, sicut in superioribus fuit demonstratum. Non etiam concludit simile, quod adducit Bar.de actione dotis, quæ tametsi quæratur filiæ ex stipulatione paterna, tñ non potest imminuere in ea ius filię: nam respondetur, quod illud procedit in dote, in qua pater est debitor necessarius ex dispositione legis: hic autem voluntariè pater stipulatus est filijs post eius mortem, ideo debet facilius de eo, quod ipse
24 quęsiuit, posse disponere. Pręterea de † dote ad cęteros contractus argui non potest, quia in dote multa sunt specialiter constituta fauore reipub.quæ ad cæteros casus pertrahi nequeunt, vt habetur in.l.1.ff.sol.mat. Præterea Bart.ibi loquitur in emphyteosi recepta pro se & filijs, vt patet ex themate ibi proposito, vnde nõ potest ex illa decisione inferri ad feudum hæreditarium per ea, quæ deducta sunt in vltimo fundamento. Non obstat auctoritas Bal.in oppositum adducta in cap.1. an agna. vel fil. & latius in c.Imperialem de
25 prohi. feu. alie. per Fede. quia respondeo, quod † d. opinio Bald. posset procedere in feudo antiquo acquisito via progenitorum, sed non in feudo nouo, quod ipse pater acquisiuisset, præsertim si d.feudum esset hęreditarium, vt ex superioribus opportunè ostensum fuit. Non obstat quod scribit Bal.& Ang.post Din. in d.l.apud Iulianum.§.si quis alicui, de patre, qui emphyteosim receptam pro se & filijs, nõ potest renunciare in præiudicium filiorum, quia respondeo, quod hæc decisio nõ facit in proposito, & miror quòd per quosdam allegetur, quia non quæritur nunc vtrũ pater possit repudiare emphyteosim in præiudicium filiorum, ita ꝙ omnes filij excludantur, sed vtrum vni filiorum eam possit assignare: Multa enim permittuntur in parte, quæ in toto prohibentur l.sed si hoc.§.fi.ff. de cond.& demon.l.in hoc iudicio.§.si conueniat.ff. commu. diu. & videmus in simili quòd pater iura libertorum non potest extraneo relinquere, potest tamen vni filiorũ assignare l.1.in princ.ff.de assig. lib. Et istud est, quod voluit Pau.de Ca.in pręallegato cons. 179. dum inquit, quòd pater non potest disponere de feudo in extraneam personam, sed bene in personam vnius ex
26 filijs. Pręterea nos † sumus in feudo nouo, in quo idem Bal. sentit in l.qui se patris colu.6.versic. item quæritur.C.vnde lib. quòd pater potest repudiare in præiudicium filiorum, quem sequitur Alex.in pręallegato consi.118.6.lib.& alibi sæpe consulendo. Non obstat quod dicunt Bald.& Ang.in l.item videndum in.§.nunc videamus.ff. de pet. hæred.vbi referunt Iac. Butr.consuluisse, ꝙ pater vni filiorũ non possit feudum prælegare, quia ius quod habet pater eius morte finitur l.vxor patrui. Respondeo, quòd hæc decisio nullatenus obstat casui nostro, quia non dicunt ibi isti Doct. ꝙ feudum nouum pater non possit prælegare vni filiorũ, sed loquuntur generaliter de feudo, & in feudo antiquo nõ hæreditario, sed in concesso ex facto & prouidentia, verum dicerent: sed ratio illa, quod feudum finitur morte patris, nõ concludit, quia dato, ꝙ finiatur, quoad ipsum patrem, nõ tamen finitur quoad filium, cui fuit legatũ, & qui potest illud petere ex stipulatione paterna, cæteri vero filij nõ possunt, quia ex legato in vnum eorũ collato ostenditur, quo ad cæteros patrem penituisse. Non obstat quod scribit Sal.in l.fi. C.de iur.emphy. vbi voluit patrem non posse emphyteosim legare vni ex descendentibus quando fuit recepta pro
27 se, filijs & nepotibus: Nam respondeo † ꝙ Sali. ibi se fundat ex eo, quia dicta emphyteosis fuit legata absq; Domini consensu, nam secundum eum non potest emphyteota contra conuentionem cum Domino habitam venire, per quam ad filios peruenire voluit, & sic pariter ad omnes, nec ei Dominus electionẽ dederit, sed in casu nostro pater habet voluntatẽ domini infeudantis, immo ipse D.infeudans est principalis auctor huius alienationis, quæ fit in primogenitos de gradu in gradum, & hanc eius voluntatem non absurdam neq; irrationabilem, immo vtilitati publicæ congruentem, Vasalli consensus est subsequutus. Et in hoc diligenter est animaduertendum, quod pleriq; ex Doct. tam antiquis, quàm modernis, qui tenuerunt feudum non posse per patrẽ vni filiorum assignari, moti sunt principaliter illa ratione, quia filij non habebant feudum à patre, sed à Domino concedente, ideo nõ poterat pater beneficium, quod ex alterius persona filijs competebat illis auferre, deinde videbatur hic etiam agi de præiudicio Domini concedentis, Nam si pater posset feudũ receptum pro se & filijs in vnũ eorum cõferre, derogaretur iuribus directi Domini, cuius interest, ꝙ omnes filij succedant, & non vnus solus, vt habeat plures Vasallos iux.tex.in c.omnes filij.si de feud. defun.fu.cont.in D.& Agn. sicut interest quoq; nostra plures habere debitores l.3.§.fin.ff.de lib.lega.glo.in l.pen.in verquod in veritate.ff.ne quis eũ, qui in ius vo. est, vi exi. Hæc omnia cessant in casu nostro, in quo directus D.est auctor, & dux huius trãslationis ab omnibus filijs in solos primogenitos. Non obstat Fede.de Sen. in præallegato cõsi.228. quia loquitur ibi Fede.dubitatiuè, per verbum forte, & eius dictum intelligendum est in feudo antiquo, non nouo per superius relata. Non obstat, quòd scribit Ang. consil.184. quia Ang. ibi format quæstionem, quam ponit Bart. in d.l. vt iusiurandi.§.si liberi, & eam sequitur per eadem ferè fundamenta, ideo responsio facta ad decisionem Bart.in d.§. si liberi, huic quoque alteri adaptari potest, Non obstat Iac. Alua.in cap.1.2.not. de succe. feud.quia ibi ipse loquitur generaliter, quòd vasallus nõ potest disponere, quod vnus filiorum suorum habeat duas partes in feudo, alter tertiam, & hoc procedere potest in feudo paterno & antiquo, vtrũ autem in feudo nouo per se ipsum acquisito id pater possit, nihil ibi tangit, & ad hoc bene placeat aduertere, quia per Modernos allegantur plures auctoritates antiquorũ Doct. qui



qui generaliter dicunt, ꝙ pater non potest inæqualiter disponere inter filios de feudo, vel ꝙ non potest præiudicare filijs in rebus feudalibus, certè huiusmodi decisiones non officiunt casui nostro, quia sermo ille generalis, vt sit verus, sufficit, vt verificetur in aliquo casu, & conceditur, quòd in feudo paterno & antiquo recepto pro se & filijs non potest pater præiudicare filijs in rebus feudalibus, conferendo illa, in personam extraneam, vel inter eos inæqualiter disponendo. Sed aliud in feudo nouo, præsertim si huiusmodi feudum sit hæreditarium. Non obstat ꝙ Alex. tenuerit partem negatiuam in præallegato consi. 106. quia idem Alex. tenuit contrariũ consulendo. Non obstant reliquæ auctoritates Modernorum, quia plures alij Moder. adducti sunt superius, qui contra eos partem affirmatiuã tenuerant. Vlterius ad prædicta omnia, quæ in oppositum obiecta fuerunt, accõmodatur generalis responsio, ampliando ea quæ dicta sunt supra in nono fundamento. Nam considerandũ est, quòd Docto. præallegati loquuntur quando Dominus directus concessit feudum extraneo pro se & filijs, seu pro se & hæredibus; sed in casu isto D. directus concessit feudum proprio filio pro se & nepotibus, & ex eo descendentibus, seu pro se & hæredibus. Non curo nunc, an istud feudum sit hæreditariũ, nec ne: necesse autem est fateri, quod auus concessit illo modo feudum filio aut mixta contemplatione filij & nepotum, & reliquorũ descendentium, aut contemplatione filij tantum. Si volumus dicere, quòd auus concessit feudum mixta contemplatione filij & nepotum & reliquorum descendentium, dicendum est, ꝙ auus hanc cõcessionem potuit reuocare & multò magis limitare respectu vtrorunque, siue ea sit donatio inter viuos l. donationes quas parentes. C. de dona. int. vir. & vxor. siue sit donatio causa mortis l. non omnis. ff. si cer. pet. Hæc enim concessio facta nepotibus ab auo, licet respectu filij sit aduentitia iuxt. not. per glo. & alios in l. qui aliena. §. interdum. ff. de acqu. hæred. & Bar. in l. quęsitum. ff. de leg. primo: tamen respectu aui est profectitia, ideò eam potest annullare, cũ hodie in profectitijs nihil sit immutatũ. iux. not. in l. cũ oportet. C. de bo. quæ lib. Sin autem dicimus, ꝙ contemplatione filij tantũ iam nati Auus fecit concessionem feudi, quod in dubio præsumitur & tunc clarissimum est, ꝙ hæc concessio facta nepotibus & reliquis descẽdẽtibus dicitur profectitia tanquam ab auo & patre pariter profecta, & vterq; eam potuit simul, vel separatim reuocare, & huic fundamẽto solidissimo valdè innitor, quod solùm sufficit ad victoriam. Deniq; simul omnia iungendo cõsideret æquissimus Iudex quod nos sumus in feudo nouo, & in feudo hæreditario, & in feudo cõcesso ab auo nepotibus, & reliquis descendentibus contemplatione filij, & in feudo non ablato filijs, sed ad filios primogenitos gratia vtilitatis publicè redacto. Hæc omnia proponens sibi ante oculos mentis Iudex facillimè adducetur, vt pronunciandũ existimet in fauorem Illustrissimi D. Philippi rei conuenti, tanquam optimum ius in præfato oppido Raconixij foueat. Alio & secundo fundamento principali defenditur illud ius primoge-
28 nituræ induci potuisse, quia † Illustrissimus inuestiens habebat in partibus illis iura imperialia, & ea poterat, quæ Imperator in vniuerso orbe iux. no. per Bar. in l. hostes. ff. de capt. & in l. 1. §. de qua re. ff. de postul. cũ simil. vnde potuit idem Illustrissimus D. Ludouicus ad preces hominum Raconixij considerans, ꝙ vtilius est subditis regi per vnum, quàm per plures, quia pluralitas Principum mala, & communio parit discordias, statuere derogando priori inuestituræ, ꝙ vnus tantum sit & esse debeat D. Raconixij, is scilicet, qui primogenitus fuerit, quoniã potest Princeps ex causa etiam dominium de iure gentium quęsitum, & ius alterius auferre, & nulla maior causa, vt id fiat, cogitari potest quàm subditorum vtilitas, quæ cũm sit publica præferenda est priuatæ, hoc quoque accedente, quòd ius, quod in feudo competit cæteris filijs & descendentibus nõ competit illis actualiter, sed in spe tantum, cui iuri, vtpote incerto & nondũ apprehenso, facilis derogatur: & ita per hæc & alia plura, ꝙ
29 † Imperator in feudo iurisdictionali non solùm nouo, sed etiam antiquo & progenitoribus concesso, valeat statuere, ꝙ primogenitus tantum succedat. Consuluit Ias. cons. 226. Viso tit. questionis lib. 2. & per eadem media in paribus terminis consuluit Dec. consil. 269. consultus ab Illustr. col. 3. versi. sin autem ex tenore, &c. Et curt. Iun. consi. eius primo, & alibi sæpe Moderni. Et hæc de primo dub. sint dicta, in quo, quia fui lõgior, conabor in reliquis breuitati stu-
30 dere. Veniendo ad secundum dubium, dum quæritur, † an dicta primogenitura facta de dicto loco Raconixij cũ omnimoda iurisdictione & pleno iure, ad molendina, census, reditus, prouẽtus eiusdem loci Raconixij, & ad alia prędia tam rustica, quàm vrbana extendatur. Respondeo, ꝙ si dicta bona, à tempore inuestituræ vsq; ad præsens fuerit semper tenta, & possessa pro feudalibus per primogenitos dominos Raconixij pręsumendũ est in feudũ concessa fuisse, ab Illustrissimo Principe inuestiente, cuius tũc erant, ex eo, quod voluit Pau. de Cast. in l. 1. in bonis lecturis. ff. de acqu. Posse. vbi tenet, ꝙ si aliqua sint bona, quæ non reperiantur à priuatis occupata, presumuntur esse illius vniuersitatis vel Domini, in cuius territorio reperiantur & illud dictũ Paul. de Cast. sequitur ibi Socin. contra Are. quia in isto casu non potest dici, ꝙ prædia fuerint in nullius bonis, quum dominia sint distincta de iure gentiũ & termini appositi l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & necesse sit, ꝙ bona, quę sunt intra fines territorij sint vniuersitatis, vel particularium personarũ cap. cum Bertoldus de re iud. ca. 1. §. Item si quis vbi Bald.
31 not. qui. mo. feu. amit. & quicquid † est intra fines pertinet ad eum cuius sunt fines. l. æde sacra. §. 1. ff. de contrah. emp. & tradit Bal. in rub. C. eo. tit. q. 22. Et si apparebit d. primogenitos possedisse gradatim dicta bona, nec apparet de aliquo titulo, dicendum est, ꝙ possederint vigore inuestituræ præcedentis. l. 2. C. de acqu. poss. l. quædam mulier. ff. de rei vend. ne præsumatur vsurpatio rei alienæ cõtra l. merito. ff. pro Soc. & Pau. de Cast. sequitur in istis terminis subtilissimus Doct. Caro. Rui. cons. 26. Quamuis copiose lib. 1. confirmantur præmissa ex eo, ꝙ scribit Abb. consi. 82. Quanquam in his dubijs copiose. 1. dub. lib. 1. vbi consuluit, quod quidam nobiles, qui tenebant nõnulla Castra & loca sita in territorio Romanæ vrbis, intelligebantur habere ea in feudum à Romano Pontifice, qui habebat dominiũ & iurisdictionem in Vrbe & eius Territorio ex liberalitate Imperiali iux. tex. in c. fundaméta de elec. in. 6. & præfati nobiles & eorũ antecessores, nõ ostenderent aliquem alium titulũ, propter quem tenerẽt & possiderent castra illa & loca, quin oportet secundum eum præsumere titulum ex coniectura iux. not. in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. & ca. constitutus de relig. dom. & l. si tibi pecunia. ff. si cert. pet. Non obstat si adduceretur in oppositum id, quod Abb. scribit in ca. nimis de iurei. & in c. si diligenti. 2. not. de præscrip. vbi voluit post
32 Hostie. ꝙ † Dominus territorij nõ habet intentionem fundatam, contra possessores rerum particularium ratione proprietatis & dominij, & idem voluit Ioan. And. in cap. fin. in verbo respondere de iudi. Bal. in cap. significauit de rescrip. quia Respondetur, quod d. Doctores loquuntur de prædijs possessis per priuatas personas in quibus possessio operatur præsumptionem dominij, nisi alius doceat de iure suo. l. fin. C. de rei vend. Sed in casu nostro, si tempore inuestiturę nõ reperiatur, ꝙ quisquam alius possederit d. bona & post inuestituram receptam trãsiuisse postmodũ de primogenito in primogenitum, & ita per eos possessa fuisse, non potest aliud dici, nisi ꝙ antiquitus fuerant Principis inuestiẽtis, & postmodum possessa per inuestitos vigore tituli precedentis: optimum etiam fuerit fundamentũ, si ostendetur, famã publicã, & cõmunem hominũ opinionem, vbi bona sunt sita, habere, ꝙ ea sint feudalia ex eo, quod Bart. scribit in l.
33 de minore. §. plurimum col. fin. ff. de quęst. ꝙ † vbi communis opinio seu fama cõstituit aliquem in possessione alicuius qualitatis veluti libertatis, vel seruitutis, & similiũ, transfert onus probandi in aliam partem. l. si mater. C. ne de sta. defu. l. 2. C. ne ser. aut. lib. ad decu. peruen. lib. 10. Sic dicam in proposito,

in proposito, ꝙ si fama, & communis opinio habet hæc bona affecta esse seruitute, feudi, & pro talibus semper possessa fuisse per primogenitos Raconixij Dominos, prout eorum quisq; in dominio succedebat, transfert onus probãdi contrarium in aduersariũ videlicet d. bona esse libera & allodialia, nec vllo feudi vinculo adstricta. Amplius dicendũ
34 est, ꝙ ex quo sumus in antiquis excedentibus † spatium annorum centum, fama plenam facit probationem vt habetur per glo. in l. atqui naturæ. §. quum me absente. ff. de neg. gest. quam ita ibi intelligit Ang. & in l. Titius. ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. Ant. de Butr. & alij in cap. veniens el 1. de testib. cum alijs adductis per Alex. consi. 187. In causa & lite vertente col. 2. lib. 2. Circa tertium dub. Vtrum primogenitura, de qua disponitur in priuilegio cõcesso vniuersitati & hominibus Raconixij extendatur ad locũ Moliebrunæ. Respondeo quod sic, quia hoc satis colligitur ex secundo capitulo d. priuilegij, in quo continetur, ꝙ nec d. D. Ludouicus primus inuestitus, nec alius eius successor possit dictum locum Moliebrunæ alienare, nisi in eum, qui futurus est Raconixij & Moliebrunæ Dominus; Nam cũ vnus tm̃ debeat esse Raconixij Dominus eodem tempore, & in eũ solum permissa sit alienatio ostenditur, ꝙ ille, qui est Dominus Raconixij debeat pariter habere dominiũ Moliebrunæ, & eo magis id dicendum, quia illa verba, qui sit Raconixij & Moliebrunæ Dominus, prolata sunt in numero sin
35 gulari, † qui vnum tantum comprehendit cap. is cui de præben. in 6. cap. pen. de re iudic. eod. lib. & in not. quæst. tradit Ioan. And. in regu. iur. pluralis loquutio. Et ex d. priuilegio,
36 quæsitũ est etiam † ius absentibus propter stipulatione notarij & iuramẽtum interpositum iux. not. in l. stipulatio ista §. alteri. ff. de verb. oblig. Aggredior modo quartam dubitationem, in qua primo motu, videretur dicendum, ꝙ secundogenitus iuste petat in casu, quo dici possit potuisse disponi
37 ni d. bona feudalia peruenire ad primogenitũ, † vt sibi via compensationis tantundem assignetur per primogenitum in alijs bonis. Nam pro hoc adduci potest, quod scribit Ange. consi. 184. Ex forma & serie instrumentorum col. 3. vbi
38 vult, ꝙ † pater emphyteosim receptam pro se, & filijs legitimis & naturalibus masculis possit vni filiorum assignare, si tantundem vltra legitimam alijs filijs relinquat l. 1. & l. assignari. ff. de assign. liber. iuncta l. si cũ dotem. §. si pater. ff. sol. mat. Et fuit hæc consideratio Bart. quem ipse etiam allegat in d. l. vt iusiurandi. §. si liberi. Et cum hac opinione transit etiam And. Sic. in c. potuit loca. vbi sic cõcordat opiniones contrarias in illo articulo, vtrum pater possit vni filiorũ emphyteosim assignare, & facit etiam illud, quod in simili dicitur de eo, qui vendidit prædium vni, deinde vendidit alij, & secundum emptorem induxit in vacuam prædij possessionem, & sic reuocauit priorem venditionem, ex quo fit, vt secũdus emptor, cui tradita fuit possessio, præferatur primo, nihilominus tenebitur illi priori venditori ad interesse l. quoties. C. de rei vendi. Accedat, quia si Illustrissimus D. Ludouicus inuestitus feudũ prius concessum omnibus filijs nascituris ex D. Ludouico primo inuestito, voluit ad vnum primogenitum transferre, motus bono publico, quia subditi per vnum melius reguntur l. 2. §. nouissimè. ff. de orig. iur. c. in apibus prime. q. 7. debent cæteri filij, à præfato feudo exclusi aliquam compensationem accipere, quia ita con
39 stitutum est, ꝙ † vbi alicui aufertur dominium seu ius suum debet sibi in alia re, seu in pretio satisfieri. l. 2. C. quib. ex cau. ser. pro præ. lib. acci. l. item si verberatũ. §. 1. ff. de rei. vend. l. venditor. §. si cõstat. ff. comm. præd. l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufru. glos. in. l. si locus. §. 1. ff. quemad. seruit. amit. tradit Archid. in cap. per principalem 9. q. 3. Bart. in. l. fin. ff. de pign. act. cum alijs similibus notis, & magis proximè facit glo. in cap. 1. §. ad hec in verbo non poterit de pat.
40 iur. fir. quæ vult ꝙ, † si Vasallus perdit feudum suum facto Domini sine culpa sua, tenetur Dominus ad interesse, vel ad aliud feudum equale in bonitate & qualitate, & illam gl. not. ibi Bal. col. 5. versi. quæro, an hoc casu, & dicit facere in argumentum ꝙ si Papa contulit mihi aliquod beneficium, deinde de potestatis plenitudine det alteri, tenebitur mihi prouidere de alio simili. Poterat adducere pro hoc Inno. in
41 c. cum pridem de renunc. vbi dicit ꝙ † si Papa cogit episcopum sine culpa sua episcopatui renunciare, debet ei prouidere de bono cambio. Præmissis tamen non obstantibus cõtrarium de iure verius, quia (vt dictum est latè in primo dubio) potuit tam ipse Illustrissimus inuestiens, quàm ipse inuestitus reuocare suam inuestituram receptam pro omnibus filijs & ad primogenitũ transferre, & si aliquod ius fuit quæsitum filijs, illud fuit quæsitũ reuocabiliter, & vbicunq; licita est pœnitentia, ille, qui pœnitet, non tenetur ad interesse, sicut in contractibus licita est innominatis, & in donationibus, quas parentes conferunt liberis, & mariti vxoribus inter viuos: istis enim & similibus casibus non reperitur, ꝙ pœnitens habeat aliquid cõpensationis nomine tradere his cum quibus cõtraxerunt, & videmus magis proximè, ꝙ pater quia iura libertorum potest vni filiorũ assignare, vt Insti. de assig. lib. in prin. non tamen, reperitur, ꝙ alijs filijs teneatur æquiualens dare: nam cũ habeat facultatem reuocandi, & ea vtitur, non possunt filij conqueri, & petere tantundem in alia re, quia nemini iniuriam facit, qui suo iure vtitur. In casu autem isto pater potuit reuocare, quia sumus in feudo nouo per ipsum acquisito. Item in feudo hereditario, in quo hæres potuit grauari, etiam, ꝙ esset res propria heredis: & ista cõclusio est clarissima, si qua subest difficultas, ea tantũ est ob ea, quę in contrarium adducta sunt, quæ ex præmissis facillimè remouentur. Non obstat igitur, ꝙ Bart. scribit in d. l. vt iusiurandi. §. si liberi relatus per
42 Ang. in præallegato consi. 184. quia respondetur, ꝙ † decisio Bart. non procedit in emphyteosi, cuius pater fuisset auctor, quia tunc eam ad libitum potest reuocare, & eam alteri accedente Domini consensu concedere, & ita quòd in istis terminis non procedat decisio Bar. vult. Alex. consi. 22. Viso titulo quæstionis col. penul. lib. 5. Nos autem sumus in feudo nouo per patrem acquisito, in quo expressè consentiente Domino sequuta fuit reuocatio. Itẽ illa decisio Bar. non procedit in empyteosi, quæ recepta est pro filijs, vt hęredibus, & sic eo casu, quo emphyteosis est hæreditaria, in quo casu nos sumus, vt dictũ est in primo dubio, & ita Bar. intelligit & declarat Alex. consi. 124. Consideratis his, quæ in themate colum. 2. lib. 5. immo plus subdit ibi Alex. quòd etiam in emphyteosi recepta pro filijs, vt filijs; & sic non hæreditaria, opinio illa Bart. communiter damnatur. Non obstat etiam tex. quem ipsi adducunt in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solut. matr. vbi si pater dotem filiæ, quam marito soluerat, exigat absque filiæ volũtate, liberatur ab illa exactione, si tantundem filiæ relinquat, alias secus, quia illud ideo ibi procedit, quia pater tenebatur filiã necessario dotare, & postquam fuerat soluta, nõ poterat eam repetere absque filiæ voluntate l. 2. §. quòd si in patris. ff. solu. mat. ideo vt liberetur ab illa exactione dotis, necesse est, vt tantundẽ filiæ relinquat, & filia, agnoscendo tunc legatum, non potest contrauenire facto patris, vt ibi dicit glos. per reg. l. ex qua persona. ff. de regu. iur. Sed in casu nostro pater non tenebatur de necessitate feudum acquirere filio, & postquã acquisiuit, acquisiuit eis reuocabiliter. vnde ex illo casu ad istum inferri non potest. Non obstat, quòd And. Sic. in d. c. potuit, hoc modo concordat opiniones, quia hæc concordia non est bona, quia si pater reuocare potest in præiudicium filiorum, quod ipse eis per suam stipulationem acquisiuit, quomodo est dicendum, quòd eis tantundem in alia re cogatur assignare? non enim esset tunc libera reuocandi facultas, sed magis quibusdam vinculis astricta, & magis tunc congruè diceretur non posse reuocare, quàm posse, quia interesse, quod soluitur succedit loco rei, & melius tũc diceretur, quod pater nõ cogitur tunc præcisè pręstare rem illam seu factum suum filijs, sed soluendo interesse liberatur iuxt. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iud. & l. stipulationes non diuiduntur, versic. Celsus. ff. de verbo. oblig. Vnde merito hæc concordia Andr. Sicu. non placuit Ias. in l. secunda col. penul. C. de iur. emphyt. nec Curt. Iun. in tract. feuda. 4. parte,

parte, vbi tractat materiam alienationis feudi. Non obstat quod secũdo loco obijciebatur de eo, qui vendidit eandem rem diuerso tempore duobus, vt teneatur emptori primo, cui rem non tradidit ad interesse, quia illud procedit, nõ ex eo, quod habeat facultatem reuocandi primam venditionem, immo adhuc est efficaciter obligatus ex prima venditione & tenetur ad tradendum, verum quia nõ habet facultatem rei tradendæ succedit obligatio ad interesse iuxt. not. per glo. & alios in l. 1. in prin. ff. de act. empt. & Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. 7. & 9. q. prin. ff. de verb. obli. & Bal. in l. si traditio. C. de act. emp. Sed in casu nostro habet facultatem reuocandi acquisitionẽ suam, & potest beneficij sui pœnitere per not. per Bar. & alios in l. qui Romę §. Flauius, & alia opportunè in enucleatione primi dubij deducta. Non obstat, ꝙ vbi dominium vel ius suum alicui aufertur ratione boni publici, debet illi satisfieri de pretio & æstimatione. l. 2. C. quib. ex cau. ser. ad lib. peru. cum alijs superius adductis, quia † illud procedit vbi aufertur ius, quod
43 plenè & perfectè alteri est quæsitum iure naturali vel gentium, & ita loquuntur iura in contrarium adducta, non autem vbi aufertur ius in spe competens, nam facilius tollitur ius quærendum, quàm quesitum l. quę autem in prin. ff. quę in frau. cred. l. 1. §. cõfertur. ff. de coll. bon. l. profectitia. §. 1. ff. de iu. do. l. 1. vtrum autem, iuncta l. liberto octoginta. ff. si quid in frau. pat. & in l. si sponsus. §. si maritus. ff. de do. int. vir. & vxo. Hinc est, ꝙ filius & seruus præiudicare possunt patri, & Domino in quęrendis, non autem in quæsitis l. fin.
44 C. de acq. poss. l. 3. ff. de hæred. instit. Similiter † solus prælatus potest ecclesiæ præiudicare in quærendis, non autem in quæsitis l. iubemus nullam, & ibi glo. & Barto. C. de sacros. eccle. cap. tua, & ibi Abb. in fin. de his, quæ fi. à præl. si con-
45 sen. cap. Similiter † Laici iuribus ecclesiarum iam quæsitis per sua statuta derogare non possunt c. ecclesia sanctę Mariæ de constit. secus tamen est in acquirendis Pet. de Anch. consi. vndecimo, Factum super quo consilium, &c. In casu autem isto non competit filijs, nisi spes quædam succedendi in feudalibus, quæ spes antequam casus eueniat, non dicitur esse in bonis l. pretia rerum. ff. ad l. falcidiam Bald. in l. 2.
46 circa fin. C. de iu. & fac. igno. vbi ex hoc infert, ꝙ † Imperator potest ante aditionem legitimare spurium in præiudicium venientiũ ab intestato, de quo latè per scrib. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. Non obstat aliud, quod dicitur de Vasallo, qui si feudum amittat facto domini sine culpa sua, tenetur illi Dominus de simili feudo prouidere iux. glo. in c. 1. §. ad hæc de pac. iur. fir. quia illud pro-
47 cedit in vasallo, † cui plenè & perfectè ius fuerat in feudo quæsitũ, quod non est in casu nostro; Nam Vasallus in feudo vtile habet dominium cap. 1. de inuest. de re alie. fac. nec sine iusta causa à domino disuestiri potest cap. 1. de feu. sin. cul. non amitt. Non obstat, quod Bal. dicit in d. §. adhuc, ꝙ si Papa contulit vni beneficium ecclesiasticum, deinde de plenitudine potestatis illi auferat, & alij concedat, tenetur
48 prouidere primo, de æquali beneficio, quia respondeo, † ꝙ Bald. ibi hoc non decidit, sed tantum dicit, quod illa glos. facit in argu. & si hoc firmasset Bald. non rectè sentiret, quia Papa in beneficialibus liberã habet potestatem c. 2. de prę ben. in 6. Clem. 1. in fin. vt lit. pen. & ideo potest ius & dominium quæsitũ alicui ecclesiæ sine causa auferre, vt Abb. tradit post Ant. de But. in ca. constitutus colum. 2. de resig. Dom. in c. si gratiosè, de rescrip. in 6. Rom. consi. 298. Circa præmissam dubij consultationem col. 1. vbi pro hoc allegat tex. in Clem. dudum. §. verũ, de sepultu. & eodem modo respondeo ad id, quod Inno. scribit in cap. nisi cum pridem, super verbo malitiam de renuncia. quòd si Papa cogit Episcopum inuitum cedere Episcopatui, assignabit ei bonum contracambium suæ prælaturæ & dignitatis, quia intelligo Inno. ibi loqui de consilio & honestate non de præcepto. Præterea si ob id, quod feudũ ab omnibus filijs fuit translatum in primogenitum, debet fieri aliqua satisfactio, seu compensatio in alia re reliquis filijs, secundum prȩfatas decisiones eam facere deberet Princeps, qui illud ius filijs abstulit, non autẽ ad eam tenetur primo genitus, sicut quando Papa aufert alicui beneficium ecclesiasticum, & alteri illud confert, nõ tenetur prouisus præstare tantundem ei, cui ablatum fuit, sed ad Papam pertinet, quia abstulit, qui principalior est causa ablationis. Offert se modo quintum du-
49 bium, in quo quæritur: posito pro constanti, ꝙ † secundogenitus sit exclusus à d. bonis feudalibus, an possit participare de fructibus, qui de eisdẽ bonis percipiuntur, & in hac dubitatione concludo breuiter, ꝙ non, quoniam quũ d. bona sint propria primogeniti & in eius bonis & dominio; quod ex re mea nascitur, meum est l. solum. §. meum. ff. de rei vend. hinc etiam est, ꝙ bonæfidei possessor fructus extantes cogitur domino restituere, licet industriales cõsumptos faciat pro cultura & cura. l. fructus. ff. de vsu. l. certũ. C. de rei vend. §. si quis à non domino Insti. de rer. diuis. vnde non video, quo ore aduersarius fatendo rem esse alienam, possit eius fructus petere tanquam ad se pertinẽtes. Miror etiam si non considerat, ꝙ vbi feudum datur primogenito ad eum pertinent ex tali cõcessione omnes fructus feudi; nam in diffinitione feudi ponitur verbũ vsufructus ca. 1. §. beneficium in quib. cau. feu. amit. & feudum datur vt Vasallus vtilem & plenam habeat fruitionem. secundũ Ioan. Mona. quem refert & sequitur Bald. in l. 1. col. fin. C. si plu.
50 vna senten. Et † feudatarius habet similitudinem quãdam cum vsufructuario secundum Bal. in l. vnica. §. exceptis. C. de cadu. toll. immo maius ius, quàm vsusfructuarius habet ipse in fructibus, nam Dominus est fructuum etiam pendentium, propter vtile dominium, quod habet in re, vsufructuarius autem tantum perceptorum habet dominium. l. si fructuarius messem. ff. quemad. seru. amit. ita inquit Bald. in ca. quæ in ecclesiarũ col. 4. vers. Sed statim quæritur de con
51 stit. ad quod etiam facit, quia † fundus dari non intelligitur, si vsusfructus detrahatur. l. qui vsumfructũ. ff. de verb. obli. vbi Bart. dicit, ꝙ vsusfructus est pars integralis fundi, quia fundus constat ex proprietate, & vsufructu, & eodem modo dominium, quod etiam voluit glo. in l. rectè dicimus. ff. de verb. signifi. & l. 4. ff. de vsufr. Quum igitur in priuilegio concesso d. communitati, & hominibus Raconixij sit cautum, ꝙ primogenitus ex d. Ludouico sit in solidum Dominus Raconixij exclusis pœnitus alijs Ludouici liberis, qui non possint seu debeant aliquo modo & causa, nec per dispositionem vltimæ voluntatis, nec contractus inter viuos succedere nec participare in dominio castri & loci Raconixij, certè ex istis verbis clarè colligitur mens partiũ fuisse, vt non proprietas sola, sed etiam vsusfructus ad primogenitum perueniat, nec alius ex liberis in prædictis participare possit, cum appellatione dominij vtrunque contineatur. Sed istud adhuc clarius colligitur ex sequẽtibus verbis, dum subditur, quòd castrum & locus cum omnimoda iurisdictione pleno iure perueniat, & peruenire debeat de primogenito d. Ludouici ad alium ex primogenito procreatũ
52 & deinceps, &c. pondero illa verba pleno † iure, quę important, ꝙ non solùm proprietas, sed etiam vsusfructus debeatur, vt sunt text. clari in l. mater. C. ad Tertull. & in l. si stipulatus fuero si Ticius. §. 1. ff. de verb. obl. & in l. Titia in prin. ff. de annu. leg. & in l. fin. §. simili modo. C. de bon. quæ lib. & Inst. de acq. per arrog. in prin. & in l. libertis libertabusq; meis. ff. de alim. & cib. leg. Aut. hæc vsus prȩstatio. C. de sa-
53 cros. eccle. ideò † si testator leget vxori vsumfructum omnium bonorum, & simpliciter alios instituat hæredes, vxor habebit vsumfructum omnium bonorum, & hȩredes nudam tãtum proprietatem sequuta morte defuncti. §. 1. Instit. de vsufr. l. generali. §. vxori. ff. de vsufruc. leg. secus si instituisset pleno iure hæredes, quia tunc hæredes concurrerent in vsufructu cũ vxore. l. si alij. ff. de vsufr. leg. & ita decidit Alex. consi. 56. Perlectis verbis testamenti lib. 3. sequitur Picus in l. Titia cum testamento. §. Titia. q. 21. ff. de leg. 2. & hoc non est adeo mirabile, quia hoc ipsum indicat ver-
54 borum natura, quia † plenũ dicitur id, quod non recipit additionem, neq; diminutionem, ca. benè quidem in prin. 96. distinct. & tradit Bal. consi. 293. Thema integrale præsupponendum

55 ponendum est circa fin.lib.4.Hinc fit, ꝙ † si Papa cōcedit
alicui ecclesiam pleno iure,videtur cōcessisse omne ius epi
scopale,nihil episcopo reseruato, quia hoc verba importāt
ita inquit Abb.in cap.cum inter colum.3.de re iud.Simili-
56 ter † si Papa subijciat vel donet alicui ecclesiam pleno iure
intelligitur subiecisse nō solum in temporalibus, sed etiam
in spiritualibus glo.in cap.conquestus: & ibi etiam Abb.de
foro comp.Ex his igitur liquidò apparet qualiter Illustrisi
mus Inuestiens voluit primogenitum habere d.bona feu-
dalia vna cū fructibus, ita ꝙ in eis cæteri liberi participare
nequeant.Fateor tamen,quod si aliquid deberetur reliquis
liberis posset eis satisfieri de fructibus feudi,vt voluit Spe-
cula.in tit.de primo & secundo decr.§.restat versi.sed quid
si reus,cum versi.sequen.& firmant Doct.in.l.si finita.§.si
de vectigalibus.ff.de dam.infe.per tex.in.l.commodis.ff.de
re iud.&.l.stipendia.ff.de excep.rei iudi.& not.Moder.in.l.
pro hærede.§.si quid tamen.ff.de acquir.hære.sed istis, qui
secundo,aut tertio,aut quarto loco sunt geniti, nihil debe-
tur, nā si quod ius aliquando eis ex prima inuestitura quæ-
situm extitit,id fuit quæsitū reuocabiliter, vt sæpius est di-
ctum,& quemadmodum fuit superius conclusum, ꝙ non
debebat fieri compensatio in alia re,sic dicendum, nec de
fructibus feudi ratione d.iuris aliquid percipere debere.Il-
lud etiam ostendit, quod secundogenitus nō debet habere
aliquid de fructibus bonorum primogenito concessorum,
quod,vbi ius primogeniti est validè constitutum,nō tene-
57 tur reliquis fratribus egentibus prouidere, nisi † de fructi-
bus & alimentis secūdum facultatem natalium,& vires sui
principatus, ita ꝙ honorificè regere principatū possit se-
cundum Ioan.Andr.& Abb.in cap.licet de vot.& Fel.ple-
nè in cap.prudentiam colum.3.de off.deleg. Venio nūc ad
vltimum dubium, in quo quæritur vtrum censeatur dero-
gatum iuribus primogenituræ per diuisionem factam inter
Illustres quondam D.Franciscum & Ludouicū de Sabau-
dia,filios d.D.Ludouici primi inuestiti,attento etiam,ꝙ in
d.diuisione fit mentio, quod d.filij fuerunt æqualiter insti-
tuti d.Ludouico primo acquirente eorum patre: & in hoc
58 concludo † non fuisse per illam diuisionem derogatū, quia
non constat,ꝙ d.D.Franciscus, cui vt primo genito com-
petebat ius insolidū in præfatis oppidis Raconixij,& Mo-
liebrunæ,habuerit scientiam d.iuris sibi competentis, nam
ignorantia in dubio præsumitur.l.verius.ff.de probat.eorū
præsertim, quæ gesta sunt ab antecessoribus.l.qui in alte-
rius.ff.de reg.iur.& iuri,quod quis ignorat, non videtur re-
nunciatū.l.mater decedens.ff.de inoff.testam.l.legitimā.ff.
de petit.hæred.l.in repudianda.ff.de acquir.hæred.& ita,ꝙ
errans & ignorans,nūquam amittat ius suum, ex repudia-
tione,præsumpta, vt vult Bart.in.l.Clodius.ff.de acquiren.
hæred.& reputat not.Areti.in.l.qui Romæ.§.duo fratres
char.pen.ff.de verb.oblig.idem quoque dicendum in du-
bitante vtrum sibi aliquod ius competat,nam ne iste quidē
iuri suo renunciare cēsetur.l.manifestissimi.§.1.& ibi Bart.
ad hoc not.illum text.& dicit se nescire alibi.C.de fur.nec
mirum,quia ita parcitur dubitanti, sicut ignoranti secundū
Bald.in.l.leges sacratissimæ in 1.oppo.C.de ll.Accedat, ꝙ
d.Franciscus primogenitus intendebat diuidere nō autem
59 remittere ius suum vt primogenito competens, tum† quia
ex actibus hominum nunquam plus præsumitur, quàm se
actus extendat.l.fin.C.de vxo.pro mar.l.1.§.si quis hoc in-
terdicto ibi vsque ad eum actum, &c.ff.de itin.actuq; pri.
& ibi Bart.no.l.voluntariæ.C.de excusa.tut.tum etiā, quia
remittere ius suū est donare.l.si quis obligatione.ff.de reg.
iur.l.si mulier.ff.de condi.ob cau.& error potius præsumi-
tur,quàm donatio,cum donare sit perdere, glo.in.l.gene-
raliter in verbo causam.C.de non num.pecu.vbi Bal.in 4.
opposi.& Ange.ibi colum.2.dicens se ita consuluisse.Idem
tradit Imo.in.l.à Titio.ff.de verb.oblig.& alij plures relati
per Alex.consi.13. Ex his quæ in themate colum.2.lib.1.
ad quod etiam facit optima glo.in cap.1.§.præterea in ver
bo regressum quib.mo.feu.am.quæ vult, ꝙ non videatur
aliquis iuri suo renunciare,nisi id faciat ex certa sciētia,aliàs
intelligitur potius errare quàm consentire & illam glo.se-
quitur ibi Bal.subdens permulta iura, ꝙ ignorans nō vide-
tur consentire,& notissimum est etiam applicando prędi-
60 cta magis ad casum nostrum, ꝙ † diuisio erronea non præ
iudicat.l.cum putarem.ff.famil.hercisc.l.si post diuisionē.C.
de iur.& fact.ignor.l.maioribus.C.commu. vtri.iud.l.tres
fratres.ff.de pact.Vnde bene ad propositum Paul.de Cast.
in.l.fi.§.idem quæsijt.ff.de condi.indeb.refert se cōsuluisse,
ꝙ quum quidam fratres diuisissent inter se bona paterna,
materna,& fraterna, & promisissent non venire contra in
forma,& deinceps alter frater peteret bona alterius fratris
præmortui,quia ad eum solum spectarent, qui ex vtroque
latere erat coniunctus,& non ad alium,qui ex vno tantum
latere coniungebatur,& opponeretur de diuisione. conclu
dit dictam diuisionem non præiudicare, tanquam errāter
factam,per illum tex.& ante eum hoc fuit de mente Bald.
in d.l.post diuisionem,in summario, vbi inquit ꝙ erronea
diuisio errore probato non officit diuidenti,& præsumitur
error,si expost apparet rem aliter se habere: nec præmissis
refragatur,si diceretur, ꝙ inter sanguine coniunctos præsu
mitur faciliter donatio.l.si seruus communis.ff.de donatio.
inter vir.& vxor.quia istud non procedit in errāte vel igno
rante: quia nec inter coniunctos ex diuisione præsumitur
donatio.l.tres fratres.ff.de pact. Itē hoc procedit in re par-
ua,secus si sit magna.l.vtrum.ff.de donat.inter vir.& vxor.
glo.in.l.si filij in verbo probat.C.eod.tit.Bar.in.l.& omni-
no.ff.de impen.in reb.dot.fac. Bald.in.l.cum te in fin.C.de
don.ante nupt.& in.l.cum quid colum.2.versic.quærit glo.
& ibi etiam Paul.de Cast.ff.si cert.pet.& idem Ang.tradit
in.l.fin.C.de colla.& pro hoc text.in.l.Procula.ff.de proba.
61 per locum à speciali, nam ibi † præsumitur remissio fidei-
commissi tribus concurrentibus, ꝙ magna sit coniunctio
sanguinis, & ꝙ creditor diu tacuerit, & ꝙ ratio fuerit sæ-
pius calculata nec vlla facta mentio debiti,vbi autē aliquid
horum deficeret,non esset inducta remissio, vt Bart.Bald.
Salic.& Floria.ibidem dicunt, & voluit hoc glo.& ibi etiā
Bar.in.l.libertis.§.manumissis.ff.de alim.& ciba.lega.Bald.
in.l.2.1.q.C.de iure dot.& in.l.cum proponas, la prima.C.
de pact.& in.l.si certis annis col.4.C.eod.tit.& tenet Alex.
in.l.quæ dotis colum.5.ff.solu.matr.qui etiam superius cir-
ca.3.colum.dixit, ꝙ non solum in mulieribus præsumitur
auaritia iuxta earum naturam.l.si stipulato.ff.de dona.inter
vir.& vxor.l.si ego.ff.ad Velleia.sed etiam in maribus, quo
ad effectum concludendi præsumptionem donationis per
l.cum de indebito.ff.de probat.Amplius dico,ꝙ D.Franci-
scus primogenitus d.Ludouici primi inuestiti nō potuisset
ius primogenituræ repudiare expresse in præiudiciū alio-
rum primogenitorum subsequentium:sicut dicimus in feu
do antiquo recepto pro se & liberis,& sic cōcesso ex pacto
& prouidentia non potest pater præiudicare filijs ex se na-
scituris & alijs descendentibus, ex quo non habent illud à
patre, sed à maioribus & à genere, & beneficio Domini
concedentis.l.3.ff.de interd.& releg.l.si arrogator.§.sed an
impuberi.ff.de adopt.& tenet Ioan.Andr.in addi.Spec.sub
titu.de feu.§.quoniam in addit.incipiēte,directè, Cin.in.l.
si manumissus in fin.C.de libe.& eorum liber.& sequitur
Alex.cōsi.28.In causa & lite colum.fin.lib.5.& nouissimè
id firmat Ias.per plura,consi.168. In causa & lite colū.pen.
62 lib.4.Sed quid opus est istis insistere? nam ꝙ † pater in iure
primogenituræ antiquitus vel lege, vel consuetudine con-
cesso non possit pręiudicare primogenitis vult Oldr.consi.
94.Eleganter negotium.3.dub.Anto.de Butr.post alios ibi
in cap.licet, de voto.Alex.consi.87. Accuratè pro viribus,
circa princ.lib.6.Felin. in cap.prudentiam colum.3.de offi.
deleg.Præterea etiam si præfati d.Franciscus & Ludouicus
filij primi inuestiti voluissent extinguere illud ius primoge
nituræ,id non potuissent in præiudicium communitatis &
hominum Raconixij,ad quorum preces id eis fuerat con-
cessum,cum expediret ipsis per vnum regi, nam ius semel
nobis quæsitum sine facto nostro auelli à nobis nō potest
l.si partem.§.1.ff.quemad.seru.amit.l.cum maritus.§.fina.
ff.de

ff.de pact.dot.l.fin.ff.de pact.l.id,quod nostrum.ff.de regu. iur.& res inter alios acta,aliis nõ præiudicat.l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pact.l.licet & ibi Bar.C.famil.hercis.& toto titu.C.res inter alios acta.Postremo,non obstat,quod Illustrisimus D.Ludouicus primus inuestitus in eius vltima voluntate instituerit æquis portionibus præfatos D.Franciscum & Ludouicum eius filios, quia ista institutio nõ trahitur ad bona hæc solis primogenitis competentia,quæ ex contractu paterno & beneficio Domini concedentis debentur filio,vt filio,non autem filio,vt hæredi.l.vt iusiurandi.§.si liberi & ibi Bar.ff.de oper.liber.& Bar.in.l.si tibi decem.§.si pactus.ff.de pact.& in.l.si non sortem.§.libertus circa fin.ff.de cond.indeb.& in.l.quod dicitur, & ibi Alex. latè.& Moderni.ff.de verb.oblig. Et his ad quæsita responsum fuisse existimo opportunè.

SVMMARIVM.

1 *Feudalis fundi si contentio oriatur inter filiam & agnatũ, in dubio filia debet in possessionem collocari, donec per agnatum probatum fuerit esse feudalem, & non solum si possessio vacet, verũetiam si agnatus possideat, vt & nu.2.& 3.Fallit si agnatus paratus fuerit statim probare,vel per inuestituras doceat esse feudum vt num.4.*

5 *Legitimus contradictor est, qui incontinenti probat possessionem,& titulum,vel se, seu authorem suum fuisse dominũ,& impeditur tunc missio possessioni, quæ aliàs hæredi scripto daretur.*

6 *Exceptio dominij & proprietatis,quæ incontinenti probari possit, admittitur in quolibet remedio adipiscendæ possessionis.*

7 *Probari incontinenti illud dicitur, quod tempore probatur arbitrio iudicis statuto, & dicitur incõtinenti probare, qui intra tempus duorum mensium probat, vt num.9.*

8 *Instrumentum facit rem manifestam, & dicitur probatio probata.*

10 *Quæstio illa dicitur dubitabilis, quæ est tantum facti, non autem vbi sola sit iuris quæstio.*

11 *Princeps,ordine iudiciario omisso, debet sola facti veritate inspecta iudicare.*

12 *Interdictum quorum bonorum non datur contra titulo possidentem,& in eo admittitur proprietatis exceptio,si modo incontinenti eius probatio offeratur.*

13 *Frater possidens & administrans patrimonium indiuisum sine titulo, dicitur etiam pro fratre possidere iure familiaritatis,secus si habeat titulum,quia iure proprio possidet vt num.14.*

15 *Possidere semper in dubio quis præsumitur potius nomine proprio, quàm alieno.*

16 *Primogenitus permittẽs alios fratres cum eo simul officiales ponere in oppido ad eum solum pertinenti, etiam per longum tempus non intelligitur iuri primogenituræ renunciasse,quia eius patientia debet intelligi esse iure familiaritatis, & non alio iure.*

17 *Emphyteotica bona possidens vigore inuestiturarum dicitur solus possedisse iure proprio, non iure familiaritatis pro non habente titulum.*

18 *Possessio non probatur inter familiares per solam habitationem domus, nec per solam fructuum perceptionem vt num.19.quia ius familiaritatis vllam possessionem contra titulo possidentem non inducit vt num.20.*

21 *Filio in potestate succedente patri non cadit titulus pro hærede.*

22 *Possidere pro se proprio iure,& non iure familiaritatis pro alio, vt quis dicatur, sufficit per qualemcunque titulum possedisse.*

23 *Executio,quæ nulliter facta fuit, iuris ordine non seruato, nec parte citata,eadem debet facilitate,qua fuit cõcessa, etiam parte non citata retractari.*

24 *Executio facta parte non citata,nec contumace, etiã quòd facta fuisset authoritate Imperialis rescripti,est nulla.*

25 *Possessio etiam iniusta nemini est auferenda, nisi eo citato.*

26 *Princeps non tenetur seruare iuris ordinem in procedendo, pars tamen debet citari, aliàs acta non valerent.*

27 *Princeps sicuti nemo potest tollere extraiudicialem defensionem, ita nec iudicialem.*

28 *Probationes sumptæ parte absente, vel non saltem legitime citata nullæ sunt, quia vbi nõ datur dicendi & reclamandi copia, ibi omnia gesta corruunt.*

29 *Testator de re ad alium pertinente disponere non potest.*

30 *Legatum rei alienæ non tenet.*

31 *Vasallus de feudo testari nõ potest,nec testando potest iuri agnatorum maiorum opera illis quæsito præiudicare.*

32 *Vasalli testamentum confirmatum à domino directo super feudo,valet in domini præiudicium,sed in feudo antiquo talis ratificatio agnatis non præiudicat.*

33 *Vasallus legans fundum,ius tantum,quod habet,legare videtur, quod eius finitur, nec inde legatarius quicquam petere potest.*

34 *Emphyteota,legans fundum, quem habet in emphyteosim, quæ eius morte finitur,videtur tantum legare ius, quod habet,idem in viro legãte fundũ dotale vxori vt nu.35.*

36 *Feudi substitutio,prout nec legatum,non valet.*

37 *Feudum vbi per consuetudinem alienari potest, per cõtractum inter viuos, talis consuetudo ad alienationem per viam vltimæ voluntatis non extenditur, sicut in simili nec licentia ab homine concessa extenditur, vt nume.38.*

39 *Feuda regalia, vbi per consuetudinem diuidi per contractum inter viuos possunt,ad diuisionem vltimæ voluntatis via inductam talis consuetudo non protrahitur.*

40 *Consuetudo tantum habet de potentia, quantum habet de actu,& non plus.*

41 *Feudi successio sicut lege municipali primogenito dari, ita ex contractu inuestitura deferri potest.*

42 *Primogeniti successio, non est sicut successio intestati, quæ potest per illum,cui succeditur,auferri,aliũ instituendo.*

43 *Feudum vbi gradatim primogenitis debetur,non potest,per præcedentem primogenitum in sequentis præiudicium alienari.*

De materia superioris. Cons. 502.



VPER præsenti cõtrouersia,quæ vertitur inter Illustres D. Philippum & Claudium fratres de Sabaudia,de nonnullis dubitari contingit, quorum petitur resolutio. Et primo quæritur, vtrum, si præfatus D.Claudius exhibendo testamentum paternum, non vitiatum,neque cancellatum, neque in vlla sui parte suspectum,petat se mitti in possessionem bonorũ,quę tempore mortis suæ defunctus possidebat,dispositionem.l.fin.C.de edic.diu.Adr.toll.impediri possit petita missio in possessionem, donec cognitum fuerit de iuribus præfati Illustrissimi D.Philippi prætendentis nõnulla bona esse feudalia, & ad se dũtaxat,vt primogenitum spectare. Et difficultatem contra præfatum D.Philippum facit text.in cap.1.§.inter filiam,si de feu.defun.fuer.cõt.in do.& agna.vbi,si orta est

1 quæstio † inter filiam & agnatum super prædio, filia asseuerante illud esse allodium, & agnato cõtendente esse feudũ, filia collocanda est in possessione, hac quæstione pendẽte, donec de ipso feudo probatum fuerit & iudicatum. Idem vult glo.in cap.vni in 1.glo.in fin.de cõten.in mas.& fœm.

2 & Bald.ibi eam sequitur dicẽs, quod † fœmina debet poni in possessionem vbi controuersia est inter eam & agnatũ, non solum vbi possessio predij vacet, verum etiã si agnatus possideat,

possideat, qui si prætendat prædium esse feudale. debet postea petere. Hoc etiam tenet Ioan. Andr. in addi. Specul. in tit. de testa. §. sequitur videre in vltima addi. vbi inqt quod
3 filia † instituta hæres à patre debet mitti in possessionē bonorum, quæ pater possidebat etiā feudalium, nec erit agnatus, quo ad impediendam d. missionem, legitimus contradictor, quia si dicat agnatus sibi feudū deberi, id post missionem venit cognoscendum, & diffiniendum, allegat tex. vbi de hoc dicit esse casum in d. cap. 1. §. inter filiam, si de feu. defu. fu. cont. in dom. & agna. & istā decisionem Ioan. Andr. sequitur, & reputat valde not. Alex. in l. fin. circa fin. C. de edic. diu. Adr. & alibi sæpe Moder. potest etiam addi prædictis Iac. de Ardiz. in sua summa feu. 4. par. 1. par. prin. sub rub. de cont. feu. qui concordat cum superioribus. Præmissis tamen non obstantibus contrariam sententiam amplector, quia dico, ꝙ præfata missio poterit impediri, modo prædictus D. Philippus offerat se incontinenti probaturum de iuribus suis, videlicet d. bona esse feudalia, & ad eū spectare iure primogenituræ, prout hoc in terminis decidit Andr. de Iser. summus feudista in præallegato cap. 1. §.
4 inter filiam, vbi † vult filiam mittendam esse in possessionem bonorum, vbi inter eam & agnatos est contentio de feudo iux. dispositionem illius tex. nisi agnati statim probarent illud esse feudum, & dicerent hodie cōstat, hodie agamus. l. si is à quo in prin. ff. vt in possess. lega. & istud dictum Andr. de Iser. sequitur ibi Præpo. Hoc etiam videtur velle Iac. Alua. in cap. 1. de contr. inuest. int. masc. & fœm. in apostil. illius text. nam quod ibi dicitur de cōtentione feudi inter masculum & fœminam & de contentione inter dominum & emptorem intelligit Iac. Alua. procedere, vbi dubitabatur de feudo, non autem, vbi constaret esse feudū, quia res tunc dubitationem non haberet, hoc etiam voluit Ias. consi. 138. col. fin. lib. 4. vbi tamen nō allegat prædicta, sed respōdendo decisioni Ioan. Andr. in addi. Spec. in loco præallegato dicit illā procedere, quando quæstio erat inter partes, an illud esset feudū, quia filia dicebat esse allodiū, agnati vero dicebant illud esse feudum, tunc interim pēdente hoc dubio debet filia in possessione collocari, & ita loqtur text. in d. cap. 1. §. inter filiam, super quo se fundat Ioan. Andr. cuius decisio debet intelligi secūdum tex. quem allegat, secus autem vbi ex processibus vel per inuestituras cōstaret rem esse feudalem, quia dispositio text. in d. §. inter filiā eo casu non procedit, & istud idem Ias. dicit cōsi. 152. Vera & iuridica colum. 2. eod. lib. 4. & hoc bene cōprobatur ex his, quæ Bar. scribit in d. l. fi. colum. antepen. versic. secundo ca-
5 su. in sua distinct. vbi inquit, ꝙ † qui probat possessionē suā & tit. vel se, vel authorem suum fuisse dominum, est legitimus contradictor, & impeditur missio, quia in illo iudicio potest opponi exceptio dolo facis, non tamen ab initio est admittendus ad probationem, nisi sit paratus incontinenti probare, & cum Bar. transeunt ibi communiter scribentes. Alex. consi. 184. Viso processu causæ vertentis in fin. lib. 5. Gui. Papa. 9. 132. quæ incipit, sed probato illo errore, &c. & optime loquitur in proposito Petr. de Ancha. consi. 146. In prædicta quæstione colum. 2. dicens, ꝙ Imper. in d. l. fin. C. de edic. diu. Adr. instruit iudicem, vt causam missionis & subsequutæ contradictionis inquirat, & possessionem tradat ei, qui potiora iura ostenderit, ponderandum est secundum eum quod dicit potiora iura, quasi in isto possessorio prosit allegatio tituli, & dominij cōtradictoris, vt not. in l. si de vi. ff. de iudi. & ratio prædictorum videtur esse secundum Paul. de Castr. in d. l. fin. colum. 6. versic. breuiter mihi videtur, quia possessor, si vltra titulum quem habet ab alio, quàm à defuncto, intendat probare de dominio, vel quasi authoris sui incontinenti, habet ius potentius quàm hæres, qui non allegat nisi titulum hereditarium, & possessionem defuncti, ideo excluditur eius possessorium. Demum regu
6 lariter † in quolibet remedio adipiscendæ, admittitur exceptio dominij & proprietatis, quæ incontinenti possit probari, nec requirat altiorem indaginem glo. Bar. Bal. & Pau. de Cast. in l. si de vi. ff. de iudi. & Bart. in l. fin. C. quo. bon. &
7 in l. 1. quo. lega. in fin. qaando † autem dicatur aliquid probatum esse incontinenti dicitur esse arbitrarium, & iudex arbitrari debet tempus instātiæ, si intra illud exceptio proposita liquidari potest, vt Bart. dicit in d. l. si is à quo. ff. vt in poss. lega. & in extrauagā. ad reprimen. in verbo summariè Ange. in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebell. Alex. consi. 166. Viso puncto in fin. lib. 2. Alij dicūt, ꝙ ex quo nō est tempus determinatū à iure, istud residet in arbitrio iudicis iux. text. in l. 1. in fin. vt de iure deliber. qui tamen minus tempus statuet, quàm in ordinario soleat fieri, ita Bal. tenet in l. si ex falsis colum. 3. C. de transa. & in l. 2. C. de edic. diu. Adr. toll. & in l. 1. C. vt in poss. leg. & in l. fi. C. de ord. cogni. & in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. & tenet hoc etiā Abb. post Innoc. in cap. veniens, il secundo, colum. 4. de testib. & ibi Feli. colum. 6. hanc sententiā amplectitur tanquam de iure veriorem. Sed in proposito D. Philippus habet instrumēta in manibus, per quæ probatur d. bona esse Feudalia, & pri-
8 mogenito deberi, nam † instrumenta faciunt rem manifestam, & dicuntur probatio probata, & probāt id, quod cantant, secundum Ange. in l. nec interest. C. de solu. Non potest etiam inficiari, quin D. Philippus sit primogenitus, & quin descenderit ab ijsdem maioribus, ex quibus processit etiam D. Claudius, qui se eius fratrē facit. Denique si quid probandum est, per instrumēta vel testes non est tale, quin
9 intra breue tempus possit probari, ꝙ sanè breue † tempus dicitur esse, duorum mensium, vt quis dicatur incontinenti probare secundum Bald. in l. 2. C. de edict. diu. Adr. per tex. in l. aufertur. §. qui compensationem. ff. de iure fis. si autem aliquis iuris articulus est discutiendus, non potest dici, ꝙ id longam requirat moram, quum libris apertis statim decidi possit, leges enim sunt notoriæ, & ius semper est certum. l. ornamentorum, & ibi Bart. ff. de auro & argen. lega. & non
10 † dicitur esse quæstio dubitabilis, nisi vbi quæstio est facti, non autem vbi sola iuris est quæstio secundum Bal. in l. ancillæ. 3. not. C. de fur. & licet Dec. in quibusdam consilijs dicat, ꝙ ille, qui producit instrumentum, in quo non est nominatus, non dicatur incontinenti probare, tamen hoc procedit, vbi ex solis instrumentis fieri intēderetur probatio, sed ex hoc non sequitur, quominus possit fieri probatio etiam per testes, modo fiat intra congruū tempus secundū Doct. in locis præallegatis. Illud etiam libet cōmemorare, ꝙ magna est æquitas reg dolo facis, quia per eam euitantur inutiles circuitus iux. l. dominus testamento. ff. de condit. indeb. quam æquitatem amplecti debet Illustrissimus Princeps
11 coram causa fertur vētilari, quia † debet Princeps iudicare sola facti veritate inspecta, omisso ordine iudiciario, & iudicare debet Deus vt no. Bal. in cap. 1. §. fin. de no. for. fidel. circa fin. & in l. fin. in princ. circa fin. C. de iure deliber. & in l. Aemilius. ff. de mino. non enim secundū eum itur per ambages coram Principe cap. ad petitionem de accusat. & dicit idem Bald. in l. fin. C. de li. quod inquisitio veritatis, quæ est de iure gentium attenditur coram Principe, non autem ordo iudiciarius iure positiuo inductus, qualis est iste, ꝙ de possessione prius, deinde de proprietate quęratur. l. ordinarij. C. de rei vendicat. Hic autem ordo iure ciuili inductus non debet attendi vbi Princeps de causa cognoscit, sed statim merita causarum tractanda sunt omissis solēnitatibus, præsertim cum cōtrouersia vertatur inter fratres, quorum odiosa rixa, & discordia cresceret ob litium multiplicationem, illud potius seruādum Ciceronis ad Pætum. Noli pati fratres litigare, & turpibus iudicijs cōflictari: Summatim expedienda sunt omnia, quorum disceptatio inter fratres vertitur, omissis iuris apicibus, & dato vtrique parti congruo spatio ad edocendum de iuribus suis tangentibus scilicet negotium principale: idq; iustissimi Principis officio conuenire arbitror, & eadem suasuros amplissimos viros, qui à latere ipsi assistunt. Quæcunque autem dixi de remedio. l. fin. C. de edict. diu. Adr. intelligātur etiam dicta si in-
12 tentur † interdictum quorum bonorum, quoniam istud quoque non datur contra titulo possidentem, & in eo admittitur exceptio proprietatis, si incōtinenti offeratur probatio,

batio, vt sunt tritæ decisiones, quas superius adduxi. Venio nunc ad secũdum dubium, in quo quæritur an præfatus D. Claudius possit dicere se spoliatum possessione locorũ Raconixij, Moliebrunę, & Caburri, eo, quia dicat se illa possedisse ministerio præfati D. Philippi eius fratris, qui remanserat in possessione d. locorum iure familiaritatis, & nõ fuit admissus ad possessionem d. locorum per d. D. Philippum cupiens ad eam reuerti iux. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. possess. Respondeo, ꝙ non constat d. D. Claudium vnquam possedisse d. loca, & negatur ꝙ dominus Philippus ea possideret iure familiaritatis ꝓ d. D. Claudio, sed iure proprio, quum d. loca ad eum duntaxat, vt primogenitum spectent: nam illud, quod dicitur de duobus
13 † fratribus simul habitantibus possidẽtibus patrimonium indiuisum, quorũ vnus duntaxat administrat faciendo coli prædia, & fructus recolligendo, vt dicatur iure familiaritatis, etiam pro fratre possidere. l. generaliter, & l. qui iure familiaritatis, & ibi Bart. ff. de acquir. possess. l. certè. §. hospites & ibi etiam Bart. ff. de preca. & in. l. si mulieri. ff. quibus
14 mod. vsufr. amit. procedit quando † frater ille possidens nullum haberet titulum, secus si titulum habeat in bonis possessis, quia intelligeretur iure proprio possedisse: vt Ang. tradit in. l. assiduis. C. qui potio. in pig. hab. circa princ. vbi inquit, ꝙ si duo fratres simul in eadem domo morantur, & vnus habet titulum in domo, & alter non, tunc non potest dicere, qui non habet titulum, se habere sustentationem in domo pro sua, & tãquam sua. Quinimo, & si prædia essent rustica, & ille, qui habet eorum titulum, nunquam ad illa iuisset, sed solum alter carens titulo iuisset, fructusq; percepisset, ipsaq; prædia locasset, non posset dicere se illa prædia possedisse pro suis, & tanquam sua, & hoc reputat Ang. ibi menti tenendum. Suadetur hoc ratione, quia, quãdo frater carens titulo solus administrat, & actus solos possessorios facit in bonis communibus, intelligitur tunc possidere iure familiaritatis pro alijs fratribus, quia socius nunquam præsumitur vti re communi, vt sua, nisi pro parte, quæ ad eum pertinet, vt euitetur delicti præsumptio, vt est casus licet vulgatus in. l. merito. ff. ꝓ soc. quæ ratio cessat, vbi solus habet titulum, quia dicẽdum tunc est, ꝙ possideret pro se ipso, quum nemo præsumatur iactare suũ. l. cum de indebito in princ. ff. de proba. l. si cum aurum. ff. de solu. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. & quilibet presumatur potius actum gerere proprio nomine, quàm alieno. l. & magis. ff. de solu. l. Papinianus. ff. mand. Et in terminis, ꝙ in du-
15 bio † quis præsumatur potius possidere pro suo, & tãquam Dominus, probatur optimè in. l. filiusfamilias. §. Diuus Seuerus, versic. ijdem Principes. ff. de leg. 1. & vult glo. hoc in l. 2. in verbo vt Dominum. C. de acquir. possess. quam glo. notat ibi Bart. & Salic. tradit hoc etiã Bald. in. l. 2. col. 5. q. 9. C. de seru. & acqui. vbi ad hoc allegat tex. in. l. Titia. ff. de solu. Istud bene in terminis decidit Paul. de Cast. in. l. qui iure familiaritatis. ff. de acq. poss. vbi inquit, se illis diebus dixisse
16 consulendo, quum † Dñs quarundam terrarum habẽs tres filios disposuerit in suo testamẽto, ꝙ primogenitus habeat solus dominium & alij debeat prouidere secũdum condecentiam de vita ipsorum. Accidit, ꝙ post mortẽ isti fratres steterũt in bona cõcordia & simul per 20. vel 30. annos, & simul ponebant officiales in illis terris, ac si dñium æqualiter ad oẽs pertinuisset, postea venerunt ad discordiam. Et cum primogenitus diceret dominiũ ad se solum pertinere virtute testamenti, alij dicebant, ꝙ illi iuri renũciauerat, ex quo passus erat eos simul cum ipso ponere officiales: concludit Paul. de Cast. ibi, ꝙ nõ videtur hoc passus animo renunciandi, nec etiam illis hoc fecisse animo quærendi dominium, sed potius causa fraternitatis & bonæ concordiæ, & familiaritatis per illam. l. postquã constat de iure primogeniti, & adducit pro hoc, quod not. Inno. in c. bonę, il grande, de postul. præla. vbi inquit, ꝙ debet constare, ꝙ ille, qui vtitur iure alieno, vel re aliena, fuerit vsus tãquam iure proprio, vel sibi debito, vt sibi acquirat, alias videtur vsus iure familiaritatis. Ecce ꝙ Pau. de Cast. ibi decidit, quod vbi dominium oppidorum spectat ad solum primogenitum, non potest dici, quod alij fratres fuerint in possessione seu quasi alicuius iuris, quo ad ipsa oppida, etiã quod plus est, si simul constituissent in locis magistratus, quanto ergo minus dici potest D. Claudiũ fuisse in possessione d. locorum, cum nõ appareat ipsum fecisse aliquos actus possessorios, sed eos fecerit D. Philippus solus, ad quem, vt ad primogenitũ d. oppida spectabãt virtute priuilegiorum & inuestiturarũ suarum. Accedat, quod Alex. scribit consi. 6. circa processum
17 causæ colum. 4. lib. 3. vbi † vult, ꝙ qui possidet bona emphyteotica vigore inuestituræ dicatur solus possedisse, ex quo habet titulum, non autem pro alio possedisse iure familiaritatis, qui titulum non habebat. Ex prædictis colligitur responsio, si diceretur, ꝙ D. Claudius habitauit forsitan in Castro Raconixij cum D. Philippo eius fratre, & habitãdo
18 ibidem fructus ex ipso castro percepisse, † quia per habitationem domus intelligitur fructus percipi ex domo. l. plenum in prin. ff. de vsu & habit. Nam respondetur, ꝙ ex hoc nõ intelligitur possedisse castrum, quum habitaret illic iure familiaritatis, & videbatur potius detineri, quàm detinere,
19 vt Bart. inquit in d. l. certè. §. hospites, nam illud, † quod dicitur probari possessionem ex perceptione fructuum. l. Titia. ff. de solu. l. 2. C. de acquir. poss. l. 3. cum glo. C. fin. regun.
20 limitatur † non procedere, vbi apparet aliquẽ fructus percepisse iure familiaritatis, quia ex hoc nulla pro se ipso inducitur possessio, vt declarat Imol. & ibi Alex. in d. l. qui iure familiaritatis in fin. & sic argumentum, quo vtitur D. Claudius contra D. Philippũ, retorquetur contra eum, quia non D. Philippus, qui titulum habebat, possedit d. bona iure familiaritatis pro d. D. Claudio, sed bene d. D. Claudius possidebat iure familiaritatis pro D. Philippo, si aliquos fructus ex d. bonis fortasse collegit, attento, quod nullum titulũ habebat. Nõ obstat si dicatur, ꝙ immo præfatus D. Claudius habet titulum in d. bonis per mortẽ patris, quia responde-
21 tur, ꝙ † filio in potestate succedente patri, non cadit titulus pro hærede. l. nihil & ibi not. C. pro hære. l. 2. §. filium. ff. eo. tit. Bar. in. l. Celsus colum. 2. versi. & istud est vtile. ff. de vsu-
22 cap. Præterea sufficit D. Philippo habere † qualemcunque titulum etiã si sit inualidus, vt possit dicere se proprio iure, & non iure familiaritatis pro alio possedisse, vt Soci. scribit consi. 13. insignis Doctor col. 4. versi. ad illud aũt vlti. lib. 4.

Tertio quæritur, ex quo præfatus D. Claudius missus fuit in possessionem auctoritate cuiusdam rescripti Serenissimi D. Ducis nõ vocato præfato D. Philippo, neque citato neque contumace. Vtrum reuocari debeant gesta per exequutorem eiusdem rescripti, & restitui D. Philippus in possessionem bonorum, Pancalerij, Ozaxij, & Castri Raynerij, in qua possessione erat prius ipse D. Philippus, ꝓut constat ex supplicatis ipsius D. Claudij, & simul quęritur de iustitia, & iniustitia prædicti rescripti, & de validitate, & inualiditate eiusdem. Respõdeo, ꝙ d. missio in possessionẽ non
23 tenuit, vt infra ostendetur, † & executio facta iuris ordine parte non citata, debet eadem facilitate, qua concessa fuit, etiam parte nõ citata retractari, vt Bal. scribit in. l. si pacto, quo pœnam 5. not. C. de pact. cũ multis concordan. de quibus ibi per Alex. & Moder. Quòd autem dicta executio sit nulla ostenditur, quia presupponitur facta d. D. Philippo non citato, nec contumace, & nulla præcedente causæ co-
24 gnitione, & propterea etiã, ꝙ † fuisset facta auctoritate imperialis rescripti esset nulla, vt est casus in. l. fi. C. si per vim vel alio mo. & in. l. meminerint. C. vnde vi, & est etiam de hoc bonus tex. in c. licet episcopus de præben. in 6. & tradit Bart. in. l. fin. col. 7. versic. Item extra glo. quæro. C. de edic. diu. Adria. & ibi Bald. q. 4. & dicit Bald. in. l. si deserta. C. si
25 prop. pub. pen. ꝙ † possessio etiam iniusta nemini est auferenda, nisi eo citato, per illum tex. & plura alia iura, quæ ibi adducit, & facit etiam pro hoc bon. tex. in. l. fin. ibi partibus
26 cominus constitutis. C. de ll. vbi Bald. dicit. ꝙ licet † Princeps non teneatur seruare ordinem iuris in procedendo. vt not. Inno. in cap. in causis de re iud. debet tamen pars citari, alias non valet sententia Principis, & contra eã potest de nullitate

nullitate opponi. Et vlterius, ꝙ sententia Principis lata etiã contra subditum sine citatione non valeat, etiam de potestatis plenitudine, quum Princeps defectum citationis supplere non possit, est casus clarus in Clem. pastoralis. §. cæterum de re iud. & idẽ probatur cap. 1. de cau. possess. & proprietatis in fin. dum ibi dicitur per summum Pontificem. Nec nos contra partem inauditam possumus aliquid diffinire, & dicit Ang. in l. Princeps. ff. de ll. ꝙ in sententia Principis licet non requiratur ordo iuris ciuilis, requiritur tamen ordo iuris naturalis, qui vult partẽ citari, quo valeat vti defensionibus suis: si enim Princeps tollere posset citationẽ, tolleret quoque defensionem, quæ est de iure naturali, sed
27 hoc non cadit sub potentia Principis, qui † sicut non potest tollere defensionem extraiudicialem, quæ competit naturali iure. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. ita nec iudicialem. l. defensionis facultas. C. de iure fisci lib. 10. & vlterius, cum nemo sit bonus Iudex, eorum, quæ non nouit, requiritur vtrãque partem adesse: nam partium assertione merita causarum panduntur, vt inquit Imperator in d. l. fin. C. si per vim vel alio mo. Hæc egi pluribus, vt intelligatur dilucide nullitas & iniustitia d. rescripti, & licet fiat mentio in d. rescripto de quibusdam literis emanatis ab eius celsitudine ad d. D. Philippũ, non tamen apparet, ꝙ fuerint literæ citatoriæ in forma iudiciali, immo præsupponitur, ꝙ fuerunt literæ clausę, & non patentes, signatæ sigillo Principis priuato, & nõ eo, quo eius celsitudo vti solet in iudicialibus, ideo merito potuit credere D. Philippus se non citari iudicialiter, sed moneri, vt amicus, & ꝙ Princeps vellet cognoscere, vt arbitrator, casu quo potestatẽ à partibus haberet, talia enim sunt subiecta qualia prædicata demonstrant. l. non codicillũ. C. de testa. Et demum cum in quęsito præsupponatur eũ non fuisse citatum nec vocatũ, superiora, quæ dicta sunt de nullitate executionis optimè procedunt. Ex prædictis etiã sequitur, ꝙ informationes, quæ dicuntur in dicto rescripto
28 sumptæ fuisse super veritate facti, † sunt nullæ, quia sumptæ parte absente, nec legitimè citata. vbi enim non datur dicendi & reclamandi copia, ibi omnia gesta corruunt. l. 3. §. si ad diem. ff. de re milit. l. fin. C. de bon. vacan. lib. 10. Vltimo, quia Illustrissimis D. Franciscus de Sabaudia suo vltimo testamẽto hæredem vniuersalem instituit Ioseph. eius filium legitimum & naturalem, & eidem filio, quandocunque ab humanis decedenti sine filijs legitimis & naturalibus, substituit Illustrissimum D. Carolum Sabaudię Ducẽ, & successiuè ipsius D. Ducis primogenitos, & euenerit casus d. substitutionis, quia decessit ab humanis præfatus Iosep. nullis filijs post se relictis, Quæritur an vigore præfatæ substitutionis præiudicatum fuerit iuribus præfati D. Philippi, quæ prætendit habere in oppido Caburri ratione feudi & iure primogenituræ, & alijs feudis, quæ tenebat præfatus D, Franciscus testator, & an aliquod ius quæsitũ præfato quondam Illustrissimo D. Carolo. Respondeo, ꝙ per d. substitutionem nõ est præiudicatum iuribus D. Philippi
29 nec aliquod ius quæsitum Illustrissimo D. Duci, quia † testator de re ad alium pertinente nõ potest disponere, hinc
30 est, † ꝙ legatum rei alienæ non tenet c. filius de testam. nisi consentiat ille, qui dominus est rei. l. sicut. §. venditionis. ff. quib. mo. pign. vel hypo. sol. c. 1. in prin. de prohib. feu. alie. per Fede. licet valeat quandoque in præiudicium hæredis, qui rem legatam tenetur redimere, vel æstimationẽ præstare. l. non dubium. §. 1. ff. de lega. 3. §. non solum Instit. de lega. & si legatum non valet, multo minus valet institutio, vt patet ex not. per Bald. in l. fin. 18. oppo. Hinc videmus, ꝙ si quis leget rem, in qua habeat duntaxat vsumfructum, legatum est inutile, quia quo ad proprietatem res est aliena, & vsusfructus morte eius finitur. l. vxor patrui. C. de lega. l. ꝙ in rerum. §. 1. ff. de lega. 1. per quæ iura dicit ibi Bart. ꝙ si quis recepit fundum in emphyteosim, quæ eius morte finiebatur, deinceps leget illum fundum emphyteoticum, nihil videtur legasse, adeo, ꝙ non cogitur hæres illum fundum redimere, & idem Bart. tenet in l. Sticho. ff. de vsufru. lega. Gull. de Cun. Bald. & Paul. de Castr. in l. si domina. C. de vsufr. & Bald. in l. habitatio. C. eod. tit. Bald. & Ang. in l. dotalem. ff. de testam. milit. Salic. in l. fin. colum. 5. C. de iure emphyt. Imo. in c. pastoralis, de dona. Sed quid opus est ire
31 per ambages? quum iura sint aperta, ꝙ † Vasallus de feudo testari non possit c. 1. in prin. ibi nulla ordinatione defuncti in feudo valente, de succes. feu. c. 1. §. donare qual. olim feu. pote. alie. c. Imperialem in princ. de prohib. feu. alie. per Fede. in quibus iuribus etiam dicitur, ꝙ non posset pro anima relinqui, & suadetur ratione, quia feudum antiquum receptum pro se, & descẽdentibus, vel pro se, & hæredibus, nõ habent agnati à proximo vasallo defuncto, sed à primogenitoribus eorum, vigore stipulationis interpositæ, & inuestituræ eo modo receptę, vt est tex. in c. 1. ibi per inuestituram patris, vel aui, de Feu. Marchiæ, quem tex. ad hoc valdè notat ibi Bald. & vult hoc etiam Bart. in l. eum qui. ff. de interdic. & relega. & ideo Vasallus testando non potest iuri agnatorum opera maiorum illis quæsito, pręiudicare, quod
32 vsque adeò verum est, vt si † etiam dominus directus Vasallo viuo, vel mortuo approbaret eius testamentum, valeret quidem hæc ratificatio in præiudiciũ domini ratificantis, sed si feudum esset antiquum, quod non potest alienari, nisi consentientibus agnatis cap. 1. de alien. feu. pat. nõ præiudicaret talis ratificatio agnatis arg. tex. in l. in concedẽdo. ff. de aqu. plu. arc. ita decidit Mart. Laud. in d. cap. 1. §. donare qual. feu. olim pote. alie. quod bene comprobatur ex eo, quod in simili scribit Bal. in c. 1. col. 6. versic. quærit glo. de alia q. an agn. vel fil. vbi inquit, ꝙ vbi feudum est apertum agnatis, nil potest Dominus facere in eorum præiudicium, quia facere gratiam de alieno, est species furti, & nõ potest alteri per alterum iniqua conditio afferri. l. si post mortẽ. §. fin. ff. de bonorum possess. cõtra tab. l. fin. ff. de pac. Hoc volui dixisse, vt intelligatur approbationem testamenti d. D. Francisci factam per Illustrissimum Ducem Dominum d. feudorum directum, qui est idem substitutus, non præiudicare iuribus agnatorum. Nõ omitto etiã quod Alex. consi. 30. Quoniam omne datum optimum colum. 4. lib. 1. dicit,
33 ꝙ quando † Vasallus legat fundum, videtur tantum legare ius, quod habet, etiam ꝙ morte finiatur, & per consequens legatarius nihil petere possit, per text. in d. l. vxor patrui & in d. l. ꝙ in rerum. §. 1. & per illud, quod superius dictũ est &
34 comprobatum pluribus auctoritatibus, ꝙ † si quis habens fundum in emphyteosim, quę eius morte finiebatur, leget illum fundum, videtur legare tantum ius, quod habet, licet morte finiatur, similem decisionem ponunt Bald. & Ang.
35 in l. dotalem. ff. de testa. mili. de marito, † qui legauit fundũ dotalem vxori, vt videatur legasse tantum ius, quod habet, ideo legatum sit sine vllo effectu, quia fundatum super iure quod morte finitur p d. l. vxor patrui & l. Sticho. ff. de vsufr. lega. Inueni postea quod ante Alex. hoc voluerunt Bald. & Ang. in l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de pet. here. vbi referunt Iac. Butr. consuluisse, ꝙ pater vni filiorum non possit prælegare feudum, quasi tantum videatur legare ius sibi competens, quod eius morte amittitur. allegant text. in d. l. vxor patrui, & l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verborũ oblig. Istud, quod Alex. dicit in præallegato cons. de legato
36 feudi, vt sit inutile, puto etiam † dicendum in substitutione, quia eadem est ratio. l. illud. ff. ad l. Aquil. nusquam enim testator ius alienum imminuere potest, inquit iurisconsi. in l. cum filiusfamilias. ff. de testa. mil. ista ergo substitutio nõ potuit fieri in Illustrissimum D. Ducem. qui nõ est de descendentibus primi inuestiti, pro quibus feudum Caburri cum pertinentijs fuit receptum. Non obstat, ꝙ consuetudo est inter istos de Sabaudia, quod possint inter se feuda alienare, quia de tali consuetudine non constat, & vbi de ea constabit, & ostendetur, quomodo, & per quos actus fuit inducta, certum dabo responsum, & inter cætera considerandũ erit, diligenter, vtrum vna familia cõsuetudinem inducere possit efficacem, adeo vt ex ea ligentur alij, qui huic cõsuetudini non consentiunt, aut consenserunt. Illud in præsentiarum non omitto, ꝙ si esset consuetum aliena feuda inter ipsos de Sabaudia, per contractum inter viuos, hæc licẽtia alienandi

37 † alienandi feuda permissa à consuetudine, non traheretur ad alienationem, quæ fieret per vim vltimæ volũtatis, sicut
38 nec † licentia alienandi feudum ab homine concessa, per verba importantia contractum inter viuos, extenditur ad alienationem, quæ fieret per viam vltimæ voluntatis, vt patet ex not. per Bald. in c. Imperialem colum. 4. versi. quæro si Vasallo concessum est. de prohi. feu. alien. per Federi. vbi vult, ꝙ si dominus concedit Vasallo, vt possit alienare feudum, nõ poterit illud donare causa mortis, & sequitur hoc Maria. inter consi. filij cõsi. 19. Pro decisione colum. 4. lib. 1. ad quod bene facit, quod Oldra. scribit cõsi. 237. Perlectis
39 & diligenter attentis 1. dub. vbi vult, ꝙ † consuetudo diuidendi feuda regalia per contractum inter viuos nõ trahatur ad diuisionem, quæ fieret in testamento per patrẽ inter filios, ideò in huiusmodi feudo regali, vult solum primogenitum succedere non obstante d. testamentaria diuisione, iux. tex. in c. quàm sit periculosum 7. q. 1. & c. licet de vot. & eandem decisionem ponit Io. And. qui ab Oldrado more suo sumpsit in rub. de feu. colum. 5. versic. non omittam ad intellectum, vbi inter cætera mouetur, quia cum d. consuetudo sit cõtra ius commune, quod prohibet huiusmodi feuda habentia regalem dignitatem annexam diuidi cap. imperialem. §. præterea ducatus, de prohi. feu. alie. per Feder. non debet extra suos casus perduci, & in consequentiam trahi, c. ea, quæ à iure, de regu. iur. in 6. cap. constitutionẽ de regula. eod. lib. & prædicta sequitur Alex. consi. 6. Visa inuestitura feudi lib. 5. quod corroboratur, quia tritũ illud est,
40 & notum apud omnes, ꝙ † consuetudo tãtum habet de potentia, quantum habet de actu, & non plus, secundum Bal. in cap. 1. circa fin. qui feu. dare possunt, & dicit Bald. in l. fin. colum. 4. versic. Vnum aliud quæritur. C. commu. vtri iudi. ꝙ consuetudo restringitur per actus, ex quibus inducitur, sicut restringuntur prescriptiones, vt proprios facti terminos non excedant. l. 1. §. Iulianus. ff. de itin. actuq; priu. & de hoc videtur esse bonus text. in cap. 1. ibi qui consuetudine non sit comprehensus de feu. cogni. vbi Bal. in vltimis verbis inquit, ꝙ consuetudo dicitur tacita ciuium conuentio, ideo, sicut pactum, non extenditur ad aliam rem, vel personam. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. ita nec consuetudo, & propterea est stricti iuris. Et hæc dicta sint quo ad inualiditatem d. substitutionis. Sic etiam dico, quo ad ius primogenituræ, quod in d. feudis competit D. Philippo opera & cura primogenitorum suorum, & ex cõtractu etiam inito per primum inuestitum cum hominibus Caburri, vt ei per d. substitutionem non potuerit derogari, per easdem rationes, quibus ostẽsum est Vasallum proximum de feudo testari non potuisse: erat enim iam ius quæsitum D. Philip-
41 po, vt primogenito, sicut † enim lege municipali successio primogenito, ita ex cõtractu, & inuestiturã deferri potest, vt inquit Andr. de Iser. in c. 1. §. item si duo, quib. mod. feu. amit. arg. text. in l. 1. §. si conuenerit. ff. depo. sequitur Alex. consi. 7. In consultatione præmissa circa princ. lib. 5. & pro corroboratione prædictorum, ꝙ nõ potuerit per prox. Vasallum derogari iuri, quod competebat D. Philippo, vt primogenito per suam testamentariam dispositionem, adduco id, quod eleganter scribit Paul. de Cast. cõsi. 164. In præsenti causa, quæ vocatur colum. 6. lib. 2. secundum nouissimam impressionem, vbi loquitur de donatione facta cuidã à rege super certis bonis, ita vt in eis primogenitus recipientis, & alij primogeniti successiuè in d. bonis succede-
42 rent, tandem concludit ibi Paul. de Castr. ꝙ † hæc non est successio intestati, quæ possit auferri per illum, cui succeditur, alium instituendo. l. conficiuntur, & l. si quis cum nullũ. ff. de iure codicil. & quod not. in l. si fundum per fideicommissum. §. fin. cũ. l. sequen. ff. de lega. 1. Sed est successio quę fieri habet primo recipienti hanc donationem non ab intestato, nec per vltimam voluntatem tacitam vel expressam, sed ex dispositione apposita inter viuos, & ex lege apposita per ipsum Regem donantem, quod succederet primogenitus, quam legem ipse donatarius tollere non poterat, nec facere, ꝙ alius succederet quã primogenitus. l. aliud ff. solu. iuncta. l. legem. C. de pact. nec ipse etiam Rex donãs poterat d. legem mutare, vel variare. l. perfecta. C. de dona. quæ sub mo. l. Aristo. ff. de dona. & dicit Paul. de Cast. ibi in præcedentibus videlicet in col. 5. versi. vel melius, & subtilius dico & versic. applicãdo igitur ista, &c. ꝙ omnibus primogenitis successiuè comprehensis in d. donatione est ius quæsitum, non per viam transmissionis de vna persona in aliam, sed ex persona propria eueniẽte casu, ꝙ persona anterior tollatur de medio, vt ibi ipse latius probat & deducit, & ista est substãtialis decisio præsentis quęstionis. Vlterius,
43 ꝙ † vbi feudum debetur gradatim primogenitis nõ possit præcedens illud alienare in præiudiciũ primogeniti sequentis, decidit Andr. de Iser. in cap. 1. §. & olim col. 2. de succe. feu. & ꝙ pater non possit tradere illud secundogenito, vult idem Andr. de Iser. in cap. 1. §. omnes filij. si de feu. defun. su. contr. in Dom. & agn. Ex his sequitur illud corollariũ, ꝙ cessio, quàm facit Serenissimis Dux Modernus d. D. Claudio iuris sibi competentis vigore dictæ substitutionis, non tenet, cum nullũ ius ex ea cõpetat D. Duci, & nõ possit cessionarius plus iuris habere, quàm cedẽs habeat. l. in omnibus officijs. §. nõ debeo, & l. qui in ius. & l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. l. traditio. ff. de acq. rer. dom. Vtrum autem ius, quod alicui competit ex substitutione possit alteri cedi non attingo, quia non expedit. Ex his finem scribendi facio, existimans ad quæsita satis sufficienter responsum fuisse.

SVMMARIVM.

1 *Imperium, vbi vnus tantum debet imperare, debet penes maiorem natu residere.*

2 *Dignitates, electiones, et honores, senioribus sunt tribuenda in quibus sẽper senior regulariter solet iuniori præferri.*

3 *Feudum, vbi non fuit gratis concessum, sed ex re patris quęsitum pro se & filijs, potest à patre vni filiorum assignari, quia non concedentis, sed beneficio patris acquirentis filijs competit reuocabiliter. Amplia vt nume. 4.*

5 *Principis verba in inuestituris prolata adeò fidem faciunt, quòd alio testimonio non indigent.*

6 *Cõceptionis tẽpus, in singularibus successionib. non curatur.*

7 *Feudum vbi concessum est, vt trãseat ad primogenitos, ibi etiam est intelligendum de postmodum nascituris.*

8 *Arbitramentalis sententia iuncta compromisso vicẽ transactionis sustinet, quæ vbi est approbata, & emologata, dicitur propriè & verè transactio. vt nume. 9.*

10 *Vasallus vbi transigendo in alium feudum transfert, & illum facit possessorem, dicitur feudum alienare.*

11 *Restitutio in integrum peti tantum potest tempore minoris ætatis, & post eam intra sequens quadriennium.*

12 *Restitutio in integrum minori datur, si ostẽdat se ex suo contractu læsum, & sui facilitate captum.*

13 *Restitutio minori non datur contra omissam appellationem, nisi doceat se tantum ius habere, quod in causa appellationis potuisset vincere.*

14 *Minor, vbi sententia est lata contra ipsum, si maior factus per longum tempus tacuerit, eam sentẽtiam videtur confirmasse, adeò quòd eam non potest amplius impugnare.*

15 *Mutanda non sunt, quæ semper certam habuerunt interpretationem.*

16 *Feudum, vbi est paternum & antiquum, ibi transuersales in defectum filiorum succedunt.*

De materia præmissorum. Cons. 503.



VPERIORIBVS mensibus cõsului in fauorẽ Illustrissimi Do. Philippi de Sabaudia concludendo bona feudalia Raconixij spectare ad eum vt primo genitum, non autem ad Illustrem D. Claudium eius fratrem secundogenitum. Nũc requisitus sum, vt dicã quid sentiam

sentiam super feudo Caburri, quod tunc facere non potui multiplicibus negotijs impeditus. Visis igitur & considera tis his, quæ in facto proponuntur, nec non diligenter inspe ctis scripturis transmissis Dico pariter d.feudum Caburri cum pertinentijs spectare & pertinere ad Illustrem d.Philippum duntaxat, & nullum ius præfato D.Claudio compe tere. Motus principaliter triplici fundamento, omissis argu mentis ad partes, quia expedire nõ puto. Primo nãque con sidero, ꝙ postquam Illustrissimus D.Ludouicus filius natu ralis Illustrissimi D.Ludouici Principis Achaiæ fuisset inuestitus de præfato loco Caburri, vna cum iurisdictione, & territorio & mero, & mixto Imperio, & gladij potestate ꝓ se, & descendentibus suis masculis in perpetuũ ab Illustrissi mo quondam Amadeo Sabaudiæ Duce, conuenit cũ hominibus d.loci eisdemq; promisit pro se & hæredibus suis non trãsferre castrum, villam, iurisdictionem & imperium d.loci, nisi in vnum successorem, qui habeat totale dominium d.loci insolidum, & ꝙ nullo vnquam tempore nõ sit in d.loco, nisi vnus Dominus, quæ verba sanè importãt, ꝙ Imperium, & dominium d.loci sit semper apud primoge-
1 nitos descendentium d.Ludouici, quia † vbi vnus tantum debet imperare, tunc imperium debet esse apud maiorem natu c.licet & ibi Doc.de vot.& cap.quàm sit periculosum 7.q.1.& tradit optimè Oldra.cõsi.94. Eleganter circa negotium colum.4.vbi ponit cur in regno statutum fuerit, ꝙ filij Regum succedãt, & inter eos qui est primogenitus, &
2 regulariter istud procedit, quod in † electionibus, honoribus, & dignitatibus seniores iunioribus præferantur.l.fina. C.de tiro.lib.7.l.semper in prin.ff.de iu.immu.l.2.ff.de albo scriben.l.fin.ff.de fide instru.nam qui est ætate maior, præsumitur maturitate sensus præstãtior c.nisi cum pridem.§. alia vero causa de renun.& in eo maior rerum esse peritia cap.sciendum 26.q.4.& natura ita comparatum est, vt iuniores pareant senioribus, hi præsint, illi subsint secundum Philosophum quem Alber.in suo dictionario in verbo senex: plura ponunt de istis Moder.in.l.cum quid.ff.si cert. petat.& ante eos Alex.consi.4. Consideratis verbis testamenti lib.4. His igitur sic stantibus potuit præfatus D.Ludouicus primus inuestitus trãsferre id feudum Caburri in primogenitos suorum descendentium, ad instantiam præsertim hominum d.loci, quorum intererat, per vnũ, & non per plures sibi imperari, per tex.in.l.2.§.nouissimi ibi euenit, vt necesse esset per vnum reipub.consuli.ff.de orig.iur. Principum nãque multitudo mala, vnus ergo sit Princeps. Sed remota etiam hac ratione publicæ vtilitatis, quæ valdè deberet esse in consideratione penes æquos iudices, qđ potuerit illud facere ostẽditur, quia ipse fuit primus author huius acquisitionis, vnde in feudo nouo est dicendũ, quod pater potuerit illud vni ex filijs assignare, vt late ostensum fuit in consilio, quod nuper edidi pro præfato D. Philippo super feudo Raconixij, non repeto, ne eandem cantilenam sępius ingeram. Addo tamen vltra ibi dicta, ꝙ eandẽ opin. tenet Matthæ.de Afflict.decis.112.inter Dominam Lauram colum.2.& si quem opiniones iuniorum delectãt, videat Aym.Crau.qui hodie superest cõsi.eius 135.quod incipit, Verba decreti, vbi idem tenet, & refert Cepol.& Gozad.idem quoque consulendo approbasse. Præterea d.feudum potest dici emptum: nam cum d.D.Ludouicus esset creditor de egregia pecuniarum summa dicti Illustrissimi D.Ducis Inuestientis. Item esset creditor eiusdem ratione legati sibi facti per illustrissimam quondam D.Bonam de medietate suarum dotium, & mobilium. hæc pro d.inuestitura d.D.Ludouicus remisit: & sic d.feudũ sibi pro præfatis creditis datum in solutum per d.Illustrissimũ D.Amadeum Ducem, quæ sanè in solutum datio vicem emptionis & venditionis obtinet.l.eleganter in princ.ff.de pigno. actio.l.si prædium.C.de euict.l.1.ff.pro empt.&.l.fin.ff.ex quib.cau.in pos.ea.vnde succedit id, quod Bal.scribit in.l.1.
3 in fin.C.per quas perso.nob.acq.ꝙ † vbi feudum non fuit gratis concessum, sed quæsitum fuit ex re patris, potest pater, qui illud recepit pro se & filijs, vni filiorum assignare, quia illud feudum non competit filijs ex beneficio D.concedentis, sed ex patris acquirentis beneficio, quod reuocare potest, & cum Bal.tenet Corn.cõsi.199.In præsenti con sultatione, colum.18.lib.2.& consi.51. Videtur 1.colum.2. lib.3.sequitur etiam Aret.in.l.apud Iulianum.§.si quis ali-
4 cui colum.2.ff.de lega.1.dicens, † ꝙ vbi pater recepit feudũ vel emphyteosim pro se & filijs exponens aliquid de suo, tunc videtur, ꝙ filij habeãt feudum vel emphyteosim, nõ ex beneficio concedentis, sed ex tacita donatione paterna, & per consequens est reuocabilis: & ibi Aret.subdit in fin. ꝙ sicut quando pater dedit pecuniam pro habendo feudo vel emphyteosi resultat tacita donatio, ita indubitanter dicendum, quando apparet ex forma cõcessionis vel alio legitimo modo, ꝙ conceditur feudum vel emphyteosis in personam filiorum contemplatione patris recipientis, quia quicquid datur filio contemplatione patris recipiẽtis, profectitium est.l.sed si plures.§.in arrogato.ff.de vulg.& pup. l.fin.cum ibi no.C.de vsufr.sed hic ex forma concessionis apparet concessionem esse factam contemplatione patris, quia vltra pecuniam datam fuit facta inuestitura ob seruitia & merita iam præstita à d.D.Ludouico, & in hoc non
5 videtur requiri aliud testimonium meritorum, quia † verba narratiua à tanto Principe prolata fidem faciunt, iux.not. per Bar.in.l.ambitiosa colum.7.versi.visis & examinatis.ff. de decr.ab ordi.fac.& est bona glo.in c.pastoralis in verbo exonerare de offic.deleg.& tradit Bald.in rubr.eod.tit.col. penul.quia pro iudice & persona publica multũ presumitur l.2.C.de offic.ciui.iudic. Nec debet fieri difficultas, ꝙ pri-
6 mogeniti nõdum erant nati, quia † in singularibus successionibus non curatur conceptionis tempus.l.Paulus.§.Paulus respondit nepotẽ.ff.de bon.liber.& tradit Bar.in.l.quod dicitur circa fin.versic.Item an pater.ff.de verb.oblig.& in
7 l.item prætor.ff.de su.& legit.& ꝙ † feudum concessum, vt transeat ad primogenitos, intelligatur etiam de postmodũ nascituris, latè ostẽdit Andr.de Iser.in cap.1.§.& olim col. 2.vers.Item quia de præsentibus, de succes.feud.& fuit istis primogenitis ius quæsitum non solum in personali actione.l.quoties.C.de dona.quæ sub mo.sed etiam in dominio rerum, vt ponit Spec. in tit.de loca.§.nunc aliqua vers. Septuagesimo queritur ecclesia concessit, & tenet Alex.cõsi. 193.ex themate ꝑmisso col.1.lib.2.vbi allegat d.l.quotiẽs.

Secundò principaliter ostẽditur d.Feudum Caburri spectare ad præfatum D.Philippum ex verbis inuestituræ, in quibus dicitur, ad habendum, tenendum & possidendũ per d.Feudatarium & suos, & de illis inter ipsos, prout voluerint disponendum, saluis tamen & reseruatis infrascriptis, quæ nobis & successoribus nostris reseruamus. Ecce qualiter conceditur apertè licentia dispõnẽdi de d.Feudo d.D. Ludouico Feudatario nominatim & expresse per Illustrissimum inuestientem inter suos tamen, & pro quibus acceperat inuestituram; hoc est factum, quia d.D.Ludouicus vtens potestate sibi concessa, disposuit vt primogeniti tantum illud feudum haberent, & isto casu non est necesse, ꝙ requiratur amplius licentia à Domino, quæ ab initio concessa videtur, vt est casus in cap.1.de feud.non hab.propr. nat.feu.& tradit Ange.in.l.quum essent.§.si.per illum text. ff.de seru.rust.præd.& miror, ꝙ stantibus verbis inuestituræ, tam claris, fiat difficultas, & confirmatur hoc arg.ex reseruationibus factis, quia concedit Illustrissimus inuestiẽs, ꝙ Feudatarius & sui possint quomodo voluerint inter ipsos disponere, ita tamen, ꝙ semper hi, in quos fiet alienatio teneant d.oppidum iure feudi, & ꝙ homines ipsi subsint Principi & soluãt subsidia: hæc enim reseruatio facit vt in reliquis videatur concessa libera & absoluta inter ipsos disponendi facultas, quia quorũdam exclusio, est aliorum inclusio.l.cũ prætor in princ.ff.de iudi. & exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.l.quæsitum.§.denique.ff.de fun.instrum.l.nam ꝙ liquidè.§.pen.ff.de penu.lega.

Tertiò principaliter ad idem adducitur, nam cum esset cõtẽtio de d.feudo Caburri inter Illustres D.Antonium de Sabaudia & prefatum D.Philippũ, fuit per arbitramentalem

talem sententiam declaratum, ꝙ post mortem præfati D. Antonij, castrum & feudum Caburri transferatur ipso iure & facto, in præfatum D.Philippum, eiusque hæredes, & successores masculos, & quæ sententia arbitramentalis fuit
8 ratificata à partibus, quæ sanè † sententia arbitramentalis iuncto compromisso vicem transactionis obtinet, glo.in Aut.vt differen.iudic.in princ.& Bar.in Aut.si vero contigerit.C.de iud.quod maximè procedit,
9 †vbi est approbata & emologata, quia tunc non largo modo, sed verè & propriè est transactio vt Bald.tradit in rub.de arbit.super Decretal.Petr.de Ancha. disputatione sua incipiente, cum.C. Laicus col.antepen.Io.Bapt.de S.Seuer.in tract.transact.q. 3.circa fin.Soci.consi.85. Viso compromisso col.1.lib.1.& sequuntur Moder.sæpè consulendo. Vnde vigore d.transactionis potuit d.D.Antonius feudum Caburri transferre in præfatum D.Philippum, quum ex verbis inuestituræ superius relatis possint descendentes d.D.Ludouici primi in
10 inuestiti d.feudū inter se ipsos alienare, † nam Vasallus, vbi transigendo transfert feudum in alium, & illum facit possessorem, dicitur feudum alienare, vt Bald.scribit in cap.1. de controu.feu.in vasal.& alium, & in cap.Imperialē col.4. versi.quæro, an Vasallus de Prohib.feu.alie.per Fede.

Quartò adducitur, quia idem D.Claudius qui nunc aduersatur, præfatam sententiam arbitramentalem approbauit, agnouit & ratā habuit, & per consequens cōsensit d.feudum post mortem D.Antonij transferri ad D.Philippum, & ius suum omne remisisse videtur.l.Papinianus.§.si conditioni.ff.de inoff.test.l.nō putauit.§.si quis sua manu.ff.de bono.poss.cōtra tab.l.in diem in prin.ff.de aqu.plu.arc.l.sicut.§.si voluntate &.§.non videtur ibi si se subscripserit tabulis.ff.qui pot.in pig.hab.& remittentibus iura sua non datur regressus.7.q.1.cap.quā sit periculosum &.l.quæritur.§. si vēditor.ff.de ædic.edic.& rectè se habet iuris regula, qua traditur, ꝙ id, quod semel placuit, amplius displicere nō potest. Quòd si diceretur, ꝙ d.D.Claudius fecit d.approbationem dum esset minor & nunc intendit consequi restitutionem in integrum. Respondetur ad hoc per præstantes Aduocatos D.Philippi, quod elapsa sunt tempora restitu-
11 tionis petendæ, †quæ tantum peti potest, tempore minoris ætatis, & post eam intra sequens quadriennium cap.1.de in integ.restit.in 6.l.fin.C.de tēp.in integ.restit.peten. & istud est, quod voluit dicere tex.in.l.2.in fin.C.si aduer.dona.vbi Imperator loquens de eo, qui minor donauerat, si tempora (inquit) restitutionis non excesserint, hoc auxilium implorare potest. Mihi tamen magis placet, vt respondeatur
12 petitam restitutionem non competere, quia † hæc datur, vbi minor ostendit se ex suo contractu læsum, & captū sui facilitate.l.minoribus, la prima, &.l.fin. C.de in integ.rest.l. verum.§.sciendum cum.§.seq.ff.de mino.l.nā & postea.§.
13 si minor.ff.de iureiur.vbi Bar.dicit, ꝙ† minor non restituitur aduersus omissam appellationem, nisi doceat se tantum ius habere, ꝙ in causa appellationis potuisset vincere; Sed in proposito D.Claudius, nullam læsionem allegare efficaciter potest, quum feudum Caburri ad primogenitum tantum spectaret vt ex superioribus fundamentis liquidò fuit demonstratum. Vnde approbatio illius arbitramentalis sententiæ fuit magis facta, ad vberiorem confirmationē iuriū D.Philippi, quàm quod esset necessaria. Posset etiā dici, ꝙ
24 † si D.Claudius post perfectam minorem ętatē tacuerit, & acquieuerit gestis per eū in minori ætate per longū tempus videatur habuisse ratam d.approbationem arbitramentalis sententiæ, nec eam amplius impugnare possit.l.fi.§.cū aūt. C.si maior factus alien.rat.hab.vel si alio modo maior factus tacitè vel expressè d.approbationē ratam habuisset, vt per Bald.consil.184. Ad intelligentiam quæsitorum lib.2. Postremo quum præsupponatur primogenitos in d.feudo
15 Caburri semper gradatim successisse, † non sunt mutanda, quæ interpretationem certā semper habuerunt.l.minimè, &.l.de interpretatione.ff.de ll.& bonus tex.in cap.cōtingit, ibi si fuerit aliquot annos seruata, de trāsac.& in dubio etiā pro D.Philippo esset iudicandum tum quia publica vtilitas postulat, vt per vnū subditi regantur, tum vero quia partes rei sustinet.l.Arrianus.ff.de actio.& oblig.

Circa illud dubium, quod oretenus commotum fuit per Illustrem D.Præsidem, Respondetur, ꝙ ex verbis inuestituræ Illustrissimi Sabaudiæ Duces non vocantur ad feudū Caburri, nisi deficientibus omnibus descendētibus masculis ex d.Ludouico primo inuestito, & licet aliqui ex descendentibus d.Ludouici deuenissent ad d.diuisionem inter se ipsos, & ille cui d.feudum Caburri, seu eius pars deuenisset in portionem, decessisset nullis relictis filijs masculis, nō tū reuerteretur ad Dñm, sed extinctis descendentibus vnius lineæ, proximiores ex alia linea succedūt, vt est casus in c.1. in fin.de nat.suc.feu.& ita etiā iure feudorū est dispositum
16 quod† in feudo paterno, & antiquo trāsuersales agnati succedant in defectū filiorum.§.1.§.his vero deficientibus de gra.suc.in feu.§.1.§.hoc quoque sciēdū qui feu.da.poss.c.1.§. hoc quoque obseruatur de suc.feu.c.1.ibi per inuestituram patris vel aui de feu.March.tradit Bar.in.l.si mihi & Titio. ff.de verb.obli.Bart.in.l.vnica vlt.char.C.qñ non petē.par. cum alijs infinitis concordantibus, quæ adduci possent.

SVMMARIVM.

1 *Voluntatis mutatio vbi non apparet expressa, ibi nec præsumitur.*
2 *Potest verbum affirmatiuè prolatum, tam in contractibus, quàm in rescriptis liberam importat facultatem, & non necessitatem.*
3 *Clausula generali non obstante, vbi plura obstant, quorum mentio expressa requiritur non sufficit, alias quod remanet defectum inducit.*
4 *Dispensatio adeò est strictè intelligenda, vt non possit trahi ad casum, in quo versatur maior dispensandi ratio.*
5 *Dispensatio Episcopi monacho facta ad beneficium curatum non trahitur ad beneficium simplex.*
6 *Princeps non præsumitur velle ius tertio competēs auferre, etiamsi de modico tertij præiudicio tractaretur vt nu. 7.*
8 *Concessio sequens priori non derogat, nisi de prima specifica mentio fiat.*
9 *Feudum nouum eo differt ab antiquo, quod nouū sumit initium à persona primi inuestiti de nouo acquirentis. Antiquum verò dicitur quod quæsitum fuit per aliquem ex superioribus ascendentibus, qui sit parens & stipes communis agnationis.*
10 *Feudum, quando est verè nouum, & agitur inter partes, vt sit antiquum id alia ratione non fit, nisi vt includantur agnati transuersales ad successionem, qui alias excluderentur.*
11 *Feudum, vt pater in vnum tantum filiorum de eo disponere non possit debet esse verè antiquum.*
12 *Feudum vbi receptum est pro se & descendentibus, vel pro se & filijs, licet respectu ipsius recipientis sit nouum, & collaterales ipsi non succedant, tamen respectu ipsorum descendentium admittuntur.*
13 *Prohibitio, quādo geminata reperitur, scilicet prolata à lege, & ab homine, solet multum operari.*
14 *Superfluitas potius toleratur, quàm vt iuris cōmunis correctio inducatnr.*
15 *Principis liberalitas fræno non subest, nec debet coerceri.*
16 *Feudale prędium ab ecclesia, vel ab alio duobus concessum, altero sine hærede decedente non remanet ad superstitem sed ad dominum reuertitur.*
17 *Feudalibus in rebus naturales tātum de iure communi non succedunt.*
18 *Legitimatio ad natiuitatem retrotrahitur, & facit vt medio tempore legitimatus habeatur, vt legitimus, modo sit filio fauorabilis, & nemini fuerit ius quæsitum vt nume.20. Amplia vt num.23.*

19 Institutio

19 *Institutio facta simpliciter per patrem in filium spurium, eo ex post legitimato, reconualescit.*

21 *Substitutio vbi est facta alicui cum clausula, si decesserit sine liberis non facit, vt liberi intelligantur vocati ex testamento.*

22 *Interpretatio qualibet semper sumenda est, ne quis actus contrarios fecisse videatur.*

Super eademmet facti specie. Cons. 504.



ON sum nescius me superioribus mensibus consuluisse pro Illustri Do. Philippo de Sabaudia vt ipse solus succedere debeat in feudo,& iurisdictione Raconixij & Caburri, vigore primogenituræ concessæ per Illustrissimum quondam Dominum Ludouicum Principem Achaiæ in personam Illustris Do.Ludouici eius filij naturalis,& primogenitorũ successiuè ex eo gradu in gradum descendentium, & ipse Do.Philippus nunc reperiatur primogenitus descẽdens ex linea d.Ludouici, prout de præmissis latius in cõsilijs meis continetur. Nunc dicitur,quòd illustris Do.Claudius aduersarius super nonnullis conatur facere fundamentum,vt adiuuet quoquo modo eius causam, quæ tamen videntur esse fragilia,& consultationibus nostris non obstare. Primò sumitur fundamentũ ex instrumento rogato, de anno 1418. vbi narratur quod Illustrissimus quondam Do.Amadeus Dux Sabaudiæ habilitauit dictum Do.Ludouicum filium naturalem præfati Do.Ludouici Principis Achaiæ,& cum eo de suæ potestatis plenitudine dispensauit, vt valeat & possit non obstante natalium defectu per se & suos vniuersos & singulos filios masculos vnum vel plures ex legitimo matrimonio procreandos, omnia infeudata tenere,& possidere, vti, frui, & gaudere tanquam de re sua propria, ac si esset de legitimo matrimonio procreatus, omnem incapacitatem & impedimentum eidem Do.Ludouico tollẽdo, & penitus auferendo, & in eodem instrumento habilitationis narratum fuerat qualiter sibi fuerãt infeudata ab Illustrissimo Do.Ludouico Principe Achaiæ auunculo præfati D.Ducis Amadei castrum,& villa Raconixij cũ mero & mixto imperio,& omni iurisdictione, cum pertinentijs suis Moliabrunum, Castrum & villa Pancalerij, Hozasij, Castrum Raynerij diocesis Taurinensis. Vnde ex dictis verbis dicit aduersarius colligi, ꝙ iuri primogenituræ constituto in Castro,& oppido Raconixij, quod ibi nominatur fuerit derogatum, ex quo voluit dictus Do.Amadeus Dux Sabaudiæ ad preces d.Ludouici naturalis posse eũ per se & filios vnum vel plures infeudata tenere. Sed huic fragili obiecto clarissimè respondetur,& miror quod Aduersarius nitatur in verbis d.instrumenti, superius formaliter relatis, quæ non modo adiuuant eius intentionem, sed etiã aduersantur vehementer: nam quum illic dicatur, quod possit & valeat præfatus Ludouicus per se & suos filios vnũ vel plures infeudata tenere, non apparet, quòd d.Ludouicus iuxta facultatem sibi concessam voluerit oppidum Raconixij,& Moliebrunæ tenere per plures filios, imo apparet de contrario, ꝙ voluit ea tenere & possidere per vnum duntaxat, videlicet per descendentium suorum primogenitum, qui pro tempore extiterit successionis in d.oppidis

1 infeudatis,& de † mutatione voluntatis & penitentia nihil constat, quæ etiam nõ præsumitur cap.maiores de Baptisma.l.eum qui tacitum.ff.de proba.l.cum hic status.§.1.ff.de dona.inter vir.& vxor. Fateor autem fuisse in potestate libera d.Ludouici inspectis dũtaxat dictis verbis transferre infeudata in plures prout indicãt illa verba possit & valeat,

2 nam † verbum potest affirmatiuè prolatũ non inducit necessitatem, sed importat liberam facultatem, siue in cõtractibus apponatur, siue in rescriptis.l.sæpè.ff.de offic.præsid. glo.in cap.1.in verbo non potest de regu.iur.in 6.tradunt Bart.& alij in.l.Gallus in princ.ff.de libe.& posthu.Bart.& Bald.in.l.1.ff.de in ius testa.cum alijs cõcord.vnde cum sibi data hac facultate disiunctiuè transferendi in vnum vel plures maluerit in vnum transferre, quàm in plures, nonne res ipsa indicat friuolum fuisse obiectum? non enim sequitur, potuit in plures filios transferre, ergo fecit, quum potentia differat ab actu, vt patet ex not.per Bar.in d.l.1.ff.de iniust. & irri.testam. Vlterius considerandum est, quòd intẽtio Illustrissimi Ducis Amadei non alia fuit quàm habilitare d. Ludouicum naturalem & eius filios ad feuda, ad quæ erant incapaces cap.naturales si de feu.defun.suc.contro.in dom. vel agna.& ita cum eis dispensauit defectum natalium tollendo, vnde ista dispensatio, quæ est facta respectũ nataliũ, non debet trahi ad alium defectũ, & impedimẽtum, quod obstaret, quia vt inquit Bald.in.l.fin.col.2.versi.& no.quòd Beneficium.ff.de constit.Princip.licet vna dispensatio sit fauorabilis, plures tamen sunt odiosæ, allegat tex.in.l.si quando.C.de inoff.testam.vbi licet Imperator dispenset cũ inhabili, vt possit testari nõ tamen intelligitur cum eo dispensatum, vt possit testari absque iuris solemnitate: non enim inconuenientia sunt multiplicanda, & plura specialia inducenda.l.1.C.de dot.promiss.& hæc eadem conclusio probatur per text.in.l.ex facto in princ.ff.de vulga. & pupil.& cap.1.de fil.presb.in 6.& dicit Bald.in.l.1.col.pen. vers.vnũ

3 etiam scias.C.de furt.ꝙ † clausula generalis non obstante, non sufficit, vbi plura obstãt, sed de singulis defectibus facienda est mentio, quia quod remanet inducit defectum d. l.si quãdo.C.de inoffic.testamen.& Auth.omnes peregrini.C.commu.de success.&.l.si non lex Aelia Sentia in prin.

4 ff.de hæred.instit. Addo etiam, † quòd dispensatio adeò strictè est intelligenda, vt non possit trahi ad casum, in quo militet maior dispẽsandi ratio cap.fin.de postul.præla.cap.cui non de sacerdotali, de præbend.in 6.& est celebre dictum Hostien.in cap.postulasti, vbi Feli.plura accumulat de re-

5 script.& vt exempli causa vnum aliquid inseram, † si Episcopus dispensat cum monacho ad beneficium curatũ, non trahitur hæc dispensatio ad beneficium simplex, ita inquit Io.And.in cap.quæ à iure de reg.iur.in 6.in Mercur. Reducendo ista ad rem nostram, licet fuerit dispensatum cum d. Ludouico filio naturali, vt eius descendentes sint feudi capaces sublato natalium defectu, ita quòd nõ potest, iam eis ad feuda venire volentibus, obijci, quòd sint ex infecta radice procreati, non tamen est sublatum aliud impedimentum, quo ad præfata oppida Raconixij,& Moliebrunæ, ꝙ d.feuda primogenito tantum debentur,& non ipsis, qui secundo, aut tertio loco geniti sunt. Non enim dispensatio facta in vno ad diuersa porrigitur: quum nec porrigatur quidem ad ea, quæ eiusdem speciei sunt, & habent maiorẽ rationem dispensandi, vt superius dictum est, & ista est etiam efficax resolutio ad dictum obiectum. Postremò respondetur, quòd cum ex priori contractu ius iam fuisset quæsitum primogenitis d.Do.Ludouici etiam nondum natis in præfatis duobus feudis,& hominibus pariter Raconixij, ad quorum preces ius illud primogenituræ fuerat inductum, quum interfit eorum non plures, sed vnum habere domi-

6 num, dicendum est, ꝙ † Princeps ius istud tertio cõpetens noluerit auferre, quod etiã in dubio præsumitur.l.2.§.merito &.§.si quis à Principe.ff.ne quid in lo.publ.l.nec auus cum glo.& ibi Bal.C.de emanc.lib.l.impuberibus.ff.de admini.tut.cap.super eo de offic.deleg.cap.quãuis de rescrip.

7 in 6.quòd † procedit etiam si tractaretur de modico præiudicio tertij, quia adhuc non intelligitur illi modico præiudicatum, glo.singul.in cap.cum olim in verb.præiudicium de consuetudin.quam ibi not.Domi.& dicit Bald.in d.cap. super eo per illum text.offic.delega.quòd potius verba debent impropriari, quàm quod præiudicium tertio inferatur.ideo si Pontifex Romanus conferat beneficium non obstante collatione alteri facta, intelligitur locutus de collatione inualida, secus si valida fuisset, quia huic non videtur præiudicatũ, vt voluit Compostel.in c.causam quæ de rescrip. Sequitur Domi.in cap.si post quàm colum.fina.de præben.

præben.in 6.Alex.consi.125.Viso titulo quæstionis, col.2.
lib.2.& consi.23.Viso processu col.3.lib.5. Quanto igitur
minus dicendum est quòd noluerit Dux præiudicare iuri
primogenitorum, & hominum vniuersorum Raconixij,
qui se subijci tantum vni domino immediato affectabant,
nam hic nulla verba impropriari oportet, quum in d.instru
mento habilitationis nulla de eorum iure facta fuerit men
tio, quod bene cōprobatur; quia idem Illustrissimus Dux
Amadeus de Anno 1520.confirmauit d.hominibus Raco
nixij omnia priuilegia & immunitates sibi concessas per
præfatos D.Ludouicum patrem,& filium,in quibus priui-
legijs istud etiam ius primogenituræ cōtinetur, vnde cum
iam fuisset ius quæsitum d.cōmunitati & hominibus, qui
nunc pro suo interesse causa comparent, dicendū est quòd
etiam si in instrumento d.habilitationis fuisset clarè & ex-
pressè dictum ꝙ omnes filij d.Ludouici naturalis succede
rent in feudo Raconixij,tamen hæc secunda concesio nō
8 teneret,tanquam subreptitia, quia † per sequentem cōces-
sionem nunquam intelligitur priori derogatum,nisi de pri
ma specifica sit facta mentio,cap.bonæ de confirm.vti.vel
inut.cap.ex literis de off.deleg.cap.cum ordinē,& cap.cum
ex nostra de rescript.cap.2.& ibi Doc.de do.& contu.cap.
veniens de præscript.cū alijs sexcentis quæ adduci possent.
Ex prædictis patet responsio ad alteram partem d.instru-
menti habilitationis,in qua dicitur,quod decedente d.Do.
Ludouico sine filijs vno vel pluribus, infeudata reuertātur
ad ipsum Illustrissimū D.Ducem, quia per huiusmodi ver
ba nō intelligitur derogatum iuri primogenituræ iam con
cessæ,vt superiora ostendunt. Et hæc circa primum obie-
ctum sint dicta cui etiam pluribus alijs modis responderi
posset,sed prædicta plusquam sufficere existimaui.

Secundò obijcitur,quod de anno 1419.in quadam reco
gnitione feudi facta per dictum D.Ludouicum Illustrissi-
mo Duci Amadeo præfatus D.Ludouicus recepit feudum
Raconixij vt antiquū,ex quo inferri videtur ꝙ prima inue
stitura,quā fecit Illustrissimus Ludouicus Princeps Achaię
d.D.Ludouico eius filio naturali sit similiter facta de d.op-
pido Raconixij,vt de feudo antiquo, ego non reperio, ꝙ
in instrumento recognitionis transmisso factæ de d.anno
1419.fuerit dictum aliquid,ꝙ infeudata sint, & habeantur
vt feudum antiquum. Veruntamen ita respondebo, ac si in
dicto instrumento oppidum Raconixij fuisset recognitū,
per verba,quæ prætenduntur de feudo antiquo ibidē fuisse
dicta,& exposita,& eo libentius id faciam,quia istud obie-
ctum est fragilius,quàm præcedens,ꝙ sic ostenditur, nam
9 † feudum nouū dicitur,ꝙ de nouo acquiritur, & capit ini-
tium in personam primi inuestiti, fundum vero antiquum
dicitur,quod fuit acquisitū,per aliquem ex ascendentibus,
qui sit parens, & stipes communis agnationis cap.1.§.hoc
quoque de success.feu.vbi Bald.not.cap.1.§.1.& ibi etiam
Scriben.de grad.succ.feu.tradit Bal.in Aut.defuncto.C.ad
Tertul. Sed istud feudū Raconixij proculdubio cepit ini-
tium in personam Do.Ludouici filij naturalis, inuestiente
eum d.D.Ludouico patre Principe Achaiæ, prout osten-
ditur ex priuilegijs concessis communitati & hominibus
Raconixij & ex cōfirmatione Ducis Amadei & in instru-
mento habilitationis,& ipsa rerū necessitas ad hoc nos co-
git,quia vbi non ostenditur feudum fuisse prius alteri con-
cessum,qui sit parens communis agnationis, illic dicēdum
feudum esse nouū,vt Alex.scribit consi.10. Ponderatis his
quæ in themate col.1.lib.3.Vnde non oportet nos ingredi
illum articulum vtrum in dubio feudum præsumatur anti-
quum vel nouum, de quo habetur per scriben.in cap.1.in
prin.si feu.defun.fue.contr.in dom.& agn.& in c.1.de gra.
succes.feu.quia sumus in claris,& in claris non est opus cō-
iecturis.l.continuus.§.cum ita in fin.ff.de verb.oblig.Vnde
ex hoc patet vanū esse arg.partis aduersæ. non enim bona
est consequentia: Feudum Raconixij in quadam recogni-
tione receptum fuit, vt antiquum, ergo præsumendum est
quod in prima inuestitura fuerit receptum pariter, & con-
cessum,vt antiquum: cessat enim hæc præsumptio, quum
apertè doceatur de contrario,ꝙ sit feudum nouum. Vlte-
rius contra hanc præsumptionem, quam adducunt aduer-
sarij (si qua esse potest) adduco vehementiorem præsum-
ptionem, ꝙ in prima inuestitura non fuit appositum illud,
10 ꝙ feudum esset antiquum: nam † nulla alia ratione, quan-
do feudum est verè nouum,& agitur inter partes,vt sit an-
tiquū hoc fit,nisi vt transuersales agnati succedant,qui alias
in feudo nouo excluderentur cap.1.de nat.succe.feu.cap.1.
de grad.succe.feu.& hic considerandum est, quòd D.Lu-
douicus primus inuestitus, qui dicitur esse filius naturalis
Principis Achaiæ largè loquendo erat filius naturalis, seu
vt vulgo dicitur, & in ipsis scripturis nominatur, erat ba-
stardus,propriè autem loquendo erat spurius,quia natus ex
illicito complexu siue solutæ mulieris,siue cōiugatæ, vt pa
tet in ipso instrumento habilitationis,& spurius non habet
nec habere potest agnatos.l.si spurius.ff.vn.cogn.§.vulgo
quæsitos Insti.de cogna.succe.ad quem ergo effectū fuisset
inter partes conuentum,ꝙ feudum nouum haberetur,ac si
esset antiquum,si D.Ludouicus recipiens agnatos trāsuer-
sales non habebat nec habere poterat, qui sibi succederent
in feudo, certè actibus superfluis non est insistendū.l.hæc
stipulatio.§.diuus.ff.vt in posse.lega.propterea præsumen-
dum est (si præsumptionibus est vtēdum) dicta verba non
fuisse apposita,tanquam inania & nugatoria. Præterea po-
sito etiam, quòd in prima inuestitura Do.Ludouicus rece-
pisset d.feudum Raconixij,vt antiquum, tamen quādo feu
dum antiquum est hæreditarium adhuc de eo pater potest
inter liberos disponere,& vni eorum assignare,vt in consi-
lio aliàs per me reddito demonstratum fuit.Amplius dico,
ꝙ si etiam teneremus contrariam opinionem, ꝙ in feudo
antiquo siue hæreditario,siue non hæreditario, pater nullo
modo possit de eo, in vno tantum filiorum disponere. ta-
11 men istud esset intelligendum, vbi † feudum veritate esset
antiquum, quia tunc dici posset, quòd pater non possit au-
ferre feudum alijs liberis beneficio maiorum ipsis acquisi-
tum.l.fin.ff.de pact.l.si partem.§.fina.ff.quemad.seru.amit.
Sed vbi feudum est verè nouum,& agitur voluntate & fi-
ctione partium, quòd sit antiquum, cui dubium, quod de
consensu partium potest postea agi, vt feudum ttanseat ad
vnum tantum,prout in casu nostro actum fuit de consensu
Domini directi,& Vasalli,nam quilibet fauori suo renun-
ciare potest.l.pen.C.de pac.& eius est tollere, cuius est con
dere cap.1.de reg.iur.l.nihil tam naturale.ff.eod.non enim
tunc præiudicium generatur alicui alteri ex liberis, si feu-
dum,quod verè erat nouum ad suam propriam & peculia-
rem reuertitur naturā, & remanendo nouum de eo dispo-
natur in vnum ex liberis, prout fieri potuit cap.ab exordio
35.distin.l.si vnus.§.pactus ne peteret, ibi ad pristinā eius
naturam redijt.ff.de pact.& ista vltima responsio tollit om
nem scrupulum, si quis resideret.

Tertiò obijcitur, ꝙ de feudo nouo pater non possit di-
sponere,& adducitur Curt.Iun.in consilijs Iac.de S.Geor.
in sua inuestitura,& Tiraquellus in suo tract.de retrac. Sed
ad ista sumenda est responsio ex meo primo consilio, vbi
non contentus simplici allegatione disputaui articulum,ad
vtranque partem,& tandem concludo,ꝙ pater in casu isto
potuerit,hancq; conclusionem firmaui idoneis rationibus,
& auctoritatibus, & ostendi contrariam opinionem non
æquè bene munitam rationibus,nec tot idoneos auctores
pro se habere & omnino in præsenti controuersia nō pro-
cedere.Adduxi etiam in secundo consilio alios Moder.idē
tenentes,non repeto: satis est ea semel in literas misisse.

Quartò quo ad feudum Caburri opponitur,quòd Illust.
quondam Dux Amadeus concesit in feudum d.locū Ca-
burri d.D.Ludouico recipienti pro se & liberis suis mascu
lis legitimis & naturalibus procreatis,& procreandis, ꝙ ab
eis naturaliter & legitimè de masculo in masculum perpe-
tuo descendentibus duntaxat, & ponderatur, quod per il-
lam dictionem taxatiuam excluduntur collaterales, & per
consequens Illustrissimus Do.Philippus non potuit succe-
dere Do.Ludouico patruo suo tanquam collateralis, sed
feudum

feudum est deuolutū Illustrissimo D. Duci Sabaudiæ. Re-
12 spondetur planissimè, ꝙ ubi † feudum receptum est pro se descendētibus seu pro se & filijs, licet feudum respectu ipsius recipientis sit nouum, adeo quòd, qui sunt collaterales ipsi recipienti non succedant, attamen respectu ipsorū descendentium feudum non dicitur amplius esse nouum, sed paternum, ideo collaterales inter se succedunt, quum sint de descendentibus eius, qui primam inuestituram recepit, cap. 1. de nat. succe. feu. c. 1. de grad. succe. feu. & verba semper intelliguntur secundum naturam contractus. l. si stipulatus. ff. de vsu. l. damni infecti stipulatio. ff. de dam. infec. & intelliguntur etiam secundum iuris communis dispositionem. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. l. quidam cum filiū in prin. ff. de verb. obliga. tradit Bald. in. l. constitutionis. C. de bon. quæ lib. & illa taxatiua dūtaxat fuit apposita ad exclusionem fœminarum, quæ regulariter in feudo nō admit-
13 tuntur, & ita fuit expressum, quia † geminata prohibitio, quarum vna est à lege, altera à contrahentibus, multū operari solet: vt tradit Imo. in. l. filiusfa. §. diui. col. 2. ff. de leg. 1. dum ponit intellectum ad. l. secundam. C. de vsucapio. pro empt. quem sequūtur ibi Alexan. & Moder. & dicit etiam satis in proposito Bald. in cap. 1. §. præterea versicu. quæro quid si est appositum de capi. Conra. quòd quando prohibitio noua adijcitur veteri habet ampliare: Vnde pactum de non alienando feudum operatur effectum, quē ibi ipse exprimit, Et dato etiam, quòd velimus dicere illam dictionē
14 taxatiuam positam fuisse ex abundanti, tamen † potius superfluitas toleratur, quàm vt iuris communis correctio inducatur cap. causam quæ de rescrip. per quem tex. ita inquit Domit. in cap. si Papa de priuil. in 6. sequitur Alex. cōsi. 33. Viso themate col. 2. lib. 1. qui etiam ibidē dicit non esse inconueniens, quod exprimatur verbis, quòd de iure tacitè inerat. l. non rectè. C. de fideius. l. 3. in princ. ff. de leg. 1. Præterea aut consideramus mentem D. Ludouici recipientis feudum pro se & descendentibus, & proculdubio intellexit, ꝙ omnes sui descendentes succederent etiam sibi ipsis, quia & sint collaterales inter se, tamen quod ad ipsum sunt descendētes, & vnusquisque præsumitur posteritatē suam extraneis anteferre. l. generaliter. §. cum autē. C. de institu. & substit. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & non est dare rationem diuersitatis, cur magis voluerit descendentes habere feudum si vnus ab alio recta linea descendat, quàm si sit ei proximus ex linea transuersali, quum omnes ab ipso veluti stipite descendant, ergo vtroque casu presumitur idē voluisse. l. illud. ff. ad. l. Aquil. Aut consideramus mētem Illustrissimi Principis infeudantis, & cum in illo actu exerceret liberalitatem, quum feudum dicatur beneficium & gratia, dicendum ꝙ voluerit liberalitatem illam esse plenissimam, vt personæ Principis conuenit, adeo, quod non tantum succedant descendētes per singulos gradus, sed etiam collaterales: Nam beneficia Principum plenissime interpretanda sunt. l. fin. ff. de constit. Princ. l. si quādo. C. de bon.
15 vacan. lib. 10. & † liberalitas Principis fræno nō subest, nec debet coerceri. l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor. l. sancimus. §. exceptis. C. de dona. &, vt inquit egregiè Imperator in. l. fin. circa medium. C. de præpon. agen. in reb. lib. 12. absurdum & temerarium fortè per astutam interpretationem beneficia Principum, non ad augumentum, sed ad di-
16 minutionem conuertere. † Hinc videmus magis proximè, quòd si ecclesia, vel alius quispiam cōcedat prædium duobus in feudum decedente altero sine hærede, is, qui superest, non succedit in feudo, sed feudum reuertitur ad Dominum cap. 1. de duob. frat. de nou. benefi. inuest. cap. 1. de gra. succe. feu. c. 1. §. cum vero, qui feu. da. poss. & hoc ea maximè ratione, quia in contractibus non habet locum ius accrescendi. l. si mihi & Titio. ff. de verb. obliga. vbi Bart. hoc tradit: tamen hoc nō procedit in Principe infeudāte, quia tunc locus est iuri accrescendi, ita quod altero sine filio decedente, Soscius superstes portionem alterius acquirit. l. 1. C. si imperia. liber. Soci. lib. 10. per quem tex. ita inquit Bal. in. l. fin. col. 1. ff. de cōstitu. Prin. & in. l. vnica. §. in primo col. pen. vers. vnum scias. C. de cadu. toll. & in c. 1. de duob. frat. capit. inuest. Pau. de Cast. in d. l. si mihi & Titio & ibi Alex. & Moder. ff. de verb. obliga. & idem Alex. consi. 30. Quoniam omne datum col. 3. lib. 1. idem tenet Ange. in. l. vnica post Petr. & Cin. ibi. C. quan. non petē. par. cuius verba formalia refert Ias. cōsi. 1. in ista quæstione colum. pen. lib. 3. & istud etiam amplectitur Aret. cōsi. penul. Magici & excelsi col. 3. & Fran. de Cur. consi. 49. Memoriæ recolēdæ col. 34. Ecce qūo in feudo nouo dato à Principe feudi socios succedit alteri, contra iuris communis dispositionem, non alia ratione, nisi quia beneficia Principum plenissimè sunt interpretanda, quanto magis dicendum, ꝙ descendentes, licet sint sibi ipsis collaterales, succedant excluso domino, quum non solùm sint coniuncti, & vocati in eadem inuestitura, sed etiam verba eos comprehendant, quum inuestitura sit recepta pro se & descendentibus, & ipsi sint descendentes primi inuestiti, & vlterius iure communi sit dispositum. ꝙ collaterales in feudo paterno succedant, deberet quidē fieri lata interpretatio in liberalitate Principis, etiam si ius commune aduersaretur, Aduersarij autem volunt eum restringere, etiam quòd ius commune causam nostram adiuuet. Istud est, quòd præcipuè spectare debent præstātissimi D. Iudices: nam si Principis liberalitas amplianda est contra iuris communis dispositionem, sequitur, quòd contra eius dispositionem nullo modo sit restringēda, ideo qui restringere conantur, iniqua vtuntur interpretatione, odia nāque restringere, fauores ampliare debemus cap. odia de reg. iur. in 6. ex prædictis liquet dissoluta esse omnia obiecta, quæ nouissimè trāsmissa sunt, in quo fortasse longior fui, quàm oporteret, sed id factum est ea de causa, vt omnis scrupulus penitus tolleretur. Quod autem subditur in vltimo obiecto potuisse Do. Ludouicum de d. feudo testari, de hoc est dictum in prioribus meis scriptis & ostensum illum neutiquam testari potuisse. & ad ibi dicta me remitto.

His iam scriptis fuerunt transmissa alia obiecta, quæ fiūt per Illustrem D. Claudium, seu per eius Aduocatos, dicitur enim, quòd Illustrissimus D. Ludouicus Princeps Achaiæ qui recognoscebat superiorem videlicet Illustrissimum D. Amadeum Sabaudię ducem non potuit legitimare Illustrē Do. Ludouicum filium eius naturalem ad feudum, contra
17 quem ius commune disponat, † quod vetat naturales in feudis succedere cap. 1. §. naturales si de feud. defun. fue. contr. in dom. & agn. & per consequens quòd d. Do. Ludouicus Achaiæ Princeps non potuit cōuenire cum communitate & hominibus Raconixij, vt prefatus D. Ludouicus eius filius solus, & primogeniti postmodū ex eo succedāt. Quòd si obijciatur, quòd d. D. Ludouicus filius potuit succedere, ex habilitatione sibi facta per Illustrissimum Ducē Amadeum, Respondetur, quòd initium inuestituræ sumendum est ex tempore d. habilitationis, & non ante, & in tenore d. habilitationis non primogeniti tantum, sed omnes filij vocantur. Istud est Motiuū aduersarij, quod modo fuit transmissum, vt resoluatur. Sed facilis est resolutio. Primo, quia non potest dici, quòd ex die habilitationis tantum ius fuerit quæsitum d. Ludouico, in d. feudo Raconixij, Imo longè antea; quū Illustrissimus Dux Amadeus in eodem instrumento habilitationis, se antea testetur d. concessionem collatam in d. Ludouicum cōfirmasse & approbasse ad requisitionem Illustrissimi Do. Ludouici auunculi sui, cui in omnibus possibilibus semper voluit morē gerere, & præsentem habilitationem dicit postmodum facere ad maiorem securitatem, & corroborationem omnium premissorum infeudatorum, & per se laudatorum, & confirmatorū. Quomodo igitur potest pars aduersa dicere, ꝙ ex die tantum habilitationis feudum capit initium, quum ipse Princeps per publicam scripturam attestetur se dictam concessionem feudi antea approbasse, & confirmasse, & ante dictam habilitationē nullum ius in d. feudis inueniatur quæsitum omnibus filijs dicti Ludouici naturalis, sed primogenitis tantum. Secundò respondeo aliter, & quidem sufficienter: nam in eodē instrumento Illustrissimus Amadeus dispensat

dispensat auctoritate imperiali, vt d.Ludouicus possit per se,& suos filios legitimos & naturales vnum vel plures infeudata tenere,& vti,frui,& gaudere tãquam de re propria defectu natalium quiescente, & perinde ac si de legitimo matrimonio natus fuisset.Quum igitur d.Ludouicus consequutus sit hanc habilitationem ad feuda per modum legitimationis, apparet de intentione Principis fuisse, quòd hæc eius dispensatio traheretur ad tempus cõcessionis feudorum sibi factæ per Illustrissimum D.Ludouicum patrẽ,
18 quia † natura legitimationis, hoc habet, vt trahatur retro, & medio tempore habeatur legitimatus,vt legitimus.l.fin. ff.de nat.restit.per quem tex.ita inquit Bar.in.l.Gallus.§.& quid si tantum col.pen.ff.de lib.& posthu.fingit enim legitimatio illũ nunquam fuisse spurium, & illegitimum,vt ibi ipse dicit: vnde bene etiam ad propositum dicunt Ang.&
19 Imo.in.l.si alienum.§.in extraneis.ff.de hære.insti.ꝙ †si pater simpliciter instituit filium spurium & fecerit postea ipsum viuens legitimare,institutio reconualescit, quia legitimatio trahitur retro reddens filium capacẽ ante testamentum,& videtur hoc etiã esse de mente Bal.in.l.certũ col.8. versi.item dubitatur.C.vn.cogn.clarè hoc etiã vult Bart.in l.2.colum.2.versi.Item quæro quid si aliquis.ff.de vulga.& pupil.vbi dicit, ꝙ si filius naturalis vel spiritus legitimatur per Principem,vel Comitem Palatinum, substitutio pupillaris antea facta eidem filio valet & tenet,quia legitimatus cẽsetur restitutus primis naturalibus, & nihil differt à legitimo & naturali.§.illud &.§.nulla in Auth.qui.nat.effic.sui, item quia legitimatio retrotrahitur, & perinde habetur legitimatus, ac si semper fuisset legitimus.l.fin.ff.de natu.restitu.& dicit etiam Bald.in addi.Spec.in tit.de procu.col.1. quod legitimatio fingit quem legitimum,non solum à natiuitate, sed etiam à cõceptione.l.qua in prouincia.§.diuus ibi perinde ac si legitimè cõcepti fuisset.ff.de ritu nupt.prædicta referunt, & sequuntur Ias.& Ioan.Crot.in d.l.Gallus.§.& quid si tantum, vbi ponunt generalem regulam,
20 quod † legitimatio trahitur retro vsque ad tempus natiuitatis, vbi est fauorabilis filios, & nemini ius formatum sit quæsitum. sin autem medio tempore ius formatum alteri fuisset quæsitum,tunc non haberetur retro,quia non est verisimile Principẽ ius alterius tollere voluisse, & dici etiam posset non potuisset, vbi Dominium per actum iurisgentium fuisset quæsitum,& in istis terminis videlicet, in iure iam formaliter quæsito alteri, quòd legitimatio ad id non trahatur,procedit,quod scribit Bal.in.l.1.in fin.C.de iu.au. annu. & in.l.eam quam col.12.versi. quæro vtrũ legitimatio.C.de fideicom.Sali.in Auth.Item si quis.C.de nat.lib. & in.l.adoptio.ff.de adopt.Anto.de Butr.in cap.per venerabilem,qui fil.sint leg.Dicẽdum igitur in proposito, quòd habilitatio ista,& vt vocat Ange.in d.l.si alienum.§.in extraneis capacitas trahatur retro ad concessionem feudi,immo etiam ante concessionem feudi(si hoc dici potest)quũ medio tempore nullum ius quæsitum fuerit filijs d.Ludouici,nisi primogenitis,vel etiam posito ex abundanti.quòd aliquod ius fuisset quæsitum, tamen illud non erat formatum,sed in spe tantum & reuocabiliter, attento, ꝙ sumus in feudo nouo & hæreditario, vt aliàs latè deductum fuit. Nec est verum, quòd in d.instrumento habilitationis aliquod ius in d.feudis fuerit quæsitum d.filijs, nam vt superius quoque dictum fuit Princeps concedit d.Ludouico,vt possit,& valeat, per se & filios vnum vel plures infeudata tenere, & sic ibi conceditur facultas disponendi in plures de d.feudis,qua non apparet vsus, nisi in solos primogenitos, & hoc magis dicendum, quia subditur ibi,quòd possit frui,& gaudere de infeudatis tanquam de re propria, & sic apparet,quòd nulli alij ius fuit concessum, quàm d.D.Ludouico,& istud est etiam propter,quod d.Ludouicus in recognitione feudi,quàm præstitit Illustrissimo Duci Amadeo de anno 1419.qui sequutus est,statim post d.habilitationem nullam mentionem facit filiorum & hæredũ, quia nolebat discedere à dispositione, quã antea de anno 1414. fecerat de d.feudis in primogenitos suos descendentes.

Non potest etiam dici, quòd ius aliquod quæsitum fuerit d.filijs dum actum fuit inter Illustrissimum Ducem & d. Ludouicum, quòd non existentibus filijs d.Ludouici vno vel pluribus infeudata spectant & pertinent ad D.Ducem pleno & proprietario iure,quia ex quo illa verba non existentibus filijs sunt conditionalia,non possunt inducere dispositionem.l.ex facto, la prima.ff.de hæred.instit.l.si quis sub conditione.ff.si quis om.cau.testa.vnde videmus in si-
21 mili,quòd † si est facta substitutio alicui si decesserit sine liberis, liberi non intelliguntur vocati ex testamento secundum opin.glo.in.l.Lucius.ff.de hære.instit.quæ communiter approbatur,vt Alex.latè prosequitur in.l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Trebel.& consi.185.Viso titulo quæstionis primo dub.lib.2.Et quòd non fuerit de intentione Illustrissimi Ducis Amadei tribuere aliquod ius filijs d.D.Ludouici tempore habilitationis,comprobatur ex eo,quod idẽ Illustrissimus Dux postea de anno 1520.confirmauit communitati & hominibus Raconixij priuilegia & immunitates concessas per Illustriss.quõdam D.Ludouicum auunculum Principem Achaiæ,in quibus illud de primogenitis continebatur, vt soli succederent in d.feudis, nec fuit hæc confirmatio perfunctoriè facta,sed cum clausula ex certa scientia, vt ibi legitur,& additis quibusdam & limitatis,quo casu præsumitur Princeps omnia scrutatus, & percunctatus fuisse.l.Tribunus.§.fin.ff.de testam.mili.quem text.notant ad hoc ibi Bal.Ang.& Barto.in.l.legata inutiliter, & alij ibi post eum.ff.de lega.primo. Vnde non est dicendum, quòd prius omnibus filijs d.Ludouici concesserit aliquod ius in
22 d.feudis, quia hoc modo fuisset sibi contrarius: & † omnis interpretatio sumenda est,ne quis actus cõtrarios videatur fecisse.l.non ad ea.ff.de condi.& demonstr.§.quibus in prima,constitut.C.tradit Bart.in.l.scripturæ.C.de fide instru. Cano.in c.imputari eod.tit. Non omitto etiam quòd illud,
23 quod † dictum est legitimationem trahi ad tempus natiuitatis,istud procedere etiã si teneamus distinc.Anto.de Butr. in c.per venerabilem, qui fil.sint legit.quam Aret.refert in d.l.Gallus.§.& quid si tantum col.12.licet eam non sequatur.Sed omni casu teneat legitimationem retrotrahi. Veruntamen distinguit Ant.de Butr.ꝙ aut Princeps simpliciter facit aliquem legitimum,& erit nouũ ius, & non trahitur retro,aut restituit eum natalibus antiquis,& retrottahitur, sed in proposito nostro Princeps habilitat d.D.Ludouicum ad feuda tollens omnem incapacitatem, perinde ac si legitimo matrimonio natus fuisset,& sic retulit se ad tempus natiuitatis, ergo ad illud tẽpus retrotrahitur.Ex quibus concluditur omni ex parte cessare obiectum.

SVMMARIVM.

1 *Causa, vbi simpliciter commissa est alicui super iuribus litigantium,seu super tali re, tunc talis commissio continet & petitorium,& possessorium, & ita super vtroque iudicandum, secus si tantum causa possessionis esset commissa. vt num.4.*

2 *Iurium appellatione, venit dominium & possessio.*

3 *Protestatio contra Principis rescriptũ, in actu ab eius voluntate pendente, est inutilis.*

5 *Sigilli vbi mentio fiat in rescripto, de appositione scilicet ex Principis assertione, tunc eius assertioni credendum.*

6 *Causa confirmans superueniens, actui inualido robur ministrat,& num. 8 ac 12.*

7 *Notario creditur, de his quæ posuit in instrumento, quo ad solemnia, quæ potuerunt tempore rogitus interuenire, donec contrarium probetur.*

9 *Exceptio facta in vna causa, in alia opponenti non præiudicat, modo eam allegans fuerit conuictus per sententiam.*
Confessio facta in vna causa, non præiudicat confitenti in alia, quando dicta confessio fuit per sententiam reprobata. vt num.9.

10 Sententia

10 *Sententia inter alios dicta licet plenum non pares præiudicium, facit tamen quale quale.*

11 *Instrumentum, vbi res antiqua agitur hominis excedens memoriam, adeo valet, vt non sit produceti necesse probare illius confectorem fuisse notarium, nec in quasi possessione officij extitisse.*

13 *Pluralitas actuum non præsumitur, nisi probetur:*

14 *Iuramentum, vbi in aliquo actu præstatur de non contraueniendo, per secundum iuramentum non tollitur, immo primum obseruandum.*

15 *Feudum vbi est veritate nouum, licet fictione & consensu partium reddatur antiquum, tamen de consensu Domini directi potest in præiudicium aliorum filiorum ad solum primogenitum transferri.*

16 *Inuestituræ secundæ, vbi discordant à prima, tunc à prima, tanquam radix, & feudi principium, non est recedendũ, nisi expressè actum fuerit inter partes se inuestituram fecisse aliter, quàm solitum esset fieri vt num. 17.*

18 *Feudi inuestituram, vbi quis scienter recepit pro se & alijs, qui inuestiri non debebant, talis inuestitus sibi non præiudicat.*

19 *Principum rescripta, semper sunt sine tertij præiudicio intelligenda.*

20 *Instrumenta plura vbi eodẽ libro, & eodẽ die reperiuntur confecta, primò scriptum præsumitur prius confectum.*

21 *Testator, vbi prohibet certas res alienari extra familiam, & si ex ipsis verbis fideicommissum non inducatur, tamen illæ res debent in familia relinqui.*

22 *Castrum, vbi in feudum conceditur, talis concessio intelligitur facta cum castri pertinentijs, ideo, vrbana & prædia rustica, molendina, ac alia debent ad feudatariũ peruenire, sicut ipsum castrum. vt & num. 26.*

23 *Castrũ est nomen vniuersale, vnde eo concesso veniũt quæcunque accessoria, & ad illud pertinentia, & tanto magis si pleno iure fuerit concessum vt num. 33.*

Res vbi conceditur, intelligitur concessa cum sub pertinentijs, etiam si de eis nihil actum sit. sub num. 22.

24 *Ecclesiæ nomen est vniuersale, qua concessa, comprehendit quæcunque eidem pro dote assignata, iura parrochialia, decimas, obligationes, & similia & etiam omne ius episcopale, si pleno iure concedatur, vt num. 32.*

25 *Hæreditati accedunt omnia, quæ inueniuntur in hæreditate, etiam si non fuerint testatoris.*

27 *Ciuitatem Princeps vbi donat alicui, videtur eidẽ donasse etiam districtum, & comitatum cum alijs ad ipsam ciuitatem pertinentibus. & nume. 30.*

28 *Pleno iure verba idem important, quod integrè, & sine diminutione, & illud dicitur plenum cui nihil addi potest, vt num. 31. idem notant verba integro statu vt nu. 29.*

34 *Feuda dignitatum hac ratione diuidi prohibentur, ne per plures spargantur.*

35 *Primogenituræ ius est firmatum lege diuina, Canonica, & consuetudine.*

36 *Primogenitura non dicitur irrationabilis, vbi de honesto victu, & vestitu iuxta hæreditatis facultatem, alijs filijs prouideatur.*

37 *Remedium l. fina. C. de edict. diu. Adr. toll. est ad hæredes transmissibile, & cessibile.*

38 *Clausula, ad habendum tenendum & alienandũ per fratres in diuisionis instrumento apposita, videtur sibi ipsis inuicem liberam alienandi facultatem tribuere, adeò, quòd per eam fideicommissum paternum censetur remissum.*

39 *Primogenituræ ius non potest per descendentem alteri relinqui in primogenitorum præiudicium.*

40 *Sui verbum ad liberos refertur, & vario modo accipitur secundum subiectam materiam.*

Super casu præcedentium. Cons. 505



IAMPRIDEM super controuersia vertente inter Illustriss. D. Philippum, & Claudium fratres de Sabaudia quaternas allegationes reddidi, quæ extãt penes D. Philippum in cuius fauorem scripsi, & exhiberi possunt, & in illis enucleaui necessarias difficultates. Nũc tradita sunt per grauissimos senatores dubia in scriptis contra D. Philippum, quorum petitur resolutio, quàm tamen ante in pluribus, quæ nunc commouentur. fuerat facta: Vnde non erit mirũ si in his referam me ad priora scripta, quoniam eandem sæpius repetere cantilenam, nimis longum & tediosum esset: Prosequar autem ordine dubia, quæ proposita sunt cum resolutionibus opportunis.

Primum proponitur dubium contra Illustrẽ D. Philippum, ꝙ quum D. Claudius frater intentet remedium adipiscendæ, & ex eius parte probata sint extrema necessaria, prius discutiẽdum venit de possessorio, quàm de petitorio, & sic venit mittendus D. Claudius in possessionem non obstantibus in cõtrarium adductis per D. Philippum, quæ concernunt petitorium, quum ea non possint incontinenti probari, sed ea requirant altiorem indaginem, ad istud dubium fuit plenissimè responsum in secundis meis allegationibus incipientibus, super controuersia in primo dubio. vbi videndum. Et vltra ibi dicta, addo istud esse de mente Serenissimi Ducis, qui geminatis rescriptis mandauit assignari partem vtranque vt exhibeant omnia iura, quibus in
1 causa se iuuare intẽdit, † quæ mandat Illustri Senatui, vt videat, & referat, Clarum est autem, quòd per præfata verba posita ex certa scientia, voluit Princeps de dominio vel quasi d. Philippi cognosci, nam incorporalia quale est dominium vel quasi in iure cõsistunt. l. 1. §. quædam. ff. de rerum
2 diui. & instit. de reb. corp. & incorp. in princ. & ꝙ † appellatione iurium veniat dominium & possesio tradit Alexan. consi. 15. Reuerendissime domine circa prin. lib. 2. vbi etiã allegat bonum text. in l. quid aliud. ff. de verb. signifi. & potuit Princeps statuere, vt simul petitorium & possessorium cognoscatur, quia hoc est modici præiudicij, quum nõ auferat iustitiam parti, quo ad merita causæ, vt Alexan. bene concludit consi. 54. Viso processu causę vertentis colum. 1. lib. 5. nec aliquid facit D. Claudius sit protestatus, quod nõ
3 intendit cumulari petitorium cum possessorio, quia † talis protestatio cõtra Principis rescripta est inutilis in actu, qui dependet à voluntate Principis, vt habetur per Bar. in. l. nõ solùm. §. morte colum. 8. versic. Circa quintum nota. ff. de oper. no. nuncia. vbi ad hoc etiam allegat. l. non potest. ff. de fur. & l. nemo potest. ff. de lega. 1. Accedat etiam pro confirmatione præmissorum, quod Barto. scribit in. l. à Diuo Pio colum. 3. versic. quæro quid econtra. ff. de re iudic. vbi vult, quòd cui simpliciter committitur causa, videtur tota causa committi, quo ad omnia, sicut, quum aliquis dicit se hæredem nec additur in quantum, intelligitur in totum. l. si defensor. §. primo. ff. de interroga. actio. & subdit ibi expres-
4 sius Imo. colum. 2. quod † vbi simpliciter committitur causa inter tales super tali re intelligitur commissa causa petitorij & possessorij per id quod habetur in c. 1. de seq. posse. & fructu. secus si cõmitteretur causa possessionis & Imo. sequitur ibi Alexan. idem etiam vult Roma. consi. 343. Ex proposito themate 3. dub. vbi etiam pro hoc allegat tex. in d. c. 1. de seq. posse. & fruc. allegat etiam bonam theoricam Inno. in c. episcopi ad fin. de reb. ecclesia. non alien. vbi vult verba rescripti delegatorij latissimè esse interpretanda, & in eis a stricta, & propria interpretatione recedendum forę cap. cum ecclesia circa fin. de cau. posse. & ꝓprie. & l. si quis intentione & l. solemus. ff. de iudi. & idem etiam secũdum eum firmat Innoc. cap. cum olim Abb. in glo. super verbo intentio de offic. delega. In casu autem nostro commissa fuit visitatio omnium iurium cum relatione, & sic etiã petitorium

titorium commissum videtur,&quia istud est satis clarum, vlterius non prosequor.

Secundò contra priuilegium primogenituræ,in quo est principale fundamentum D.Philippi, quo ad oppida Raconixij & Moliebrunæ obijcitur, quod fidem non facit, quia caret subscriptione Principis,Respondeo,ꝙ licet in.l. sancimus.C.de diuer.rescrip.videatur requiri,vt subscripta sint rescripta manu imperiali,& in Auth.vt diuin.iuss.fuerit sancitum,vt debeant esse subscripta manu questoris gloriosissimi,tamen dicit Spec.in tit.de rescrip.præsen.§.primo igitur excipitur versicu.item quòd non est ibi subscriptio,quòd istud de subscriptione in desuetudinē abijt, nisi in priuilegijs sedis Apostolicæ, in quibus singuli Cardinales subscribunt,& idem sentit Bar.in Auth.vt diu.iuss.dum se remittit ad Specu.in loco præallegato, idem dicit Albe. de Rosa.in d.l.sancimus Paul.de Castr.in.l.si qua beneficia C.de diu.rescr.& And.de Iser.in c.quoniā inter de prohib. feu.alie.per Lotha.in addi.vbi vult Sigillū absque alia subscriptione sufficere.Nec aliquid facit in oppo.ꝙ Illustrissimi Duces Sabaudiæ solent se in eorum priuilegijs subscribere,quia non inferri potest ad Illustrissimum D.Ludouicum Principem Achaiæ, quia de vna persona ad aliam nō fit extensio, vt.C.res int.ali.acta per tot.

Tertiò obijcitur etiam contra d.Priuilegiū,ꝙ in fine priuilegij Ludouicus Achaiæ Princeps dicit se fecisse sigillū à secretis apponi,& ibi de nullo sigillo apparet, quod etiā est necesse ad validitatem priuilegij.l.sacri affatus.C.de diu.rescrip.c.inter dilectos de fide instru.glo.in.l.bene à Zenone in verbo epistalmate.C.de quad.præscri.& ibi etiam Ang. & ponit etiam Bald.in.l.sancimus.C.de diuer.rescript.vbi dicit, ꝙ in rescriptis, & priuilegijs illud dicitur originale, quod habet bullam,aliàs non esset originale,facit etiā text. in.l.fin.ibi signum,quod solitum est, chartis imponat.C.de assess.quem adducit Paul.de Cast.in d.l.sancimus.Respon-
5 deo ad prædicta,quòd ex quo † Princeps dicit se fecisse apponi sigillum, credendum est fuisse appositum, licet de eo nunc non appareat,vt Alex.scribit in consi.150.In causa appellationis colum.2.lib.6.& licet ibi Alexan.teneat in casu suo contrarium, tamen mouetur,quia illa erat scriptura priuata. In casu autem nostro fuit receptum per notarium publicum, & voluit Princeps, quòd haberet vim publici instrumenti,& potuit in sui præiudicium facere, quòd rescriptum suum habeat vim publici instrumenti, quia priuatus hoc etiam posset, vt per Alex.in.l.1.§.fin.ff.de verb.oblig. Et vlterius,quòd vbi partes asserunt imposuisse sigillum in instrumento, defectus sigilli non obstat,voluit Alex.consi. 98.Breuiter puto lib.1.Cepol.cōsi.22.Casus est in hæc verba,&c.qui in eodem casu consuluit,& considerandum est, quod ibi dicit in tertio argumento,dum veritatem instrumenti fundat in eo,quod semper in eo cōtenta fuerūt obseruata,quod accidit in casu nostro, in quo præsupponitur contenta in priuilegio semper obseruata fuisse, sed magis adhuc me mouet, quia aliàs vidi de hoc priuilegio factam fuisse nominatim mentionem per Illustrissimum D.Ama-
6 deum Ducem Sabaudiæ & per eius † excellentiam confirmatum quibusdam exceptis à valido rescripto, vbi etiā de quodam capitulo contento in d.priuilegio primogenituræ fit specifica mētio,vnde de fide d.priuilegij nullo modo dubitari potest.

Quartò obijcitur contra d.priuilegium, ꝙ non nominatur locus certus,miror de hac obiectione.Nam in d.priuilegio, & ratificatione subseqnuta Illustrissimi D.Ludouici filij naturalis nominatur locus Placenti,vbi autem hoc sit oppidum nomine Placentum,Italia ne sit, an extra Italiam fateor me ignorare.Sed considerandum est, quòd de re agitur antiquissima: nam priuilegium fuit confectum vsque de anno Domini 1414.Vnde potuit vel bellis locus ille fuisse destructus,vel illius loci nomen commutatum veteri nomine amisso: illud certissimum est stari verbis notarij fuisse locum quendam, qui Placentum vocabatur, &
7 in eo loco priuilegium fuisse confectum,quia † creditur notario de eo,quod apponit in instrumento,quo ad solemnia, quæ potuerunt interuenire tempore rogitus, donec probetur contrarium,vt vult glo.in.l.1.C.de fide instru.& iu.hast. fisca.lib.10.& ibi Bar.& Bal.& alij in.l.sciēdum.ff.de verb.
8 oblig.& in.l.si quis in aliquo.C.de eden. Demum † confirmatio d.priuilegij facta per Illustrissimum Ducem Amadeum de anno 1420.& sic re admodum recenti tollit omnem dubitationis scrupulum,qui oriri posset.

Quintò adhuc instatur contra d.priuilegium, quia Illustrissimus D.Philippus produxit quosdam, in quorum altero apparet, quòd cum impeteretur ab vniuersitate Raconixij vigore d.priuilegij,procurator ipsius opposuit illā esse scripturam priuatam, & fidem non facere, quo fit vt nunc iuuare se non possit d.priuilegio, quod nixus est impugnare.C.ex eo de reg.iur.in 6. Nec refragatur, quòd sit res inter alios acta,quia producendo sibi præiudicauit, quum videatur in eis cōtenta approbare iuxta not.per Bal.in.l.cum precum.C.de libe.cau.& per Doct.in.l.1.§.editiones.ff.de eden.& in Auth.ad hæc c.de fide instrum. Respondeo, ꝙ D.Philippus produxit d.processus, vt ostenderet, ꝙ quum
9 alias opposuisset contra vniuersitatem d.† exceptionem priuatæ scripturæ,fuit repulsus, & per sententiam conuictus, nec enim fuit alia causa (vt audio) producendi, vnde potest nunc optimè ex d.priuilegio, vt ex publica scriptura se tueri,vt est text.optimus in cap.mulieri de iureiur.vbi non prohibetur mulier venire contra confessionem propriam etiam iuratam, quando per sentētiam illa confessio fuit reprobata,& ibi dicit Inno.per illum text.quòd post sententiam licitum est contra suam confessionem venire, quod reputat singulare, ibi Abb.ad fin.assignans rationem, quia ex quo iudex illam non recepit,nec pars approbauit,nō potest pars super illa se fundare, & cogere aliam partē ad obseruantiam c.ex eo de reg.iur.in 6.& illud dictum Inno.sequitur etiam Bald.in.l.1.colum.4.versi.sed quid dicet.C.de fal.cau.adi.leg.vbi ad hoc allegat etiam tex.benefacientem in.l.Aurelius.§.fin.ff.de lib.lega. Sequitur etiā Bal.in Auth. nouo iure,in fin.C.de pœ.iu.qui ma.iu.& in.l.si quis in hoc genus versic.quæro vnum.C.de episcop.& cler.voluit hoc etiam glo.fina.in Auth.Item possessor.C.qui pot.in pign. hab.& Bar.in.l.Papinianus.§.sed nec impuberis.ff.de inoff. testam.vbi adducit tex.in d.l.Aurelius.§.fi.& vltra eum facit etiam text.in.l.qui Romæ.§.Seia.ff.de verb.obliga.per quam not.ibi Bart.quòd qui venit contra transactionem, vel aliam conuentionem,potest ad illam redire si est victus in iudicio, & cum Bartolo transeunt ibi Angelus & Imola cæteri Moderni.Tantum autē abest,vt processus producti lædant causam D.Philippi, vt per eam potius vehementer
10 iuuent,† nam licet sententia inter alios dicta non paret plenum præiudicium,facit tamen quale quale pręiudiciū,glo. in.l.si duo in princ.in verbo habiturū.ff.de iureiur.& in.l.à sententia in princ.ff.de appella.& in.l.1.in verbo præiudicium.ff.de excep.rei iudi.quod sanè qnale quale præiudiciū operatur semiplenam probationem,vt Bart.tradit in.l.admonendi col.10.versi.quæro quid si dicta testium.ff.de iureiur.Ang.in.l.2.propè fin.C.de eden.Ant.de But.& Abb. in cap.pen.col.1.de re iud.& Alex.reputans hoc valde notandum in.l.sæpe col.22.ff.de re iud.Roma.consi.343.Ex proposito themate vlt.dub.

Sextò quoniam obijcitur d.D.Ludouicū Achaię Principem non habuisse potestatem cōtra ius cōmune habilitandi naturalem ad feuda. Dicitur respōdendo, ꝙ ostensa sunt plura alia priuilegia concessa per d.D.Ludouicū, in quibus vtebatur potestatis plenitudine: & præsumendū est,ꝙ talē potestatem habuerit,quum esset magnus Dn̄s,& ea & publice & palam vteretur,vt Bal.inquit consi.267.Ad euidentiam præmitto lib.1.vbi inquit, ꝙ D.Lōbardiæ de consuetudine vsuali,& quasi de quadam theorica & practica vtuntur plenitudine potestatis,& sunt in quasi possessione huius verbi & facti,& est credendū,ꝙ eam habeant, & verus sit eorū sermo,aliàs multæ iam sopitæ instaurarētur,& illusoria fierēt decreta tantorū D.quod esset absurdum.l.si prætor in

tor in prin.ff.de iudi.& tanto magis in casu nostro id dicendum, quia sumus in antiquissimis excedentibus hominum memoriam: nam tunc præsumitur pro potestate facientis actū.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqu.quot.& æstiu.cap. super quibusdam.§.præterea & ibi glo.de verb.signi.& in
11 simili videmus in † instrumentis notarij, quæ longè minoris sunt auctoritatis, quàm Principum priuilegia, & tamen vbi res antiqua agitur excedēs hominum memoriam, non est necesse probare illum fuisse notarium, nec in quasi possessione extitisse officij, vt tenet Inno.in c.veniēs de verb. signi.quem sequitur Bal.in Aut.quas actiones circa fin.de sacrosf.eccl.cum pluribus alijs adductis per Ias.in.l.Barbarius col.11.versi.3.notabiliter limita.ff.de offi.præt.Sed qd est opus insistere? quum habeamus plenissimam & largissimam habilitationem Amadei, cuius potestas in dubio nō vocatur.Nec dicatur ꝙ d.habilitatio operatur, vt ex nūc & non prout ex tūc, quia contrarium ostendo in quartis meis allegationibus, quæ incipiunt, non sum nescius vlt.dub.vbi latè discutio rem, & ostēdo, ꝙ d.habilitatio trahitur vsque ad natiuitatis diem, & auctoritates, quæ in contrarium adducuntur, loquuntur in alijs terminis, videlicet in ratificatione priuati, vt facit Bart.in.l.obseruare.ff.de offi.procon. & leg.vel loquuntur vbi Princeps rem quampiam confirmat, & ita loquitur Bald.in.l.leges & cōstitutiones col.pen. versi.3.fallit.C.de.ll.non vbi Princeps, quem restituit pristinis natalibus, & tollit omnem geniturę maculam, quia tūc
12 clarum est, ꝙ cōfirmatio retrotrahitur, & potest etiā actus nullus confirmari, vbi id fit ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, vt habetur in locis vulgaribus.Preterea etiā si habilitatio valeret tantum à die cōfirmationis, istud non prodesset D.Claudio, qui ante ad d.feuda non vocabatur, prout etiam inferius dicetur.Septimo obijcitur ꝙ non potuit Dux Amadeus præiudicare sua habilitatione D.Claudio vocato ad prædicta feuda ex pacto & prouidentia concedentis: Non effundam multa verba in refellendo istud obiectum, quia antea in quartis meis allegationibus, quarū initium est.Non sum nescius, &c.ostendo in primo, & secundo dub.d.Claudium non esse vocatum ex priuilegijs & inuestituris cōcessis per Ducem Amadeū de Anno 1518. & 1519.ad vlla feuda, neque etiam ex aliqua inuestitura, quæ præcesserit priuilegium primogenituræ concessæ per D.Ludouicum Principem Achaię, non potest conqueri d. D.Claudius, cum penitus sine omni iure & actione experiatur, non expedit iam dicta repetere, quum sufficiāt quæ ibi latè tacta fuerunt.Est verum, quod tunc non vidi quandam aliam inuestituram factam de anno.1430.per eūdem Amadeum in d.Ludouicum filium Principis Achaiæ naturalem, de qua fit mentio pariter in motiuis.Sed ea nihil penitus facit ad propositum, quia illic Dux Amadeus de quibusdam iuribus sibi competentibus vigore quarundā sententiarum in locis Pāchalerij & Ozasij d.Ludouicū pro se & suis liberis, & descendentibus inuestiuit in feudū nobile antiquum & paternum in augmētū aliorum feudorū, quæ tenebat d.Ludouicus sub homagio & fidelitate, & secūdū conuentiones, de quibus in instrumento rogato de anno 1418.vnde non video, quid ex hoc instrumento possit inferri de locis Pāchalerij, & Ozasij, ad oppidum Raconixij & Moliebrunæ, nihil enim plus continet hoc instrumentum, quàm illud, quod est rogatum de anno.1418.ad quod se refert: Propterea si illud non nocet d.Philippo, neq; hoc nocebit, quum non possit plus esse in referēte, quàm in relato.Præterea sumitur fundamentū ex primogenitura concessa per D.Ludouicum Principem Achaiæ vniuersitati & hominibus Raconixij, qui pro suo interesse comparent: nam eorum interest per vnum, & non per plures regi, vt patet communi sensu & aliàs deductum fuit, & quæ primogenitura fuit ratificata per dominum Ludouicū filium & postremo confirmata mediante pretio per Illustrissimū Ducem Amadeum de anno.1420.eisdem hominibus Raconixij, vnde non potuit postea reuocari per inuestituras inter alios factas, nec etiam præsumitur reuocata, quum de d.priuilegio primogenituræ concesso hominibus præfatis, nulla habita fuerit mentio, & ad istud fundamentum benè aduertatur, quia videtur esse tutissimum.ad sustinendum d. primogenituram: Nō obstat id, quod opponitur valdè leuiter ꝙ Dux Amadeus confirmat franchisias & libertates subannexas, & si nullæ subannexæ reperiātur: quia ex quo in eisdem literis dicitur d.franchisias & libertates cōcessas esse per D.Ludouicum auunculum præfati Ducis, & fiat etiam mentio de quodam capitulo contento in d.libertatibus & franchisijs concessis per d.D.Ludouicum, & de alijs franchisijs & libertatibus non appareat, præsumēdum
13 est illas easdem fuisse, quæ nunc exhibentur: nam † pluralitas actuum non præsumitur in dubio, nisi probetur capit. in præsentia versi.verum, & ibi ponderat Anto.de Butr.de probat.Bald.in.l.testium colum.4.versic.circa secundas.C. de testibus, hinc pluralitas testamentorum non præsumitur.l.omnium.C.de testam.tradit Sali.in.l.2.C.de erro.aduoc.nec præsumitur pluralitas nominum, secundum Bart. in.l.si rem.ff.de rei vend.& in.l.si quis seruū.§.si inter duos in fin.ff.de leg.2.Ant.de But.in cap.2.col.2.de lib.obla.nec præsumitur etiam pluralitas sententiarum secundum Bald. in.l.2.C.de erro.aduo.facit quod not.Bart.in.l.si ita scripsero.ff.de condit. & demon.& in.l.quem hæredi.ff.de rebus dub.dum loquitur de cedula, quā testator dedit Guardiano fratrum minorum vt illa esse pręsumatur, quam dat Guardianus, si ex quibusdam indicijs comprobetur. Sed hic adsunt indicia, quia (vt dictum est) fit mentio de quodam capitulo contento in d.franchisijs, & libertatibus, & etiā fuit additum quoddam temperamētum d.franchisijs & libertatibus, videlicet quod loca ibi memorata post decessum D.Ludouici filij naturalis, & eius liberorum masculorū ad Ducem reuertantur.Hæc verba conueniunt his, quæ narrantur in d.franchisijs & libertatibus, vbi fit mentio de d. Ludouico naturali, & filijs eius, vt habeāt illa loca, & vt dixi tali in re argumenta & indicia sufficiunt, & memor sum etiam alias cōsuluisse per idoneas auctoritates, quod ad demonstrandum rei identitatem præsumptiones sufficiebāt, Et aduertendum est, ꝙ D.Philippus d.exceptionē primogenituræ, non solum potest opponere pro suo interesse, sed etiam pro interesse subditorū, quia Dominus tenetur suos subditos defendere glo.in cap.1.§.fi.hic fin.l.Conra.& tradit Abb.in c.licet causam vlt.not.de probat.Card.in Cle.1. in princ.2.q.de reliq.& vene.sanc.Dominicus in c.ad Apostolicæ vlt.oppo.de re iudi.Rota, decis.388.Præpositus vel quis alius Dominus in nouis.Soci.in rubr.ff.sol. matr.col.3. Addo amplius: ꝙ ex quo d.Ludouicus filius naturalis cum iuramento ratificauit d.primogenituram, nō potuit postea consentire & facere, quod d.loca acquirerentur successione omnibus filijs, etiam si ita voluisset, & iurasset, quia vbi
14 † Iuratum est alteri de non contraueniendo, & per consequens etiam fuit ius quæsitum, statur primo iuramento, & non secundo, & tenetur suum primum iuramentum præcise obseruare, vt aliàs latè consului, cū remotione contrariorum, & est illud consilium in ordine impressorum.426. & incipit, quamuis regulariter, &c.& ad illud consilium breuitatis gratia me refero.Nec aliquid etiam facit, dum dicitur in motiuis, quod confirmationi primogenituræ factæ hominibus Raconixij per Ducem Amadeum non consensit d.Ludouicus filius, qui etiam præsumitur illā ignorasse, quia respondeo, quod non erat opus alio consensu d.Ludouici in d.confirmatione, ex quo semel cum iuramēto & ex certa scientia d.primogeniturā antea approbasset, & ratificasset.Octauo obijcitur, quod feudum nouum acquisitum ex prouisione D.Concedentis filijs inuestiti, non potest pater ab eis auferre, & vni filiorum assignare: ego alias habui istum casum de facto, & oppositū consulendo tenui, & nūc scribens pro D.Philippo, in eadem permanti sententia, & ita in primis meis allegationibus editis in eius fauorem, quæ incipiunt in causa & lite, &c.in primo illius consultationis dubio disputādo articulum ad partes, vtrinque inductis iuribus, auctoritatibus cōcludo veriorem esse & commu-

muniorem sententiam ꝙ pater posit etiã absque Domini directi consensu, & adducit ex Modernio. Aymo.Crau. consi.135.Verba decreti col.3.vbi ipse idẽ tenet, & ex recentioribus adducit Alexan.Ias.Curt.Cepo.Corn.Gozad. adeo,ꝙ ista opinio numero etiam præualet, & aduertatur, quia in motiuis allegantur plures auctoritates, & Doct.ibi adducti vel non dicunt illud,ad quod allegãtur, vel loquuntur cũ distinctione, & in aliquo membro illorũ distinctio seruit casui nostro,vt aliàs latius dixi, quæ nõ repeto,nã piget atq; adeò pudet eãdem rem sæpius recoquere. Et quia in motiuis dicitur, ꝙ licet pater posit præiudicare cæteris filijs,vni tãtum eorum applicando, tamen id nõ potest vbi feudum est nouum, receptum tamen iure antiqui paterni & auiti feudi, & ad hoc adducitur Carolus Ruinus Docto. Moder.cõs.eius 9.Proponitur in themate in fin.lib.1. Ego in quartis meis allegationibus,quarum exordium est, non sum nescius,&c.circa quartam chartam tenui oppositum,
15 ꝙ scilicet † vbi feudum est veritate nouum, licet cõsensu, & fictione partium reddatur antiquum, quod de consensu Domini directi & inuestiti posit tolli d.feudũ cæteris filijs,& ius primogenituræ introduci, & aliter dicere absurdum: Nam cum de partiũ voluntate totus contractus deleri posit,cur non & pro parte auferri? hoc argu.vtitur Iurifcon.in.l.iurisgentiũ.§.adeò.ff.de pact.vbi formaliter dicitur,si igitur in totum potest, cur & non pars eius pactione mutari põt? Et paulo post ibidẽ: Nam si potest res tota tolli,cur & non reformari?vt quodãmodo quasi cõtractus renouatus videatur.Ea autem,quæ allegantur in contrariũ in consi.Ias.adducto, non pñt trahi ad præsentem casum, quia Ias.loquitur vbi est ius alteri quæsitum irreuocabiliter,sed in feudo verè nouo,quæsitum est ius filijs reuocabiliter, vt latè alias docui & Rui.qui contrarium dicit, nihil allegat auctoritate sua contentus.Argumentum autẽ, quo ipse vtitur,à feudo verè antiquo, ad feudũ fictè antiquum non subsistit, quia partes veritatem rei immutare nõ possunt,possunt tamen fictionem suam,& vbi dispar est ratio, id,quod disponitur in casu vero,non procedit in ficto iuxta not.in.l.ex ea.§.insulam.ff.de verb.obliga.& in.l.Gallus.§.& quid si tãtum.ff.de libe.& posthu.Hæc autem disputatio est ex abundanti,quia nõ constat,ꝙ ante primogenituram d.feuda fuerint recepta.vt feuda antiqua, Aduertant etiam hi,quibus incumbit officiũ iudicandi vel referendi ad aliud fundamentum,quod posito citra veri præiudicium,ꝙ feudum sit antiquũ,potuit Illustrissimus D.Inuestiens D.Ludouicus Princeps Achaiæ,qui etiã habebat iura imperialia, & Illustrissimus Dux Amadeus ex certa sciẽtia confirmãs gesta per d.Ludouicum eius auunculum, auferre feudũ ab omnibus filijs d.Ludouici inuestiti, & in solos eiusdem primogenitos transferre, ita poscente publica vtilitate, quia subditi longe melius & tranquillius per vnũ, quàm per plures regũtur,& manifestum est,quòd Princeps publicè vtilitatis gratia potest etiam ius alteri, de iuregentium quæsitum auferre: Quod autem publicæ vtilitatis gratia sit factum id euidẽter apparet,quia ius primogenituræ fuit concessum hominibus Raconixij vniuersis ad eorum preces & supplicationes,quo casu Princeps videtur veluti per epistolam cum subditis contrahere,vt Alex.scribit consi.101. Visis instrumentis col.1.lib.1.nõ enim principaliter id priuilegium primogenituræ tributum fuit d.Ludouico filio, sed ipsis hominibus id quærẽtibus & affectantibus,pro totius vniuersitatis bono,ideo obseruari debet tanquam non sit ambitiosum, sed iusta ex causa emanauerit, & eo magis id dicendum,quia ius,quod aufertur cæteris filijs, est tantũ in spe,non in re,& iuri quærendo facilius præiudicatur,quã quæsito; & ita ꝙ in feudo antiquo Princeps habẽs iura Imperialia,posit à filijs transferre in primogenitos causa publici boni,allegaui in primis allegationibus studens breuitati,plenissima consilia Ias.Dec.Cur.iunio.quib.nunc addo Alber.Bru.eius consi.1.confirmatũ per Io.Campe.& alios excellentes Doct.vti ibi videri potest.

Nonò obijcitur, ꝙ videtur, à primogenitura recessum per diuisionem factam inter Frãciscũ & Ludouicum filios d.primi Ludouici inuestiti. Respondeo d.diuisionem in nullo pœnitus obstare prout plecissimè ostendisse puto in d.primis meis allegationibus, quæ incipiunt in causa & lite vlti.dub.vbi pro hoc varia argumenta, & decisiones induco, non repeto.

Decimò obijcitur,ꝙ D.Claudius auus ipsorum litigantium suscepit inuestituras pro se & quibuscunque hæredibus & successoribus de more patriæ capacibus & in his nominantur omnia loca,æqualiter ad descendentes d.Ludouici spectantia & pertinentia, & illa etiam de quibus nunc vertitur controuersia.Ad hoc patet responsio in d.meis primis allegationibus vlt.dub.vbi ostendo, ꝙ persequẽtes inuestituras non potuit præiudicari primogenitis nascituris, nec etiam præsumitur Principẽ derogare voluisse, nec etiã Vasallum, quum de primogenituræ iure nulla fuerit facta mentio,& ignorantia præsumatur.Illud est certissimum,ꝙ
16 si † sequentes inuestituræ discordant à prima: standum est primæ,quia radix & principium in feudi successione attenditur cap.1.& ibi Bal.Iac.Alua.& alij not.de Vasal.decret. æta.Bal.in.l.quoties col.2.versi.Item ex prædictis.C.de su.& legit.& in cap.1.in prin.versi.sed statim oppo.de eo, qui sibi vel hære.suis.Card.consi.92.Nobiles viri, in prin.& dicit Paul.de Cast.consi.63. Videtur dicendum col.fin.secun-
17 dum ordinem antiquum,ꝙ† ab antiquis inuestituris nõ est recedẽdum nisi in posterioribus expresè dictum sit, quod de communi consensu aliter inuestitura facta sit,quàm solitum esset fieri. Idem tenet Matthæ.de Afflict.decis.195. dictat capitulum,vbi alia allegat, quum autem appareat ꝙ in feudo Raconixij primogeniti succedere habeant,nõ videtur curandum de posterioribus inuestituris, quæ per errorem ita videntur emanasse,vt etiam Alex.dicit consi.55. Perspectis his,quæ in themate,col.8.vers.circa aliud dubiũ lib.4.Imo fortius tenuit Alex.consi.9. Ponderatis his, quæ
18 in themate col.pen.versi.Nec etiam obstat lib.5.ꝙ † si aliquis reciperet scienter inuestituram pro se,& alijs,qui inuestiri minime debebãt, talis inuestitura sibi non præiudicat, quod mirum forsitan videatur quibusdam,qui subtiles eius rationes non viderent.Vellem etiam scire quomodo præfatæ inuestituræ derogare potuerunt hominibus Raconixij, quibus ius illud primogenituræ fuerat antiquitus con-
19 cessum,quum † rescripta Principũ semper sint intelligenda sine tertij præiudicio.l.nec auus cũ vulga.C.de eman.lib.& in specie inquit Bal.in.l.1.col.pen.C.qñ non pet.par.ꝙ dominus non potest mutare formam antiquitus constitutã in tertij præiudicium.l.impuberi.ff.de admin.tut.

Vndecimò fit discursus per Dom.Motiuantes ad ostendendum, ꝙ hactenus apparet d.primogenituram fuisse in d.locis seruatam.Respondeo,quod D.Philippus asserit contrarium,& offert se probaturum,& dato, quod dicatur hãc exceptionem requirere altiorem indaginem, adhuc deberet admitti,quia tractanda est hic materia petitorij, in qua omnia veniunt discutienda. Et vlterius, vt omittatur hæc probatio, quæ tendit tantummodo ad adminiculum, ipse D.Philippus nunc possidens fouet ius optimum ex iuribus per eum productis. Insuper si staretur d.discursui apparet clarè, quòd oppidum Raconixij & Moliebrunæ semper tenta fuerunt per primogenitos: nam primo nominatus in scripturis primogenitus presumitur.l.prima ibi antiquissimus quisque prior.ff.de albo scribe.§.quibus in.1.constitu.C.ibi primis quidem in primo loco, posterioribns vero in secundo loco ponendis,per quem tex.dicunt ibi Bart.&
20 Bal.† quod si in eadem charta vel eodem libro plura instrumenta eodem die reperiuntur confecta,primo scriptũ præsumitur prius confectũ,& idem Bal.tradit in.l.de rebus.C. de dona.ante nup.& similem decisionẽ ponit Ang.in.§.etenim in legatarijs in Auth.de hære.& fal.facit.l.quoties in prin.ff de vsufr.l.qui soluẽdo,la.2.ff.de hære.instit.l.si seruus communis.ff.de stipu.seru.Et hic non omitto, dum in motiuis dicitur, quòd Bernardinus litigantium pater possedit in solidum loca Raconixij & Moliebrunæ excluso An-
tonio

tonio Ludouico secundogenito, sed istud dicitur processisse, eo, quia D. Antonius Ludouicus erat eques Hyerosolymitanus, qui præsupponitur incapax esse feudi, nam istud nullo modo admitto, quod equites Hyerosolymitani sunt feudi incapaces, & superioribus mensibus cōsului contrarium in excelsa Ciuitate Mediolani, vbi ad hoc plurima induco, & ostendo communiter ita teneri, & pondero etiam ad hoc constitutiones ordinis, quæ illi stabilimenta vocāt, & si opus erit illud cōsilium exhibebo: & quamuis D. Philippus proponat pro notorio illū duxisse vxorem, & ex ea filios suscepisse, & habitam fuisse, & tractatū ab omnibus pro laico, tamen istud factū est ex abundanti, quia ingressus ordinis Hierosolymitani non facit, quin ille feudi esset capax. Dicendum igitur exclusum fuisse à d. feudis virtute primogenituræ, prout etiam ante ipsum d. feuda per primogenitos duntaxat fuerant possessa.

Duodecimo obijcitur locum Moliebrunæ non includi in primogenitura, quum ex sola prohibitione alienationis extra certum genus personarum, non inducatur primogenitura non sequuta alienatione argum. not. per glo. Bar. Bal. & Pau. de Cast. in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. cum alijs con-
21 cordan. Respondeo, quod licet † quando testator prohibet certas res alienari extra familiam, non inducatur ex d. verbis fideicommissum, ita vt proximiores de familia vocati intelligantur, prout loquuntur not. in d. l. peto. §. fratre, tamen debent illę res in familia relinqui, vt probatur in l. voluntas. C. de fideicom. & vult hoc Cin. in l. quoties la. 1. C. de fideicomm. vbi dicit talem prohibitionem valere, quia testator tacitè prouidet familiæ, & hoc etiam videtur velle ibi Bart. per ibi not. per gl. dum gl. facit ibi mentionem de tacita causa, hoc etiam plenius vult Sali. dicens, ꝙ talis prohibitio alienationis extra familiā valet, quia testator prohibet ob hanc causam, quia vult remanere in familia, & sequitur prædicta Alex. in l. qui Romæ. §. coheredes col. 2. ff. de verb. obl. Sic dicendum in proposito, quòd, quum actū fuerit inter partes, ꝙ d. locus Moliebrunę de quo fuerat D. Ludouicus inuestitus nō possit per D. Ludouicum, nec per alium eius successorem alienari per contractum, vel vltimā voluntatem, nisi in illam personam, quę sit Raconixij Dominus, nō possit propter hoc dici inductam primogenituram: tamen d. cōuentio importat, quòd d. locus Moliebrunę debeat esse perpetuò apud dominum Raconixij, & hoc etiam dictat naturalis ratio. Ad quid enim homines Raconixij voluissent non posse alienari dict. locum Moliebrunę in aliquem, nisi in Raconixij dominū, nisi vt D. Raconixij haberet quoq; d. locum Moliebrunę. nam subditorum interest, vt Dominus eorum latè dominetur, & quamplurima possideat, ne aliquando egens conuertatur ad rapinas. Istud ergo sufficit nobis, ꝙ locus Moliebrunæ debeat esse continuò apud Raconixij Dominū, & talem sensum partium fuisse arbitror dicāt Aduersantes quicquid velint: nō enim hoc clarè, sed tacitè voluerunt, sicut supra de testatore prohibente rem extra familiam alienare dictum fuit.

Decimotertio obijcitur, ꝙ primogenitura, nō loquitur nisi de castris, locis, & iurisdictionibus Raconixij & Moliebrunæ, vnde non debet extendi ad prædia rustica, & vrbana, etiam ꝙ essent feudalia, quum primogenitura sit contra ius commune, quo omnes filij vocantur ad successionē, strictè sint intelligenda, maximè in præiudicium tertij, eo magis id dicendum si d. prædia sint separata arg. tex. in l. eo iure. §. stabula. ff. in quib. cau. pign. vel. hypo. ta. contrah. Pro resolutione obiecti considerandum est, quod vigore priuilegij concessi per Ludouicum Principem Achaiæ vniuersitati & hominibus Raconixij, locus & castrū Raconixij, cū omnimoda iurisdictione pleno iure peruenire debet ad primogenitos ex Ludouico filio naturali descendentes: vn-
22 de dico † ꝙ prædia vrbana & rustica, quæ sunt de pertinentijs castri, debent pariter peruenire ad primogenitos, sicut ipsum castrum, nam vbi res conceditur, intelligitur cōcedi cum pertinentijs suis, etiam si de eis nihil sit dictum. l. creditor. §. fin. ff. de actio. empt. l. prædijs. §. balneas &. §. qui domum. ff. de legat. 3. l. traditio. §. 1. ff. de acqui. rer. dom. l. testatrix. §. primo. ff. si seru. vend. tradit Aret. in l. 3. in princ. ff. de acqui. posse. & consil. 149. Paucis est agendum, circa princ. Alexan. cons. 193. ex themate prędicto. 2. dub. lib. 2. Accedat vulga. regula, quòd accessorium sequitur naturam principalis cap. accessorium de regu. iur. in 6. l. cum principalis. ff. eo. & statutum in principali intelligitur statutum in accessorio, licet de eo verbaliter nō sit expressum, quia pro adiecto habetur. leg. 3. §. hæc verba, versicu. sed & si quid, & ibi Bald. not. ff. de neg. gest. & eo magis id dicendū, quia Castrū & Villa sunt nomina, quæ denotant quandam vniuersitatem, vt Inn. inquit in cap. ex literis de iur. pat. vbi ex hoc infert, quod venit etiam ius patronatus si castrum vel villa illud habebat, & Inno. sequitur ibi Abb. circa fin. Hostien. in titu. de offic. deleg. §. quæ delegari circa fin. Oldra. consi. 152. Ad quæstionem, qua quæritur, Bal. in c. 1. col. 3. versi. Item scias de cap. qui cur. vend. Petr. de Anch. in cap. accessorium 3. quęst. prin. de reg. iu. in 6. Pau. de Cast. consi. 187. Notandum ꝙ ista Imperialis concessio circa prin. li. 2. Roma. cons. 444. An dictum castrum subuerti. 2. dub. ergo
23 quum † castrum nomen sit vniuersitatis, veniunt illo concesso, quæcunq; accessoria, & ad illud pertinentia, vt dicunt Doct. in locis proximè allegatis, vbi adducunt plura iura, & inter cętera etiam mouentur, quia si in vniuersali cōcessione etiam sacra & religiosa c. cum Bertoldus de re iud. l. quædam. ff. de acq. rer. dom. l. in modicis. ff. de contrahen. emp. multo magis venient prophana. Hinc dixit Inno. in c. cum
24 ad sedem de restit. spolia. ꝙ † appellatione ecclesiæ, quę est nomen vniuersale, veniunt quæcunq; ei pro dote assignata, ca. 1. de censib. Item veniunt iura parrochialia, decimæ,
25 obligationes, & huiusmodi. † Item hæreditati accedūt omnia, quæ inueniuntur in hęreditate, etiam si non fuerint testatoris l. & non tantum & l. item veniunt. ff. de pet. hæred. Confirmantur præmissa dupliciter, primo ex eo, quod Bal.
26 scribit in ca. 1. col. 3. de cap. qui Cur. ven. vbi vult, ꝙ † concesso castro cum pertinentijs, veniant etiam molendina, si modo erant concedentis, tanquam sint de pertinentijs castri, & sequitur ibi Iac. Alua. & Præpo. & Ias. in l. quominus quęst. 20. ff. de flum. & ibi nouissimè Fran. Ripa, vbi remouet quædam contrariaria: Idem tenet Iac. in sua inuesti. in verbo & de castro col. 1. Idem etiam tenet Corn. cōs. 321. In hac consultatione vlt. dub. lib. 4. vbi dicit ꝙ veniunt palatia, domus, nemora, pascua, molendina si qua sunt, & omnia alia, quæ tanquam Domini castri & territorij possidebant, in casu autem nostro, & si non sit concessum castrum cum pertinentijs, tamen illud cum pertinentijs subintelligitur, vt superius clarius demonstratum fuit. Ad quod etiam bene facit, quod scribit Bal. in l. fin. col. 2. versi. item nota. ff.
27 de const. Princi. quod † si Princeps donat alicui ciuitatem, videtur etiam districtum & comitatum donare, & omnes pertinentias, allegat Inno. in d. cap. cum ad sedem de restit. spolia. & ad hoc etiam facit, quod Bart. scribit in l. Seiæ. §. tiranniæ. ff. de fun. instrum. vbi per illum tex. dicit, ꝙ legato fundo veniunt etiam pascua ad vsum fundi deputata, etiam quòd nō stent simul, sed sint separata, allegat etiam ad hoc tex. in l. prædij. §. Balneas. cum. §. sequentibus. ff. de leg. 3. & illam decisio. Bart. sequuntur Moder. vbique tam legendo, quàm consulendo. Secundo pondero, ꝙ castrum fuit con-
28 cessum pleno iure primogenito, Illa enim verba † pleno iure idem important, quod integrè, & sine diminutione, vt Bald. tradit consil. 293. thema integrale præsupponendum est secūdo dub. lib. 4. vbi plura ad hoc inducit, & patet ex vi verbi. Sed vbi res transfertur integre intelligitur translata cū suis pertinentijs l. si quando la. 1. C. de bon. vacan. lib. 10.
29 quam l. Bar. ita summat. Si res cōceditur † integro statu per principem intelligitur cum pertinētijs, & omni iure suo, & cū instrumētis & omnibus fructibus, & pecoribus & mancipijs, quæ in ea sunt, & sic ibi est decisio in terminis, & ad hoc optimè facit. ꝙ scribit Pau. de Cast. consi. 187. Notandum quod ista imperialis concesio circa princ. lib. 2. quod
30 consiliū etiam superius allegaui, nam ibi vult, ꝙ † Princeps

qui concedit castrũ pleno iure, intelligitur etiam cõcessisse iurisdictionem & imperium, ponderando illa verba pleno iure, per plura, quæ ibi inducit, pro cuius sententiæ cõfirma
31 tione accedat † ꝙ plenum dicitur illud, cui nihil addi potest
32 c. bene quidem in prin. 96. distinc. hinc quando † Princeps subijcit ecclesiam, vel donat aliquem locum pleno iure, videtur concedere spiritualia & tẽporalia, si talis erat, qui posset concedere, & is, cui confertur, habebit in ecclesia omne ius episcopale, adeò, quod nihil episcopo intelligetur reseruatum, Ita Abb. dicit in cap. cum inter col. 3. de re iud. Quũ igitur concessum fuerit castrũ pleno iure, intelliguntur concessa omnia pertinẽtia ad d. castrum, quæ potuit Dominus tunc concedere. Omitto, ꝙ de istis verbis pleno iure dicũt Doct. in alijs locis, vbi ostendunt maximam esse vim horũ verborum, quia prædicta satis superq; sufficere existimaui. Et si obijciatur contra prædicta de eo, quod scribit Innoc. in cap. cum ad sedem de resti. spolia. vbi dicit, ꝙ de iure nihil Castro corporale inuenitur assignatũ nisi quatenus statuto vel consuetudine sit assignatum: Respondeo, ꝙ faciliter probari poterit d. prędia vrbana, & rustica fuisse assignata d. Castro seu ad vsum illud habentis, probando, quod d. prædia vrbana & rustica erant d. D. Ludouici patris tempore cõcessionis, & quòd deinceps gradatim fuerint possessa per primogenitos, nec de alia acquisitione per eos apparet. Ista enim ostendunt d. prędia fuisse pro dote ipsius castri applicata, prout etiam de prædictis tetigi aliàs in primis meis allegationibus, quæ incipiunt In causa & lite, &c. in. 2. dub. & ex ibi dictis valde cõfirmantur superiora. Vlterius, ꝙ de mente partium fuerit, ꝙ omnia, quæ possidebat in territorio Raconixij Illustrissimus Princeps Achaiæ, peruenirent ad primogenitos, suadetur, quia d. primogenitura fuit concessa ad preces hominum Raconixij: vnde qua ratione voluerunt, tantum habere vnum Dominum, verisimile est, ꝙ eundem habere voluerint locupletẽ, quia sicut interest domini subditos habere locupletes. §. cogitatio in Auth. vt iudi. sine quo. suffra. ita e conuerso subditorum interest dominum habere locupletem, ne egenus studeat rapinis, & occasiones vndiq; prædãdi venetur: & ad cognoscendum vtrũ Castro cõcesso veniant accessoria, multum valet consideratio cuius gratia facta sit concessio, vt considerat Oldr. in similibus ferè terminis in d. consil. 252. & Paul. de Castr. d. consi. 197. Vbi talia trahunt ad casum suum. nec aliquid facit id. quod ex aduerso dicitur istud primogeniturę priuilegium strictè esse intelligendum tanquã concessum in præiudiciũ tertij, quia istud procederet, vbi res esset in dubio. Sed in casu nostro ostenditur ex vi verborũ venire in concessione prædia, quæ illo tempore erant concedentis, tum
33 quia † castrum est nomen vniuersitatis, tum etiam quia castrum fuit pleno iure concessum. Præterea non potest dici, quòd tractetur de vllo pręiudicio cæterorum filiorum postea natorum, quia in feudo nouo ius eis fuerat reuocabiliter quæsitum, vnde reuocando nullũ fit præiudicium, quia contrahentes vtuntur potestate sibi concessa, & quã ab initio intelligebantur sibi reseruasse. Præterea Illustrissimus Princeps Achaiæ concedit d. primogeniturã ex certa scientia, quæ clausula æquipollet clausulæ de plenitudine potestatis: & quum Princeps vtitur potestatis plenitudine intelligitur voluisse tertio præiudicium inferre, modo posit vt volunt Ant. de But. & Imo. in c. quę in ecclesiarum de constit. Non obstat, quòd ius primogenituræ sit odiosum, tanquam tendens contra ius commune: quia posito quod sit odiosum, tamen verba d. concessionis illud important, vt omnia intelligantur concessa. Præterea ius primogenituræ non est adeò odiosum, vt præsupponitur, quin potius fauorabile. Nam siue consideremus vtilitatem subditorum, pacem & vtilitatem, subditi melius per vnum reguntur, quàm per plures, tum propter discordiam, quæ facile nascitur inter plures, quæ non est in vno ad se ipsum, tum etiam quia per plures segnius negotia expediuntur, & negligi solet, qđ communiter possidetur: hac ratione effectũ est, vt vtilius & sanctius sit vnũ dominari, & ita per superiora cõcludunt Oldr. consil. 94. Eleganter circa negotium col. 3. Et Pet. de Anchar. consi. 339. Pro maiori intelligẽtia dicendorum in prin. & facit bonus text. in l. 2. §. nouissimè. ff. de orig. iur. ibi necesse fuit per vnum reip. consuli, & illud vulgatum Aristotelis, entia nolũt male disponi, pluralitas Principũ mala, vnus ergo Princeps: plura cumulat more suo Fel. in c. quæ in ecclesiarum char. vlt. de constit. Fauorabilis est ergo primogenitura inducta ad hominum Raconixij preces supplicantium se vni tãtum subijci domino, Fauorabilem etiam concessionem primogeniturę dicendum, si cõcessa est propter familiæ dignitatẽ, quæ per diuitias cõseruatur: si vnitę simul & coaceruatæ teneantur, non si plures spargãtur, quia nihil est tam magnum, quod per sectionem nõ fiat paruũ,
34 qua ratione † feuda dignitatũ prohibentur diuidi, vt Not. Doc. & maximè Bal. in cap. 1. §. præterea ducatus de prohi. feu. alie. per Fede. Vnde Abb. in cap. licet de vot. dum tractat materiam primogeniturę, refert dictum Diui Bernardi, qui consultus à quodam comite de diuisione hæreditatis paternæ, bellissimè respondit, quòd si sunt nobiles, melior est aliquando aliorum filiorum dispersio, quàm hæreditatis diuisio: si sint laboratores, faciant, vt velint, si autẽ sint mercatores, tutior est diuisio, quàm communio negotiationum, ne infortunium vnius imputetur alteri. Demũ quòd
35 ius † primogenituræ sit firmatum lege diuina & canonica, & consuetudine tenet Ioan. And. in d. cap. licet, & sequitur Ias. in l. nemo potest col. 1. ff. de leg. 1. & probatur in d. c. licet. & in c. quàm sit periculosum, & in cap. in apibus. 7. q. 1. & in c. 1. §. pręterea ducatus de prohib. feu. alie. per Fede. & licet Bal. in l. cum de l. C. de epis. & in l. omnes populi col. 9. versi. Tertio quæro quæ sint illa. ff. de iust. & iu. dicat, ꝙ statutum, quo primogenitus solus succedit, sit odiosum, tñ ipse ibi loquitur quando statuebatur, quod in totum primogenitus succederet, & ita intelligit Alexan. consi. 128. Consideratis verbis colum. 4. versi. Et similiter statutum lib. 1. In casu autem nostro tempore cõcessionis primogenituræ aderãt etiam alia oppida, ad quæ omnes filij æqualiter sunt
36 vocati. Amplius dicit Abb. in d. c. licet de vo. ꝙ † primogenitura non dicitur irrationabilis, vbi cæteris filijs de honesto victu iuxta hæreditatis facultates prouidetur, vt ibi ipse post Ioan. Andr. latius prosequitur.


Decimo quarto, Veniendo ad feudum Caburri. Fit difficultas contra D. Philippũ, quia videtur Illustrissimus quondam Dux Carolus & eius successores vocati ad d. feudum Caburrianum vigore substitutionis sibi factæ per D. Franciscum vltimo eius testamento, vnde sicut vigore d. substitutionis posset agere Serenissimus D. Dux nũc imperans Remedio possessorio l. fin. C. de edic. diu. Adr. tol. ita videtur quod agere posit dominus Claudius, quia ab eius sublimitate habet iura cessa, quum remedium d. l. fin. cedi posit, vt in specie Bald. dicit consi. 186. Or allegationes lib. 1. osten-
37 ditur ratione, quia † remedium. d. l. fi. est ad hæredes transmissibile, vt Bar. ibi dicit, & quicquid est transmissibile, est etiam cessibile. Respondeo quòd præsupponitur in motiuo, quòd Sereniss. Dux aliquod ius habeat in d. feudo, quod negatur vt infra deducetur, & quod nullum est cedi nõ potest. Præterea non video quid opus sit remedio d. l. fin. quũ petitorij iura tractãda sunt vt superius docui, & posito etiã quod agi posit adipiscendæ possessorio. Sereniss. D. Dux & ab eo causam habens excluditur notoriè per scripturas exhibitas, acta enim faciunt notorium, vt est celebre Inn. dictum in c. ex insinuatione, de appella.

Decimo quinto opponitur, quòd quum inuestitura prima facta de loco Caburri sit ex pacto & prouidẽtia, pro se & omnibus liberis masculis, & vlterius dicatur teneri vnũquemq; liberorum ad homagium pro rata contingente, videtur D. Claudius admittendus ad d. feudum, cum sit eodẽ gradu cum D. Philippo fratre: Nec videtur obstare clausula ad habendum, & quicquid inter eos voluerit disponendum, quia per eam nõ videtur Illustrissimus inuestiens mutasse primo loco disposita: ne, quũ vocauerit prius liberos descendentes de masculis in masculos duntaxat, videatur incontinenti

incontinenti se correxisse. contra l. non ad ea. ff. de cond. & demon. Huic fragili obiecto respondetur, quòd licet inuestitura fuerit accepta pro se & descendentibus masculis, tamen potuit ex post præfatus D. Ludouicus filius naturalis Principis Achaiæ inuestitus instituere primogenituram, motus precibus hominum Caburri, quia feudum erat nouum & ipse author huius acquisitionis. Accedat etiam quod in ipsa inuestitura Illustrissimus Dux Amadeus inuestiens dedit eidem potestatem disponendi, prout voluerit, vt ostendit illa clausula, ad habendum tenendum & possidendum, per d. Vasallum ac suos, & de illis inter ipsos, prout voluerint, disponendum, & ita per d. duo fundam. defendo primogenituram Caburri prout apparet latius in meis tertijs allegationibus, quæ incipiunt, superioribus mensibus, ad quas me remitto. Solum addo ad confirmationem secundi fundam. quod consistit in illa clausula, ad habendum, &c. illud, quod Bar. scribit in l. qui Romæ. §. duo fratres. 8. q. ff.
38 de verb. oblig. vbi voluit, † quòd si fratres in instrumento diuisionis dicunt, ad habendum, tenendum, vendendum & alienandum, videntur sibi ipsis inuicem dedisse potestatem libere alienandi, adeò, quod fideicommissum paternũ censentur remisisse. Ita dicendum in proposito operari illa verba ad habendum, &c. & de ipsis inter suos quicquid voluerint, disponendi. Nec aliquid facit, ꝙ vocarit prius indefinite descendentes masculos, & per illa verba non videatur se mutasse & correxisse, quia non est hæc mutatio neq; correctio superiorum verborum, sed limitatio & modificatio, aliud est enim in totũ tollere, & aliud limitare iuxt. not. in l. fin. C. si cont. ius vel vt. pub. Voluit enim inuestiens feudũ transire ad omnes liberos masculos, ita tñ, quòd ipsi possint inter suos, ad libitũ disponere: dicere autem, quod illa verba debeant ibi esse sine virtute aliquid operãdi esset absurdum, quum etiam in priuilegijs verba debeant operari c. si Papa de priuileg. in. 6. & quia hoc clarissimum est vlterius non prosequor.

Decimo sexto instatur contra D. Philippum, quòd non videtur vrgere laudum aliàs latum inter ipsum D. Philippum & quond. Antonium Ludouicum, quia res inter alios acta, & ratificatio facta per D. Claudium minorem nõ valet, quia decretum prohibet donationem minorum, & tollit fidem instrumẽto. Item prætendit D. Claudius se enormissimè saltem re ipsa læsum, & allegans tantam læsionem obtenta absolutione à iuramento audiri debet. Pro responsione huius obiecti refero me ad scripta D. Aduocatorum præfati D. Philippi. Ego autem arbitror d. ratificationem factam ad cautelam, quia sine ea ius D. Philippi optimè remanet fundatũ, & de huiusmodi ratificatione aliquid etiã scripsi in d. meis tertijs allegationibus, que incipiunt. Superioribus mensibus in 3. funda. & si latiori disputatione res egeret, non facile admitterem, quòd ratificatio laudi lati super re dubia haberet vim & nomen donationis, & ꝙ propterea posset, quis se prætendere læsum, saltem non considerato dubio euentu litis, de quo habetur latè, per Bart. & Moder. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. Aequo autẽ feret animo D. Philippus me hæc præterire, quia expedire non puto stantibus pro eo alijs tutissimis fundamentis.

Decimo septimo & vltimo, quia dicitur attentari posse feudum Caburri deuolutum esse & apertum Serenissi. D. Duci vigore substitutionis factæ per D. Frãciscum vltimo suo testamẽto ob defectũ masculorũ iuncta etiam prima inuestitura. Ego circa hoc plura verba non effundam, quia de hoc scripsi satis plenè in meis secundis allegationibus, quæ incipiunt, super præsenti cõtrouersia, &c. vlt. dub. vbi ostendo nullum ius D. Duci competere, & per consequens, nec habenti causam ab eo, ad ibi dicta me remitto.
39 Illud solùm libet addere † quũ iam fuerat per D. Ludouicũ primũ inuestitũ ius primogenituræ in feudo Caburri cõstitutũ, nõ potuit aliquis descendens ex D. Ludouico illud seu d. ial jrelinquere, quia in iure primogenituræ nõ potest pater filijs præiudicare sine legitima causa, vt Oldr. scribit in præfato consi. 94. Elegãter circa negotiũ col. 4. Ioan. Andr. & alij in d. c. licet de vo. per id quod habetur in c. requisisti, & in ca. officij de testa. & in. §. cæterum in Auth. vt cum de apell. cogno. Idem voluit Abb. in cap. intellecto colum. 2. de iureiu. & consi. 3. Nitor in præsenti causa secundo dubio lib. secundo Alex. consi. 87. Accuratè pro viribus circa prin. lib. 6. Fel. in c. præterea colum. 3. de offic. de lega. Non ergo potest D. Dux venire vigore d. substitutionis. Non potest etiam venire vigore primæ inuestituræ, in qua dicitur vt possint de d. feudo inter suos disponere. Nam quũ D. Dux non sit de liberis seu descendentibus D. Ludouici, non est de numero suorum, istud nanq; verbum sui, etsi vario modo accipiatur, tamen intelligitur de liberis isto casu secundũ subiectam materiam, vt Alexan. tradit consi. 26. Ponderatis his, quæ in themate colum. 3. versi. Nec prædictis obstat lib. 5. Posset etiam dici, quòd quum D. Franciscus testator fuerit (vt opinor) hæres D. Ludouici primi inuestiti, saltem mediatè, & D. Ludouicus cõcesserit primogenituram Caburri hominibus d. loci, non possit contrauenire facto defuncti, sed illud præstare debeat l. cũ à matre. C. de rei vend. l. 2. C. si quid in fraudem patro. l. si creditoribus. C. de seru. pigno. dat. manu. l. venditrici. C. de reb. alie. non alie. cum alijs vulga. quæ adduci possent.



SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum in familia absolutè non inducitur ex sola alienationis prohibitione per testatorem facta extra familiam: nisi sequuta contrauentione, in talibus prohibitus non potest extraneum hæredem instituere, vt nume. 11.*

2 *Prohibitio alienationis in genus hominum certum, non operatur, quin hæres legitimus, etiam ex eo genere ab intestato succedat, fallit vbi prohibitio esset facta, per verba vniuersalia, quia comprehendit alienationem hominis & legis vt nu. 12.*

3 *Feudum, vbi in contractu prohibitũ est in potentiorem alienari, licet in eo potentior hæres institui non possit, poterit tamen ab intestato succedere.*

4 *Singularis prolatio vnum tantum comprehendit.*

5 *Subditorum interest multitudinem dominorum non habere, sed vnum tantum & diuitem vt nu. 14.*

6 *Prohibitio alienandi in filium per testatorem facta, non trahitur ad nepotes.*

7 *Prohibitio ne alienetur feudũ iurisdictionale, sed quod semper remaneat penes vnum, est fauorabilis propter publicam subditorum quietem.*

8 *Fideicommissum tacitè præsumitur, vbi rem insiguem alienari extra familiam testator prohibuit.*

9 *Communio solet parere discordias, inter eiusdem potestatis consortes.*

10 *Institutio hæredis censetur prohibita, vbi bonorum prohibita est institutio.*

13 *Collectas & onera Dominus subditis imponere non potest, nisi prius crumenam suam euacuauerit.*

15 *Subditos inuitos Dominus alienare in inferiorem nõ potest.*

16 *Notarius potest alteri stipulari etiam absenti, & ei acquirere.*

17 *Iuramentum in actu aliquo interpositũ, facit promissionem absenti factam valere.*

18 *Diuisio vicem permutationis ostendit, & ex eius titulo probatur bonorum communio.*

19 *Ignorantia præsumitur in gestis per antecessores, & iuri, quod quis ignorat non videtur renunciatum.*

20 *Prior in ordine scripturæ scriptus, vel nominatus, præsumitur prior in tempore, & nu. 21.*

22 *Aetas maior facit digniorem inter æquales.*

23 *Feudalia bona non præsumuntur, sed allodialia.*

24 *Res qualibet præsumitur libera, nisi de seruitute probetur.*

24 Castrum

25 *Castrum à iure non habet pertinentias aliquas limitatas, nisi quatenus ab homine vel consuetudine sibi reperiatur assignatum.*
26 *Iurisdictio in feudum concessa, omnes reditus causarum ciuilium, & criminalium continet:*
27 *Castrum vbi in feudum conceditur, cum meri imperij reseruatione, pecuniariæ, cum sint mixti imperij, Vasallo applicabuntur, bonorum autem publicatio concedenti, quia publicatio bonorum est meri imperij.*
28 *Feudatarius propter vtile dominium, quod habet in castro, & territorio percipit omnes vtilitates de castro & territorio prouenientes.*
29 *Castrum vbi in feudũ conceditur, videtur etiam concessum territorium cũ omnibus dependentibus, & cõnexis, & alijs iuribus sibi cõpetẽtibus, sicut erat penes cõcedentẽ.*
30 *Bona, vbi non reperiuntur à priuatis occupata, præsumuntur esse vniuersitatis, vel Domini in cuius territorio situata sunt.*
31 *Fines. quicquid intra fines est eius est, cuius sunt fines.*
32 *Possidere quis præsumitur ex causa, quæ præcessit, etiam si ex interuallo præcesserit.*
33 *Pluralitas actuũ & causarũ non presumitur, nisi probetur.*
34 *Castrum, vbi in feudum conceditur per verba pleno iure, vel alia habentia ampliatiuum significatum veluti cum omni iure, vel integro statu, tunc ei accedunt territoriũ, & alia omnia accessoria & pertinentia, vt & num. 36.*
35 *Castrum in feudum recognoscens, intelligitur etiam territorium recognoscere.*
37 *Fama & vox publica in antiquis facit plenam probationẽ.*
38 *Feudalia esse bona melius probatur per homines regionis quàm per extraneos.*
39 *Præsumptiones speciales generalibus derogant.*
40 *Legitimatio est donum Principis, & de sibi reseruatis.*
41 *Vnius assertioni credendum, si fuerit persona honesta & authentica.*
42 *Comitem se asserens sacri Palatij, notarios creans, vel spurios legitimans falsum committit, & morte puniendus.*
43 *Nepos legitimus natus ex filio spurio, non potest auo ab intestato succedere.*
44 *Inuestitura prima attenditur, non sequens, nisi in sequenti actum sit expresse vt prima mutetur.*
45 *Notarij instrumenta adeo probant, vt non sit necesse (cum sumus in antiquissimis) probare creationem notariatus.*
46 *Princeps, vbi in confirmationibus vtitur clausula de plenitudine potestatis, facit tunc actum validum de inualido, & idem per clausulam ex certa scientia, & non obstante. vt nume. 47.*
48 *Confirmo verbum, alio non expresso, ex sui natura, de infirmo firmum facere.*
49 *Instrumenta duo habens venditionũ factarum diuersis temporibus, ex vtraq; venditione dicitur rem possidere. nisi fuerit per secundam expresse recessum à prima.*
50 *Legitimatio Principis expresse in filium naturalem facta, præiudicat etiã agnatis qui aliàs succederent in feudo.*
51 *Princeps potest ius quærendum pro libito tollere.*

Super facto præmissorum. Cons. 506.



VPIEBAM non mediocriter, vt controuersia, quæ vertebatur inter Illustrissimos D. Philippum de Sabaudia ex vna, & D. Claudium fratrem ex altera susciperet finem, prout inter fratres decet, idq; iam vsu euenisse credebam, quum audiuissem sentẽtiam latam fuisse per Sereniss. D. Ducem, qui huiusmodi causæ cognitionem ad se reuocauerat. Verum quum in ea sententia, in qua feudum Raconixij & Moliabrunæ adiudicatum fuit D. Philippo, feudũ autem Caburri adiudicatum fuit pro parte D. Claudio, continetur, quòd si qua pars prætendit se ex dicta sententia grauiter læsam, reclamari ei liceat corã Senatu, vel alijs iudicibus deputandis. lis iterum instauratur, & rursus dubitationes excitãtur, quas resoluam in fauorem D. Philippi, tum ex superioribus scriptis, tum ex alijs deducendis, prout fui requisitus. primo igitur dubitatur, vtrũ locus Moliabrunæ subdatur primogenituræ ex verbis, de quibus habetur in priuilegio cõcesso per Illustrissimum D. Ludouicũ Achaię Principem hominibus Raconixij ad eorum instantiã, & prima consideratione vderetur dicendum, ꝙ non, quia locus Moliabrunæ videtur prohibitus alienari per verba infrascripti tenoris: nam ibi dum fit mentio de Ludouico naturali filio Principis Achaiæ subditur postea, quod, quum præfatus Ludouicus fuerit de loco Moliabrunę inuestitus, vel qui fuerit ipsius loci Raconixij, vt supra & Moliabrunæ Dominus non possit aliquo modo, vel causa. d. locum Raconixij, nec locũ prædictum Moliabrunæ, in totum vel in partem, vendere, pignorare, donare nec aliquo modo alienare, nec etiam in vltima voluntate disponere, vel in aliam personam dominium transferre, nisi in illam personam, quæ vt supra d. loci Raconixij & Moliabrunæ sit vel fuerit Dominus. Ecce ꝙ per ista verba locus Moliabrunæ videtur tantum prohibitus alienari extra certum genus personarũ, vnde ex tali prohibitione, non videtur induci primogenitura, sicut in simi-
1 li dicimus, ꝙ † per prohibitionem alienationis extra familiam, nõ inducitur absolutè fideicommissum in familia, sed tunc demum sequuta contrauentione, videlicet quando fieret alienatio in extraneos l. peto. §. prædium l. cum pater. §. libertis, ff. de leg. 2. Sed nulla facta alienatione ius fideicommissi non acquiritur alijs de familia superstitibus, vnde tali casu prohibitus alienare, poterit habere heredem extraneũ ab intestato in talibus bonis, quia cõtrafacere non videtur, qui talem heredem ab intestato reliquit, vt est tex. in. l. cum pater. §, cum inter, vbi Bart. ponit. ff. de leg. 2. & est optima glo. in. l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3. & not. gl. & Bar. in. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. Bart. & Doct. in. l. si ita quis. §. ea. l. ff. de verb. oblig. tradit etiam Bald. in. l. ea lege. 3. q. C. de cond. ob cau. vbi videtur moueri ratione, quia ista est alienatio legalis, ergo licita. l. alienationis. ff. fam. hercis. & sequitur ibi Ang. circa fin. vbi inducit ad quęstionem statuti Perusini disponentis, ꝙ bona non possint alienari in nõ subiectum, ꝙ non subiectus, non poterit hæres institui in testa-
2 mento, quia † prohibita est alienatio in genus hominũ certum, sed bene poterit, vt hæres legitimus ab intestato succedere, & ita intelligit notata per gl. in. l. 1. C. ne liceat habi. Metrop. lib. 11. & in. l. certa forma. C. de iure fisc. lib. 10. &
3 idem dicit si pactum sit appositum † in contractu feudi, vt non possit vendi nec alienari in potẽtiorem, quia, quum in genus hominum certum alienatio sit prohibita, non poterit potẽtior hæres institui, sed benè poterit ab intestato succedere, & ita videtur habere cõmunis opinio Doct. vt concludit Alex. consi. 59. Attentis verbis col. 4. lib. 3. & in plerisq; alijs consilijs, & sequitur sæpius Moder. & legendo & consulendo. Ex quibus sequitur, ꝙ præfatus D. Claudius debeat succedere in d. feudo Moliabrunæ cum D. Philippo eius Fratre saltem ab intestato, quum non simus in casu contrauentionis nulla alienatione sequuta, & per d. prohibitionem alienationis nõ inducatur primogenitura. Præmissis tamen non obstantibus, contrarium puto verius, videlicet, quòd d. locus Moliabrunæ sit subiectus primogenitur ę, quia, vt aliàs dixi hoc satis colligitur ex dicto secũdo capitulo d. priuilegij, ꝙ superius formaliter retuli, in quo continetur, ꝙ nec d. D. Ludouicus primus inuestitus, nec alius eius successor possit d. locũ Moliabrunæ alienare nisi in eũ, qui futurus est Raconixij & Moliabrunæ Dominus: ergo, quum vnus tantũ debeat esse Raconixij Dominus eodem tempore, & in eum solum permissa sit alienatio, ostẽditur, quod ille, qui est Dominus Raconixij debeat pariter habere

bere dominium Moliabrunæ,& eo magis id dicendũ,quia illa verba, qui sit Raconixij & Moliabrunæ Dominus pro
4 lata † sunt in numero singulari,qui vnum tantum comprehendit c.is cui de præben.in 6.c.pen.de re iud. eo. lib. & in not.9.tradit Ioan. And.in reg.iu. Pluralis locutio. Et quòd de vno tantum domino habẽdo fuerit actum, ex eo quoq; colligitur, ꝙ prohibita est etiam alienatio in parte d.locorũ Raconixij & Moliabrunę: nam si permitteretur alienatio in parte, multitudo dominorũ sequeretur cum incommodo subditorum,ad quod facit,ꝙ Bal. scribit in c.1.§.si quis,
5 quo tem. mil.dum inquit, ꝙ † si aliquis Dominus vult terram suam subijcere alteri, admittatur contradictio hominum suorũ, & maximè si velit alienare partem, & partem retinere, quia interest subditorum non habere tot Dominos, allegat Hostien. in c.dilecti de maio. & obed. Nec est bona similitudo de prohibitione aliquarum particularium rerum,quæ fit per testatorẽ vel inter contrahentes ne alienentur,ad prohibitionem,quę fit in casu nostro: nam prohibitio de non alienando extra familiã censetur esse odio-
6 sa: hinc est, quòd, † si testator prohibeat filium suum alienare,talis prohibitio,non extenditur ad nepotes,etiã, quod sit maior ratio prohibendi, & hoc propter odiũ ipsius prohibitionis.§.nos igitur,& ibi notatur. in Auth. de restit. fideicom. Notauit Cin. Bal.& Sali. in l.voluntas.C.de fideicom. Bart.& alij in l.filiusfam.§.diui.ff.de leg.1.& l.Lucius §.Semproniæ.ff.de leg.3.& hoc bene ponderat Alexan. in præallegato consi.59.col. pen.3.lib, quum ergo prohibitio alienandi extra familiam,seu extra certum genus personarum sit odiosa, ergo restringitur ad verba,& strictè intelligitur l.cum quidam.ff.de lib.& posthu. cap.odia de reg.iur.
7 in 6. Sed non sic in præsenti prohibitione † de nõ alienãdo feudũ iurisdictionale,quia non est odiosa huiusmodi prohibitio,sed potius fauorabilis,quum concernat publicã subditorũ quietem,quorũ interest vnũ habere Dominum,& nõ plures, vt notant scribentes in c.1.§. præterea Ducatus de prohib. feu.alie.per Fede. vnde sumus in regula,ꝙ mens & voluntas contrahentium magis debet inspici, quàm verborum conceptio l.fin.C.quæ res pign.obli. poss.l.in conuentionibus.ff.de verbo.sign.l.sed Celsus.l.si fundus.ff.de contrahen. emp.l.ita stipulatus, ibi ex sentẽtia contrahentium cum glo.ff.de verb.oblig. Mens enim non verbis, sed verba debent menti deseruire: c.intelligentia c.in his de verb. signi.& dicit multum egregiè Bal. in l.etiam primo not.C. de iur.doti.sensum in contractibus,magis quàm verba esse spectanda,nam habito sensu,habemus finem, siue finalem intentionem,& habito fine non curamus de modo,siue de qualitate verborũ,& istud est verum vbi de consensu constat,siue per legis interpretationem, siue per naturalem racionem,vel per æquitatis suggestionem, vel per aliqua indicia, dũ tamen iste sensus possit aliquo modo ex verbis concipi.vt l.Gallus.§.1.ff.de lib.& posth. & l.si alij,vbi notatur ff.de vsufru. leg. Sed in proposito per naturalem rationem, quæ ex verbis concipitur, ostenditur manifestè, ꝙ actum fuit, vt locus Moliabrunæ transiret tantum ad primogenitum, quia aliàs frustra conuentum fuisset, ꝙ non transiret nisi in eũ, qui fuisset inuestitus de d.loco Raconixij, quem vnum esse eodem tempore ex pacto oportebat,hoc etiam
8 ostenditur ex rei qualitate prohibitę alienari,nam etiã † qñ testator prohibuit extra familiã alienari rem insignem puta turrim vel domum patrimonialem,præsumitur tunc tacitè fideicommissum secundum Bald.post. gl.& Cin.ibi in l. quoties ab omnibus la prima circa med.C. de fideicom. vbi reputat hoc esse notatu dignum, & assignat rationem, quia,quum vna sola ratio potuerit testatorem mouere, videlicet agnationis fauor, illa debet pro expressa haberi, vt not.glo.in l.quamuis.C. de fideicomm. & hoc idem voluit Bal.in l.secunda propè fin.C.de vsuca. pro emp. Sic dicamus in proposito,quod ex qualitate rei prohibitę alienari, debemus præsumere primogenituram,nam prohibetur alienari castrum cum iurisdictione in nullam aliam personã, nisi in vnum inuestitum: hoc enim ostendit partes cogitasse,ꝙ

vnus tantum deberet esse dominus,& ille,qui esset primogenitus,deberet habere locũ Moliabrunæ, sicut etiam habebat locum Raconixij,ea vnica ratione (nam alia non potest considerari) ꝙ melius, & pacatius reguntur per vnum
9 Dominum subditi,quàm si multi essent,quia † communio solet parere discordias inter cõsortes eiusdem potestatis.& Segnius expediunt commissa negotia plures,& dicit notanter Marti. Laudo. in tract.de Princip. conclus.131. ꝙ melius est rempublicam regi per vnum Principem quàm per plures, sicut vnus est Deus, & vnum est caput inter cætera membra,& quia homines sunt faciles ad dissentiendũ. Vlterius dicat mihi aliquis, ex quo capite præfatus D. Claudius possit prætendere ius in d. loco Moliabrunæ: Nam si velit dicere se fuisse institutum in testamẽto ab aliquo, qui inuestitus fuerit de d.loco,vt hæredem vniuersalẽ,hoc non habet sibi prodesse, quia ipse est de personis prohibitis, in quas possit fieri alienatio, quũ nõ sit Dominus Raconixij, & per consequens extraneus, vnde purificata est conditio alienationis,quũ ad ipsum bona translata essent. Nam pro-
10 hibita † alienatione, intelligitur etiã prohibita hæredis institutio l.si quis prioris.§.certum.C.de secund. nupt. & cla-
11 rum est etiam,ꝙ † prohibitus alienare extra familiam, non potest hæredem extraneũ instituere in testamento, capiendo extraneum (vt dictũ est) pro quolibet,in quem sit prohibita alienatio, vt Alex. tradit in l.qui Romæ,§. cohæredes colum.3.versi.& considerandum puto.ff. de verb.obli. sin autem vult venire tanquã hæres ab intestato, tunc etiã excluditur,quia illud,quod dicitur, ꝙ vbi prohibetur alienatio extra genus certum personarũ, hæres legitimus potest succedere, quia in eum immediatè nõ fit alienatio per hominem,sed per legem.l.cum pater.§. cum inter.ff.de leg.2. cum alijs in contrarium superius adductis: nõ procedit,vbi
12 prohibetur † alienatio per verba vniuersalia,puta,quòd nõ possit alienari extra familiam aliquo modo,vel quocunque titulo,vel iure,tunc enim includitur alienatio, nedũ hominis,sed etiam legis, & per consequens non potest hæres legitimus succedere,vt scribit Aret.in.l.ventre col.16.versic. dicamus ergo,& melius.ff.de acqu.hæred.vbi ponderat dicta Bart.ibi, & in simili allegat gl.in cap.1. in verbo alienationis de excess. prel.in.6.& idem repetit Aret.in.l.Pantonius.§.rei perduellionis.ff.eo.tit. Sequitur Ias.in.l.si ita quis §.ea lege col.pen.ff.de verb. oblig. & in.l.filiusfamil.§.diui. q.7.ff.de leg.1.Dec.cons.23.Pro tenui facultate mea, col.2. Sed in casu nostro posita sunt verba vniuersalia, & eadem geminata, & sæpius repetita, quod auget & efficacius demonstrat affectum loquentium.l.balista.ff.ad Trebel. cum alijs vulga.vnde non potest d. D.Claudius,nec ex hoc capite ad d. locum Moliabrunæ venire, etiam posito, quod D. Philippus cõtra quem agit,nullum ius haberet,quia actore non probante, reus, & si nihil præstiterit absoluendus est.l. qui accusare.C.de eden. & ex persona actoris ius metimur l.1.in prin.ff.si pars hæred.pet. Non obstat aliud,ꝙ primogenituræ Moliabrunæ fuit facta ad instantiam hominum Raconixij,quorum nihil interesat. Nam respõdetur, quòd imo intererat, ꝙ Dominus Raconixij esset quoq; Dominus insolidum Moliabrunæ propter maiorem potentiam, qua subditos suos posset protegere: tenetur enim Dominus subditos suos defendere glos. in cap.1.§. fin. hic fi. lex Conra.& Abb.in cap.licet causam vlt. not. de prob. Card. in Clem.1.in princ.2.q. de reliqu. & venera. sanc.Domi.in cap.Apostolicæ vlt.oppo.de re iud. Rota decis.388. Præpositus vel quis alius Dominus in nouis, Socin. in rub.ff. solu. mat. col.3. Item interest d.hominum, ꝙ Dominus eorum consequatur vberiores reditus, quia tũc minora onera im-
13 ponet, nam † nõ potest Dominus imponere onera subditis, nisi prius crumenam suam euacuauerit, secundum Cin. & Bald.in.l.neminem.C.de sacros. eccle. Bald.in cap. conquerente de offi.ordi.& in titu. de pac. Constan.§.pacta in verbo nobis tractantibus, Andr. de Iser.in cap.1.in verbo extraordinaria,quæ sint rega.& Fulg.egregiè consi.20.Pro pleniori col. pen. Sicut enim interest Dominorũ subditos habere

habere locupletes.§.cogitatio in Auth. vt iudi. sine quoq. suffr.& subditi pingues nerui dicuntur Principis.leg.2.C.de om.agr.deser.lib.11.& tradit Bal.consi.410. quæritur vtrũ
14 Dominus colum.3.lib.5. sic è conuerso † interest subditorum Dominum habere locupletem & potẽtem. Hinc est,
15 quòd † D.non potest alienare subditos inuictos in aliũ inferiorem,ratione præallegati interesse,vt Alb.de Rosa.tradit in l.Titius,quum decederet.ff.de act.emp. Clarũ est autem,quod stipulari quis alteri potest,quatenus eius interest l.stipulatio ista habere licere.§. si stipuler, &.l.si ita stipulatus fuero te sisti.§.possum.ff. de verb. oblig. Præterea euaditur difficultas propter stipulationem notarij eorũ nomi-
16 ne, quorum interest, nam † potest Notarius alteri stipulari prout tenet gl.in.§.si quis alij Instit.de inut.stipu.& in.l.nec ei.§.1.& ibi Bart.ff.de adopt.latè Bart.in.l.2.ff. rem pup.sal. fo.Bald.in.l.si absentis.C.si cert. pet. Est enim notarius seruus publicus,ideò potest omnibus acquirere,ca.quanquam de vsu. in.6.l.nec enim.ff.de adopt.l.Gaius versi.ꝙ si seruus
17 ff.de vsu. Item vbi † interuenit iuramentum, prout in casu valet promissio absenti facta, quia iuramẽtum videtur esse præstitum Deo ca.debitores de iurei. & Deus supplet præsentiam absentis.l.properãdum.§.sinautem reus.C.de iud. cap.2.de arbit. in.6. & ita sentit gloss. in cap. quoties cordis oculus.1.q.7.Bart. in.l.si quis pro eo,in.6.membro.ff. de fideiuss. Ant.de Butr.& Imo. in cap.cum contingat de iurei. cum alijs adductis per Alex.in.l.stipulatio ista habere licere §.alteri.ff.de verb,obl. Ex istis remanet sublatum id, quod adduci videtur per D. Claudiũ aduersarium, seu pro eo scribentem,& sic absolutum sit primum dubium.

Secundo dubitatur, vtrum per diuisionem factam inter Franciscum & Ludouicum filios primi Ludouici inuestiti sit derogatũ iuribus primogenituræ,sicut prætenditur parte D.Claudij. Nam allegatur ꝙ de anno.1461.die. 17.Februarij cum Principis cõsensu & mandato diuiserunt prędicti fratres bona sua, ponẽdo Raconixium & Moliabrunam pro vna parte cum censu Villęfranchæ,& pro alia parte loca Caburri & Ozasij reliquis bonis in communi manentibus cũ cessionibus hinc inde iurium,vnde si primogenitura fuisset inducta,non est verisimile, quod primogenitus concessisset Raconixium & Moliabrunam in sua parte poni: sed ea sibi præcipua dixisset iure primogenituræ: nã consentiendo in sua parte poni,videtur fateri fuisse cõmunia,& vt ea insolidũ reciperet tantundem assignasse in reli-
18 quis bonis de suo fratri: nam † diuisio permutationis vicẽ exhibet,vt per Bart.in.l.cum pater.§. euictus &.§.hæreditatem il.2.ff.de leg.2.& regulariter ex titulo diuisionis probatur bona esse communia, quia causa diuidendi est communio.l.1.& ibi glos.ff.famil.hercis.l.2.& ibi Bart. & Bald. C.commu. diui.tradit Soci.consi.45. In causa Magn. circa princip.lib.3. Hæc sunt,super quibus se fundat aduersarius. Veruntamen ad ista colligitur responsio ex his, quæ super hoc dubio scripsi in alijs allegationibus,vbi ostendo nõ fuisse derogatũ iuribus primogenituræ per d. diuisionem, quia non constat,ꝙ D.Franciscus, cui vt primogenito ius competebat insolidum in pręfatis oppidis Raconixij & Molia-
19 brunæ, habuerit scientiam d.iuris sibi cõpetentis, † & iuri, quod quis ignorat,non videtur renunciatum, & ꝙ ignorantia præsumitur in his,quę gesta sunt ab antecessoribus,& ꝙ d.diuisio presumitur potius errore facta,vnde posset etiam per ipsum diuidentem retractari, vt latius tunc deduxi, vbi etiam respondeo ad quædam, quæ in contrariũ possunt allegari. Amplius etiam dixi, ꝙ D. Franciscus primogenitus D.Ludouici primi inuestiti nõ potuisset ius primogeniturę repudiare expressè in pręiudicium aliorum primogenitorũ subsequentium, nec etiam in præiudicium communitatis, & hominum Raconixij,ad quorũ preces id eis fuerat concessum, quum expediret ipsis vnum habere dominum, & non plures,prout predicta omnia iuribus & auctoritatibus latè firmaui,& ad quæ ibidem sunt dicta me remitto.Non obstat, quòd ignoratur quis è duobus fuerit primogenitus Franciscus,an Ludouicus,quia dico, quòd cõstat Franciscũ
20 primogenitum fuisse: nam in d.diuisione † primo loco ponitur & nominatur, & primo nominatus cẽsetur antiquior vt habetur in.d.1.constit.C.§.quibus ibi, primis quidem in primo loco, posterioribus vero in secundo loco ponendis, per quem tex.dicit ibi Bar.& Bald.quod si reperiuntur duo contractus in vno libro,vel in vna charta,instrumentũ primò scriptum præsumitur primò factũ, & sequitur hoc etiã
21 Bal.in.l.de.rebus.C.de don.ant.nup. vbi etiam inquit, † ꝙ, qui prior est in ordine scripturæ, præsumitur prior in tempore,& dicit Bart.in.l.2.§.prius in fi.ff.de vulg.& pup.quòd in tempore ordo scripturæ attendi debet,& ꝙ primò positum est,primò factum præsumitur,plura similia ponit Feli. in cap.cum dilecta col.4.de rescrip.vbi latè etiam ostendit,
22 quod prius nominatus præsumitur dignior,& † maior ætas facile digniorem inter ęquales.l.semper.ff.de iur.immu.l.fi. ff.de fid.instr. cum alijs adductis per Moder.in.l.cũ quid.ff. si cer.pet. Non video autem quid referat,quis istorum fratrum fuerit primogenitus, quia ex Ludouico iuniore nulli jam extant descendentes, descendentium vero ex Ludouico primo inuestito, cui concessa fuit primogenitura, nullus alius primogenitus extat, quàm præfatus D. Philippus, qui primogenituram defendit.

Tertio dubitatur, vtrum in primogenitura includantur alia bona, quàm castrũ & locus Raconixij cum iurisdictione, & videtur primo aspectu dicendum, ꝙ non includãtur fructus,& reditus iurisdictionis, & census, & nõ etiam alia prędia rustica,& vrbana,quia de eis in d.priuilegio primo-
23 genituræ nulla habetur mentio, & † in dubio bona præsumuntur allodialia,& non feudalia, quia quando res est feudalis dicitur quandam seruitutem habere,vt not. glo. in.l.si cuius.§.si vsusfructus in verbo oportet.ff.de vsufr. & quæ-
24 libet † res pręsumitur libera,nisi de seruitute probetur.l.altius.C.de serui.& aqu.& probatur hoc in cap.2.& ibi Doc. si de feu.fuer. contr.in.Domi.& agn.& in ca.1. iuncta gl.2. de contro. int.masc.& fœm. & tenet hoc Ioan.And.& alij post eum in cap.nimis de iureiur.& in cap.fin. in verbo respondere de iudi.Bald.in.l.libertas.ff.de stat.homin.cũ alijs adductis per Alexan. consi.15. Visis narratis in princ.lib.5. & hoc procedit,posito etiam, ꝙ translatum fuisset castrũ, cũ suis iuribus & pertinentijs,quia debet constare,quæ sint illa iura,& pertinentiæ,vt not. Bar. in.l.si sic.§.1.in fin.ff.de leg.1.per id,quod habetur in.l.allegaui.ff. de lib.lega. & probatur in.l.quòd si venditione cũ tribus sequen.ff.de hæred. vel actio. vend.& not.Spec.in titu.loca.§.nunc aliqua vers. 58.& Oldra.consi.164.Viso priuilegio,& dicit Inno.in c.
25 cum ad sedem de restit.spol.ꝙ † Castrum à iure non habet aliquas pertinentias limitatas, nisi quatenus ab hominibus, vel consuetudine sibi reperiatur assignatũ, & Inno. sequuntur ibi alij,& Abb.in cap.ex literis in fin.de iur. patro. Bald. consi.420.Verbis Principis.2. col. lib.1. hoc magis in proposito videtur dicendum, quia non interest subditorũ, quorum precibus obtẽta fuit primogenitura, vtrum Dominus ipsius loci,vel alius percipiat fructus cæterorum bonorum. Sed præmissis non obstantibus contrarium dicendum videtur.Et primo quo ad fructus &reditus,qui ex iurisdictione,& eius exercitio capiuntur, nulla est difficultas,quin pertineant ad Dominum loci inuestitũ de mero & mixto imperio,vt tenet Bald.in.l.fin. colum.2. versi. Item nota, ꝙ si
26 Princeps.ff.de constit. Prin.ꝙ † si Princeps donat alicui iurisdictionem,omnes reditus causarum ciuilium & criminalium ad eum pertinent,arg.l.1.cum vrbem.ff. de off.præfe. vrb.ad quod etiam facit,quoad Bal.scribit in.l.fin.ff. de off.
27 præfe.vig.vbi vult,ꝙ sit † Princeps, qui concessit alicui castrum,retinuit sibi merum imperium,pœnę pecuniariæ applicabuntur Vasallo,quum sint mixti imperij,& publicatio bonorum applicabitur illi Domino, qui habet merum imperium,eo,quia publicatio est meri imperij, prout etiã habetur in.l.imperium.ff.de iurisd. om.iud.idem tenet Andr. de Iser.in cap.1.§.si vero violator,& in.§.quicunque iudici in verbo hęreditatem de pa.tenen.& Iac.Alua.in d.c.1.§.si quis aliquem col.2.eod.titu.& dicit Pau.de Cast. consi.353.

Commoditas

28 Commodum dictæ venæ lib. 1. quòd, cum † Feudatarius habeat vtile dominium in castro, & territorio cap. 1. §. rei aũt de inuest. de reb. alie. fac. cap. 1. & ibi gl. de cap. Conra. omnis vtilitas, quæ percipitur de castro & territorio perti-
29 net ad feudatarium, & ibi etiam dicit, quòd † concedens castrum in feudum, videtur etiam territorium cõcedere cum omnibus dependentibus, & connexis, & alijs iuribus sibi competentibus sicut erant penes concedentem. l. 1. §. cum vrbem. ff. de off. præfec. vrb. cũ alijs pluribus iuribus ibi adductis, ex quo concludit Pau. de Cast. ꝗ argentifodinæ inuentę in territorio feudatarij ad ipsum pertinent, & eodem modo reditus salinarum spectare ad feudatarium, cõsuluit idem Pau. de Cast. consi. 63. quòd dicti reditus lib. 1. & similiter de gabellis consuluit Roma. consi. 271. Vis tota præsentis consultationis, &c. & in istis quantum existimo non potest esse difficultas. Quo verò ad reliqua bona sita in territorio Raconixij, dixi aliàs & nunc repeto, quod si d. bona à tempore inuestituræ, vsq; in præsentem diem fuerint semper tẽta & possessa pro feudalibus per primogenitos D. Raconixij, pręsumendum est in feudum concessa fuisse ab Illustrissimo Principe inuestiente cuius tunc erant ex eo, qđ voluit Pau. de Cast. in. l. 1. in bonis lecturis. ff. de acqu. posse.
30 vbi tenet, ꝗ † si aliqua sint bona, quæ non reperiantur à priuatis occupata, præsumuntur esse illius vniuersitatis vel Domini in cuius territorio reperiuntur, & illud dictum Pau. de Cast. sequitur ibi Socin. contra Aret. quia isto casu non potest dici, quòd prædia fuerint in nullius bonis, quum omnia sint distincta de iure gentium, & termini appositi. l. ex hoc iure. ff. de iustic. & iure, & necesse sit, ꝗ bona, quæ sunt intra fines territorij, sint vniuersitatis vel particulariũ personarum, cap. cum Bertoldus de re iud. ca. 1. §. idem si quis
31 vbi Bald. no. qui. mo. feu. amit. & quicquid † est intra fines, eius est, cuius sunt fines. l. æde sacra. §. 1. ff. de contrah. emp. Bald. in rub. C. eo. tit. q. 22. Et si apparebit d. primogenitos possedisse gradatim d. bona, prout in facto apparere pręsuponitur, nec doceatur de aliquo alio titulo, dicendum est, ꝗ possederint vigore inuestituræ præcedentis. l. 2. C. de acqu. poss. l. quædam mulier. ff. de rei vend. l. triticum & ibi gl. in verbo cogitauit. ff. de verb. obl. & ibi Bar. & Doct. vbi vo-
32 lunt, quòd † aliquis præsumatur habere ex causa, quæ præcessit, etiam si causa ex interuallo præcesserit per. l. si diuortio. ff. de verb. oblig. & l. 2. §. 1. ff. de dot. præleg. pro quo fa-
33 cit, quia † pluralitas actuum non pręsumitur, nisi probetur, cap. in præsentia versi. verum il 2. de proba. Bald. in. l. neq; natales. 2. col. C. de proba. & in. l. testium. 5. col. C. de testib. cum alijs vulg. concordan. eodem modo dicendum est, ꝗ non præsumatur plures causas precessisse, ex quibus aliquis possideat, nisi ostẽdatur, quũ causa sit potissima pars actuũ. Reperio etiam, ꝗ illud dictum Pau. de Castr. in d. l. 1. ff. de acqu. poss. sequitur in proprijs terminis Caro. Rui. consi. 26. Quamuis copiosè lib. 1. Curt. iunior consi. 140. Superioribus diebus & consi. 184. Præsupponitur in facto col. 2. Quũ igitur D. Ludouicus primogenitus fuerit inuestitus de castro & territorio Raconixij, vt ex ipso priuilegio primogenituræ apparet, censetur etiã infeudatus fuisse de bonis situatis in territorio, quia præsumuntur fuisse Principis inuestientis, ex quo apparet nunquam per alios fuisse possessa, quinimo possessa fuisse per D. Ludouicum inuestitum, & alios deinceps primogenitos descendentes. Præterea considerandа sunt illa verba posita in primogenitura, vbi dicitur, ꝗ castrum & locus Raconixij cum omnimoda sua iurisdictione pleno iure perueniat, & peruenire debeat ad pri-
34 mogenitum: nam per † dicta verba pleno iure, ostenditur quòd nõ solum castrum, sed etiam accessoria deputata ipso castro debebát ad primogenitos spectare per id quod Bal. scribit in cap. 1. 5. colum. de cap. qui cur. vend. vbi querit an cõcesso castro veniat territorium, iurisdictio & alia accessoria, facit quinq; casus principales, & quantum ad propositũ dicit, ꝗ quædam se habent, vt principale, & accessorium, & tunc aut illud accessorium accedit de necessitate, & continetur, vt. l. sed addes. §. si quis mulierem. ff. loca. & ideò secundum eum si ex dispositione statuti, vel cõsuetudinis territorium est assignatum & deputatum castro tunc, quia tale statutum vel consuetudo legem imponit, quæ necessita-
35 tem inducit, † recognoscens castrum in feudum intelligitur etiam territorium recognoscere. §. si quis igitur ex quo libet, in Aut. quib. mod. nat. effic. sui, aut non accedit de necessitate, sed ita demum si exprimatur, & tunc non contine-
36 tur territoriũ, nisi apponantur † verba aliqua, quæ ampliatiuum habeant significatum, vt quia dicatur cum omni iure, vel integro statu vt. l. si quando. C. de bo. vacan. lib. 10. & l. sed & si quid. §. proprietatis, vbi glo. ff. de vsufru. Ecce, ꝗ Bal. ibi vult, ꝗ vbi verba habent ampliatiuum significatũ, tunc cõcesso principali, videtur etiam concessum accessorium, sed in casu nostro fuit dictum pleno iure, vnde nõ solum castrum, sed etiam accessoria castri sunt inclusa in primogenitura: non potest autem negari, quin alia bona fuerint assignata pro dote ipsius castri, & sic sint accessoria, ex quo ab antiquo vsq; in præsens fuerunt possessa per Dominos dicti castri, nullo alio titulo, de quo appareat, quàm in-
37 uestituræ. Possunt aũt prædicta probari per publicam † vocem & famam, quę in antiquis facit plenam probationem, vt per gl. in. l. atqui naturæ. §. cũ me absente. ff. de neg. gest. quam ita ibi intelligit Ange. & idem Ange. in. l. Titius. ff. quib. mod. pigno. vel hypo. sol. & sequuntur alij relati per Alex. consi. 187. In causa & lite vertente colum. 2. lib. 2. &
38 addo etiam, ꝗ † ista bona esse feudalia melius probatur per homines regionis quàm per extraneos c. 1. §. si tres de pac. tenen. quem tex. ad hoc ibi not. Iacob. Alua. qui etiam pro hoc adducit tex. in. l. 1. §. ibi ex æstimatione circumcolentium. ff. de flumi. & in. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. Non obstant adducta in cõtrarium. Et primo quòd
39 bona præsumuntur allodialia, quia respondetur, ꝗ ista † pręsumptio nõ venit attendenda quia est valde generalis, quæ cedere habet his, quæ specificè in oppositũ adducuntur ca. generi de reg. iur. in. 6. & ponit Bart. in istis terminis in. l. cũ de indebito. ff. de probat. Bal. in. l. si possidetis col. 2. eodem titu. vbi volunt, ꝗ præsumptiones speciales, veniunt generalem, & bona esse feudalia non solum verè & directè, sed etiam præsumptiuè potest probari, vt Alexan. scribit consi. 129. Ponderatis his, quæ in præscripto themate circa princ. lib. 1. Non obstat ꝗ non interest subditorum, qui flagitarunt dictam primogenituram, quis fructus prædiorum percipiat, an dominus castri vel alius, quia respondetur, ꝗ imò valde interest eorum habere dominum diuitem, & potentem, vt superius latè fuit ostensum, apparet etiã clarè de hac eorum voluntate, quia si voluerunt Dominum Raconixij habere pariter locum Moliabrunæ, quanto magis voluerunt habere bona sita in ipsomet territorio Raconixij.

Quarto obijcitur parte D. Claudij, ꝗ in omni dispositione, non solũ requiritur voluntas disponentis, sed etiam potestas cap. cum super de offic. dele. l. multũ interest, c. si quis alteri vel sibi, ideò negatur Illustrissimũ Principẽ Achaiæ, qui recognoscebat in d. feudis Illustrissimũ Ducem Amadeum vt superiorem, potuisse legitimare D. Ludouicũ naturalem eius filium ad feuda, quoniam de iure cõmuni naturales à feudis excluduntur, cap. 1. §. naturales si de feu. fue. con. int. D. & agn. licet enim legitimatus expressè ad feudũ
40 admittatur, tamen talis † legitimatio est de reseruatis supremo Principi cap. per venerabilem, versi. insuper, qui fil. sint legit. l. qua in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nup. §. fi. in Auth. qui. mo. na. effi. sui, tradit Bald. in. l. 1. C. de iu. aur. ann. circa princ. vbi dicit, ꝗ legitimatio est donum Principis, & nullius inferioris, ideò populus legitimare non potest, ego audiens aliàs hoc fuisse obiectum, dixi, ꝗ ex quo ostendebantur plura priuilegia concessa per D. Principem Achaiæ, credendum esse, ꝗ talem habuerit potestatem, quũ esset Magnus Dominus, & ea publicè & palam vteretur, & ad hoc adduxi Bald. in consi. 267. Ad euidentiam præmitto libro primo vbi inquit, ꝗ Domini Lombardię de consuetudine vsuali, & quasi de quadam theorica & practica vtuntur plenitudine potestatis, & sunt in quasi possessione huius verbi

& facti,& est credendum,ꝙ eam habeant, & verus sit eo-
rum sermo, aliàs multæ lites iam sopitæ instaurarentur, &
illusoria fierent decreta tantorũ Dominorum, ꝙ esset ab-
surdum.l.si prætor in princip.ff.de iudic.facit pro prędictis
gloss.in cap.nobilissimus 97.distin. quæ dicit, ꝙ interdum
41 † voci & assertioni vnius credendum sit, si persona hone-
sta sit,& authentica,per quam glo.dicit Ang.in.l.quæcunq;
§.fi.ff.de Publici.ꝙ statur dicto Cardinalium in prouincia,
in qua noti sunt, asserẽtium sibi aliquid fuisse mandatum à
Papa,quo ad ea tamen, per quæ subditis non infertur præ-
iudicium,& ita dicit se consuluisse apud Veronam,& ita in
uenitur cõsuluisse consi.182.quod incipit,Mandatum Prin
cipis,&c. vbi concludit, ꝙ Cardinali, vel aliæ excelsæ per-
sonæ nullo modo creditur in præiudiciũ alterius, sed in his,
quæ principaliter non pręiudicant alijs, imo potius cõmo-
dum respiciunt subditorũ,vt puta, quia dicat se habere po-
testatem dispensandi,standũ est verbis illius. Si igitur stan-
dum est verbis excelsæ personę,quando nulli afferunt pre-
iudicium,multo magis standum est eius gestis,quia facta lo
quuntur.l.de quibus.ff.de.ll. In proposito autem ista legiti
matio, quæ asseritur fuisse facta in personã D. Ludouici fi-
lij naturalis nulli afferebat præiudicium,vt mox dicam,er-
go standum est.d.legitimationi, quum verisimile sit, ꝙ Il-
lustr. Princeps Achaiæ eum non fecisset legitimum nisi po
testatem habuisset,aliàs incurrisset pęnam falsi.l.eos.§.1.ff.
de fals.per quem tex.dicit ibi Bart. quòd, qui se vocat Do-
ctorem,quum non sit,tenetur de falso,& dicit Bal. in.l.data
opera colum.13.versi.dubitatur de eo.C. qui accu. nõ poss.
42 quòd † qui se asserit comitẽ sacri palatij, & creat notarios,
quum nullam auctoritatem habeat, certum est, ꝙ punitur
d.l.eos.§.fi.&.l.si quis per diuinam, & ibidem per Andr.de
Baru.C.de aq.duc.lib.11. Sed dubium est, an puniatur pœ-
na mortis,dicit Bal.se credere, ꝙ sic, quia deliquit in ipsum
Principem, à quo se fingit auctoritatem habere arg.l. pri-
mæ.C.de priua.carcer. & dicit Bal.in.l. qui sub prætextu in
fin.C.de sacros.eccl.quòd, qui allegat se clericum, & nõ est
verum debet puniri de iudicis motu. Sin autem non tantũ
allegat se clericum, sed etiam se ingerit actibus clericalibus
punitur pœna falsi d.l.eos.§.1. Non est igitur credẽdum, ꝙ
Illustrissimus Princeps Achaiæ voluerit tm̃ crimen com-
mittere fungendo se auctoritatem habere, imò gestis eius
est standum,veluti iuridicis,& legitimis. Quòd autem ista
legitimatio nulli afferat præiudicium, ostenditur, quia non
potest dici,quòd inferat præiudicium filijs D. Ludouici na
turalis in successione. d. feudorum. Nam si legitimatio est
nulla,sicut ipse filius naturalis,natus ex illicito cõplexu, non
successit in d.feudis nec in alijs bonis paternis cap.1.§. na-
turales si de feu.fue.cont.int. Dom. & agn. Auth. ex com-
plexu.C.de incest.nup.l.si spurius.ff.vend.cogn.eodem mo
do non potuissent filij D.Ludouici admitti,quamuis ex le-
gitimo matrimonio Procreati fuissent,quia ex radice infe-
cta procreati,vt est tex.in.l.fin.C.de natu.li.in fi. vbi Odo-
43 fre. Cin.& Alij per illũ tex.dicunt, quod † nepos legitimus
natus ex filio spurio,non potest succedere auo ab intestato,
& est de mente Bal.in.l.fi.in fin.C.de verb.sign. vbi inquit,
quod bastardi nõ dicuntur esse de domo, & idem dicit esse
in nepotibus etiam legitimis, natis ex bastardis, quia nulla
consequentia potest esse legitima,ex illicito nascendi prin-
cipio,vt Bald.refert & sequitur Pet. de Ancha. consil. 379.
Visis diligenter iuribus circa princ.idem tenet Ioan.Andr.
in add.Specu.in titu.de succe. ab intest.§.1.char.vlt. versic.
quid si habens filium,vbi sequitur opinionem Odofr. quia
nepos nõ possit esse sine stipite, & iste stipitem non habet,
quũ pater ex damnato coitu natus sit, & propter huiusmo-
di degeneratione non possit aui & nepotis nomen sibi con
uenire,& ita etiam tenuit Alex.consi.174.Super eo,de quo
quæritur lib.5. vnde miror, ꝙ allegans pro Dom. Claudio
insistat huic nullitati quia si legitimatio est nulla, ergo non
solum Dominus Philippus, sed nec etiam ipse poterit ad d.
feuda venire tanquam ex infecta radice procreati, nec po-
terit se iuuare ex recognitionibus postea factis versus Illu-
strissimos Duces Sabaudiæ,quia illæ omnes habent ortum
à prima,& qui primitiua inficit,deriuatiua vituperat, vt in-
quit Bald.in d.l.fin.C.de verb.sign.& à primordio tituli,po
sterior formatur euentus.l.1.C.de impon.lucra. descr.li.10.
44 & ꝙ † prima inuestitura attendatur tanquam radix & fun-
damentum,nõ autem tenor sequentium, nisi expresse actũ
sit,quòd prima mutetur,vult Bald.in.l.1.col.penul.C.quan.
non pet.par. Iacob. Aluarot. in cap.1.de vasal. decrep. ætat.
Card.consi.92. Nobiles viri in princ.Pau.de Cast.cons.61.
Videtur dicendum colum.fin.secundum ordinem antiquo
rum,cum alijs pluribus,quæ adduci possunt. Sed vtcunque
id se habeat,sufficit nobis,quod d.legitimatio non præiudi
cat filijs D.Ludouici naturalis,imò profuit, quia non pote-
rant venire,nisi mediante tali legitimatione,& cum huius-
modi legitimatio nemini præiudicaret, sed beneficiũ esset
Principis, dicendum est Illustrissimum Principem Achaię
habuisse potestatem nec mentiri voluisse,vt scribit Bald.in
præallegato consi.267. lib.1. Prædicta tanto magis proce-
dunt,quia sumus in antiquissimis excedentibus hominum
memoriam, nam tunc præsumitur pro potestate facientis
actum.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff. de aqu. quot. & æst. ca.
super quibusdam.§.præterea & ibi glo.de verb. signi. & in
45 simili videmus † in instrumentis notarij, quæ longè mino-
ris sunt auctoritatis, quàm priuilegia Principum, & tamen
vbi sumus in antiquissimus, non est necesse probare crea-
tionẽ notariatus, quia pro probatione habetur sola præsum
ptio, iuncta antiquitate temporis, quòd non scripsisset vt
notarius,nisi talis fuisset vt tenet Inno. in ca.veniens de ver
bo.signifi.quem sequitur Bald.in Auth. quas actiones circa
fin.C.de sacros.eccle.& alij relati per Ias.in.l.Barbarius col.
11.versic.3.notabiliter limita.ff.de off.præt. Hæc autem vi
dentur dicta ex superfluo,quia extat prę manibus plenissi-
ma & largissima habilitatio Amadei,de cujus potestate nõ
dubitatur. Nec dicatur, ꝙ dicta habilitatio operatur, vt ex
nunc,& nõ pro vt ex tunc, quia contrariũ ostendo, in quar
tis meis allegationibus,quæ incipiunt: Non sum nescius.vl
timo dubio vbi latè discutio rem, & ostẽdo, ꝙ dicta habi-
litatio trahitur retro vsq; ad natiuitatis diem, & auctorita-
tes, quæ in contrarium adducũtur, loquuntur in alijs ter-
minis,videlicet in qualibet alia ratificatione,non vbi Prin-
ceps restituit quem natalibus, & tollit omnẽ geniture ma-
culam,qui propriè est casus noster: Nec oportet ingredi il-
lum articulum, vtrum cõfirmatio tribuat robur actui nul-
lo,quia Amadeus non vtitur aliquo verbo confirmationis,
sed,vt Vicarius Imperialis,& de potestatis plenitudine ha-
bilitat d.D.Ludouicum ad feuda, & cum eo super defectu
46 natalium dispensat. Præterea † quando apponitur in confir
matione clausula de potestatis plenitudine, tũc Princeps de
actu inualido facit validum,vt dicit Abb.in c.1. super gla.
47 de cõfir.vtil.vel inut. & eodem † modo vbi apponitur clau
sula ex certa scientia,vel clausula non obstante, vel secunda
iussio emanauit,vt Abb.dicit in c.porrecta eod. titu. & se-
quuntur Moder.in rub. In casu autem nostro hanc habili-
tationem Amadei præcesserat alia habilitatio eiusdem Du
cis,vt ipse ibidem narrat,ergo operatur validitatem hęc du
plex habilitatio eius,ꝙ antea inualidum fuisset. Vlterius quã
intercedit confirmatio simpliciter, vt quia superior dicat
confirmamus,& non dicitur ex certa scientia,neque etiam
conditionaliter,sicut iustè possumus,tunc talis confirmatio
operatur validitatem actus inualidi, tanquã facta sit ex cer
48 ta scientia, quia † hoc verbum confirmo alio non expresso
de sui natura importat de infirmo facere firmum, vt not.
Ioan. Andr. in cap.pen.de confir.vtil. vel inut. vbi Ant. de
Butr.Card.& Imo.sequuntur, & idem Abb. dicit in c.exa-
minata circa fi.eo.titu.& tenet Alex.consi.219.Ponderatis
his,quæ in themate colum.1.versic.tamen præmisis lib.6.

Circa aliud,in quo videtur fieri fundamẽtũ per D.Clau-
dium, ꝙ primogenitura ostendit in prima inuestitura om-
nes filios fuisse vocatos, alioquin primogenitura otiosa fuis
set. Resdondeo, ꝙ de prima inuestitura facta ante primo-
genituram non apparet,& potest fieri,quòd in prima inue-
stitura

stitura vocaretur tantum primogenitus, nec ideò primogenitura impetrata ad instantiam hominum Raconixij potest dici otiosa fuisse, quia maximũ operatur effectum: nam sine eorum consensu reuocari nõ potuisset l.id quod nostrũ ff.de reg. iur.l. fin.ff. de pac. vbi prima, quæ fuerat inducta per inuestiturã, potuisset tolli per consensum Vasalli & Domini directi. Insuper nihil prohibet reiterari, vnde quando
49 quis habet † duo instrumenta venditionũ factarum diuersis temporibus, ex vtraq; venditione, dicitur rem possidere, nisi per secundam fuerit expresse recessum à prima.l.si quis antea.ff.de acqu.poss. iuncta.l.si mandato meo.§.fi.ff. mand.tradit Bart.in l.singularia colum.5.6.speciali.ff.si cer. pet.& latè tangitur per Moder.in l.qui bis idem.ff.de verb. oblig. Sed in hoc meo iudicio non est magna vis, quia posito ꝙ in prima inuestitura omnes filij fuissent vocati, tamen in hoc ab ea fuit recessum per primogeniturã postea inductam, quia pater inuestitus pro se & filijs de feudo nouo, quum fuerit auctor acquisitionis, potest feudum vni filiorum assignare, maximè accedente directi domini consensu, vt tetigi latè in primis meis allegationibus, quæ pote
50 runt videri. Militat etiam aliud fundamentum, quia † vbi Princeps expresse legitimat filium naturalem ad feuda, talis legitimatio præiudicat etiam agnatis, qui aliàs succederent in feudo, vt est glo.in d.c.1.§.naturales si de feu.defun. fuer.controuer. in. Dom.& agn.quam sequitur Bald.ibi & latius Iaco.Alua.& tenent Moder. vbiq; consulendo, quia
51 agitur de iure quærendo, † & Princeps potest ius quærendum pro libito tollere, vnde potest legitimare in præiudicium agnatorum, quibus delata est hæreditas, vt Bald.dicit in l.secunda in fin.C. de iu. & fac. ignorantia, & in l.rescripta.C.de prec. imper. offer. & in l.Deo nobis.C. de episco. & cler.& tenet Alexand.prædicta adducens consil.2. Visis codicillis colum.9.lib.2.

Circa feudum Caburri, quòd pertineat ad D. Philippũ tanquam primogenitum, ostendo ex pluribus fundamentis in tertijs meis allegationibus, quarum initium est, superioribus mensibus, &c. per totum, & quia quædam obijciebantur cõtra fundamenta per me facta, illis respondi in quibusdam alijs meis allegationibus posterioribus, quarũ est initium. Iam pridem super controuersia, &c. vbi etiam respondeo pluribus alijs obiectis, quæ fiebant cõtra D.Philippum super tota causa per Illustres D.Senatores, quæ sunt eadem fere, de quibus nunc contingit dubitari. Et ex ibi dictis & ex his, quæ etiam nunc cumulaui plenissimè quæsitis satisfactum arbitror.

SVMMARIVM.

1 *Feudo miles Hierosolymitanus non potest succedere.*
2 *Feudum non retinet miles, qui assumendo habitum religionis, arma bellica deponit.*
3 *Feudum amittunt clerici, & alij, qui habitum religionis assumunt, nec in eo succedere possunt.*
4 *Militans Deo non debet se negotijs implicare secularibus, limitatur tantum procedere in clericis & monachis vt nume.21.*
5 *Religiosus omnis est à seculo emancipatus temporali.*
6 *Feudi beneficium habere non debet, qui officium gerere non potest ibi & nu.7.quod limita in milite Hierosolymitano, vt nume.22.*
8 *Feudorum iuxta rigorem, miles Hierosolymitanus ad feuda non admittitur. fallit vt nu.9*
10 *Feudum francum & liberum illud dicitur, quod est ab omni seruitio, & obligatione solutum.*
11 *Liberum quid, vbi, est indefinite prolatum, intelligitur ab omni seruitute absolutum.*
12 *Feudum & si sit franchum, tamen Vasallus tenetur ad ea, quæ in iuramento fidelitatis continentur.*
13 *Fœmina in feudo franco succedit.*
14 *Feudũ vbi est francũ in eo succedit clericus, sicut et fœmina.*
15 *Religiosus verbum, vbi d materia odiosa fit mentiõ, debet strictè intelligi, & tunc non cõprehendi milites Hierosolymitanos, nisi per alterius verbi vniuersalis adiectionẽ.*
16 *Clerici monachi ad militiam Christi transeuntes, dicuntur arma bellica deponere, sed miles Hierosolymitanus ea dicitur retinere.*
17 *Comitatus, vbi in feudum concessum est ab Imperatore alicui, licet postea fiat episcopus, per hoc tamen feudum comitatus non amittit.*
18 *Monachus & conuersus habetur pro mortuo.*
19 *Feudum armatæ militiæ expirat per Monachationem.*
20 *Religiosorum appellatione non veniunt, nõ claustrales nisi per dictionis vniuersalis adiectionem.*
23 *Confœderatio est promissio facta inter aliquos mutui auxilij aduersus hostes.*
24 *Homagium est, quando quis promittit se esse hominem alicuius Domini, stareq; & habitare, ac ea seruitia exhibere, vbi, & quæ voluerit Dominus.*
25 *Statutũ loquens de certo cõtractu, ad alios non extenditur.*
26 *Statutum loquens de emptione, & venditione, quum sit strictè intelligendum, non trahitur ad permutationem.*
27 *Monachus licet tabellio esse non possit, nec de nouo instrumenta conficere, tamen vetera, quæ ante monachatum receperat, potest perficere & partibus tradere.*
28 *Exequutor testamenti esse non potest religiosus, sine prælati licentia tamen si exequitur sine licentia, eius exequutio non rescinditur.*
29 *Res vt dicatur esse in commercio, attenditur id, quod concedi solet facile, etiam quod pendeat ab vnius superioris voluntate.*
30 *Constitutio prohibens fratres ad iuramenti fidelitatis præstationem, alicui sine licentia, nõ est intelligenda, si quid obtineant in feudum à D. temporali.*
31 *Nepotes ex fratre prædefuncto, vbi agitur de successione patrui, etiam in feudalibus succedunt.*
32 *Feudum quodlibet duobus acquiritur modis, scilicet inuestitura, & successione.*
33 *Successio vniuersalis non agnita non transmittitur, sed singularis.*
34 *Maritus, qui certam dotis partem lucratur, eam ad hæredes trausmittit, etiam sine agnitione.*
35 *Hæreditatis aditionem non requirunt, quæ iure separato, ab hæreditatis aditione acquiruntur.*
36 *Feudum & emphyteosis concessa sub forma, quòd non concernant liberos, vt hæredes, sed vt liberos simpliciter, transferuntur ad liberos mortuis parentibus, sine alia aditione.*
37 *Feudum vbi non est receptum pro se & hæredibus, sed pro se & descendentibus, hæreditarium non dicitur, sed venit ex pacto & prouidentia concedentis, vnde sine alia agnitione transfertur ad agnatos.*

CONSILIVM. 507.



ISO themate antescripto, & pluribus iurium allegationibus à præstantissimis Iurisconsf. elaboratis, res principaliter ad duo dubia reduci videtur. Primum est vtrũ in feudo Rochetæ Tanagri succedere potuerit Magnificus quon. D. Nicolaus miles Hierosolymitanus Magnifico Do. Bernardino eius patrueli pro rata ad eum spectante. Secundum est, posito, ꝙ succedere potuerit an portio d. feudi spectet & pertineat, non solum D. Iacobo fratri D. Nicolai, sed etiam D.Benedicto, & Ioan. Francisco eius nepotibus ex Aleramo fratre defuncto. Circa primum dubium difficultatem

1 facit, quia videtur, ꝙ miles † Hierosolymitanus non possit succedere in feudo: Isti enim milites Hierosolymitani qui vocabantur olim fratres militiæ templi, & aliquando dicti sunt hospitalarij, pro eo quod hospitalitati vacabant, sunt personę religiosæ, vt Ab. inquit in cap. cum deputati. 1. not. de iudi. & patet ex eorum receptione in illum ordinem, vbi profitentur tria illa substantialia obedientiam castitatem & paupertatem: hæc enim nota faciunt vt religiosi dici debeant. gloss. in Cle. 1. in verbo obedientiam de relig. domi. & in Clem. cum ex eo in verbo tertio de sent. excom. Item sumunt religiosum habitum, videlicet pallium nigrũ crucis albæ signo in sinistra parte notatum, & sunt etiam de foro ecclesiastico, vt Feli. tradit in cap. 2. col. pen. de foro comp. vnde succedit tex. in cap. 1. de mili. qui belli. ar. depo. vbi di-
2 citur, quòd miles, † qui bellica arma deposuit, habitumque religionis assumpsit, & conuersus factus est, non retinet feudum etiam in vita, sed id, ad Dominum vel agnatum pertinet, eo, quod desinit esse miles seculi, qui factus est Christi: & ponderandum est, quòd ille tex. loquitur etiam in eo, qui non suscepit ordinem sacrũ, dum loquitur de conuerso ca. ex eo de elec. in. 6. Abb. in c. non est. 2. not. de regu. ad idem
3 tex. in cap. 1. de feud. fœm. in fin. vbi dicitur, quod † Clerici & quicunque habitum religionis assumunt, non succedunt in feudo, & si quod habent amittunt, eodem modo dicitur in cap. primo. §. qui Clericus. si de feu. defun. fuc. contr. in. Dom. & agn. quòd qui clericus efficitur, aut votum religionis assumit, hoc ipso feudum amittit: hoc idem probatur in cap. primo, an muti. vel. surd. vbi dicitur, quòd clericus feudum retinere non potest, sicut nec fœmina, mutus, aut alius imperfectus, & redditur ibi ratio, quia Domino seruire nõ
4 valent. Vlterius † militans Deo, non debet secularibus se implicare negotijs cap. primo cum sequ. ne cler. vel. mona.
5 cap. placuit & cap. Cyprianus. 21. q. 3. & † omnis religiosus est emãcipatus à seculo temporali, vt Bal. inquit in l. vni. §.
6 Illo proculdubio. C. de lat. libe. col. 5. Item † non debet habere beneficium, qui non potest gerere officium cap. 1. cle. non resi. in. 6. l. generaliter. C. de episc. & cle. l. Nesennius cũ l. seq. ff. de excu. tuto. nec possumus seruire duobus Dominis. l. fin. C. de offic. ass. cap. quia in tantum, & cap. de multa de præben. Confirmatur quoq; prædicta constitutionibus ordinis, quas stabilimenta vocant: Nam in vna earũ cauetur, quòd fratres confœderationem cum aliquo, aut homagium facere non possint sine licentia magistri aut prioris, vel Castellani, sub pœna priuationis habitus. Item alia constitutione disponitur ne fratres ordinis, qui pro fidei Christianæ defensione arma exercere debent, implicent se bellis, quæ inter Christianos inuicem geruntur, sub eadẽ pęna priuationis habitus, vnde vigore etiam præfatarũ constitu-
7 tionũ videretur dicendum, ꝙ † fratres isti feudum successione acquirere non possint, quum nequeant feudi seruitia præstare, quorum maximum & præcipuum est illud sequi Dominum in bello, & pro eo pugnare, cap. 1. quib. mo. feu. amit. cap. 1. de cap. Conra. hinc iura feudorũ appellant passim feudatarium nomine militis cap. 1. de feud. sin. cul. non amit. cap. 1. & sequ. quo. tem. mi. inue. pet. debe. Postremo,
8 quòd † secundum feudorum rigorem miles Hierosolymitanus non admittatur ad feudum voluit Bald. consi. 170. ad euidentiam præmittendum est, ꝙ in rebus feudalibus li. 2. Andr. Sicul. in tract. de præsta. Cardinalium. 5. q. primę par. col. 3. versi. posset etiam quispiam dubitare, & fertur etiam Alber. Bru. idem consuluisse. Pręmissis tamen non obstantibus cõtrariam sententiam in casu nostro veriorem arbitror, prout etiam conclusum est per suprascriptos D. Con-
9 sultores. Nam ꝙ † miles Hierosolymitanus sit capax feudi tenent in terminis Bal. Iac. Alua. Præpos. & Affl. in ca. 1. de milit. Vasallo, qui bellica arm. dep. moti quia eorum status est auctus, & eadem causa iuris manet, nec deposuerunt arma bellica, sed in meliorem statũ commutauerunt, addunt tamen nonnulli ex prædictis quòd propter honestatẽ seruient per substitutum l. nullus, qui nexu. & l. neminem. C. de decur. lib. 10 l. limitant tamen quando aliud statuetur ex eorum constitutionibus, quia digressio ad oppositam qualitatem habet dispositum vitiare, quod requirebat eandem qualitatem. l. tutelas. ff. de capitis diminutione: ostendã autem inferius constitutiones ordinis nõ obstare, & super decisione istorum Doc. facio magnum fundamentum. Eandem opinionem sequutus est, Andr. Sicu. sibi contrarius in rub. de feu. col. 4. Iaco. de S. Geor. in sua inuest. in verbo dictiq; Vasalli promiserunt non cõmittere felloniam col. 11. circa fin. tenuerũt etiam nouissimè Rubeus Alex. & Ioan. Neuiza. qui refert etiam pluries ita fuisse decisum sententijs iudicum & arbitrorum, nominatim etiam appellando personas, pro quibus ita statutum fuit: vnde succedit reg. l. minimè, & l. si de interpretatione. ff. de ll. Hæc cõclusio tanto magis procedit in casu nostro, quia maiores istorum D. Rochetæ, cum antea essent adhærentes Illustrissimorum Ducum Mediolani, ipsi postea d. locum Rochetæ spontè subiecerunt præfatis Illustrissimis Ducibus, & ab eis in feudum receperunt, ita tamen, quod esset antiquum & franchum feudum, & reseruatis etiam sibi priuilegijs, & fran-
10 chisijs prioribus quòd † sit autem feudũ franchum, multa dici solent, sed plenius omnibus tetigit Ioan. Andr. in addi. Spec. in rub. de præscrip. pen. col. vbi post multa concludit, quòd feudum esse franchũ & liberum oportet, quod sit ab omni obligatione & seruitio securum, & absolutum, sicut verbũ sonat, & vulgaris habet interpretatio c. ex literis de sponsa. & l. anniculus. ff. de verbo. sign. præterquam si qua seruitia nominatim fuerunt expressa, quia ad illa Vasallus tenetur l. vt iusiurandi. ff. de oper. lib. l. fin. C. de lib. cau. & prreter ea, quæ in iuramento fidelitatis continentur, quia ad illa non extendetur illa libertas, & quod ibi voluit Ioan. Andr. ante eum voluit Oldr. à quo sumpsit cons. 234. factum tale est quidam miles, vbi quærit de quodam milite, qui tenebat certa bona in feudum franchum & liberum sub sacramento fidelitatis à Barone, & Baro requisiuit, vt cũ eo iret ad exercitum, & suis sumptibus, consuluit Oldr. quòd miles non tenebatur ire, nec ab eo Baro aliquod subsidium pecuniarium exigere poterat, quia secundum vulgarem interpretationem, ad quam recurrendum est l. anniculus. §. 1. ff.
11 de verb. signific. intelligitur liberum, † & quum sit indefinitè prolatum, intelligitur de omni libertate, & sic ab omni seruitute intelligitur absolutum l. si quis duas in princ. & in l. in tradendis ff. comm. præd. patet ergo, ꝙ nullum onus ei imponi potest, de quo in feudi datione nõ sit expressum, vt l. quicquid. ff. de verbor. obligat. sicut nec à liberto operæ exiguntur, nisi quæ implicitè vel explicite in manumissione, vel statim post impositæ sunt. l. vt iusiurandi, de oper. libert. l. fin. C. de lib. cau. & ne datio feudi repugnantiam contineat, & per hoc vitium nullitatis cõtrahatur iux. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iu. l. si Titius. ff. de verbo. obligat. dicendum est hunc vasallum teneri ad ea, quæ in sacramento fidelitatis continentur, inter hæc autem nõ reperitur, quòd debeat aliquis Dominum ad exercitum sequi, & si teneretur hoc facere, deberet id facere sumptibus Baronis, si longus esset excursus, & istud consi. Oldr. refert & sequitur ad literam Bald. in cap. 1. in fi. de cap. qui cur. vendi. vbi infert, quod feudum franchum idem est, quod sui iuris, præter ea, quæ in iuramento fidelitatis continentur. Reperio etiam, quòd decis. Ioan. Andr. in d. rub. de præscrip. refert, & sequitur Calde. consil. 7. an feudatarius teneatnr sub titu. de. feu. Paul. de Castr. consil. 179. In causa, quam magnificus D. col. 2. lib. 1. & consil. 311. Circa id quod quæritur primo
12 dub. eod. lib. vbi vult, non obstante † quod feudum sit franchum, teneatur tamen Vasallus ad ea, quæ continentur in iuramento fidelitatis sequendo Ioan. And. in loco præallegato, vnde subdit quòd tenetur ad reuerentiam, & fidelitatem quia hęc in forma fidelitatis cõtinentur: exẽplo liberti, qui quamuis sit liberatus per patronũ à iure patronatus, attamen remanet subditus, quo ad quædam, quæ concernunt reuerentiam & fidem. l. fin. C. de bon. liber. & istud est etiam, quod voluit Bald. in l. vnica. §. illud etiam in fin. C. de latin. liber. tolle. vbi inquit, quòd feudum franchum est sui ipsius

sui ipsius paucis Domino reseruatis, allegat tex.in d. l. fi. C. de bon.liber. Sed elegãtius adhuc & melius, loquitur idem Bal.in prælud feud.col.13.8.diuis.vbi inquit,quòd feudum franchum remanet liberum à seruitijs & operis exhibẽdis, & quo ad hæc est franchum,sed non est franchum à maleficijs siue consistentibus in faciendo, siue in tacendo fraudem, quia non nunciat domino insidias. Eandem decisio. Ioan.And.sequitur Marti.Laud.in ca.1.col. 10. qui feu.da. poss.Iac.Alua.in prælud.feu.2.diuis. Imo. in ca.ad nostram col.2.de reb.eccl.non alie. Alex.consi.30.Quoniam omne datum optimum col.fi.lib.1.Iac.de S. Georg. in sua inuesti tu.super verbo in feu.col.4.Aret.consi.14.Viso & diligenter cõsiderato circa prin.vbi dicit tale feudum liberum esse ab omni seruitute, maximè si consuetudo sequens obseruauit, vt nullum seruitium pro eo præstaretur,quę quidem dicitur ex post fuisse seruata in d.loco Rochetæ, sequitur etiã Ioan.And.Corn.cons.16.aperta fronte col.pen.lib.1.Quũ igitur istud feudum sit frãchum & ab omni seruitio liberũ, sequitur,ꝙ miles Hierosolymitanus id cõsequi possit, quia etiam huiusmodi feudũ transiret in clericum & ecclesiam, vt Bal.scribit in cap.inter dilectos col.2.versi.alij dicunt de fid.instru.& in Auth.nisi rogati col.4.versi.quæro nunquid in contractu.C.ad Trebel.& in l.si plures col.2.C.de cond. inser.sequitur Alex.consi.88.Viso instrumẽto col pen. li.6. And.Sic.in d.rub.de feu.col.4.Feli.in c.si præsentia col.23. in 1.limit.de fid.instr.Cur.Iuni.in tracta.feud.3. parte prin. q.10.Ias.in pręlud.feu.char.pen.8.diuis.nec abhorret à iure quòd clericus sit Vasallus laici, immò id conceditur c. verum,& c.extra missam de for. comp.ca.reprehensibilis.23.
13 q.6.Quod comprobatur,quia in† feudo francho etiam fœmina succedit,quia pro eo nullũ seruitium exigitur, vt Bal. scribit in c.1.§.& quia vidimus vlt.col.qui feud.dar.poss.& in l.quoties.C.de su.& legit.& tenet Roman.singu.177.hodie fœmina non succedit & cons.367.Quo ad primum cõsultationis 5.dubio Andr. Sicu. in c.ex parte in prin.de feu. Alex.consi.29.Quoniam abundè circa prin.lib.1.Franc.de Curt.consi.49.Memorię recolendę col.8. Si igitur fœmina
14 succedit in hoc feudo,ergo† pariter succedet in eo clericus virtute æquiparationis,quæ fit in hac materia inter ipsos c. primo,an mul.vel.imperf. Restat nunc vt respondeatur ad contraria,ex quorũ resolutione clarior adhuc reddetur præcedens conclusio.Non obstat igitur dum dicitur, quòd isti milites sunt personæ religiosæ,quia profitẽtur tria vota substantialia,obedientiam,castitatem, & paupertatem, quia si id obijcitur,quòd non possint succedere propter votũ paupertatis,hoc nõ potest procedere, quia secundum constitutiones ordinis possunt prędia & iurisdictiones acquirere,& ea vita eorum naturali durante retinere,nec est verũ,quòd propriè & strictè loquendo dicantur personæ religiosæ, vt patet ex his,quę ponit Abb.in c.quamuis de deci.vbi dicit, quòd isti fratres sancti Ioannis debẽt regere ecclesias suas per clericos & sacerdotes,quia ipsi sunt Laici,& licèt nõ remaneãt in seculo,tamen nõ possunt dici religiosi, sed quasi religiosi,& dicit etiam Abb. in rub.de regu. quod isti milites Hierosolymitani largo modo dicuntur personę religio
15 sæ,& subdit,quòd in materia odiosa vbi fit mentio, de religiosis istud verbum debet multum strictè intelligi,nisi adderetur aliquod verbum vniuersale,veluti si diceretur,quicunque religiosi,quia tunc etiam ipsi comprehenderentur, allegat gl.in Cle.prima de decim.Non obstat tex.in cap.1. de mil.qui belli.ar.depo.vbi habetur,ꝙ miles,qui bellica arma deposuit,& habitum religionis assumpsit, & conuersus factus est,nõ retinet feudum, quia qui miles Dei factus est
16 desinit esse miles seculi,nam plana est responsio, quòd†ille tex.loquitur in his, qui bellica arma deposuerunt, vt litera illius text.sonat, quod verificatur in clericis, & monachis, qui postquàm transiuerunt ad militiã Christi, non possunt deinceps bellica arma tractare, sed eorum arma lacrymæ sunt & orationes c.1.& 2.& c.cum à Iudæis,& c. cõuenior 23.q.8.c.fi.36.distin.& c.2.de cle.pugn.in duel.Sed isti milites Hierosolymitani,nõ deposuerunt arma bellica, sed ea retinent,immo in meliorem militiam commutauerunt,& hoc eis obesse non debet, & istud est, propter quod Doct. ibi volunt,ꝙ isti milites sint feudi capaces, quia,etsi religioni se addixerunt, tamen ab armis minimè recesserunt,nec hoc est contrarium eorum constitutionibus tractare arma inter Christianos pro Domino seculari,immo hoc eis permittitur,dummodo id faciant de licentia prioris, & proficiscantur in pugnam depositis religionis insignibus. Vnde bene ad propositum inquit And.Sicu.in cap. inquirendum de pecu.cler.quòd isti milites magis assimilantur militibus armatæ militiæ,quàm clericis,ex quo sequitur,quòd iudicandi sunt potius secundum eum statũ,in quo præualent & incalescunt.l.quæritur de stat.hom.l.legati.§.si vnus.ff. de l.3. Et ad corroborationem istorum benefacit, quod Bal. scribit in capit. inter dilectos col.2. de fid. instru. vbi per text.
17 ibi in verbo Liuthardi comitis vult,quòd † si aliquis habet comitatum ab Imperatore in feudum & postea efficiatur Episcopus,non amittit per hoc feudum comitatus, quia licet sit miles Christi,non tamen desinit esse miles seculi,secus si fuisset factus monachus vel conuersus monasterij,vt
18 ca.primo de mil.vasal.qui bellic.ar.depo. quia † monachus & conuersus habetur pro mortuo vt not. in l.si ex causa. §. Papinianus. ff. de mino. Sic dicendum in proposito in istis fratribus Hierosolymitanis,qui licèt efficiãtur Dei milites non tamen desinunt esse seculi milites, & propterea feudũ non amittunt, & coadiuuantur etiam præmissa ex his,quæ scribit Bald. in c.quæ in ecclesiarum colum.2.de constitut.
19 dum inquit,quòd† feudum armatę militię expirat per monachationem. Item per sacros ordines. Sed hic neutrũ interuenit,quia isti non sunt monachi,nec etiã ordines sacros susceperunt. Similiter Respondetur ad tex.in ca.1.de feud. fœm.& in c.1.§.qui clericus si de feu.defun.fue. cõtrou. in. Dom.& agn.& in c.1.an mulie.vel imperf. quia illi tex.loquuntur in clericis, vel monachis, vel conuersis, quibus ex transitu ad religionem interdictũ est arma materialia exercere, quod non est in istis militibus Hierosolymitanis.Et quum prædicta iura feudalia loquantur de his, qui religionis habitum assumunt,debẽt intelligi de his, qui propriè & strictè loquendo sunt religiosi,ex quo tractant de amissione feudi, & sic sumus in materia odiosa secundum Abb.in d.rub.de regula.quam antea adduxi, vbi allegat glo.in Cle. prima de decim.per quam glos.dicit etiam Domin. in cap.
20 religiosus in prin.de testam. in 6. quòd † appellatione religiosorum non veniunt non claustrales, nisi adiecta aliqua dictione vniuersali. Præterea sumus in feudo frãcho,quod præbet immunitatem vasallo ab omni seruitio personali, & qui tale feudum possidet non tenetur ire in exercitum, nec Dominũ sequi in bello,vt præter cæteros declarat Oldra.in præallegato consi.234. Vnde non potest obijci huic militi Hierosolymitano, quòd nõ poterit succedere in feudo Rochetæ, eo quia non possit ferre arma pro Domino, quia ad hoc ex natura particulari huius feudi non tenetur. Reliqua, quæ continentur in iuramẽto fidelitatis potest miles Hierosolymitanus per se ipsum præstare excepto armorum vsu, ad quem non tenetur, vt superius est tactum, & quia armorum vsus in iuramẽto fidelitatis non continentur, & adhuc magis erit res sine scrupulo tenendo opi. Bal. in prælud.feud.quòd qui habet feudum franchum non teneatur ad aliquam operam,sed tantum cauere debet à maleficio,quæ sanè opin.mihi videtur de iure verior: Non ob
21 stat, quòd militans Deo † non debet se implicare negotijs secularibus, quia hoc verum in clericis vel monachis, prout loquuntur iura in cõtrarium allegata, non autem in istis qui non sunt strictè & propriè religiosi, & qui ex eorum constitutionibus possunt prædia & iurisdictiones acquirere, & etiam possunt in bellis Christianorum pro Principibus secularibus interesse, habita prioris licentia, & depositis religionis insignibus. Non obstat, quòd quia propter officium datur beneficium,& cessante officio,cessat beneficium,quia respondetur,quòd † nõ cessat officium,ex quo isti fratres possunt etiam pro Domino feudi pugnare, vt superius

superius dictum est. Præterea vt Bald. dicit, in prællegato
consi.170.lib.2.non est absonum dicere, ꝙ illi, qui militant
contra infideles pro vtilitate totius Reip. Christianæ dican
tur etiam seruire Domino suo, & ideo retineant feudum in
eorum vita.l.sed & reprobari, propè fi.ff.de excus.tut. dum
tamen circa talem militiam negligēter se non habeant. l. si
duas.§.pen.ff.eo.ti. Non obstat constitutio ordinis, qua ca-
uetur, ꝙ fratres non possint facere confœderationem cum
aliquo, aut homagium sine licentia prioris: Nam responde
tur, ꝙ contractus de quo agitur non est confœderatio, nec
homagium, sed feudum, & ista non sunt eadem, vt patet ex
diuersitate nominum l.si idem.C.de codicil.& patet etiam
23 ex effectu, quia † cōfœderatio est promissio facta inter ali-
quos mutui auxilij aduersus hostes, vt Bald. inquit in l.exe-
quutorem col.8.versic.sed quæro quid de ciuitatibus. C.de
execu.rei iudi.Marti.Laud.in tract.de confœdera.cōclu.7.
24 Roma.consi.47. Visis necessarijs col. 1. † Homagium aūt
est qñ aliquis promittit se esse hominem alicuius Domini,
stare & habitare vbi voluerit Dominus & ea seruitia exhi-
bere, quæ D. voluerit, & super hoc facit sibi homagiū idest
promissionē, vt sit homo suus, vt inquit Iaco. Alua. in præ-
lud.feud.col.10.q.7.versi.insuper est sciendum. Feudum au
tem differt ab omnibus istis, & præsertim feudum istud, qđ
25 est franchum & immune ab omni seruitute, & † statuta lo-
quentia de certo contractu, non extenduntur ad alium con
tractum, etiā quod habeāt cum illo similitudinem vt Alex.
scribit cons.76. Visis dubitationibus col.2.lib.5. vbi ad hoc
inducit not.per Ioan.And.in addi. Spec. in titu. de emp. &
vend.§.nunc dicendum il secundo in addit.quæ incipit, est
sciendum, & Bal.in l.1.versi.Scias.C.de re.perm.qui volue
26 runt quòd † statutū loquens in emptione & venditione, nō
procedat in permutatione, quia statuta strictè sunt intelli-
genda, & tñ emptio, & venditio magnam habet similitudi
nem cum permutatione l.fin.ff.de rer.perm.l.2.C.eod.titu.
& quòd fuerit de mente statuentium non interdicere fra-
tribus huiusmodi contractus feudales, ostenditur, quia alia
constitutione permittitur eis, ꝙ possint prædia & iurisdi-
ctiones acquirere, vnde quomodo censendū est, quòd vo-
luerint eis interdicere contractus feudales, quum feudum
dicatur beneficium c.1.§.in primis in qui.cau.feu.ami.& li
cèt in eo sint aliqua onera, tamen plus participat de gratia,
& de eo, vt de gratiosa concessione iudicandum, vt Bal. in-
quit in prælud.feu.col.4. dum tractat definitionē feudi. Vl-
teriùs respondetur, ꝙ d.constitutio prohibet fratres facere
confœderationes, & homagia & sic loquitur de fratribus,
id est de his, qui iam sunt professi religionem, vult eos non
facere cōfœderationem, aut homagium post professionē,
non autem prohibet, ne ante professionem factis vtantur,
quia multa iam facta tenent, quæ de nouo fieri prohibētur
c.ad apostolicum de regula.l.patre furioso.ff.de his, qui sunt
27 sui vel alie.iu.& videmus in simili, ꝙ licèt monachus † non
possit esse tabellio, & de nouo instrumenta conficere, c. si-
cut.ne cleri.vel.mona.tamen vetera instrumenta, quę ante
monachatum receperat, poterit perficere, & partibus tra-
dere, gl. in c.vt officium.§.verū in verbo permissa de hær.
in 6.Bar.in l.1.§.si penes.ff.de tabu.exhib.Bald.in l.2. circa
fin.C.de sent.& in l.nec patronus.C.de oper.libe.cum alijs
adductis per Iaso.in l.1.§.huius studij.ff.de iust. & iu. Am-
plius dici potest, quòd etiam si constitutio prohiberet ex-
pressè fratribus ne aliquem inirent contractū feudalem si-
ne licentia prioris, & ipsi nihilominus iniuissent talem con
tractum sine licentia recognoscēdo Dominum tempora-
lem, valeret huiusmodi contractus, sicut in simili videmus,
28 quòd licèt† religiosus ex ordine mendicantium non possit
esse exequutor testamenti, sine sui prælati licentia c.fi.de te-
stam.in 6.Clem.religiosus eod.titu.tamen si exequitur sine
licentia, exequutio tenet secundum Fed.de senis cons. 293.
Ante constitutionem circa fin.quem sequitur Roma.cons.
409. Quo ad primum propositę cōsultationis secundo du-
bito. Vlteriùs non est dubium, quòd D. Nicolaus, cui d.suc
cessio fuit delata, si voluisset eam agnoscere, prout morte
præuentus non agnouit, facile obtinuisset licentiā à priore,
quum hoc tenderet ad commodum militis, vnde ad hoc,
29 † vt res dicatur esse in commercio, attenditur id, quod fa-
cile concedi solet, etiam quod pendeat ab vnius voluntate
superioris iux.not.per Bar.& reliquos scriben.in l.apud Iu-
lianum.§.constat.ff.de lega.1. Animaduertatur quoq; dili-
genter, quòd nō potest pars aduersa se fundare in eo, quod
30 in eadem constitutione cauetur, ꝙ non possint fratres † se
iuramēto astringere alicui sine licentia: nam posito etiam,
quòd expressè ibi diceretur, quòd fratres non possint prę-
stare alicui iuramentū fidelitatis, tamen hoc intelligeretur.
nisi obtinerent aliquid in feudum à Domino temporali, vt
est tex.apertus in c.nimis de iureiu.nam, vt etiam dixi supe
rius, non est censendum, quod constitutiones, quæ fuerunt
editæ in fauorem militum, voluerint eorum cōmodis ob-
uiare l.quod fauore cum vulga.C.de ll. Non obstat alia con
stitutio, qua disponitur, ꝙ fratres, qui pro religionis Chri-
stianæ tutela contra infideles arma exercent, nō implicent
se bellis Christianorū, quia excipitur ibi, nisi Princeps vel
Domini prouincię iniungant, quia tunc poterunt id facere
de licētia prioris, & depositis religionis insignibus; ergo isti
milites sunt pugnæ capaces etiam inter Christianos, & vbi
vsus tulerit, vt pugnent pro Domino feudi ab illo requisi-
ti; nihil obstat quin iuuare possint dominum in bello licen
tia prius petita, quam constitutio permittit concedi posse,
verba nanq; constitutionis benè verificantur in Illustrissi
mo Duce Mediolani, à quo feudum mouetur, quia ipse est
Princeps & Dominus prouinciæ: Deniq; cessat obiectum
in feudo francho, quod nullam operam in bello à Vasallo
desiderat. Non obstāt auctoritates in oppositum adductę:
nam Bald.in prællegato consi.non benè se firmat, vt patet
ex illis verbis. Ego tamen puto secundum rigorem feudo-
rum, &c. Non etiam bene se firmat And. Sicul. in d.tracta.
de præstan. Cardi. Si benè videatur, non etiam loquuntur
præfati Doct.in feudo francho, & vtcunq; ista se habeant,
melior & receptior est sententia, quę partem affirmatiuam
amplectitur, pro qua redditur hęc cōsultatio. Et ex his pri-
mum dubium sit absolutum. Venio modo ad secūdum du
bium, in quo conclusiuè procedendo dico, ꝙ portio d.feu-
di, in qua poterat succedere D. Bernardino præfatus D. Ni
colaus miles, spectat & pertinet non solum D. Ioa. Iacobo
fratri D. Nicolai, sed etiam Benedicto & Francisco eius ne
potibus ex alio fratre prædefuncto: nā d.D. Nicolaus erat
31 patruus D. Benedicti & Ioan. Frācisci, & vbi† agitur de suc
cessione patrui etiam in bonis Feudalibus nepos ex fratre
prędefuncto succedit cap.1.de succes.feu.c.1.§.ex his vero
32 de succes.frat.& gra.succes. † omne namque feudum duo-
bus modis acquiritur vel inuestitura, vel successione c.1.in
fine de feu.cogni. Et posito quod d. D. Nicolaus non agno
uerit portionem feudi sibi delatam per mortem D. Bernar
dini, tamen eam non agitam transmisit ad hęredes & suc-
cessores suos, quia ista est singularis successio l. vnica. §. cū
igitur, & ibi gl.in verbo cedere.C.de cadu.toll.l.1. §. si im-
puberi ibi & magis est, vt ad hęredem transferat, quia par-
ticularis actio est.ff.de colla.bon.& bene facit, quod scribit
33 Bar.in repet.l.si arrogator 5.oppo.ff.de adop, quòd† quam-
uis successio vniuersalis non agnita non transmittatur l.vni
ca.§.in nouissimo.C.de caduc.tol.tamen secus est quando
34 acquiratur titulo singulari, ex quo infert† quod maritus, qui
lucratur certam partem dotis, eam transmittit ad hæredes
sine agnitione, eo, quia titulo singulari quæritur: & sequun
tur hoc ibi Bal.& Ang.idem tenet Pau.de Cast.& Sali.in l.
cum antiquioribus.C.de iur.delib. vbi ita limitant illam le-
gem & ibi etiam Alex. & adhuc melius facit id, quod Bal.
scribit in l.generaliter.§.in his.C.de secund.nupt. vbi per il
lum tex.& per tex.in Auth.hæres.C.eo.tit.collegit doctri-
35 nam, quam reputat notandam, quòd† quęcunq; acquirun-
tur iure separato ab editione hæreditatis non requirunt hę
reditatis aditionem l.pro hærede.§. Papinianus.ff.de acqui
ren.hæred.l.sepulcri violati actio.& l.quæsitum.ff.de sepul.
36 viol. & ideò† emphyteusis & feuda sub tali forma cōcessa.
quod,

quod non cōcernant liberos, vt hæredes, sed vt liberos simpliciter transferūtur ad liberos mortuis parentibus sine alia aditione, ita ibi Bald. qui decidit pręsentem casum, quoniā
37 † feudum Rochetæ nō fuit receptum pro se & hæredibus, Sed pro se & descendentibus, vnde non est feudum hæreditarium, sed venit ex pacto & prouidentia concedentis vt per Cin. in l. si manumissus vlt. q. C. de lib. & eo. liber. And. de Iser. Bald. Iaco. Aluar. in cap. 1. an agna. vel fil. & in cap. primo. §. hoc quoq; de succes. feu. cum alijs concordan. notis, vnde sine alia agnitione & aditione hæreditatis transmissum fuit ad proximiores agnatos: debetur enim hæc successio virtute contractus & stipulationis pręcedentis, & ideo nulla requiritur agnitio, quo ad effectum transmissionis in casu isto, sicut nec in contractu requiritur, vt Bal. scribit in d. l. si arrogator secunda oppo. vbi hanc rationem adducit, & eam sequitur Alex. cons. 150. Viso themate suprascripto. col. 2. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Miles Hierosolimitanus est feudi capax. ibi & nu. 20.*
2 *Feudorum iura prohibent clericos & monachos à feudo & eius successione.*
3 *Religiosi nihil possunt proprium habere, sed totum est monasterij. vt & nu. 6.*
4 *Milites Hierosolymitani largo modo dicuntur religiosi, sed in materia odiosa in ipso verbo religiosi non comprehenduntur, nisi per alterius verbi vniuersalis adiectionem.*
5 *Fratres, qui per emptionem vel alium contractum prædia, & iurisdictionem acquisiuerunt, ea nullo pacto absq; magistri & capituli generalis licentia distrahere possunt, sed ea eorum vita durante possidere.*
7 *Papa potest monacho testandi licentiam concedere.*
8 *Monachus potest habere bona cōniuētibus oculis Abbatis.*
9 *Nullitas opponi non potest super eo, quod consuetum est fieri, & de facto seruatur.*
10 *Statutum debet propriè & strictè intelligi, & non ad alium similem casum extendi.*
11 *Mutanda non sunt, quæ interpretationem certam semper habuerunt.*
12 *Pœnalia non extendūtur de casu ad casum, ex rationis identitate.*
13 *Prohibitio clericis facta, de non præstando laicis iuramentum fidelitatis, non habet locum, vbi aliquid obtineant temporale à Laico.*
14 *Hęres grauatus à testatore, ne fideicommissarium molestet, potest ab eo quartam exigere Trebellianicam.*
15 *Immunitas concessa propter numerum 12. liberorum, non extenditur ad præstationem eius, quod domino directo debetur pro licentia alienationis rei emphyteoticæ.*
16 *Iuramentum fidelitatis permissum debet censeri, quando venit secundum naturam contractus, & in actus permissi consequentiam.*
17 *Feudum denominatur à fide, à qua fidelitas deriuatur, & feudatarij nomine fidelium nuncupantur.*
18 *Feudatarius sequi Dominum tenetur in bello, & eum defendere, fallit tamen in eo, qui feudum habet franchum vt nume. 19.*
21 *Contrafacere non videtur, qui quid prohibitum facit superiore permittente.*
22 *Bannitus, vbi in ciuitate toleratur morari, non potest licitè offendi, ex forma statuti, quia tolerantia prebet ei securitatem.*
23 *Miles Hierosolymitanus non potest, (cum status eius à regularibus longè differat) propriè monacho æquiparari. vt & nume. 28.*
24 *Dictio sibi, importat, quòd illud, quod acquiritur suum est.*
25 *Religiosus non dicitur illud habere proprium, quod ratione administrationis habuit à superiore.*
26 *Prælatus potest ecclesiæ præiudicare in quærendis, non in quæsitis.*
27 *Mutatio status facta à milite Hierosolymitano est in melius, & meritoria dicitur capitis diminutio sponte suscepta propter Deum, vnde possunt parentibus, & eorum agnatis succedere ab intestato, & ex testamento.*
29 *Consuetudinis vigore aliqua contra iuris dispositionem tolerantur, quæ aliàs non tolerarentur.*
30 *Onus annexum rei, quando res transfertur in alium absque vllo seruitio, transfertur cum re, illa enim verba absque vllo seruitio intelliguntur de imponendo non de onere iam imposito.*
31 *Feudi ratione ecclesia laico subijcitur.*
32 *Argumentum à contrario sensu valet, & in legibus, & in statutis.*

Super præmisso facto. Cons. 508.



SVPERIORIBVS annis consiliū reddidi, in quo cū alijs præstantissimis iurisconsul. cōcludo † militem Hierosolymitanū feudi esse capacem, allegando iura & rationes, & idoneas auctoritates, & inter alia adduxi Ioan. Neuiz. referentē pluries ita fuisse decisum sententijs iudicum & arbitrorū, & ibi respondeo ad tex. in cap. 1. §. de Vasal. mil. qui belli. arm. depo. & ad alia † iura feudorū, quę prohibent clericos & monachos à feudo & eius successione, quia loquūtur in his personis, quas nō decet arma tractare, sed eorum arma sunt lachrymæ & orationes, isti autem milites nunquam deposuerunt arma sed in meliorem vsum cōmutauerunt, & hęc commutatio non debet illis obesse, sed prodesse, obesset autem si feudi essent incapaces, quum feudum plurimum habeat de gratia, & beneficium nuncupetur, prout prædicta latius prosequutus sum in meo consilio, & de iure quidem communi, feudorum res videtur de plano procedere, sed ingeruntur scrupuli & difficultates, quia hoc dicitur repugnare constitutionibus ordinis, & statuti, & votis eorum, & quamuis in præfato meo consilio ostenderim prædicta non obstare, tamen petitur responderi plenius propter contrarias aduersantium allegationes, quæ exhibitæ fuerunt & distinctè procedendo.

(margin numbers 1 and 2 stand beside the lines "...iurisconsul. cōcludo † militem..." and "po. & ad alia † iura feudorū...")

3 Primo obijcitur, ꝙ † isti milites sunt religiosi, ideo propriū habere non possunt c. 2. & c. cum ad monasterium de stat. mona. Ad hoc respondeo, quòd constitutiones ordinis permittunt eis acquirere, & acquisita retinere eorum vita durante, vt inferius subdam, ergo ostenditur, ꝙ ipsi non sunt incapaces successionum & aliorū bonorum patrimonialium in eorū vita, nec est verum, ꝙ propriè & strictè loquendo dicantur personæ religiosę, vt patet ex his, quę ponit Abb. in c. quamuis de decim. vbi dicit, ꝙ isti Fratres sancti Ioannis debent regere ecclesias per clericos & sacerdotes, quia ipsi sunt Laici, & licèt non remaneant in seculo, tamen nō possunt dici religiosi, & dicit etiam Abb. in rub. de regula. ꝙ isti † milites Hierosolymitani largo modo dicuntur personę religiosę, & subdit, ꝙ in materia odiosa, vbi fit mentio de religiosis, istud verbum debet multū strictè intelligi nisi adderetur aliquod verbum vniuersale, veluti si diceretur, quicunq; religiosi, quia tunc etiam ipsi comprehenderentur, allegat gl. in Cle. 1. de deci. Et vlteriùs, ꝙ non sint propriè religiosi sicut Monachi, & alij ordines mendicantiū ostenditur, quia non datur eis annus probationis, sicut illis solet, c. ad apostolicę & ca. statuimus de regu. cap. 1. eo. ti. in 6. & sic respondetur ad c. 2. de stat. mona. quia loquitur ibi in monachis, qui non possunt habere proprium cap. non dicatis. 12. q. 1. cap. monacho. 27. q. 1. & illud verbum, quod ibi ponitur de vniuersis religiosis, debet intelligi de his,

his,qui sunt similes in vita, veluti sunt Canonici regulares,
de quibus idem dicitur in c.super quodam eo. tit.

Secundo obijcitur votũ paupertatis, nam dum recipiun
tur in ordine iurant proprium nõ habere, sed respondetur
ꝙ ex constitutionibus possunt acquirere, vt patet in consti
tutione,quæ incipit,quicquid enim religiosus sub ti.de alie.
2 c.2.vbi sancitum est,quod†Fratres,qui per emptionem,do
nationem,prædia,aut iurisdictionem, aut alia bona acquisi
uerunt,& sibi vendicauerunt,ea nullo pacto absque magi-
stri & capituli generalis consensu vendere,alienare,pigno-
rare,aut quouis modo distrahere possint, sed ea,quæ acqui
siuerunt vita eorum durante possideant & teneant: Ecce
ꝙ ex constitutione permittitur fratribus sibi acquirere, &
in vita retinere.Idem disponitur in alia constitutione,inci-
piente si aliqui fratres sub eod.ti.c. 3.nam ibi fit mentio de
pecunia mutua,quam fratres dederint super prędijs& pos-
sessionibus,& castellis, ne successores fratrum talia credita
remittere,distrahere,aut alienare possint.Item in alia con-
stitutione,quæ incipit ne magistratus sub eo.tit.c.9.dicitur,
quod iniussu & absq; licentia magistri fratres non possint
venditiones,aut alienationes facere, & sic sentit constitu-
tio, ꝙ sine tali iussu & licentia fratres bene possunt acquire
re.Vellem ꝙ isti,qui gloriantur se voluisse totum constitu-
tionum volumen,respondissent istis constitutionis,sed (vt
opinior)non viderunt vel finxerunt non vidisse. Vnde di-
cendum, ꝙ possunt habere bona ex permissione constitu-
tionum,sicut etiam seruus proprios habet nummos,de fa-
cto & conniuentibus oculis Domini.l.4.ff. de manum. di-
citur autem conniuere,quando tacitè vel expresse permit-
tit seruo habere proprium,nec ius suũ exigit à seruo respe-
ctũ dominij rerũ sicut posset,pro hoc bene facit,quod Bar.
scribit in Auth.excipitur.C.de bon.quæ lib.vbi quęrit si re
linquatur monacho sub hac cõditione,vt nõ quæratur mo
nasterio,an legatum valeat,& primo arguit,ꝙ non, quum
6 contineat impossibile ac repugnantiam: nam † monachus
non potest habere aliquid,sed totũ est monasterij, & con-
tradicunt hæc,ꝙ sint monachi, & non quæratur monaste-
rio, propterea cõtradictio hæc & perplexitas habet vitiare
legatũ.l.Titius.ff.de cond.instit.l.vbi repugnantia.ff.de reg.
iur.ipse autem putat verba sic debere intelligi,ꝙ monaste-
rium patiatur illud habere eo modo,quo potest conniuen-
tibus oculis.l.4.de manumis.& sic nihil quæratur monaste
rio de facto,& hoc sequitur ibi Ang.Fulgo.Pau.de Cast.&
Corne.& idem tenet Bar.in l.si alienum in prin.& ibi Imo.
7 ff.de hæredi.institu.Quod confirmatur, quia † Papa potest
dare licentiam monacho testandi,vt Bald.dicit in l.certum
col.7.ver.Item non est dubium.C.vnd.legi.& in Auth.nisi
rogati col.penul.versi.quæro quid si monachus.C.ad Tre-
bell.& in l.si quando in fin.C.de inoff.testa.Pau. de Cast. in
l.& milites.C.de testa. mil.quas auctoritates adducit & se-
quitur Ias.in Auth.ingressi col.3.C.de sacros.eccl.quod nõ
8 potest esse ex alio,nisi quia † Monachus potest habere bo-
na conniuentibus oculis Abbatis,sic dicam in proposito,ꝙ
isti Milites possunt acquirere proprium ex cõcessione ordi
nis,qui etiam istud tolerat,& patitur,nec istud repugnat vo
to paupertatis, modo parati sint resignare proprium,quod
habent in manibus magistri, seu capituli generalis iuxta id,
quod habetur in c.quanto de offi.ordi. & ponit Abb. in ca.
cum ad monasterium col.1.de sta.mona.& in simili dicunt
Theologi,ꝙ satisfit præcepto Christi iubentis eis, qui per-
cusserit vnam maxillam dare alteram, si quis paratus sit id
facere,licèt actualiter non faciat, & hoc modo intelligen-
do tollitur illa repugnantia,quæ oritur inter constitutiones
& votum paupertatis, Non enim est credẽdum,ꝙ milites
9 in professione religionis velint se magis astringere,ꝗ†con-
suetum sit fieri & cõstitutiones patiantur, & quando ita de
facto seruatur,videtur, ꝙ de nullitate opponi nõ possit per
glo.singu.in l.qui habebat.§.1.ff.de manumis.testa. de qua
gl.meminit Ang.de Are.in §.ex quibusdam in fi. Instit. de
pœn.teme.litig.Alex.consi.8.quod incipit & Aduerte,&c.
col.1.li.6. & Philip. Dec.plura cumulans sępè consulendo

Negari aũt nõ potest, quin constitutiones permittant mili
tes habere proprium, quũ permittãt eos tractare pecuniã,
& mutuare super prædijs & castellis fructuosis, & mutuũ
habeat trãslationem dominij.l.2.§.appellata & l. nam & si
fur.ff.si cer.pet.hoc etiã colligitur ex alijs constitutionibus
vt patebit infra in resolutione obiecti octaui & vndecimi.

Tertio obijcitur cõstitutio,quę habetur sub rubrica, ꝙ
fratres nõ ineant c.25.& incipit,sancta quidem & illibata,
qua sancitur, ꝙ non liceat fratribus homagium vel cõfœ-
derationem facere, verum ad hoc respõdi aliàs,quòd con-
tractus de quo agitur,nõ est cõfœderatio,nec homagium,
sed feudum, & ista non sunt eadem, vt patet ex diuersitate
nominũ. l.si idem. C. de codicil. & patet ex effectu etiam,
quia confœderatio est promissio facta inter aliquos mutui
auxilij contra hostes, vt Bal. inquit in l.executorem col. 8.
ver.quæro quid de ciuitatibus. C. de execu. rei iud. Marti.
Laud.in tracta.de confœdera.conclusio.7.Roma.cõsi. 47.
Visis necessarijs col. 1. Homagium autẽ est, quãdo aliquis
promittit se esse hominem alicuius Domini, & stare & ha
bitare,vbi voluerit dominus,& ea seruitia exhiber̃,quę vo
luerit dominus,& super hoc facit sibi homagium idest pro
missionem,vt sit homo suus,vt inquit Iac. Alua.in prælud.
feu.col.10.ver.insuper est sciendum.Feudũ autem(vt bre-
uissime diffiniatur)est concessio libera & perpetua rei im-
mobilis vel æquipollentis cum translatione vtilis Dominij
proprietate retenta cum præstatiõe,& exhibitione seruitij
hęc diffinitio probatur in c.1. §. beneficiũ in quibus causis
feu.amit.& tradũt latę feudistæ cum interpretatione singu
lorum verborum in præludijs feudorũ. ex istis apparet in-
10 ter ista magnam esse differentiam,& quod † dictum est de
vno ad alium extendi non potest, quum statuta propriè &
strictè sint intelligenda.l.cõstitutionibus.ff.ad muni.l.3. §.
hęc verba.ff.de negotijs gest.& videmus in simili,ꝙ statu-
ta loquentia de emptione & vẽditione non habent locum
in permutatione, quamuis interpretatio magnã habeat si-
militudinem cum emptione & venditione vt inquit Ioan.
And.in addi.Spec.in tit.de empt.& vend.§.nunc dicẽdum
il 2.in addit.quæ incipit,est seciẽdum.& Bal.in l.1.ver.scias
quod nomine.C.de rer.permut.quos refert & sequitur Ale
xand.consi.76.Visis dubitationibus col. 2.lib.5.vbi inquit,
quod tex.in l.itẽ quæritur.§.qui impleto.ff. loca.qui loqui-
tur in contractu locationis, nõ vendicant sibi locum in cõ
tractu emphyteutico,vt Bal.etiam ibi dicit in versi.quæro
quid in emphyteusi,& tñ emphyteusis habet aliquam simi
litudinem cũ locatione.§.adeò Insti.loca.Et vlteriùs quod
dicitur in præfata constitutione de confœderatione & ho-
magio nõ procedere in feudi obseruantia declarauit: nam
hi milites succedũt agnatis in feudo, & si quod habetur feu
dum id retinẽt,vt probatum est in processu, & deducit Ne
11 uiza.in suo consi. & nõ sunt † mutanda,quæ interpretatio-
nem certam semper habuerũt.l.minime & l.si de interpre-
tatione. ff.de ll. Accedat,ꝙ constitutio punit contrafaciẽ-
tẽ pœna priuationis habitus, quem si recuperauerit, nihi-
lominus decennio administrationis præceptoriæ seu baiu-
lię gaudere non possit:sed vbi imponitur pœna priuationis
nõ procedit de similibus ad similia,Bal.in Aut. ex testamẽ
to col.pen.versi.modo iux.prædicta.C.de secund.nupt.per
tex.in §.cum igitur in Auth.de non eligen.secund.nupt.est
etiam bona glo.de hoc in c.fin.de iur.pat. refert & sequitur
Feli.in c.transito col.pen.de consti.licèt ibi corruptè Bal. al
12 leget,& regulariter † in pœnalibus non fit extensio de casu
ad casum ex identitate rationis,vt Ias.latè deducit in l.cum
quidam de lib.& posth.Amplius dicendum videtur, quòd
si constitutio prohiberet expresse fratres recipere feudum,
tamen intelligerem constitutionem loqui de feudo rustico
non autem de feudo castri habente iurisdictionem anne-
xam,quod suum nobilitat possessorem, præsertim quando
est antiquum,vt est illud, de quo agitur, secundum Bald.in
prælud.feud.col. fin.in decima diuisione, & hoc dico pro-
pter aliam constitutionem, quæ permittit fratribus acqui-
rere iurisdictionem absq; alia licentia magistri seu capituli
generalis,

generalis,& ad iuramentum fidelitatis statim respondebo.

Quarto obijcitur,quòd in eadem constitutione cauetur, ꝙ nullo modo liceat fratribus alicui personæ iuramento se astringere. Ad hoc aliàs respondi, ꝙ ista verba generalia, quibus prohibentur iuramenta præstari per fratres,debent intelligi, nisi aliquod obtinerent in feudum à domino tem
13 porali,per tex.clarum in cap.nimis de iurei.vbi † licet clericis sit interdictũ præstare laicis iuramenta fidelitatis,tñ excipitur ibi, nisi obtineãt à laicis aliquod temporale, nam,vt ibi dicit glo.in temporalibus laicorum ecclesiasticæ personæ illis sunt minores cap.solitæ de maio. & obed.ca.si episcopus.18.dist.pro quo etiã facit,quia huiusmodi iuramenta fidelitatis,debẽt censeri exclusa à prohibitione,& sic permissa attento,ꝙ præstantur secundum naturam contractus feudalis per id,quod scribit Bald.in.l.1.col.fin.C. de vsufru. vbi inquit,ꝙ si proprietarius promittat nõ molestare vsumfructuarium, poterit nihilominus petere ab eo satisdationem,quia id oritur ex natura cõtractus.l.quæro.§.inter lo-
14 catorem.ff.loca. Similiter si testator † grauat hæredem, ne molestet fideicommissarium, poterit tñ hæres ab eo exigere quartam Trebellianicam, vt scribit Imo. in l.si paterfa.
15 propè fin.ff.de hæred.insti. Et eodem † modo licet habens numerum. 12. liberorũ excusetur ab oneribus l.semper.§. demonstratur.ff.de iure immu.l.1.C. de his, qui num.lib.li. 10.l.si quis decurio la 2.C.de decu.eo.lib.tamen non excusatur à præstatione eius,quod debetur D.directo pro licentia alienationis rei emphyteoticæ,vt concludit Alex. cõsi. 123.Circa primum dubium,quo in effectu quæritur col.2. versi.Præterea ista quinquagesima lib.5.Multa enim impediuntur fieri directò & principaliter,quę fieri possunt in cõsequentiam necessariã actus liciti & permissi.l.1.& ibi Bar. ff.de aut.tut.l.si vnus.§.illud.ff. de pac.l.si is duos in fi.ff. de liber.lega.cum alijs vulg.concord.Sed per constitutiones ordinis possunt fratres acquirere ex cõtractu emptionis onero so, quanto ergo magis id poterunt ex contractu feudali,
16 qui habet plurimũ de gratia, ideò † censeri debet permissum iuramentum fidelitatis, quod secundum naturam con
17 tractus,& in cõsequentiam actus permissi: Feudũ † enim dicitur à fide,à qua deriuatur fidelitas, & qui recipiunt feuda fidelium nomine nuncupantur, vt hęc habentur clare in iuribus feudorum, & ponunt abundè scribentes in prælud. illorum librorum.

Quinto obijcitur cõstitutio posita sub rubrica,quod Fratres non ince.cap.28.incipiente Indecorum,& prorsus à ratione alienum,qua disponitur,quòd fratres,qui pro religionis Christianæ tutela contra infideles arma exercent, non implicent se bellis Christianorum,& per consequens vide-
18 tur, ꝙ ad feudi successionem non admittantur, quia † Feudatarius sequi tenetur dominũ in bello, & in pugna defendere. Ad hoc respondi alias,& nunc repeto, quòd excipitur in d.cõstitutione,nisi Principes, vel Domini prouinciæ iniungant, quia tunc poterunt id facere de licentia Prioris, & depositis ordinis insignibus,ergo isti milites sunt pugnæ capaces etiã inter Christianos,& poterunt interesse bellis,vbi à D.Feudi fuerint requisiti, & poterunt iuuare D. in pugna licentia prius petita,quã constitutio permittit concedi posse, verba enim cõstitutionis verificantur in Duce Mediolani,à quo feudum mouetur,quia ipse est Princeps, & Dominus prouinciæ. Vlterius istud feudum, de quo agitur est
19 franchum,vt ex inuestituris apparet, & † huiusmodi feudũ franchum habet hoc,vt illud possidens non teneatur domi num sequi in bello euntem, vt plenè docui aliàs in cõsilio, & ad ibi dicta me refero,& sic nõ opus est hic armis: osten do etiam in prefato consilio clericos & fœminas ad huiusmodi feudum franchum admitti, & eadem etiam ratione
20 hos milites Hierosolymitanos talis feudi esse capaces & hoc tollit penitus obiectum. Ex prædictis colligitur d.fratres non esse propriè & strictè religiosos, vt superius fuit dictum,si possunt cũ prioris licentia ire ad pugnam, quia militia secularis interdicitur omnibus,qui religioni se addixerunt,ca.eos,qui semel.20.q.3. cap. quicunque.23.q.8. Itaq; merito Andr. Sicu. in cap. inquirendum de pecu. cler.dixit eos magis esse similes militibus armatæ militiæ, quàm monachis, aut clericis.

Sexto obijcitur constitutio sub rubrica de regula.hospitalio. cap.primo quæ incipit, Ego Raimundus,&c.qua cauetur, quòd omnes fratres accedentes ad obsequium pauperum & defensionem fidei catholicæ teneant, & cum diuino præsidio seruent tria, quæ promissa sunt Deo, videlicet castitatem paupertatem & obedientiam, atque viuere sine proprio. Respondeo, quòd satis dicuntur dicti milites viuere sine proprio, quando parati sunt id, quod possident, vt proprium,ad postulationem magistri, seu capituli gene-
21 ralis resignare,nec dicuntur † voto contrafacere permittentibus superioribus prædia & castella sibi acquirere, exemplo serui,qui proprium habere peculium potest conniuentibus oculis Domini, vt superius est deductum, & videtur hæc constitutio fuisse edita antiquitus, quo tempore d.fratres tenebant hospitale in Hierusalem, & templarij seu hospitalarij appellarentur,vt in principio d.constitutionis legitur: subsequutæ sunt postea cõstitutiones ordinis,quę d.fratribus acquirere, & pecunias sibi habere permittunt, vnde vidétur posse hoc facere sciente & permittente superiore.

Septimo obijcitur constitutio sub rubr. dispensatio obseruan. regul. cap. secundo quæ incipit, sunt enim permulta,&c.vbi dicitur cunctis fratribus super obseruantijs & capitulis regulę omissis fuisse per Romanos Põtifices,& constitutiones ordinis dispensatum, quædam etiam in desuetudinem abijsse, propter tria vota substantialia, quæ à fratribus prompto animo, ac deuota mente obseruari videntur. Sed respondeo ad istam constitutionem,quòd non est hęc dispensatio si constitutiones permittunt,vt fratres habeant proprium, sed est potius quædam tolerãtia, secundũ quam videntur d.fratres votum paupertatis omisisse, & quantum ego sentio hæc tolerantia præbet eis securitatẽ in conscien
22 tia, & in foro iudiciali, sicut dicimus in simili † de bannito, qui quando toleratur in ciuitate morari, non potest licitè offendi, vbi aliàs ex forma statuti liceret,quia hæc tolerantia prębet ei securitatem,vt Sali.scribit in.l.nullus per illum text.C.de Iudæis,cum quo transit Ioan. de Ana. in cap. sicut eod. titu. Alexan. consi. 1. Circa primum dubium propè fin.lib.secundo & ante eos idem voluit Oldr. cõsulendo, quem refert & sequitur Nullus in tract. banni,3. parte secundi tempo.q.84.

Octauo obijcitur constitu. sub. rub. quòd non licet fratribus,&c. cap. septimo vbi disponitur, quòd propter votũ paupertatis non licet fratribus testamentum condere, aut hæredem instituere,aut legata facere,neq; seruitoribus,seu alijs aliquid elargiri pręter eorum stipendia. Ad hoc respondeo,quòd licet fratres non possint testari, non tamen sequitur, quòd non possint succedere in feudalibus & allodialibus: nam multæ personæ non possunt testari, vt filijfamilias, impuberes, furiosi, prodigi, surdi, & muti, de quibus habetur Insti. quibus non est perm. fac.testa. per totum titulum,& tamen clarum est, quòd hi possunt alijs succedere & videmus magis in specie in monachis,qui nõ possunt testari Auth. ingressi.C.de sacrosl.eccl. cap.2.de testam. & tñ succedunt parentibus,agnatis,& cognatis tam ex testamento, quàm ab intestato.l. Deo nobis.§. hoc etiam & ibi Bar. Bal.& reliqui scrib.C.de epis.& cle. Et est aduertendum,ꝙ licet cõstitutio prohibeat fratribus testari,tamẽ postea permittit eisdem dispropriamentum facere, hoc est in scriptis bonorum suorum, ac debitorum & creditorum declarationem redigere, & cum licentia magistri de eorũ moderata
23 portione disponere,ex quo infertur, ꝙ † isti fratres Hierosolymitani non propriè æquiparari monachis, quibus non potest Abbas cõcedere testamentum, licet aliud sit in Papa,vt superius dictum est iux. not. per Bal.& Alios Moder. in d.Aut. ingressi. Deinde notandũ est,ꝙ præfata constitutio permittit fratribus dispropriamentũ facere, hoc est qđ propriũ habebant à se abdicare,nam illud importat dispropriamẽtum,& sic ex hoc colligitur,quòd proprium habere possunt,

possunt, quia priuatio præsupponit habitum.l.manumissiones.ff.de Iust.& iure.l.decem.ff.de verb. oblig.

Nono obijcitur alia constitutio, quæ reperitur sub rub. quòd fratres in infirmitate detenti cap.13. quæ incipit fratres tenent & possident,&c. vbi disponitur, ꝙ fratres morbo occupati debeant alijs duobus fratribus manifestare in scriptis omnia bona vtensilia, & pecunias & res, quas tenent,seruata forma, de qua ibi; Sed hæc constitutio,non facit ad rem,ideo alia responsione nõ indiget, nam clarũ est, ꝙ fratres non habent proprium, nisi eorum vita durante.

Decimo obijcitur constitutio sub rub. ꝙ bona elargita, quæ incipit statuimus, ꝙ bona,&c. vbi statuitur, quòd bona elargita per seculares fratribus,seu acquisita per eosdem, nullo modo vendi aut distrahi posint absq; expressa magistri & capituli generalis licentia, sed hæc constitutio minus facit ad propositum,quàm præcedens,quia hic non agitur de venditione & distractione bonorum per fratres acquisitorum: sed nunquid fratres posint sine licentia sibi ipsis acquirere,& eorum vita durante habere & retinere,& fuit ostensum ex constitutionibus,quod sic,in superioribus, ergo non opus est repetere.

Vndecimo obijcitur constitutio sub rub. de alien.cap.2. in qua legitur, quod fratres bona per eos acquisita nullo pacto absq; magistri & capituli generalis consensu, vendere, alienare,aut alio quouis modo distrahere posint,sed quòd acquisitum est sibi liberum & immune censu,aut alio onere,erga quoscunq; Dominos ecclesiasticos vel seculares illud subijcere, submittere aut pro eo aliquid recognoscere, nullo modo præsumant.Si igitur non possunt fratres vigore huius constitutionis recognoscere, nec se submittere alicui Domino temporali pro aliquibus bonis, sequitur,quod nec possunt succedere in feudo, vbi habent recognoscere, & se inuestire à Domino temporali. Miror aliquando, ꝙ tam friuola adducantur per aduersarios, nam præfata constitutio loquitur,quando bona sunt acquisita liberè, vt non liceat deinceps fratribus acquirẽtibus,onus eis aliquod imponere,& ea recognoscere,ab aliquo D.temporali,sed vbi aliquod onus est annexum acquisitioni, quòd fratres nõ teneantur,id subire,hoc non dicit constitutio,nec dicere posset,quia secundum naturam est,vt, qui capit commoda, eũ sequantur incommoda, & ad hoc adduxi tex. in.l.specie in cap.nimis de iureiu. Est etiam aduertendum,quod d.constitutio ostendit, ꝙ fratres possunt habere proprium in illis
24 verbis, & quod acquisitũ est sibi: † illud enim verbum sibi importat,quod illud, quod acquiritur est suum, & sic acquirentium,quod etiã colligitur ex prohibitione: nam si quod acquirunt fratres acquirerent religioni, non opus erat sancire tã accuratè,& cauere ne fratres acquisitis aliquod onus imponerent, aut subijcerent alicui D. temporali, quia in re aliena nullum habuissent arbitrium disponendi.

Duodecimo obijcitur modus & forma, per quam conferuntur præceptoriæ, & prioratus prædictis militibus, nã dicitur, ꝙ conceduntur eisdem pro administratione, tanquam in illis vices gerentes magni magistri & cõuentus,& quòd cõferuntur ad tempus, videlicet ad annos decem cõtinuos,& vltra ad beneplacitum d. magistri & cõuentus,&
25 † quòd religiosus non dicitur habere proprium,quando habet aliquid à superiore ratione administrationis l.quã Tuberonis.ff.de pecul.& tradit Abb.in cap. cum ad monasterium colum.1. de sta. mona. Nescio an prædicta sint vera, nec tamen oportet esse solicitũ pro inquisitione veritatis, quia,posito,quòd ita esset,vt dicitur, hoc nihil ad rem,quia põt procedere in præceptorijs & prioratibus, qui iam sunt vniti,& incorporati conuentui,& iam acquisiti, nos autem quærimus de acquirẽdis, in quibus ostensum est, ex forma plurium constitutionũ eos sibi acquirere, & proprium habere donec viuunt, & in morte posse de eis disponere hoc vltimo casu cũ licentia superioris, pro quo facit vulg. regula,ꝙ facilius præiudicatur alteri in quærendis,quàm quæsitis.l. qui autem in princ.ff. de his, quæ in fraudem cred.l.si spõsus.§.si maritus ia secũdo.ff.de don.int.vir.& vxo.l.2.§.
26 confertur.ff.de colla.bonor.quod † procedit etiam in prælatis, qui ecclesiæ præiudicare possunt in quærendis, quàm in quæsitis,vt per glo.in cap.si episcopũ 15.q.7.tradit Abb. in cap.1.colum.3.de do.& contu. Fede. de Sen. consi.9.casus talis est cum simil.quia in quæsitis agitur de damno vitando,& in quærendis de lucro captando, & non est par ratio damnum facere, & lucrũ amittere.l.fi.§. licentia.C. de iu.del.l.Proculus in fi.ff.de dam.infec.l.si is,cui.§.fi.ff.de fur.

Decimo tertio obijcitur, quod isti milites in professione sumunt habitum quẽdam, videlicet pallium nigrũ cum cruce alba,& vouent tria illa substãtialia,& per consequens mutant statum de libero in seruum,vnde non possunt suc-
27 cedere in feudo. Fallax argumentũ: nam † mutatio status non negatur,sed dicitur, ꝙ hæc mutatio est in melius,& capitis hæc diminutio est meritoria spontè suscepta propter Deum,vnde non debet eis esse damnosa, vt Bald. inquit in Auth.si qua mulier col.3.versi.4.ratio.C.de sacros.eccle.ex quo fit, vt perinde succedere debeant parẽtibus & agnatis, tam ex testamento,quàm ab intestato,per text. in d.l.Deo nobis.§.hoc etiam.C.de episc.& cler. quem tex. loquẽtem in clericis & monachis Bal.consi.170. Ad euidentiam præmittendum est,quòd de rebus feudalibus lib.2.extendit ad istos milites Hierosolymitanos, & (vt ipse vocat) cruciferos, & habiles dicit esse ad successionem allodialium, non tamen feudaliũ: est tñ differentia inter istos milites & monachos,quia monachi succedunt ad vtilitatem monasterij, quia proprium habere non possunt, isti aũt milites,qui possunt habere proprium, non conuentui, sed sibi succedunt, hoc est non in alterius,sed suam vtilitatem. In eo autem, ꝙ Bald.in præallegato consilio putat hos milites esse incapaces feudalium secundũ rigorem feudorũ eius opinio communiter non tenetur, vt latè deductum est in consilio.

Decimo quarto inuenio in quibusdã aduersantium allegationibus dictum, ꝙ si Abb.Bald. & alij vidissent & perlegissent constitutiones d. religionis Hierosolymitanæ, nõ dixissent ipsos milites non esse proprie & strictè religiosos: Ego vero arbitror, quòd si vidissent præfatas constitutiones,prout facile videre potuerunt, magis ac magis illud dixissent,quia vidissent vigore suarum constitutionum, valde
28 statum † ipsorum differentem à regularibus, & inter cætera vidissent,qualiter constitutiones permittũt eis acquirere proprium,& tenere: quamobrem meritò Abba.in rub.de regula.faciens mentionem de huiusmodi hospitalarijs Hierosolymitanis, dicit eos tantum promittere obedientiam, & castitatem nulla facta paupertatis mentione: erat enim tunc (vt opinor) cernere,prout etiam hodie cernitur, istos fratres abhorrentes à suarum ecclesiarum domibus, & ab eorum cõuentu cum pecunia sibi congregata vagari, & ire per curias Principum, & honores etiam gerere seculares, quorũ nihil liceret si verè & propriè seculares essent, vt habetur in ca.quanto de off.ordi.& in c.eos,qui semel.20.q.3. & licet emittant votum paupertatis, tamen illud interpretandum est,secundum ea,quæ superius dicta sunt; demum contrarium de facto seruatur, nec hoc in istis tantùm,verũ etiam in alijs videre licet,nam videmus in fratribus prædicatoribus, & cæteris, qui sunt de ordine mendicantium, ꝙ non sunt capaces bonorũ stabilium, nec in particulari, nec in communi, vt retineant, sed vt vendant, & pecuniam in necessarios vsus conuertant iux.glo.vulg.in cap.1.in verbo domum de relig.dom.in.6. & tñ de facto ea retinent,vt est notum,& testatur Bal.in Auth.si qua mulier col.4.C.de sacros.eccle. & quum obijcitur non est posse illos hoc facere propter arctissimam paupertatem, super qua eorum regula
29 est fundata ca.nimis praua de exces.præl. defendunt † se ex consuetudine, & constitutionibus suis, & ex priuilegijs vt latè explicat Fel.in cap.in præsentia char.pen.de proba.quæ excusationes, si accipiuntur in his, qui sunt magis obstricti religioni, & ad obseruantiam regularem tenentur, & quibus publica mendicitas victum & vestitum præbere debet cap.1.§.confirmatos de relig.domi. in.6.quanto magis accipiendæ sunt in istis militibus,qui degunt extra claustra,&

quorum

quorum vita est laxior, quorumq; hi, qui sunt optimi, armorum vsum & bellicum studium contra Christiani nominis inimicos assiduè meditantur.

Postremò non omitto, ꝙ præfatus Do. Nicolaus miles portionem d.feudi Rochetæ ad se spectantē transmisit ad suos hæredes, quamuis d.portio non fuerit per eū agnita, vt latius deduxi in fine consilij olim editi, in hac causa, ad quod me remitto. Vltra responsiones datas ad constitutionem, qua cauetur ne fratres possint se homagio astringere, placet illa responsio, ꝙ constitutio non loquitur de rebus iam homagio suppositis, sed vbi de nouo homagium induceretur, per text. in cap. 1. de Censi. vbi cauetur, ꝙ ager, qui
30 datur pro dote † ecclesiæ integer & absque vllo seruitio tribuatur, & glo. ibi Hosti. & Ioan. And. exponunt illud absq; vllo seruitio scilicet nouiter imponēdo vel imposito, secus si ab antiquo impositum fuisset, & onus rei fuisset annexū in perpetuum, vt quia fortè prædium habet onus faciendi certum quid vel soluendi, quia tunc cum hoc onere transiret ad ecclesiam, & dicit ibi Abb. ꝙ idem esset, si prædium
31 feudale esset: nam † ratione feudi ecclesia subijcitur laico cap. solitæ de maio. & obed. Si igitur illa verba absque vllo seruitio intelligūtur in d.cap. 1. de seruitio, quod nouiter imponitur, & non de seruitio antiquitus constituto, idē dicam de huiusmodi prohibitione homagij, vt intelligatur de homagio nouiter faciendo, non autem de homagio antiquo ipsi rei annexo, quod etiam confirmatur, quia constitutio prohibet in sui proœmio Fratres quicquā efficere, & aliud est facere, aliudq; iam facto vti, nam facilius impeditur aliquid faciendum, quàm tollatur postquam est factum. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iu. l. 1. §. casum. ff. de postul. l. is cui. ff. de testam. Idem etiam bene cōfirmatur ex alia constitutione, qua disponitur, ꝙ illud, quod acquirunt sibi fratres liberum & immune à censu aut alio onere, non possunt illud subijcere, aut recognoscere, absque magistri,
32 aut capituli generalis consensu, ergo per † argumentum à contrario sensu, quod in legibus & statutis valet. l. 1 §. huius autem rei. ff. de offic. eius, sequitur, ꝙ fratres possunt absq; licētia subijcere & recognoscere id, quod ab initio nō acquisiuerunt liberum & immune, vna enim constitutio declarat aliā. l. vtrum in princ. vbi Bar. ff. de pet. hære. l. quēadmodum. §. hoc verbo, & ibi Bal. ad hoc notat. ff. ad. l. Aquil. Bald. in. l. scire oportet. §. illud in fin. ff. de excus. tut.

SVMMARIVM.

1 *Princeps, vbi alicui prius rem concessit, alio eandem petēti secundario concedere non debet, nisi prius citato eo, de cuius tractatur præiudicio.*

Citatio illius cuius interest, non solum in iudicialibus requiritur, sed etiam extraiudicialibus vt sub num. 1.

2 *Principi turpè & indecorum est eādem rem concedere, & concedens non videtur carere crimine falsi vt sub nu. 4. fallit prout in num. 7.*

3 *Dominus postquam inuestiuit de feudo Vasallum, eiq; possessionem tradidit, si deinceps secundum inuestiat, tenebitur secundo ad interesse, fal. vt num. 14.*

4 *Inuestitura secunda de feudo facta, de quo alius est inuestitus, habetur pro infecta, quod procedere limitatur, si prior fuerit valida, & iusta vt num. 16.*

5 *Damnū non dicitur ille pati, cui aufertur id, quod per simoniam, aut alio malo more per pecuniam acquisiuerat.*

6 *Imbreuiaturæ extensio potest fieri ex alieno protocollo, decreto iudicis interueniente, absque partis citatione.*

7 *Inuestitura qualibet facta semper intelligitur saluo iure tertij.*

8 *Priuilegium à principe concessum, quod modicè partem lędit, partis citationem non requirit.*

9 *Bonorum possessio decretalis, vbi agnoscitur coram iudice alicuius citatione non indiget.*

10 *Citatio ad essentiam priuilegij non est necessaria, sed bene cum proceditur ad vlteriora.*

11 *Inuestitura duplex in persona duorum fieri potest subordinate, & conditionaliter.*

12 *Inuestituris duabus concessis super eadem re duobus, quarū posterior fuit facta conditionaliter, scilicet, si prior Vasallus nullū habeat ius in re, tunc deficiente conditione quia prior ius habebat, deficit & posterior inuestitura.*

13 *Remedia duo contraria possunt proponi subordinate vnum in alterius defectum, vt vno non procedente alterū suffragetur.*

15 *Feudum, vbi concessum est à Principe saluo iure alterius. tunc Princeps de euictione non tenetur.*

18 *Bonorū possessio decretalis, sicut non tribuit ius petenti nisi sub hac conditione si ius habeat is, qui sibi fecit eam decerni, ita & in homagio.*

19 *Inuestitura, vbi continet verba saluo iure Romani Imperij, & quarumcunque aliarum personarum: continet etiam per illa verba reseruationem iuris alteri competentis.*

CONSILIVM. 509.



Idetur, quòd Illustrissimus. Comes Dacianæ non possit obtinere inuestituram petitam, nisi prius citato Aduersario possessore, qui de eisdem feudis inuestitus iam fuit ab Illustrissimis Principibus, per tex. in. l. in con-
1 cedendo. ff. de aqua plu. arcen. vbi † si Princeps prius concessit vni aquam, & alius deinde eādem petat, non debet fieri secūda concessio, nisi prius citato primo, de cuius præiudicio tractatur, & regulariter non in iudicialibus solum, sed extraiudicialibus quoque citatur is, cuius interest, c. fin. de maio. & obe. l. nam ita diuus. ff. de adop. l. fin. C. de auth. præst. & fuit verbum Inno. in c. ex ratione de appel. quem Bal. sequitur in c. secūdo. §. Sancimus col. 2. versi. sed Hic incidenter quæritur, quo tempo. min. & in c. primo colum. fina. de inuestitu. in mari. fac. Accedat, quia
2 † turpe, & indecorum est Principibus eandem rem concedere duobus, vt probatur in. l. prædia. C. de loca. præd. ciuil. lib. 11. & Princeps ita faciens præsumitur circūuentus Bal. in. l. 1. 3. not. C. de ll. vbi hoc allegat glo. in. l. si qua loca. C. de fund. & salt. rei Domi. lib. 11. Idem Roma. tradit cōsi. 298. Circa præmissam dubij consultationem per tex. clarum in cap. cum olim de re iudi. tradunt Moder. in. l. nemo potest. mutare. ff. de reg. iur. Sanctius est igitur, vt citetur aduersarius, & de iuribus cuiusque partis cognoscatur. Et si cognitum fuerit Illustrem comitem nunc petentem fouere ius melius Inuestietur ipse & alius disuestietur, & ita vna tantū inuestitura de eadem re relinquetur: Decet enim Principem vnam tantum calamum habere, & vnam linguam, vt not. scribit Bald. consi. 227. Pridie consului col. 2. lib. 1. Sed
3 quid plura? † nonne si Dominus, postquam inuestiuit primum Vasallum, & ei tradidit possessionem, inuestiat deinceps secundum, huic tenebitur ad interesse? certè sic vt est text. in cap. 1. §. si facta, & ibi glo. & Doct. si de feu. defunc. contr. in Dom. & agn. & sic ista secunda inuestitura tenderet in præiudicium Domini. Denique aut ista secūda inuestitura aliquid operabitur aut nihil, si nihil operabitur, nō debet fieri, ne frustratorijs vtamur actibus. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt in poss. lega. aut aliquid operabitur, & tunc aut operabitur in præiudiciū D. concedentis, & Dominus non intendit concedere, aut in præiudicium primi Vasalli inuestiti, & non debet concedi, nisi citato eo, cuius interest cap.
4 humilis de maio. & obed. Vlterius, ꝙ † secunda inuestitura facta de feudo, de quo alius sit inuestitus, habeatur pro infecta, est casus in cap. si quis quo temp. min. Imo videtur, ꝙ infeudans eandem rem duobus, non careat crimine falsi. l. qui duobus. ff. ad. l. Cor. de fal. tradit Ias. in. l. quoties circa fi. C. de


C.de rei vend. His motiuorum loco sic traditis, fuit respon sum per celeberrimos Doct. ꝙ Illustrissimus Comes Dacianæ petebat sibi fieri inuestituram saluis semper iuribus aduersarij, & sine eorum præiudicio: Vnde, quia nõ lædebatur in aliquo per inuestituram petitam ius aduersarij, nõ esse necessarium, nec opportunam vllam citationem: Aut enim bonum ius habet aduersarius in illis feudis, & in nullo preiudicium ei generatur ex hac secunda inuestitura, aut nullum ius in illis competit, & tũc, vt sibi præiudicetur per hanc secundam inuestituram, non conuenit huius præiudicij haberi rationem, quod ab iniquo iure descẽdit, l. si mulier in prin. ff. quod met. cau. Si enim cognitis vtriusque iuribus, priuabitur iustitia mediante aduersarius feudo, nõ dicetur aduersarius versari in dãno, quia bene amittit, quod
5 male retinebat, sicuti nec † dicitur pati damnum ille, cui id aufertur, quod per simoniam, aut alio malo more per pecuniam acquisiuerat, vt per Bald. in. l. 1. colum. 3. versic. extra quæritur. C. si quis omiss. cau. testa. Adducitur Pau. de Cast. consi. 172. Videtur dicendum, ꝙ d. Notarius versus fin. lib.
6 2, vbi vult extensionem † imbreuiaturæ posse fieri ex alieno protocolo interueniente iudicis decreto absque partis citatione, attẽto, ꝙ intelligitur facta extẽsio saluo iure suo, ideò defectu citationis non vitiatur actus, postquã ius saluum remanet partis. l. si eum. §. fina. ff. de fideicom. liber. & quod not. glo. in. l. 3. §. bonorum & in. §. si causa cognita. ff. de bono. poss, non enim potest cõqueri secundum eũ pars, se non fuisse vocatam, postquam ius contradicendi sibi remanet, & tunc si non ostenderit, quod allegabit, extensio iudicis auctoritate facta stabit firma. Sic dicendum in pro-
7 positum citationem non esse necessariam, ex quo † qualibet inuestitura semper intelligitur facta saluo iure tertij, c. 1. in princip. & ibi glo. & Doct. per quos si. inuest. & tradit Paul. de Cast. consi. 46. Viso & examinato puncto supradicto colum. 2. versi. sed vltra prædicta lib. 2. & melius consi. 72. in causa appellationis eodẽ lib. vbi inter cætera ad hoc allegat glo. in d. l. 3. §. bonorum. ff. de bono. poss. de qua glo. etiam inferius aliquid dicetur, quod etiam probatur in c. 2. quo tẽp. mi. vbi inuestitura facta de feudo alterius pro non facta habetur. adducitur etiã id, quod Bart. not. in. l. 2. C. de
8 tempo. appel. vbi vult, ꝙ, † vbi priuilegiũ conceditur à Principe, quod modicè lædit partem, non sit necessaria citatio per text. in. l. quoties. C. de prec. Imper. offe. quãto magis id dicendum vbi reseruatur expresse ius partis, & in nullo tangitur. Confirmantur præmissa ex his, quæ scribit Paul. de
9 Cast. in. l. 1. super glo. 2. C. qui admitti, vbi vult, ꝙ † vbi bonorum possessio decretalis agnoscitur coram iudice, tunc non est necessaria alicuius citatio, quia res tantum geritur inter iudicem & petentem, nec petitio contra certam personam dirigitur, & quia ius tertij non aufertur, quandoquidem iudex decernit sine præiudicio alterius fortius ius habẽtis. Vnde si postea apparebit alius, qui fortius habeat ius, tunc plena causæ cognitio adhibebitur, & si ostenderit con tradictor se fortius ius habere, tũc illa prima petitio, & decretum ad nihilum deducetur, allegat Paul. de Cast. ad hoc glo. in d. l. 3. §. bonorum & in. §. si causa cognita. ff. de bono. possess. & hoc est etiam de mente Paul. de Cast. in. l. fina. C. eod. tit. qui adm. vbi vult, ꝙ ex huiusmodi decretali possessione, non fiat missio in possessionem bonorum, quæ possi dentur per alium, nisi illo vocato & citato: Similiter dicendum in casu isto non esse necessariam citationem, quia negotium tantum geritur inter D. & Vasallum, petentem inuestiturã, quæ si concedatur, intelligitur concedi saluo iure alterius fortius ius habentis. & si iste Vasallus secundo loco inuestitus adipisci volet possessionẽ bonorum feudalium, tunc erit necessaria citatio & non antea, qui si ostenderit se melius ius habere in feudo, ista secũda inuestitura ad nihilum deducetur, & istud est, quod voluit Bald. in. l. 2. de tẽpo.
10 appel. dicens ꝙ † ad essentiam priuilegij non est necessaria citatio, sed bene cum proceditur ad vlteriora: ad quod etiã facit, ꝙ scribit Bald. in. l. certum colum. 3. versi. item oppo. ꝙ immo differant. C. vn. cogn. ꝙ, vbi probatio concludere debet soli Iudici, non requiritur alterius personæ citatio, quia non oportet disputare nisi cum Iudice, allegat not. in d. l. 3. §. si causa cognita. ff. de bono. possess. Vlterius dicitur,
11 ꝙ † duplex inuestitura fieri potest in personam duorũ subordinatè tamen: Nam D. de feudo Vasalli viuentis potest alium inuestire ad tempus, quo feudum ad ipsum reuertetur cap. 2. de feu. dat. in vi. l. cõmis. c. 1. §. moribus si de feud. defun. fue. contr. in Domi. & agn. & tenet Signo. consi. 60. Magn. Dominus colum. 2. vbi dicit isto casu non esse citandum Vasallum viuentem, nec esse eius consensum necessarium, cum inuestitura conferatur in id tẽpus, quo ipse nullum ius habet & per consequens non leditur. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. argumento sumpto à contrario sensu, & ponderat etiam ibi Signor. non lædi iura aliorũ Vasallorum, quia inuestitura fuerat concessa saluo cuiusque alterius personæ iure. In casu autem nostro Comes cõsentit, ꝙ prædicta clausula apponatur in sua inuestitura, per quam non derogabitur iuribus aduersarij, nec intendit consequi ex ea aliquod ius contra aduersarium, nisi vbi ostenderit se potentius ius habere: Ista enim inuestitura videtur collata sub conditione, quatenus ius suum sit potentius iuribus aduersarij, & hac conditione verificata, & non antea inuestitura sua effectum sortietur. nam in id tempus cõfertur, quo apparebit nullum ius competere aduersario, vel melius dici potest, ꝙ cõfertur in tempus præsens, si aduersarius nullum ius habet iuxta text. in. l. cum ad presens cum. l. seq. ff. si cert. peta. &. §. conditiones Instit. de verb. obliga. Ex prædictis clara videtur colligi responsio ad ea, quæ in motiuis pro parte contraria deducuntur. Nam non obstat tex. in. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arc. quia ille text. retorquetur in oppo. per argu. à contrario sensu secũdum Signor. in præallegato consi. 60. videlicet, quod non sit necessaria citatio, vbi pars lædi non potest, quod in casu isto contingit propter reseruationem iurium partis aduersæ. Ad illud, quod dicebatur indecorum esse Principi rem duobus eãdem concedere. Re-
12 spondetur negando † rem duobus concedi, sed vni tantum videlicet ei, qui ius habet melius, quandoquidem sub conditione posterior inuestitura fit, si ius nullum prior vasallus habeat, quæ cõditio si deficit, qui prior Vasallus ius habeat, sequens inuestitura habetur pro non facta d. l. cum ad præsens, & d. §. conditiones, & econuerso, si priori ius nõ competit, inuestitura facta secundo est valida, quia prior inuestitura tacitam habet cõditionem si iustè inuestituram petebat cap. 1. in princ. per quos si. inuest. & ibi Doct. & Bald. in l. 1. q. 4. in fin. ff. de rer. diui. & in cap. præsentia col. 3. versic. sed pone consuetudo generalis de probat. & facit, quod no. Bart. Bald. & Ang. in. l. 1. per illum text. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iu. Procederent ergo, quæ allegantur in oppo. si duę inuestituræ simul & semel cumularẽtur, ita ꝙ vtraque eodem tempore valeret, non vbi vna facta est in defectũ al-
13 terius, quia hoc modo fieri possunt, sicut etiam † duo contraria remedia proponi possunt subordinatè vnum in defectum alterius, vt si vnum non procedat, alterum suffragetur. l. 1. C. quan. prouo, non est neces. c. constitutus de in integ. restit. Bald. in. l. 1. colum. 4. versi. Or modo reassumo. C. si plu. vna sent. cũ alijs cumulatis per Dec. in. l. nemo ex his. ff. de reg. iur. Apparet ergo ex his vnam tãtùm re vera esse inuestituram, quum debiliorem & iniustiorem potentior
14 iustiorq; collidat. Similiter respondetur ad illud, † ꝙ Dominus qui primum Vasallum inuestiuit, & ei tradit possessionem, si secundũ inuestiat, tenebitur ei ad interesse, quia negatur, ꝙ Dominus teneatur ad aliquod interesse Vasallo posteriori, quum eum inuestiuerit sub conditione, quatenus prima non obstet, & ipse petat se iustè inuestiri, nam si inuestitura secunda fuerit iniusta, nihil dominus ei debebit, ob defectum conditionis, quia perinde res erit, ac si inuestitura facta non esset. l. pecuniam. ff. si cert. pet. l. necessario. §. 1. ff. de peric. & com. rei vendi. l. beblius. ff. de pac. dot. l. legata sub conditione. ff. de condi. & demon. quum enim vna tantum inuestitura præualere debeat, nihil erit, quod prius po-
15 sterius ue dicatur. Demum, quod † vbi Princeps concedit feudum

feudum saluo iure alterius non teneatur de euictione, vult And.de Iser.in cap. 1. de l.Conra.in prin.quia videtur tunc Princeps concedere ius tantum, quod habet.l.qui tabernas ff.de contrahen.emp.l.si domus.§.fi.ff.de leg.1. eodem mo
16 do respondetur ad illud,quod dicitur, ꝙ † inuestitura facta de feudo,de quo alius fit inuestitus habetur pro infecta c.2. quo tempo.min.quia hoc verũ est,si prior inuestitura sit valida,nec prohibetur secundo inuestitus ostendere esse illam inualidam,immo id facere potest, quia prior inuestitura recipit conditionem tacitam,si iustè fuerit recepta,& si de iure petitor inuestiendus erat, vt superius est dictum. Vlti-
17 mum quoque obiectum cadit dum†dicitur, ꝙ committit falsum quicunque eandem rem concedit in feudum duobus.l.qui duobus.ff.ad l.Corn. de fal. quia non duobus, sed vni tantum cum effectu feudum concessum fuit, vt superius est demonstratum. His sic actis & disputatis in Senatu nostro,ego adduxi decisionem Spec.in terminis in §.quo-
18 niam ver.27.circ.medium de feudis,vbi inquit,ꝙ†sicut bonorum possessio decretalis,non tribuit ius, nisi sub cõditione,scilicet,si ius habet is,qui eam fecit sibi decerni,ita & in homagio. Vnde si veniat aliquis,qui sit proximior, & talis, qui possit in feudum succedere,receptio, quam feci de primo,non præiudicat postea venienti,quia sub cõditione primum videor recepisse.l.filium.§.si quis contra tab.bonorũ possessionem.ff.de lega.præstan.ideò in curia Franciæ semper recipiuntur fidelitates & homagia saluo alterius iure c. saluo.9.q.3.ita ibi ad literam Spec.qui videtur decidere præsentem controuersiam.Accedat.quod scribit Oldra.consi.
19 237.Perlectis & diligenter attentis in fi.vbi inquit,quod†illa verba,quæ posita fuerant in inuestitura,saluo iure Romani Imperij, & quarumcunque aliarum personarum, sunt præseruatiua iuris alteri competentis l. idem fiet circa prin. ff. de testa. tute. cũ alij pluribus iuribus ibi per eũ adductis.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum perceptio,de quorum quãtitate dubitatur, probatur per sacramentum actoris vel rei, qui melius veritatem nouit, & est legalior & in nu. 3.*
2 *Mala fides præsumitur interuenisse, quando solennitas in actu fuit omissa,& ordo debitus non seruatus.*
4 *Fructus percepti probantur per testes, qui perceptioni interfuerunt,percipiendi vero per coniecturas.*
5 *Locuplex semel vel pauper non præsumitur hodie de necessitate talis.*
6 *Diminutio facultatũ & augmẽtatio facile obuenire solet.*
7 *Fructuum perceptorum quantitas, vbi per actorẽ non probetur, poterit per iudicem declarari.*

CONSILIVM. 510.



VVM vniuersitas Ticinen: existentibus adhuc bellis peteret collectas à Francisco Suardo,nec solueret,executionem, fecit Syndicus pro asserto collectaram debito, in prædijs d. Francisci. Veruntamen quia in subhastationibus prædiorũ non fuit seruatus debitus ordo, fuit condennatus Syndicus ad restitutionem prædiorum vna cũ fructibus iuxta text.in l. 1.C.de fid. instr. & iur.hast.fisca.li. 10.quærebatur qualiter liquidatio fructuum fieri debeat. Ipse nanque Franciscus pro liquidatione d.fructuum exhibuit instrumenta veterum locationũ factarũ de præfatis prędijs, ex quibus colligi videbatur reditus prædiorum.Istam quæstionem de liquidatione fructuum perceptorum tangunt Doct. in varijs locis, & primo adducitur gloss. in §.si vero lucra aliàs in §.quia igitur hæc matrimonia in verbo iureiurando in Authen.de nupt.quæ vult,
1 ꝙ † perceptio fructuum, de quorum quantitate dubitatur, probetur per sacramentum actoris vel rei, qui melius nouit veritatem & est legalior,quàm gl.sequitur Bal.in c.grauis col. 1.de resti.spolia.dicens non esse alibi,vbi tamen dicit,ꝙ in illo tex. iuratur super fructibus per actorem, quia reus erat in dolo,sed si reus non esset in dolo, deferetur sacramẽtum reo,qui melius nouit veritatem, ex quo colligitur,ꝙ d.Syndicus non petit iuridicè sibi sacramentum deferri,quum melius nouerit veritatem,attento, ꝙ fuit in do
2 lo,nam mala fides præsumitur interuenisse†quando solennitas fuit omissa,& ordo debitus non seruatus, vt est glo.in terminis in d.l. 1.C.de fid.instru.& iure hast.fis.lib. 10.in verbo mala fide,quam glo.no.ibi Bar.in fi.& ibi etiam dicit in secunda oppo.quòd in casu illius l. titulus habetur pro non titulo, ideo reus tenetur etiam de fructibus percipiendis. l.
3 nec vlla.§.1.ff.de petit.hered.Vlteriùs,ꝙ super†quantitate perceptorum fructuum stetur iuramento actoris vel rei,& ei sit deferendum,qui melius veritatẽ nouit, & sit legalior, vult Ang.reputans menti tenendum in l.si nauis circa fi.C. de rei vendi.per glo.in d.§. si vero lucra, quam gl. sequitur etiam Floria.& ibi Ias.in l. apud Iulianum. §. fructus. ff. de lega.1.Mouet etiam quæstionem Bal. in l.1. circa fin.C.de fruct.& lit.expen.quærit enim ibi Bald.qualiter probentur
4 fructus†& respõdet per testes,qui interfuerũt perceptioni, & hoc de perceptis: percipiendi autem probantur per cõiecturas,sicut interesse futuri lucri.l.3.§.fina. ff. de eo quod cer.loc.Addit præterea,ꝙ fructus probantur per testes, & per proximas cõiecturas, idest illius anni quo fructus percipiuntur,& per reditus vicinorum, qui possidẽt terras eiusdem qualitatis,sed per remotas coniecturas,puta veterum annorum non probantur reditus præsentis anni secũdum Iac.Butri.in l. si fundum.C.de rei vendi.& cum Bal.transit ibi per omnia Salic. in fin. Circa tamen hunc vltimum casum est aduertendum,quia Bal.in d.l.si fundum in fi. C. de rei vend.refert plenius dictum Iac.de Are.ibi, nam quærit ibi Iac. de Are. quando petuntur fructus,quomodo probetur fructuum perceptio, & refert dicere quosdam, quòd probatur hoc modo,videlicet,quia ager fuit cultus,& tantum cõsueuit de reditu præstare,arg.tex.in l. si fundum per fideico.ff.de leg.1.& l.si fundum.ff.de reb.eor.sed dicit Iac. de Are. ꝙ licèt de consuetudine hæc probatio admittatur in quibusdam regionibus,tamen ipse putat hanc probationem non sufficere, licèt faciat quandam præsumptionem, quia non infertur necessario,fructificauit tantum ager alijs annis,ergo & isto anno,quia fructificatio agri non est vniformis, ideò debet clarè probari, ꝙ possidens tantum de fructibus receperit,& hoc Bald. ibi dicit se credere verum esse,subdit tamẽ ꝙ pòterit Iudex, vt suppleat defectũ probationis, ex quo habet probabiles coniecturas deferre sacramentum actori iuxta no.per Gulliel.in l.si duo patroni. ff. de iureiur. & sumpto argu. à communiter accidentibus per not.in l.neque natales.C.de probat.Ange.vero in d.l.si fundum in fi.improbat in alio Iac.de Aret.qui dicebat articulandum,& probandum esse de fundi pinguedine,& pariter de bonitate.Sed Ang. hoc non probat,ex quo possessor non tenetur nisi ad fructus perceptos, & possibile est fundũ esse valoris maximi,& nullos fructus esse recollectos,& ideò approbat ipse magis practicam, quæ solet esse in vsu, videlicet, ꝙ ager annis præteritis consueuit tantum de fructibus respondere.Reperio,ꝙ opin. Iaco. de Are. sequitur Alex.in consi.72.Inpecto diligenter processu circa fin. lib. 1.per id,quod Bart.dicit in l.confirmando.ff.de confir. tut.
5 vbi per illum tex.inquit,ꝙ † semel diues,vel pauper nõ præ
6 sumitur hodie de necessitate talis,quia† diminutio & facultatum augumentatio facile obuenire solet sequitur etiam Fel.in c.ad aures col. fi. de rescri. Inuenio etiam quod Are. in §.omnium col.antepen. versi. tu adde, quòd postea In-
7 stitu.de actio.dicit,ꝙ licèt†actor non probet quantitatem fructuum perceptorum, tamen iudex poterit eam ex officio declarare per no.per Barto. in l.si quod ex Pamphilia in fin.& ibi Ange.ff.de lega.2.& per tex.in l.semper. §. in hoc interdicto,& quod ibi no.Barto.ff. quod vi aut clàm,quod

etiam voluit Bald.consi.323. Proponitur, ꝙ dominus versus fin.lib.2.vbi inquit, ꝙ super fructibus non liquidatis, iudex inspecta qualitate personarum, & loci poterit deferre sacramentum actori, & hoc contingit secũdum eum propter probationis difficultatem, allegat tex.in d.l.semper. §. in hoc interdicto & no.per gl.in §.pen.Insti.de verb. obliga.dicit etiam Ang.in l.si hominem, quæ est.l.pen. ff. de rei vendi.illum tex.præbere optimum argu. ꝙ qui non potest probare plenè quot fructus fuerunt percipiendi, potest petere, vt æstimentur arbitrio boni viri considerata qualitate rei, & hoc est quotidianum secundum eum, qui etiã ad hoc allegat no.in simili per Cin.in l.vnic.C.de sent.quæ pro eo, & ita in practica sepenumero seruari vidi, & seruaui ipse in magistratibus. Non omitto.quod Corn.consi.301. In presenti consultatione in fin.lib.3.approbat, ꝙ fiant articuli, ꝙ ex prædijs eiusdem qualitatis in locis circunstantibus & vicinis tot fructus percepti fuerunt, nihil tamen allegat.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo tanti temporis cuius initij memoria hominis nõ existit, vim concessionis, & priuilegij obtinet.*

2 *Priuilegium concessum subdito potest sine causa reuocari, Amplia vt nu. 3.*

4 *Priuilegium, vt & precarium, est reuocabile, etiam si pactum fuerit interpositum, de ipso reuocando.*

5 *Actus, vbi de natura sua est reuocabilis, reuocandi facultas tunc per contrahentem tolli non potest.*

6 *Consuetudo longi tẽporis habet vim pacti & conuentionis.*

7 *Princeps aliquid priuato concedens titulo lucratiuo, quod ad eius officium pertinet, non adeò ligatur, quin concessionem reuocare possit.*

8 *Priuilegium tunc fit irreuocabile, vbi propter eius concessionem adsit datio, vel factũ aliquod ipsi priuilegio commensurabile.*

9 *Contractus appellatione propriè sumendo, non veniunt nisi quæ sunt vltro citroq; obligatoria.*

10 *Regalia, et alia impræscriptibilia, per tempus immemoriale præscribi possunt.*

11 *Princeps de plenitudine potestatis ius præscriptione quæsitum tollere potest.*

12 *Princeps ius quæsitum ex sententia tollere potest.*

13 *Princeps sub verbis generalibus non intelligitur tollere ius præscriptione quæsitum.*

14 *Princeps omnem consuetudinem tollere potest, & facta habere pro infectis, vt num. 17.*

15 *Titulus onerosus probari potest, per vsus lõgi temporis vel longissimi allegationem.*

16 *Titulus onerosus præsumptus, ex vsu temporis allegari non debet, nisi quis sciat se illud vere habere.*

18 *Probatio facta ex longeua consuetudine non valet contra Principem.*

19 *Precarium ex sola concedentis voluntate potest reuocari, & vllo tempore præscribi non potest.*

CONSILIVM. ŞII.



NIVERSITAS Pontisturiæ allegat se esse in possessione, seu quasi exercendi nũdinas, & ita exercuisse in eius oppido per tantum tempus cuius initij nõ extat memoria hominis in contrarium. Dubitatur vtrum id ius nundinãdi auferri eis possit per Principes nulla alia allata causa, nisi quia ita placet Principi, & quod
1 possit adducitur, quia† licèt consuetudo tanti temporis, cuius initij non extet memoria in contrariũ, habeat vim concessionis, & priuilegij, centesima distinc.c. contra morem. ca.super quibusdam. §.præterea de verb.signi.l.hoc iure.§. ductus aquæ.ff.de aqua quotid.& æsti.Bal.in c.1.col.1.quæ
2 sint rega.sed † priuilegium concessum subdito sine causa reuocari potest, & sufficit tunc pro ratione voluntas, glo. fin. in c.decet de regu.iur.in 6.& in cap. constitutus in verbo à quocunque de relig.dom.Ange.in l. Antiochensium. ff. de priuil.cred.Bald.in l.qui se patris colum.8.versi.& hoc scias
3 C.vn.lib. vbi dicit speciale esse in Principe, ꝙ priuilegium suum, ex quo ius alteri fuerat quęsitũ, possit sine causa reuocare, per tex.in l.qui fundos.C.de omni agr. des. lib. 11. Idẽ tenet Inno.in cap.in nostra per illum tex.de iniur. Anto.de Butr.& Card. in cap.nouit de iud.& ibi sequutus eos Abb. dicit, quòd priuilegium habens actum successiuum potest reuocari saltem quo ad actus futuros, & ratio prædictorum videtur esse, quia priuilegium stans in finibus meri priuilegij, idest in vim gratiæ, habetur, quo ad subditum, vt lex.& lex non ligat concedentem.l.Princeps.ff. de ll. l.pen. ff.de arb. glo.in cap.1.in verbo ab omnibus & ibi Scriben. de constitutio. concordat cum prædictis Paulus de Castr. in l.rescripta.C.de precib.Imper.offe.vbi distinguendo dicit, quòd in his, quæ Princeps concesit, licet ius esset alteri quæsitum, tamen si ille esset subditos, sicut Princeps concesit, ita & auferre potest, sicut patet ex priuilegijs, ex quibus acquiritur ius eis, quibus concessa sunt, & tamen concedens potest auferre si concesit, vt Princeps, & per modum priuilegij, secus si vt priuatus, & per viam contractus, & eadem scribit etiam idem Paul.de Castr.in l.digna vox. C.de ll.& illam etiam differentiam, an Princeps concedat aliquid subdito titulo lucratiuo, vt Princeps, an vt priuatus, & super re sua priuata sentit Areti. in capitu. 1. & ibi latius Moder.de probat. Accedat ad corroborationem id, quod Bar.scribit in l.hostes.q.1.ff. de captiuis, vbi inquit, quòd si aliqui asserant habere libertatem ex priuilegio à Romano Imperio, videntur ab eo precario quodam modo tenere, & posset priuilegium illud reuocare quando vellet, quum ei liceat mutare voluntatem, vt.l.si quis in prin.testamenti. ff.de leg.3.Ponderandum est, quòd Bar.vult, ꝙ quicunque
4 tenet aliquid ex priuilegio, videtur illud precario tenere: ex quo infero, quòd illa pollicitatio, quam fecit Illustrissimus quon. Marchio Gullielmus de non reuocando suum priuilegium, quod concesserat d.hominibus Pontisturiæ super facto nundinarum non tenet, sicut etiam non tenet promissio de non reuocando precarium, tãquam facta contra substantiam ipsius contractus. l. cum precario. ff. de preca. nemo enim potest sibi legem imponere, à qua non liceat discedere d.l.si quis in prin.testam.quam Barto. allegat, &
5 hoc procedit generaliter, quod in actu †de sui natura reuocabili, non potest sibi quis abdicare facultatem reuocandi, ideò non valet conuentio de non reuocando procuratorẽ, vt Bar.dicit in d.l.cum precario & no.per glo.in cap. fin. de procu. in 6. non potest etiam se quis obligare ad non mutandum electionem sepulturæ vt not.Ioan. Andr. post Io. Mona.in cap.1.de sepul. in 6. & ibi Petr. de Ancha. 4. not. plura similia congerit Feli.in cap.si diligenti col. 10. versic. nono fallit, de foro compe. Similiter patet ex his responsio
6 si diceretur, quòd consuetudo tanti temporis habet vim pacti & conuentionis.l.1.§.fi.de aqua quot.& æsti.dum ibi dicitur vetustatem vicem legis obtinere, accipiẽdo illud verbum legis pro pacto.prout accipitur.l.legem.C.de pac.Secundum Cin.ibi & in l.1.§.si conuenerit.ff.depo.& in cap. contractus de reg.iu.in 6.& licèt Princeps non ligetur lege legis, ligatur tamen lege conuentionis, vt Bald.dicit in l.1. circa prin.ff.de constitu. Prin. nam ad prædicta respondetur,
7 ꝙ† quando Princeps concedit aliquid priuato spectans ad Principis officium titulo lucratiuo, tũc Princeps eo non ligatur, quia id non tenet, nisi per modum priuilegij, quod non ligat concedentem, & sui natura est reuocabile, & iste est casus, in quo Princeps non ligatur ex suo cõsensu, & potest ius quæsitum alteri ex sua acceptatione quæsitum reuocare, omne enim priuilegium vbi acceptatur valet in vim pacti, quia concurrit consensus in eo, & concedẽtis, & eius, cui con-

cui conceditur, & pactum nihil aliud est, quàm duorũ pluriumúe in idem placitum & consensus, vt inquit iuriscõ. in l. 1. in prin. ff. de pac. vnde sicut si expresse concessisset Princeps vniuersitati isti ius nundinarum, posset istud suum consensum & placitum reuocare, ita debet posse vbi tacita intercessit pactio, ne plus habeat tacitum, quàm expressum
8 l. qui ad certum. ff. loca. Dicetur autem † priuilegium trãsire in contractum irreuocabilem, vbi adesset propter eius concessionem datio, vel factum aliquod commensurabile ipsi
9 priuilegio, vt Doct. dicunt in locis præallegatis, nam † appellatione contractus propriè sumendo, non venit, nisi is, qui est vltro citroq; obligatorius. l. Labeo, la secunda. ff. de verb. signi. Sed in hac nundinarũ concessione siue expressa sit, siue tacita nihil adest Principi, vnde quod gratis dedit, gratis auferre potest, quia omnis res per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur cap. 1. de regu. iur. & eius est tollere, cuius est condere. l. fin. C. de ll. Non obstat etiam, dum pro parte vniuersitatis allegatur, ꝙ per tantum tempus, cuius contrarij non extat memoria præscripsit id ius exercen
10 di quotannis nundinas, quia † per tantum tempus regalia quoq;, & quæ aliàs essent impræscriptibilia, præscribi possunt, ca. 1. in fin. de præscrip. in 6. c. super quibusdam. §. præterea de verbo. signi. tradit Bald. in cap. 1. colum. 1. quæ sint rega. Salic. in l. vectigalia. C. vect. no. inst. non pos. Abb. in ca. cum à nobis de præscri. cum similibus, est enim vniuersitas capax istius iuris incorporalis exercendi nũdinas, non sicut res sacra, liber homo, viæ publicę, quę non sunt in hominum commercio, ideò nequeunt præscribi. l. vsucapionem. ff. de vsucap. l. viam. ff. de via publ. Bal. & Ang. in l. omnes, in fi. C. de præscri. 30. anno. Nam respondetur non negando præscriptionem inductam fuisse, vel induci posse,
11 veruntamen affirmamus, † ꝙ ius præscriptione quæsitum Princeps de plenitudine potestatis auferre potest, quũ præscriptio sit de iure ciuili inducta, cui Princeps derogare potest, & ita Ange. scribit in l. Lucius. ff. de euict. & Alber. de Rosa. post Odofre. in l. quotiens colu. pen. versi. item quærit. C. de prec. Imp. offe. & insignis Doc. mode. Philip. Dec. in ca. quæ in ecclesiarum colum. 11. versi. quintus casus de
12 constit. sicut pari ratione † ius ex sententia quæsitum Princeps quoque potest tollere, vt Bald. scribit in l. fin. colum. 2. versic. sed immediatè oppo. C. sent. rescin. non pos. & facit in proposito, quod Bald. scribit in addi. Spec. in tit. de iurisd. omn. iud. prope prin. vbi inquit, ꝙ potestates terrarum non habent de iure merum imperium, sed de consuetudine, & vsurpatione, sed tamen Princeps hanc pręsumptionem reuocare potest quandocunque vult, quia contra absolutam potestatem Principis præscribi non potest, & omnis consuetudo potest ab eo cassari ca. 1. de consti. in 6. l. 4. §. diuus ff. de sepul. vio. Aut. nauigia. C. de seru. fugit. vnde consuluit Alex. ꝙ quamuis per spacium temporis immemoriale ciuitas Regij pręscripsisset iurisdictionem in quodam oppido, attamen non obstante hac præscriptione potuit Imper. illud oppidum in feudum concedere Illustrissimo Duci Ferrariæ, ita inquit ipse consi. 16. In causa & lite col. pen. lib. 5. Et ꝙ Princeps posit præscriptionem iam decursam quocunque temporis spacio roboratam auferre, sentit etiã Bal. in Auth. quas actiones q. 5. C. de sacrosan. eccl. dum allegat tex. in l. præscriptio. C. de oper. publ. est bene verum, quòd
13 sub † verbis generalibus Princeps non intelligitur tollere ius ex pręscriptione quęsitũ, vnde si committat causam cognoscendam & decidendam secundum æquitatem non poterit Iudex sub hac forma datus reijcere exceptionem præscriptionis, vt Bar. scribit in extrauag. ad reprimen. in verbo videbitur circa fi. Rom. in repe. rub. de arbi. col. 1. cum alijs adductis per Fel. in rub. de præscri. col. 1. Et quia superius di
14 ctum est † Principem posse tollere omnem consuetudinem, quia est pars iuris ciuilis differens in hoc tantum à lege, quantum tacitum ab expresso. l. de quibus. ff. de ll. Addo Oldra. hoc dicentem consi. 117. Bonæ memoriæ, &c. vbi pro hoc allegat tex. in l. 3. §. diuus. ff. de sepul. vio. & in l. eos. C. de vsu. & in Aut. nauigia. C. de fur. & in Auth. omnes peregrini. C. commu. de succe. & dicit Bald. in Auth. hoc amplius colum. 3. versic. quæro, an filijs regis. C. de fideico. ꝙ Rex est lex animata in terris, ideo plus potest, quam lex cõmunis vel consuetudo, & dicit Bald. consi. 401. Super eo, ꝙ quæritur lib. 4. ꝙ antiquissimam consuetudinem Princeps potest tollere, & latius hoc idem explicat consi. 430. Circa primum punctum in fi. eo. li. dicens Principem posse cassare & annullare quamcunque consuetudinem pro libito voluntatis cum sit maioris auctoritatis ipse, quàm cõsuetudo, nec posit absoluta Principis potestas per consuetudinem inferioris refrenari, quia inferior in superiorẽ nihil potest. l. nam magistratus. ff. de arbit. Non obstat dum dicitur, quod vniuersitas Pontisturiæ potest allegare titulum onerosum
15 per quem exercuit d. nundinas, & † ad probationem huius tituli vult allegare vsum longi vel lõgissimi temporis sicut potest. l. cum de in rem verso & ibi gl. & Bar. ff. de vsu. gl. in l. 1. §. denique in verbo quandiu, & ibi Bar. ff. de aqua plu. arcen. & gl. & alij in l. seruitutes prædiorum. ff. de seruit. & ita se habet communis opin. non solum in faciente, sed etiam patiente, vt patet ex not. per Alex. in l. si certis annis colum. fi. C. de pact. & consi. 69. Circa primum dubium videretur colum. 2. lib. 5. Nam respondetur prædictis dupliciter. Primò, quia hactenus d. vniuersitas nullum allegat titulũ, sed dicit, quod allegare posset titulum onerosum, & fortasse nõ
16 allegat, quia talis † titulus pręsumptus ex vsu temporis allegari nõ debet, nisi quis sciat se illud habere, & in probatione deficeret, nã potest tunc pro probatione tituli adducere vsum longi temporis, aliàs allegãs titulũ, qui verè non subest, facit contra conscientiam, si fingat, vt Alex. scribit in
17 præallegato consi. 69. Secundò respondetur, ꝙ † quũ Princeps abolere posit omnem vsum omnemq; consuetudinẽ & facta habere pro infectis Cle. 1. & ibi gl. de immu. eccle. & superius latè est dictum, nõ potest probari aliquis titulus vigore consuetudinis abolitę, nam sublato principali, tollitur accessorium. l. non dubium. C. de ll. l. cum principalis. ff. de reg. iur. l. in his. ff. de solu. & remota causa remouetur effectus, c. cum cessante de appell. c. magnæ in fi. de vot. Item
18 cum † hæc probatio, quæ fit ex longeua consuetudine non sit de iure naturali sed de iure positiuo inducta, non potest valere contra Principem, qui est supra omne ius positiuum c. proposuit de concess. præben. si autem per veras probationes doceretur de titulo oneroso, tunc proculdubio Princeps teneretur illud seruare c. 1. de proba. Concludendo igitur dicendum est, ꝙ præfata vniuersitas obtinere non possit, siue velit se fundare ex priuilegio expresso vel tacito, siue ex consuetudine immemoriali, siue ex allegatione alicuius tituli, quem ex vsu antiquissimo probare velint. Sed adhuc clarius excluditur, quia presupponitur in facto, quòd ipsa vniuersitas quotannis solebat petere licentiam exercendi nundinas ab Illustrissimis Principibus, & sic videbãtur
19 illud ius ab illis habere precario, ꝙ sanè † precarium notissimum est ex sola concedentis voluntate reuocari. l. 1. & l. cum precario. ff. de preca. nec posse vllo tempore pręscribi. l. male agitur. C. de præscrip. 30. annorum.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio, statuta & consuetudines omnes sunt in potestate Principis, & ab eo possunt infringi, remoueri, & transferri.*
2 *Præscribere nunquam potest, qui precario possidet.*
3 *Princeps præscriptionem centum annorum tollere potest, & omnes alias præscriptiones vt nu. 6.*
4 *Iurisdictio omnis est apud Principem, & ab eo in cæteros demanat, nec vnquam præscribi potest.*
5 *Nundinæ præcipuæ & solennes non possunt fieri sine Principis auctoritate, & priuilegio.*
7 *Consuetudo omnis, & præscriptio per Principẽ tolli potest.*
8 *Præscriptio centenaria est de iure ciuili, & non naturali.*
9 *Priuilegio Principis cõcedi potest alicui, ne ei currat præscriptio*

scriptio centenaria cum clausula non obstante.

10 *Præscriptio est ius quoddam ex tempore congruens, auctoritate legum vim capiens, pœnam negligentibus inferens, & litibus finem imponens.*

11 *Consuetudo est de iure ciuili.*

12 *Consuetudo & præscriptio immemorialis æquiparatur priuilegio à Principe concesso, quod tollere potest.*

13 *Consensus expressus potentior est tacito.*

14 *Princeps pactis & conuentionibus obligatur.*

15 *Principis concessio transiens in vim contractus, veluti si datum vel factum quid sit concedenti ex parte eius, cui conceditur, fit irreuocabilis, aliàs secus vt nu. 22.*

16 *Princeps ius quæsitum de iure gentium tollere non potest.*

17 *Princeps, quod concedit, vt Princeps potest quandocunque & ad libitum reuocare.*

18 *Ciuitas, quod concedit alicui ciui per statutum, potest illud quandocunque reuocare.*

19 *Princeps de honestatis plenitudine, tenetur suas concessiones firmas habere & prędecessorum suorum fidē seruare.*

20 *Donatio facta à Principe non potest ab eo, nec ab eius successore, reuocari, nisi fuerit in magnam Imperij diminutionem, & sub nu. 23.*

21 *Dominium, vbi translatum est alicui per Principis concessionem, quum sit de iure gentium, fit irreuocabile, nisi subsit legitima causa.*

23 *Dominium rei suę Princeps nulli auferre potest, nisi ex causa publicæ vtilitatis, & tunc tenetur illum de pretio restaurare.*

24 *Priuilegium momētaneū & successiuum quomodo differāt.*

25 *Priuilegium concessum non subdito, fit irreuocabile.*

26 *Consuetudo priuilegiata fungitur vice Principis.*

27 *Priuilegia sicut per rebellionem contra Principem perduntur, ita & consuetudines priuilegiatæ.*

28 *Tituli initium apparere non potest, vbi de eo hominis memoria non extat.*

29 *Causa antiquissimæ vetustatis non est quærenda, nec haberi potest in his, quæ præsentem hominum ætatem excesserūt.*

30 *Memoria oritur & moritur sicut & homo.*

31 *Actus quilibet potius fieri pręsumitur ex causa naturali veluti potentiore, quàm accidentali.*

32 *Tempus non est modus inducendæ obligationis.*

33 *Solennitas extrinseca, quę in facto consistit nō pręsumitur.*

De eadem materia. Cons. 512.



VIT aliàs dictum quod Principes Illustrissimi possunt de potestatis plenitudine ius nundinādi quęsitum illis de Pontisturia ex præscriptione centenaria auferre: iuribus ac rationibus plurimis ad huius conclusionis comprobationem deductis. Nunc pro parte d. vniuersitatis adducuntur plurima, quæ arbitror præmissæ conclusioni non obstare. Et in primis dum in Principis fauorem allegabatur Alexan. consi. 16. In causa & lite col. pen. versic. & potuit Imperator lib. 5. dicitur Alex. non loqui in terminis, quia loquitur in iurisdictione villæ, quæ solo cursu temporis ciuitati quæsita est, vt alij à Principe concedi possit, quod procedit, quia sicuti Principi ciuitas subest, ita & villa, vnde potestatem separandi villam à ciuitate habet, quum in potestate Principis iurisdictio tota sit:
1 precario enim à Principe † est iurisdictio, ideò omnia statuta, & consuetudines in potestate sunt Principis, vt Bald. dicit consil. 388. Si Princeps lib. 4. & ita etiam Bar. loquitur, quem Alexand. adducit, in l. hostes. ff. de capti. In iurisdictione etiam magistratuum Bal. loquitur per Alex. adductus in addi. Spec. in tit. de iurisdict. omni. iud. Quam sanè iurisdictionem velut scabellum pedum suorum potest Princeps infringere, remouere, & transferre, vt Bald. asserit consi. 323. Ad intelligentiam sequendorum colum. 1. lib. 1. & consi. 251. Sententia, quam tulimus col. 1. lib. 5. vnde iurisdictione reuocabili & precaria, non rectè ad alia argumentum trahitur. Hæc sunt verba scribentis pro communitate, quæ non tollunt obiectum; Nam Alexan. in d. consi. 16. non loquitur in eo, qui ex priuilegio Imperatoris speciali habet iurisdictionem, quo casu videtur ipsam precario possidere, sed loquitur in ciuitate Regij, quæ præscripserat iurisdictionem in quadam villa spacio annorum cen-
2 tum, & sic eam non habebat precario, nam † qui precario possidet nunquàm præscribit l. male agitur. C. de præscri. 30. anno. & vult ibi Alexan. quòd Imperator de potestatis plenitudine potuerit d. villam alijs in feudum concedere,
3 & sic patet. quòd † Imperator præscriptionem centum annorum possit tollere, & ante Alexand. in similibus terminis consuluit Bald. in consil. 300. Ad euidentiam præmitto vers. fi. li. 5. quod consilium superius quoque est allegatum: nam in casu suo ciuitas Parmensis pariter obtinebat in quibusdam villis iurisdictionem ex præscriptione tanti temporis, cuius contrarij memoria non extabat. Postmodum Imperator ex certa scientia & de potestatis plenitudine ciuitati Parmæ ademit eam iurisdictionem & districtum, & concessit eam quibusdam nobilibus, concludit ibi Bal. Imperatorem id facere potuisse, & mouetur inter cætera, quo-
4 niam † omnis iurisdictio est apud Principem, & ab eo in cæteros demanat, & ea, quæ reseruata sunt Principi in signum supremi dominij à nullo inferiore præscribi possunt l. competit. C. de prescrip. 30. anno. Nec aliquid facit, quod prędictę decisiones loquantur in iurisdictione, quia eadem ratio in nundinis, nam sicut iurisdictio pendet à Principe ita etiam pendent nundinæ. l. 1. C. eodem titu. vbi Bald.
5 & Salic. dicunt, quòd † nundinæ præcipuæ & solennes, non possunt fieri sine priuilegio & auctoritate Principis. Ex his infertur, quòd non bene etiam respondetur ad decis. Bal. in addi. Spec. in tit. de iurisd. omn. iud. propè prin. dum vult, vt aliàs retuli, quòd potestates terrarum non habent de iure merum Imperium, sed de consuetudine, & vsurpatione, sed tamen Princeps hanc præscriptionem reuocare potest, quandocunque vult, quia contra absolutam
6 potestatem Principis præscribi non potest, & † omnis præscriptio potest ab eo cassari cap. 1. de constit. in 6. l. 4. §. diuus. ff. de sepul. vio. Auth. nauigia. C. de seru. fug. nam licèt Bal. loquatur ibi in iurisdictione, tamen rationes, quas adducit sunt generales, & militant etiam in nundinis pręscriptione quæsitis, dum dicit, quòd omnis præscriptio à Principe cassari potest, ponderandum est dum Bal. dicit, quòd omnis præscriptio à Principe cassari potest, qui enim omne dicit nihil excludit. l. Iulianus. ff. de lega. 3. Item adducit Bal. aliam rationem dicens, quòd contra absolutam potestatem Principis pręscribi non potest, pręscriberetur enim si non posset reuocari, vt declarat idem Bal. in ca. sicut. in vlt. col. 2. de iureiu. dum inquit, quòd si aliqui populi essent liberi per patiētiam Imperatoris, vel speciale priuilegium, quod possent alij successores reuocare secundū Bar. & subdit ibi, q irreuocabilitas non posset præscribi contra supremam potestatē Imperatoris, quia est absoluta in terris po-
7 testas. Vlteriùs, † quòd omnem consuetudinem & pręscriptionem possit Princeps tollere, plures inductæ sunt auctoritates in prioribus scriptis, nec ad eas vlla datur responsio, & licèt Bal. in l. Imperium. q. 8. ff. de iurisdi. omn. iud. dicat per superiorem tolli non posse præscriptionem, sed consuetudinem sic, & sequitur ibi Ioan. Bapt. de S. Seue. q. 15. tamen dicendum est, quòd male loquitur, vel loquitur de po-
8 testate ordinaria. Præterea † præscriptio centenaria est de iure ciuili, quod Princeps tollere potest c. proposuit de con cess. pręb. Quod autem præscriptio centenaria sit iuris ciuilis ostenditur, quia statuto tolli potest, vbi de ea specialis fit mentio, potest enim statuto induci, vt in aliquibus casibus nulla currat etiam centenaria præscriptio, vt Philip.

Deci. scribit consil. 496. In causa domini operarij &c.per id, quod Ang. no.per glo. ibi in Auth. vt de cætero non fi. com.re. ecclesia.in §.de cætero,& Bald.& Ange.in l. 1. C. ne rei dom. vel templ.& in l. 1.colum.2.C.de anna.excep. & l.omnes in fin.C.de præscr. 30.anno.Abb.in cap.fi. col. 6. versicu. quæro quid si statuto de præscriptio. Similiter
9 † priuilegio Principis concedi potest, vt alicui non currat præscriptio etiam centenaria cum clausula non obstante,vt Bar.dicit & Bal.& ibi Moder.in Auth.quas actiones.C.de sacro san.eccle. quorum nihil fieri posset si naturali ratione præscriptio esset inducta, quia naturalia iura sunt immutabilia.§.sed naturalia Inst.de iu.nat.gen. & ciu. & generaliter, quælibet præscriptio est de iure ciuili, vt patet ex eius diffinitione,quam ponit Io.And. in cap. possessor de regu.
10 iur.in 6. vbi inquit, † quòd præscriptio est ius quoddam ex tempore congruens,auctoritate legum vim capiens,pœnã negligentibus inferens, & litibus finem imponens, sequitur Abb.in rub.de præscrip.& dicit Bald.in repet.l.1.col.3. C.de emanc.lib.quod si ius ciuile non esset, præscriptiones non essent,quæ introductæ sunt,vt esset litium finis.l. fi. ff. pro suo, & eodem modo dicendum est de consuetudine, quia consuetudo est ius non scriptum iuris ciuilis pars, quæ ex altera parte,& secũdum diuisionem opponitur iuri scripto §.constat autem & §.ex nõ scripto Instit.de iu.na.gen.
11 & ciu.Si ergo † de iure ciuili sunt vtraque,sequitur,vt Princeps de potestatis plenitudine auferre posit. Præterea di-
12 cit Bal.in cap.1.column.1. quæ sint rega. quod † præscriptio seu consuetudo tanti temporis, cuius initij non extat memoria in contrariũ æquiparatur priuilegio concesso à Principe ex certa sciẽtia, allegat tex.in cap. super quibusdam §. præterea de uerb. sign.vbi glo. hoc dicit in verbo memoria.Idem dicit glo.in cap. conquestus in verbo consuetudo 9.q.3.& in cap.seruitium.18.q.2.Spec.in §.quia vero, ver. quid de colligentibus de cau.posse.& propr.& Ang.in vulga.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aq.quot.& æsti.per illum tex.Alex.consi.6.Viso themate in prin.lib.1. & Doc. vbique. Sed priuilegium expresè concessum potest Princeps reuocare,ergo & hanc centenariam præscriptionem, quæ vicem tenet priuilegij, & ei æquiparatur,ne plus habeat tacitum, quàm expressum.l.qui ad certum.ff.loca.glo.in l.itẽ quia in verbo illata.ff.de pac.Nec aliquid facit,quod ex aduerso dicitur,quòd tacitus consensus fortius operatur, quã expressus,allegatur Abb. in cap.dilecti.3.not.de fo. comp. quem Alex.sequitur consi. 89. Omissis non necessarijs circa fin.lib.7.Item adducitur quod scribit Bal.in l. 1. 27. oppo.C.qui adm.& Bal.in l.3.in prin.C.de iur.& fac. igno. & quod tradit Dec.in c.clerici col.pen.de iudic.Soc.in l.1.col. 30.versicu.secundo limita.ff. de vulg. & pupil.quia respondeo,quòd in casibus, in quibus loquuntur præfati Doc. lex improbat expressum cõsensum,tacitum autem permittit,
13 & fouet.regulariter † autem fortior est expressus consensus,quàm tacitus vt Abb. dicit in d.cap.dilecti, & ostenditur satis ratione euidenti,quia expressus est consensus, verus est consensus,tacitus autem est præsumptus,l.cum quid ibi pro cauto habendum est,& id agi intelligitur. ff. si cert. pet. & in casu isto nescio videre si expressum priuilegium reuocare potest,cur non posit tacitum,& ad hoc considerandus est tex.in d.l.hoc iure.§.ductus aquę,vbi dicitur formaliter,ductus aquæ,cuius origo memoriam excesserit iure constituti loco habetur,ergo non est vera concesio,sed loco concessionis habetur,& dicitur etiam in l.1.§.fi. ff. de aq.plu.arc.uetustatem legis vicem habere,& fortius est talem esse,quàm pro tali haberi,vt patet ex not.per Bar. in l. si maritus. §.legis Iuliæ.ff.de adult. Ex prædictis colligitur
14 responsio,ad id,quod objicitur † Principem pactis & conuentionibus obligari.l.donationes,quas diuus. C. de do. in ui.& vx.ca.1.de proba.ca.1.de nat.feu.vbi Bald.not. & idẽ Bald.dicit in l.Princeps ff.de ll.& in l.1.in prin. ff. de consti. princ. & in l.fin.in fin.C.de transac.Roma.consi. 252. Pro decisione propositæ consultationis. 2.dub.cum alijs pluribus adductis per Ias.in l.1.in 1.not.ff.de pac. quia ad ista respondetur,quòd vbi Princeps concedit aliquid subdito,ita quòd ei non est quæsitum aliquod ius de iure gentium, vt in concessione immunitatis,tunc Princeps potest reuocare, quia stat in finibus priuilegij id est priuatæ legis, & lex non ligat concedentem,& hoc intelligitur, nisi huiusmodi
15 concessio † transisset in contractum,quia tunc Princeps sine iusta causa reuocare non posset. Intelligitur autem transire in contractum, vbi adest aliquid datum vel factum cõcedenti ex parte eius,cui conceditur. Ita declarat Aret. ibi post alios in cap.nouit de iudi.& in cap.1.col. 2. de constitut.& fuit ante cum decisio Bald.in l.qui patris col.8. versi. hoc scias C. un. libe. Vnde si Princeps potest reuocare concessionem immunitatum sine causa, quia ei, cui concedi-
16 tur,nullum † ius de iuregentium quæsitum fuit non video cur pari ratione non posit reuocare concessionem nundinarum, quum de iure gentium d. vniuersitati nullum ius fuerit quæsitum,& si vult d.vniuersitas dicere,quòd pro d. concessione nũdinarum dedit aliquid Principi,ipsa necesse habet ostendere:nam hactenus fundat se tantum in præscriptione centenaria, & quicũque allegat præscriptionem centenariam,non fundat se in aliqua datione vel facto, sed tantum in temporis cursu:per quod ius illud exercuit,constat autem de negligentia seu patientia Principis per annos centum,per quos passus est homines d.vniuersitatis exercere nundinas:sed quòd ex d.exercitio nundinarum, & quodammodo tacita concessione Princeps ab eis aliquid tulerit,non constat,& facta non præsumuntur,nisi probentur, l.in bello §. facta. ff.de capt. Accedat, quod scribit Pau. de Castr.in l. rescripta. C. de prec. Imp. offer. vbi vult, quod
17 † quando Princeps concedit aliquid,vt Princeps, illud ad libitum posit reuocare,quia illud est priuilegium,secus si cõcedit,vt priuatus,& per viam contractus,sed in casu nostro posito,quod elapso tanto tempore,cuius origo excedit hominis memoriam,fingatur concesisse nundinas,illas concesit,vt Princeps,quia nullus alius eas potest concedere,ergo potest reuocare etiam,quòd eis esset ius quesitum, quia d.concesio,cum sit facta subdito,habet se in modum priuilegij,ad quod etiam facit id,quod scribit Ang.in l.Antio
18 chensium.ff.de priu. cred.vbi inquit,quòd † si ciuitas concedit aliquid ciui suo per statutum potest illud quandocunque reuocare,& iusta causa reuocandi est, quia ipsa cõcessit; nam sicut concesit,ita tollere potest vt Inno.not.in ca. quæ in ecclesiarum de constit.hinc etiam datur responsio ad id, quod dicitur Principem vti iure communi in contractibus,& haberi tunc vt priuatum, quia prædicta non procedunt,vbi vt Princeps concedit priuilegia, & licet priuilegia habeant etiam assensum Principis, vt dixi in alijs scriptis,tamen talis assensus est reuocabilis: nam vt eleganter inquit Bald.in præallegato consil. 333. Ad euidentiam se-
19 quendorum lib.1.licet † Princeps de plenitudine honestatis teneatur habere firmas concesiones suas, & nõ debeat venire contra fidem prædecessorem suorum, quia debet esse cultor & auctor iustitiæ,cap.1.§.1.de alie.feu.cap.1.de nat.feu.quia fides est de iure naturali, attamẽ si aliquot motiuum etiam leue mouet Principem, potest de plenitudine potestatis facere,quod ei libet,iux.illud antiquum,si libet licet,l.Princeps.ff.de ll.l.digna vox.C.eo.quia quãdo possunt aliqua occurrere,quæ pro bono vel malo sunt æstimanda, nullus est melior arbiter & declarator.l.mœuia.§.fin. ff. de annu.lega.& no.Cin.l.rescripta.C. de prec. Imp. offer. ipse enim est iudex iudicum,vt no.in l.nemo iudex.C.de decu. lib.10. Aestimãdum est ergo in proposito aliqua causa moueri Illustris. Principes ad reuocationem nundinarum, & leuis causa sufficit,imo sine causa id facere possunt,præsertim cum nõ habeant concessionem priuilegij expressam, sed silentem,& tacitam ex præscriptione nascentem. Non obstat,quod dicitur,quòd si Princeps posset ad libitum reuocare concessiones suas gratuitas & liberales, sequeretur quòd Princeps posset donationem quamcunque simplicẽ, cuius pretium non recepisset reuocare,cõtra quam iure est
20 cautum quia † nec Princeps donationem ab eo factam potest

potest reuocare, nec etiam eius successor, dummodò per eam non fiat magna diminutio imperij, cap. intellecto de iureiur. cap. grandi de supple. neglig. præl. in 6. Oldra. consil. 94. Eleganter, in fi. Bar. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Ang. in l. si certarum. ff. de testa. mil. quia ad hoc argu. respondetur, ex verbis Are. in d. cap. nouit, quem sequitur ibi Felin. vbi distinguendo dicit, quòd aut per
21 † Principis concessionem transfertur dominium sequuta vera traditione, vel ficta, tunc talis concessio non potest reuocari, quia dominium, quod per ipsum est translatum, est de iure gentium, quod Princeps sine iusta causa non potest auferre, vt declarat Bar. in proœm. ff. & omnes in cap. quæ in ecclesiarum de constit. aut vero non est per concessionē Principis quæsitum aliquod ius de iure gētium, sicut in priuilegio immunitatis, vel exemptionis, & statur in finibus meri priuilegij, vt quia Princeps pro eius concessione nihil recepit, & potest reuocari Aut. quia in prouincia ibi omni priuilegio cessante. C. vbi de crim. agi oport. & l. 1. & per tot. C. de immu. nem. cōced. lib. 10. hoc ante eū voluit Pau.
22 de Cast. in l. digna vox. C. de ll. vbi inquit, ꝙ quando † non per viā contractus, sed per viam gratiæ, & cōcessionis vel priuilegij aliquid concedit subditis, licet de ordinaria potestate non debeat auferre sine iusta causa, attamē de plenitudine & suprema potestate, potest eis auferre, licet ius sit eis quæsitū, quia priuilegiū semel concessum reuocare pōt ca. veniens de præscrip. Prædicta tamē dicit se intelligere quādo concessio non continebat translationem directi dominij vel vtilis, vt est concessio immunitatis, aliàs videtur ꝙ reuocare non possit sine iusta causa l. fundi. C. de fund. patri. li. 11. & l. cotem. §. agri cum ibi not. ff. de publi. & in tit.
23 de feu. sin. cul. non amitt. nam Princeps † non potest alicui auferre dominium rei suæ, nisi ex causa publicæ vtilitatis, & tunc debet ipsum restaurare de pretio, l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei uend. multo ergo minus, quando, quis ab ipso habuit dominiū, quia nō debet venire contra factum suum. Apparet ergo ex prædictis, ꝙ aliud est in donatione, aliud in cōcessione, quæ fit per viā gratiæ vel priuilegij: nā in primo casu non pōt Princeps reuocare donationē perfectam, quum sit contractus iurisgentiū. In secundo autē casu concessionem factā per viam gratiæ vel priuilegij, vbi de iure gentiū ius non est alteri quæsitum, Princeps reuocare potest sine causa, vt est in cōcessione immunitatis, & in concessione certi fori, de qua loquitur tex. in d. Aut. quia in ꝓuincia, iuncto tex. in l. heres absens in prin. ff. de iudic. & in casu nostro in cōcessione nūdinarū, hinc dixit Bal. in tit. de pac. Consta. in §. nos Romanorū in verbo criminalibus propè fin. ꝙ Princeps potestatē, quā dedit populis cōdendi statuta pōt reuocare, sequitur Fel. in d. c. nouit col. 12. versi. limita. 1. de Iudic. Hinc etiam consuluit Ias. in Illustrissimo Ducæ Sabaudiæ qui contentionem habebat cum cōmunitate Sauiliani, quòd non posset eos alienare, nec transferre in aliquem, qui non esset de domo & prosapia Sabaudiæ quod potuit hanc eius conuentionem reuocare, quia per viam priuilegij ita cōuenerat, & priuilegium erat concessum subditis, nec transiuerat in contractum, quum nihil ab eis recepisset. Ita scribit ipse consil. 56. Circa primum scilicet priuilegium lib. 1. Nec me latet, quod est dare dominium in rebus incorporalibus. l. qui vsufructum. ff. si vsufru. pet. ponit Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. 1. oppo. ff. de acq. poss. tamen impropriè est dominium, & largo modo, vt Bart. declarat in l. qui vsufructum. ff. de verbor. obliga. & in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poss. quod etiam ostenditur ex eo, quia pro iuribus incorporalibus non datur directa rei vendicatio, sed datur confessoria vel negatoria. §. æquè Insti. de actio. l. si prius vbi Barto. latè. ff. de nou. oper. nunc. capitu. cum ecclesia Sutrina de cau. poss. & propr. Illud autem videretur esse certum, quòd vbi Princeps concedit per modum priuilegij immunitatem, & forum certum, in quo, quis conueniri habeat & ius exercendi nundinas, vt fuit in casu nostro, nullum ius alteri quæsitum est de iure gentium, saltem respectu futuri & ideò Princeps reuocare potest, & istud est, quod voluit
24 Abb. in d. ca. nouit, dum facit differentiā † inter priuilegiū momentaneum, & successiuum nam priuilegium momentaneum Princeps non potest reuocare, quia transiuit in ius gentium, quum sortitum sit suum effectum, sin autem habeat actum successiuum potest reuocare, saltē quo ad actus futuros ca. in nostra de iniur. istud etiam cōfirmatur ex eo, quod Cin. scribit in l. non amplius. §. si certum. ff. de lega. 1. quem ibi refert Imo. vbi vult, ꝙ si ex forma statuti præstatio annua debeatur fratribus prædicatoribus, potest quātū ad futuras præstationes attinet, in quibus nondū est ius quęsitum, reuocari d. statutum, quia nihil fuerat à fratribus præstitū pro hoc beneficio, & sequitur hoc dictū Alex. ibi, & Fulgo. & Pau. de Cas. in l. priuilegia. C. de sacro s. eccle. Sal. in Auth. Cassa q. 5. C. eo. tit. & licet nonnulli teneant oppo. vt latè prosequitur Fel. in ca. ecclesia. S. Mariæ col. 42. q. 12. de consti. tamen mouentur ex eo, quòd fratres prædicato-
25 res non sunt subiecti laicis, & † priuilegium concessum nō subdito non potest reuocari, vbi autem priuilegium annuę præstationis concessum esset subdito, fatentur, ꝙ quo ad præstationes futuras, in quibus ius erat quærendum, poterat reuocari. Non obstat aliud, quod pro parte communitatis adducitur, ꝙ cū allegent præscriptionem cuius initij in contrarium memoria non existit, non cogitur d. communitas allegare titulum, & ad hoc allegatur Inno. in ca. si diligenti in fi. de præscri. vbi inquit, ꝙ in præscriptione, cuius non extat memoria, sufficit tam magnum tempus exprimere, & si quæratur ab eo, de titulo sufficit dicere, nescio quo titulo hæc res ad meos prædecessores peruenerit, sed credo vel credere debeo, ꝙ iusto titulo peruenerit, ex quo tanto tempore sine contradictione possiderunt, quia respondeo hæc impertinēter allegari, nam non requirit Princeps seu eius procurator, vt vniuersitas cogatur dicere titulum postquàm allegarunt præscriptionem, cuius non extat memoria in contrarium, nouit enim, ꝙ huiusmodi præscriptio non requirit titulum, etiam quod ius commune sit cōtra præscribentem, vt est casus in cap. 1. de præscri. in 6. bene dicit, ꝙ si cōmunitas fundat se in d. præscriptione, cuius initij non est memoria, hanc Princeps de absoluta potestate auferre potest, sicut superiora ostendunt: sin autem volunt dicere, ꝙ hæc præscriptio, seu consuetudo tanti temporis inducat ius priuilegij, dicit, ꝙ sicut expressum priuilegium Princeps de suprema potestate tollit, ita & hoc, quòd vim habet priuilegij, vt superius est demonstratum, ad quorum confirmationem faciunt, quæ Bal. scribit in tit. de pa. Cōst. in §. nos Romanorum, in verbo intus & extra, vbi inquit, ꝙ vbi consuetudine tanti temporis, cuius initij nō ex-
26 tat memoria, acquiruntur reseruata Principi, † ista consuetudo dicitur priuilegiata, quia vice Principis fungitur c. super quibusdam §. præterea de verb. signi. & subdit, ꝙ sicut
27 per † rebellionem contra Principem perduntur priuilegia, ita consuetudines priuilegiatæ, & auferuntur quidem cum causa veluti per rebellionem de potestate ordinaria, & sine causa de plenitudine potestatis. Amplius est dicendum ꝙ isti Pontisturienses non possunt allegare aliquem titulum puta emptionis, vel remunerationis. Nam si antea allegassent istum titulum, & vellent eum probare ex longissima possessione, quam habuissent, tunc procederent ea, quę scribuntur per doct. in l. cum de in rem verso ff. de vsu. & in l. si certis annis C. de pac. Sed isti Pontisturienses non faciunt sic, sed allegant consuetudinem, cuius initij memoria non
28 est in contrarium. Vnde quomodo possunt † allegare titulum, si de eo non extat memoria hominis, nam si extaret initium appareret, & hoc videtur velle Bal. cons. 339. Amplius castrum col. 3. ver. & confirmatur, quia ducatus lib. 3.
29 vbi inquit, ꝙ † antiquissimæ vetustatis non est quærenda causa, quia qui petit causam, petit originem, quæ haberi nō potest in his, quæ præsentem hominum ætatem excesse-
30 runt. l. si arbiter. ff. de proba. † Memoria enim oritur & moritur sicut homo, l. quidam tabularum ff. de fur. l. 2. §. pen. ff. de aqu. plu. arc. & in Auth. hæc cōstitu. inno. prio. post. prin.

Ex istis colligitur etiam responsio ad id, quod alter ex celeberrimis consultoribus scribens pro vniuersitate argumentatur, dum inquit, quòd ex consuetudine, cuius initij nõ est memoria insurgit præsumptus titulus, & dicendum est efficaciorem, & pleniorem presumi. l. 1. ff. de solu. cum alijs traditis per Alex. cõs. 8. Visis subtilissimis dubitationibus col. pen. versi. nec etiam probatur agnitio lib. 3. & ad idem tex. in l. si ita §. 1. ff. de contrah. emp. inductus, vt per Barto. in l. cum mota col. secunda versi. antequam ego soluam, C. de transac. & ad idem tex. in l. 1. §. si te rogauero, & §. seq. ff. depo. & in l. non solum §. fi. in fi. ff. de vsucap. & in l. si te solum ff. de hære. insti. & quòd nominatus pótius contractus præsumitur, quàm innominatus l. 1. §. si quis seruum ff. de pos. l. naturalis §. at cum do. ff. de præscr. verb. per quæ iura ita inquit Bal. in l. petens col. 8. versi. preterea id, quod potest, C. de pac. ex quo etiam fit, vt in potentiori accipi verba debeant, l. prima §. qui in perpetuum ff. si ager. vect. vel
31 emphy. pet. §. sed quoties institu. de iur. na. gen. & ciu. & † actus potius præsumitur fieri ex causa naturali veluti potẽtiore, quam accidentali l. profectitia §. fi. ff. de iu. dot. l. 3. §. 1. ff. de tutel. l. filio quem pater ff. de lib. & posthu. quibus sic stantibus videtur dicendum, quòd ex d. prescriptione excedente hominum memoriam inductus fuerit titulus, qui nascitur ex contractu potius, quàm ex priuilegio, quum contractus sit potentior, quàm priuilegium. Ad præmissa omnia respondetur, & ad illud, quòd ex cursu temporis induci tur presumptus titulus, istud est falsum in minori tempore,
32 quia † tempus non est modus inducendæ vel tollẽdæ obligationis l. obligationũ substãtiã §. placet ff. de acti. & obli. & probatur in l. Celsus ff. de vsucap. & in l. nullo C. de rei vẽ
33 di. & facit etiam ratio, quia titulus est facti, & † solemnitas extrinseca, quæ in facto consistit, nõ præsumitur l. quecũq; §. fi. ff. de Publi. & hoc tradit glo. in c. seruitium 18. q. secunda & in c. duo in verbo consuetudo de offi. ord. Bar. in l. cũ de in rem verso col. 3. ff. de vsu. & in l. 1. §. deniq; de aq. plu. arc. cum alijs adductis per Alex. in cons. 69. Circa primũ, col. 2. lib. 5. In consuetudine autem, cuius initij non extet memoria, fateor, quòd habet vim concessionis, & vbi acquirũtur reseruata Principi habet vim priuilegij, vt latè deductum fuit supra, non autem habet vim contractus onerosi, quasi concessio sit facta ex causa emptionis vel remunerationis, & ita hanc cõsuetudinem priuilegiatam vocat Bal. in ti. de pa. Consta. loco superius allegato, & clarum est quòd priuilegium potest quandocunque reuocari, vt sæpius dictum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Fructus a die oblationis pertinent ad eum, qui pretium redemptionis obtulit.*

2 *Solutionis oblatio, vt obliget creditorem, versus debitorem ad aliquid, debet fieri ad domum creditoris.*

3 *Solutio, vbi debitor & creditor sunt eiusdem fori, ad domum creditoris fieri debet.*

4 *Debitor, vbi quis sit vel creditor illius, cui reuerentiam & obsequium debet, siue sint eiusdem fori, siue diuersi, illius domum adire debent.*

5 *Interpellatio sine tutoris auctoritate pupillo fieri non potest, vel facta non tenet.*

6 *Pupillus in mora constitui nõ põt sine tutoris auctoritate.*

7 *Pupillo sine auctoritate tutoris solui non potest.*

8 *Moræ excusationis protestatio solo pupillo facta valet, quo ad excusandum protestantem, non ad pupillum in mora constituendum.*

9 *Pupillo vbi agitur de eius commodo & fauore, potest fieri etiam sine tutoris auctoritate denuntiatio. fallit vt numer. 10.*

11 *Pupillus potest citari personaliter, quod limita. vt nu. 12.*

13 *Aetatem probare debet, qui ætatem allegat, presertim, vbi ipsa est fundamentum intentionis allegantis.*

CONSILIVM. 513.



Vvm vendidisset Illustrissimus Princeps Antonio Pratesi castrum quoddam cum facultate redimendi, & vellet redimere, obtulit heredibus d. Antonij eosq; interpellauit ad capiendã pecuniam, de qua etiam fecit depositum in loco celebrati contractus, & ita oblatio & depositum intimatum fuit hæredibus ipsis habitantibus extra prouinciam: Illinc ad quatuor annos comparent d. hæredes, & contenti sunt oblata pecunia retrouendere, sed petunt fructus, quos percipere erant soliti ex d. castro per annos quatuor. Recusant agẽtes pro Principe restituere fructus petitos. Et pro Principe adducitur, quia ex quo fuit oblata pecunia d. hæredibus, & ipsi neglexerunt eam recipere † fructus a die obla- 1
tionis ad eum pertinent, qui pretium redemptionis obtulit vt est casus in l. secunda in fin. C. de pac. in emp. & vend. & ratio est secundum Bal. & latius Sali. ibi, quia vbicunque reperitur aliquid, quod olim suum fuerat, veniunt fructus a tempore moræ l. videamus §. si actionem cum duobus & §§. sequen. ff. de vsu. & sequitur Alex. in l. pacta, quæ contra C. de pac. Sed hæredes oppugnare conantur oblationẽ deducentes plura: quorum pleraque vana sunt & inania. Adducunt autem inter cætera coloratè, quòd d. oblatio & interpellatio est nulla, quia debuit pecunia qua redimeba-
2 tur castrum sibi ad domum deferri, nam † vbicunque aliquis ex solutione sua vult alterum sibi obligare, seu aliquid acquirere, debet ire ad domum creditoris, & ibi pecuniã offerre, ita Bar. scribit in l. item illa col. 3. ff. de constitu. pecu. per tex. in l. cum quidam C. de cond. inser. & l. pen. in fin. ff. de conditio. & demon. & hanc doctrinam Bartoli sequitur Imo. & Abb. in cap. significante de pigno. ex quo infert ad terminos nostros Ias. consi. 216. Gabriel & Fratres col. pen. lib. 2. quòd, qui habet facultatem rem suam redimendi, accedere debet ad domum creditoris, vt redemptionem consequatur, & ibidem oblationem & depositionem pecuniæ facere. Ego tamen contra prædicta opponebam duo in fauorẽ Principis. Primo, quòd licet † debitor
3 teneatur accedere ad domum creditoris, quãdo sunt eiusdem fori, vt sunt cõmunes conclusiones, tñ, si postea creditor mutauit forũ, nõ tenetur debitor persequi creditorẽ, & nouã eius habitationẽ petere, quia facto creditoris non debet debitor in plus teneri, quàm ab initio fuerat obligatus, ita Bal. in l. acceptã q. 14. C. de vsu. & sequit Imo. post Bal. ibi in l. cũ filius §. fi. ff. de verb. obl. Sed in proposito, qñ fuit contractus celebratus habebat d. Antonius domũ in ciuitate, vbi Princeps degebat, quũ aũt hi, quos reliquit hæredes, habitent extra prouinciã, põt dici d. Antonium mutasse domicilium, quum hæredes faciant eandem personam cũ defuncto, vt in Aut. de iureiu. a morie. prest. in prin. & per cõsequens non debuit deferri pecunia ad domum d. hæredũ extra prouinciã habitantiũ. Secundo dicebam, ꝙ quicunq;
4 † siue sit debitor, siue creditor, siue eiusdẽ, siue diuersi fori, debet adire domũ eius, cui obsequiũ vel reuerentiã debet, ita Bal. inquit in l. fi. C. de condi. inser. vbi ad hoc adducit illũ tex. & tex. in l. Sed si susceperit §. 1. ff. de iudic. Idẽ tenent Ang. & Imo. in d. l. cũ filius §. fi. vbi dicunt, ꝙ vbi debitor & creditor sunt eiusdem fori, solutio debet fieri in domo creditoris, nisi natura rei vel consuetudo repugnet: exemplũ in nobili existente in iure, & debitore rustici existentis in ciuitate, consuetudo est, vt rusticus vadat ad nobilem, & non e conuerso, & cum hac consuetudine satis concordat secundũ eos ius cõmune, allegãt tex. in d. l. sed si susceperit §. 1. ff. de iudic. idem tradit Imo. in c. significante col. fi. ver. quid erit si debitor de pignor. vbi vult, ꝙ si debitor paruæ conditionis habitat in ciuitate, & creditor magnus nobilis, vel miles, aut doctor, vel multo maioris conditionis, quàm sit debitor, habitet in comitatu, tunc debet ire creditor ad eum, secus si paris esset conditionis debitor vel melioris.

Refert etiam ibi Imo.Bar.dicentem, ꝙ si debitor esse Doctor, & creditor esset multò inferioris conditionis, quamuis essent eiusdē ciuitatis, deberet tūc creditor ire ad domū debitoris, similiter e contra, si debitor non esset doctor, & creditor sic, licet essent diuersæ ciuitatis, deberet debitor ire ad creditorem, argu.text.in l.ad egregias ff. de iureiu. & Bar.quem ibi refert Imo.hoc dicit in d.l.item illa col. pen. versi.quæro, quia dictum est supra.ff.de const.pec. Quanto ergo minus dicendū est, ꝙ Princeps debuerit ire ad domū priuati extra prouinciam habitantis, & ita obiectum hoc
5 fuit elisum. Fuit in eadem controuersia quæsitum, † vtrum pupillo solo potuerit fieri dicta oblatio & interpellatio sine tutoris auctoritate, propterea ꝙ hæredes dicebant nonnullos ex eis esse pupillos, & ꝙ nō potuerit videtur esse tex.in l.Sed si ex stipulatu ff.de ver.obli.vbi ad literam dicitur, sed si ex stipulatu Stichum debeat pupillus, non videbitur per eum mora fieri, vt eo mortuo teneatur, nisi is tutore aucto re, aut solus tutor interpelletur, de hoc etiam est bonus tex. in l.Aemilius ibi denuntiationibus, vt pretium solueretur
6 tutoribus sæpe factis, ff.de mino. & ꝙ † pupillus absque tutore non constituatur in mora, vult glo.in l.mora in prin.in verbo difficile ff.de vsu.& in l.si dictum §.fina.ff. de euict. vbi Bal.dicit post Iacob. de Are.quòd denuntiatio constituit pupillum in mora, in his, quæ solus gerere potest sine tutore, non in alijs. In casu autem nostro pupilli non poterant pecuniam recipere pro redemptione castri, quia pupil
7 lo, † nisi tutore auctore solui non potest l. pupillo ff. de solut.l.contra iuris in princ.ff.de pact.l. cum quidam §. si pupillo ff.de vsu.ergo ipsis non valuit denuntiari: Secundum supradicta, nam denunciari ei debet solutio, cui solui potest & debet l.si reus ff.de procu.Inuenio etiam, quod Bal.
8 in repet.d.l.Aemilius colum.secunda dicit, quòd † protestatio potest fieri pupillo ad excusandum moram protestantis, sed non ad constituendum pupillum in mora l. cum filius §.in hac ff.de verbo. obliga.Accedit eodem alia ratio, quam Salic.adducit in d.l.mora, colum.2. versic.iuxta hoc quæro ff. de vsu. vbi vult pupillum, ex denuntiatione non posse constitui in mora, quia agitur tunc de nouo eum obligando, nam in obligationibus faciendi succedit post moram obligatio ad interesse l. stipulationes non diuiduntur versi.Celsus ff. de verbo. obliga. & in obligationibus dandi augetur obligatio ad fructus, & similia si contractus est bonę fidei, vt d.l.mora §.1.& sine tutoris auctoritate pupillus obligari non potest l.obligare in princ.ff.de aucto. tuto. §.sed neq; Instit.eo. Item non potest dici secundum eum, quòd pupillus moram culpabilem & punibilem committat in non soluendo illud, cuius administrationem non habet nec habere potest l.si vehenda §.pen. ff. ad l. Rhod. de iac.l.2.ff.si quis cautio. Non obstat prædictis tex. in l. si dictum §.fin.ff.de euic.vbi dicitur formaliter pupillo posse sine tutoris auctoritate ex dupla stipulatione, si tutor non appareat benignius receptum est, nam ad illum text.respondetur
9 secundum gloss.ibi, quòd ideo † illud procedit, quia agebatur de fauore, & commodo pupilli, & idem dicit glo. in l.si finita §.si pupillus ff.de dam.infec. quam solutionem improbat Ang.Imo.& Aret.in l.si ex legati causa ff. de verbo.obliga.licet Alex.ibi eam sequatur, Duas alias solutiones ponit Bal.in d.l.si dictum §.fina.Primo enim dicit speciale esse in illa denunciatione, quia non fit causa lucri captandi, sed damni vitandi, & non requiritur, quòd persona cui denunciatur sit legitima l.minor §.denunciare ff.eo. Secundo dicit, quòd illa denunciatio fit ad ius protestantis cō seruandum, ideo sufficit si est taliter facta, qualiter fieri potuit l.si ideo §.præsenti ff.eo.& eadem dicit Paul. de Castr. licet non referat Bal.cons.240.Effectus primi dubij consistit in hoc secundo dub.lib.primo & sequitur Aret.in d.l.si ex legati causa, & consil.26. Factum super quo postulatur col.4.versi.& circa primum &c.& vltra eum, quòd sit speciale in ista denuntiatione, quam facit emptor de lite mota vt posit fieri sine tutoris auctoritate ostendit litera illius tex.ibi benignius receptum est, quasi sentiat secus esse secū dum iuris rigorem, & fuit hæc ponderatio Sal. in d.l.mora. Ex prædictis apparet malè loquutum Albe.de Rosa.in l.1. §.1.col.2.ver. in contrariū ff. de admini. tut. dum per tex. in d.l.si d.§.fi.ff.de euic. vult posse denūtiari pupillo in actis extraiudicialibus, quia ibi est casus specialis, qui non debet ad consequentiam trahi l.ius singulare & l.quod vero ff. de ll.non obstat tex.in l.de pupillo §. nunciationem ibi puero vel puellæ ff.de oper.nou.nunc.nam respondetur, quod ille
10 tex. procedit † in nunciatione noui operis, quæ est in rem scripta, ideò non solùm pupillo solo, sed etiam infanti & furioso fieri potest l.operis & l.fi.ff.eo. sed hic sumus in pacto de redimēdo, ad quod actio personalis ex stipulatu, vel præscriptis verbis competit d.l.2.in fi.C.de pact.in empt.& vēdit.Non obstat si allegetur id, quod voluit Bar.in l. qui habet §.si pupillus ff.de tutel.& in l.1.§. sufficit ff. de admini.
11 tut.vbi tenuit, † pupillū solū posse citari, per tex.in l. minor. ēt ff.de minor.& in l.apud Iulianū §.fi.ff.qui.ex cau.in poss. ea:& tenet Ang.post.gl.ibi in l.quique ff.de in ius vocan.& ibi Pau.de Ca.& tenet hoc ēt Aret. in §. neque tamen col. 3.ver.an ista lex.ff.de auct.tut.Abb.consi.29.In quæstione præsenti col.fi.lib. primo: nam respondetur, ꝙ communis opinio videtur esse contra Bar.vt latè prosequitur Alex.in l.neque impuberes ff.de in ius vocan.& in l. contra pupillū ff.de re iudi.& in d.l.si ex legati causa col.fi. & vltra auctoritates, quas ibi adducit, addo Io.Fabr. in §. omnium autem col.3.versi.de pupillis an posint Instit.de pœna. tem. litig. Pau.de Ca.in l.2.ff. de cond. furt. Præterea etiam si opinio
12 Bar.esset vera, vult † quod patiatur tantum primum decretum, non autem secundum l.in possessione ff.qui ex cau. in posse.ea.& istud de primo decreto toleratur propter modicitatem præiudicij, & tunc etiam, vt perueniatur ad primū decretum citari debēt amici, vicini & propinqui ad defendendum pupillum, ita vt nemine comparente appareat eū esse indefensum l.hac autem in prin.ff.quib.ex caus.in posse.ea.& tradit Aret.in d.§.neq; tamen versi.pręallegato. In casu autem isto, si denuntiatio teneret pupillus magnum pateretur præiudicium, propter fructus, ad quorū restitutionem redimere volenti teneretur. Non tamen super hoc factum est fundamentum contra Principem, eo, quia nō fue
13 rat probatum † de ætate pupillari, & qui ætatem allegat, ætatē probare debet pręsertim vbi ætas est fundamentū intentionis suæ l. si minorem C.de in integ.resti.l.cū te C. de proba.Ponit.Bart.in d. l. de ætate 3.q. prin.ff. de mino.

SVMMARIVM.

1 *Mater in bonis filij post obitum patris mortui de iure communi succedit, & quid in statuto de quo agitur, vide in nume. 2.*

3 *Tutela regulariter defertur illi, qui ad bonorum successionem vocatur.*

4 *Mater de bonis quæsitis ex prioris viri substantia disponere non potest, sed ea filijs tenetur reseruare.*

5 *Aequitas multoties in statutis & legibus pro æqualitate ponitur.*

6 *Legitimatus per curiæ oblationem sicuti agnatis patris nō succedit, ita e conuerso.*

7 *Spurius sicut parentibus non succedit, ita e contra.*

8 *Dictio etiam est implicatiua casus magis dubitabilis.*

9 *Statutum, cui dātur multiplices intellectus, in eo seruatur, per quem minus iuri communi derogatur.*

10 *Statutum & lex habēs duplicem intellectum, propter eius incertitudinem, ad causarum decisionē allegari nō pōt.*

11 *Statutum, vbi est prohibitiuum in personam, si contineat odiosam prohibitionem, non porrigit vires extra territorium statuentium. Ampl. vt nume. 14.*

12 *Statutum, vbi est contra ius commune restringēdum est, ne ad alterius loci bona trahatur.*

13 *Statutum prohibens successionem, siue disponat in rem, siue in personam, videtur effectualiter de rebus disponere, seu de personis rerum contemplatione.*

15 Consuetudo,

15 *Consuetudo, qua superueniens vxor lucratur certam bonorum mariti partem, ex quo directe disponit de bonis, nõ includit bona, quę sunt extra locum.*

16 *Dispositio iuris communis militans extra territorium, impedit ius accrescendi.*

17 *Statuendi potestas inter subditos territorio non circumscribitur.*

18 *Sententia iudicis lata contra subditum, trahitur ad bona alterius territorij, & exequutioni mandatur per iudicem cui bona sunt supposita, ad iudicis condemnantis mandatum.*

19 *Statutum excludens matrem a successione filij, ad filiæ successionem non porrigitur.*

20 *Statutum excludens matrem a successione filij propter patruum, non procedit in patruo magno.*

21 *Statutum excludens matrem forensem a filij successione, non includit matrem, quæ erat alterius castri suppositi ciuitati.*

22 *Hæreditas iure suitatis transmittitur.*

23 *Legitimæ augmentatio de iure nouissimo in descententibus inducta, trahitur ad legitimam ascendentium.*

24 *Statutum tunc dicitur odiosum, vbi odium est causa statuẽdi, intellige vt in num. 25.*

26 *Feudalia esse bona in dubio non præsumũtur, sed allodialia.*

27 *Possidere ciuiliter præsumitur quis ex naturali possessione, & fructuum perceptione.*

28 *Præsumptio qualibet, vbi stat pro allegante, transfert onus probandi in aduersarium.*

29 *Inuestituram allegans continentem generaliter prata, terras, nemora, & vineas, non habet intentionem fundatã nisi specificato situ, & eorum confinibus.*

30 *Cedens quicquid habet in tali loco, nihil transfert in cessionarium, nisi constet de iure cedentis.*

31 *Inuestitura facta alicui, de terris, quas talis possidebat, nihil est, nisi terræ certificentur.*

32 *Feudum bona quæ sunt in alterius territorio, nõ censentur esse de illius feudo.*

33 *Feudalia sunt, quæ intra fines continentur, nisi exempta fore probentur.*

34 *Feudale prædium esse dominus probare tenetur, vbi consuetudo esset in castro præscripta, vt tenentes possessiones vẽderẽt suas liberè, vel vicina prædia essent de allodio.*

35 *Particularia bona eo quòd sunt sita intra fines territorij, cum territorium tantùm denotet exercitium iurisdictionis, non consequitur vt ad Dominum territorij spectent.*

36 *Vasallus qui præstauit Domino seruitium longo tempore, si postea illud cœpit subtrahere, tenetur ostendere rem, propter quam seruitium præstabat, alioqui de toto patrimonio prestitissime presumitur, & totum patrimonium esse feudale, quod limita procedere, vbi Vasallus iustã ignorantiæ non habeat causam vt nu. 37.*

38 *Verba generalia obscuritatem inducunt.*

CONSILIVM. 514.



TRIA proponuntur, de quibus in facti cõtingentia fertur dubitari, ad quę petitur de iure responderi. Primo dubitatur vtrum Magnifica D. Maria relic. quon. D. Pauli Nouelli sit exclusa à successione filij, qui post mortem patris decessit vigore statuti Astensis,
1 quod incipit decettanda &c. Nam † de iure communi clarum est eam admitti §. sed nos constitutione Instit. ad Tertul. §. consequens in Auth. de hæred. quę ab intest. Et mihi quidem videtur sine vlla prorsus dubitatione, quod non ex
2 cludatur per d. statutum, quia † statutum nõ excludit matrem viduam a successione, nisi vbi transitum fecisset ad aliud matrimonium, quod ostenditur ex verbis præfati statuti, dum in eo disponitur, quòd mater tã per se, quàm per eius lineæ ascendentes, descendentes, & collaterales sit exclusa ab omni iure successionis, & hæreditatis primi vel vlterioris matrimonij. Ecce quomodo statutum loquitur de matre, quæ secundo nupsit, quia non potest aliqua appellari mater liberorum primi matrimonij, nisi post transitum ad alteras nuptias, & hæc tunc excluditur à successione d. liberorum primi vel vlterioris matrimonij. Istud etiam ostenditur inferius, dum vult, ꝙ tutor petitus vel datus à matre transeunte ad secunda vota pro non dato, vel petito habeatur. Hic apertè ostendit statutum de qua matre loquatur, videlicet de transeunte ad secunda vota. Idem etiam manifeste indicat ex sequẽtibus, dum defert tutelam agnatis & cognatis pupilli, vt iura volunt. Si ergo statutum excludit matrem ad secunda vota transeuntem, clarum est, quòd eã admittit, dum manet vidua ad filij tutelam, & si etiam cõmunis vsus obseruat, quòd mater, quæ nondum trãsiuit ad secunda vota, suscipiat tutelam filiorum, vt etiam iura volunt, quę eam preferunt omnibus legitimis, Auth. matri & auiæ C. quan. mu. tu. off. fun. pot. Quum igitur statutum non excludat matrem à tutela, nisi post transitum ad secunda vota, & antequàm transeat eam admittat, hoc ostendit, quod statutum dum in ea parte priuat matrem de successione filij, loquitur de ea, quæ transiuit ad secunda vota, sed de ea, matre, quę permanet vidua, sicut enim eam admittit ad viuentis filij tutelam, pariformiter dicen-
3 dum, quòd ad successionem defuncti admittat, quia † regulariter, non est alibi successio alibi tutela, sed tutela ei defertur, qui ad successionem vocatur, l. 1. in princ. & ibi Bartol. ff. de legi. tuto. l. quo tutela ff. de regul. iur. §. fina. Insti. de legi. patr. tut. Mouet me etiam firma ratio, quia videtur discurrendo totum statutum fuisse de intentione statuentium excludere matrem tantũmodo, quæ sequuta est secundum matrimonium. Nam statutum duo habet capita. In primo disponitur, quòd licet cuicũque mulieri viduæ de dote sua, & quibuscunque bonis ad eam spectantibus ex prioris viri legato, vel alia qualibet dispositione, dare & tradere secũdo vel vlteriori viro, exclusis liberis primi matrimonij ab omni iure vendicandi d. bona, & agendi, & excipiendi contra secũdum vel vlteriorem maritum, & eius hæredes, & hoc habet primum caput. In secundo vero capite e diuerso disponitur, quòd ab omni iure successionis & hæreditate liberorũ primi vel vlterioris matrimonij mater per se, & quoscunq; eius lineæ ascendentes, descendentes & collaterales exclusa sit, & exclusa esse intelligatur. Puto, quod istud 2. c. debeat intelligi prout loquitur primũ, videlicet ꝙ loquatur de matre transeunte ad secunda vota, sicut etiam loquitur primũ, quum continuet sermonem, nec de alia persona appareat loqui, quæ etiam non est subintelligenda l. si ita stipulatus §. Grisogonus. ff. de ver. obli. quod etiam ex eo ostenditur, quia istud secundum caput est correspectiuũ ad primũ, vt patet ex illis verbis, eadẽ æquitatis ratione statuerunt, & ordinauerunt, & res etiam ostendit, nam cũ in 1. c. statuissent in iniuriam filiorum primi matrimonij pro muliere transeunte ad secũda vota, vt ei liceret de dote sua, & alijs bonis ex substantia prioris viri quæsitis disponere in secundum virum & eius hæredes, absque eo, quòd liberi primi matrimonij possint habere regressum pro d. bonis contra secundum maritum & eius hæredes ad uersus iuris communis dispositionem: nã filij in bonis ma-
4 ternis saltem consequi debebant legitimam, & † in bonis quæsitis, ex prioris viri substantia mater nihil disponere poterat, sed ea filijs prioris matrimonij reseruare tenebatur. l. fœminæ in princ. C. de secun. nup. & l. cum alijs eod. titulo, immo mulier secundo viro nullo liberalitatis titulo aut pacto de lucrãdo, vel relicto poterat plus cõferre, quam vni liberorum prioris matrimonij minus habenti l. hac edictali in princ. C. eod. titul. Cum igitur statuentes ita honorassent

sent mulieres,& eas alleuiassent,quo facilius reperirent,secundo viros voluerunt in alio eas grauare, vt quemadmodũ ipsæ priuabant, seu priuare poterant filios a sua successione per transitum ad secunda vota,ita e conuerso ipsę priuarentur successione filiorum, & istud est quod indicat ille sermo positus in statuto,dum statuentes a primo capite trãseuntes ad secundum dicunt.Eadem æquitatis ratione statuerunt,& ordinauerunt. Hic statuentes accipiunt † æquitatem pro æqualitate,quod fieri etiam potest secundum rectam loquendi rationem,hinc ęquilibrium & ęquipondiũ & æquinoctium veniunt, & æquus campus, & æquus locus,qui sit planus & vndique ęqualis.Et apud Virgilium in Georgicis.Aequus vterque labor.idest ęqualis,& alibi.Numero ne an viribus ęquis Nõ sumus? & bonus tex.in Aut. de trien.& semis.ibi,singulis ex æquo, quadruncium diuidendum & in l.maximum vitium.versi. Sancimus itaque. ibi æqua lance mares & fœminæ.C.de lib.præte. & l.inter filios ibi æquo iure C. famil.hercis. Et Seneca diligentissimus verborum obseruator æquitatem pro æqualitate posuit,Naturalium quęstionum lib.3.dum inquit,Natura partes suas,veluti in ponderibus constitutas,examinat,ne põderum æquitate turbata mundus præponderet: & probatur hoc etiam in d.l.vt liberis, ibi vt æquitatis studio C. de colla.nam ibi Impera. de æqualitate collationis inter liberos disponit.Hęc dicere volui,ne quis existimaret illud verbum æquitatis in statuto positum pro æqualitate, dictionẽ esse barbaricam.Ista ergo æqualitas,quam statuentes considerarunt in eo versatur sicut iam antea dictum est,vt quẽadmodum mater trãsiens ad secunda vota priuat filios successione suorum bonorum, ita ipsa priuetur vicissim successione filiorum, & sic ex vtraque parte sit æqualitas, & par pari (vt aiunt) referatur. Similem considerationem habuit Impera.in §.filium,ibi æquum ei dantes priuilegium. in Auth.quib.mod.natur.effici.sui.vbi disponitur,quòd si-

6 cut † legitimatus per oblationem curiæ non succedit agnatis patris, ita æqua conditione agnati huic legitimato non

7 succedant,videmus etiam in simili, quòd † sicut filius spurius non succedit parentibus . l. prima C. de natura. liber. Auth.ex complexu.C.de incest.nuptijs.ita nec e contra parentes succedunt filio spurio,vt no.Azo in summa.C. de legit.hæred.Bar.in l.fi.col.1.versi. quæro quid e conuerso. ff. de his,quib.vt indig.& in l.1.in fin.ff.de bon. posse. contra tab.Bal.in Auth.licet in fi.C.de natu.lib.& in repet.l.1.col. 16.vers.super.6.q.C.de sacros. eccle.& in l.Gallus. §.1.col. 6.ff.de lib.& posthu.sequitur Alex. consil. 139. Eleganter fuit consultum col.2.lib.1.vbi subdit, quòd natura successionis est reciproca,vt non succedam illis,qui mihi non succederent l.l.12.tabularum.C.de legit.hæred.Redeundo ad propositum ista ratio æqualitatis seruandæ cõsiderata à statuentibus non militat in matre, quæ tempore delatæ successionis inuenitur vidua,quia ipsa non transtulit nec transferre potuit bona sua in secundum virum, quem non habet,vnde,quum ipsa non priuet filios sua successione, non debet ipsa priuari successione filiorum:non enim hoc casu militat illa ratio æqualitatis seruandæ, quam statuentes secuti sunt,vt expressè cantant verba statuti. Vnde his stantibus concluditur nõ excludi per d.statutum matrem viduã, quæ semel nupsit à successione filiorum,& admiratus sum sæpius teneri à prelisque contrariam opinionẽ,quæ & mẽti statuentium,& verbis statuti repugnaret, & quandoque requisitus, vt consulerem ad exclusionem matris id facere recusaui, quia conguere iustitiæ neutiquam putabã. Nõ obstant modo illa verba posita in fine statuti, super quibus isti se fundant,dum ibidem formaliter dicitur. Quod capitulum intelligatur, & locum habeat tam in uiduis maritandis, quàm etiam in mulieribus aliàs viduis iam maritatis, quasi velit statutũ, quòd exclusio matris à successione filiorum,de qua superius mentionem fecerat,non solum procedat in maritandis, sed in his etiam, quæ olim fuerãt viduę, & iam sunt maritatæ,quia priorem iam habuerant virum, in quo casu videtur esse hæc D. Maria, quæ vult succedere filio;quia respondeo,ꝙ iste intellectus stare non põt, propterea,ꝙ repugnat (vt dictum est) verbis statuti, & menti statuentiũ,quæ fuit excludere tantũ matres transeuntes ad secunda vota, non aũt, eas, quæ viduæ permanent absque transitu ad alteras nuptias,vnde sensus illorũ verborum,est ꝙ illud capitulũ non solum procederet in maritandis id est quę caperent post statutũ conditum secundũ maritum,sed etiam in alias viduis & maritatis, idest quæ ante statutum conditũ secundo nupsissent,& vt summatim dicatur, sensus est iste, ꝙ capitulũ loquens de mulieribus secundo nubentibus,vt ipsæ excludere valeant filios per secundũ matrimoniũ à successione bonorum suorum, & vicissim ipsę excludantur à successione filiorũ, procedat non solũ in his mulieribus,quæ secundo nuberent, in futurum post statutum conditum,sed etiam in his, quę iam ante statutuũ conditum in pręteritum secũdo nupserant: nam nisi dispositũ ita fuisset, ꝙ statutũ intelligeretur etiam de his,quæ in præteritum ante conditum statutũ iterũ nupsissent,dubitari iustissimè poterat,vtrum tale statutum ad mulieres,quæ antea secundo nupsissent thahi posset,quum legis sit,non pręteritis,sed futuris dare formam negotijs c.fi.de consti.l.leges & cõnstitutiones.C. de ll.hanc dubitationẽ vt remouerent statuentes,voluerunt dispositionem illius capituli non solùm procedere in viduis maritandis,quod erat clarũ,sed ẽt in maritatis,de quo poterat moueri quæstio, nam in isto secũdo casu statutũ voluit decidere id, quod erat magis dubiũ,vt indicant illa verba,quàm ẽt in aliàs viduis & marita

8 tis,illa enim † dictio ẽt implicat casum magis dubitabilem. l.ẽt.C.si tut.vel cur.inter.cum alijs adductis per Alex. cõsi. 116.Animaduersis statutis li.2.Præterea ẽt si velimus dicere,ꝙ intellectus,quem aduersarij volunt tradere possit congruere,quod nõ admittitur,tñ negari non põt, quin etiam

9 congruat intellectus,quem nos tradimus,& † in multiplici intellectu statutorum, ille tenendus, per quem minus derogatur iuri cõmuni c.cum dilectus de cõsue. l. si serui vestri. C.de noxa.actio.l.vt gradatim.§.sed quoties.ff. de muner. & hono.tradunt Doct.in l.fi.§.in computatione.C.de iure de lib.Sed minus derogabitur iuri cõmuni intelligendo,ꝙ statutũ excludere tantum voluerit matrem secundo nubẽtem tantũ nõ etiam matrem viduam à debita sibi successione liberorũ. Rursus nos sumimus fundamentum à iure cõmuni, quod defert expressè hæreditatem filiorum matri liberis nõ extantibus.§.consequens in Auth. de hæred. ab intestat.Si autem aduersantes volunt dicere matrem excludi à successione filiorum,per aliquod statutum,illud debent ostendere,nã d.statutũ,quod nunc allegatur,non probat eorum intentionẽ, quũ duplicem habeat intellectum,

10 nam † nec lex,nec statutũ quod duobus modis intelligi potest,allegari meretur ad decisionẽ causarũ, propter eius incertitudinẽ,vt Bar.dicit in l.in ambiguo per illum tex.ff.de rebus dub.Bald.in ca.fi.col.vlt.versi.vlterius nota,ꝙ lex.de cõsti.eius enim,quod multipliciter exponitur, veritas ignoratur,vt Bal.inquit in l.scire leges.ff. de ll. & vbi probabiliter dubitatur,vtrũ sit verius duorũ vel pluriũ,nihil eorũ pręualet argu.tex.in l.duo sunt Titij.ff.de testa.tutel.vt Decius inquit in l.quoties idem sermo.ff.de reg.iur.Postremo non omitto,ꝙ cõprobatur auctoritate illustriũ Doc.istud statutũ non procedere in matre simpliciter vidua, quæ non accessit ad cubile alterius viri: Nã olim fuit dubitatum, vtrũ statutũ id nostrũ Astense procedat vbi mulier transiens ad alteras nuptias in constitutione dotis,quæ fit secundo viro, non apertè exclusit filios primi matrimonij, in qua quæstione fuit acris concertatio inter Rai.de For.& Signor.de Hom.eius discipulũ.Nã Rainerius tenuit,ꝙ d.statutũ non procedat,nisi mulier in dotis cõstitutione vel post,filios anterioris matrimonij excludat à successione bonorum suorum, vt patet cons.67.Incip.Quædam mulier, posito inter consi.Signor.de Homod.quam opinionẽ etiã amplectitur Pau.de Ca.cons.359.quod incipit. suprascriptus D.Consultor li.2. Contrariũ cõsuluit Signorolus ipse tractans eandẽ cãm cõsi.37.Factũ sic ꝓponitur,videlicet,ꝙ sufficiebat ad exclusionem

exclusionem eorum sola dotis constitutio, quia statutum deinceps ipsos excludebat ipso iure à successione bonorũ maternorum, prout etiam de prædictis consilijs meminit Alber.Brun.in trac.de statu.excluden.fœm.articulo.6.principali.q.vlt. Non inquiro nunc vtra duarum opinionum sit iustior & verior. Sed illud mihi assumo, quod suprascripti eximij Doc.intellexerunt d.statutum de testanda, in vidua transeunte ad secunda vota duntaxat, nam si intellexissent illud statutum procedere generaliter etiam in ea, quæ reperitur vidua, & nondum alteri viro nupta vigore verborum positorum in fine statuti, frustra fuit disputatio illa vtrũ statutum procedat in vidua secundo nubente, quæ non exclusit apertè filios prioris matrimonij, sed dotẽ constituit. Cui enim dubium, quod statutum procederet etiam in ea muliere, quæ secundo nubens dotem simpliciter secundo viro constituisset, quum statutum etiã procederet in vidua, quæ non modo non excludebat filios primi matrimonij, sed ne dotem quidem vllam alteri constituisset. Intellexerunt ergo præfati Doc. statutum prædictum in vidua secundò nubente, nõ in alia, quę remanet in primo matrimonio, aliàs, vt dixi, vana & irrisoria fuisset eorum cõcertatio. Et ex his primum dubium sit absolutum.

Venio nunc ad secundũ dubium, in quo quæritur, posito citra veri præiudiciũ, ꝙ præfatũ statutum haberet locũ in præsenti controuersia, vtrũ trahatur ad bona sita extra territoriũ, in qua quæstione omissis argumentis ad partes breuitatis gratia concludo, quod nõn trahitur, & cõsequenter prędicta D.Maria in illis succedet secundum iuris communis dispositionem, hoc in terminis decidit Bar.in l.cunctos populos.6.q.prin.C.de sum.tri.& fid.cath.vbi concludit, ꝙ
11 † quando statutum est prohibitiuum in personam, si continet prohibitionem odiosam non porrigit se iures extra territoriũ statuentium l.ex ea in fi.ff.de postul.& ideò infert, ꝙ statutum disponens, quod filia fœmina non succedat, quũ sit prohibitorium & odiosum vt.l.maximũ vitiũ.C.de lib. preteritis, ad bona alibi sita non porrigitur & ad hoc etiam adducit Bar.tex.in c.si à sententia.§.fi.de senten.excom.in 6.idem Bal.tenet in repet.d.l.cunctos populos col.12. ver. Sed hic quæro de effectu, vbi quærit vtrũ filia exclusa per statutum succedat in bonis existẽtibus extra territorium, & refert ibi Bar.tenere quod sic, quia ista prohibitio est irrationabilis & odiosa, ideò restringenda, sed dicit ibi Bal.ꝙ tale statutum non est omnino odiosum, sed mixtum ex fauore & odio, imò principaliter fauorabile argu.tex. in l.qui exceptionem.ff.de cond.indeb. Ipse tamen tenet cum Bar. ꝙ statutum non extendatur ad bona sita extra territorium vbi contraria est iuris dispositio quia ea impedit ius accrescendi.l.mulieri & Titio.ff.de condi.& demonst.tenet etiã cum Bar.Sal.ibi.6.col. referens eius doctrinam, & sequitur etiam prædicta Bal.in l.2.col.fi. C. quæ sit longa consuetu. eandem sententiã amplectitur etiam Car.consi.2.Circa statutum.versi.item præsupposito, & Calde.consi.17.statuto ciuitatis, sub titulo de const. Pau.de Cast.consi.32.Circa primum quęsitum notandum est, quod cum statutum lib.2.secundum nouissimam impressionem, vbi præcisè loquitur in statuto excludente matrẽ à successione filiorum existentibus consanguineis ex parte patris, & vult matrem succedere in bonis alterius territorij, quũ statutum istud sit odiosum iux.no.Bar.& Bal.in d.l.cunctos populos, sequitur etiã prædicta Abb.in c.postulasti col.3.& ibi Moder.de for.cõpet. Reperio etiam, ꝙ Bal.consulendo sequutus est Bart.in dic.l.cunctos populos in statuto excludente filiam dotatã à successione patris, vt non trahatur ad bona alibi sita consi. 131. Circa prædicta videndum est primo lib.secundo. Et in statuto terrę Maxij excludente matrem secundo nubẽtem à successione filij, vt non trahatur ad bona sita in territorio Astensi & alibi, consuluit idẽ Bal.consi.245. Quæritur vtrum ille.1.lib.sequutus decisionem Iac.de Are.in d.l. cunctos populos, quam dicit communiter approbari, & vt veniatur ad Modernos, idem tradit Alex. consil. 16. Viso titulo quęstionis lib.1.& latius consi.128.Consideratis verbis instrumenti.1.dub.eod.lib.vbi refert Iac.de Raua. Gulielmum de Cun.& Rai.hoc tenuisse in d.l. cunctos populos arg.tex.in l.pupillo.ff.de tut.& cura. da.ab his & l. Titiũ
12 §.tutores.ff.de administr. tut. & quia † vbi statutum est cõtra ius commune restringendũ est, ne ad bona alterius loci trahatur arg.l.certa forma c.de iur.fisci li.10. & l.constitutionibus.ff.ad munic.adducit etiam Pet.de Anch.in rep. c. Canonum statuta de consti.post medium in versi.iux. prædicta quæro de quæstione tali cauetur de statuto Turdeti: vbi dicit, ꝙ siue statutum loquatur in personam siue in rẽ, habet tantum locum in bonis positis in territorio statuentium.& non in alijs, & refert idem Bal.ita consuluisse, sed adhuc magis in terminis in statuto excludente matrẽ à successione, vt seruari non debeat extra territorium statuentium tradit Alex.con.19. Circa primum dubium an testamentum col.3.ver.ex his vltimo dictis lib.6. & vt iam reliquos Moder.aceruatim ponã, idem tenet Corn.consi. 115. In hac consultatione in prin.lib.2.& consi.202. Circa præsentem consultationem.col.4. versi.dato autem sine præiudicio eo.lib.& consi.85. Prima dubia satis scrupulosa col.4. lib.3.Ias.consi.163.In isto passu an statutum lib.2. & in statuto exclusiuo matris à successione Dec.consi.314. Pro re solutione casus.2.dub.Soc.consi.288. Circa primam quæstionem est aduertendum col.1.lib.2.Benedic. Capra cõsi.
13 42. Et si viso col.2. Pro hac conclusione facit, quia † statutum prohibens successionem, siue loquatur in rem siue in personam videtur effectualiter disponere de rebus, seu de personis cõtemplatione rerum.l.rescripto.§.fi.cum ibi no. ff.de municip.& hono.l.forma.§.si vero.ff.de censi.l. vnic. C.de mulie.& in quo loc.lib. 10. quæ res, quum sint extra territorium non subiacent iurisdictioni statuentium ca. vt animarum de constit.in 6.l.fi.ff.de iurisd.omn.iud. & diuersitas locorũ facit, vt diuersã videatur esse patrimonia, & diuerso iure censeantur.l.si miles & l.si certarum. ff. de testa. mil.l.pupillo.ff.de tut.& curat.dat. ab his l. controuersia cũ ibi nota.ff. de transac. & quum statuẽtes imposuerint certã formã succedendi in bonis sitis in territorio, nõ debet hęc ad alia extendi l.certa forma.C.de in fis.li. 10 l.constitutionibus.ff.ad munic.l.an in totum.C.de ædific. priuato, quæ iura antiqui Doc.in d. l. cunctos populos ad hoc allegabãt, vbi per prædicta volunt, ꝙ si consuetudo sit in Anglia, ꝙ primogenitus succedat in omnibus bonis, & quidã habens bona in Anglia & Italia decedat, ꝙ de bonis existẽtibus in Anglia iudicetur secundũ consuetudinẽ illius loci: de alijs, quę sunt in Italia stetur iuri cõmuni, vt diuidantur inter fratres æqualiter, & istã decisionẽ sequitur Bar.in d.l.cunctos populos.7.q.prin.versi.sed posset dubitari, & cum istis tenet ẽt ibidem Bal. col. 11.ver.quęro ergo de duobus, & licet Sal.quædã adducat in oppositũ, tamen eius rationibus respondit Alex.in pręallegato consi.128.hoc idem ẽt est de
14 mente Lapi allegatione. 91. vbi concludit, ꝙ † statutũ seu consuetudo Angliæ disponens, ꝙ pater non possit priuare filiam certa parte hæreditatis, nec possit relinquere fratrẽ suum hæredem, non extendit effectum suum extra territorium Anglicanũ, adeò ꝙ tale statutũ in alijs bonis, quàm Anglicanis non seruabitur, & probat hoc per l.fin.ff. de iurisd.omn.iud.& per l.primam cum ibi no. per Gul. & Cin. C.de suspe.tuto.& per tex.in c. vt animarum de constit. in 6.Item, quia virtus & potentia causæ efficiẽtis inspicienda est, vt possit operari in passum, & suscipientẽ materiã. Nec potest causa finita producere effectũ infinitum, sed sicut limitatur potẽtia causæ, sic etiã debet limitari effectus.l.si arrogator.ff.de adopt.l.iurisperitos.§.sed quum oriũdus.ff.de excus.tutor.& d.l.pupillo, sed potentia & auctoritas consuetudinis Angliæ nõ se extendit vltra proprios limites.l.diuũ virum C.de decur.lib.10. ergo nec eius effectus vltra protrahere potest, Accedat ad præmissorum confirmationem, quod scribit Ioan.Andr. in addict. Specu. in titu. de instrum. edit. §. compendiose. versicu.quid si de consuetudine alicuius loci column. 8. vbi post Guliel. de Cu. vo-
15 luit, quòd † consuetudo Gallicana, qua vxor superuiuens

 lucratur

lucratur certam partem bonorum mariti, ex quo directè
disponit de bonis,non includit bona quæ sunt extra locum
l.3.ff.de offic.præsi.l.constitutionibus.ff.de municip.l.certa
forma.C.de iu.fis.lib.10.Sed hic restat vnus scrupulus,quia
Curt.Iun.consi.eius.9. tenuit in statuto huius inclitæ ciuita
tis Casalensis, quod excludit matrem à successione, quod
comprehendat bona sita extra territorium, motus ex do-
ctrina Bar.in d.l.cunctos populos.6.q. vbi distinguit inter
prohibitionem statuti fauorabilem & odiosam,nam si pro
hibitio est fauorabilis & tunc trahitur extra territorium se
cus vbi est odiosa prohibitio,ponens exemplũ in filia, quæ
excluditur à successione,quod est odiosum d.l. maximũ vi
tiũ. Sed statuta excludentia fœminas propter agnatos fauo
rabilia sunt,quia tendunt ad conseruationem familiarum.l.
1.§.pe.ibi vt salua familiarum sit dignitas.ff.de vent.inspic.
Io. And.in addi.Spec.in rub.de succes.ab intest. Cin.in l.1.
C.de adult.& vlterius,quod sit fauorabile ostenditur, quia
statuta correctoria fauorabilia sunt,& extendenda, vbi re-
ducunt nos ad ius antiquum, quia res tunc redit ad naturã
suam,glo.in ca. statutum in verbo numerãdum de preben.
in 6.Anto.de Brut.in ca.olim de verb.sign. Alex.in l.si con
stante col.3.ff.sol.mat.Sed ex l.12.tabul.mater ab hæredita
te filij submouebatur admissis agnatis.l.pronuntiatio. §.1.
ff.de verb.sign. Quũ ergo statutũ sit fauorabile non sumus
in secundo membro distinctionis Bar.sed in primo,in quo
Bar.concludit statuta fauorabilia trahi ad bona extra terri-
toriũ existentia,Istud est eius fundamentũ prima facie co-
loratũ, ad quod tamen multipliciter respondetur. Primò,
nã Doct.præallegati tenentes, ꝙ statutum excludẽs fœmi
nas à successione,extantibus agnatis non solum se fundant
in odio statuti,sed in potestate statuentium,quæ non exten
ditur ad bona extra territorium,& ut dixi Bal.in d.l.cũctos
populos non tenet illam rationem Bart. de odio. imo dicit
statutũ exclusiuum filiorum esse mixtũ ex fauore, & odio,
imo principaliter esse fauorabile. Veruntamen tenet statu-
16 tum non extendi ad bona alibi sita, quia † dispositio iuris
communis militans extra territoriũ impedit ius accrescen
di.l.mulieri & Titio.ff.de conditioni.& demon. vult dice-
re Bal.prout colligitur ex lege,quã allegat, ꝙ quicquid ha-
betur iure extraordinario non suscipit incrementum nam
de hoc etiam est reg.iur.ꝙ quę à iure communi exorbitãt.
non dilatantur ca.quę à iure de reg.iu.in.6.l.ius singulare &
l.quod vero contra.ff.de ll.& de prędictis satis patet ex his,
quæ antea scripsi: Nec vero reperio,quod Bar.in 1.mẽbro
suæ distinctionis superius allegato dicat,ꝙ statutum prohi
bitiuum loquens in personam,si sit fauorabile,comprehen
dat bona existentia in alieno territorio,sed bene dicit, ꝙ li
gat ciuẽ sibi subditum existentem extra territorium, & po
nit exemplũ Bar.si statuatur,ne minores.25.annis capian-
tur in confectione testamentorum nõ possint facere testa
menta & ne vir possit legare vxori,vel è cõtra, quod fit,ne
mutuo amore se inuicem spolient,& decipiant, tunc, quia
ista prohibitio continet causam fauorabilem, cõprehendit
ciuem illius ciuitatis vbicunque existẽtem: hæc sunt verba
Bar.in quibus nihil dicit, ꝙ ista prohibitio trahatur ad bo-
na alibi sita,sed tantũ dicit, ꝙ cõprehẽdit ciuem vbicunq;
existentẽ, & istud est in quo statutũ porrigit suum effectũ
extra territoria: quis autẽ non videat ista duo esse diuersa?
nam statutũ potest ligare ciuem suum extra territoriũ,quia
17 potestas † statuendi inter subditos territorio non circum-
scribit,l.fi.ff.de decre.ab ord.faci.l.2.& ibi Bal.C. de Eunu.
l.mercatores,& ibi ẽt Bal.& l.non solum C.de commer.&
merca. non sic autem statutum potest disponere de rebus
in alieno territorio existentibus, quia in eis deficit iurisdi-
ctio,quæ est causa efficiens statuti ipsius,& statuentes tunc
habentur loco priuati l.3.ff.de offic.præsl.l.cũ vnus.§. is qui
ff.de bon.auth.iud.possi.l. 1. C. vbi tuto. pena.l. Titium &
Meuium.§.tutores.ff.de admi.tut.l. 1. §. sed & si quid & l.
fin.ff.de offi.præfec.vrb.sicut enim statutum non potest in
cludere personam non subditam,c.ecclesia.S.Mariæ de cõ
stit.l.etiam.ff.de tutel.l.1.in fi.ff.de tuto.& cura. dat. ab his,
l.libertus.§.sola.ff.ad municip.ita etiam non potest include
re bona sibi non subiecta,quum militet idem defectus iu-
risdictionis,& licet Bar.in prȩallegato primo mẽbro suę di
stinctionis adducat pro comprobatione suę opinionis simi
le de eo,cui bonis interdicitur per prætorem, quia interdi-
ctio illa est fauorabilis,ne bona sua pereant, trahit effectũ
suũ vbicũque bona sunt sita.l.Iulianus.ff.de curat.furio.l.is,
cui bonis.ff.de verb.obli.tamen Bal.in d.l.cunctos populos
col.8.vers.nunc e contra de inhabilitate &c.dicit se nõ fir-
mare opin.Bar.quia simile,quo vtitur Bar.non est omnino
bonũ,propterea ꝙ interdictio bonis fundatur in iure com
muni,statutũ verò fundatur contra ius cõmune,& ideò vi
detur quod nõ possit operari extra territoriũ, & in hoc mi
hi videtur Bal.bene sentire,quia non possumus arguere de
sententia iudicis ad statutũ alicuius loci particularis,quia sta
tutum seruatur tantũ in loco, vbi fuit conditũ,& statuentes
18 habent potestatẽ.l.omnes populi.ff.de iustit.sed † sententia
iudicis promulgata contra subditum trahitur ad bona alte
rius territorij,& mittitur executioni per iudicem,cui bona
supposita sunt ad mandatũ iudicis condemnantis.c.Roma
na.§.contrahentes de for.comp.li.6.l.à diuo Pio.§.senten-
tiã Romæ dictam,ff.de re iud.l.properãdum.§.sin aũt reus
C.de iudic.præsumitur enim iudicasse secũdum,leges,quæ
seruandæ sunt vbiq; c.1.de const.l.leges vt generales C. de
ll.& quod in terminis statuti,ꝙ vxor nõ possit legare viro,
de quo loquitur Bart.istud statutũ non trahatur ad bona ali
bi sita,voluit Bal.in d.l.cũctos populos col.11.versi.dixi de
statutis promissorijs quẽ refert & sequitur Alex.cons.155.
Viso titulo quęstionis col.1.li.7.Secũdo respondetur, ꝙ dũ
Bar.in secundo membro distinctionis vult, ꝙ statutũ odio
sum non trahatur ad bona alibi sita, considerat statutũ esse
odiosum respectu personarum exclusarum, & istud sufficit
vt statutum non extendatur ad bona alibi sita,licet aliunde
esset fauorabile,& ita Bar.se ipsum declarat in d. l. cunctos
populos in 7.q.prin.in quęstione consuetudinis Anglicanę,
quod etiam ponderatur per Alex.in prȩallegato cons. 128.
col.2.In his aũt,quę ponit Bar.in 1.membro suę distinctio
nis,non agebatur de exclusione alicuius, qui aliàs esset ad-
mittendus:non enim prȩiudicatur alicui,si statuitur, ne mi
nores possint facere testamentum,vel ne viri possint lega-
re vxoribus,nec e contra,quia istis nullum ius competebat
in bonis defuncti,sicut competit matri in successione filio
rum,& secũdo genitis saltem respectu legitimæ,ideò,quia
concernunt aliorum odium strictè intelligenda,nec ad bo
na alieni territorij extendenda. Tertio respõdetur, ꝙ licet
Bar.in secundo membro distinctionis, dum vult statutum
non trahi,ad bona aliundè sita,ponat exemplum in filia do
tata prohibita succedere extantibus masculis, tamen Doc.
superius adducti intelligunt decisionem Bar. procedere pa
riter in statuto, quod prohibet matrẽ & cognatos succede
re extantibus agnatis, & ꝙ statutũ excludẽs matrem à suc-
cessione liberorũ sit odiosum, voluit Io. And.in prȩallega-
ta decisione Spec.super rub.de succe.ab intesta.col.2. vers.
sed quęstionẽ Ricardi,& idẽ tenet Ang.consi.105. statuto
cauetur versus fi.vbi propter hoc dicit istud statutũ esse stri
ctè intelligendũ,& videtur hoc ẽt esse de mẽte Archi.in c.
19 si quis suadente.17.q.4.dũ vult, ꝙ † statutũ excludens ma-
trem à successione filij, nõ intelligatur excludere à succes-
sione filiæ,refert,& sequitur Domi.in c. generali col. 4. de
elect.in 6.Alex.cons.234.Puto circa dubiũ col.2.li. 6. facit
20 ẽt,quod Bal.scribit in l.1.C.de succes.edict.vbi vult, ꝙ † sta
tutũ excludens matrẽ à successione filij propter patruũ nõ
procedat in patruo magno, quia statutũ est stricte intelligẽ
dum & restringendum, vt contineat absurditatis minus, &
cum Bal.trãseunt reliqui scriben.vt Alex.ibi latè prosequi-
tur,ad idem adduco, quod elegãter tradit Corn. cons.147.
Pro decisione prȩsentis consultationis li.3.vbi inquit, ꝙ sta
tutũ excludens matrẽ à successione filij, est contra ius cõ-
mune,& multum exorbitans & iniquum, ꝙ mater scilicet
priuetur à luctuosa filiorum hæreditate,contra id,quod ha
betur in l.fi.C.de inst.& substit.& refert Bal.aliàs dicẽtẽ, ꝙ
huiusmodi

huiusmodi statuta excludentia matres inducunt veluti quãdam exhæredationem, ideò cum exhæredatio facta etiã de iure communi, & iusta causa, sit odiosa. l. cum quidam. ff. de libe. & posthu. multo fortius exhæredatio huiusmodi exorbitans, & facta in personam nihil tale promeritam, cẽseri debet odiosa & restringenda, adducit etiam in simili, quod scribit Bal. in l. quicunque. C. de seru. fugi. dum dicit, ꝙ statutum, quo disponitur, quod patruus excludat auum maternum, censetur odiosum, odio irrationabili, ideò plurimum restringendum, adeò, ꝙ masculinum non concipiat fœmininum. Ex his infert Corn. ad casum consultationis
21 suæ, quod statutum † excludens matrẽ forẽsem à successione filij, tanquàm odiosum, & iniquum non cõprehendat matrem, quæ erat alterius castri suppositi eidẽ ciuitati, quia strictè loquẽdo nõ poterat dici forẽsis, & ibi subdit Corn. in fin. vnum, quod facit ad casum nostrum, videlicet, quòd mater non sit excludenda ab hereditate filiorum vigore d. statuti, sed ex personis filiorum succedat in hæreditate pa-
22 tris eorum, & olim sui mariti, quia † hæreditas iure suitatis trãsmittitur l. 3. C. de libe. preter. l. qui duos. ff. de reb. dub. l. ventre. ff. de acqui. hæredi. maximè in matrem. l. apud hostes cum gl. C. de suis & legit. Ex predictis igitur auctoritatibus liquet statutum excludens matrem a successione filiorum esse odiosum, quod etiam comprobatur: non enim minus piè debetur parentibus liberorum hæreditas, quàm parentum liberis debeatur, vt inquit Iuriscons. in l. nam &
23 si parentibus ff. de inoffic. testa. vnde † legitima descendentium, quæ est aucta iure nouissimo vsque ad tertiam facit, vt etiam intelligatur pariter esse aucta legitima ascendentium propter æquiparationem vt Bar. inquit in l. pater filiũ in fi. ff. de inoff. testa. & ibi Bal. in repet. col. pen. & est magis communis opinio, vt latè prosequũtur Moderni in Auth. nouissima. C. eo. ti. & ad illud, quod opponitur, ꝙ, vbi statutum correctorium reducit nos ad ius antiquum, est fauorabile, & extendendum, & secundum ius antiquum mater à filij successione excludebatur, respondetur, ꝙ ius antiquũ habuit se uario modo, nam licet l. 12. tabu. mater excluderetur à successione filij, tamẽ fuit admissa postmodum ex constitutionibus diui Claudij. Superuenit postmodum senatusconsultum Tertullianum, quod in nonnullis casibus eam admittebat: Demum Imperator Iustinianus nouissimè admisit ad successionem filiorũ omni casu, vocans cõtrarias constitutiones iniquas, vt hæc latè exponuntur Instit. ad senatuscon. Tertul. in prin. vnde cum ius antiquum fuerit uarium, non potest super eo fieri fundamentum, nã illud stat pro vtraque parte. Præterea non admiserim simpliciter, ꝙ statutum correctorium reducens nos ad ius antiquum sit fauorabile, nisi ius antiquum fundatum sit in naturali ratione, quia tunc res reuertitur ad suam pristinã naturam, prout dicit gl. in d. c. statutum in contrarium allegata, alias sequeretur, ꝙ si statutum concederet patri in filiũ vitæ necisque potestatem, ita vt non modo exhæredare eũ sine causa, sed etiam occidere liceret, prout olim occidere licebat. l. in suis in fi. ff. de libe. & posthu. l. fi. C. de patr. potest. tale statutum esset fauorabile, quod nemo sani capitis dixerit. Vltimo est aduertendum, & ista vltima responsio tollit omnem difficultatẽ, quia non sumus nos in termino statuti, quod priuet matrem successione filij existentibus agnatis, ratione publicę vtilitatis, quę postulat opes in familijs conseruari, in quibus terminis consuluit Curt. Iuni. sed sumus in statuto, quod priuat matrem odio ipsius matris, quæ per trãsitũ ad aliud matrimoniũ priuat filios successio-
24 ne sua: vnde meretur dici odiosum, nã vbi † odiũ est cã statuendi, tunc statutum dicitur odiosum, vt Bar. dicit in l. qui exceptionem per illũ tex. ff. de condi. indebit. vbi ponit exẽplum in senatuscon. Macedoniano, quod licet faueat filijs, tamen quia principaliter fuit inductũ in odium fœneratorum dicitur odiosum, & ponit etiã exemplũ in statuto quo
25 † cauetur, si quis nõ assignauerit rem in catastro, cadat a iure suo, certè censetur principaliter hoc inductũ esse in odiũ non assignantis, licet hoc in consequentiam tendat in publicã vtilitatem. Inspiciendum est enim semper quod principaliter agitur l. si quis nec causam, & l. rogasti in prin. ff. si cert. pet. sin aũt fauor esset principalis causa statuendi, tunc statutũ esset fauorabile, vt in Velleiano, quod principaliter fuit in mulierũ fauorem inductũ, licet secundario resultet in odiũ creditorum, tamen totum est fauorabile inspecto principali proposito ipsius Senatuscõsulti: Idem in statuto, ꝙ minores vel mulieres non possint contrahere sine consensu duorum propinquorũ, quia eadem ratione est fauorabile, vt Bar. ibi latius prosequitur, & prædicta sunt etiã de mente Bal. in l. 1. in fi. C. de secun. nupt. & dicunt Moder. in d. l. qui exceptionẽ, ꝙ prodest scire an statutum sit fauorabile, vel odiosum, quia primo casu extendetur, secundo non, sed in proposito statutum, de quo agitur odiosum dici debet ratione prædicta, vnde restringendum ita, vt non cõprehendat bona alieni territorij secundum distinc. Bar. superius relatam, & per tex. in c. odia cũ simil. de reg. iur. in 6.

Vltima dubitatio est, vtrũ præfata D. Maria posito sine præiudicio, ꝙ non possit succedere in castro & iurisdictione, veluti feudalibus, possit succedere in prædijs rusticis tã-
26 quàm sint allodialia, & in hoc concludo, ꝙ sic, quia † in dubio bona præsumuntur allodialia, & non feudalia, quia res feudalis dicitur seruitutem quandam debere, vt not. glo. in l. si cuius §. si vsufructus in verbo oportet ff. de vsufruc. & omnis res præsumitur libera, sicut erat iure primæuo, nisi de seruitute probetur l. altius C. de seruit. & aq. l. cum eo ff. de seru. vrb. prædio. & de hoc est tex. in ca. 2. si de feu. defun. fue. contr. in. dom. & agna. & in c. 1. iuncta glo. 2. de cõtrouer. in. mascu. & fœm. & tradit Io. And. & alij post eum in c. minus in verbo tenentes de iureiu. & in c. fin. in verbo respondere de iudi. Bal. in l. libertas ff. de stat. homi. Pau. de Ca. consi. 179. In causa quam Magnificus in prin. lib. primo cum alijs pluribus deductis per Alex. consi. 15. Visis narratis in prin. lib. 5. quod comprobatur ex alio, quia quis præsumitur magis possidere pro suo, & vt dominus, quàm nomine alterius l. filiusfa. §. diuus Seuerus versi. ijdem Principes in fi. ff. de lega. 1. l. Titia ff. de solutio. glo. in l. secunda in verbo, vt dominum, quam ad hoc ibi notant Bar. & Sal. C. de acq. posse. & tradit Bal. in l. 2. col. 5. vers. nono quæro, an ille C. de seru. & aq. ergo non præsumitur possidere, vt Vasallus, vel emphyteota, & similes, qui possident etiam alterius nomine l. male agitur C. de præscr. 30. anno. & ibi Bar. post gl. & not. etiam in l. 3. §. ex contrario ff. de acq. poss. & l. si vt certè §. si duobus ff. commo. hac ratione vtitur Alex. consi. 136. Viso & examinato col. 2. lib. 1. cui addo Bal. in l.
27 1. col. fi. C. de seru. fugit. vbi dicit, quod † ex naturali possessione & fructuũ perceptione presumitur quis ciuiliter possidere l. Titia ff. de solu. & quod notat in l. stipulatio ista §. hec quoque ff. de verb. obl. ergo, si presumitur ciuiliter possidere, non possidet, vt Vasallus, emphyteota, vsufructuarius, quia isti, non possident ciuiliter, sed naturaliter tantũ l. naturaliter in prin. ff. de acqu. posse. glo. in d. l. 3. §. ex con-
28 trario & ibi Barto. & cæteri ff. eod. titu. ista † autem præsumptio, quæ stat pro allegante bona esse allodialia, transfert onus probandi in aduersarium, prout facit quęlibet iuris presumptio l. generaliter §. si petitum ff. de fideicom. liber. l. cum de indebito ff. de proba. l. commodo C. de inoff. testa. l. siue possidetis, & ibi Doc. & maximè Bal. C. de proba. & pro hoc etiam facit quod Bart. scribit in l. Si prius 5. oppo. 3. par. prin. ff. de oper. nou. nunc. vbi vult, ꝙ vbi status vel qualitas inest, vel est apta inesse ab origine rei, transfert onus probandi in eum, qui contradicit, vt l. liberis circa fi. de liber. cau. Sed in proposito iste status, & qualitas libertatis inest, & apta est inesse ab origine rei, quia a primæuo iure omnis persona, & res erat libera, vt Docto. dicunt in locis superius allegatis & Pau. de Cas. in d. cons. 179. & patet ad sensum ergo si aduersarius negat istum statũ, & qualitatem, & intendit, quod non sint libera, sed feudi seruitute affecta ipse habet probare, & si dicatur, quod immo d. prædia ostenditur esse feudalia, ex verbis inuestituræ, in quibus Princeps, postquàm inuestiuit Vasallũ de castro & iurisdi-

iurisdictione Solij, subdit generaliter cum pratis, terris, vineis, & nemoribus: & istud est super quo se fundat, vt audio, aduersarius, respondetur, quod † illa verba generaliter
29 posita non specificato situ & confinibus non operantur id, quod intendit aduersarius, quia incertum est, quæ sint illa prata, terræ & vineæ & nemora, quæ fuerunt concessa a Principe in feudum, quia res non dicitur certa & sufficienter demonstrata, nisi apposito loco & confinibus duobus l. forma in prin. & ibi glo. ff. de censi. glo. in c. 2. de libel. obla. Spec. in titu. de libel. concep. §. iuxta versi. item non valet. in actione reali Bar. in l. demonstratio falsa. q. 5. ff. de códit. & demonstr. Ista aũt incertitudo impedit translationé dominij & acquisitionem possessionis l. quę de tota §. incertę ff. de rei vend. l. 3. §. incertam & l. locus. ff. de acqui. posse. & propterea dicit Bar. in l. si sic §. 1. ff. de leg. primo, ꝙ cedens
30 † vel vendens quicquid iuris habet in tali loco, nihil transfert in alium, nisi per alias probationes constet de iure cõcedentis ponderans ad hoc illum tex. in l. legaui ff. de liber. lega. & idem, quod Bar. tenet Bal. in l. quod si in venditione in lec. antiqua. ff. de hæred. vel act. vend. & Ang. in d. l. locus, Spec. in tit. locati §. nunc aliqua versic. 58. & versic. 76. Oldra. consi. 164. Viso priuilegio &c. & per prædicta dicit Alex. consi. 55. Perspectis his, quæ in themate col. 8. lib. 5. quod vbi aliquis inuestitus est de castro cum iurisdictione, & alijs iuribus, & pertinẽtijs nõ propterea, si possidet quędam prædia in loco, illa pręsumuntur esse feudalia, nisi limitatẽ per alias probationes de ipsis iuribus doceatur. Istud etiam tradit Signor. consil. 10. In quæstione vertente versus finem, vbi dicit † quòd inuestitura facta alicui de terris,
31 quas talis tenebat & possidebat, licet inuestitura valeat, tamen nisi certificentur terræ, reducitur ad nihilum, per tex. in d. l. quod si in venditione ff. de hæred. vel actio. vend. & in d. l. si sic, & similem decisionem ponit etiam Are. consi. pen. Magnifici & exelsi Domini col. 1. & in terminis de inuestitura facta cum pratis, terris, vineis & nemoribus, ponit Alber. Bru. eius cons. 1. col. 1. Non obstat modo si dicatur, ꝙ d. prædia sint comprehensa intra fines inuestituræ, quia distinguendum videtur, nam aut agitur de prædijs priuatorum, quę certis circumscribuntur finibus, & tunc quicquid est intra fines prædiorum, censetur ad eorum dominum spectare, l. ęde sacra. §. 1. ff. de contrh. emp. quẽ tex. ita allegat Bal. in rub. C. de contrah. emp. q. 22. Aut agitur de finibus territorij, de quibus loquitur inuestitura, & isto casu quicquid intra illos fines clauditur spectat ad Principẽ seu ad inuestitũ, quo ad iurisdictioné, non aũt, quo ad proprietatem rerũ, quæ intra limites sunt c. 1. §. Item si quis quib. mod. feu. amit. & ibi Bal. in figuratione casus glo. in l. quicũque C. de fun. limit. lib. 11. & multũ clarè Abb. in ca. si diligenti 2. not. de præscrip. & est etiã de mente Hostien. in d. c. nimis de iureiur. quem ibi referunt & sequuntur cæteri,
32 dũ vult, quod † bona, quæ quis tenet in territorio alterius, nõ censeantur esse de illius feudo, qa ibi multa sunt allodia, & omnis persona, & omnis terra iure primæuo libera est, nisi in quãtum est illata violentia c. iusgentiũ prima distin. & §. ius autem gen. Institu. de iur. natu. istud ẽt tenet Andr. de Iser. in ca. 1. de conten. in mascu. & fœm. in additio. vbi
33 inquit, ꝙ † ea, quæ intra fines continentur, erunt feudalia, si non probetur exempta, vt si donat curia castrũ cum hominibus, & pertinentijs eius c. omnes basilicæ 1. q. 7. l. 1. §. cũ
34 vrbẽ ff. de offi. præf. vrb. nisi † esset consuetudo præscripta in castro, ꝙ tenentes vendant liberè possessiones suas, tunc incumbit probatio domino, ꝙ prædiũ istud sit feudale, aut si vicina predia essent de allodio. Ecce ꝙ And. de Iser. vult non censeri aliquod prædium esse feudale, quotiescunq; in territorio alia pṛedia priuatarũ personarũ inueniuntur, quę sint allodialia, & est aduertendũ, ꝙ tex. in d. c. omnes basilicę, & in l. 1. §. cum vrbem adducti per And. de Iser. loquuntur tantum, quo ad iurisdictionem: istud etiã scribit Alex.
35 consi. 76. In causa & lite col. 2. lib. 2. vbi dicit, ꝙ non † sequitur bona sita sunt in territorio, ergo spectant ad eum, qui habet ius territorij, quoniam territorium denotat tantum exercitium iurisdictionis a terrendo dictum. l. pupillus §. territorium ff. de verbo. signi. Cle. 1. §. sanè de elec. in 6. Et si aliter diceremus sequeretur absurdum ꝙ Rex esset Dominus omnium rerum particularium, quæ sunt intra fines sui regni, quo ad directum vel vtile dominium, quod tamẽ est falsum, quia omnia sunt Regis, quo ad iurisdictionem dũtaxat, dominium autem est illorum, qui bona ipsa iusto titulo possidẽt, sicut eodem modo dicitur de Imperatore, vt declarat Bar. in extrauag. ad reprim. in verbo totius orbis & in procem. ff. col. 2. & in l. 1. §. 1. ff. de rei vend. Bal. in l. cunctos populos in prin. C. de sum. trin. & fid. catho. Ang. in l. bene a Zenone C. de quadri. præscrip. Ex his patet responsio ad id, quod dicit Bal. in l. insulæ ff. de iudic. vbi inquit per illum tex. quòd quicquid est intra fines comitatus, præsumitur esse de comitatu, & nullus locus præsumitur exemptus, quia hoc intelligitur, quo ad iurisdictionem, & ita se ipsum Bal. declarat, dũ subdit, ꝙ debet facere factiones communis, & respondere sub suo iudice ordinario §. si quis igitur quolibet, in Auth. quib. mod. natu. effi. sui. Non obstat pṛedictis si allegaretur, sicut vidi a plerisque allegari decisio Iac. de Beluis. in c. Vasallus, si de feu. sit contr. int.
36 Dom. & agn. vbi post Nicol. de Neap. dicit, ꝙ † Vasallus, qui longo tempore præstitit seruitium, deinde illud cœpit subtrahere, tenetur ostendere rem, cuius causa seruitiũ præstabat, aliàs præsumitur de toto patrimonio præstitisse, & sic totum patrimonium esse feudale, argu. tex. in l. si fideicommissum §. 1. ff. de iudic. quia respondeo, ꝙ ista decisio non vrget, quia quæstio non oritur de feudo inter Vasallũ & Dominũ, sed inter matrem bona possidentem, & agnatum, qui contendit esse feudalia, vnde ipse debet illud ostẽdere propter allodij pręsumptionem, & illa verba generalia, cura, pratis, terris &c. nihil prosunt vt superius est dictũ. Præterea posito etiam, ꝙ esset contentio inter vasallum & Dominũ, tamẽ in casu isto Dominus non posset obtinere,
37 quia Iac. de Beluis. limitat illã suam decisionem, nisi † Vasallus iustã habeat ignorantiæ cãm, sed quæ iustior causa ignorantiæ esse potest contra Dominũ, quàm ista, ꝙ Dominus non designauit in inuestitura prædia, quæ concessit, sed ea
38 posuit sub generalitate verborum, quæ † quidem generalitas obscuritatẽ inducit l. ita fidei in prin. ff. de iu. fis. Pręterea Bal. referens illam decisionem Iac. de Belui. non tenet, nec Iac. Alua. ibi, sed dicunt quid esse feudale, vbi instrumenta, & testes non apparent, iudicandum esse ex coniecturis, & com muni hominum fama, & testes domesticos interrogari posse, ut ibi ipsi latius prosequuntur. Dicitur etiam aduersarius velle ostendere d. pṛedia esse feudalia eo, quia pro eis non fuerunt soluta onera, quod argumentum est fragile, quia varijs ex causis contingere potest onera non fuisse soluta, non solum ex causa feudi. sed ex consuetudine præscripta vel ex conuentione vel ex aliquo Principis priuilegio nunc ignorato, vnde nisi probet aduersarius formaliter onera non fuisse soluta ex hac causa, quia prædia erant feudalia, obtinere non poterit, quia dubia probatio non releuat, c. in præsentia de proba. l. non hoc C. vn. cogn.

SVMMARIVM.

1 *Collectas & onera pro ecclesia subire tenetur, qui in ecclesiam bona allibrata transfert. amplia. ut nume. 2. & numero 14.*

3 *Ecclesiasticis libertas non dicitur auferri, nisi cum ius eisdẽ iure communi vel speciali competens tollitur.*

4 *Statutum, quod absolutè alienationem fieri in ecclesiam prohibet, non valet.*

5 *Statutum disponens, quòd bona allibrata non possint alienari in non subiectum, onera non soluentem, nisi de soluendo communitati caueat, valet. Amp. ut. nu. 8.*

6 *Statuere contra libertatem ecclesiæ non dicitur respub. quæ statuendo utilitatem propriam, ecclesiæ utilitati præfert.*

Statutum

7 *Statutum quòd nullus Comes vel Marchio præsumat actiones, & cessiones in se contra aliquem popularem transferre, valet, nec per Comitem ei contrauenire potest, absque actionis & cessionis nullitate.*

9 *Statutum disponens in clericos non alienari, si in odium eorum factum principaliter fuerit, non valet, aliàs secus.*

10 *Statutum prohibens subditũ alienare in non subiectum, nisi soluat tantum pro libra, valet, & comprehendit etiam alienationem in ecclesiasticos factam.*

11 *Alienari vt non possit in ecclesiam, vel alium potentiorem, potest Dominus rei suæ legem imponere.*

12 *Ecclesia nihil iniustum facere nec pati debet.*

13 *Laici nullam habent in clericos iurisdictionem.*

15 *Aestimo renunciare nemo potest.*

CONSILIVM. 515.



ON videtur, quòd possit obtinere D. Franciscus, quin teneatur ad collectas pro prędijs, quę prius posita in suo ęstimo assignauit ecclesiæ, vt in ea obtineret ius patronatus secundum formã rescripti Pontificij: nam licet ecclesia sit immunis, tamen † quicunq; dat vel
1 vendit ecclesiæ, tenetur pro ea onera subire, vt Bal. scribit. in Auth. sed periculum. C. si. cen. vel reliqu. vbi inquit per illum text. ꝙ res posita in æstimo non possunt prætextu alicuius alienationis de æstimo eleuari, nisi ponantur in æstimo alterius idonei, & qui ad collectas cogi possit, vnde in-
2 fert ibi Bal. ad eum, qui † alienat in ecclesiam, ꝙ quum ecclesia non teneatur soluere futuras collectas, nunquam eleuabitur res de ęstimo venditoris. sed semper tenebitur soluere: lex enim arctat ad vendendũ idoneo, & ecclesia non est idonea conueniendi facilitate, quũ ad collectas cogi nõ possit, nisi sibi faciat æstimũ & Bal. sequitur Salic. ibi, idem tenet Paul. de Cast. in l. 2. C. eod. titu. & l. si negotium. ff. de nego. gest. & in l. placet in fin. C. de sacros. eccle. & in l. inter debitorem in fi. ff. de pac. Lancel. Dec. in l. apud Iulianũ. §. hæres. ff. de leg. 1. Andr. Sicu. consi. 84. colum. fi. lib. 3. Rom. in l. si publicanus. §. de rebus. ff. de publi. vbi inquit nõ opus esse cautelis, vt ecclesia pro prædijs, quæ in eam transferuntur, soluat collectas, quia Laicus, qui transtulit, cogetur eas soluere, licet prædia non possideat, ne respub. sit in damno: nunquam enim d. prædia poterunt de eius registro eleuari, subdens de hoc esse casum not. in Auth. sed periculum. C. si cens. vel relig. & cum prædictis transit Ias. in l. placet in secunda lec. in vltimis verbis. C. de sacros. eccle. Feli. in c. ecclesia S. Mariæ. q. 5. de constit. Corn. consi. 24. Omisso primo circa prin. & latius secundo dub. lib. 3. Bertach. in tract. de gabel. 7. q. 7. par. princ. & istud est etiam, quod vult. Bart. post glos. ibi in l. incola iam muneribus. ff. ad municip. quod nullus potest renunciare æstimo, nisi substituat loco sui aliũ idoneum, & sub illius æstimo rem ponat, per tex. in l. fin. C. de colon. & censit. Non omitto tamen, ꝙ quidam Doct. moder. contrarium consuluit, motus ex duobus, quia statuere, ꝙ venditor teneatur ad onera vbi rem alienauit in ecclesiam est contra ecclesiasticã libertatem. Secundo quia non potest statui, ꝙ bona nõ alienentur in ecclesiam. Sed ad ista
3 faciis est responsio. Ad primum respondetur, ꝙ non † dicitur aliquid statui contra ecclesiasticam libertatem nisi qñ ecclesię vel ecclesiasticis personis aufertur aliquid, quod eis competebat de iure communi vel speciali, c. quæ in ecclesiarum de constitu. c. fi. de immu. eccle. in 6. cap. fin. de reb. eccl. non alien. tradit Cin. Bar. Sali. & Fulg. in Auth. cassa. C. de sacros. eccle. Ant. de Butr. & Imo. in c. cũ in terra de ele. Bald. in rub. de constit. circa prin. Inno. & Abb. in c. nouerint de sent. excom. sed in proposito nihil statuitur contra ecclesiam, quia ipsa nõ vocatur ad collectas, & licet venditor teneatur pro re alienata in ipsam ecclesiam, tñ ecclesia non debet de hoc conqueri, quia ita iure communi sancitũ vt qui vendat rem allibratam non idoneo ipse teneatur ad collectas, vnde etiam si res esset alienata, in aliũ immunem venditor eadem ratione teneretur ad collectas, & sic hoc in casu non aufertur ius commune, sed seruatur. Ad aliud, quod non potest statui ne bona alienentur in ecclesiam, re-
4 spondetur distinguendo, nam † aut statutum prohibet absolutè alienationem in ecclesiam & proculdubio non valet c. fin. de immu. eccle. aut prohibet alienationem non posse fieri, nisi sub certo modo & forma, & valet. Ita distinguit eccellens Doct. moder. Philippus Dec. in c. ecclesia S. Mariæ char. pen. de constit. vbi refert hoc velle Card. in c. perpendimus de sent. excom. quia licet secundum eum fauendum sit ecclesijs, non tamen laicorũ iurisdictio turbari debet. c. nouit de iudi. Vnde dicit valere statutum, ꝙ non valeat venditio, nisi publicetur in palatio si quis velit contradicere. Sed ante istos id voluit Christo. de Castel. in consi. incipiente, licet non sit opus, posito inter consilia Bal. & est
5 in ordine 297. lib. 1. vbi dicit. ꝙ † statutum disponens, quòd bona allibrata non possint alienari in non subiectum, non soluentem vectigalia & collectas, nisi faciant securũ commune de soluendo valet, nec ob id, quod inhibet acquisitionem ecclesiæ, potest rectè dici factũ contra libertatem ecclesiasticam, sed factum fuit pro salute Reipub. ex quo nõ simpliciter, sed secũdum quid inhibet alienationem: idem dicit Bald. consi. 299. Dicunt Petr. & Cin. eo. 1. lib. vbi con-
6 sulens super eodem statuto inquit, ꝙ † respub. præferendo suam publicã vtilitatem, vtilitati ecclesiæ, non dicitur contra libertatem ecclesię statuere: nam principaliter intendit propriam vtilitatem, licet incidenter redundet in ecclesiæ damnum vel potius in prohibitionem nouæ acquisitionis l. 2. §. idem Varus. ff. de aqu. plu. arc. l. Proculus. ff. de damn. infec. l. si manifeste. C. de seru. & aq. nam ordinata charitas incipit à se ipso, & quia quod principale est, debemus inspicere. l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. refert & sequitur Io. Bapt. de S. Seuer. in l. omnes populi col. 38. versic. ex prædictis arbitratur. ff. de iustit. & iur. Accedat prædictis quod scribit Feder. de Sen. Consi. 85. Statuto ciuitatis Perusinæ,
7 vbi consuluit, ꝙ stante † statuto, ꝙ nullus Comes vel Marchio vel natus de prole militari audeat vel pręsumat per se, vel per alium recipere vel in se transferre aliquã actionem personalem vel realem vel cessionem quocunq; titulo inter viuos contra aliquem popularem, & si contrafecerit, talis cessio nõ valeat, nec teneat, nec ex ea agi possit, nec aliquid peti, & cedens perdat ipso facto actionem & puniatur in 100. libras, &c. Concludit Feder. de Sen. ꝙ d. cessio non valeat vigore d. statuti, vbi ecclesia fecit cessionem iurium sibi competentiũ alicui nato ex militari prole contra popularem, & sic contra prohibitionem statuti. Non obstat secundum eum si dicatur, quod per istud statutum restringitur libertas, & facultas, quam habet ecclesia, vt possit contrahere cum quocunque, & per consequens non debet valere c. nouerint de sent. excommu. c. fi. de immu. eccle. in. 6. quia respondet, ꝙ non est contra libertatem ecclesiæ, quia licet ecclesia possit contrahere cum quocunq;, tamen id intelligi debet cum quocunq; nõ prohibito lege generali vel speciali l. si quando. C. de inoff. testa. vnde dicet ne aliquis, ꝙ ecclesia possit cõtrahere cum prodigo, cui est interdictum bonis, vel cum minore sine solemnitate, & poterit ne facere ecclesia, ꝙ iura & leges non habeant locum in suis contractibus? certè absit error iste, & eo magis, quia statutum non habuit respectum ad personam cedentem, vel ius cessum, sed ad personam recipientem, quæ est subiecta, & vlterius non est d. prohibitio generalis omnium personarũ, sed certarum, & sic nõ vertitur præiudiciũ ecclesiæ, quæ æquè cum alia persona poterit cõtrahere; Hæc sunt verba Federici, quæ optimè conueniunt in proposito, nam ibi vult, ꝙ non violetur ecclesiastica libertas, si prohibeatur alienatio iurium fieri in certum genus personarum, quia tale statutũ comprehendet etiam alienantem ecclesiam, quanto igitur minus violabitur, si in ecclesiam certarũ rerũ prohibeatur alienatio,

alienatio, quia durior est prohibitio, ne quis alienet rem suam, quàm, ne quis acquirat alienam. Secundo ibi decidit Fede. quòd dispositio onerosa, quæ personam respicit suppositã statuentibus valet, licet id tendat secundario in præiudicium ecclesiæ, sicut accidit casu isto, quo oneratur venditor laicus onere collectarũ, non emptrix ecclesia. Et Feder. sequitur Abb. in cap. clericis colum. 5. versi. ego vero in hoc articulo de for. comp. Alex. consi. 94. Visis & ponderatis colum. 2. lib. 2. Adduco adhuc magis in terminis Bald. in cap. quæ in ecclesiarum col. 2. vers. Sed hic quæritur de con
8 stitu. vbi vult valere † statutũ populi, quo disponitur, quod laici non possint alienare in clericos vel ecclesias res tributarias & collectitias, ne fiscus careat subsidio collectarum, quia licitum est laicis defendere suas iurisdictiones, & vtilitatem publicam in acquirendis, sed non in acquisitis ecclesiæ, quod probatur, quia hoc potest pactum & testamentũ l. fin. C. de reb. alie. non alie. l. vlt. C. de pac. int. emp. & vend. ergo & statutum. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. l. in quorum. ff. de pign. l. 1. C. nõ lice. habit. l. fi. C. de iure emph. l. certa forma. C. de iu. fis. lib. 10. nam sentẽtia iudicis quoq; potest id vetare. l. si quis sciens. ff. de contrah. empt. & iurisdictiones, & statuta sunt eiusdem qualitatis, vnde in feudis statutum fuit, ꝙ feudatarius non possit in ecclesiam alienare, quia alienaret in potentiorem. §. 1. in Authen. de alien. & emphy. & ecclesia cultrix est iustitiæ, nec in se quicquã iniustum patitur, nec in alium tolerat, idem tradit Bald. in ca. ecclesia S. Mariæ col. 1. versi. Sed ecce de constit. vbi inquit
9 nõ valere statutũ † quod prohibet in clericos alienari, quod est verum, si principaliter sit factum in odium clericorum, sed si in fauorem reipu. ne fraudetur suis reditibus idest publicis functionibus benè valet statutum secundum multos magnos Doc. quia super proprio territorio fecerunt statutum, quod durat proprium in suo vniuersali, sicut patet in contractibus & delictis ibidem factis in quibus habet iurisdictionem. Et subdit Bald. ꝙ contractus facti in odium seu fraudem fisci non debent fisco nocere, nec minus videtur fauorabilis respu. quàm ecclesia l. fin. C. de sacros. eccle. nam si respub. fraudaretur proprijs reditibus, non posset se tueri ab hostibus, idem Bald. dicit in cap. clerici col. 1. versi. sed hic quæritur de iudi. dum inquit, quod statutum Medio
10 lani, † quo cauetur, quòd nullus subditus possit immobilem rem alienare in non subditum, nisi soluat tantum pro libra, comprehendit alienationem, quæ fieret in personam ecclesiasticam, quia statutum est iuridicum, & non improbandum, nec censendum esse contra libertatem ecclesiæ, quia conditum fauore publici, & communis boni, & subditorũ, vt eis salua immobilia, & territoria cõseruentur, vt possint publicis seruire functionibus, & respub. æquiparatur ecclesiæ. l. fi. C. de sacros. eccle. Vnde sicut ecclesia debet defendi
11 in suis iuribus, ita & ciuitas, Præterea † Dominus potest imponere legem rei suæ, vt nõ possit alienari in ecclesiam, vel aliũ potentiorem, vt not. in. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. multo fortius potest fieri per pactum populi, vbi ciues statuunt de rebus proprijs iuxt. not. in rub. C. de decur. lib. 10. & istud dicit Bal. proculdubio esse verum in prædijs
12 tributarijs, & affectis perpetuo onere collectarũ, nam † ecclesia nec iniustum facere, nec pati debet, ca. & si clientulus de feu. aliena. & videtur expressum hoc secundum eum in ca. 1. §. donare ibi aut pro anima iudicare, qual. olim feu. poter. alie. & in cap. 1. de prohib. feud. alie. per Lotha. dum ibi dicitur nemini licere, per quod imperij vel dominorũ minuatur vtilitas, & subdit Bald. ꝙ licet cõmercia sint de iure gentium, tamen possunt arctari per ius ciuile. l. 1. C. non liceat habit. & dicit etiam Bal. circa statutũ Mediolani, quod prohibet alienationem in nõ subditum nisi tantum soluatur pro libra, ita consuluisse laudabilis memoriæ Signor. de Homo. & reperitur in volumine consiliorum. 21. & incipit statuto ciuitatis, &c. & in terminis illius statuti latè disputat Albe. de Rosa. 2. par. statu. q. 2. quæ incipit, ex prædictis oritur, vbi quicquid ibi ipse teneat, tñ in fine quæstionis dicit Doc. Collegij Mediolanẽsis tenere pro maiori parte, quod d. statutũ clericos includat, & maximè, quia ita semper intellectum, interpretatum, & seruatum fuerat. Istam etiam opinionem, vt de iure veriorẽ amplectitur Ias. in d. l. filiusfam. §. diui super. 3. quæst. Bar. ff. de leg. 1. Et licet plures alij teneant oppo. quos ibi Alex. refert & Fel. in d. cap. ecclesia S. Mariæ. q. 9. tamen eorum principale fundamentum est, ꝙ licet statutum sit bonum & æquum, tamen deficit pote-
13 stas statuendi, quum † laici nullam habeant iurisdictionem in clericos cap. bene. 96. distinct. & d. ca. ecclesia S. Mariæ. Sed hæc ratio cessat in casu nostro, quia leges ciuiles non intendunt ligare ecclesiam, & clericos, ne possint emere rem æstimatam, sed permittitur fieri posse alienatio, nec obligant eos ad collectam, sed tantum laicum venditorem sibi subditum: vnde hoc ei licere debet, & ideo Doct. superius relati, qui tenẽt venditorem, qui alienauit in ecclesiam rem æstimatam, teneri ad oneran, unquam mouerunt istã difficultatem, ꝙ dispositio iuris ciuilis, qua cauetur vẽditorem, qui rem alienauit æstimatam in non idoneam personam, vtrum procederet in vendente ecclesijs vel clericis, quia pro certo habebant, ꝙ tunc etiam procederet, dum apertè loquuntur de eo, qui vendit vel alienat in ecclesias, videbãt enim, ꝙ ius ciuile grauabat ad collectas venditorem subditum, non ecclesias, & istud est, quod dicit Feder. de Sen. in præallegato consil. 85. & vult hoc etiam in fortioribus terminis Abb. in cap. quòd clericis col. 5. versic. quandoq; statutum concernit de for. comp. vbi vult, ꝙ quando statutum inhabilitat subditum ad alienandum, ex eo contractu non oritur naturalis obligatio. l. cum lex. ff. de fideiuss. l. non dubium. C. de ll. & statutum non ligat clericos, sed subditum, & impedit naturalem obligationem, ex eo contractu oriri, & in re sua quis potest statuere ca. verum de cond. appo. l. in re mandata. C. manda. vnde secundũ illam legem iudicabitur in vtroq; foro, & sic considerat ibi Abb. ꝙ ex illa inhabilitatione ad contrahendum non ligatur clericus, sed subditus, & propterea nihil differt an statutum loquatur in personam, aut in rem, cum agatur de ligando subditum, quod multo magis procedit in casu, in quo ius ciuile nõ prohibet alienationem in clericos, sed permittit, & arctat expressè non clericos, sed subditum vendentem. Nec potest dici id fuisse inductum odio clericorum, quũ generaliter leges loquantur de vendente non idoneo, & ostendant se facere id gratia publici boni, quũ non loquantur simpliciter de vendente res, sed de vendente res æstimatas, & in censum receptas, vt scilicet supersint, qui pro illis onera sustineant, & respub. ob huiusmodi alienationes non lædatur. Et ex his patet responsio ad alia quædã, quæ adducuntur in oppo. Non obstat, dum dicitur, ꝙ si venditor vel donans teneretur soluere onera, nõ reperiretur, qui velit vendere vel donare ecclesiæ, considerans, ꝙ pro re vendita vel donata, ipse in perpetuo deberet subire onus, vel si vellet vẽdere cariori eam pretio venderet, quia respondetur, ꝙ satis est, quòd statuentes habent potestatem grauãdi subditum, & hoc voluerũt, & fecerũt principaliter ratione publici boni, & licet redundet istud in præiudicium ecclesiæ vel clericorũ, tamen hoc non attenditur, quia vbi aliquid facio meo iure, nõ possum ab eo prohiberi, etiam si id alteri damnũ ferat. l. cum eo. ff. de seru. vrba. pręd. & nemini iniuriam facit, qui suo iure vtitur. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. Præterea non est verum, ꝙ ex aduerso pręsupponitur in facto, vt experiẽtia docet, quę est efficax rerum magistra ca. quamuis de elect. in. 6. Nam licet antiquitus iure ciuili constitutũ fuerit, vt vendens prædia tributaria, seu æstimata nõ idoneo teneatur ad collectas & fuerit interpretatum, id etiam procedere in alienatione facta in ecclesiam, vt ostendunt auctoritates superius adductæ: nihilominus nõ desierunt fieri alienationes quocunq; titulo in ecclesiam. Non obstat tex. in c. fi. de immu. eccl. in 6. quia reprobatur illud, quòd nihil venderetur clericis, quia prohibitio specialiter loquebatur de clericis, & prohibitio erat generalis & non apparebat ratio prohibitionis: vnde his concurrentibus videbatur inducta in odium clericorũ, ideò pœna excommunicationis ipso facto imponitur. Sed

hic nulla est prohibitio nec specialiter nec generaliter facta in ecclesiam imo permittitur in eam fieri alienatio. Verum quia ipsa ad collectas non tenetur, lege comprehenditur venditor, vt si vendit prædia allibrata teneatur ipse ad collectas, tanquam vendiderit nõ idoneo, & id licet rationibus premissis, nõ enim facere potest ecclesia, quin in suis contractibus leges seruentur, vt egregiè dicebat Feder. de Sen. in præallegato consil. 85. Non obstat auctoritas Bald. consi. 132. quidam vocatus lib. 3. quia respondetur, ꝙ Bald. ibi cõsuluit in statuto prohibẽte alienari rem immobilem æstimatam in non soluentem onera: & quũ alienatio facta fuisset in quoddam hospitale, consuluit Bald. rectorem hospitalis ad collectas non teneri, qui casus longè differt à casu nostro, quia hic nulla est prohibitio, quominus bona non
14 posint in ecclesiam alienari, & vlterius † non concluditur ecclesiam teneri ad collectas, sed eum qui alienauit, vnde ex diuersis non recta fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de min. Et licet Bald. ibi in discursu videatur quędam ponere, quorum contrarium dixerat legendo: tamen hoc non pertinet ad præsentem quęstionem. Non obstat, ꝙ quælibet dispositio etiam iurata intelligenda venit rebus sic se habẽtibus ca. breui de iureiu. glo. in ca. quemadmodum eo. titu. l. quod Seruius. ff. de cond. ob cau. ergo cum ponitur res in ęstimo, etiam si expresse fuisset facta promissio de soluendo onera pro re illa intelligenda esset promissio donec illam habuerit ipse & tenuerit, quia respondetur, ꝙ intelligenda est promissio, non solum si tenuerit & possederit, verumetiam si vendiderit minus idoneo, quia verba contrahentium semper intelliguntur secundum dispositionem iuris cõmunis. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. l. si stipulatus in prin. ff. de vsu. l. damni infecti stipulatio in prin. ff. de damn. infec. tradit Alex. post Rain. in l. post dotem in fin. ff. sol. matr. Demum quicquid fuerit in mente eius, qui rem ponit in æstimo, lex eum arctat ad onerum solutionem, vbi rem vendiderit & tradiderit nõ idoneo, vt habetur in d. Auth. sed periculum, & in corpore vnde sumitur, & legibus omnes con stringuntur. l. leges vt generales. C. de ll. Non obstat, quod Bart. tradit in d. l. incola, dum dicit, ꝙ qui vendit prædia nõ idoneo tenetur ipse ad collectas, loquitur vbi collecta est imposita, & per consequens non loquitur de collectis futuris: Nam respondetur, ꝙ imo Bar. loquitur de collectis futuris: Nam vult loquendo de muneribus mixtis, quæ imponuntur personæ pro rebus, ꝙ ante impositionem mune
15 ris posit quis incolatui † renunciare: sed nõ æstimo, & hęc est differentia, quam facit ibi Bart. inter incolam, qui nullũ fecit æstimum, & eum qui fecit, vt vnus non teneatur ante impositionẽ muneris, si discesserit, alius vero teneatur: quia æstimo renunciari nõ potest & istud apertè vult gl. ibi dum text. in d. l. incola, qui dicit incolam iam destinatum muneribus per impositam scilicet iam collectã incolatui renunciare nõ posse extendit ad eum qui fecit æstimum, quia per hoc iam erat muneribus destinatus. Ex quibus d. D. Franciscum, qui transtulit prædia in ecclesiam, pro his ad collectas subeundas teneri consulo.

SVMMARIVM.

1 *Pactum inter diuersos initum de diuidendo omnia eorũ bona, iura & actiones æqualiter valet, & comprehendit etiam bona emphyteotica, saltem, quo ad fructuum commoditatem vt nu. 8.*

2 *Emphyteosim suam quilibet donare potest, modo id domino denunciet, & petat, vt donatarium in emphyteotam suscipiat, ac inducat in possessionem.*

3 *Verbũ generale bona prohibita alienari non comprehendit.*

4 *Verba generalia in actu operantur, vt includant ea, quæ aliàs in simplici sermone non venirent.*

5 *Fideicommissum, vbi per verba vniuersalia relinquitur, tunc prælegata etiam ab hærede restitui debent.*

6 *Emphyteosis ecclesiastica recepta pro se & omnibus suis hæredibus, comprehendit etiam extraneos hæredes.*

7 *Dotem vbi maritus restituere simpliciter promittit, renunciare lucro sibi debito pro parte ex forma statuti non videtur, secus si promittat totam dotem restituere.*

9 *Iuramentum in instrumentis interpositum, facit actum omni meliori modo valere.*

10 *Emphyteota non solum fructuum commoditatem, sed etiam vsumfructum alteri concedere potest.*

11 *Emphyteota faciendo alium vsufructuarium, & vsuarium, eius vtile dominium in eum non transfert.*

12 *Emphyteota fundo emphyteotico quamlibet seruitutem imponere potest, duraturam suo iure durante.*

13 *Feudum etsi inuito domino alteri communicari non possit, tamen feudi fructus communicari possunt.*

14 *Testis vnus vbi alteri repugnare videtur, possunt reduci ad concordiam per interpretationem actuum diuersorũ, non solum vt euitent periurium, sed etiam vt probent.*

CONSILIVM. 516.



N causa Calliani. Viso processu, omisso multiloquio concludo contra Beltramum Duretum, quia non video, ꝙ
1 † illud pactum, quo cõuentum fuit inter eum, & Iacobum, ac Vercellinum fratres de Trumbetis, ꝙ omnia bona eorũ iura & actiones diuidantur æqualiter non teneat, nam posito, ꝙ bona emphyteotica, si via diuisionis transferantur in extraneam personam, & in inuestitura non comprehensam, dicãtur alienari, quia quicunq; diuidit, vbi diuisio non est necessaria, dicatur alienare. l. alienationis. ff. famil. hercis. tamen hęc alienatio non est prohi-
2 bita, vbi fit titulo lucratiuo, quia † emphyteosim suam quilibet donare potest modo denũciet domino donationem, & petat, vt eum, cui donatum est, in nouũ emphyteotam suscipiat, & in possessionem inducat, vt tenet Spe. in §. nũc aliqua versi. 107. de loca. Bart. in l. 1. C. de fun. patrim. li. 11. Bald. in l. quum virum in fin. C. de fideic. Bald. & Imo. in l. vsufructu. ff. solu. matr. & hæc est magis communis opinio, vt late prosequitur Alex. in l. si domus. §. fin ff. de legat. 1. & Moder. in l. fin. C. de iur. emphyt. & propterea valet pactũ & illius vigore debet iste petere à domino nouam inuestituram pro fratribus de Trumbetis ad effectum d. diuisionis implendæ. Nec aliquid facit si dicatur, ꝙ d. pactum non
3 intelligatur respectu bonorum emphyteoticorũ, quia † in generali sermone nõ veniunt bona prohibita alienari l. codicillis. §. instituto & ibi Bart. ff. de legat. 2. l. voluntas & ibi Bald. in fin. C. de fideicommis. & cap. in l. generali si de feu. fue. contro. in do. & agn. ponit Bald. in l. 1. C. quæ res pigno. oblig. pos. & in cap. 1. de ca. qui cur. vend. quia respondetur prædictis, ꝙ in casu isto non erat prohibita alienatio, quia fiebat ex titulo lucratiuo, vt superiora ostendunt, & eo magis id dicendum, quia pactũ de diuidendo non est alienatio traditione nõ sequuta, vt latè probat Ant. de Butr. cons. 37. Viso puncto & instrumento, &c. & quòd fuerit de mente
4 partium, ꝙ † d. bona emphyteotica diuiderẽtur patet, quia dictum fuit de omnibus bonis iuribus & actionibus, nam qui omne dicit nihil excludit. l. Iulianus in princ. ff. de leg. 3. l. à procuratore c. mand. l. omnes. C. si. cen. vel reliq. hinc fit vt in societate omnium bonorum, nihil intelligatur exceptum, licet secus sit si societas simpliciter contracta sit. l. 3. §. 1. iuncta. l. coiri. ff. pro soc. not. gl. in ca. pastoralis in verbo temporaliter de dona. sicut etiam secundum eandem gl. ibi aliud est dicere à munere, aliud ab omni munere cap. sunt
5 nonnulli. 1. q. 1. Similiter † quando relinquitur fideicõmissum per verba vniuersalia puta vt quia grauatur hæres restituere omnia bona vel quicquid ac eum peruenerit, veniũt prælegata in restitutione l. quum virum, & ibi glo. Bart. & omnes. C. de fideic. Bart. & alij in l. Marcellus. §. quidam li-
6 beris. ff. ad Trebel. Similiter † emphyteosis ecclesię recepta pro se

pro se & hæredibus suis omnibus comprehendit extraneos hæredes virtute illius termini vniuersalis omnibus, contra naturam ipsius emphyteosis ecclesiasticę, vt Bald. scribit in cap. in præsentia col. 4. versi. nota, quòd nomen hæredis de
7 prob. Item † licet maritus simpliciter promittens restituere dotem, nō videatur renunciare lucro sibi debito pro parte ex forma statuti. Istud tamen nō procedit, quando promittit restituere totam dotem Bald. in l. quod nomine circa fi. ff. de cōd. indeb. & in l. fi. C. ad l. falc. Ang. Imo. & Roma. in l. damni infecti. §. quum parietem in prin. ff. de dam. infec. Alex. in l. post dotem circa fi. ff. sol. matr. Alio funda-
8 mento ostenditur † d. pactum tenere & esse obseruādum, quia posito ex abundanti ꝙ non potuerit Beltramus transferre vtile dominium emphyteosis in d. fratres de Trumbetis, nec etiam transtulerit per illud pactum, tamen potuit pacisci super commoditate fructuum, vt esset communis, & æqualiter diuideretur, quia quæ non possunt acquiri pleno iure, acquiruntur quo ad commoditatem. l. fi. C. de vsufru. l. necessario. §. fin. ff. de pericu. & com. rei vend. verba sunt Bal. in l. cum oportet in prin. versus fi. versi. quæstio est de feudo. C. de bo. quæ lib. & vltra Bald. vult hoc idem glo. in Aut. idem est. C. eod. titu. Bart. in d. l. fin. C. de vsufr. circa fi. cum alijs adduc. per Alex. in l. possessio quoq; in princ. ff.
9 de acq. poss. & † instrumento interpositum est iuramentū, quod facit valere actum omni meliori modo. l. cū pater. §.
10 filijs matrem. ff. de leg. 2. & eo magis id dicendū, quia † non solum commoditatem fructuum alteri emphyteota cōcedere, sed etiam vsumfructum potest. l. 1. §. item in fundo & ibi Bald. notat. ff. qui. mod. vsufr. amit. l. 1. §. fin. ff. de superfi. & tradit Bart. in l. 3. §. ex contrario col. fi. versi. quæro mo-
11 do plures. ff. de acq. pos. & ibi Alex. hoc sequitur, quia † emphyteota faciendo alium vsufructuarium vel vsuariū non transfert in eum vtile dominium, quod habet nec sua melioramenta, & sic non habet locum prohibitio, de qua loquitur tex. in l. fi. C. de iur. emphyt. & in cap. potuit loca. & sequitur hoc idem Alex. cons. 120. Super eo, quod queritur
12 in fi. lib. 1. & generaliter † emphyteota fundo emphyteotico quamlibet seruitutem imponere potest duraturam donec eius ius durat, ita concludunt Bald. Pau. de Cast. & Sali. in l. 3. C. de seru. & aqu. Et pro prædictis facit bon. text. in
13 c. 1. de fra. de nou. benef. inuest. vbi † licet feudū non possit cōmunicari alteri, ne dominus fortè inuitus alium habeat vasallum, quàm eū, quem delegerit, tamen fructus possunt communicari; de hoc etiā deponit Michael Barberius, qui & ante instrumentum, & tempore d. instrumenti dicit inter partes fuisse conuentū & conclusum, ꝙ non diuiderentur d. prædia emphyteotica, ne inciderent in cōmissum sed ꝙ communiter fruerentur ipsis prædijs donec sequeretur franchitatio. Et licet secundus testis dicat, ꝙ vna partium dixit, quòd frui deberent cōmuniter ipsis prædijs, & quod nescit, quæ nam partium illud dixerit, sed ꝙ altera pars tacuit, tamen non potest dici contrarius primo testi, quia deponit postea quod partes discesserunt in concordia & potest esse, quòd pars altera, quæ tacuit, postmodum expresse
14 consenserit licet ipse nō aduerterit. nam † vbi vnus testis repugnare videtur alteri, tamen reduci possunt ad concordiā per interpretationem diuersorū actuum, nō solum vt euitent periurium, sed etiam, vt probent, vt patet ex not. per Bart. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posthu. & in l. in insulam. §. 1. ff. solu. matr. & sequitur Abb. in ca. cum tu col. 3. versi. sed est notabile. ff. de testib. Alexand. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbo. oblig. & quod etiam pars consenserit patet, quia facta loquūtur, nam ex post bona hæc emphyteotica fuerunt communiter, & pro indiuiso tenta, & fructus in commune commodum percepti, quibus attentis, esset reis conuentis iuramentum suppletiuum deferendum, prout fuit petitum.

SVMMARIVM.

1 *Locatio prædiorum facta per prælatum sub nomine dignitatis, vel ecclesiæ ad modicum tempus cum superioris auctoritate, & ad ecclesiæ vtilitem, est à successore beneficij obseruanda. Amp. vt nu. 5.*

2 *Tempus longum esse non dicitur, nisi vsq; ad decennium.*

3 *Ecclesia vbi prætendit se læsam in aliquo actu, potest in integrum restitutionem petere.*

4 *Prælati successor tenetur stare bona fide, & ritè ac cum solemnitate debita gestis per suum antecessorem, secus si fraus & machinatio esset adhibita.*

6 *Decretum superioris, vbi in aliquo contractu interuenit, facit, vt contractus videatur celebratus ab administrationem habente.*

CONSILIVM. 517.



1 VBICVNQVE † prælatus locat prædia sub nomine dignitatis, vel ecclesiæ nomine ad modicum tempus cū auctoritate superioris, & ad vtilitatē ecclesiæ, tunc successor beneficij tenetur stare colono, decisio est Arch. in ca. alienationes. 12. q. 2. quam passim sequūtur Doc. & optime ponit Rota decis. 232. Si prælatus locat, in nouis. Quòd autem superiora omnia concurrant in casu isto ostenditur, quia iste miles Hierosolymitanus locauit tanquam cōmendatarius, & sic sub nomine dignitatis, quod perinde est, ac si locasset nomine ecclesiæ ex quo locat sub nomine officij c. quoniam Abbas de off. deleg. c. cum venissent de instit. tradit Ant. de Butr. post Ioan. Andr. & Hostie. in ca. fi. ne præl. vi. su. locauit etiam ad mo-
2 dicum tempus videlicet per triennium, quum † tempus nō dicatur esse longum, nisi vsq; ad decennium inclusiue gl. in Cle. 1. in verbo ad tempus de reb. eccl. non alie. & in l. si fideicommissa. §. Aristo. ff. qui & à quib. cum alijs vulg. Intercessit etiam auctoritas superioris, quia d. locatio triennalis fuit facta impetrata licētia ab ordinis magistro, & sic interuenit solēnitas à iure requisita in alienationibus perpetuis non enim hic requirebatur tractatus, quū ecclesia commendataria careat capitulo & collegio. Postremo interuenit vtilitas ecclesiæ, quæ intelligitur interuenisse, vbi appa-
3 renter ecclesia non est decepta in pretio, si autem † ecclesia prætenderet se læsam, petere deberet restitutionem in integrum, & ita declarat Ant. de Butr. & Abb. post antiquos in d. cap. fi. ne præl. vi. su. & ante eos hoc etiā Bar. scribit consi. 63. Factum sic proponitur, concessum fuit in fi. vbi pariter loquitur de locatione facta per prelatum, & vult contractū tenere vbi debita in locatione interuenit solemnitas, & successor tenetur tunc stare secundum eum locationi, si tamen inutilis esset contractus, subueniretur ecclesiæ per viam restitutionis in integrum cap. pen. de reb. eccl. nō alie. & idem tradit Cald. consi. 1. An successor teneatur, sub titu. de loca. Hæc faciunt, vt in proposito casu dicendum videatur standum esse locationi per successorem. Confirmātur præmissa, quia in locatione vltra annum facta per commendatarios vt valeant constitutiones ordinis, quas illi stabilimenta vocant, nihil requirūt aliud nisi licentiam magni magistri, quæ fuit obtenta, vnde huic locationi, quæ ritè & solemniter fuit facta, successor tenetur stare, vt Doct. volunt in d. c. fi. ne præl. vi. su. & tradit Bald. in l. emptorem col. 1. versic.
4 quæro quid in successore. C. loca. vbi vult, ꝙ successor † prelati tenetur stare bona fide & ritè ac cū debita solemnitate gestis per antecessorem suum, quia eadem persona significatione officij esse videtur: secus si adhibita fuissent machinamenta & fraudes, vt ipse latius ibi prosequitur, & Angel. ibi in fi. post Inno. quem allegat, vult quòd successor prælati teneatur stare colono, vbi auctoritas superioris interuenit, & in eandem sententiam scribit Bald. in l. si filio. §. si vir circa fi. ff. sol. matr. ꝙ successor administrationis vel officij tenetur stare colono nomine ipsius officij quod gerit, si tamen locatio antecessoris ritè fuit facta, aliàs non, cap. querelam ne præla. vi. su. articulum etiam latè tangit Bald. in l.

iubemus la.2.in princ.col. pen. versic.3. est videndum cap.
5 de sacrosf. eccle. vbi inter cætera dicit, quòd † si locatio est facta nomine ecclesiæ, & ex causa probabili, successor tenetur stare colono, ne contrahentes cum prædecessore decipiantur legis permissione, & auctoritate, nam quũ illi potuerit obligare ecclesiam, ex licito contractu, merito tenetur successor, & hæc eadem, quæ ibi ponit Bal. sunt repetita per eundem ad verbum consi.483. An locatio facta li.3. & concordat cum prædictis Fulg. consi.126. Reuerendus in Christo pater, vbi specificè loquitur in commendatario, quem dicit habere plenã administrationem sui beneficij, & similem esse prælato, iuxt.not.per Ioan.And. & Archid. in cap.nemo de elec.in.6.& vult successorem commendatarij teneri ad obseruantiã locationis per prædecessorem factæ iuribus & rationibus ibi per eũ adductis, & vltra Fulg. est considerandum, ꝙ etiam si commendatarius non habe
6 ret administrationem, tamen † superioris auctoritas, vbi interuenit in locatione, facit, vt videatur locatio facta ab habente administrationem, vt Abb. dicit in cap. fin. in præla. vi.su. dum loquitur de canonico. Non obstat, dum dicitur per aduersarium, quòd licentia habita à summo ordinis magistro operatur tantum circa tempus, vt commendatarius potuerit locare per triennium, quum aliàs per constitutiones ordinis non posset locare, nisi per annũ, non autem debet operari, vt successor teneatur stare contractui, quia respondetur, quòd istud est contra id, quod dicunt Cano. in d.cap.fin.ne præl.vi.su. vbi volunt, quòd licet prælatus non possit locare, ad longũ tempus, tamen vbi interueniunt ea, quæ requiruntur in alienationibus perpetuis cõtractus tenet & ligat successorem. In casu autem isto non requirebatur, nisi licentia magni magistri, quæ fuit obtenta, nec aliud requirebatur pro solemnitate, etiam secundum constitutiones ordinis, vnde contractus tenebit successorem, ecclesia enim, cui iste præest non habet collegium, vnde nullo opus fuit tractatu, qui interuenire non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum fidelitatis, quod tenetur subditus præstare Domino, per longissimum tempus non potest præscribi, nisi subditus ad præstandũ requisitus expressè negauerit tanquam liber & exemptus, Ampl. vt nu.9.& 10.*

2 *Seruitus, vt præscribatur, requirit factum præscribentis directè contrarium seruituti, alioqui nunquam amittitur.*


3 *Possessio qualibet acquiritur per fieri, nõ autem per non fieri, & ab aliquo facto semper incipit.*

4 *Vasallus, qui tenetur domino seruitia & onera præstare, ea nunquam præscribit, nisi ab ipso Domino necessitatem habente requisitus, expressè recusauerit, seq; pro libero gesserit, vt etiam nu.5.& 7.*

6 *Præscriptio quorumcunq; iurium incorporalium, vt procedat, requirit vsum cum scientia & patientia aduersarij, quæ pro traditione habetur. aliàs secus.*

8 *Præscribunt libertatem seruus & filius, si diu in libertatis possessione permanserint, omniaq; vt sui iuris, administrauerint, Domino & patre scientibus & permittentibus.*

CONSILIVM. 518.



VIDAM † nobiles inuestiti de quodã castro cũ mero & mixto imperio, & cum hominum fidelitatibus, vltra centum & quinquaginta annos receperũt bis ab hominibus fidelitatem, postea per annos centum nõ fuit petitum ab hominibus iuramentũ fidelitatis, nũc successores illorum petunt d.iuramentũ, contradicunt homines allegantes præscriptionẽ. Dubitatur an rectè se opponant, Et mihi videtur breuiter, quòd non. Moueor per
2 text.in l.hæc autem iura.ff.de seru.vrba.predi.vbi † seruitus vrbana non amittitur per non vsum, sed requiritur factum præscribentis directè contrarium seruituti: nam ibi is, cui debebatur seruitus, ne luminibus ædium suarum officeretur, præfixas vel obstructas fenestras ædium suarũ habuerat per tempus ad præscriptionem requisitum, & sic per d. tempus commodo seruitutis vsus non fuerat, & deciditur ibi, quòd per hoc non amittit seruitutem, ne luminibus officiatur per non vsum, nisi vicinus, qui seruitutem debebat, ædes altius sublatas habuerit: Alioquin, si nihil noui fecerit, non præscripsit libertatem, sed retinetur seruitus. Similiter si is, qui seruitutẽ habebat tigni immissi exemerit ex vicini ædibus, quæ seruitutem debebant, tignum, & sic nõ vtebatur commodo seruitutis tigni immissi, nõ amittit seruitutem, nisi vicinus foramen obturauerit, & ita per statutũ tempus obturatum tenuerit, alioquin, si nihil noui fecerit, ius seruitutis integrum permanet, ad idem est text.in l.& si forte.§.1.ff.si seru.vend. & propterea Bal.in d.l.hæc autem
3 iura dicit, ꝙ † omnis possessio acquiritur per fieri, non autem per non fieri, & semper incipit ab aliquo facto. Ex hoc
4 etiam ibi infert Ang. quòd si † Dominus steterit per annos centum, ꝙ Vasallo suo onus non imposuerit, & in ciuitate vel castro non fuerit vsus imperio, non perdit ex hoc solo non vsu ius suum: nisi Vasalli gesserint se pro liberis. & sequuntur Pau.de Cast.& Floria.ibi istud etiam scribunt Bal. & Ang.in l.male agitur.C.de præscrip.30.anno.vbi dicunt, quòd, si etiam per centũ annos Dominus Vasallo nõ imposuisset seruitium, non esset liberatus Vasallus tempore, quia nunquam habuit aliquã possessionem libertatis, ex quo requisitus non fuit ad præstationem homagij, vel seruitij, & dicunt, ꝙ maiores nostri ad hoc allegabant tex. in d.l.hæc autem iura, & facit etiam pro prædictis, quod not. Bar.in l. in filijs.C.de decur.lib.10.& in l.cum scimus.C. de agric.& censf.lib.11.cum alijs pluribus adductis per Fel. in cap. cum accessissent col.10.vers.hanc regulam limita primo de con
5 stitu. in quibus locis habetur, ꝙ † Vasallus nunquam præscribit seruitia, quę debet Domino, nisi casus euenerit vten
6 di, & D. illis indiguerit, & generaliter † in præscriptione quoruncunque iurium incorporalium requiritur vsus cum scientia, & patientia aduersarij, quæ habetur loco traditionis, quum incorporalia non possideantur, sed quasi possideantur.c.cum ecclesia Sutrina de cau. poss. & proprietatis c.cum olim eod.titu.l.pen.ff.de seru.l.3.§.dare.ff. de vsufru. l.1.& ibi Bar.in fin.C.de seru.& aqu.tradit Bar.in l.1.§.deniq; colum.1.ff.de aqu.plu.arc.& in l.si publicanus.§.in vectigalibus.ff.de publi.& in l.1.§.si quis interdicto versi. vlterius quæro.ff.de itin.ac.ęque priu.& l.seruitutes in fin.ff.de seru. Inno.in c.bonæ de postula.præla.Abb.in ca.de quarta colum.fin.de præscr. Accedat prædictis Bald. in c.ex parte
7 Adæ colum.1.de testib.dicens, quòd † nulla mundi præscriptio currit, quãdo vasallus per longissima tempora ideo nõ seruiuit Domino, quia Dominus non habuit necessitatem talis seruitij, per hoc enim non præscribit se in libertatem, quia nullum tempus hic patrocinatur, adducit tex. quem dicit mirabilem in c. sancimus ibi si necesse fuerit de feu. fin. cul. non amitt. Sed in proposito isti homines postquam semel & bis præstiterunt iuramentum fidelitatis maioribus istorum, qui nunc agunt, nullos fecerunt actus, per quos appareat qualiter voluerint esse liberi à pręstatione præfati iuramenti, & sic nunquam fuerunt in quasi possessione libertatis, quũ nullos fecerint actus libertatis, propter quos posset dici interuenisse scientiam & patientiam dominorum, & sine possessione pręscriptio nõ procedat l.sine possessione.ff.de vsuc.non etiam apparet, ꝙ domini indiguerint d.iuramẽto fidelitatis, & eo opus esset, quia an habeant, vel habuerint ipsos homines pro fidelibus, pendet hoc ex animo ipsorum, & quum antea non petierint, satis datur intelligi eos pro fidelibus habuisse, & non eguisse huiusmodi iuramento. Cõfirmantur prædicta per text.in l.1.& 2.C.de longi tempo.præscrip.quæ pro liber.vbi ponderatur, quòd ad
8 hoc, vt seruus † præscribat libertatẽ, debuerit morari diu in possessione

possessione libertatis. Ad idem est tex. in l. 1. C. de pat. pote. vbi aduersus patriam potestatem præscribitur libertas, si pater diu passus fuerit filium vt hominem sui iuris morari, & omnia administrare, & dicit ibi Ang. ꝙ patientia patris cũ facto filij libertatem inducit, & secundum prædicta videtur etiam concludere Gui. pap. q. 316. Sed iuxta præcedentem, &c. vbi vult, ꝙ aliquis possit præscribere homagium si spatio 40. annorum fuerit in quasi possessione libertatis, & se pro franco & libero homine gesserit. Demum quòd
9 † homines alicuius Domini, qui non præstiterunt per longissima tempora iuramentum fidelitatis, non præscripserint libertatem, nisi constaret, ꝙ requisiti expresse recusassent tanquam liberi & exempti consul. Alber. Bru. vt patet eius cons. 35. quod incipit in causa mota, &c. motus ex not. per Bald. in c. licet 2. not. si de feu. defun. fue. cont. in. do. & agn. & vbi dicit, quòd presumitur Vasallum, si fuisset interpellatus, præstaturum seruitia Domino, ideò nisi interpellatus negauerit contra Dominum nõ præscribit, & sequuntur hoc Iacob. Alua. ibi & Præpos. Adducit etiam Abb. in c. ad audientiam colum. fin. versi. sed iuxta prædicta de præ
10 scrip. vbi † vult ꝙ subditus non præscribat libertatem contra Dominum ex non obedientia vel non prestatione seruitij, vel non vsu iurisdictionis quando non occurrit occasio, plus voluit ibi Fel. col. 7. quòd etiam si occurrisset occasio, & vsus non fuisset, quia non oportuit, quũ auxilium aliorum sufficeret, non currit præscriptio iuxt. not. per Bart. in d. l. quum scimus. In casu autem isto non apparet de interpellatione Dominorum, & hominum contradictione: ergo præscriptio inchoari non potuit. Ex quibus rectè concluditur prædictos homines teneri ad præstandum fidelitatis iuramentum Dominis potentibus, allegata præscriptione in oppositum minime refragante.

SVMMARIVM.

1 *Donationem propter nuptias mater ad secundas transiens nuptias filijs seruare tenetur. vsufructu sibi reseruato, quod intellige, vt nu. 3.*

2 *Donationis propter nuptias proprietas pleno iure reuertitur ad matrem filijs præcedentibus & e contra vt nu. 3.*

4 *Donationem propter nuptias, si filij matri prædecesserint, non filiorum sed matris hæredes consequentur.*

5 *Donationem propter nuptias mater ad secunda vota non transiens lucratur etiam in proprietate quantum vnus filiorum, & hanc partem potest in extraneum hæredem transferre, licet filij matri superuixerint.*

6 *Donationem propter nuptias, pactum, quòd vxor lucretur, valet.*

7 *Donatio propter nuptias & dos, & de consuetudiue, tam in summa, quàm in lucris possunt inæqualiter procedere.*

8 *Consuetudo generalis satis probat per eius allegationem, sine alia probatione, & in ea iudex supplet.*

CONSILIVM. 519.



1 QVAMVIS iure nouissimo Authenticorũ, mater † etiã non transiens ad secunda vota teneatur seruare donationem propter nuptias, quam ex pacto lucrata fuerat, filijs vsufructu tantum apud eam remanẽte. §. præterea in Aut. neq; virum, & habetur transsumptiuè in Auth. vxore. C. de secun. nupt. qui tex. corrigit ius antiquum, secũdum quod mulier persistens in viduitate, poterat ad libitũ de donatione propter nuptias disponere l. generaliter. §. fin. & l. hac edictali, in fin. & l. si quis prioris. §. illud. C. de secun. nupt. Attamen considerandũ est, quòd in casu isto † filia prædecessit matri
2 viduæ, vnde dicẽdum ꝙ proprietas ad matrem reuertatur, quia id, quod habetur in Auth. neq; virum. §. præterea, ꝙ mater non transiens ad secunda vota priuetur proprietate,
3 vsufructu tantũ apud eam remanente, procedit † vbi moritur cum filijs, quia tunc filij cõsequentur pleno iure proprietatem, secus vbi moritur sine filijs, quia nunquam eos habuerit vel si habuerit predecesserint, vt apertè sentit tex. in Auth. neq; virum, versi. si vero veniat, ibi quomodo iustum est eos, qui in solis filijs legitimis moriuntur, non seruare eis iura, &c. Præterea si hoc est in matre, quæ transiuit ad secunda vota, & decedentibus filijs, siue ante siue post, proprietas ad eam reuertitur l. fœminæ in fin. C. de secund. nup. §. hoc autem in Auth. de non elig. secun. nuben. quanto magis hoc procedit in matre, quæ non transiuit ad secunda vota, quæ maiori est digna priuilegio, quũ per nõ transitum ad secunda vota, nullam filijs intulerit iniuriam. §. soluto in Auth. de nup. & ratio, quæ adducitur, cur extinctis filijs proprietas reuertatur ad matrẽ, quæ fuerat priuata per transitum ad secunda vota, non est alia, nisi quòd cessat fauor filiorum, propter quem illud fuerat inductũ, quum filij iam non extent, vt Bald. tradit, & ibi Sali. in Auth. ex testamento. C. de secun. nup. & Bald. in l. cum alijs circa fi. C. eo. titu. Ang. in Aut. de non elig. secun. nuben. in prin. colum. 3. versi. & prædicta vera, quã rationem etiam assignare tex. in. §. quoniam infirmas in Auth. de nupt. ibi quis enim hoc infringat non existentibus, quibus solis hæc seruauimus filijs, quæ ratio, cum militet in matre non transeunte ad secunda vota, idem ius esse debet l. illud. ff. ad l. Aquil. Ex hoc
4 dicendum videtur, ꝙ quum † Catherina filia prædecesserit matri consequentur dictam donationem propter nuptias, non hæredes Catherinæ, sed hæredes matris, & videtur mi
5 nor esse difficultas † circa dimidiam donationis propter nuptias, quin eam trãsferre potuerit in extraneum hæredem, etiam si Catherina vnica filia matri superuixisset, quoniã, si mulier non transit ad secunda vota, lucratur donationem propter nuptias etiam in proprietate, quantũ percipit vnus filiorum, Auth. si tamen. C. de secun. nupt. & §. quia vero in Auth. vt fratr. filij. qui text. corrigit id, quod dicitur in d. §. præterea in Auth. neq; virum, vt ibi Bart. dicit. & Ang. in l. generaliter. §. illud. C. de secun. nupt. Sali. in d. Auth. vxore. Et quia contra hæredes d. mulieris opponitur de inualiditate pacti, dico ꝙ † istud pactum, quòd vxor lucretur donationem propter nuptias, valet, vt vult, glo. Cin. Bald. & Pau.
6 de Cast. in l. quod scitis. C. de bo. quæ lib. & glo. in Aut. dos data in verbo meretur. C. de don. ant. nup. quæ allegat text. in l. vnica. §. illo procul dubio. C. de rei vxo. actio. Nec aliquid facit, ꝙ dicitur de æqualitate lucrorũ seruanda, de qua habetur in l. ex morte & Auth. equalitas. C. de pac. conuen.
7 & §. 1. in Auth. de æqual. dot. quia respondetur, ꝙ de † consuetudine dos & donatio propter nuptias tam in summa, q̃ in lucris possunt inæqualiter procedere, de qua consuetudine testatur glo. Bart. & Sali. in d. Auth. æqualitas, & Bald. & Ang. in l. ex morte. C. eod. titu. Cuma. consi. 26. Cum statutum. Gui. Pap. q. 363. licet in pactis Ioan. de Platea in. §. est
8 & aliud Instit. de dona. Et cum hæc sit † consuetudo generalis, alia nõ indiget probatione, sed satis est, ꝙ allegetur, & iudex supplet in tali consuetudine, vt Bald. dicit in l. filiusfa. §. veterani. ff. de procu. Et idem Bal. in l. iubemus. C. de iud. & in l. si fugitiui, colum. 1. C. de seru. fugi. & tradit Alexan. in. l. vnica circa princ. C. vt quæ des. Aduo. ex istis in fauorem hæredum mulieris concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Feudalia prædia non præsumuntur, sed allodialia, fallit, vbi aliqua adest bona præsumptio, quod sit feudale, vt nume 2.*

3 *Allodiale prædium à iure generaliter in dubio præsumitur, propter suam primæuam originem.*

4 *Ecclesiæ de bonis prædium esse præsumitur, pro quo onera nõ apparent soluta, & per consequens immune, nisi contrarium probetur.*

5 Vasallus

5 *Vasallus inuestitus, per verba generalia in inuestituris apponi consueta, cum terris, vineis, pratis, & nemoribus, propter incertitudinem, non probat aliquid esse feudum, fallit vt nume.6. & 8.*
Titulus vbi est incertus stãdum est possessoris dicto, an possederit ex titulo, quem ostendit. sub nu.6.
7 *Titulus putatiuus facit, vt quis ex eo titulo possidere præsumatur.*
9 *Testimonium de auditu in nouis præsumptionem inducit, in antiquis verò inducit plenam probationem vt num. 10.*
11 *Confessio decurionum, licet reip. non præiudicet, tamen magnam præsumptionem inducit super actu de quo agitur.*
12 *Feudum nõ modo verè, sed etiã præsumptiuè probari potest.*
13 *Probatio dubia non releuat probantem.*
14 *Testi deponenti ad proprium commodum, tanquam in causa propria non creditur.*
15 *Testibus vniuersitatis regulariter, vt de communi commodo & honore non agitur, sed de singulorum vtilitatibus non creditur.*
16 *Testes vniuersitatis sine adiunctis non probant, nec vnquã sunt integri testes, etiam quòd duntaxat deponerent de tangentibus commodum & honorem vniuersitatis vt nume.17.*
18 *Testium numerus nõ supplet, vbi omnes testes sunt suspecti.*
19 *Decuriones remittentes debitum vniuersitatis liquidũ vel de facili liquidabile, tenetur de suo proprio debitum soluere.*
20 *Decretum, si in donatione decurionum fuit apposita aliqua ficta causa vel falsa, debet rescindi, sin autem nulla, ipso iure decretum est nullum.*
21 *Transactionis exceptio, quæ est litis finitæ, nõ potest per pænitentiam rescindi.*
22 *Collectas imponere de iure communi vniuersitati cõcessum, vt valeat pro causis suis necessarij, procedit, vt sibi ipsis possint imponore, non autem non subditis vt num.23.*
24 *Consuetudo generalis, quæ habet vt forenses onera subeant, pro prædijs, quæ possident, non extenditur ad diuersum genus personarum.*
25 *Consuetudo qua quis colligit vectigal de certis rebus, ad aliarum rerum exactionem non extenditur, & generaliter, quum sit tacita ciuium conuentio, sicut nec pactũ, ad alias res vel personas non trahitur, quàm de quibus loquitur.*
26 *Collectandi personam extraneam ius Villæ. & Castro de iure communi non competit, nisi quatenus de præscriptione, vel consuetudine sibi acquisiuerint.*
27 *Consuetudo vel præscriptio non arctant illos, cõtra quos prescribentes vel consuetudinantes nunquam præscriptione vel consuetudine vsi sunt.*
28 *Consuetudo & præscriptio cum sint facti & in facto consistant, extensionem personarum vel rerum non recipiunt.*

CONSILIVM. 520.



ERSTRINGENDO pauca ex multis, quæ scribunt aduocati facit contra
1 communitatem Viarisij, quia † licet prædia præsumãtur potius allodialia,
2 quàm feudalia, tamen hoc † non procedit vbi est aliqua bona presumptio, quòd sit feudale prædium, vt vult gl. in cap.1.§.inter filiam si de feu.defun.sit controu.in. Dom. & agn. & clarius ibi Bald. post Iacob. de Beluis. & ibidem etiam Iacob.Alua.& Præpo.& Affl. vbi volunt, ꝙ vbi inter filiam & agnatum contentio est de prædio filia asserente esse allodium, agnato feudũ, & si filia sit mittenda in possessionem prædij propter qualitatem possessionis paternæ vt dicitur in illo tex. tamen in iudicio postmodũ intentando, si aliqua est præsumptio pro agnato, ꝙ sit feudum, vincet agnatus, & prædium illi, vt feudale adiudicatur, & vult hoc idem glo. in cap.1. in verbo duodecim & ibi Doct. de controuer.int.mascu.& fœmi.tradit Alex.consi.128.Ponderatis his, quæ in præscripto. circa princ. lib.1. & facit ratio, quia † prædium esse allodiale præsumitur à iure genera-
3 liter propter suam primæuam originem l.altius.C.de ser. & aqu.& præsumptio generalis vincitur à speciali, vt Bart. tradit in l.cum de indebito per illum text.ff.de prob.& Bal. in l.siue possidetis vlt. oppo.C.eod.tit.facit text.in c.generi de reg.iu. in 6.Sed in proposito plures sunt præsumptiones ista prædia esse feudalia. Primo, quia de dictis prædijs per antiquissimũ tempus nunquam fuerunt soluta onera, quod propriè conuenit feudo secundum regionis consuetudinẽ, nam talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrat l.non codicillum.C. de testam. & facit quod in simili consultum
4 fuit per eximios Doct.ꝙ† vinea, pro qua nõ apparet soluta onera, præsumitur de bonis ecclesię, & si communitas vult dicere onera fuisse soluta, ipsa habet probare, nõ qui negat solutionem, vt per Bald. consi.318. Practica ciuitatis 2.col. versi. Dico ꝙ debitor. lib.1.Pau.de Cast.consi.298.Ad primum quæsitum col.fin.lib.2.& in specie magis, & ad terminos nostros Corne. consil. 268. In proposita consultatione colum.7.vers. Accedat etiam pro probatione lib.4.& cõsi. 142.Videtur prima facie col.pen.lib.3. quod etiam procedit secundum vulgatam reg. quòd facta non præsumuntur nisi probentur.l.in bello.§.facta.ff. de capti. & videtur hæc efficax præsumptio, quia nisi prædia fuissent feudalia, nunquam passa esset vniuersitas, ꝙ d. D. Franciscus, & alij sui maiores non soluerent onera, prout cæteri faciebant, nam quanto plures cõcurrunt ad collationem, tanto minus à singulis soluitur, & nemo præsumatur iuri suo renunciare c.super hoc de renunc. Accedit alia præsumptio, ꝙ sint feudalia, quia nunquam fuerunt posita in æstimo communis, vt patet ex rimatione librorum, in quibus prædia affecta oneribus describuntur, & æstimantur, secundum quem modũ probatur negatiua iux.not.in l.fi.C.de reb. credit.& in l.Titiæ textores in princ.ff.de leg.1 & si dicatur, quòd sunt descripta in quodã liberculo in hoc iudicio producto, ad hoc colligitur responsio ex inferius dicendis. Elicitur etiam alia præsumptio, quia non constat de origine acquisitionis, nec de aliquo alio titulo, vnde dicendum est, ꝙ possederint Va-
5 salli vigore inuestiturę, & sic iure feudi, nam † licet illa verba generalia in inuestitura apponi consueta, quibus Vasallus inuestitur de terris, pratis, vineis, pascuis, & nemoribus, non probent aliquid esse feudum, propter incertitudinem,
6 vt est notum, tamen † ex quo apta sunt comprehendere dicta prædia ex sui generalitate, & non apparet de alio titulo, dicendum est, ꝙ ea possederint ex hoc titulo generali, quia præsumptio est iuris, ꝙ ex titulo præambulo res possideatur, vbi non constat de origine traditionis l.quędam mulier & ibi Ang.not.ff.de rei vend.l.2.C.de acqu.posse. Bart.in l. cum solus circa fin.ff.de vsuca.quod maxime procedit asserente possessore, se ex illo titulo possidere, prout in casu, vt vult Bart.in l.Celsus colum.1.ff.de vsucap.vbi vult, ꝙ standũ sit dicto possessoris, an possederit ex titulo, quem ostendit, quum id pendeat ex eius animo per gl. in.§. aliæ Instit. de actio.& cum Barto. transit ibi Imo. & notandum est, ꝙ
7 Bart.ibi loquitur, vbi titulus est incertus, videlicet † putatiuus, qui potest esse verus & non verus, & tamen vult Bart quòd ex tali titulo quis præsumatur possidere & vlterius ꝙ etiam ex titulo inualido quis præsumatur possidere, tradit Soc.consi.13.Insignis Doct.colum.4.lib.4.quia titulus inualidus partium indicat voluntatem l.fi.ff.de reb. eo. Præterea dicuntur adesse auctoritates Moder. Nam, quòd, vbi
8 sunt † verba generalia inuestituræ arguatur Vasallus possedisse res particulares ex titulo inuestituræ generali, adducitur Rui. consil.108. Visa ac bene intellecta colum.9.lib.2. & consil.53. In hoc iudicio colum.3. versic.3.principaliter lib.4.Cur.Iuni. consil.184. Præsupponitur in facto colu.3.

Adducitur etiam idem ſcripſiſſe Craue. & Sylua.& alios re
centiores. Sunt etiam examinati teſtes ex parte Vaſalli,qui
deponunt d.prędia eſſe feudalia,& licet deponant de audi-
9 tu,tamen † teſtimonium de auditu inducit præſumptionẽ,
vt celebre d. Archid. in c.hoc videtur 22.q.5.& tradit Feli.
poſt alios in.c.tam literis de teſtib. Franc.de Curt. conſ.70.
Circa primum prima facie colum.3. & eo magis id dicen-
dum,quia ſumus in antiquis, nam prima inueſtitura legitur
10 facta de anno.1454.& in † antiquis teſtimonium de audi-
tu facit plenam probationem ſecundum Aret. in d.c.tam li
teris colum.fi.vbi plura pro hoc adducit,quanto magis de-
bet admitti,ꝙ in caſu iſto faciat præſumptionem; concur-
rit etiam aliud, quia d.Vaſallus & eius anteceſſores ſoluerũt
collectas cõmunitati pro nonnullis prædijs regiſtratis: nun
quam autem pro iſtis aliquid ſoluerũt, vnde exigendo pro
vno collectas, & nõ pro alijs videntur agentes pro commu
nitate habuiſſe ea pro feudalibus, quæ vna ſola ratione po-
terant eſſe immunia: nam vnius incluſio aliorũ eſt excluſio
l.cum prætor in prin.ff.de iud.& in terminis hoc tradit Mo
der.Doct.Craueta conſi.111.colum.2.verſic. Secundo for
tiſsime, vbi plura ad hoc adducit, quæ videantur, & habet
hoc ille pro efficaciſsimo fundamẽto, & ad victoriam para
11 tiſsimo. Vltima vehemens inſurgit præſumptio † ex con-
feſsione decurionum facta D. Franciſco per inſtrumẽtum
publicum, ꝙ prędia illa ſunt feudalia,nam poſito,quod hęc
confeſsio præiudicare nequeat reip. tamen negari non po-
teſt,quin magnam inducat præſumptionem,præſertim cũ
decuriones id fateantur cum iuramento, & non præſuma-
tur aliquis deierare, tanquam immemor æternæ ſalutis, vt
inquit Imper. in l.fin.C.ad l.Iul.repe. Recolligendo prædi-
cta videtur dicendum dicta prædia eſſe feudalia: nam hic
concurrunt plura,videlicet, ꝙ d. prædia nunquam fuerunt
regiſtrata,nunquam pro eis onera ſoluta, nõ apparet etiam
origo acquiſitionis d.prædiorum,aſſerit Vaſallus poſsidens
prædia eſſe feudalia ex titulo inueſtituræ, qui ea ſub verbis
generalibus includit: adſunt inſuper teſtes de auditu, adeſt
etiam, ꝙ Vaſallus, & eius maiores pro alijs fuerunt colle-
ctati: pro iſtis nunquam. Poſtremo cõcurrit confeſsio de-
curionum facta ad partis inſtantiam, quæ confeſsio videri
debet magni eſſe momenti, quia vt ad literam dicit tex. in
l.municipes.ff.ad muni. municipes intelliguntur ſcire,quod
ſciant,quibus ſumma Reip. cõmiſſa eſt, & ſic accedit ſcien
12 tia municipij id confitentis. Iſtis ſic ſtantibus,quum † feu-
dum probari poſsit non ſolum verè ſed etiam præſumpti-
uè,non ne tot & ſpeciales pręſumptiones ſuperabunt illam
vnicam generalem,ꝙ prædia potius præſumantur allodia-
lia,quã feudalia? & vbi iudicatur ex præſumptionibus vna
præſumptio iuuat aliam, & procedit reg. ꝙ quæ non pro-
ſunt ſingula,multa iuuant, vt per Bart.in l.fin.ff. de quæſtio.
& tradit Alexand.conſi.77. In cauſa accuſationis in fin.li.1.
& eodẽ modo,vbi ſumus in antiquis, vt vult Ant. de Butr.
in c.veniens il primo in fi.de teſtib. Non obſtat tranſactio,
quæ dicitur facta cum deccurionibus per Franciſcum,quia
in d.tranſactione dicitur, ꝙ Franciſcus debeat ſoluere pro
prædijs deſcriptis in quodam libro ibidem exhibito. Et li-
cet modo in præſenti iudicio communitas exhibeat quen-
dam librum, in quo aſſerit d. prædia eſſe deſcripta: tamen
d.liber non facit fidem, niſi duo probata ſint per commu-
nitatem, quæ nequaquam reperiuntur probata, ꝙ ſit idem
liber, qui fuit exhibitus, & viſus tempore tranſactionis, &
ꝙ tunc d.prædia ibidẽ fuerunt deſcripta: nonne poſtea per
13 alium potuerunt deſcribi? vnde † quum dubia ſit probatio,
ea non releuat probantem: quum enim intentio commu-
nitatis fundetur in libro oſtenſo tempore tranſactionis,de
buit identitas libri probari,quũ fuerit negata.l.1. & ibi Bar.
loquens de identitate inſtrumenti publici probanda.C.ſi
vnus ex pluri.appel.pari ratione,quum intentio communi-
tatis ſit,ꝙ tempore tranſactionis prædia eſſent ibidem de-
ſcripta, debuit deſcriptio illius temporis probari l.eũ actũ
ff.de nego.geſt.l.matrem.C.de proba. & eſt aduertendum,
ꝙ D.Franciſcus non impugnat tranſactionem, ſed bene
dicit,ꝙ pro prædijs,de quibus agitur,nõ verificantur,con-
tenta in tranſactione: Non obſtant dicta teſtium examina
torum pro parte cõmunitatis, quòd D. Albertus pater D.
Franciſci aſtitit menſuræ d.prædiorum,quia de menſura in
ferri non poteſt ad regiſtrationem,tanquam ad rem diuer-
ſam: non enim neceſſario infertur, fuit præſens mẽſuratio
ni, ergo voluit regiſtrare, quia potuit eſſe præſens,vt ſciret
modum patrimonij ſui,& ſic dubia eſt probatio. Item poſi
to etiam,ꝙ voluiſſet regiſtrare,non tamen regiſtrauit,nam
quum non oſtẽdatur, ꝙ regiſtrare debuerit, & eſſet in eius
facultate poſitũ an regiſtraret,poſito,ꝙ aliquando voluiſſet
regiſtrare,eum voluntatis ſuæ potuit pœnitere, & variare.
Præterea ex ſex teſtibus productis Baſtianus Aſinellus, &
Gandulphus Buſſa deponunt de auditu,Baſtianus de Luſa-
na, Dominicus de via Plana, & Iacobinus Ferrarius ſunt
periuri,quia ſunt de illis,qui confeſsi ſunt d.prędia eſſe feu-
dalia, reliquus ſextus teſtis deponit iniuratus. Præterea de-
14 ponunt † ad proprium commodum, vt ipſi teſtificantur,
ergo eis non creditur,tanquam deponentibus in cauſa pro-
pria l.nullus.ff. de teſtib. & leg.omnibus.C.eo.& iſtud pro-
15 cedit regulariter,† quòd teſtibus vniuerſitatis,vbi non agi-
tur de communi commodo, & honore, ſed de vtilitatibus
ſingulorum, non credatur, vt Bart. tradit in l.in tantum.§.
vniuerſitatis.ff. de rer. diuiſ. Bald. & Angel. in l.ſi munici-
pes.ff.quòd cuius vniuer. non. & Bald. & Sali.in l.parentes,
C.de teſt. Ant. de Butr. & Imo. in cap. cum nuntius de te-
ſtib. & Feli. latè in c. inſuper 5.fal. eod. titu.quia ſecundum
eum ceſſat illa ratio, quæ facit, ꝙ teſtes de vniuerſitate de-
ponentes poſſunt teſtificari,quia cõmunia negliguntur.l.2.
C.quan.& qui. quar.pars debe. lib.10.ex quo vtilitas parti-
culariter peruenit ad ſingulos: & hæc ſententia vera vide-
tur,quia licet ſub vniuerſitatis nomine cauſa ducatur, tamẽ
tractatur principaliter de vtilitate ſingulorũ, quia ſoluente
D.Franciſco,cæteri minus grauantur,& non eſt quærendũ
cum quo, quis loquatur, ſed in quem intentio dirigatur, vt
inquit iuriſconſul. in l.cum pater.§. donationis in fine.ff. de
leg.2. Sentiunt enim cõmodum teſtes ex eadem re, ſuper
qua deponũt,ideo ſunt inhabiles, vt Bal. ſcribit in d.l.in tan
tum.§.vniuerſitatis,vbi ex hoc reſpõdet ad tex. in.§.teſtes
Inſtit.de teſtam. quia ibi nõ habebat commodum teſtis ex
eo,quod deponit,ſed ex alio.ſ.ex ſuo legato,&, vt dicit Bal.
in d.l.ſi municipes,ſi repelluntur extranei,ꝙ participes ſunt
vtilitatis,multo magis repelli debent hi, qui ſunt de corpo-
16 re vniuerſitatis & domeſtici. vlterius † teſtes vniuerſitatis
non probãt ſine adiunctis,vt inquit Ioan.And.in addi.Spe.
in titu.de teſtib.§.1.verſi.Sed nunquid in cauſa vniuerſita-
17 tis,& nunquam ſunt † integri teſtes vniuerſitatis, deponen
tes pro vniuerſitate, etiam quod deponerent de his,quæ re
ſpicerent tãtum commodum, & honorem vniuerſitatis in
communi, & non in particulari, vt ſcribit Archi. 12.q.2.in
ſumma. cum alijs concord.adductis per Alexan. conſil.43.
Viſis & ponderatis col.4.lib.4. Iaſ.in l.ſed ſi hac.§. qui ma-
numittitur, quem legit cum.§. patronũ præced.ff. de in ius
18 voca. & † numerus teſtium non ſupplet, vbi omnes teſtes
ſunt ſuſpecti, Petr.de Anch.cõſi.246.In cauſa agitata verſi.
contrarium teneo, &c. Non obſtat, ꝙ oſtenditur d.prædia
poſita fuiſſe in regiſtro,eo,quia in inſtrumento, in quo de-
curiones confitentur prædia eſſe feudalia,fuit etiam actum
inter partes,ꝙ prædia deleantur de regiſtro: Reſpondetur,
ꝙ Franciſcus non negat quin,per aliquem fuerint deſcripta
prædia in libro, quem d. commune vocat regiſtrum, nam
hoc patet lippis & tonſoribus,quod ibi ſunt deſcripta: illud
tamen dicit deſcriptum fuiſſe nulliter, quia ipſe non fuit vo
catus, & citatus ad referendũ bona ſua in cenſum prout eſt
moris, & ius requirit.l. forma in princ.ff. de cenſi.l.1. & ibi
Ioan.de Plat.C.de apo.publ.lib.10.& quum hæc ſit ſolem-
nitas extrinſeca, non præſumitur niſi probetur.l.quæcunq;
§.fin.ff.de public.vnde illa verba,ꝙ caſſentur de regiſtro re
feruntur ad opus facti, vt videlicet via facti tollatur, quod
de facto proceſsit,vt vult gl.in c.propoſuit de cõceſſ. præb.
cum alijs adduc.per Dec.in Aut. caſſa & irrita.C. de ſacroſ.
eccle.

eccle. Alio principali funda. innititur D.Franciscus. Nam decuriones remiserunt sibi collectas fatendo d. prædia esse feudalia. vnde aut volumus dicere istud debitum collectarum tanquam obscurum & implicitum potuisse remitti saltem deficientibus probationibus vel aliquo recepto, prout vult gl.vlt.in l.cõtra iuris.§.fin.& ibi Ang.ff.de pac. & Alexand.in l.pactum curatoris.C.de pac.& tradit Bar. loquens in tutore,in quodam eius consi. quod incipit. Nunquid tutor & Petr.de Anch. consi.136. Ex consilijs excellentium Doct.& alibi sepe Doct.& tunc Franciscus habet intentũ.

19 Aut volumus dicere † istud debitũ non potuisse remitti, vt liquidum vel de facili liquidabile,vt l.præses.C.de transac.l. imperatores.ff.de pac. & d.l.pactum curatoris: & tunc decuriones remittentes huiusmodi debitum de suo soluere tenentur,vt scribit Dec.in d.l.pactum curatoris per text.in l. omnes la prima.C. de anno. & tribu.lib.10. & sic in caput decurionum,qui litem excitarunt,hæc faba cudetur. Vlterius agentibus ad collectas contra D.Franciscum obstat decretum ordinis, quo fuit statutũ prædia ista tollenda esse de registro,quia essent feudalia: & si agentes pro cõmunitate volunt dicere esse ambitiosum tanquã factum in gratiam D. Francisci debuit peti eius rescisio, quia decretũ non est ipso iure nullum,sed valet & tenet, & ex eo oritur exceptio antequam rescindatur,& ad hoc breuitatis gratia me refero ad ea,quæ scripsi cons. 11.Circa primum dubium videretur col.fin.vers.vltimo nõ omitto, &c. placeat ibi videre postquam liber est impressus, & vltra ibi dicta addo Bar. in d.l.ambitiosa col.2.versic.quæro vtrũ liceat,vbi formaliter

20 dicit,ꝙ † si in donatione decurionũ fuit apposita aliqua causa ficta, & colorata, non tamen vera, tunc decretum debet rescindi:si autem nulla iusta causa fuit apposita tunc decretum esset nullum ipso iure. sed in casu nostro decretũ istud, quod liberat D.Franciscũ à collectis non est nudum à causa,imo causa fuit expressa,& si cõmunitas pretendit d.causam fictam esse & coloratã, debuit eius decreti peti rescissio,aliàs obtinere non potest. Tertio dicitur, ꝙ obstat transactio facta coram Illustri D. Rolando,quæ in debito non liquido per Decuriones fieri potuit d.l.preses.C.de transac. nam ibi non gratis remittitur debitum collectarũ D.Francisco,sed recepto iure venãdi,& quodam annuo censu,quæ concessa sunt illis per D. Franciscum: & actum, quòd solueret tantum collectas pro prædijs descriptis in libro tunc ostenso,quòd si obijciatur,quòd in d.transactione comprehenditur,D.Franciscum teneri ad solutionem collectarum pro d.prædijs. Respondetur quòd ibi istud nõ continetur, quia liber, qui tempore transactionis fuit exhibitus in quibus erant descripta prædia,pro quibus D.Franciscus collectas soluere tenebatur,non fuit productus in iudicio, & sic

21 dictę communitati † obstat transactionis exceptio,quę est exceptio litis finitę,& à qua per pœnitentiam non licet discedere.l. fratris &.l.quãuis.C. de transactionib. Postremo

22 dicitur quod communitas agit sine actione: nam † licet sit concessum cõmunitatibus, vt sibi ipsis pro suis necessitatibus possint imponere collectas iux.not.in.l.4.§. actor.ff.de re iudi.non tamen concessum fuit,ꝙ eas imponere possint Dominis locorũ, qui ibidem habent iurisdictionem, nam

23 † collectæ de iure communi non possunt imponi, nisi subditis,quia sola possessio,non facit quem obnoxium muneribus.l. libertus.§. sola.ff. ad municip.l.rescripto.§. fin.ff. de mune.& hono.& vtrobiq; Bart.cum alijs vulgatis concordantibus. Sed Domini locorum tantum abest,vt communitatibus subijciantur, vt eis ecõuerso communitates sub-

24 sint, & licet † cõsuetudo generalis habeat, ꝙ forenses subeant onera vbi possident, licet non sint subditi, tamen hæc consuetudo ad Dominos locorũ trahi nõ potest, tanquam ad diuersum genus personarũ,& qui forenses dici non possunt,præsertim in casu isto, quum D.Franciscus & maiores sui ibi habitent,& suas fortunas eodem loci collocarint. Et si dicatur in oppo.ꝙ D.Franciscus fuit collectatus pro quibusdam prædijs,respondetur,ꝙ hæc consuetudo ad diuersa prædia non extenditur,vt patet ex no.per Barto.in.l.1.§. si quis hoc interdicto.ff.de itin.ac.que priu.vbi per illũ text.

25 dicit, ꝙ † qui consueuit colligere vectigal de certis rebus, non potest de alijs exigere, & idem Barto.tradit in.l.si publicanus.§.in vectigalibus in fin.ff.de public.& dicit Bal. in cap.1.in fi.de feu.cognit.quòd consuetudo est tacita ciuium conuentio, ideò sicut pactũ ad aliàs res & personas non extenditur, q̃ de quibus loquitur, l.si vnus.§. ante omnia.ff.de pac.Et pro prædic.adducitur cons.Bal.in ordine meo.257. Quæstio vertens lib.2. Nam commune Rocherij volebat collectare,quandam Dom.Margaritam & nonnullos alios ciues Astenses,qui nunquam fuerant collectati per d.commune. pro prædijs ibidem possessis,cõcludit ibi Bal.d.com

26 mune hoc non posse, quia † ius collectandi personã extraneam non competit villæ,& castro,de iure communi,quia est de regalibus, nisi quatenus præscriptione vel consuetudine sibi acquisiuerint,& quia d. præscriptione & consuetudine contra d. D.Margaritam, & alios non erant vsi, ideò ipsi erant immunes,non quia immunitatem præscripserũt, sed quia contra ipsos non fuit præscripta muneris imposi-

27 tio.l.1.§.Iulianus.ff.de itin. ac. que priu. nam † consuetudo vel præscriptio non arctant illos, contra quos præscribentes, vel consuetudinantes nunquam sunt vsi præscriptione

28 vel cõsuetudine,† quia præscriptio,& cõsuetudo facti sunt, & in facto consistunt, ideò nõ recipiunt extensionem personarum vel rerum.C.dilecto de off.archid.Postquam autem properamus ad finem scribendi, illud omittendũ non videtur quòd non minus est fauorabilis causa rei cõuenti, quàm communitatis agentis,quia communitas agens pretendit d.prędia esse allodialia,& sic libera,quia feudũ habet seruitutem connexam. E contra reus conuentus asserit esse libera ab oneribus,& sic libertas rerũ vtrinque proponitur, vnde videndũ est in reliquis,quis iustius induat arma. Hæc collegi ex multiplicibus allegationibus aduocatorũ D.Francisci, nonnullis tamen additis, quæ in promptu fuerunt, ex quibus causa vniuersitatis Viarisij periclitari videtur.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca, & Saluianum interdictum, vbi mulier ad dotis agit restitutionem, (licet dos sit priuilegiata) non possunt contra tertios possessores intentari, nisi viro excusso, vt & nume. 2.*

3 *Dotis iudicium est summariũ, & in eo ex æquo & bono procedi debet iuris apicibus omissis.*

4 *Exceptio ordinis non seruati in summarijs iudicijs opponi non potest, si tantum respiciat ordinis præposterationem, secus si ad partis interesse tendat. vt & nu. 12.*

5 *Debitor principalis de iure æquitatis semper debet prius cõueniri, quàm fideiussor, vel bonorum possessor. & nu. 6.*

7 *Excussio in bonis principalis prius debet fieri, antequã perueniatur ad tertios possessores, qui aliàs non tenentur debitum alienum soluere.*

8 *Arbitramẽtum fit iniquum, vbi arbitrator excussionis exceptionem reijcit.*

9 *Excussionis exceptionem admittere debet arbitrator, & si ordinem iuris seruare non teneatur.*

10 *Causa vbi cognoscitur iuris apicibus remotis, ordinis præposteratio allegari non potest per conuentum, vbi de causa ad causam in eadem persona existat, secus si de persona ad personam.*

11 *Fideiussoribus concessum priuilegium de principali prius conueniendo est in æquitate fundatum, ideò de facili tolli posse non videtur.*

13 *Clausula, summariè simpliciter de plano, & sola facti veritate inspecta, in rescripto apposita, tollit tantum solemnitatem ordinis iudiciarij, quã Princeps seruare non tenetur, non autem ius partibus quæsitum.*

14 *Iudex cui causa committitur cognoscenda, cũ clausula summarie, & c. licet nõ teneatur seruare ordinem iudiciariũ,*

in conclusione tamen tenetur leges seruare, quare decisionem causæ, & partium iura respiciunt, vt & nu. 15.

16 *Iudex delegatus cum clausula vt procedat summariè, &c. ius, & exceptiones veluti præscriptionis, & similes partibus quæsitus tollere non potest.*

17 *Excussionis exceptionem reijcere non debet iudex, qui ex forma statuti debet procedere secundum æquitatem, vel veritatem.*

18 *Reus potest interpretari exceptionem, quam proponit, prout sibi commodior videtur.*

CONSILIVM. 521.



DVBITATVR, vtrũ mulier, quæ pro restitutione dotis intentauit vtile Saluianum interdictũ contra tertios pignorũ possessores, repellatur nulla facta prius excussione contra principalem debitorem, & difficultatem facit, quod scribit Soci. consi. 80. In quęstione, quæ vertitur col. 3. lib. 3. dum inquit, ꝙ licet hypothecaria non videatur competere, nisi excusso principali. §. sed neque in Auth. de fideiusso. & transumptiuè habetur in Auth. sed hodie. C. de act. & obl. & Auth. hoc si debitor. C. de pign. tamen Saluianum interdictum datur sine excussione nihil tamen ad hoc allegat, vnde erubescimus, quum sine lege loquimur. l. illam. C. de colla. & in cõtrarium facit, quia tex. in d. §. sed neq; quo disponitur nõ posse agi hypothecaria nisi excusso principali seruiret de vento, si intentando Saluianum euitaretur excussio, hoc autem esset absurdum, quia lex debet esse imposita rebus & nõ verbis ca. commissa. §. 1. de elec. in. 6. l. 2. in fin. C. commu. de lega. in fin. & quod vna via prohibetur ex alia nõ debet admitti ca. cum quid vna de reg. iur. in. 6. Nemo enim esset tam insani capitis, vt cum hypothecaria & Saluianum ad eadem competant, non dicat se egisse Saluiano, vt euaderet excussionẽ principalis, si Saluianum sine excussione intentari posset, & ita frustra hypothecaria esset introducta: non enim possumus dicere vtrunq; fore in electione petitoris, quia non datur electio inter lucrum, & damnum, propterea ꝙ vnum est elegibile, aliud minime, & non est dare electionem, nisi cum ratione intellectus, vt Bald. inquit post Aristotelem, quem adducit in. l. prima. 5. oppo. ff. de lega. 2. damnum autem sentit creditor in excussione principalis facienda, propter sumptus, qui ibi occurrunt, ergo non est illud elegibile: deniq; vt breuiter dicam, si istud de Saluiano interdicto admittit, omnis materia excussionis inducta à lege in materia pignoris, & à Doc. nostris varijs in locis subtiliter examinata iaceret, & corrueret, & frustra chartas occuparet, quod quàm sit absurdum, nemini obscurũ esse iudico: In
1 tantum autem † debet fieri excussio, vbi agitur contra tertios possessores, vt ne speciali quidem fauore dotis possit omitti, sed ea est necessaria, vbi mulier agit ad dotis restitutionem cõtra tertios possessores, sicut in casu nostro agitur vt vult glo. in. l. vbi adhuc in verbo iura. C. de iure dotium, quam ibi Cinus sequitur. q. 11. & Bald. ibidem col. 7. versic.
2 sed statim succedit, dicens, ꝙ licet † dos sit multũ priuilegiata, tamen actio hypothecaria pro dote nõ potest intentari contra extraneum possessorem, nisi viro excusso, idem tenet Spec. in titu. de dona. int. vir. & vxo. §. fin. versi. sed quo iure Bart. in. l. si constante. 2. q. 3. q. principalis. ff. solu. mat. & ibi Alex. & Moder. Non me tamen latet, quòd nonnulli te-
3 nent oppo. mouentur: nam † iudicium dotis est summariũ, & in eo ex æquo & bono proceditur. l. iure succursum in fi. ff. de iu. dot. & vbi agitur ex bono & æquo, non curantur iuris apices. l. si fideiussor. §. quædam. §. manda. talis autem est exceptio præposterationis, quæ concernit ordinem iudicij, non autem merita causę: nihil autem videtur esse magis de iuris apicibus, quàm quod vnũ iudicium debeat aliud præcedere, vt vult gloss. in. l. si mancipium. §. si communi. ff. de euic. quam gl. sequitur Bar. & Bald. in. l. 2. C. commu. diuid. & in proposito videtur agi de ordine iudicij, ꝙ prius sit cõueniendus principalis, quàm possessor, ergo nõ debet istud attendi in dotis iudicio summario, & in quo proceditur de bono, & æquo, & quòd ista exceptio discussionis nõ factæ sit secundum iuris rigorem inducta clarè exprimit Bart. in l. 1. in fin. ff. de cond. indeb. & in. l. quum quis in fi. C. de iuris & fac. igno. Sed ad prædicta datur responsio, ꝙ glo. in d. l. si
4 mancipium. §. si communi, quæ dicit, quòd † exceptio ordinis nõ seruati est de iuris apicibus, procedit vbi exceptio respicit tantum præposterationem, nõ autem interesse partis, vt erat in casu illius. §. quid enim interest partis, an de eius dominio discutiatur in iudicio cõmuni diuidundo vel ante per se separatim in iudicio rei vendicationis, sed in casu isto multum interest partis, vt prius reus principalis conueniatur, & soluat, vbi reperitur soluendo, quàm ipse soluat
5 & dictat hoc etiam æquitas, ꝙ † prius soluat qui est obligatus, quàm alius, qui non se obligauit, & ratione alieni debiti conuenitur, & ita respondet ad d. gl. Corn. conf. 55. Visis & diligenter ponderatis col. 9. versi. nec etiam obstat lib. 3. & Alex. in d. l. si constante col. 10. & vltra eos est bonus tex. in l. Moschis in princ. ff. de iu. fis. in illis verbis, æquum putauit Imperator prius hæredem conueniri debere, deinde in reliquum possessorem omnem, &c. Et videmus etiam, ꝙ in causa fisci, & reip. prius conuenitur principalis, quàm ad fideiussorem perueniatur. l. libertus. §. 1. ff. ad munic. l. 1. C. de decur. lib. 10. Confirmantur præmissa, quia ea dicuntur esse de apicibus iuris, quæ respiciunt solemnitatem, & nõ tangunt negotij veritatem, puta, quia intentata est actio directa, quum competeret vtilis, vel non erat lis contestata, vel in termino nõ fuerat dictũ peremptoriè, vt declarat Bar. in d. l. si fideiussor. §. quædam. ff. manda. Bal. in l. si cum ea circa fin. C. eo. tit. In casu autem cõuentus hypothecaria nõ proponit defectũ solemnitatis, sed æquitatem naturalem, quæ
6 videtur suadere, vt potius † exigatur debitũ ab eo, qui contraxit, quàm à se res sua abducatur: qui nihil contraxit: ita, ꝙ ad ipsum non nisi in subsidiũ perueniatur. Non incumbit hic disputatio de solemnitate aliqua iuris omissa, sed de
7 † solutione alieni debiti, nisi in subsidium non facienda, pro hoc facit, ꝙ Bald. scribit in. l. fin. §. sed & si quis col. 1. versi.
8 fuit quæsitum. C. commu. de lega. vbi dicit † arbitramentũ esse iniquum, si arbitrator reiecit exceptionẽ excussionis & istud dictum Bald. reputat valde notabile Alex. in d. l. si constante col. 10. & si adduceretur in oppo. quod Bal. scribit in addi. Spec. in tit. de arbitr. versus fin. vbi dicit, ꝙ arbitrator non seruat ordinem iudiciorum, ideo coram eo non habet locum exceptio ista præposterationis, allegat notata in. l. si mancipium. §. si communi. ff. de euict. nam respondetur, ꝙ dum Bald. dicit, ꝙ exceptio ista præposterationis nõ habet locum coram arbitratore, loquitur de exceptione præposterationis in iudicio cõmuni diuidundo, in quo potest opponi prius agendum esse rei vendicatione iuxt. l. fundi. ff. de excep. & ꝙ ibi de ea loquatur patet, quia de ea loquutus fuerat in proximè præcedentibus latissimè, & quia allegat not. in d. l. si mancipiũ. §. si cõmuni, vbi de ista tm̃ fit sermo, & hanc exceptionem præposterationis, quę opponi potest ad processum in iudicio communi diuidũdo, rectè sentit Bal.
9 non posse opponi coram † arbitratore, qui non tenetur seruare ordinem iudiciorum, sed exceptionẽ excussionis bene arbitrator debet admittete, quia vt inquit Bal. in. d. l. fi. §. sed & si quis. C. commu. de leg. licet arbitrator possit procedere sine aliquo ordine, illud est verũ sine ordine ipsius arbitratoris, sed ordo excussionis est ordo partium. l. 1. C. de appella. Reperio etiam, ꝙ Arc. in c. dilecti col. 2. de iud. vult ꝙ illud, quod habetur in d. l. si mancipium. §. si cõmuni per gl.
10 Bal. ibi in addi. videlicet, ꝙ † vbi causa cognoscitur remotis iuris apicibus, non potest conuentus opponere exceptionẽ ordinis, istud potest esse verum secundum eum, vbi ordo esset de causa ad causam in eadem persona, sed quãdo esset de persona ad personam, vt in fideiussore & principali, tunc
11 dubitare se dicit quia † priuilegiũ concessum fideiussoribus de principali

de principali prius conueniendo, est fundatum in æquitate, & ideo non videtur posse tolli, & ibi etiã Aret. pro hoc adducit dictũ Bal.in d.l.fin.§.sed & si quis, quod superius retuli.Ex prædictis igitur cõcluditur,ꝙ in iudicio dotis,quamuis in eo summariè,& ex bono & ęquo procedatur,habere locum exceptionem excussionis. Subsequenter determinatur ex predictis aliud,quòd quia Senatus,qui vice Principis fungitur, cognoscit causas summariè, & sola facti veritate inspecta,non esse corã eo necessariam excussionem,& pro hoc adducitur Maria.Socin.inter consi. filij consi.24. Visis ac maturè & diligenter inspectis propè fin.Ang. de Are.in §.item si quis in fraudem col.7.vers.quæro statuto cauetur. Instit.de actio.Roma.consi.430.Duæ rationes me mouēt in fin.Aret.consi.126. In causa Dominæ Antoniæ, 2.dub. & And.Sicu.in cap. peruenit quarta limitatione de fideiuss. & consi.12.Illud afferam in medium 2.dub.lib.4. Nam ex prædictis patet contrariam opinionem esse veriorem,quia prædicti Doct.fundat se super gl. in d.l.si mancipium.§.sic communi,& quod Bal. ibi voluit in addi.dicens, ꝙ vbi proceditur de æquitate, non obstat exceptio preposterationis, nam istud,quod ibi habetur procedit tantum,vbi exceptio
12 † præposterationis respicit tantum ordinem iudicij,nõ autem vbi respicit etiam interesse partis, quod in eo versatur vt principalis debitor potius soluat,quàm ipse,pro quo benefacit,quia illa † commissio quæ fit à principe, ꝙ proceda-
13 tur summariè sola facti veritate inspecta nihil plus operatur, nisi ꝙ tunc tollitur ordo iudiciarius à iure introductus, quem princeps seruare non tenetur,vt not.Bald.in cap.1.§. inuestitura col.2.de no.for.fid.Anto. de Butr.in cap.dilecti filij.3.no.de iudi.& tradit Roma.consi.20. Viso puncto circa fin.& in cõsi.519. In casu præsupposito circa fi. vbi allegat decis. Rotæ, quæ est.33.sub titu. de rescrip.in nouis, & illam etiam allegat Roma.in.l.filiusfa.§.fin.in fin. de dona.
14 dicere autem,ꝙ † ille iudex,cui sic committitur,non teneatur seruare leges, quæ respiciunt decisionem causæ, & iura partium,esset ridiculum, & absurdum, quando nec ille, qui committit,& si solutus sit legibus, nolit tamen aliquid facere cõtra leges.l.digna vox.C. de ll. & ideo rectè inquit Bal. in l.nemo circa fin.C.de senten. & interlo. omn.iud.ꝙ ille, qui habet cognoscere secundum veritatem, debet amplecti illam veritatem, cui ius patrocinatur, ideò non admittet agentem ex pacto nudo,quia huic actioni ius non patrocinatur. Accedat prædictis,quod Bal. scribit in.l. nec quicquam.§.de plano secunda colum.ff.de offi.proc.& lega.vbi
15 inquit, quòd † si Princeps committat causam, cum clausula,quòd in ea procedatur summariè,& de facto, licet delegatus nõ teneatur seruare per hæc verba ordinem ciuilem, vel statutarium iudiciorum, tamen benè ius tenetur reddere in conclusione, & exitu controuersiæ: vnde per ista verba non potest ius alicuius partis tollere per suam sententiam ,sicut nec olim fiebat,cum omnia manu regia gubernabantur, sed quod non est magni præiudicij bene potest facere.l.quoties.C.de preci. Imperat.offer.ad idem optimè facit,quod notab. Bar. scribit in extrauag.ad reprim.in ver
16 bo videbitur circa fin. vbi inquit, quòd † quæcunque clausula ponatur in commissione sub quacunq; verborum forma,nunquam poterit iudex reijcere exceptionem acquisitam parti, quantumcunque sit de rigore iuris inducta, vt est exceptio præscriptionis, quia in his, quæ iudex ipse habet facere, verum est, quòd non tenetur sequi regulas iuris ciuilis,sed in his,quæ iam facta sunt, ex quibus ius est alteri quæsitum, non potest aliquid immutare, sed tantum illud habet sequi.l.bona fides.ff.depos.aliàs esset auferre ius alteri quæsitum, quod est contra naturalem æquitatem. Illud dictum Barto.valde extollit Matthæ.not.15.sequitur Roman.consi.248.Hæc sententia duplici respectu,& in repet. rub.de arbi.col.12.versic.item si statutum dicit, ꝙ iudex & in.l.sequitur.§.si viam.ff.de vsuca.Aret. in.l.si seruum.§.sequitur.ff.de verb.oblig.& in cap.dilecti filij de iud. & ita,ꝙ
17 † vbi iudex procedit ex forma statuti secũdum æquitatem vel veritatem,nõ possit reijcere excussionis exceptionem, quia fieret præiudicium parti, tenuit Corn.consi.55.præallegato,Clau.Aquen.in.l.decem.ff.de verbo.oblig.& excellens Iuriscon.D.Georgius Natta patruus meus in Cle.sępe char.vlt.de verb.signi. vbi latè articulum disputat, & istam partem defendit, dicens se ita consuluisse & obtinuisse aduersus solemnes aduocatos Taurinenses, & Alexandrinos. Idem tenet Negusantius Doc.Moder. in suo eleganti trac. de pign.in.1.membro.8.par.prin.10.fallen. licet tamen ibi ipse vim faciat in modo proponendi exceptionem, quia si proponitur respectu ordinis iudiciarij nõ seruati,& prępostérati, non admittetur à tali iudice, qui secundum veritatem & æquitatem facti cognoscit: secus si proponatur respectu sui interesse,quod patitur ex eo, quòd ipse conueniatur ad solutionem, quum principalis debitor ad id sufficiat, nam tunc hæc exceptio admittetur, & videtur hæc distinctio esse de mente Roma. in præallegato consi.430. in fin. dum inquit,quòd iudex,qui æquitatem considerare habet, hanc exceptionem, quæ opponitur ad processum, reijcere debet,quasi sentiat secus esse,si opponatur ad merita causę, ista tamen distinctio mihi non admodum placet,quia reus
18 † potest interpretari exceptionem suam,prout est ei cõmodum: imo lex interpretatur eam,prout sibi est fauorabilius l.si quis intentione ambigua.ff.de iud.& ibi Bart.& Bal.notant & tradit Bart.in.l.inter stipulantem.§.1.ff.de verb.obl. & Bald.in.l.si quidem.C.de except. Ant. de Butr.in cap. ex literis il 1. in fin. de sponsa. ergo proponendo hanc exceptionem videbitur eam opposuisse ad merita causæ,quia id sibi magis proficuum. Denique,quòd iudex,qui cognoscit summariè, & secundum veritatem nequeat hanc exceptionem reijcere, sentiunt omnes in superiori articulo adducti dum volunt, quòd ne in repetitione quidem dotis, cui multa à iure indulta sunt priuilegia, hæc exceptio reijcietur, ita quod ista pars, tanquam melioribus auctoritatibus & rationibus fundata,tenenda omnino videtur.

SVMMARIVM.

1 *Venandi ius acquirit quis præscriptione, si prohibeat alios ire venatum, qui per tempus commodum ad præscribendum d.prohibitioni acquieuerint.*

2 *Seruitutem si quis altius tollendi prohibeat, & prohibitus acquieuerit, statim præscriptio currere incipit à die prohibitionis.*

3 *Præscribere potest quis,quòd nullus possit habere molendinum nisi ipse,& eius posteri,si prohibeat alios ne molendinum construant,& ipsi acquiescant.*

4 *Præscribi non aliter possunt iura prohibitoria, nisi præcedat prohibitio saltem extraiudicialis, & ei fuerit obtemperatum.*

5 *Venationes vbi Domini terrarum prohibere non possunt, si per præcepta pœnalia eas prohibeant & prohibitioni sit obtemperatum,tunc eis prescriptio incipit competere & ista est pro eis optima cautela.*

6 *Venandi libertas est de iure naturali,vel gentium.*

7 *Venationem possunt Domini statuto prohibere, si subditorũ interueniat consensus, & nu.13.*

8 *Testibus vniuersitatis,vbi non agitur de communi commodo & honore,sed de vtilitatibus singulorũ,non creditur.*

9 *Testium numerus non supplet, vbi omnino testes sunt inhabiles.*

10 *Testimonia ea semper magis præualent, quibus lux veritatis assistit.*

11 *Possessionis clandestinę,veluti quando quis insciente aduersario actus facit possessorios, nulla est habenda ratio.*

Possessor verus non est, qui ab initio in sua possessione prætensa controuersiam patitur. sub nu.11.

12 *Consuetudo & statutũ irrationabile nõ valet, vt & nu.14.*

15 *Præscribi potest ius vniuersitatis debito tempore & præscriptio incipit currere à die scientiæ administratorum.*

Præscriptum vbi fuit contra vniuersitatem, ei non datur restitutio in integrum post quadriennium, licet de eius læsione constaret. sub nu. 15.

16 *Iurisdictio redditur etiam in inuitum.*

17 *Præscriptio. 30. annorum in qua titulus non requiritur procedit vbi aliqua apparens causa etiam iniusta bonam fidem tribuit præscribenti.*

18 *Præscriptionem longissimi temporis, quæ causatur ex negligentia non petentis, vbiq; titulus non est necessarius, iuris error non impedit.*

19 *Venationes ad Principem spectare, vbi in regione est publica fama, tunc ex ea oritur iustissimus error, & præscribendi causa tribuitur.*

20 *Titulus etiam inualidus à Principe habitus sufficit ad quadragenariam præscriptionem causandum.*

21 *Rescriptum Principis, quo remittuntur vel minuuntur seruitia feudorum inducta pro reip. defensione licet uon valeat, valet tamen iuncta quadraginta annorum præscriptione.*

Possidens per spatium. 30. annorum præsumitur habere bonam fidem sub nu. 21.

22 *Imperator potest alicui cōcedere maris proprietatem in aliqua parte causa remunerationis.*

23 *Venandi facultas sicut præscriptione, & ita ex principis priuilegio quæri potest.*

24 *Venatio vbi prohibetur, licet sit de iure naturali, tamen cū sit in quærendo prohibitio procedit.*

25 *Prælatus in quærendis, non in quæsitis ecclesiæ præiudicare potest.*

26 *Legitimare spurium potest imperator in agnatorum præiudicium vel substituti ante aditam hæreditatem, vel possessionem bonorum apprehensam.*

27 *Venandi facultatem omnibus iure naturali cōcessam Princeps non potest sine causa prohibere.*

28 *Princeps saltem cum causa concernente publicam vtilitatem potest iuri naturali & gentium derogare.*

29 *Princeps potest ius priuati auferre ex causa remunerationis alicui factæ, qui sit benemeritus de republica.*

30 *Piscandi ius potest Princeps alicui soli ex causa remunerationis concedere, in aliquo sinu maris, & alios quoscunq; ibi piscari prohibere præter illum benemeritum.*

31 *Principis assertioni statur de meritis alicuius, propter eius excellentissimam dignitatem.*

32 *Verba enunciatiua in antiquis probant.*

33 *Consuetudine quis quærit ea, quæ vsu omnibus communia sunt, ad quæ non admittitur præscriptio.*

34 *Consuetudo & præscriptio quomodo differant.*

35 *Consuetudo inducitur ex frequentibus actis, & palam celebratis, accedente temporis diuturnitate.*

36 *Consuetudini iam quæsitæ obijci non potest, non titulus, nec malæ fides.*

CONSILIVM. 522.



ONANTVR homines Tongi ire venatum, non cōsiderātes venationem opus esse proprium nobiliū, & Principum, & otiosorum. Quamobrem legitur in sacris literis Esau, qui viuebat more nobiliū, venatorem fuisse: nihil tale de Iacob fratre legit, qui agrorum & pecorum curam gerebat. Veruntamen, vt ista se habeant, desiderium eorum iuri non congruit. Nam quū magnifici D. de Nattis inuestiti fuerint ab Illustriss. Marchionibus de d. oppido cum mero & mixto imperio, & signanter etiam cum venationibus, fecerunt fieri proclamata prohibitoria venationum, quibus d. homines per longissima tempora & vltra acquieuerunt: Vnde præfatis Dominis loci acquisitum † fuit præscriptione ius illud venādi, & alios
1 prohibendi, quia ex illa prohibitione fuit quæsita illis quasi possessio illius iuris, quæ cum fuerit continuata per tempus ad præscriptionem requisitum, sequitur, vt præscriptione illis ius fuerit quæsitum. l. hæc autem iura. ff. de serui. vrba. præd. l. si quis diuturno. ff. si seru. vend. tradit glo. & Bart. & alij in l. 2. C. de seru. & aqu. & ad hoc bona gl. in l. qui luminib. ff. de seru. vrba. pręd. quam ibi sequuntur reliqui, vbi
2 dicitur, quòd † si quispiam prohibeat alterū volentem suas ædes altius attollere, ne attollat, & ille prohibitus acquieuerit statim à die prohibitionis seruitus altius nō tollendi præscribitur, & tenet, Bart. in l. si prius. 7. oppo. ff. de oper. nou. nunc. Similiter potest ex priuilegio vel consuetudine hoc
3 ius negatiuum competere, quòd † nemo possit ire ad aliud molendinum, quàm meū, & quòd ego solus habeam molendinum & non possit aliud construi in meum præiudicium, & potuit induci cōsuetudo, si alij volebāt idem exercere, & inhibiti acquieuerunt prohibitioni per legitimum tempus ad præscriptionem complendam, ita Bald. inquit, & ibi Ant. de Butr. & Abb. in cap. significante de appella. Idem tenet Bald. in l. item lapilli. 3. q. ff. de rer. diuis. vbi inquit, quòd possum præscribere, quòd nullus possit habere molendinum, nisi ego & posteri mei. l. si quisquam. ff. de diuer. & tempo. præscrip. quando scilicet alij prohibiti ac-
4 quieuerunt, quia † iura prohibitoria aliter prescribi nō possunt, nisi præcedat prohibitio, idem tenet Abb. in cap. Pisanis in fin. de restit. spol. & in c. Abbate S. Syluani de verbor. signi. vbi vult hoc procedere etiam si prohibitio facta sit extraiudicialiter, & obtemperatū pro bono pacis per illum text. quem ad hoc reputat singularem. Pari ratione potest aliquis acquirere, vt solus furnum habeat, si cęteros idē molientes prohibuit, quia à die prohibitionis currit præscriptio, quo quis prohibitus est vti contrario iure. Ita inquit Ioan. Fab. in. §. æquæ colu. 6. versi. sed quis erit modus Institu. de actio. sequitur Gui. Pap. q. 298. vtrum quilibet, &c. Sed relinquendo iam cōmunes regulas & hæc similia benefaciētia, hoc in terminis venationis, de quibus agitur decidit Iacob. de S. Georg. in sua inuestitura in verbo & cum venationibus, vbi dicit quod, quia Domini terrarum non
5 possunt sancire ne subditi eant venatū. Cautela † est quòd faciant istas prohibitiones per precepta pœnalia, quia si subditi non cōtradicunt, & propter huiusmodi proclamata abstineant à venationibus tunc domini cōstituuntur in quasi possessione prohibendi, & si per longa tempora subditi acquiescunt, tunc domini tale ius prohibendi prescribunt per not. in l. prima & secunda. C. de seru. & aqu. per gl. & Doc. in d. l. qui luminibus, & sequitur Fran. Ripa. in l. quo minus colum. penult. ff. de flum. & Balb. in tract. præscrip. quarta par. 5. par. princ. Thom. Gram. decis. 77. quæ incipit, Exorta lite, &c. vbi refert alios modern. Doct. idem tenentes. Ex his plana colligitur responsio ad id, quòd dicitur, quòd
6 † libertas venandi est de iure naturali seu gentium l. 1. in fi. cum duabus ll. sequen. ff. de acqu. rer. dom. §. feræ Instit. de rer. diu. ideò prohiberi non potest, l. iniuriarum. §. fin. ff. de iniur. vbi dicitur, sæpissimè rescriptum est non posse quem piscari prohibere, sed nec aucupari, & est in terminis singularis decisio Anto. de Butri. in c. non est col. 1. versic. sed quid, si olim de deci. vbi post Host. & Ioan. And. inquit, ꝙ Domini terrarū prohibentes venationes subditis, dicuntur eis inferre violentiam, quia istud procederet, nisi interuenisset prohibitio, & prohibiti acquieuissent, nam etiam Anto. de Butr. in loco præallegato fatetur, si videatur in fon-
7 te, quòd † domini possint statuto prohibere venationem, si subditorum interueniat consensus, & tacite videtur consentire, quia negligenter se habet, & per longissima tempora patitur contra se præscribi l. alienationis in prin. ff. de verbor. sign. glos. in l. non est incognitū. C. quib. non obst. long. temp. præscr. cū alijs concord. notis. Huic solido & marmoreo fundamento opponunt se homines dicentes se nunquā acquieuisse d. proclamatibus, sed deducendo proclamata in contemptum

in contemptum venationibus operam præbuisse. Et quoniam pars Dominorum habet intentionem suam fundatã in proclamatibus, de quibus apparet per publicas scripturas, quorũ vnum antiquissimũ est de anno Domini 1494. Et sic ferè supra hominum memoriam, & quæ proclamata, per alios iusdicentes dominorum fuerunt sæpius repetita, si nunc volunt d. homines dicere, prout etiam dicunt se nunquam d. proclamatibus acquieuisse, ipsi proculdubio habent probare cum id sit fundamentum exceptionis suæ, & ipsi sunt, qui hoc proponunt l. actor. C. de proba. l. ei, qui. ff. eo. & hoc minimè probarunt, nam licet examinata fuerit pro ipsis magna testium multitudo, tñ præter quatuor, aut quinq; testes, reliqui omnes sunt de ipso loco, & clara est iu-
8 ris conclusio, ꝙ † testibus vniuersitatis, vbi nõ agitur de cõmuni commodo & honore, sed de vtilitatibus singulorum non creditur, vt tenet Bart. in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diu. Bal. & Ang. in l. si municipes. ff. ꝙ cuius vniuersitatis nom. Bal. & Sali. in l. parẽtes. C. de testib. Ant. de Butr. in c. cũ nuncius, extra eo. & ratio illa adducitur quia in propria causa nemo idoneus est testis: nõ enim sibi deesset testimonio suo l. nullus. ff. de testib. l. omnibus. C. eo. tit. Idem tenet Feli. in c. insuper in 5. Fallen. extra eo. titu. quia secundum eũ cessat illa ratio, ꝙ testes de vniuersitate possunt testificari, ꝙ communia negliguntur l. 2. C. quan. & qui. quar. pars deb. li. 10. ex quo vtilitas particulariter peruenit ad singulos, & hæc sententia in casu proposito omnino tenenda, quia licet sub vniuersitatis nomine causa ducatur, tamẽ hic non agitur, nisi de vtilitatibus singulorum, & istud est in cogitatione communitatis agentis, vnde non est inspiciendũ cum quo quis loquatur, sed vbi intentio dirigatur, vt iurisconsul. inquit in l. cũ pater. §. donationis in fin. ff. de leg. 2. Sentiunt enim commodũ testes ex eadem re, super qua deponunt, ergo sunt inhabiles vt Bald. scribit in d. l. in tantum. §. vniuersitatis, vbi ex hoc respondet ad §. testes Instit. de testa. quia ibi non habebat commodum testis ex eo, quod deponit, sed ex alio, ex suo scilicet legato, & vt inquit elegãter Bal. in d. l. si municipes, si repelluntur testes extranei, quando participes sunt vtilitatis, multo magis repelli debent hi,
9 q̃ sunt de corpor vniuersitatis, & domestici, & isto casu† numerus non supplet, qnando testis omnino est inhabilis, quia quod non est, suppleri nõ potest, vt Alex. latè prosequitur in l. si quis ex argentarijs. §. 1. 2. no. ff. de eden. Feli. in c. testimonium de testi. hic cognosci potest, quàm absurdè se habuerint isti Tongiani, qui tantam multitudinem de ipso loco produxerint, ita, vt existimem præter pueros & mulieres reliquam multitudinem examini subiecisse, non animaduertentes, ꝙ eorum depositio frustra membranas occuparet. Remotis ergo municipibus supersunt quatuor, aut quinq; testes forenses, quorum depositio, non concludit, quia licet dicant, quòd viderunt homines Tongi ire venatum, nõ tamen dicunt in cõtemptum proclamatum, nam potuerunt illi venari cum ipsis dominis, vel de eorũ licentia: vnde eorum dubium dictum non concludit. Præterea contrarium fuit probatum per testes productos parte dominorum, qui sunt ad numerum plusquam triginta, & alij eorum fuerunt iusdicentes ipsius loci pro d. Dominis, alij sunt Vasalli nobiles habitantes in finitimis locis, qui deponũt homines Tongi non ausos ire venatum, nisi cum licentia ipsorum D. ita, quòd numero & dignitate vincũt testes cõtrarios, qui sunt quatuor aut quinque, & vilis & obiectæ conditionis. Et vlterius, quia dicunt verisimiliora: nam eorum depositio iuuatur per publicas scripturas, in quibus apparet contra plures venantes fuisse processum ad mulctam, & cum effectu mulctatos fuisse, ex quo ostẽditur, quòd ius venationis Dominis competebat, qui venatores puniebant. Præterea nõ fuissent proclamata infinitis vicibus repetita, si primis non fuisset paritum, & hic notandum est, quòd d. proclamatum relationes fiebant per nuncios d. loci, & per notarios etiam publicos eiusdem loci scribebantur, vt mirandum nunc sit de impudentia istorum, qui de re tam nota tamque vulgari ausi fuerint cõtrouersiam mouere. Præterea nonne ex illo pariter significatur eos acquieuisse proclamatibus, quòd à proclamatibus nunquam viua voce reclamarunt, seu appellarunt, secundum cautelam contrariam, quam tradunt pro rusticis Doct. in locis præallegatis, certe id facilius fuisset per scripturã reclamasse, aut appellasse, si frangere & interpellare ius dominorum volebãt, quàm ire cum canibus & retibus ad prædam ferarum, sed quũ illud omiserint, quod erat facilius, & breui momento expediri potuisset, censendum est ne illud quidem fecisse, quod sine magno discursu, & labore fieri non poterat. Præterea patet tam per testium dicta, quàm per scripturas publicas à multis licentiã venandi fuisse petitam, quod verisimiliter factum non fuisset, si arbitratu suo potuissent venari, frustra enim impetratur preci bus, quod iure cõmuni conceditur. Ex istis & talibus coniecturis poterit sapiens iudex, cuius æstimationi committitur, quanta sit testibus fides adhibenda, facillimè adduci, vt fidem adhibeat depositionibus nostrorum testium asserentium
10 tium d. homines proclamatibus acquieuisse, semper† enim ea præualẽt testimonia, quibus lux veritatis assistit, l. ob carmen. §. si testes. ff. de testib. nõ inficior tamen quin quidam
11 furtim & clandestinè potuerint venari, sed † clandestinæ possessionis nulla est habenda ratio. l. 1. §. fin. ff. vti possid. dicitur autem clam possidere, qui insciente aduersario actus facit possessorios, suspicans sibi cõtrouersiam motum iri l. clam possidere. ff. de acqu. posse. non etiam est dicendus verus possessor, qui patitur cõtrouersiam ab initio in sua prætensa posse ssione. iux. not. per gl. in c. commissa in verbo pacificam de elec. in 6. & habetur in l. nemo. C. de acqu. posse. ad idem est bonus text. in l. prohibere. §. fin. ff. quod vi aut clam, vbi dicitur clam facere, qui timuit cõtrouersiam aduersarij. aut de buit timere, & aduersario non denunciauit, ad idem tex. in l. vnde etiam in prin. ff. de itin. actuque priu. ibi nam qui prohibitus vtitur, clam vtitur, & glo. ibi in verbo vtitur, dicit hoc procedere, vbi hoc facit aduersario insciente. Superest, vt respondeatur nunc nonnullis deductis in oppositũ, quæ adeo leuia sunt, & nugatoria, vt paucis ad omnia responderi possit: Et primo adducitur, ꝙ statutum
12 † & consuetudo prohibens, venationem, vt irrationabilis non valet. Sed quid hoc obsecro ad rem? Nõ enim sumus in terminis statuti vel cõsuetudinis, sed præscriptionis, quæ contra negligentes suas peragit partes. Præterea, quòd statutum non valeat adducitur Ant. de Butr. in c. non est, de deci. qui loquitur de Dominis, qui statuto suo prohibere non possunt venationes in præiudicium subditorum, sed cui dubium, quod econuerso subditi possint statuere, vt venandi facultas ad dominos solos pertineat, quum quilibet iuri publico ad priuatã vtilitatem inducto renunciare possit, & nisi possit iniuria afficiatur, tanquã de re sua nequeat disponere cõtra id, quod habetur in l. in re mandata. C. manda. & in l. sed si leg. §. consuluit. ff. de petit. hæred. Et quòd subditi possint statuere, quòd venatio pertineat ad dominos tantum, sentit hoc ibi Anto. de Butr. dum vult, quòd
13 Domini † id possint statuere interueniente consensu subditorum, quasi validitas statuti pendeat à consensu subditorum; Eadem ratione puto valere consuetudinẽ, nec in hoc assentior Rocho, qui contrarium tenuit in c. fin. de consue. quia non video cur populus non possit à se abdicare facultatem venandi, & alteri concedere ex tacito eius consensu, sicut posset expresso, & dum dicitur, quòd ista consuetudo est irrationabilis, possum respondere ex his, quę scribit Bal. in l. de quibus colum. 13. versi. & primo, quo ad primum. ff.
14 de ll. vbi concludit, quòd licet † consuetudo sit contra rationem generalem, si tamen habeat rationem specialem, quæ non sit contra diuina præcepta, vel bonitatem morũ tenet, vnde subsequenter quærit ibi satis in proposito, vtrũ valeat cõsuetudo, quòd omnes volentes molere teneantur ire ad meum molendinũ, vel omnes emere volẽtes ligna teneantur venire ad meum nemus, & respondet consuetudinem valere, licet nõ sit rationabilis, allegat tex. in l. venditor. §. si constat. ff. cõmu. præd. & Inno. in d. c. significante de appella. & vltra Bal. facit tex. in l. si pendentes. §. si quid cloacarij ibi.

ibi solent enim possessores,&c.ff.de vsufru.Hæc dicta sunt
ex abundanti,quia, vt dixi, nõ sumus in materia statuti aut
consuetudinis,sed præscriptionis,inter quæ longa est diffe-
rentia. Secundo deducitur,& quidem longiori sermone,ꝙ
patientia singulorum,non potuit præiudicare vniuersitati.
Respondetur, ꝙ obtemperatũ fuit proclamatibus non so-
15 lùm ex parte singulorum,sed etiam vniuersorũ,& † ius vni
uersitatis debito tempore præscribi potest l.omnes.C. de
præscr.30.vel 40.anno.Auth.quas actiones.C.de sacrosan.
eccle.gl.in l.iam pridem.C.commu.de vsuc.& incipit pręscriptio a die scientiæ administratorum currere, quia eorũ
scientia municipij l.municipibus.ff. de condi. & demonstr.
nec datur restitutio post quadriennium etiã vbi de læsione
constaret c.1.de restit. in integ. in 6.& Clem.1. eod.titu.&
not.in l.respub.C.ex quib.cau.maio.& in l.1.C.de sent. ad-
uer.fisc. lat.lib.10. quanquam facultas venandi competere
videtur singulis vt singulis, nõ vt vniuersis, ego enim nun-
quam vidi oculis meis vniuersitatem venatricem, at singu
los venatores sępius per agros videmus.vnde desistant sin-
guli à venationibus, prout antea faciebant, & satis erit: ea
autem,quæ in contrarium adducuntur, in alijs terminis lo-
quuntur.tertio obijcitur vitiosam esse possessionem domi-
norum propter mulctas,& pignorationes,quæ fiebant con
tra venatores. Respondetur retorquendo argumentum,
quòd, ex quo patiebantur se mulctari & pignorari, nec re-
clamabant aut appellabant,ostendebant se acquiescere pro
16 clamantibus,& † iurisdictio redditur in inuitum l.inter sti-
pulantem.§.1.ff.de verb. obli.frustra autem Docto. darent
cautelam Dominis,vt curarent fieri pœnalia proclamata,si
pœnas exigere non liceret.Quarto obijcitur,ꝙ metu d.ho
mines acquieuerunt proclamatibus. Non est ita, nam de
hoc metu verbum in processu nullum immo contrariũ as-
serunt se cõtemptis proclamatibus iuisse venatum, quam-
uis hoc tamen non fuerit probatũ. Et licet ego alia in meis
responsis dixerim in eo, cui de facili populus nõ potest re-
sistere, si aliquid gerat irrationabile præsumi id facere vio-
lenter & per impressionem, hoc tamen nõ procedit in feu
datarijs,quorum curta est (vt sic dicam) suppellex, à quorũ
iniquè gestis reclamari ad superiorem facile potest,& quo-
tidie reclamatur.Quinto obijcitur mala fides,vnde nõ po-
tuit præscribi venandi facultas iure naturali concessa. Re-
spondetur,quòd Magnifici D.de Nattis fuerunt inuestiti à
Principe de d.oppido cum venationibus,& posito ꝙ Prin-
ceps venationes cõcedere nequeat alteri, nec eas prohibe-
re,& subditis auferre,de quo inferius dicetur, tamen ipsi ha
17 bent à Principe titulum: † quælibet apparens causa etiam
iniusta tribuit bonam fidem in præscriptionibus 30.anno-
rum,in quibus nõ requiritur titulus, gl.in l.1.C.vbi cau. sta.
quam ibi ponderat,& multũ commendat Bald. & sequitur
Alex.consi.238.Ponderatis his, quæ in themate versus fin.
18 lib.6.Et † vlterius error iuris non impedit præscriptionem
longissimi temporis, quæ causatur ex negligentia nõ peten
tis,& vbi titulus non est necessarius, vt probatur in c.perue
nit de empt.& vend.& ibi Imo.in notab. & idem Imo.in l.
nunquam in prin.ff.de vsuca.Anto.de Butri.in c.cura de iu.
patr.& in c.dudum il primo de deci.& tenet Alex.in pręal-
legato consil. 239. Quod multo magis procedit si dicatur,
vtrum Princeps possit prohibere venationes esse iuris du-
bij,nam error iuris dubij prodest ad quamlibet pręscriptio
nem, quia æquiparatur errori probabili facti, vt vult Imo.
in c.fin.col.5.de præscr. Abb.in c.si diligenti col.8. eo. titu.
19 & tradit Soc.in rub.ff.de reb.dub.Pręterea † publica est fa-
ma in regione venationes ad Principẽ spectare, & publica
fama tribuit causam pręscribendi,quia ex ea oritur iustissi-
mus error,vt Bart. scribit in l.Celsus col.1.ff. de vsucap. Et
20 in specie, ꝙ † titulus inualidus habitus à Principe sufficiat
ad præscriptionem quadragenariam est text. in l.fin. & ibi
gl.in verbo adempto canone.C.de fund.patr.lib.11.de quo
tex.meminit Alex.cons.30.Ponderatis narratis in themate
5.dub.lib.5.& reperio etiam,ꝙ eundem text.allegat glo.in
l.fin.ff.de vsucap. vbi vult per d.text. ꝙ vbi sola præscriptio
non procedit,tamẽ procedat, vbi pariter habet rescriptum
Principis, quod intelligendum est de inualido, nam si esset
validus nõ esset opus præscriptione,idem vult Bar.in l.cum
de in rem verso col.2. versi. veruntamen quia iste passus.ff.
de vsu.idem sequitur And.de Iser. in c.1.§. similiter potest
21 col.2.de c.qui curi.vend.vbi vult, ꝙ licet † rescriptum Prin
cipis non valeat, quo remittũtur vel minuuntur seruitia feu
dorum inducta pro reipub. defensione, valet tamen iuncta
præscriptione quadraginta annorum, per d.l.fin.C.de fund.
patrim. Deniq; in dubio præsumitur bona fides in eo, qui
possedit spatio anno.30.vt per. Bar.in l.cum quærebatur,in
fin.C.vn.vi.cuius decisio cõmuniter approbatur. Alio prin
cipali fundamento de iure dominorũ ostenditur: Nam ipsi
Domini inuestiti fuerunt cũ venationibus, & videtur pro-
babiliter dici posse,quòd Princeps posset subditis prohibe-
re venationes & alijs concedere, loquor de supremo Prin-
cipe,vel de eo,qui habet iura imperij & potestatis plenitu-
22 dinem,quia videmus in simili, ꝙ † Cæsar suo priuilegio po
test concedere alicui proprietatem maris in aliqua parte,&
multo fortius piscationem hoc vult.glo.l.sane si maris.ff.de
iniur.quam glo.sequitur ibi Ang.& Ioan. de Ana. in c.2.de
cler. vena. & ꝙ dicitur de piscatione, trahi potest ad vena-
tionem,quum procedant à pari,l.item fundi.§. aucupiorũ,
23 ff.de vsufru. Præterea † si ista facultas venandi, aucupandi,
piscandi quæritur præscriptione,vt superius tactum est,vi-
detur,ꝙ etiam ex priuilegio quæri possit, quia ista æquipa-
rantur c.cum contingat de for.compet.c.nouit de iudic.c.si
duo simul de off. ordi. & istam opinionem videtur amplecti And.de Iser.ca.1.§.nemo retia de pac.tenen.vbi inquit,
ꝙ si placet Principi illa lex prohibendi venationes,seruabi-
tur inter subditos suos. Et quòd Imperator prohibere pos-
sit,sed nõ Barones,qui recognoscunt superiorẽ tenet Ioan.
Fab.in.§.Flumina Instit.de rer.diui.& ad tex.in d.l.iniuria-
rum.§.fin.vbi dicitur non posse prohiberi venationes,& pi
scationes,respondetur nõ posse prohiberi à priuatis, vel ab
alio magistratu inferiori, & eodem modo respondetur ad
decisionem Ant. de Butr.in c.non est de decim.dum loqui
tur de dominis terrarum,vt nõ possint illa prohibere,quòd
loquitur de dominis superiorem recognoscentibus, non de
summo Principe,quod comprobatur,quia feræ,antequam
capiantur,sunt in nullius bonis l.3.ff. de acqui. rer. domi.§.
feræ Inst.de rer.diuis.l.quod in littore.ff.de acq.rer.dom.&
24 propterea † si prohibeantur venationes,nõ tollitur ius quæ
situm,sed quęrendũ quod facilius fit.l.fin.C. de acq.possess.
l.quæ autem in prin.ff. quæ in frau. credit.l. si Sponsus.§.si
maritus il 2.ff.de dona.int. vi. & vxor.l.1.§. confertur.ff.de
25 colla.bono.& simile est in † prælato,qui licet nõ possit præ
iudicare ecclesiæ in quæsitis, potest tamen in quærendis vt
Alex.latè prosequitur in l.legatum.ff.de leg.1.vnde ex prę-
26 dictis sæpius fuit consultum per Moder.quòd † Imperator
possit legitimare spurium ante aditam hæreditatem,& ap-
prehensam bonorum possessionem in præiudicium agna-
torum, vel etiam substituti, quia tunc non aufertur agnatis
aut substituto ius formaliter quæsitũ, sed tãtum in spe com
petens,& quærendum. Reperio etiam,quòd Carolus Rui.
consi.28. Pro intelligentia dicendorum circa prin.lib.1.te-
net Principem posse priuilegio suo cõcedere, vt vni soli li-
ceat in aliqua maris parte piscari,allegat glo.in l.venditor in
prin.in verbo priuata.ff.cõmu.prædi. quę mouetur per tex.
in l.seruitutes.§.publico.ff. de seru. Idem etiam in piscatio-
ne tenuit Deci.in consi.inferius allegando & dicit Afflic.in
c.1.§.nemo retia de pac.tenen. in regno Neapolitano cõsti
tutionibus Regum venationes prohiberi, & si hæc opinio
esset vera ius dominorum Tongi esset in tuto,quibus con-
cessæ sunt venationes ex cõtractu feudali, ab Illustrissimis
Marchionibus,qui in eorum territorio vicem Cæsaris ge-
runt. Verũ,quia Iason pro Manganensibus,& Dec. pro Fi-
27 binensibus cousuluerunt † Illustrissimos Marchiones non
posse prohibere facultatẽ venandi cõcessam omnibus iure
naturali seu gentiũ,quam sñiam etiam amplectitur Afflict.
in constitutione Regni scire volumus in fin.& ego quoque
aliàs

alias in responsis meis videor sequutus, ideò super hoc non intendo facere principale fundamentum, sed illud assumo,
28 quòd † Princeps saltem cum causa concernente publicam vtilitatem potest iuri naturali & gentium derogare iux.no. per Bar.in procem.ff.& l.quicunq; in fin.C.de iur.fis.lib. 10. & Bald. in l.rescripta col. fin.C. de prec. Imper. offer. cum alijs pluribus cōgestis per Moder. in c.quæ in ecclesiarum de cōstit.sed in proposito de huiusmodi causa apparet:quia Henrietus Natta auus meus stipes & parens agnationis cōmunis fuit inuestitus pro se & descendentibus de castro & oppido Tongi ob eximia merita, quæ contulit in Illustrissimum D.Marchionem Ioannem, tunc quum fuit vi & armis eiectus Philippi vicecomitis Mediolanensium Ducis, quæ merita in ipso feudali cōtractu nominatim & seriatim explicantur, & sunt talia, vt vix possint à priuato maiora in Principem conferri, vnde restitutus postmodum, & ditioni suæ redditus, voluit referre gratiam præfato Henrieto, vt ipsa inuestitura dicit, & feudalem præfatam concessionem fecit, obligans se etiā pro concessis de euictione: vnde posito, quòd venandi facultas competeret hominibus, tamen
29 † potest Princeps ius priuati auferre ex causa remunerationis factæ alicui, qui sit benemeritus de Repu.vt Roma.scribit consil. 310. In casu propositæ cōsultationis vbi ad hoc allegat tex.in l.item si verberatum.§.1.ff.de rei vendica. & in l.Lucius.ff.de euic.l.1.&.2.C.pro qui.cau. ser. pro præm. libe.acci.& in l.si quis in graui.§.hi quoque.ff. ad Sylla.& c. in nostra de iniur. & in terminis per prædicta hoc decidit Dec.consi.271. In casu transmisso, vbi loquens in materia piscationis maritimæ inquit, ꝙ licet nō possit quis prohiberi à piscatione l.iniuriarū.§.fin.ff.de iniur.l.2.§. si in mari.ff. ne quid in lo.publ.& maris communis sit vsus omnibus hominibus l.littora.ff.ne quid in lo.pub. & §.flumina & §.littorum quoq; Instit.de rer.diuis. & l.quædam & l.nemo, &
30 l.riparum.ff.eo.tamen potuit † Princeps ex causa remunerationis cōcedere, vt in quodam sinu maris nemo possit, nisi ille benemeritus piscari, & sic ibi est decisio formalis præsentis controuersiæ. Nec in dubium possunt reuocari me-
31 rita, sed de † meritis statur assertioni Principis, præsertim vbi in specie enumerantur, propter excellentissimā eius dignitatem iux.not.per Bar.in l.ambitiosa col.7.vers.visis & examinatis.ff.de decret.ab.ordi.facien.& bona glo.in c.pastoralis in verbo exonerare de offi.deleg. & eo magis, quia
32 † sumus in antiquis, in quibus verba etiam enunciatiua probarent iuxt. not.per Moder.in l.ex his.ff.de testa.milit. Postremo, quia feci superius funda.in præscriptione, omittendum nō putaui, quod Ioan.Fabr.in.§.flumina Instit.de rer.
33 diuis.vult, ꝙ † in istis, quæ cōmunia sunt vsu, & fas est omnibus vti, nō datur præscriptio, sed tamen de consuetudine possunt acquiri, vnde pluribus annis piscatus aliquis fuerit & alios prohibuerit, sciente populo, & non contradicente, potest sibi ius quærere ex tacito consensu populi, & ita dicit se intelligere tex.in l.iniuriarum.§.fin.cum l.sequ.ff.de iniu. & allegat ad hoc etiam text.in leg.3.§. planc.ff. quòd vi aut clam, & hanc opin.Ioan.Fabr.sequitur ibi Ang.de Are.motus ex his, quæ scribit Bald.in rub.de rer. diuis.col.2.versic.
34 hic ergo quæritur, vbi vult † quòd illa sit præscriptio, quando aufertur vni, & applicatur alteri, sed quando applicatur aliquid alteri, ita quòd alij non aufertur, ista est consuetudo, vnde infert ibi Bald. Venetos & Ianuenses possidere eorum maria nō ex præscriptione, sed ex inueteratissima consuetudine. Sed in proposito licet alicui applicetur ius piscandi & venandi ex prohibitionibus, quæ ad alios fiunt, tamen nemini alicui proprium aufertur, vnde dicendum est ius illud acquiri non præscriptione, sed consuetudine, populo prohibitiones illas sciente & tolerante. Si ergo dicimus dominos Tongi acquisiuisse ius in venationibus non ex præscriptione, sed ex consuetudine, cessant nonnulla obiecta, quæ fiunt per aduersarios, & in primis illud, dum dicitur, quòd licet fuerit præiudicatum singulis non tamen iuri vniuersitatis, nam hoc falsum est, quia quum populus sciuerit illas prohibitiones publicè proclamatas, non semel aut iterum, sed plusquā vigeties, & istud passus fuerit longissimo
35 tempore absq; contradictione, nata est † consuetudo quæ inducitur ex actibus frequētibus, & tam palam celebratis, vt sit verisimile nota populo fuisse accedente pariter temporis diuturnitate, cui sanè cōsuetudini tanquam legi municipali standū est l.de quibus.ff. de.ll. Cessat etiā aliud, quod
36 obijciebatur de mala fide, quia † in cōsuetudine non requiritur titulus, nec bona fides, vt Host. tradit in summa in.§. fin. de consuet.Cano.in cap. fin.eod. titu. Ex quibus concluditur homines Tongi succumbere opportere, & in expensis condemnandos, propterea quòd valde temere litigarunt. Sciebant enim prohibitiones frequentissimè repetitas, ipsosq; eisdem acquieuisse longissimo tempore, & clarum erat in iure his interueniētibus ius dominis quæsitum fuisse, siue ea sit præscriptio, siue consuetudo, ostensæ sunt etiā inuestituræ, in quibus de more patriæ venationum fiebat mentio: allegationes iuris, quæ pro eis exhibentur, fundant se in metu, qui nullus fuit, nec esse potuit sub dominio Illustrissimorum Marchionum, propterea ne illis impune cedat noua hæc superbia, & arrogantia, damno expensarū veniunt mulctandi l.eum quem temere.ff.de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Possidens intentionem dicitur fundatam habere, si asserat se hodie possidere, & continuasse possessionem, nisi contrarium probetur, quod etiam procedit in successore qui asserit continuatam possessionem cum defuncto, vt num.2.*

3 *Præscriptio imperfecta per contradictionem, & aduersarij impatientiam interrumpitur, sed non perfecta, ad quam rumpendā cōtraria præscriptio requiritur, vt nu.6.& 7.*

4 *Consuetudo iam præscripta, vt per actus contrarios possit interrumpi, probandum est ab aduersario contrarium fuisse obseruatum intra tempus præscribendi vt nu.5.*

8 *Præscriptio vbi est completa, superueniens mala fides non nocet.*

9 *Venandi actus, & feras capiendi non cadit in vniuersitate, quæ est persona ficta & repræsentata, animam non habens.*

10 *Venando capiens feras in fundo alieno, domino fundi prohibente, non cogitur ad prædæ restitutionem, sed contra eū domino actio iniuriarum competit.*

11 *Venationem iura non prohibent, sed tantum alieni fundi ingressum inuito Domino.*

12 *Venandi ius habere, venationisque fructus vniuersitas locare potest, si id ex principis priuilegio, vel ex longa consuetudine, aut feras inclusas habuerit in aliquo fundo muris circunuallato, vt & nu.13.*

14 *Venando quando quis furtum committat.*

Venandi facultas competit singulis, vt singulis, non autem vt vniuersis. sub nu.14.

15 *Præscribens contra omnes, & contra singulos præscribere dicitur, qui contrarium prætendunt.*

16 *Venationum præcepta prohibitiua constituūt prohibentem in quasi possessione. & ius venandi præscriptum intelligitur cursu temporis accedente.*

17 *Præscribit priuatus seruitutem, vbi alium prohibet seruituti contrafacere, qui prohibitioni acquiescit.*

18 *Præscriptionem formandam non interrumpit actus clandestinus, nisi in notitiam aduersarij deueniat.*

19 *Possessor habendus nō est, qui timet vel timere debet in eius prætensa possessione controuersiam pati. vt & nume.23.*

20 *Possessio iunior præsumitur clandestina antiquioris possessionis respectu.*

21 *Testes singulares sicut non probant, ita nec hi, qui possunt trahi ad singularitatem.*

22 *Consuetudo ius alicui quærit sine vlla causæ cognitione, quòd aliàs illi non acquireretur.*

Super casu præmisso. Cons. 521.



SCripsi aliàs in controuersia, quam mouerunt homines Tongi cõtra Magnificos D. de Nattis super iure venandi in fauorem d. Dominorum, & addo nunc, quòd non potest fieri fundamentum pro parte communis in depositione quatuor aut quinq; testium forensium, qui deponunt, ꝙ non obstantibus proclamatibus homines Tongi venationi operam dabant, ꝙ sic deducitur: nam constat vsq; de anno. 1494. emissum proclama prohibitorium venationũ, & ex eo tempore constituti fuerunt in possessione huius iuris prohibendi, & continuarunt in hac quasi possessione vsq; ad tempus præsentis controuersiæ, vt patet per infinita proclamata subsequuta: Et vlterius cõtinuata possessio, quæ requiritur in præscriptione,
1 & quæ probatur ex præsumptione iuris: per quam, qui † semel possedit habet intentionem fundatam si asserat se hodie posside re, & continuasse possessionem, nisi aduersarius contrariũ ostendat, l. siue possidetis. C. de proba. tradit Bar. in l. Celsus col. fin. ff. de vsuc. Cin. in l. super longi, & ibi Bal. & Ang. C. d. præscr. longi tempo. Ioan. Fabr. Instit. de vsucap. in prin. col. 1. versic. sed quomodo probabitur, & tenet Alexan. aliàs deducens auctoritates cons. 84. Viso processu
2 col. pen. versi. requiritur etiam lib. 6. ꝙ † procedit etiam in successore, qui asserit cõtinuatam suam possessionem cum defuncto, vt per Bar. in l. Pomponius. §. fin. ff. de acq. posses. quem sequitur ibi Clau. Aquen. & Ang. de Are. in. §. diutina Institut. de vsucap. Si ergo d. homines Tongi intendunt
3 † interrupisse præscriptionem Dominorum, quæ ex quasi eorum cõtinua possessione oriebatur per actus contrarios facti, oportet ꝙ probent se illos fecisse ante completã præscriptionem, & sic dum est in fieri, nõ autem postquam facta est, & præscriptione finita iam est illis ius quæsitum, vt est tex. clarus in cap. auditis in fin. de præscr. & ibi Abb. declarat vlt. not. qui ad hoc etiam allegat gl. in. l. nemo. §. temporalis. ff. de reg. iu. volentem, ꝙ contraria requiratur præscriptio, vt prior tollatur: idem vult Spe. in tit. de præscr. §. 1. versi. quid si post completam, vbi vult per actus contrarios non interrumpi completam pręscriptionem, argu. tex. in. l. si vnus. §. sed si pactum. ff. de pac. & l. 1. §. fin. ff. de itin. actuq; priu. & cum prędictis consonat id quod Bald. scribit in. l. de quibus col. 12. versic. Tertio quæritur. ff. de. ll. vbi lo-
4 quens in consuetudine inquit, quòd † vbi consuetudo iam est præscripta, actus contrarius nil operatur iuxt. not. in. l. cum quis. §. si quis pro re. ff. de solu. & sequitur hoc ibi Pau. de Castr. colum. 3. versicu. in ea gloss. si is fuit, vbi inquit,
5 quòd † qui vult infringere probationes inductas ad consuetudinem probandam, tenetur probare, ꝙ intra idem tempus contrarium fuerit aliquando seruatum. Istud etiam clarissimè scribit Bald. in. l. si aquam. 4. not. per illum tex. C. de
6 seru. & aq. vbi inquit formaliter, Quarto nota, ꝙ † præscriptio incorporalium præscribitur per contradictionem aduersarij, & eius impatientiam, vt hic in verbo interdictus: & præscriptio formata non potest interrumpi per contradictionem, sed formanda sic, vt hic, est autem formata per consumationem, formanda autem donec est in fieri. vt no. in. l. cũ quis. §. si quis pro reo. ff. de solu. & in l. nemo. §. temporalis. ff. de reg. iur. & sequitur etiam ibi Sali. 4. not. dicens,
7 quòd † præscriptio interrumpitur per contradictionem & impatientiã aduersarij quandiu est in fieri, non in esse perfecto, quia leuius est conseruare, quàm suscitare, vt not. gl. in. l. cũ quis. §. si quis pro reo, & facilius impediuntur fienda quàm iam facta, vt. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iu. Idem voluit Abb. consi. 94. Videretur primo, quòd nec à præteritis lib. 1. vbi vult, quòd si quis præscripsit legitimo tempore, vt non teneatur ad collectas, si postmodum ipse aliquando soluit, sibi non præiudicat, quia licet vnicus actus interrumpat præscriptionem dum est in fieri, non tñ vbi est completa, vt ibi latè ostendat, ad quod etiam bene-
8 facit, quia † vbi cõpleta est præscriptio, superueniens mala fides non nocet, vt glo. dicit & ibi Doct. in cap. vigilanti de præscript. Bar. in. l. naturaliter col. 3. versi. quæro vtrum superueniens. ff. de vsuca. Sed in proposito testes illi extranei quatuor aut quinq; examinati parte hominum Tongi deponunt simpliciter, ꝙ non obstantibus proclamatibus homines Tongi ibant venatum, nec aperiunt de quibus proclamatibus loquantur, quum fuerint infinita proclamata facta, vnde cum possit eorum depositio verificari tempore proclamationum factarum ab octo vel decem annis citra, sequitur, quòd eorum depositio non releuet, quum vigore præcedentium proclamatum præscriptio iam esset completa, quum enim habeãt ipsi se fundare in tempore, videlicet iuisse homines Tongi venatũ dum præscriptio esset in fieri, quum de hoc tempore non probent, debent succumbere Clem. literas cum ibi not. de rescrip. l. eum actum. ff. de nego. gest. l. matrem. C. de proba. & not. per Bart. & alios in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. nou. nunc. & istud pro nouo fundamento adducitur. Cæterum circa ea, quæ tacta sunt in prioribus allegationibus, insudauit quidã celeberrimus Iurisconsult. vt ea dissolueret, sed frustra, vt ex inferius dicendis apparebit. Nam in primis ipse vult, ꝙ præscriptio, super qua se fundant D. Nattę licet operetur ad ius singulorum, vt id tollatur, non tamen operatur, vt tollatur ius vniuersorum. Respondetur, vt prius dixi, quòd feræ antequam capiantur venando, sunt in nullius bonis, & sic in eis nullum ius habet vniuersitas, postquam autem sunt captæ
9 efficiuntur capientiũ, qui actus † capiendi nõ potest in vniuersitatem cadere, quæ est persona ficta, & repræsentata, & animam nõ habet, c. Romana. §. in vniuersitatem de sent. excom. in. 6. l. mortuo. ff. de fideiuss. vnde rectè inquit Domi. in cap. si vir col. 9. 7. q. 1. quòd actus & pasiones prout in facto consistunt, sunt singulorum nõ autem collegij, vel vniuersitatis, in tãtum autem efficiuntur capientium feræ,
10 vt si quis ingrediatur † agrum alienũ Domino prohibente, & acceperit aliquid venando, non cogitur id, quod cepit tradere agri Domino, sed omnia sunt sua, & Dominus potest agere tantummodo contra eum iniuriarum, pro eo, ꝙ prohibitus ingredi voluit alienum fundum, vt vult gl. Bart. Ang. Paul. de Castr. & Flor. in l. diuus. ff. de seru. vrba. præd. gloss. in. l. 3. ff. de acq. rer. dom. vbi præfati Doct. reprobant glo. contrariam in. §. feræ, Institu. de rer. diuis. vbi Ang. de Aret. sequitur prædicta, & Ioan. de Anast. in cap. 2. de cler.
11 venat. iura † enim prohibent tantummodo ingressum in alienum fundum non venationem, vnde post prohibitionem factam à fundi domino, feræ adhuc remanent in nullius bonis, ideò occupanti cõceduntur. l. 3. in prin. ff. de acq. rer. dom. & refert Ang. in d. l. diuus, istud accidisse de facto in personam cuiusdam magni venatoris Perusini, qui pro apris & capreolis alienum intrauit nemus Domino prohibente & multa cepit, & cõcludit, quòd absq; violentia cogi non potuit venationes deponere; sed tantum iniuriarũ con-
12 ueniri. Nec aliquid facit, ꝙ obijcitur posse † competere ius vniuersitati in venationibus, quia reperiuntur fundi, quorũ reditus cõsistunt in venationibus. l. item fundi. §. aucupiorum. ff. de vsufr. l. venationem. ff. de vsu. & tales fructus venationis vniuersitas locare & subhastare posset, quia dicuntur hęc extra propositum: nam vt vniuersitas habeat redi-
13 tus ex venatione, oporteret, quòd ipsi † vniuersitati venatio soli competeret ex principis priuilegio, vel per longam consuetudinem iux. not. per glo. in. l. sanè si maris. ff. de iniu. vel ꝙ feras circunduxisset muro, vel sepe obuallasset, & ita essent inclusæ, vt essent sub custodia, nõ in naturali liberta-
14 te: Isto etiam casu vniuersitati soli ius cõpeteret, & qui † feras sic inclusas venaretur, furtum committeret. l. vsumfructuarium venari. §. si in viuarijs. ff. de vsufr. l. 3. §. item feras ff. de acqu. posse. & argu. text. in. l. naturalem. §. ceruos, ff. de acq. rer. dom. & tradit Iacob. Rebuf. antiquus Doct. in. l. 1. C. de vena. fera. lib. 11. & tenet Floria. in d. l. diuus. ff. de seru. vrba. prædi. Sed vniuersitas Tongi nullum habet ius in venationibus

nationibus sibi competens aliquo d.casuum,& per consequens reditus ex venatione: si quòd autem ius cōpetit hominibus Tongi in venationibus competit singulis, vt singulis,dū capiunt manu,canibus,aut laqueis feras:quod præscriptione Dominorum castri amiserunt: vniuersis autem ius venandi competere nullo modo potest,Præterea, vt dixi prius,dato,ꝙ ius aliquod competeret in venatione,illud
15 pariter esset præscriptum, quia † qui præscribit contra omnes,& singulos intelligitur præscribere,qui contrarium ius prætendunt,vt Innoc.inquit in cap.auditis in fi.de præscri.
16 Dum etiam dicebatur in fauorem Dominorum loci,ꝙ per proclamata prohibitoria venationem, erant constituti in quasi possessione venandi,& accedente temporis cursu intelligitur præscriptum , obijcitur per aduersam partē, quòd d.præcepta de non venādo fuerunt nulla,quia facta, non præcedente causæ cognitione iux.not.in l.1.C.de execut.rei iudic.& per Pau.de Ca.in l.de pupillo.§.meminisse. ff.de oper.nou.nunc.Respondetur ad hoc plusquàm fragile obiectum,quòd hic non sumus in aliquo præcepto iudiciali,sed loquimur in proclamatibus factis auctoritate iudicis non ad alium effectum,quàm vt ad omnium noticiam prohibitio perueniat,& hoc est de mente Doct.requirentium pro cautela fieri proclamata, dum allegāt ad hoc tex. in l.sed & si quis §. proscribere.ff.de instit.actione:nā aliàs etiam simplex prohibitio facta à priuato sufficiceret, vt patet ex not.per glo.& Doct.in d.l. qui luminibus. ff. de seru.
17 vrba. præd. vbi † quis pōt prohibere alteri ne altius ædes suas tollat,& si prohibitus acquiescat, quærit sibi ius altius non tollendi præscriptione : & sicut priuatus potest per se prohibitionem suam notificare,ita etiam per iudicem potest,& eius nuncium, & est maioris auctoritatis, vt ostendit in terminis Ioan.Fabr.in §.feræ Insti.de re. diuis.vbi dicit priuatum posse adire iudicem , & per eum prohibere, ne quis ingrediatur fundum suum gratia venandi , & quid operetur dicta prohibitio facta per iudicem , ipse exponit.

Retulit etiam mihi Georgius Testa Causidicus & procurator Dominorum loci fieri parte hominum Tongi magnum fundamentū in testibus quasi non acquieuerint proclamatibus,sed primo respondeo, prout fuit responsum in prioribus allegationibus, quòd homines de ipso loco omnino sunt inhabiles, deponentes ad proprium commodū : reliqui autem testes extranei quatuor, aut quinque vincuntur à testibus nostris,qui deponunt eos acquieuisse, numero & dignitate.Item quia deponūt verisimiliora,vt latè deductū fuit in prioribus scriptis.Secundo non probant, quia nō deponunt prædictos actus pertinētes ad interrumpēdatu præscriptionem factos fuisse in præscriptionis ipsius cursu, prout eos deponere oportebat iuxta ea , quæ dicta sunt in principio harum allegationum. Tertio peccant d.testes in alio,quia non deponunt dict.actus contradictorios, peruenisse ad scientiam dominorum loci , seu eorum officialium,& vt inquit tex.in l.3.in prin.ff.de itin.actuque priua.
18 qui prohibitus vtitur, clam vtitur , nec † interrumpit præscriptionem clādestinus actus formandam,sed oportet , ꝙ sit notorius,& in aduersarij noticiam deueniat,vt Bal. sentit in l.de quibus col.12.versic. 3. quæritur an vnus ff. de ll. & Bald.clarius in l.non ignorat versic.si autem media pos-
19 sessio.C.ad exhiben.is † enim,qui timet , vel timere debet in sua possessione cōtrouersiam pati,nec possessor quidem habendus est l.1.§.fin.ff. vti posid.& dictum est in prioribus allegationibus & facit tex.in l.non videtur.ff. de acqui. posse.l.quo tutela.§.clam,ꝙ quisquàm.ff.de regu.iur. & est decis.in terminis Guid.Pap.in consi.inferius allegando.Ac
20 cedat,quia † iunior possessio respectu antiquioris præsumitur clandestina cap.licet causam de proba.l. clam possidere in prin.ff.de aqu.possess.l.fi.C.vn.vi.Bar.in l.si duo col. 2.ff. vti possi.& in l.1.col.pen.post Cin.ibi.C.eod. Bal.in l.ordinarij col.4.versi.sed iux.prædicta.C.de rei vend. & in l.arboribus.§.nam & si agrum.ff.de vsufruc.& in l.siue autem §.si duobus.ff.de publ.& idem Bal.in cap.si diligenti col.fi. versi.quæro duo probant de præscri.Quarto non probant d.testes , nam quum intendant deponere homines Tongi non paruisse d.proclamatibus, sed iuisse venatum , debent concordare in eisdem actibus , quod non faciunt prædicti testes,quia vbi tempus non est determinatum certo principio & fine,potest vnus de vno tempore deponere, & alius de alio,propterea non probant,vt Bar.dicit in l.Celsus.col.
21 pen.ff.de vsucap.sicut enim † testes singulares non probant similiter non probant , quando possunt esse singulares , vt Bal.dicit in l.fin.15.oppo.C.de edic.diu. vbi ad hoc allegat Bar.in d.l.Celsus,sequitur Alex.consil.212.Ponderatis his, quæ in themate,col.6.lib.6. Recolligendo præmissa dico , ꝙ si testes communitatis deponunt verisimiliora,quàm faciant nostri testes & vincant eos numero & dignitate , Itē deponant de actibus cōtradictorijs,dum in cursu erat præscriptio,Item actus venisse ad notitiam Dominorum loci, Item concordent in eisdem actibus , ego quoque sum auctor,vt pro eis iudicetur,quia tunc verè d.proclamationes non obstabunt,sed si in omnibus istis deficiunt,debent succumbere,& eundem sentire deberent exitum , si in vno tātum deficerent , quoniam omnia superiora copulatiue requiruntur,vt sufficiens sit probatio . Postremo nō omitto, quòd in istis terminis consuluit Guid.Papa. vt apparet eius consi.171.Quod incipit,circa materiam processus &c.vbi consuluit pro quodam Domino Clarimontis , qui fecerat fieri proclamata pœnalia ne quis in flumine publico aude
22 ret piscari, concludit , quòd † ex consuetudine ius piscandi ipsi vni potuit acquiri, & subditos piscātes incurrisse in pœnas in ipsis proclamationibus contentas, non obstante , ꝙ d. proclamata emanauerint sine vlla causæ cognitione , & ꝙ subditi , qui ex aduerso opponebāt se esse in possessione piscandi , non probabant , quia eorum testium maior pars erat de ipso territorio, vnde deponendo, quòd ipsi homines contra inhibitiones piscati fuerunt in præfato flumine publico non sunt idonei , quia deponunt in causa propria ,
23 & ad suum commodum , tum quia prædicti † actus piscationis facti per d.homines fuerunt clandestini,quum timerent,vel timere debuerint controuersiam sibi inferri,vnde non erant censendi, & habendi veri & pacifici possessores, prout hæc omnia latius ibi ipse prosequitur,& quia conueniunt optimè casui nostro,poterunt videri , & ita obtētum & iudicatū fuit pro dominis cōtra homines Tongi in Illustri Marchionali Senatu anno salutis.1561. die 24. Maij.

SVMMARIVM.

1 *Sententia recitationem actorum continens fidem facit inter partes,quæ ab ipsa sententia non appellarunt,& probat omnia solemniter præcessisse.*

2 *Sententia de nullitate, iuxta ius commune, impugnari non potest vltra.30.annos.*

3 *Sententia,postquàm transiuit in iudicatum, facit ius inter partes irretractabile , adeò quòd de eius iniquitate dici non potest.*

4 *Sententia, quæ in iudicatum transiuit,parit iuris præsumptionem , omnemq; contrariam probationem excludit, quod limita vt nu. 22.*

5 *Sententia diffinitiua est altera natura ius faciens,& originem creans .*

6 *Collectas soluere vbi quis per sententiam non tenetur , si steterit per longißimū tempus, quòd non soluerit, in quasi poßeßione non soluendi constitutus videtur virtute tituli præcedentis,per sententiam declarati .*

7 *Temporis cursus hominum memoriam excedens habet vim constituti,& Imperialis concessionis.*

8 *Restitutio in integrū aduersus sententiam, quadriennio effluxo à die latæ sententiæ & scientiæ,non datur communitati nec alteri,etiam si de eius læsione constaret .*

9 *Procuratoris scientia,contra quem agitatum est iudicium, & sententia lata , sufficit ad Domino præiudicandum,* absq;

absq; Domini scientia.

10 *Restitutio in integrum sicut nõ datur minori aduersus Principis priuilegium, nec contra ius commune, ita nec communitati conceditur.*

11 *Immunitas vbi est præscripta legitimo tempore, cõtra eum ciuitati non datur restitutio, sicut nec ecclesiæ conceditur, nisi intra quadriennium à die completæ præscriptionis computandum.*

12 *Minori aduersus iudicatum dupliciter conceditur restitutio, propter probationis scilicet omißionem, & solius sententiæ læsionem.*

13 *Appellans non cum solis Apostolis, sed cum omnibus actis & momentis debet comparere.*

14 *Sententia præsumitur rite & rectè lata, si transit in iudicatum præsertim vbi ab ea effluxum est bieunium.*

15 *Sententia, vbi de Principis conscientia est lata, aduersus eam non potest restitutio postulari.*

16 *Restitutio in integrum nõ datur aduersus ius quæsitum spacio temporis immemorialis.*

17 *Tempus immemoriale habet præsumptionem iuris pro se, adeò quòd non admittitur contraria probatio.*

18 *Sententia tunc dicitur continere expressum errorem, quando iudex aliquid erroneum exprimit, vel pronunciando refert se ad aliquam partem actorum, vbi nihil vel contrarium reperitur.*

19 *Appellare se à sententia qui non curat, videtur sententiæ consentire, & iudicio suo iudicatum confirmare.*

20 *Nullitas quantumuis euidens sententiæ opponi non potest, vbi tempus à iure vel statuto limitatum effluxit.*

21 *Sententiæ parere quis debet, perinde ac si lege contractus teneretur.*

23 *Immunitas particularis Vasallis competens non tollitur per Principis decretum generale.*

24 *Sententiæ per quam est alicui ius quæsitum, per Principem non derogatur nisi cum clausula sententia non obstante.*

25 *Sententia absolutoria trahit ad se executionem, absq; alio facto iudicis.*

26 *Sententia, vbi iustè est lata, parit naturalem obligationem, & semper iusta præsumitur donec &c.*

27 *Princeps nunquàm præsumitur velle alterius iuri derogare, ne quidem in modico.*

28 *Sententia, quæ iam transiuit in iudicatum est potentior priuilegio.*

CONSILIVM. 524.



IN causa D. Hectoris, quam contra eum mouit commune Togi pro oneribus, quum tamen prius petiuisset cõtra Do. Consortes, deinde destitutis reliquis, cœpit vnum D. Hectorem premere. Res videtur luculentior in fauorem d.D.Hectoris ipso Sole mericie per æternum tempus fulgente. Nam magnificus olim Henrietus Natta auus paternus communis obtinuit sentẽtiam, qua declaratum fuit per iudices competentes ipsi & hæredibus eius & successoribus immunitatem competere à quibuscunq; oneribus tam pro bonis quæsitis, quam quęrendis in Territorio Tongi, quæ sententia lata fuit de anno.1436.& sic longe excessit centesimum annum & inter partes semper fuit obseruata: De nullitate huius sententiæ non dicitur, quum nulla producantur acta ex parte com-
1 munis: imo ex † recitatione actorum, quæ præcedit ipsam sententiam, & fidem facit inter partes, quæ ab ipsa sententia non appellarũt iux.no.per Bar.& alios in l. 1.C. de relat. & Auth.si quis in aliquo in fin.C.de eden.Bal.in l. 1. col. 2. versi.extra quæro, C.ne lic.ter.prouo, Inno. & cæteri in ca.
quoniam contra,& ibi Feli.latè col.19.de proba.apparet iu
2 dicij solemnia seruata fuisse. Et vlterius † de nullitate sen-
tentiæ secundum ius commune dici non potest vltra .30.
annos Bal.in l.data opera col.antepe.versi. sed quid si bannitus. C. qui accu. non pos. Ange. in l. sicut per gloss. ibi in verbo prosecutione.C.de præscript.30.anno.Sali.in l.si preses.C.quom.& quan.iu. propè fin. angustius autem statutũ est tempus ex forma Marchionalium decretorum, ad dicẽdum de nullitate tam agendo, quàm excipiẽdo, vltra quod non auditur, quod interpretatum fuit etiam procedere in nullitate euidenti, iuxta ea, quæ Alex.scribit cons.105.Ponderatis narratis in themate circa fi.lib.5. & bene nouit excellentissimus Senatus, sed circa hoc non est laborandum, quia non proponitur nullitas aliqua non ostenditur: Manifestus tantum error sententię dicitur, de quo infra dicetur.
3 De † iniquitate etiam sententiæ dici non potest, quum ab
ea non fuerit appellatum, sed transitum fuerit in rem iudicatam: Vnde facit ius irretractabile inter partes. l. eleganter.§.si quis post.ff.de condi.indeb. nam pro veritate habetur.l.res iudicata.ff.de reg.iur.l.ingenuum.ff.de stat.hom.&
4 facit † præsumptionem iuris & de iure, adeò quòd contra-
ria probatio non admittitur & alia sententia contra eam lata est nulla cap.bonæ el primo de elec.ca.sicut de re iudi. c. inter monasterium eod.tit.cap.in præsentia, de renunc.l. 1. C.quan.prou.non est nece.& C.senten.rescin.non pos. per totum habet hoc etiam, quòd inducit notorium.l. emptorem cum gloss.ff.de actio.emp.cap.fi.de cohab.cler. & mulie.& dicit Bal.in cap.nihil colu. 5. de elec. quòd diffinitiua
5 † sententia est altera natura, quia ius facit, & originẽ creat.
l.1.in fin.cum duabus.ll.sequent.ff.de liber. agnos.est etiam
6 animaduertendum ꝙ † d.sententia fuit per centum annos
& vltra inter partes obseruata, quia onera nunquàm fuerũt per D.Nattas soluta, vnde videtur hoc factum vigore tituli præcedentis per sententiam declarati. l. quædam mulier.
7 ff.de rei vendi.l.2.C.de acquir.poss.& † cursus solus tanti
temporis excedens hominum memoriam habet vim constituti.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aq.plu. arcen. & vim Imperialis concessionis cap.super quibusdam. §. præterea
8 de verbo.signi. Nunc videndum est an † restitutio in inte-
grum aduersus d.sententiam cõcedi debeat, & dico, quòd non, quia effluxit quadriennium à tempore latę sententię, & scientiæ: quo casu, etiam si de læsione constaret, non debet in integrum concedi restitutio cap. 1. de restitu. in integ.in 6.Clem. 1.eod.titu.& not.in l.respub.C.ex quib.cau. maio.& in l.1.C.de senten.aduers.fisc.lib.10.& in terminis scribit Alex.consi.30. Ponderatis narratis in themate secũdo dub.lib. 5. nam in casu quoque suo sententia lata fuerat pro immunitate cõtra communitatem, & elapso quadriennio concludit non competere in integrum restitutionem, & in pari causa consuluit Iaso.consil.101. immunitas concessa colum.penul.lib.4.& sic isti duo excellentes Doct.decidunt ad vnguem quæstionem nostram, quòd autem sciuerint apparet, quia lata est sententia syndicis presentibus, & municipes dicuntur scire, quod sciant hi, quibus summa reipub.commissa est, vt inquit tex.in l. municipes. ff. de cõdit.& demonstr.& bonus etiam tex.in l.municipibus. ff.ad
9 municipia.& vlterius, † quando iudicium fuit agitatum cõ
tra procuratorem, tunc non requiritur, quòd dominus sciat sententiam latam, sed sufficit scientia procuratoris vt domino præiudicetur, ita Abb.dicit post Inno.in cap.1.col.5. versi.Item ad hunc articulum, vt lit.non contesta. sequitur Felin.in cap. quo ad consultationem col. penul. de re iudic. item, quòd sciuerint ipsi Tongiani sententiam saltem de recenti latam, apparet ex obseruãtia postea secuta, qua ipsi paruerunt sententiæ, & facto declaratur voluntas.l.Paulus. ff.rem rat.habe. Præterea aut communitas petit restitutio-
10 nem in integrum aduersus immunitatem, & non † potest,
si concessa fuit à Principe, nam cũ respub. æquiparetur minori.l.respublica.C.ex quib.cau.maio. l.rempub. C. de iu. reipu.lib. 11. minor non potest restitui aduersus priuilegiũ Principis: sicut nec contra ius commune.l.fi.C. de in integ.

11 restitu. eodem modo dico † si hæc immunitas quæsita fuit
legitimo tempore per præscriptionem, quia aduersus præ-
scriptionem ciuitas non restituitur, sicut nec etiam ecclesię
nisi intra quadriennium à die læsionis idest completę prę-
scriptionis, quod quadriēnium est in casu nostro elapsum,
hoc vult gloss. in Authen. quas actiones in verbo excludan
tur propè fin. C. de sacrosan. eccles. & ibi Bal. q. 6. & Pau. de
Cast. iux. fin. & latissimè ibi Ias. qui concord. adducit. Aut
communitas vult petere restitutionem in integrum aduer
sus sententiam, quod videtur verius, & tunc dico non posse
12 in integrum restitutionem obtinere: nam minor † cui ęqui
paratur respub. duobus modis petit se restitui, aduersus rē
iudicatam. Primo vbi probationes omisit, quas si præbuis-
set tempore suo, sententiam pro se reportasset, & tunc fa-
cta fide, quòd illas probationes habebat, potest petere se re
stitui in id tempus, quo si probationes fuissent factæ obti-
nuisset, & tunc erit restituēdus, iux. l. minor. 25. annis omis-
sam. ff. de mino. Alio modo potest aduersus iudicatum pe-
tere se restitui, quia acta & processus habent se optimè, sed
tantum ex sententia est læsus, & tunc potest aduersus solā
sententiam petere se restitui, & facere, vt ex eisdem actis
iudicetur, & ita dicunt Bar. Pau. de Cas. & Sal. in l. 1. C. si ad
uers. rem iud. sed neutro d. duorum modorum communi-
tas obtinere potest, non quidem ex primo, quia nō dicit se
habere probationes, nec eas profert, ex quibus ostendat
d. Henrieto immunitatem non competere. Non etiam po
test obtinere ex secundo, quia quum impugnet sentētiam
ex prioribus actis, ipsa acta exhibere debet, ad exemplum
13 † appellantis, qui debet cum omnibus actis, & monumē-
tis comparere, non cum solis Apostolis, vt Bal. & Ang. di-
cunt in l. hi qui ad ciuilia, C. de appel. per tex. in l. ampliorē.
14 C. eo. tit. † præsumitur enim, quòd ritè & rectè fuerat lata
sententia, quę transiuit in rem iudicatam, præsertim vbi ad
ea elapsum est biennium, vt Cano. dicunt in cap. quoniam
contra de proba. & ibi Feli. col. 17. ad saturitatem, & Alex.
in l. sciendum col. 5. versi. item fallit in iudice. ff. de verbo.
oblig. & consi. 25. Viso processu in prin. lib. 6. Dicitur etiā
aliud pro responsione, nam si videatur sentētia, apparet ibi
in recitatione actorum, quæ fidem facit (vt dixi) inter par
tes, qualiter homines Tongi adierunt sæpè Principem nar
rantes se impotentes esse ad litigandum cum d. Henrieto,
nec posse tali, & tanto viro resistere: vnde Princeps com-
motus eorum verbis addidit primo iudici alium, deinde
quum iterum de potentia d. Henrieti conquererentur, ius-
sit ad se cuncta, quæ agitabantur, referri, & ita acta & sen-
tentiam postmodum ferendam illi duo iudices delegati cū
15 Principe contulerunt: Vnde † quū sententia sit lata de con
scientia Principis, non potest aduersus eam aliqua in inte-
grum restitutio postulari, etiam vbi esset persona, cui aliàs
restitutio concedi soleret, quia auctoritas Principis facit, vt
nulla fraus, nulla deceptio interuenisse videatur, ita Alexan.
scribit consi. 240. Perspectis & ponderatis in fi. lib. 6. dicēs
hoc voluisse signanter Archi. & Io. And. in c. 1. de pac. in 6.
16 Dicitur etiam, quod † aduersus ius quæsitum ex spacio tan
ti temporis, cuius in contrarium memoria non extat, non
datur restitutio in integrum, ex quo habet vim constituti,
& priuilegij, ita Ias. inquit consi. 208. Videretur prima ad-
uersione col. pen. lib. 2. & subdit neminem vnquam Do-
ctorum aliter sensisse, imò quod nemo vnquam sani capi-
tis auderet hoc attentare, quod comprobatur vltra eum,
17 quia † tam longinquum tempus habet pręsumptionem iu
ris, & de iure pro se, adeò quòd non admittitur probatio
in contrarium, vt dicit Anto. de Butr. in ca. peruenit char.
10. versicu. ad tertium, qualis hæc sit præsumptio, de cen-
si. quem refert & sequitur Felin. in ca. cum nobis colum. 3.
versi. scias etiam de præscrip. si igitur non admittitur proba
tio in contrarium, luculenter apparet restitutionem ininte
grum non competere, quum in ea oporteat de læsione do-
cere. Sequitur illud, quod allegatur pro parte communita-
tis, esse expressum errorem in sententia, quod valde dicitur
18 absurdè, nam † dicitur expressus error in sententia, quando
iudex exprimit aliquid de iure erroneum in sententia, vt
quia pronuntiet Titium pupillum testamentum concede
re potuisse, vel matrimonium per Lucium furiosum con-
tractum valere: requiritur enim, quòd oculo corporali legi
possit, vt dicatur in sententia error expressus, nec sufficit q
intellectu percipiatur, vt singulariter voluit Inno. in cap. P.
& G. de offic deleg. Anto. de But. in cap. ab excommunica
to de rescrip. Alexan. consi. 79. Perspectis verbis circa fi. li.
2. Est etiam expressus error in sententia secundum quosdā
quando iudex refert se pronunciando ad aliquam partem
actorum, ostendendo quid sequutus sit in ferenda sentētia
& ibidem nihil vel contrarium reperitur argu. text. in l. ait
Prætor. §. si iudex. ff. de re iudi. Vltra autem istos duos mo-
dos non inuenitur, quòd dicatur error expressus in senten-
tia, vt patet ex not. per Bart. Bal. Ang. & alios, in l. vnica. C.
de error. calc. cum concordan. ibi traditis per Alexa. & Mo
der. & Alex. in l. ex diuerso. §. si iudicio col. 4. ff. solu. matr. &
in l. præses. ff. de re iudi. Sed in sententia, de qua agitur, nihil
istorum fit, ergo non potest dici, quòd manifestum conti-
neat errorē: præsupposito enim, quòd ex inspectione acto
rum, ad quæ regulariter refertur sententia. l. 3. C. de senten.
quæ sin. cer. quan. profer. gloss. in l. hæ enim causæ. ff. de su-
spec. tuto. Iudex errauerit in pronunciando, tamen, quia er
ror est velatus, tenet, & fieri oportebat, quod inquit Impe-
19 rator in l. 1. C. si. sæp. restit. in inte. postu. † Appellare debui
sti, si sententia displicebat, nam, qui non appellat, sententiæ
consensum adhibere videtur, & iudicatum suo iudicio con
firmare. l. ab eo & ibi Bar. C. quo. & quan. iudex. l. fi. in vlti-
mis verbis C. de sent. quę si. cer. quan. profer. cap. quo ad cō
sultationem de re iud. & tradunt Doc. relati per Alex. in lo
cis præallegatis. Demum quid opus est quęrere de manife
20 sto errore sententiæ? quum † nullitas quanuis euidens sen-
tentiæ opponi non possit lapso tempore ad dicendum, vel
excipiendum de nullitate per decretum concesso, vt suprà
deduxi. Rursus aduersarius consultor exclamat contra d.
sententiam: a quo scire velim iustam ne, an iniustam putet
sententiam: Si enim iusta est, vt quia per Henrietum fuerit
legitime probatum de immunitate, non video quid possit
conqueri, quum sit secundum iura & naturam & veritatē
pronunciatum, ex quo sentētia fundat se super materia ve-
ra causante liberationem. Sin autem sententia sit iniusta, vt
quia non sit probatum de aliqua immunitate, tunc fateor,
quòd ex sola sententia oritur ius ipsis D. de Nattis, sed ta-
men sententia parit illis exceptionem a iure ciuili prouenié-
tem, quia res iudicata pro veritate habetur, & dato, quòd
tunc præfati D. de Nattis obligati essent naturaliter ad d.
onera l. Iulianus verum debitorem ibi natura debitor per-
manet ff. de cond. indeb. tamen à ciuili obligatione sunt li-
berati, sine qua naturalis inefficax permanet, vt concludit
Bar. in d. l. Iulianus col. 7. versi. item dubitatur Bal. in l. cum
quis col. 3. ver. tertium exemplum C. de iuris & facti igno.
Ang. & Imo. in l. vbicunq; ff. de fideius. Bal. in c. quo ad cō-
sultationem, & ibi Feli. col. 4. ff. de re iud. in dubio autem &
alio non apparente sententia præsumitur iusta l. ab ea parte
21 ff. de proba. l. Herennius §. Gaia ff. de euict. & debet † quis
parere sententiæ perinde ac si lege contractus teneretur,
quia in iudicio quasi contrahitur, l. 3. §. idem scribit ff. de pe
cu. & ius gentium & diuinum etiam suadet, vt maioribus
pareatur ca. 1. de maio. & obedien. l. veluti ff. de iusti. & iur.
& dicit Bald. in d. l. cum quis col. 4. C. de iur. & fac. igno. q
vbi sententia fertur super facto, vt nunc accidit, non potest
probari contrarium, quia sententia quæ transiuit in rem iu
dicatam omnem probationē excludit, quum sit terminus
22 litis, nisi † probatio fiat per partis confessionem, §. aliud in
Auth. de æqual. dot. Postremo fit fundamentum pro parte
communitatis super decreto 78. vbi disponitur, q si con-
tingat vasallos seu feudalium rerum & iurisdictionū pos-
sessores acquirere bona descripta in communitatum regi-
stris, illis omnibus subiaceant oneribus, quibus ante ipsorū
acquisitionē submissa & affecta erant, nec de registris ipso
rum deleri valeant, & ibi derogatur cōsuetudini, per quam
vasalli

vasalli habentes aliquid iurisdictionis acquirentes dietim bona in registris descripta, ea postmodũ à collectis & alijs occurrentibus oneribus libera, & exempta habere conabantur. Sed ad prædictum decretum, Respõdeo, quòd ibi tollit illam vniuersalem consuetudinem, per quam quicunque nobiles inuestiti de mero & mixto Imperio ratione iurisdictiõis liberi & immunes pro predijs acquisitis ab ipsis hominibus, & registro suppositis esse volebant, sed vbi ius
23 † alicui Vasallo competeret speciale, illud Princeps non tollit & ita videmus quottidie, quòd immunitates particulares competentes Vasallis seruantur non obstante d. decreto, quia decretum de his non loquitur, & ad ea, quæ dicta non sunt, lex non extenditur l. si seruum §. non dixit prætor ff. de acqui. hæred. Multo autem minus ius D. de Nattis sublatum videri debet, quia ius eorum fuit per sententiam
24 declaratum, nam † licet Princeps posit derogare sententiæ, quum illud ius sit quæsitum de iure ciuili, vt, Bal. scribit in l. fi. col. 2. vers. sed immediate opponitur C. senten. rescin. non poss. Ang. in l. Lucius ff. de euict. Pau. de Ca. in l. cũ hæredes ff. de acqu. posse. tamen oportet, quòd constet precisè de eius mente, & apponatur clausula non obstante sententia, aliàs non intelligitur illi derogare voluisse. ca. exposita de arbit. l. C. de erro. aduo, l. fi. & ibi gl. C. sent. rescin. non pos. l. causas de transac. l. 2. in fin. C. vt lit. penden. Imò non sufficit, quòd Princeps dicat non obstante sententia: quia potuit intelligere de sententia: quæ nondum transiuisset in rem iudicatam, sed opus est, quòd mentionem faciat de d.
25 transitu in rem iudicatam, maximè † si sententia est absolutoria, vt in casu nostro, vbi d. Henrietus pro se & successoribus fuit iudicatus immunis à collectis, quia talis sententia trahit ad se executionem, absq; aliquo nouo facto iudicis iux. not. per glo. & Docto. in ca. pastoralis de appella. & ita concludit Alex. consi. 94. In causa & lite vertente li. 2. Confirmatur præmissa, quia in iudicijs quasi contrahitur l. 3. §.
26 idem scribit ff. de pecu. & ex † sententia, quando iustè fuit lata oritur obligatio naturalis Bal. in l. ex hoc iure q. 3. ff. de iusti. & iu. vbi etiam dicit, quòd in dubio sententia præsumitur iusta: Non enim est igitur dicendũ, quòd Princeps sententiam, ex qua censetur alio non apparente insurgere na-
27 turalis obligatio, auferre voluerit: numquàm enim † Princeps præsumitur velle alterius iuri derogare. l. 2. §. merito & §. si quis a Principe ff. ne quid in loco pub. l. nec auus cũ glo. & ibi Bal. C. de emancipa. libe. l. impuberibus ff. de administ. tuto. c. super eo de offi. deleg. c. quamuis de rescrip. in 6. quod procedit etiam q̃ tractarentur de modico præiudicio, quia adhuc non intelligitur illi modico preiudicatum glo. singu. in c. cum olim. in verbo sine præiudicio, quã ibi Domin. notat de consuet. quæ glo. subdit, quòd in obscuris semper fieri debet interpretatio, vt nulli sit captiosa l. quoties nihil ff. de reg. iu. Et quoniam iam finem scribendi facturus sum: non omitto, quòd D. Hector producit for
28 tius ius † producendo sentẽtiam latam super immunitate, quàm si priuilegium ipsum immunitatis produxisset: nam super priuilegium poterat de eius viribus disputari, & admissa fuisset disputatio, siue de potestate obijceretur concedentis, siue de voluntate, sed vbi producitur res iudicata, impossibilis est ammodo controuersia, vt verbis vtar Bald. in l. præscriptione column. 8. versicul. & præmitte ad euidentiam C. si con. ius vel vti. pub. allegat tex. in l. fin. C. vt lit. pena. quem tex. notat ibi Pau. de Cast. contra illos, qui post sententiam latam contra se non appellauerunt, & deinceps vadunt Venetias, & supplicant, vt causa iterum reuideatur & cognoscatur, quia non debent audiri nisi iustisima de causa.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas onerum, ad onera bellica ob publicam vtilitatem imposita, non extenditur. Fallit in nu. 5.*

2 *Priuilegium generale non includit casum publicæ vtilitatis contrarium.*

3 *Immunitas plenissima priuilegiatum à personalibus et realibus muneribus Principi exhibendis non excusat.*

4 *Immunitas stante necessitate non attenditur, limita in numer. 14. & 15.*

6 *Dictio aliquid etiam in minimo verificatur, negatiue vero prolata æquipollet vniuersali negatiua vt in nu. 7.*

8 *Dictio qualiacunque est vniuersalis.*

Dictio vniuersalis nihil excludit, immo eorum est inclusiua, quæ aliàs in actu non venirent, sub nu. 8.

9 *Feudum concessum alicui pro se & quibuscunq; hæredibus omnes hæredes cuiusuis generis admittit.*

10 *Immunitas concessa per verba vniuersalia & geminata includit & onera bellica.*

11 *Collectæ, quæ imponuntur propter bellum superueniens, dicuntur de munere extraordinario.*

12 *Dictio vniuersalis ẽ ampliatiua adeò, quòd, si ab homine profeatur, ne quidem in materia odiosa patitur restrictionem, prolata vero a lege restringitur de habilitate.*

13 *Notarius vbi dicit in instrumentum omnes interuenisse, & vnus non interfit, tunc instrumentum falsum redditur.*

15 *Collectari non debent immunes propter bellum, nisi vrgeat necessitas. & nu. 28.*

16 *Clausula rebus sic se habentibus, & in eodem statu permanentibus in qualibet dispositione attendi debet.*

17 *Sententia semper iustè lata præsumitur, nisi contrarium probetur.*

18 *Dotem vbi quis puellæ non nubili dedit cum promissione nõ repetendi, non habet locum vbi sponsalibus veniat renunciatum.*

19 *Immunitas simpliciter concessa ab oneribus, onera præsentia complectitur & futura.*

20 *Onerum appellatione, veniunt parua, & magna, nec plus & minus faciunt specie differre.*

21 *Immunitas, vbi a Principe conceditur pro oneribus, quæ contingent in posterum, comprehendit onera etiam grauissima.*

22 *Seruitus sicut futuro prædio acquiri potest, ita et liberatio.*

23 *Dictiones vniuersales vbicunq; apponũtur, videtur de quocunq; casu in genere cogitatum, qui accidere possit, & talis cogitatio in genere sufficit.*

24 *Pactum generale, quamuis ex æquitate aliquando restringatur, regulariter tamen de sui natura ad incogitata protrahitur.*

25 *Transactio verbis cõcepta generalibus, per instrumenta de nouo reperta non rescinditur.*

Verborum proprietas in dispositionibus principaliter attendenda. sub num. 25.

26 *Dictio vniuersalis etiam futurum augmentum cõplectitur.*

27 *Indefinita loquutio affirmatiua, licet casum insolitum & extraordinarium non comprehendat, negatiua tamẽ illum complectitur.*

29 *Sententia lata contra iuris communis regulas licet sit, est nulla, excipiuntur tamen aliqui casus, in quibus saluari potest.*

30 *Citatio facta alicui de comparendo in die feriato est nulla, nisi casus exprimatur, quo eo tempore procedi possit, & numer. 39.*

31 *Sententia lata tenet, & si Iudex causas & rationes eum mouentes non exprimat ad pronunciandum.*

32 *Sententia, quæ continet absolutionem, vel cõdemnationem, aut æquipollens, de inualiditate argui non potest, & si causę non inserantur.*

33 *Sententia in quibuscunq; casibus lata absq; aliqua causæ expressione valet, licet non consequatur illos effectus propter quos lex mandat causam exprimi, & nu. 35.*

34 Tutor

34 *Tutor remotus per iudicis decretum sine causæ remotionis expressione, non fit infamis.*
36 *Sententia iniusta tunc præsumitur, cum lata est contra fundatam, actoris & rei intentionem, & causa tacetur.*
37 *Seruus in dominum regulariter torqueri non potest.*
38 *Sententiæ manifestus, & tacitus error quomodo differant.*
40 *Citatio & sententia quomodo circa expressionem causæ differant.*
41 *Iudex in pronunciando semper habet præsumptiorem pro se, vt non fallat neq; fallatur.*
42 *Iudex qui non vidit acta, non videtur de causa cognouisse.*
43 *Sententia propter longissimum tempus præsumitur lata ex probationibus, si in ea actorum fiat recitatio, nec ei de nullitate obijci potest.*
44 *Sententia lata a personis honestis absque causæ expressione valet.*
45 *Actus quilibet præsumitur iustus, si est factus a personis honestis & circumspectis, etiam quòd prima fronte videatur iniquus.*
46 *Ciuitas contra sententiã curso quadriennio nõ restituitur.*
47 *Decurionum ordo rempub. administrans non mutatur, quãuis personæ mutentur, sed semper dicitur esse idem.*
48 *Populus rempub. administrans semper idem dicitur, licet in personis mutatio contingat.*
49 *Ecclesia ob frequẽtem prælatorum mutationem, etiam post quadriennium restituitur propter damnũ eminentissimũ.*
50 *Ecclesia damnum eminentissimum habuisse non dicitur, si lęsio sit circa rem ex qua pretenditur causata læsio, sed circa facultates & ecclesiæ patrimonium.*
51 *Minor duplici via restituitur aduersus rem iudicatam, per probationis scilicet omissionem, & solius sententiæ læsionem.*
52 *Decretum Principis prohibitiuum aliquorum cum clausula non obstante consuetudine, non extenditur ad immunitatem per sententiatu declaratam.*
53 *Rescriptum a Principe impetrari non potest, per quod impediatur pronunciationis effectus.*
54 *Rescriptum Principis etiam si fiat per modum legis vel statuti, non trahitur ad causas finaliter terminatas.*

Super eodem facto. Cons. 525.



VIT lata sententia vsque de anno Domini 1440. per duos Vicarios generales delegatos Illustrissimi Marchionis pro insigni iurisconsulto & Marchionali consiliario auo meo cõtra communitatem, & homines Tongi, qua pronunciatum fuit ipsum esse immunem, & ad onera non teneri. Quum autẽ nunc præfata communitas & homines Tongi vocassent in ius Magnificum D. Hectorem patruelem meum pro causa onerum & prædictis D. Hector opponeret contra ipsos exceptionem rei iudicatæ competentem sibi ex d. sententia iã lata vltra centum & viginti annos, & per d. tempora semper obseruatæ: oppugnare ceperunt d. commune & homines præfatam sententiam varijs argumentis, & rationibus, quæ omnia in primis allegationibus confutata fuerunt. Nunc opponuntur alia quædam, ad quæ respondendum
1 paucis agam. Primò opponitur, quòd † immunitas sic vt supra declarata per sententiam non extenditur ad onera bellorum quæ imponuntur propter publicam vtilitatem & necessitatem per tex. in l. vnica C. vt nemini lic. in empt. spec. lib. 10. vbi quando publica necessitate imminente inducũtur munera comparandi frumẽtum vel hordeum, vel alias quascunque species, nemo excusatur propter priuilegium immunitatis quocunq; modo quocunq; tempore concessum, & ibi gl. in verbo necessitate exemplificata de necessitate ratione guerræ, & ita tenet Din. Alber. de Rosa. Sali. & Alexan. in l. si ex toto ff. de legat. 1. & ibi cum istis transit etiam Ias. plura deducens, Floria. in l. si seruitus ff. de seru. vrba. præd. Io. And. in tit. de censi. §. 2. versi. Item pone in additione magna Pau. de Cast. in l. ad instructionem C. de sacrosan. eccle. Albe. secunda parte statutorum. q. 138. statutũ est in ciuitate. Cepo. caut. 63. quia priuilegium, facit etiam pro hoc tex. in l. iubemus nulla C. de sacrosan. eccle. ex quo Bal. ibi no. duo. Primo quòd à necessitatibus guerræ nemo potest se excusare ratione alicuius priuilegij, quia publica
2 vtilitas priuatæ est præferenda. Secundo nota, quòd † priuilegium generaliter indultum nõ includit casum publicæ vtilitati contrarium, & si includeret non valeret. Accedat quod scribit Io. de Plat. in l. 2. C. de quib. mun. nem. lic. se
3 exc. lib. 10. vbi per illum tex. tradit, quòd nullus † qualicũq; priuilegio munitus valet se excusare a muneribus personalibus, realibus, mixtis, Principi & eius exercitui exhibendis, per quæcunq; loca iter arripiat, siue sint habitatores domorum Principis vel Augustæ, vel ecclesiarum, siue sint personæ Illustres & in alijs dignitatibus positę, siue sint personæ habentes excusationem eis concessam per pragmaticam sanctionem idest cum deliberatione procerum factã vel per diuinam annotationem idest proprio motu factã, siue proprio oraculo viuæ vocis, nemo excusatur, nec ab angarijs, nec perangarijs, nec curribus, nec quolibet alio ministerio, & seruitio Principi in expeditione accidenti exhibẽdo. Et dicit idem Io. de Pla. in rub. C. de exc. mune. circa fi. quòd immunitas plenissima a muneribus personalibus, & realibus, non excusat ab omnibus realibus, quia non ab illis excusat, quibus specialiter concessum, vt nullus priuilegiatus excusetur, vt in aduentu Principis, vt in l. 2. C. quib. mu. nem. lice. excu. & in emptione specierum tempore necessitatis vt l. vni. C. vt nem. lice. ab emptione spe. & dicit etiam Ioan. de Platea in l. cum te la secũda C. quemad. ciuil. mun.
4 lib. 10. quòd † necessitas omnibus legibus derogat, & omnem immunitatem excludit. Et per hęc & similia intendit communitas Tongi d. immunitatem D. Hectori non prodesse in oneribus, quæ dicunt se propter Cæsaris exercitũ, qui in partibus istis bellum gerebat, sustinuisse. Contrariũ
5 tamen est verius, quòd † d. immunitas extendatur ad onera bellica & per consequens, prosit d. D. Hectori, nã in sententia declaratum est, quòd d. Henrietus possit acquirere de bonis immobilibus situatis in terra Tongi etiam registratis, & suppositis oneri absq; eo, quòd teneatur sustinere aliqua onera qualiacũque sint, pro d. bonis: vnde, quum declaratum sit non teneri d. Henrietum & eius hæredes ad aliqua onera, qualiacunq; sint, fuit etiam declaratum d. Hẽrietum & hæredes immunes esse ab oneribus bellicis. Et
6 primo propter illa verba non teneri ad aliqua onera, nam † dictio aliquid verificatur etiam in minimo, vt vult Bart. in l. si seruum §. prætor per illum tex. ff. de acqui. hære. & glo. sing. in Clem. prima in verbo aut earum parte, de for. com pe. quam sequitur Bal. in l. 1. col. pen. C. de inoffic. dona. & in c. 1. §. cum autem col. fin. de contro. inuesti. Abb. in c. super eo. 2. not. de eo qui cognos. consan. vxo. suæ. Si igitur declaratum fuit Henrietum non teneri ad onera etiam minima, multo minus tenebitur ad grauiora, & sic etiam nec ad bellica, vnde sequitur, quòd in his, communitas non poterit eum collectare, nam cui denegatur, quod minus est, etiã quòd maius est, prohibitum censetur, arguendo de minori ad maius negatiue l. relegatorum §. potest ff. de interdictis & relegatis l. qui indignus ff. de sena. l. cui pacto ff. de seru. export. Potest etiam illa dictio aliqua induci alio modo: nã cum secundũ dialecticos dictio aliquis sit per se dictio particularis, tamen plurimum refert, an ponatur affirmatiue vel negatiue: Nam si ponitur affirmatiue non ponit totum de genere, vnde si dicatur, aliquis scholaris legit, intelligitur, quòd non omnis scholaris legit, sed quidam tantum:
7 Sinautem † ponitur negatiuè, veluti non aliquis scholaris legit, tunc totũ dicit, & æquipollet tunc vniuersali negatiuæ, & per-

& perinde est, ac si dicatur, nullus scholaris legit, & istud est quod dicit glo. in c. cum dilectas in verbo a suspensis de cõsue. quòd plus tollit negatio, quàm ponat affirmatio: Hinc etiam est, quod Fulgo. vult in l. iurisgentium §. sed si fraudãdi. ff. de pac. quòd dispositio negatiue prolata, & æquipollet vniuersali de proprietate sermonis, licet sit secus, quando affirmatiuè profertur, & præcepta negatiua efficacius, & magis præcisè obligant, quam affirmatiua, vt Archi. inquit in c. si peccauerit 2. q. 1. quem refert & sequitur Abb. in c. nouit char. 3. versi. Secundo quæritur de iudic. Dum igitur dictum fuit, quòd Henrietus ad aliqua onera non teneatur, perinde est, ac si dictum fuisset vniuersaliter, quòd ad nulla onera teneatur. Vlterius quòd iudices senserint vniuersaliter de omnibus oneribus, patet etiam ex sequentibus ver-
8 bis, dum subditur, qualiacunque sint: nam † illa dictio qualiacunq; est dictio vniuersalis, & vbi apponitur dictio vniuersalis, nihil intelligitur reseruatum, nihil exclusum cap. si Romanorum 19. distinc. c. solitę circa fin. de maio. & obedie. l. Iulianus in prin. ff. de leg. 3. & ideò dictio vniuersalis includit ea, quæ aliàs non includerentur d. l. Iulianus & l. balista ff. ad Trebel. & tradit glo. in Clem. prima in verbo quauis de re iud. & in Clem. ne Romani in verbo quouis alio modo de elec. Bar. in l. generali §. vxori ff. de vsufr. lega. &
9 facit, quòd † de concessione facta de feudo alicui, pro se & quibuscũque heredibus, ponit Bal. in l. 1. 34. q. ff. de rer. diu. & in cap. imperialem in prin. de prohib. feu. alie. per Fede.
10 & non eundo per mendicata suffragia, quòd † immunitas concessa per verba vniuersalia & geminata comprehendat bellica onera, vult Alex. consi. 20. Põderatis narratis in themate in primo dubio lib. 5. iunctis etiam his, quæ ibidem scribit in 6. dub. & idem etiam tenet And. Sicu. cons. 26. Sapienter scripsit col. antepe. lib. 1. & idem etiam nouissime tradit Pau. Pari. consi. 68. Quæritur 1. lib. 1. & videtur esse etiam hoc de mente Alex. in d. l. si ex toto col. 1. vbi dicit debere esse cautum, cui conceditur immunitas, vt in concessione dicatur ab omnibus ordinarijs, & extraordinarijs
11 quia illa † collecta, quę propter superueniẽs imponitur bellum, est extraordinarium munus, quod appellatur superindictum, de quo habetur in l. 1. C. de superind. lib. 10. hoc ẽt vult Bal. consi. 406. lata fuit lib. 5. vbi propriè loquitur in immunitate per sententiam declarata, & vult, quòd propter verba vniuersalia ibi posita, onera etiam bellorum comprehendantur. Et prædicta etiam sequitur Dec. consil. 113. Viso tenore priuilegij: vbi ad hoc allegat etiam Ang. in l. fina. col. fi. versi. 3. quæritur ff. de constit. Prin. & præterea ratio-
12 nem adducit, quia † huiusmodi dictiones vniuersales non possunt restringi, etiam si materia sit odiosa, quum de sui propria significatione sint ampliatiuę, & in materia restringibili nunquàm excluditur lata interpretatio, quæ ex proprietate verborum descendit l. cum de lege vbi Are. not. ff. de testam. & ponit Calder. consi. 1. de consang. & affin. & istud est etiam, quòd voluit Soci. consil. 297. Viso priuilegio lib. secundo vbi loquens de priuilegio quodam exemptionis censet non esse restringendum, propter verba vniuersalia, quæ quum sint posita, vt operentur augumentum veniunt omnia, quæ sub tali vniuersali loquutione comprehendi possunt. Confirmantur præmissa, quia dictio vniuersalis, vbi profertur a lege bene recipit restrictionem de habilitate l. vt gradatim §. sed & si lege ff. de mune. & hono. & latè per Bart. in l. 1. §. nuntiatio ff. de oper. nou. nuncia. Sed vbi ab homine profertur, nullam recipit restrictionem, vt Bal. inquit in l. fina. circa prin. C. si. cen. vel reliq. vn
13 de secundum eum † si tabellio dicat, quòd omnes canonici interfuerunt, si vnus non intersit, instrumentum esset falsum quia oratio sumitur ex vniuerso l. si is, qui ducenta §. vtrum ff. de reb. dub. idem vult Bar. in d. l. generali §. vxori ff. de vsufru. lega. per d. l. Iulianus & l. pediculus §. Labeo ff. de aur. & arg. leg. Accedat, quia si verba vniuersalia nihil operarentur plus, quàm si sermo simplex esse prolatus, frustratoria, & nugatoria fuissent, quod non est dicendum cã. si Papa de priuileg. in 6. l. si quando ff. de lega. 1. Ad contraria facilis est responsio: nam in l. vnica C. vt nem. lic. se ab emp. speci. excu. Respondetur, quòd loquitur in casu speciali, vt latè ostendit Bal. in præallegato consi. 406. lib. 5. & eodem modo respondetur ad l. secundam C. de quib. mune. nem. lice. se excu. hi autem casus non attingunt quæstionẽ nostram. Et ad illud, quòd immunitatis concessio non extenditur ad onera bellica secundum opin. Din. & aliorum: nam istud intelligitur vbi simpliciter fuit concessa, sed in casu nostro fuit declaratum immunitatẽ competere à quibuscunq; oneribus, quo casu propter dictionem vniuersalem onera etiam bellorum comprehendũtur. Non obstat, quòd scribit Bal. in d. l. iubemus nullam, quia istud est intel-
14 ligendum, quando † tanta imminet necessitas, vt euadi nõ possit, nisi exempti etiam soluant, & ita intelligit Soci. in d. l. si ex toto, vbi dicit, quòd si queratur, an is, qui immunitatem habet a collectis, possit grauari propter necessitatem superuenientium bellorum, distinguendum est, quia, si superior potest prouidere necessitati illi absq; eo, quòd exẽpti grauentur, tunc immunitas sit seruanda, quia collectæ imponi solent propter eminentes necessitates, & talis casus videtur saltem in genere cogitatus l. qui iure militari ff. de testam. milit. & in specie est bonus tex. in ca. quia circa, de priuileg. Sin autem tanta sit necessitas, cui per superiorem prouideri non possit, nisi etiam exempti soluant, tunc illis tale onus imponi põt, quia nulla concessio eximit isto casu propter publicam vtilitatem d. l. iubemus nullam, & ita etiam intelligit, quod Bart. not. in l. nullus C. de cur. publ. & hoc ẽt in effectu vult Aret. in d. l. si ex toto, videlicet, quòd exempti non teneantur ad solutionem propter superueniens bellum nisi illi, qui non sunt exempti, attẽta cã, propter quam imponitur collecta, soli non possent soluere, quia tunc priuilegium esset reuocandum, vt dicit esse casum nota. in l. vt gradatim §. quoties ff. de mune. & hono. hoc etiã not. vo-
15 luit Bal. in d. consi. 406. circa fi. vbi inquit, quòd † exempti propter bellum non sunt collectandi, vt eis prosit priuilegium, nisi vrgeat necessitas, vbi scilicet aliorum non suppetant facultates, quia nec grauari possunt ad contribuendũ cum cæteris, allegat tex. in d. l. vt gradatim §. quoties adductum per Aret. & tex. in c. aduersus de immu. eccle. & no. per Cin. in l. neminem vlt. q. C. de sacrosan. eccle. & secundum prędicta intelligendum venit, quod scribit Io. de Pla. in d. l. cum te C. quan. ciuil. mune. dum inquit, quòd necessitas omnibus legibus, & omnem immunitatem excludit, nam verum dicit capiendo necessitatem magnam cui aliter prouideri non possit. Sed in proposito communitas & homines Tongi non possunt dicere tãtam viguisse necessitatem, vt ipsi non potuerint sustinere: quia res ostendit, ꝙ onera Præterita sustinuerunt, ideò ea petere non possunt.
16 Secundo obijcitur, quòd † in qualibet dispositione intelligitur clausula rebus sic se habentibus, & in eodem statu manentibus: hoc enim est in contractibus l. quod Seruius vbi Bar. ff. de condit. ob caus. l. si conuenerit ff. pro soci. l. cũ quis in prin. & l. si cum Cornelius ff. de solu. l. quæro §. inter locatorem. ff. loca. Idem in vltima voluntate l. Paulo Callimacho §. 1. ff. de lega. 3. l. Meuia, §. fi. ff. de annu. lega. l. in cõfirmando & l. vtilitatẽ ff. de confirma. tut. l. ex facto in prin. ff. de vulga. & pupil. ponit Bar. in l. quoties §. si duo col. fi. ff. de hære. institu. idem dicendum in priuilegijs c. suggestum de deci. quod procedit etiam in iuramento l. fi. ff. qui satisd. cogan. c. cum inter P. de renuncia. c. breui & c. quemadmodum de iureiu. Idem dicendum in sententia, vt intelligatur rebus sic se habentibus: quum sententia æquiparetur vltimæ voluntati l. non est mirum ff. de pignor. actio. quum igitur tempore sententiæ, quo Henrietus pronunciatus fuit immunis, onera essent leuiuscula, & quę postea sequuta sint fuerint magna, sequitur, vt rebus aliter se habentibus & in contrariũ mutatis, hæc magna onera in sententia non sint comprehensa, & per consequens ab istis Henrietus nõ fuerit pronunciatus immunis, ita quòd successores eius ad ea tenebuntur. Hoc est alterum fundamentum communis & hominum Tongi, seu verius allegantis pro eis: quod sanè friuolum

friuolum est & nugatorium: volunt enim ostendere iudices pronunciasse pro immunitate Henrieti, non quia de iure Henrietus fuerit immunis, sed quia onera tunc essent leuia: quod sanè dictum est absurdum, velle dicere iudices
17 non ius, sed leuitatem onerum sequutos: quum pro † senté-tia præsumatur, quòd iustè fuerit lata. l. Herennius §. Gaia ff. de euict. & si de iure Henrietus erat immunis simpliciter ab oneribus, intelligitur fuisse immunis ab oneribus siue onera sint parua, siue magna: exceptis bellicis, de quibus disputatio est inter Doctor. in dict. l. si ex toto ff. de lega. primo: fatendum est autem, quòd dispositio cessat, vbi rerum mutatus est status, & noua causa accesit, & ita loquuntur iura in contrarium allegata, & vt vnum
18 vel duo exempli causa supponam, si † aliquis dotem dederit sponsæ nondum iustam ætatem nuptiarum habenti, & promiserit dotem nō repetere, intelligitur nisi sponsalibus fuerit renunciatum, & ita loquitur tex. in l. quod Seruius ff. de condit. ob cau. similiter si conuentum fuerit inter socios ne a societate discedatur, nisi socius iniuriosus & damnosus fuerit vt non expediat eum & ita loquitur tex. in d. l. si conuenerit ff. pro soc. In his casibus & alijs qui ponuntur in legibus in cōtrarium per aduersarios adductus rerum status bene mutabatur, neq; eadem causa manebat, ideo cessat dispositio loquētium: verba enim ad incogitata, & ad ea, quæ de nouo superueniunt non trahuntur l. cum Aquiliana, & l. qui cum tutoribus ff. de transac. l. tres fratres ff. de pac. tradit Bar. in Auth. hoc amplius vlt. q. C. de fideicom. sed vbi
19 † conceditur immunitas ab oneribus quum comprehendat non solum onera præsentia verum etiam futura etiam quòd simpliciter fuerit concessa absq; dictionibus vniuersalibus, vt est casus in c. quia circa de priuile. & probatur in l. si seruitus ff. de seru. vrba. præd. & ponit Alex. consi. 123. Ex themate prædicto secundo dub. lib. 2. non potest dici, quòd rerum sit mutatus status, & quod superuenerit noua
20 causa, eo ꝙ onera creuerint, quia † tam magna, quàm parua veniunt appellatione onerum. & plus & minus non faciunt differre specie l. fi. ff. de fund. instruc. l. humilem C. de incest. nup. Bart. in l. imperium in quinto membro meri imperij ff. de iurisdic. omn. iudi. & quia in cogitatione concedentis fuit futurum tempus, & pro futuro etiam statu concessit. Et vt adhuc res clariùs ostendatur, pone, quòd Prin-
21 ceps † concedat immunitatem pro oneribus, quæ pro tempore cōtingent in posterum, certè nemo negabit, quin sit immunis ille ab oneribus etiam grauissimis, quæ postea cōtigerunt: non enim potest dici rem aliter se habere, quàm haberet tempore concessionis, quum concedens se retulerit ad onera futuri temporis, idem dicendum quando immunitas simpliciter ab oneribus conceditur, quum futura etiam onera complectatur, vt superius dictum fuit. Sin autem clarè actū esset, vel ita interpretatio de iure sumi posset vt immunitas ab oneribus, referatur ad tempus cōcessionis idest ad onera tantum, quæ tunc occurrebant, tenerem quòd si onera postea augerentur ille non esset immunis, sed ad ea teneretur l. Rutilia Polla & l. in lege. ff. de contrahen. emp. l. Iulianus. §. fi. cum l. seq. ff. de leg. 3. & l. vxori §. 1. ff. eod. titu. Sed quid ita ago in casu isto, quasi res dubia esse posit? nam Iudices apertissimè declararunt in prolatione sententiæ, id quod intendebant, fuit enim declaratū, ꝙ d. Henrietus & eius heredes posint acquirere de immobilibus sitis in Tongi territorio etiam registratis & registrandis quocunq; titulo absq; eo quòd d. Henrietus teneatur nūc & in futurū, seu eius hæredes & successores teneantur sustinere aliqua onera qualiacunq; sint, cū d. hominibus pro ipsis bonis acquisitis, & acquirendis. Quid apertius, qd clarius dici potuit? nam illic de oneribus futuris, itē de magnitudine eorum dictum est, adeò vt tergiuersationi non sit locus: Quamuis autem res clarissima sit, iuuat tamen insistere, nam dictum est, quòd Henrietus non teneatur subire onera nunc, & in futurum pro ipsis bonis acquisitis, & acquirendis, & sic iudices se retulerunt expresè ad onera futura, & dictum est signanter de prędijs acquirendis, quia
22 † vt futuro prædio seruitus acquiri potest. l. si seruitus. §. futuro. ff. de serui. vrba. præd. ita etiam liberatio cōtingere potest, & multo etiam magis cum sit fauorabilior, & hoc modo etiam euitatur difficultas, quæ solet fieri an immunitas concessa simpliciter pro prædijs extendatur ad prædia postea acquisita, de qua q. tangit Bart. & Alij in l. damni infecti. §. si is, qui ædes. ff. de damn. infec. & not. Bart. consil. 59. Commune Spoleti in fin. Deinde fuit dictum qualiacunq; sint, quæ verba sunt vniuersalia, & omnia complectuntur.
23 Nam † vbicunque appositæ sunt dictiones vniuersales, videtur cogitatum de quocunque casu in genere, qui accidere posit, licet in specie non fuerit cogitatum, & illa cogitatio in genere sufficit l. qui iure militari. ff. de testam. mili. vnde dicit Bal. in l. tres fratres. 4. not. ff. de pac. per illum tex. ꝙ
24 † generale pactum de sui natura porrigitur etiam ad incogitata, licet ex æquitate restringatur, ne trahatur ad ea, quæ dolo fuerūt occultata, vt habetur in litera illius legis & subdit ibi Bald. 2. oppo. quòd licet aliquid non fuerit cogitatū explicite, tamen pactum cōceptum verbis generalibus ad id porrigitur, quia implicite verba generalia includunt omnia de sui natura. Ad idem text. in l. si sub prætextu specie-
25 rum C. de transactio. vbi † transactio verbis generalibus concepta rescindi non potest per instrumenta de nouo reperta, & sic trahitur ad non cogitata secūdum Bal. ibi, quia licet non fuerit cogitatum in specie, fuit tamen cogitatum in genere propter apertam naturam verborum generaliū, & si dicatur, quod non fuit cogitatum, respondet Bal. quod debuit cogitari, & stultus est, qui non cogitat sub verbis generalibus omnia includi. Si igitur dictiones generales in pactis contrahentium, qui plerunque rudes sunt & imperiti, omnia includunt, vt nihil videatur exceptum, quanto magis id dicendum in sententijs iudicum, qui vel ipsi iurisperiti sunt, vel de consilio iurisperitorum pronunciant, vt verba generalia generaliter sint intelligenda: non enim potest dici, quòd proprietatem verborum ignorent, quę principaliter in dispositionibus est spectanda. l. non aliter in prin. & ibi Bar. ff. de lega. 3. Non potest igitur commune Tongi dicere, quòd maiora nunc sunt onera, quàm erant sententiæ tempore, ideo hæredes Henrieti ad ea teneri, quia pronunciatum est eos esse immunes à superuenientibus oneribus qualiacunq; sint, & sic ab omnibus sunt immunes, quantūcunque excreuerint, pro quo etiam optime facit, quia di-
26 ctionem † vniuersales comprehendunt augmētum etiam futurū, ideò si aliqs promisit coquere panē vel molere pro se & suis filijs omnibus, tenetur illa promissione ēt aucto filiorū numero, quū ꝓmissio fuerit gn̄ralis, vt scribit Cepo. in trac. de seru. vrb. pręd. sub ti. de furno q. 5. Iac. de S. Geor. in sua inuestitura in verbo, & cum molendinis col. fi. & dicit Bal. in l. omnia C. de episc. & cler. quòd, si studio Tolosano priuilegia omnia concessa sunt studij Parisiensis, deinde Parisiensi concessa sunt noua quædam priuilegia, studiū Tholosanum consequetur etiam hæc noua priuilegia propter illam dictionem omnia, quę non respicit modum tantum, sed etiam tempus, sequitur Abb. in cap. fi. 5. nota. ne cler. vel mona. Alex. in l. 1. col. 4. ff. de lega. 1. Sic dicendum in proposito, quòd immunitas declarata per sententiam cōpetere Henrieto & eius hęredibus, ab oneribus quibuscūque comprehendat etiam onera post sententiam superuenientia propter illam vniuersalem dictionem quibuscunq; Accedat, quia hęc immunitas concessa fuit per verba negatiua, fuit enim dictum, quòd Henrietus & hæredes posint acquirere immobilia absq; eo, quòd teneantur ad onera,
27 vnde licet † indefinita loquutio non comprehēdat casum insolitum & extraordinarium l. Seio §. medico ff. de annu. leg. vbi Bar. not. hoc non procedit vbi dispositio est negatiua, quia sub ea talis casus comprehenditur quum dispositio negatiua potentius operetur, & ita restringi non posit sicut affirmatiua: ita determinat Pau. de Cast. consi. 170. Viso puncto contrascripto circa fi. li. 1. licet igitur commune & homines Tongi dicerent hæc onera superuenisse propter nouum, & insolitum, & extraordinarium casum, tamē hoc

28 hoc nihil illis prodesset: vnum † tamen casum exipio vide
licet, quando tanta imminerent onera, quòd ad illa ferenda
non essent non immunes idonei, quia deberet tūc per Prin
cipem prouideri, reuocando immunitates, & ita loquitur
tex. in ca. suggestum de deci. & declarat Aret. Soci. in d. l. si
ex toto. ff. de lega. 1. Imo. in l. ab omnibus in prin. ff. eod. tit.
Pet. de Anch. consi. 260. In quæstione quę vertitur circa fi.
Abb. in cap. accedente circa fi. de præscriptio. Aduertendū
est etiam, quod homines Tongi non probarunt onera le-
uiora esse tempore sententiæ, quàm postea fuerint, & etiā
nunc sint, quod quidem per eos erat probādum, veluti fun-
damentum intentionis suæ. l. actor. C. de probat. Tertio
principaliter obijcitur, quia d. Henrietus pro bonis acquisi
tis & acquirendis in territorio tenebatur de iure communi
onera soluere, sicut reliqui prædia ibidem possidentes, vn-
de quum sit pronunciatum eum non teneri ad onera con-
tra ius, sententia dicitur nulla, quia causa non fuit expressa,
propter quam teneri non videbatur, & ad hoc allegatur
29 Mathes. not. 20. vbi dicit, quòd † sententia lata expresse cō
tra regu. iur. communis est nulla, licet reperiantur aliqui ca-
sus excepti, in quibus saluari posset, ex quo illi speciales ca-
sus non sunt expressi in sententia; unde si iudex interloquē
do pronunciat seruum torquendū esse contra Ticium Do
minum suum, hæc sentētia est nulla, vt est gl. no. in l. 2. ff. de
appella. recip. Similiter si pronunciat filiumfa. potuisse testa
ri, ideò valere testamentum, sententia erit nulla licet posset
saluari in peculio castrensi vel quasi: sicut etiam videmus in
30 citatione, nam † citatio facta, vt quis cōpareat in die feria-
to, est nulla, nisi exprimatur specialis casus, quo illo tempo-
re possit procedi, vt no. Inn. in c. preterea de dila. Bar. in l. 2.
ff. si quis in ius voca. non ierit, & sequitur licet non alleget
Math. in l. 4. §. si quis cōdemnat. cir. fi. ff. de re iud. & in l. rei
iudicatæ. §. si in iudicio col. 3. versi. Sed hic quæri potest. ff.
solu. mat. Sed huic obiecto, respondeo primò ꝙ dato citra
preiudiciū qđ d. sentētia esset nulla tñ de nullitate amplius
dici non pōt, quum omnia tempora ad eam proponēdam,
tam agendo, quàm excipiendo sint lapsa, vt deductum fuit
in primis allegationibus, & hęc prima responsio est firmis-
sima, & omne exhaurit difficultatem. Secundo respondeo,
31 ꝙ ad sententiæ † validitatem non est opus, ꝙ iudex expri-
mat cās & rationes ad hoc eum mouentes ca. sunt de re iu.
Spec. in ti. de senten. prola. §. qualiter, versi. verū si rationes
Cin. Bar. Bal. & Alij in l. properādū. §. illo proculdubi. C. de
iud. Alb. Bar. Bald. & Ang. in l. 2. §. ignominiæ. ff. de his, qui
32 no. infa. sufficit enim † ad validitatem & essentiam senten-
tiæ, ꝙ in ea contineatur absolutio vel condēnatio, vel ęqui
pollens. l. pręses. C. de senten. l. 1. & l. in summa. ff. de re iudi.
& Bal. in d. l. 2. §. ignominiæ, vbi dicit, ꝙ in diffinitiua sen-
tētia nō requiritur insertio causæ, sed hoc requiritur in præ
cepto iudicis secundum no. per Dyn. in l. filiusfa. §. diui. ff.
de leg. 1. & Cin. in l. quoties C. de fideic. quinimo tm̄ abest,
ꝙ iudex exprimere debeat cām in sententia, vt cautius &
consultius sit illam omittere, ne forte ex iniuria erroneam
cām exprimat, quę sententiam vitiaret, & ne calūnijs viā
aperiat, vt vnius litis finis alterius sit exordiū, vt inqt Spec.
in loco antea allegato, & Alb. de Rosa. post antiquos in d. l.
properandum. §. illo proculdubio, & in d. l. 2. §. ignominiæ
Bal. in l. præses C. de senten. Pau. de Ca. in l. si is ad quem. ff.
de acq. her. & Abb. in c. ex parte Altensis in fi. cōces. preb.
vbi vult, ꝙ si iudex pro decore & honore suo conseruādo
velit cām exprimere, dat cautelam, vt dicat se motum ex
pluribus ex actis, & à iure resultantibus, & maxime ex tali,
& tali causa, quia tunc videtur non solum ex causis expres-
sis moueri, sed etiam ex alijs quæ tacentur. plus dicit Ioan.
And. in c. sicut de re iud. ꝙ fatuus est iudex, qui in sententia
causam exprimit, quia facile pōt mala exprimi causa, & bo
na supprimi, & sequitur Ant. de Butr. & Imo. ibi & quamu-
uis Spec. vbi supra ponat sex casus in quibus iudex causam
debet exprimere, & inter illos ponitur iste, qn̄ iudex à iure
33 communi recedit, tñ Abb. in d. c. sicut dicit, ꝙ † in omni-
bus illis casibus sententia valet, licet causa non exprimatur,
non tñ consequitur illos effectus, propter quos lex mandat
causam exprimi: exemplum sumere licet ex d. l. properan-
dum. §. illo proculdubio, vbi qn̄ quis absoluitur ab instan-
tia, & per patronos causæ vel actorem aut reū steterit, quò
minus intra instantiam causa firmatur, requiritur, vt iudex
causam exprimat idest per quē factum est, vt instantia pe-
reat, ad finem, vt negligentes patroni afficiantur pœna ibi
dem statuta, vel vt actor siue reus negligens teneatur ad ex
pensas, si tamen iudex hanc omiserit causam, & noluerit ex
primere, quorum culpa fuerit factum, vt intra debita tem-
pora causa nō fuerit expedita, sed simpliciter absoluerit ab
obseruatione iudicij, sententia valebit, sed non consequa-
tur illum effectum, vt ex ea patroni negligentes puniantur,
attento, ꝙ non fuit expressum in sententia, quorum culpa
instantia perierit. Similiter exemplum poni potest in l. 3. §.
34 si. cum. l. sequen. ff. de suspec. tut. vbi quando † iudex remo-
uet tutorē, debet decreto suo exprimere causam remotio-
nis ad effectum, vt sciatur, an sit infamis nec ne, nam si cū
remouerit ob segnitiem, vel rusticitatem, vel simplicitatē,
famosus non erit, secus si ob fraudem remouerit: si igitur
hoc non expresserit prætor decretum valet, sed quia non
expressit remotionis causam, non efficietur infamis, & in-
telliguntur iura alia, quæ requirunt causæ expressionem in
35 sententia, vt si fuerit omissa nihilominus † sententia valeat,
non tñ consequetur effectus quosdā à iure inductos, quos
consecuta fuisset, si causam exprimere voluisset, & ita intel
ligitur tex. in l. 2. §. ignominiæ. ff. de his, qui no. infa. & in l. si
legatario. §. fi. ff. de fideicom. liber. Deniq; per illos sex ca-
sus discurrit Abb. ibi, & ostendit ad validitatem sententiæ
causam non requiri, & inter illos casus sex. est iste (vt dixi)
de quo agitur, quando iudex à cōmuni iure recedit, & vult
sententiam absq; expressione causæ valere, & vult hoc etiā
generaliter ibi Imo. Idem tenet Abb. in c. examinata pen.
nota. de iud. vbi ad hoc allegat gl. in l. 1. §. 1. in verbo nec te
nere. ff. si mens. fals. mod. dix. Bar. & Ang. in l. 2. §. ignomi-
nię Imo. in l. qui Romæ. §. duo fratres col. 8. ff. de verb. obl.
Ang. de Are. in §. sed quia col. 1. Insti. de fideico. hæred. &
Iaco. Butr. Sal. & Alex. in d. l. properandum. §. illo proculdu
bio, & sequitur ibi Ias. & in terminis, ꝙ vbi iudex recedit à
iure communi, quod sententia valeat absque expressione
causæ vult Alex. ibi, vbi exemplificat in iudice, qui pœnas
à iure statutas auget vel minuit, vt eius sententia teneat, &
si cui id fecerit, non declaret, vt Bar. dicit in l. quid ergo. §.
pœna grauior col. 1. ff. de his, qui not. infa. quod etiā voluit
Bart. in l. quo ad statum. ff. de pœnis, & in l. relegatorum. §.
ad tempus in fin. ff. de interdic. & relega. & vltra Alex. hoc
mihi videtur velle Ange. in d. §. illo proculdubio dicens, ꝙ
vbicunq; intētio iudicis est plus solito grauare partem, aut
releuare, debet inseri causa in sententia, aliàs videretur ini-
qua, & sic sentit ibi Ang. ꝙ non sit nulla, sed prēsumitur ini
qua, & ideo opus est appellatione, & eodē modo dicit Ang.
36 in l. vtiq; in fi. ff. de rei vend. † sententiam apparēter esse in-
iustam vbi lata est contra intentionem actoris, & rei funda
tam, & causa tacetur. Non obstat modo id quod Mathes.
ponit no. 20. in contrarium adductus, quia ipse loquitur qn̄
sententia continet expressum errorem iuris qui oculis cor
poreis legi potest vt patet in exemplis per eum positis: nā si
iudex dicat seruum Stichum esse torquendum, in Seiū Do
minum, sententia proculdubio est nulla, quia lata cōtra ius,
37 nam † seruus in dominum regulariter torqueri non potest
l. 1. C. de quæst. & licet in aliquibus casibus possit torqueri,
vt ibi not. tamen, quia ille casus non fuit expressus, & sentē
tia continet manifestum errorem secundum iuris regu. li-
cet in aliquo casu saluari posset, vitiatur. l. 2. §. item cum cō
tra sacras. ff. quan. appel. sit. l. 2. C. quan. prouoc. non est ne-
ces. secus si obtinet errorem tacitum, qui colligatur per re-
lationem ad acta, vt quia iudex dicat Stichum esse torquē-
dum contra Seium, quia licet ex actis colligatur Seium esse
Stichi dominum, tamen valet sententia & ita loquitur gl.
super qua se fundat Mathes. in l. 2. ff. de appel. recip. & ita
38 et loquitur Alex. in locis in contrarium allegatis. Fit ergo
† differentia

an tacitus: si manifestus est, ita vt occulo corporeo legi possit tunc sententia est nulla, nisi exprimatur casus specialis, qui ita pronunciari suadeat, & hoc modo in sententia causa inseratur. Sinautem sit error tacitus qui deprehendatur referendo sententiam ad acta: tunc setētia valet, etiam ꝙ sit lata contra regu. & nullo casu speciali saluari posit, quia tunc lata est contra ius litigatoris, & vt rescindatur opus est appellatione, & ita inter errorem manifestum & tacitū distinguit Bar. in l. 1. C. de erro. calcu. vbi Alex. latè insistit, & ita concludit, & sequitur etiam Alex. per alios ibi per eum adductos in l. præses. ff. de re iud. Non obstat illud, quod ibi
39 subdit Mathes. de citatione, † quæ si facta est pro die feriato, vt quis tunc compareat, est nulla, nisi exprimatur causa specialis, per quam illo tempore posit procedi, vt not. Inn. in ca. præterea de dilatio. quia respondeo, vt supra, ꝙ etiam in d. citatione manifestus est error, si quis citatur, vt compareat die feriato, ipso die nominatim expresso. Præterea
40 est animaduertendum, ꝙ † differentia intercedit inter citationem, & sententiam, quia sententia non requirit causam, sed citatio bene requirit, vt antea dixi allegando Bald. in l. 2. §. ignominiæ. ff. de his, qui not. infam. & potest adduci diuersitatis ratio, quia citatio respicit ordinem procedendi, & quo ad processum & solemnitatem iudicij non præsumitur pro Iudice, nisi quatenus apparet ex actis, cap. quoniam contra de prob. secus vero quo ad iustitiam & decisionem causæ, quia pro eo præsumitur. l. Herennius. §. Gata. ff. de euic. cap. in præsentia de re nunc. Demum licet non sufficiat causam subesse, dum à iure communi receditur, nisi is, cui de iure id competit, exprimat, vt inquit Oldr. cōsi. 326. Quod articuli dati colum. 2. versi. Nec obstat, quòd opponitur. Roma. cons. 483. Dubitatur primò col. pen. vbi magnificat illud dictum Oldr. & Inno. in d. c. pręterea, tamen illud procedere potest in rescriptis Principum, prout ipsi loquuntur, & in alia materia, non autem in sententia, quia ad eius validitatem, & essentiam non requiritur causa, & hoc propter auctoritatem rei iudicatæ, vt inquit Pontifex in d. cap. sicut in fin. de re iudic. fertur enim sententia in partium conflictu & cum causæ cognitione, & cum maxima deliberatione, & vt maturius etiam proferatur de scripto antea emendato, & correcto ferri debet. l. 2. C. de senten. ex
41 peri. recit. l. fin. C. commina. vel episto. & ita † præsumptio est pro sentētiante, vt neq; fallat, neque fallatur, instar æqui ponderatoris. l. fin. C. de ponder. & au. illat. lib. 10. In casu autem nostro nō apparet de manifesto errore sententiæ, quia posito citra præiudicium, quòd de iure communi quilibet pro prædijs rusticis teneatur ad onera, de quo aliquid dicetur inferius, tamen non potest dici, quòd sit manifestus in sententia error, cum id oculo corporali legi in sententia non posit, nec fiat in sententia relatio ad acta, in quibus nihil vel contrarium appareat, prout tactum est in prioribus allegationibus, est bene facta mentio in sententiæ initio de singulis actis enunciatiuè, sed non relatiuè per modum causæ, ideò non operatur nullitatem secundum Bald. in l. 2. C. de re iudi. & dicit Aret. consil. 157. Visis diligenter narratis, versic. ex secundo etiam capite, quòd illa verba, quæ poni solent in præfatione sententiæ, visis libello, litis contestatione, testibus, instrumentis &c. non faciunt, vt dicatur manifestus error in sententia, si per acta non iustificetur, quia non sunt posita, vt iudex præcisè se referat ad acta, sed vt iudex videatur de causa cognouisse, nam
42 † Iudex, qui non vidit acta, non dicitur de causa cognouisse, vt Barto. scribit in l. 2. C. de edend. Prædicta confirmantur, quia sententia hæc à die, qua lata est, excedit centesimum, & vigesimum annum. Sed si propter antiquitatem temporis non potest constare de processu, præ
43 sumitur † pro sententia, quòd fuerit lata ex probationibus, si sententia facit mentionem de actis, verba sunt Bal. consi. 204. Longum thema col. 2. lib. 3. Hæc concurrunt in proposito, quia vltra antiquitatem temporis accedit etiam, ꝙ de singulis actis fit mētio, ꝙ quum præsumatur lata ex probatiōibus, frustra opponitur de eius nullitate & iniquitate.

Rursus responderi ad obiectum potest dum dicitur, quòd vbi iudex à communi iure recedit, tenetur ponere causam in sentētia, quia negatur, quòd Domini terrarum inuestiti cum mero & mixto Imperio, & non habentes domiciliū in dictis terris, teneantur de iure communi ad onera, pro prædijs ibidem sitis, vt aliàs consultus respondi, & si oportuerit, illud consilium exhibebo, vnde cessat obiectū: quandoquidem D. Henrietus erat forensis in d. loco Tongi & D. erat d. loci habens merum & mixtū Imperium, vt tunc patuit ex inuestituris, & nunc etiam patere potest. Aduertatur, etiam, quia d. sententia fuit lata per duos legum Doc. & consiliarios Illustrissimi Do. Marchionis ab eodem dele-
44 gatos, vnde licet causa requireretur in sententia, tamen † vbi lata est à prouidis & honestis personis sententia absq; expressione causæ valere debet c. nisi essent de præben. per
45 quem tex. dicit ibi Abb. 1. no. ꝙ † actus, qui prima facie pręsumitur iniustus, ex quo tamen certo casu iustificari potest, si gestus est à prouidis viris & honestis non præsumitur iniquus, imò iustus, & in casu possibili gestus, & subdit posse per hoc limitari dictū Inno. in d. c. pręterea de dila. dū vult, ꝙ si citatio habeat prima fronte iniustitiam in se, licet posit aliquo casu iustificari, nihilominus propter primam præsumptionē iniustitię nullius est momenti vt non procedat, nisi vir sit valde circumspectus, & honestus ita ꝙ non fecisset citationem in casu à iure improbatā, & hoc comprobat etiā ex dicto Inno. in c. 1. de cler. pereg. vt ibi latius per eum, & illud Abb. dictum sequitur pro valde notab. Aret. in l. in illa col. 5. ff. de verb. obli. ex quo colligitur alia responsio ad illud, quod dicit Inno. in d. c. pręterea de dila. qui allegabatur in contrariū, quia non procedit in personis honestis & circumspectis, nam actus ab eis factus præsumitur factus cum speciali causa, etiam ꝙ sit regulariter prohibitus, & ita dicendum est in casu nostro, quòd sententia lata sit ex causa, licet sit lata contra iuris regulas, ex quo lata fuit ab honestis personis, imò etiam lata de conscientia Principis, qui voluit ante sententię prolationem de iuribus partiū edoceri, & pro hoc bene facit tex. in d. ca. sicut circa fin. de re iudi. in illis verbis, cum autem in plerisque locis, in quibus copia prudentium habetur.

Quarto obijcitur, quòd restitutio in integrum communitati Tongi, etiam post lapsum quadrienniū concedi potest, exemplo ecclesiæ, cui præfata restitutio competit etiā post quadriennium, quando varias habuit prælatorū mutationes, vel insurgit eminentissimū damnum, vt est glo. in c. 1. de in integ. rest. in 6. Anto. de But. Imo. & Abb. in c. pen. de reb. eccle. non alien. Idem dicendū in proposito, vt etiā post quadrienniū concedi debeat restitutio propter varias syndicorū & administratorū reipub. mutationes, itē quia ex d. sententia contingit damnum eminētissimum, quia d. Henrietus & hæredes in totum ab oneribus liberati sunt. Miror tam friuola obijci, nam licet in ecclesia dicatur eā restituendam, si intra quadrienniū illud indultum ad restitutionem petendam, varias habuit prælatorum mutationes: quia tunc ob tales mutationes non videtur fuisse facultas iura ecclesiæ inuestigare, & ea persequi, non tamen hoc po-
46 test † trahi ad ciuitates, & castra: quia ordo decuriqnū, qui
47 † rempub. administrat, non mutatur, quamuis personæ mutentur, & semper dicitur esse idē. l. sicut mācipium. §. in de-
48 curionibus. ff. quod cuiusq; vniu. nom. & eodem modo † si populus rempub. administrat, dicitur esse idem populus, licet mutato in personis contingat, l. proponebatur. ff. de iud. ideò lapsus quadriennij statutus ad restitutionem petendā eis præiudicat, quum omni tempore potuerint reipub. con-
49 sulere, quòd † non contingit in prælatis, quorum disiunctæ sunt personæ, & quorum si crebra fuerit & frequens mutatio, videntur ob breuitatem temporis iura ecclesiæ magis non intellexisse, quàm neglexisse, & vt intellexerint, & aliqualiter gustarint, tamen tempore egemus, vt aliquid maturius agamus cap. ponderet. l. distinct. & non censetur esse bene ponderatum, quod nimis est festinatum secundum Cin. quem Bald. refert in procemi. ff. §. itaque in fine.

Ad aliud, quod dicitur de damno eminentissimo, aduertē-
50 dum est, ꝙ † in ecclesia damnum dicitur eminentissimum non habendo respectum ad rē, ex qua prætenditur causata lesio, siue ea dicatur esse in toto, vel in dimidia, vel in aliqua alia parte, sed ad facultates, & patrimoniū ecclesiæ iux. tex. in l. sed & si susceperit. §. 1. & ibi gl. & Doc. ff. de iudic. Bar. in l. admonendi col. pen. versi. sed hic animaduertendū. ff. de iureiu. & ita declarat Soc. consi. 266. In causa, quæ vertitur col. 10. li. 2. Sic dicendū in proposito, ꝙ cōmunitas Tōgi dicatur sensisse dānum eminentissimū, non si Henrietus cum posteris fuerit ex toto declaratus immunis, sed si consideratis ipsius municipij facultatibus non posset onera impendentia sustinere, tunc enim in tanto dāno posset restitutionē petere: seu potius deberet Princeps oēs immunitates in totū vel in parte reuocare, publicæ subueniens necessitati, quę legi non subiacet, vt dictum est antea, & probatur in
51 c. suggestū de deci. Vlterius aduertatur, ꝙ † restitutio in integrum aduersus rem iudicatā non potest competere minori, nisi altero de duobis modis. Vnus est, si minor se prætendit læsum ex sententia, eo quia dicat se habuisse probationes ante sententiā, quas sui facilitate omisit facere, quod diligens paterfa. nō fecisset, & petit, remoto obstaculo sententiæ, se reponi in eo statu, in quo erat, quando poterat facere di. probationes. Alter est modus, quando minor est læsus tantū ex sententia, & acta stant optimè sed sententia debebat ferri in fauorē minoris cōdemnatoria, quum lata sit absolutoria, vel e contra, & petit tunc se restitui aduersus d. sententiam ex primis actis, perinde ac si lata nō esset. Istos duos modos petendi restitutionē aduersus sententiā, ponit Bar. in l. 1. C. si adue. rem iud. & sequuntur ibi Pau. de Ca. & Sali. sed neutro dictorū modorū vtitur cōmunitas Tongi, quia nō dicit sui facilitate omisisse aliquas probationes, vel aliud, quod faciendum fuerat ante sententiam, & de tali læsione non probat iux. l. minor. 25. annis omissam. ff. de mino. Non etiā petit restitui directo aduersus d. sententiam, tā quàm ex primis actis aliter ferri sententia debuerit, quā lata sit, quia nulla acta exhibentur: non video igitur quomodo restitutionē petitā obtinere debeat, quum nihil agatur eorum quæ ad restitutionem obtinendam agi debuerunt.

52 Quinto obijcitur parte d. communitatis † decretū Principis per quod omnes Feudatarij tenentur ad onera nō obstante consuetudine sed ad istud decretū responsum fuit antea, & nihil in oppositū inuenio replicatum: quia re vera d. decretum non potest trahi ad immunitatē per sententiam antea declaratam: & ibi dictis addo Bal. consi. 400. Pro par-
53 te Zanis lib. 3. vbi inquit, quod † non potest impetrari rescriptum à Principe, per quod pronunciationis impediatur
54 effectus. l. fi. C. senten. rescin. non posse. & subdit, ꝙ † etiam si fieret per modum legis vel statuti, non traheret se ad causas finaliter terminatas, vt in Auth. vt cum de appel. cogno. in princ. & per Compost. in c. cognoscentes de constitut.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum non præsumitur etiam per mille annos. fallit vt sub num. 9.*

2 *Mandatum procuratorum interuenisse præsumitur in sententia transita in iudicatū: siue sententia de recenti, siue sit de antiquo lata in præsentem seu in absentem: in qua omnia ritè & rectè gesta fuisse creduntur, etiam sine actorum præsentatione, quod limita vt sub nu. 3.*

4 *Sententia nulla transit tunc in iudicatum, quando iure dicēdi de nullitate est præscriptum.*

5 *Citatio principalis personæ, quæ est iudicij fundamentum, interuenisse præsumitur in sententia, quæ in iudicatum transiuit, etiam si fuerit lata contra absentem.*

6 *Mandati defectus, qui reddit iudiciū retronullū, licet possit ante, & post sententiam obijci, non procedit vbi amplius ex antiquitate temporis de nullitate dici non possit.*

7 *Mandatum licet ex antiquitate temporis non probetur, probatur tamen, vbi antiquitati accedant alia adminicula, vel si de mandato mentio fiat per verba enunciatiua.*

8 *Verba enunciatiua in antiquis fidem faciunt.*

9 *Compromissum præsumitur verbis enunciatiuis cum temporis antiquitate concurrentibus.*

10 *Temporis antiquitas facit, vt iussus patris præsumatur erga filium in hæreditatis aditione.*

11 *Mandatum si non viderit contrahens cum procuratore nō præsumitur esse in bona fide.*

12 *Mādatū syndicatus ex antiquitate tēporis de iure pręsumitur, quæ iuris præsumptio habet vim liquidæ probatiōis.*

13 *Possessio diuturna, & aduersarij patientia facit mandatū præsumi ex cursu. 30. annorum.*

De materia præcedenti. Cons. 526.



CONTRA sententiam latā instatur adhuc pro immunitate D. Henrieti Nattæ contra communitatem Tongi, eo quia non apparet de mādato dato syndicis ad ipsam cām peragendū: nam licet ex tēporis antiquitate præsumantur omnia solemnia interuenisse, ta-
1 men istud non procedit, in † mandato, quia non præsumitur etiam accedente mille annorū spacio, vt Bald. inquit in l. 2. versi. quæro quid si Dominus. C. si ex fals. instru. & in l. 1. C. de reb. alien. non alien. Alexan. in l. sciendum column. 5. versic. vnum tamen sciatis. ff. de verbo. obliga. & in l. qui in aliena in prin. colum. 3. ff. de acqui. hæred. & consi. 1. Ponderatis his, de quibus in themate column. penult. libr. 4. Ad prædictam obiectionem respōdeo facillime: nam prædicta procederent, si diceretur præsumi mādatum propter antiquitatem temporis, & ita loquūtur præfatę decisiones:
2 Nos autem † dicimus præsumi interuenisse mandatum ob
3 auctoritatem rei iudicatę: nam † vbi profertur res iudicata etiam sine vllis actis præsumitur omnia ritè & rectè gesta fuisse ca. bonæ el 1. & ibi Abb. post Innoc. not. de elec. cap. cum inter nos. & in cap. sicut de re iudi. & cap. pastoralis. §. quia vero de offic. delega. Spec. in titu. de senten. prola. §. vt autem, versi. & not. secundum quosdam Cin. in l. emancipatione & ibi Bald. C. de fid. instrum. Bart. in l. admonendi col. 9. versi. quæro quid si reperiuntur. ff. de iureiu. Anto. de Butr. post Hosti. in cap. in præsentia de renunc. & in c. quoniam contra, & ibi cæteri de proba. & communis est hæc opi. siue sententia sit lata de recenti, siue de antiquo, siue in præsentem, siue in absentem siue in contumacem verū vel fictum, vt ostendit, Fel. in d. cap. quoniam contra col. 12. & Alexand. consil. 25. Viso processu lib. 6. Vna tantùm datur ad prædicta limitatio, quando pars aduersa per ostensionē
4 actorum probaret de nullitate, quia † probando nullitatem tollitur per consequens transitus in rem iudicatam, ca. cum inter de re iudi. cap. in nostra, de procu. ita Abb. inquit in d. c. quoniam contra colum. 12. quod tamen intelligit, modo iuri dicendi de nullitate non sit præscriptum. Modo, reducendo ista ad propositum, dicendum est quòd dato, quòd per antiquitatem temporis non præsumatur mandatum procuratorum, seu syndicatus, tamen præsumitur propter
5 auctoritatem rei iudicatæ, nam † si citatio principalis personæ, quæ est fundamentum totius iudicij, præsumitur interuenisse, vbi lata est sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, etiam quod sit lata cōtra absentem, vt est casus in d. c. bonæ de elec. molto magis est dicendum, quòd præsumatur mandatum procuratorum, quod est longè minus, nisi probetur per ostensionē actorum, de huiusmodi defectu. Amplius est dicendū, ꝙ si ostēderentur acta in quibus
6 apparet de defectu † mandati, tñ hæc nullitas non vitiaret sententiā, ex quo amplius de nullitate dici non pōt, quum sententia sit centenaria, vt alias deductū fuit, & tenet hoc Abb. in d. c. qm̄ cōtra supra relatus, qui ita videtur limitare

text.

tex.in c.in nostra de procu.vbi habetur, ꝙ defectus mādati, qui reddit iudiciū retronullum, potest non solum ante sententiam, sed etiam postea obijci, vt non procedat, etiam ꝙ producerētur acta, vbi amplius de nullitate dici nō posſit. Et ex prædictis liquidò remanet solutū obiectum. Potest etiam ex superabundanti defendi fundam. antiquita-
7 tis. Nam posito, † ꝙ mandatum non probaretur ex sola tēporis antiquitate, probatur tamen, vbi ad antiquitatem tēporis accedunt aliæ coniecturæ, vel de mandato fit mentio per verba enunciatiua, vt concludit Dec.consi. 36. Motus
8 maximè ex eo, quia † in antiquis verba enunciatiua fidem faciunt, vt scribit Anto.de Butr.in c.fi. de succe. ab intesta. & in l.emancipatione C.de fid.instr.& in l.cum aliquis, vbi etiam Sal.C.de iu.deliber. Sed ante eum hoc videtur fuisse de mente Bal.consi.112. Quæritur, qui intelligantur labo-
9 ratores pen.dub.lib.1.vbi † vult compromissum præsumi, vbi cum temporis longinquitate concurrunt verba enunciatiua. Sed hic fit mentio de mandato syndicorū in recitatione actorum, Item fit mentio etiā assertiuè in sententiæ fine, ibi præsentibus syndicis &c. Præterea illa opi. Bal. quā posuit in l.2.C.si ex falso instru. quod non præsumitur mādatum etiam per mille annos, non est bene tuta, quia contrarium tenuit idem Bal.consi.336. In primis vidēdum est col.fi.lib.1.Pau.de Ca.consi.84. Visa d.facti narratione, & his, quæ copiosè circa fi.lib.1.& latè etiam impugnat Fran. de Cur.consi.78. Super motiuis Redditis, dicēs Bal. ex suo capite sine lege & ratione loquutū, Reperio etiam, ꝙ Ias. in l.1.col.5.C.qui admi.de hoc Bal.dicto dubitat per tex.in
10 l.si filius C.de pet.hære.vbi † iussus patris de adeundo hæreditatem, qui necessario debet præcedere l. si quis mihi bona §.iussum ff.de acqui.hære.præsumitur præcesisse ex tēporis diuturnitate, & contra Bal.tenet etiā Dec.consi.486. Visis & diligenter consideratis, col.fi.& semper illud Bald. dictum fuisse visum sibi dubium, dicit Soc.cons.46. In causa magnifici col.2.lib.3.non obstat id, quod no.Bar.in l.qui fundū §.procurator ff.pro emp.& Bal.in l.1.C.de reb. alie.
11 non alien.dum volunt, ꝙ † non præsumatur aliquis in bona fide contrahens cum procuratore, nisi viderit mandatum: debuit enim eius potestatem inuestigare, l.qui cum alio ff. de reg.iu.l.sed si pupillus §.conditio ff.de instit.quia prædi-
12 cta non procedunt data antiquitate temporis, nam † tunc præsumitur mandatum interuenisse, quæ præsumptio iuris habet vim liquidæ probationis, quum de contrario non appareat l.si tutor petitus cum glo.C.de peri. tuto. l. si vicinis C.de nup. Si enim obijciatur, ꝙ non interuenit mandatū, excipitur, ꝙ imò interuenit, & ꝙ tunc visum fuit & lectū, & ad huius rei probationem adducitur temporis vetustas, secundum quam omnia ritè & solemniter gesta cēsentur.
13 Rursus potest dici ꝙ † vbi interuenit possessio & diuturna patientia, tunc præsumitur mandatū ex lapsu annorū 30.vt Alex.concludit d.cons.1.col.pen.lib.4. & videtur hoc velle Pau.de Cast.ante eum consi.84. Visa d.facti narratione, & his, quæ copiosè circa fi.lib.1.vbi ita intelligit tex. in d. l. si filius C.de pet.hær. Hic autem interuenit possessio D. Nattarū & diuturna hominū patientia, in non soluendo occurentia onera, ergo ex his præsumi debet, mandatū syndicatus iudicialis interuenisse, qa si aliud esset, ipsi iuris præsumptione nunquā præfatæ sententiæ acquieuissent. Ex quibus omnibus aparet d.sententiā latā in fauorē D.Henrieti Nattæ & posterorū varijs ictibus repetitā frustra oppugnari.

SVMMARIVM.

1 *Reformatio, vbi est circa substantialia primæ dispositionis, & verba sunt apta inducere nouā dispositionē, tunc attenditur noua dispositio, & prima tollitur.*

2 *Testamentum primum, vbi per secundum reformatur, valet in non reformatis, secus si tota forma prioris in secundo repetatur vt nu 9.*

3 *Contractus, vbi illi partes ex secundo pacto detrahunt, vel quid augent de pretio, intelligitur non mutatus, sed informatus ex posteriore pacto, secus si in secundo tota prioris forma repetatur. vt nu. 9.*

4 *Verbi reformare proprietas est aliquid addere, vel diminuere priori dispositioni.*

5 *Testatoris dispositio prior in aliquibus per secundam dispositionem correcta, in non correctis firma manet.*

6 *Donatio prima, per secundam aucta vel diminuta, non dicitur reuocata, sed reformata per secundam donationis conuentionem.*

7 *Ademptio vnius rei nō sequitur, per alterius rei ademptionem, quando res sunt separabiles.*

8 *Clausulæ accessoriæ in prima dispositione appositæ, intelligūtur in secunda repetitæ.*

10 *Testamentum primum, vbi in secundo confirmatur, tunc cōuertitur in codicillos, & in eo disposita, censentur in secundo repetita exceptis reformatis.*

11 *Argumentum a communiter accidentibus valet.*

12 *Verbum reformare, non in totum tollere, sed in parte tantum significat.*

13 *Verborum proprietas attendenda, nisi fuerit manifestum testatorem aliter censisse.*

De materia istius, vide supra in consilys 483. & 484. Cons. 527.



EMINI me aliàs consuluisse in fauorē cuiusdā Magnificæ D. cui frater in testamento Mantuæ condito legauerat vsque ad certū tempus legatū annuum quadringentorū, non obstante testamento posteriori Venetijs condito, quia in d. testamento Veneto appare bat testatorē noluisse recedere a dispositis in priori testamento Mantuano, nisi in reformatis per illa verba: nō reuocando tamen testamentū Mantuæ conditū, sed illud reformando, vt in hoc continetur, & d.legatū annuū non fuerat reformatū. Motus ad ita concludendum iuribus, & rationibus, in primo consilio allegatis. Nunc, vt audio fit difficultas contra conclusionē prius habitā, quia dicitur, quod hic tractatur de reformatione præcedētis dispositionis, nō aūt de simplici confirmatione, propter illa verba, non reuocando testamentū Mātuæ conditū, sed illud reformando,
1 vt in hoc continetur, & quando † reformatio fit circa substantialia, & verba contractus sunt apta inducere nouā dispositionē, cōmunis est conclusio, ꝙ prima dispositio in totū tollitur, & attenditur noua dispositio, non aūt prima, vt Bar.dicit, Ang.Pau.de Cas.& alij in l.iurisgentiū §. adeò ff. de pac.Bal.in l.pacta conuenta ff.de contrah.emp. quam legit post d.§.adeò, & idē Bal.post Cin.latè in l.pacta nouissima C.de pac. Adducitur ēt Bru.noster Asten.in trac.de augum.3 conclusi.prin. In casu aūt nostro ista militāt, quia reformatio est circa substantialia primæ dispositionis, & verba sunt apta inducere nouā dispositionē. Ergo cū in totum ista reformatio tollat primā dispositionē, sequitur, vt ipsa attendi debeat, non aūt prima, quæ vndique sublata fuit. Et ista sunt, quæ dubitationis loco proponuntur, & quorū petitur resolutio. Præmissis tñ non obstātibus, quæ vere nō obstant, maneo in priori sentētia, per ea, quæ aliàs dicta sunt, & quæ non repeto, & pro resolutione obiectorū considerandū est, ꝙ est verū, ꝙ reformatio, quæ facta est circa disposita in primo testō, est facta circa substantialia. Veruntñ
2 † verba in nō reformatis non sunt apta ad nouā dispositionē, quū testator in secundo eius testō Veneto dixerit, non mutando tñ testm̄ Mantuę conditū sed reformando illud, vt in hoc cōtinetur, per quæ verba satis clare apparet, ꝙ noluit testator mutare testamentū Mantuanum, sed illud firmū manere exceptis reformatis: Et ut res melius intelligatur, vtar exemplo, quo vtūtur Doct.in d.l.iurisgen.§.adeo.

3 Ecce vendidit † aliquis primo rem pro decem, deinde ex
interuallo conuenit cum emptore, vt rem venditam ha-
beat pto quindecim, vel pro quinque: tūc enim renouatus
est contractus, & ex secundo tantum agetur d.l.iurisgen.§.
adeò in prin.& l.pacta conuenta, versi. Paulus no.ff.de con
trah.emp.l.si quam rem ff.de rescinden. vend. & probatur
in l.si vnus §.pactus ne peteret versi. quod si non vt totum
ff.de pac. Sin autem in secundo contractu sit dictum, volo,
ꝙ rem habeas prima emptione, & remitto tibi vel addo tā
tum de pretio, tunc non est in totum renouatus primus cō
tractus, sed pro parte tantū reformatus, quia verba nō sunt
apta ad nouā dispositionem, quū ex his appareat manifeste
partes noluisse à prima emptione discedere, & ideo isto ca
su agetur ex vtroq; contractu, ita Bar. inquit in d.§.adeò, &
istud etiam dicit Ang. ibi dum asserit, ꝙ quando partes di-
cunt, se primo contractui aliquid addere vel diminuere de
pretio, quum id fiat per modum additamēti vel diminutio
nis ad primum contractum, oportet dicere primū contra-
ctum extare tanquam informatū ex posteriore pacto. Sed
in proposito casu testator dixit se nolle mutare primū testa
mentū, & sic sumus in casu illo Bar. in quo in secundo con-
tractu dixerat venditor, quod haberet emptor ex prima
4 emptione: Itē addidit se velle illud reformare, & † sic adde
re priori dispositioni vel imminuere pro parte, prout sonat
propriè illud verbū reformare, & sic sumus in casu Ang. in
quo quando partes dicunt se primæ emptioni aliquid ad-
dere, vel diminuere primus contractus extet, quum conuē
tio sit facta per modū additamenti, vel diminutionis, quia
partes dixerūt se addere ad primū contractū vel imminue
re. Ex prædictis igitur liquet, ꝙ ea, quæ scribuntur per do-
ctores in d.§. adeo non modo non lædunt legatare inten-
tionem, sed etiam vehementer adiuuant, vt disposita in
priori testamento debeantur. Ex prædictis apparet etiam
non rectè dici in motiuo, ꝙ hic agitur de reformatione
præcedentis dispositionis, non autem de simplici confirma
tione, quia dico, ꝙ hic etiam agitur de cōfirmatione in nō
reformatis, vt ostendunt illa verba, non tamen reuocando
5 &c. quod iuri conuenit: dispositio † enim testatoris habet
se, vt lex §. disponat in Auth.de nup.& licet lex prior per se
quentem legem corrigatur l.sed & posteriores ff.de ll.atta-
men in non correctis remanet firma l.præcipimus in fi.C.
de appel.& in non reformatis, vt prior testatoris valeat di-
spositio est tex.in l.alumnæ §.qui filias ff.de alim.& ciba.le
ga. Confirmātur præmissa ex eo, quod Are.scribit cons.21.
6 Si diligēter & maturius primo dub.nam in casu suo in † se
cundo contractu donationis fuerat inter partes actum, ꝙ
prima donatio facta de quarta parte bonorum remaneat
firma duntaxat in florenis 77. cum dimidio. Quærebatur
an per secundam donationem videatur a contractu primo
recessum ad effectum, vt cognosceretur an clausulę accesso
riæ, quæ sunt appositæ in primo contractu censerentur re-
petitę in secundo, & concludit ibi, ꝙ, ex quo fuera tactū, ꝙ
prima donatio, quæ fuerat facta in quarta parte bonorū, te
neret, & valeret vsque ad certam quantitatem, non erat re
cessum a primo contractu, quia verba non erant apta ad in
ductionem noui contractus, sed significabant durationem
7 primæ donationis, & regulare est, ꝙ † per adēptionē vnius
rei, non sequatur ademptio alterius, quando res sunt separa
biles, allegat d.l.alumnæ §.qui filias & no.per Bar.in d.l.iu-
8 risgen.§.adeò & per prædicta etiam concludit, ꝙ † clausu
læ accessoriæ appositę in primo, cēsentur repetitæ in secū-
9 do, subdit etiam Are.ibi, ꝙ quando in secunda † cōuentio
ne repetitur tota forma contractus, tunc in dubio videtur
recessum à primo contractu, sed quando non repetitur for
ma contractus non videtur recessum, allegat Bald. qui hoc
dicit in d.l.pacta nouissima col.pen. Alia secunda principa-
li ratione demonstratur ius legatariæ, nam totū, quod obij
citur in motiuo huc tendit, vt ex secūda tantum dispositio
ne testamentaria, & non ex prima legata debeantur, quod
ego concedo libenter sine præiudicio causæ, quam defen-
do: nam quū testator voluerit manere primū testamētum
Mantuæ conditum, sequitur ꝙ primum testamentum sit
confirmatū per secundum, & per consequēs, quæ ibi dispo
sita sunt, censentur repetita in hoc secundo exceptis refor-
matis, quum relatū censeatur esse in referente l.asse toto ff.
de hære.insti.l.si ita scripsero ff.de cond.& demon.& ex cō
firmante agitur testamento non ex confirmato, vt dicit gl.
si quis in priore in verbo teneri & ibi scrib. ff. ad Trebel.
10 quod etiam ex eo demonstratur, quia † vbi in secundo te-
stamento confirmatur primum, tunc conuertitur primum
in codicillos l.posthumus §.si paganus ff.de iniust. rup.& d.
l.si quis priore ff.ad Trebel.& codicilli sunt pars testamen-
ti, & testamento videntur inesse, vt docui in prioribus scri-
ptis, per idonea iura & opportunas auctoritates, vnde acce
do his, quæ habentur in motiuo, ꝙ secundum testamentū
valet & non primum, quia Paganus cum duobus testamen
tis decedere nō potest, est tamē pars secundi testamenti in
legatis non reformatis, & istud est, quod meo iudicio spe-
culari habent Magnifici D.iudices, ꝙ confirmatum per se
cundum fuit testamentū primò conditum, & ꝙ transit d.
testamentum in vim codicillorū, & sic allegata ex his debē
tur d.l.posthumus.§.si paganus, & d.l.si quis priore. Quære
re autem quid in contractibus, quid in rescriptis, quid in iu
dicijs, vtrum per secundum actum videatur a primo reces
sum, an vterque subsistat, de quibus latè loquit Bru.in suo
tract.de augumen.est alienam ingredi materiam, nihil ad
præsentem casum pertinentem, & rectè dictum est nun-
quàm communia inspicienda esse, vbi propria haberi pos-
sunt. Et vltra iam deducta in prioribus scriptis, ꝙ legataria
optimum foueat ius deduco, quia cōmuniter homines, qui
prius disposuerūt de rebus suis in testamēto, & postea aliud
testamentum cōdunt, solent addere in fine clausulam cas-
sans, & irritans &c. quod non fuit factū in casu nostro, quia
prius clarè testator dixerat se non reuocare testamentum
Mantuæ conditum, sed illud reformare. Verisimiliter autē
non omisisset d.clausulam cassans & irritans &c. si testamē
11 tum primum Mantuanum tollere voluisset † arguendo a
communiter accidentibus iux.gl.in l.neq; natales C.de pro
12 ba. & ponderandum est etiam † illud verbum reformare,
quod non significat in totū tollere, sed in parte tantum, vt
vltra iura in prioribus scriptis adducta probat apertissimè
text.in d.l.iurisgen.§. adeò ibi, si potest res tota tolli, cur &
13 non reformari, & à † proprietate verborum discedere non
oportet, nisi manifestum sit aliud sensisse testatorem, vt in
quit iuriscon.in l.non aliter in prin.ff.de lega. 3. & in dubio
melius est edicti verbis deseruire l.1. §. si is, qui nauē ff. de
exercito.

SVMMARIVM.

1 *Testator, si prohibeat filios vendere ante 25. annum quicquam de bonis sine licentia tutoris, talis prohibitio, adeò valet, quòd nec etiam intra tempus prohibitionis filius poterit legitimam alienare, nec tali præcepto potest renuntiari vt nu. 2.*

3 *Venditionis appellatione generaliter continetur omnis contractus, per quem dominium transfertur.*

4 *Testator prohibens venditionem intelligitur etiam prohibere omnem alienationem ex contractu prouenientem, vt sub nume. 6.*

5 *Alienatio prohibita fauore personæ prohibitæ, ad alienationem ex delicto factam non porrigitur.*

6 *Pœna l. si quis in tantam C. vnde ui, habet locum etiam in minore.*

7 *Delicti, sicut nec mandatum, nec promissio, nec iusiurandū, ita nec licentia esse potest.*

8 *Verbum pretij, non alteri contractui, sed soli competit venditioni.*

9 *Dānatus cū bonorū publicatione, nullū pōt hæredē habere, præter fiscū. et de bonis publicatis ali nō debet, vt n. 11.*

10 *Testatoris prohibitio impedit dominij translationem.*

12 Testator

12 *Testator, sicut nec lex, non potest prohibere alienationem ex delicto prouenientem, immo prohibitio talis facta nō tenet, vt num. 14.*
13 *Minori læso ius commune non in delictis, sed tantum contractibus subuenit.*
15 *Dolus futurus remitti non potest, aliàs esset inuitare ad delinquendum.*
16 *Feudum, vbi actum est inter Dominum, & Vasallum, quod propter feloniam non perdatur, tunc intelligendum de felonia commissa in omittendo sed non in committendo.*
17 *Prohibitio testatoris cum legis prohibitione concurrens, & si valeat sine causa, & etiam alienationem aliàs de iure permissam prohibeat, tamen si est tantum facta in fauorem prohibiti, tunc ad eius delictum non protrahitur. amp. vt num. 8.*
19 *Alienationem, vbi testator prohibet per fideicommissum tunc delinquendo quis grauatus non potest alienare.*
20 *Alienatio, quando est prohibita fauore alterius, tunc delinquendo quis non potest alienare.*
21 *Dotem mulier alienare non potest, nec dos delinquendo publicatur, nisi quibusdam casibus.*
22 *Publicatio bonorum non continet bona prohibita alienari per fideicommissum, sed substitutis applicantur.*
23 *Fiscus non succedit in his, in quibus hæredes extranei non admittuntur.*
24 *Hæres grauatus, sicut non potest in præiudiciū fideicommissi alienare, ita nec alium actum, per quem deueniri possit ad alienationem, facere potest.*
25 *Fideicommisso, vbi res sunt suppositæ, tunc non possunt ex delicto hæredis ad fiscum peruenire.*
26 *Fiscus ex hæredis delicto, qui grauatus est per fideicommissum, legitimā delinquētis cōsequetur, in qua grauari nō potuit, quod ampl. etiam in Trebellianica, vt nu. 33.*
27 *Alienari vbi vniuersa per fideicommissum prohibentur, tunc alienata per prohibitū sibi in legitimā cōpensantur.*
28 *Alienatio, sicut ex bonis fideicommisso subiectis fieri potest, vt dos filiæ constituatur, ita ex eis filius legitimā detrahere potest, tanquàm sibi quasi debita, & per consequens alienare, vt nu. 32.*
29 *Legitima dicitur æs alienum.*
30 *Testator sicut per alienationis prohibitionem creditoribus præiudicare non potest, ita nec filio in legitima.*
31 *Legitimam prohibitio alienationis non includit, aliàs eam filius pleno iure habere non diceretur.*
34 *Trebellianica, vt æs alienum debetur.*
35 *Trebellianicam testator non potest in filijs primi gradus, secus in alijs liberis.*
36 *Dispositio Auth. sed in ea C. ad l. Fal. non procedit in filijs primi gradus, nec in tacita prohibitione fideicommissi.*
37 *Prohibitio testatoris expressa, est potentior tacita.*

CONSILIVM. 528.



VLTIMO suo testamēto instituit tres testator filios, deinde prohibuit eos vēdere ante 25. annum quicquam de bonis sine licentia tutoris & matris, & casu quo aliquis filiorum suorum decederet sine filijs legitimis & naturalibus vnum alteri substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Vnus postmodū ex filijs institutis deliquit adhuc minor, ob quod delictum bona omnia cōfiscata fuerunt. Contingit dubitari de pluribus. Primo, quia filij fuerunt prohibiti vendere ante 25. annum sine licentia, an vigore huiusmodi prohibitionis bona d. filij delinquentis in ætate minori potuerint ob delictum confiscari. Et quòd non potuerint, adducitur, quia
1 quum † d. prohibitio facta sit fauore filiorum, ne propter fragilitatem consilij bona eorum profundent, quod verisimiliter non facient, vbi ad ætatem peruenerint legitimam, valet talis prohibitio, in tantum, quòd nec etiā intra tempus prohibitionis filius poterit legitimā alienare, vt voluit Pau. de Ca. consi. 77. Visis & consideratis omnibus diligenter col. 3. li. 1. vbi dicit valere tale præceptū, nec reijci de legitima, quia non continet grauamen, sed prouisionē filiorum, quorū infirmitati pater voluit prouidere l. in fideicōmissi §. Cū Pollidius ff. de vsu. l. si ita relictū §. pegasus ff. de leg. 2. & hoc facerē potuit pater l. 2. C. de vsuca. pro emp. quū pro eis cōsilium capere soleat l. nec in ea ff. de adult. & ideò nō reijcitur ēt hodie, vt no. in l. filijs matrē C. de inoff. testa. & tradit Bar. in l. cum ex filio ff. de vulga. & pup. & in l. multi non notæ ff. de lib. & posthu. Confirmātur premissa ex eo, ꝙ Bar. dicit in l. filiusfa. §. diui. 3. oppo. ff. de leg. 1. vbi
2 dicit † prohibitionē hanc valere, & huic fauori nō posse renūciari, & ibi Ias. in 1. lecta. in fi. sequitur istā decisionē Pa. de Cast. & Pau. de Mōtepicho in l. in 4. col. 48. ff. ad l. Falci. & videtur ēt idē sentire Ang. in l. quoties C. de fideico. pro quo ēt facit tex. in l. Titio centū in prin. ibi sed & si filio minus industrio prospectū esse voluit ff. de condit. & demon. & ita videtur tenendū, quicquid dixerit Aret. consi. 19. Ex facto præsupponitur col. 2. vbi oppos. videtur tenere. Non obstat, ꝙ testator prohibuit vendere sine licentia & sic de vno tm̄ contractu vēditionis videtur loquutus, quia respō-
3 deri potest, ꝙ † appellatio venditionis generaliter continet omnem contractū per quem dominium transfertur l. statuliber a ceteris §. 5. ff. de statulib. l. sicut §. venditionis, & §. sed si permiserit ff. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. glo. in d. l. 2. C. de vsucap. pro empt. c. 1. in fin. de controue. in dom. &
4 empt. & in specie ꝙ † vbi testator prohibet venditionē, intelligatur prohibere omnem alienationem, attento, ꝙ eadem est ratio prohibendi cæteros contractus, vult Bar. in l. filiusfa. §. diui vers. quæro prohibita venditione ff. de leg. 1. Bar. Bal. & Sal. in l. 2. per gl. ibi C. de vsucap. pro emp. & in l. voluntas col. pen. C. de fideico. Bal. & Ang. in l. cum hi §. si cui non nummus ff. de transac. Imo. in d. l. filiusf. §. diui col. 4. Fabia. in trac. de empt. & vend. 2. q. prin. In proposito tamen casu in contrarium facit, quia posito, ꝙ testator prohibendo venditionem censeatur omnem alienationem pro
5 hibuisse, vt superiora ostendunt, tamen vbi † prohibita est alienatio fauore personæ prohibitæ, vt contingit in casu, tunc non videtur prohibita alienatio, quæ fit delinquendo, vt Bar. dicit in l. si quis in tantam col. 3. versi. quæro an dominus teneatur C. vnde vi, quia propter delictū perdit fauorem & priuilegium suum, per id, quod tenet glo. in d. l. si
6 quis in tantam, quæ dicit, ꝙ † pœna illius l. habet locum in minore, & sequitur Alex. consi. 23. col. 2. versic. quarto pro hoc facit lib. 1. Dec. in l. furiosi ff. de reg. iur. Soc. consi. 266. col. 15. versi. Secundo etiam eadem lib. secundo, & nouissime scribit Thom. Gram. decis. 105. quæ incipit Magnifica Perna. &c. Et hoc in casu isto magis videtur, quia Testator voluit, ꝙ ante 25. annum, non possint vendere sine licentia tutoris & matris, vnde apparet eum sensisse de alienatione, quæ fit per contractum, non aūt per delictū, quia
7 † delicti non potest esse licentia, sicut nec mandatum, nec promissio nec iusiurandum l. si remunerādi §. rei turpis & l. si mandauero §. qui ędem ff. manda. l. generaliter cum l. sequenti ff. de verb. obli. l. iurisgentium §. & generaliter ff. de pac. quod cōprobatur, quia si fuisset additum verbum pretium, vt quia testator dixisset, ꝙ non possint vendere pretio accepto, proculdubio nō contineret alienationem, quę fieret per delictum, quia tunc non contineretur alius con-
8 tractus, propter adiunctum † verbum pretij, quod soli cōpetit venditioni, vt est gloss. in l. fin. in verbo intelligi C. de præd. curia. lib. 10. & in l. apud Celsum. §. sed quum legitima ff. de dol. excep. & in l. cum dotem & ibi Bald. C. de iu. dot. & gloss. in l. illicitas in princip. ff. de offic. præs. & in l. si quid earum in verbo empta, ff. de lega. 3. Abb. in capit. 1. in 1. not. de his, quæ fi. a præl. & in c. fi. vlt. not. de accu. quanto magis

magis id dicendum, vbi additum est, ꝙ non possint vende
re sine licentia, quum licentia nullo modo cadere possit in
delictis, confirmantur præmissa, quia non video quomodo
is, qui petit, possit venire ex d. prohibitione alienationis fa-
ctæ in minori ætate: Nam si vult admitti ex alienatione de
licti, vt substitutus, non pôt, quia ibi nulla fuit facta substitu
tio. Si autem, vult venire, vt hęres damnati, neq; etiam tūc
9 pôt, quia † dānatus cum publicatione bonorum, non habet
hæredem nisi fiscū l. deportati C. de bono. proscrip. l. si ma-
rito ff. sol. mat. l. tutoris C. ad l. Iul. vnde vi facit l. in pari §. hi
qui in vniuersum ff. de reg. iu. Vlterius si volumus dicere, ꝙ
d. prohibitio alienationis contineat alienationē, quæ fieret
ex delicto, sequeretur, ꝙ bona remanere deberent penes
10 ipsum delinquētē, quū † prohibitio testatoris impediat do-
minij translationē l. filiusfa. §. diui & ibi no. ff. de leg. 1. l. pe-
to §. fratre & l. cū pater §. libertis ff. de lega. 2. ponit Bart. &
alij in l. si ita quis §. ea lege ff. de verb. obl. quod est absurdū
11 quū † damnatus ēt ex bonis publicatis ali nō debeat, & oīa
sibi auferantur l. non, vt quis & l. diuus ff. de bon. damna. l. si
quis intra C. eo. l. bona fides ff. depo. Reperi postea quosdā
recentiores tenere oppositū, videlicet, ꝙ si minores prohi-
biti sunt alienare, non possunt delinquendo alienare, & sub
sequenter bona publicari, respondētes ad decisionē Bart. in
d. l. si quis in tantā, ꝙ Bar. loquitur qñ prohibitio alienatio-
nis fit tm̄ à lege fauore prohibiti, vt quia sit minor, nā tunc
minor priuilegiū, quod habet a lege delinquendo amittit l.
auxiliū in prin. ff. de mino. quia gaudere non debet legis be
neficio, qui in legē cōmittit. c. quia frustra de vsu. quæ ratio
cessat, qñ alienatio prohibetur ab homine ēt fauore prohi-
biti, quia delinquendo nihil contra prohibentē committit.
Sed hæc responsio licet subtilis mihi non placet, quia ratio
Bar. est generalis, ita militās in prohibitione hominis, sicut
12 in prohibitione legis sicut † enim lex prohibens alienatio-
nem minoribus, & in hoc eis fauens non fauet tñ in deli-
ctis gratia cōmunis boni, & odio delictorū, iisdem ratio-
nibus dicendū est, ꝙ testator prohibens alienationē mino-
ribus in eorū fauorem, nolit eis in delictis fauere, nemo. n.
meretur fauorem in delicto, & interest cuiuslibet, vt deli-
cta puniantur c. vt famæ de senten. exc. l. ita vulneratus cir
ca fi. ff. ad l. Aquil. & priuilegiū amittitur propter reatum c.
priuilegiū 11. q. 3. & ibi gl. & in l. 1. in fi. C. vbi sena. vel cla-
ris. cum cōcordan. de quibus ibi in gl. Preterea testator pro
hibet minores alienare, timens ne capiantur propter fragi-
le ætatis consiliū, quæ ratio cessat in delicto, quod non cō-
mittitur sine dolo, & super hoc fundat se ēt ius commune,
13 quod † licet subueniat minori læso in contractu, non tamē
subuenit in delicto, vt probatur in l. 1. ibi maiorū mores in
firmitas animi non excusat, C. si aduer. delic. Amplius est
dicendum, ꝙ si testator prohiberet alienationē fauore pro
hibiti tantum nullo dato substituto, prout fuit in casu no-
14 stro, tunc † si adderet, ꝙ si delinqueret, bona non transirent
15 in fiscum, talis dispositio non valeret, quia † dolus futurus
remitti non pôt l. 1. §. si cōueniatur ff. depo. l. si vnus §. illud
ff. de pac. l. in commodato in prin. ff. cōmo. l. contractus ff.
de reg. iur. & hoc ea ratione, ne detur occasio delinquendi
l. conuenire ff. de pac. dota. Sed non modo testator, immo,
ne Princeps quidem potest remittere infligendā pœnā an
te reatum cōmissum, quia hoc esset inuitare ad delictū, vt
Sal. inquit post Iac. But. in l. castitatis C. ad l. Iul. de adul. &
16 dicit Bal. in l. 1. q. 52. ff. de re. diuis. ꝙ si † actū sit inter dom.
& Vasallum, ꝙ propter felloniam non perdatur feudū, in
telligitur istud pactū de fellonia, quę est in omittendo, non
autem de ea, quæ est in committendo, quia crimen ante-
quā sit admissum indulgeri nequit, quū huiusmodi remis-
sio inuitaret ad delinquēdū, & sequitur prædicta Iac. Alua.
in c. 1. §. porrò circa fi. qual. olim. feu. pot. alie. Non obstat
aliud, quod obijcit, ꝙ hic concurrit duplex prohibitio, vna
legis, quæ prohibet minores alienare. l. lex quæ tutores C.
de admin. tut. altera testatoris, & duplex prohibitio debet
fortius operari, quàm simplex, vt ostenditur ex no. per Bar.
17 in l. filiusfa. ff. de leg. 1. vbi volunt, ꝙ † vbi prohibitio testa-
toris concurrit cum prohibitione legis, tunc valet prohibi
tio sine causa, & prohibetur etiam alienatio in casibus aliàs
de iure permissis, per tex. & ibi no. per gl. in l. 2. C. de vsuca.
pro empt. & per. §. sanctissimas in Aut. de alien. & emphy.
Ad suprascripta omnia respondeo, quòd ex his non potest
inferri ad delictum, quod committitur per minorē, vt de-
linquendo intelligatur prohibitus alienare, propter dispari
tatē rationis, quæ est inter contractus, & delictum, & quia
militat etiam ratio illa, quòd delinquendo amittit priuile-
gium & fauorem, & in casu nostro ostenditur euidenter,
quòd testator intendebat excludere delictum, propter il-
lud verbum, illic additum, sine licentia, secundo quòd in su
perioribus est deductum. Non obstat, quòd is, cui prohibi
ta est alienatio curare debet, ne actum faciat, per quem se-
qui possit alienatio. l. codicillis. §. matre. ff. de leg. 2. glo. in l.
si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. Bal in l. hac edictali in
prin. col. 2. versi. modo hic incidunt. C. de secun. nup. ergo
delinquendo prohibitus non potuit alienare, quum actum
faciat, ex quo sequitur alienatio, quia respondeo, quòd præ
18 dicta regu. non procedit, vbi † testator prohibet alienatio-
nem in fauorem prohibiti, quia delinquēdo alienat, ex quo
tunc amittit omnem fauorem, vt dicit Bart. & superius est
tactum, & vltra ibi allegata probatur in l. si rerum amota-
rū. ff. de re iud. & in l. sed si ex parte. §. quanquàm. ff. quod
cum eo, & ex eo, quod dicimus, quòd condemnatis ex de-
licto non datur quadrimestre ad soluendum, vt latè Alex.
scribit in l. debitoribus ff. de re iud. Ex quibus firma rema-
net conclusio, quòd alienatio, quę fit per minores delinquē
do, prohibita minime censetur. Successiue igitur quæritur,
vtrum vigore fideicommissi, per quod substituti fuerunt
ad inuicem filij si sine liberis decesserint, & sic bona tacitè
prohibita alienari. l. fi. §. sed quia cum Auth. ibi sequen. C.
commu. de succes. poterit vnus delinquendo priuare substi
tutos bonis fideicommisso suppositis, & subsequenter vi-
19 dendum est, vtrum † prohibita per testatorem alienatione
per fideicom. possit quis delinquendo alienare, & in hoc cō
cludendum est, quòd non: quia sumus in altero mēbro Bar.
in d. l. si quis in tantam col. 3. versi. quæro, an Dominus, vbi
20 vult, quòd † quando alienatio est prohibita fauore alterius,
tunc delinquendo quis non possit alienare, & hoc probat
21 exemplo mulieris, quæ † non potest alienare dotem, quum
etiam hoc spectet ad fauorem tertij, tunc etiam delinquen
do dos non publicatur, nisi in quibusdam casibus. l. quicun-
22 que. ff. de bonis damnatorum, & quòd † bona expresse pro
hibita alienari non veniant in publicatione bonorum, sed
substitutis applicentur, est text. quem ad hoc ibi ponderant
Bart. & Ang. in l. Imperator. ff. de fideicom. liber. ad idem
text. in l. cum vero. ff. eod. titu. & in l. iura libertorum ff. de
iu. patro. tenet Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de feud. in
versi. 40. Oldra. consil. 17. Thema tale est quidam clericus
colum. 5. in fin. cuius verba sumpsit Ioan. Andr. in addit.
præallegata: idem latè concludit Alex. in præfato consi. 23.
Opportunè consideratis lib. 1. & in hoc nihil differt tacita
prohibitio ab expressa l. Statius. §. Cornelio Fœlici. ff. de
iu. fisci. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. & facit ratio, quā
23 ponit Alex. in præfato consi. quia † quæ non possunt tran-
sire ad hæredes extraneos, non possunt transire in fiscum,
quia fiscus loco extranei hæredis habetur, vt Bar. dicit in d.
l. iura libertorum, & in l. 1. C. de bon. liber. & in l. cum qui.
ff. de interd. & relega. Ang. in l. eorum. ff. ad l. Iul. Maie. Ro-
24 ma. consi. 247. primò dici potest col. 1. quū enim † agnatus
non potuisset in præiudicium fideicōmissi alienare, nō po
tuit etiā aliquem actū facere, per quem deueniri posset ad
alienationem iux. gloss. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo.
25 obliga. & † sic non potuit delinquendo efficere, vt res fi-
deicommisso suppositæ ad fiscum peruenirent, & si aliter
diceremus, sequeretur absurdum, quòd in potestate esset
grauati per suum delictum euertere voluntatem testatoris
& priuare substitutos sibi debito fideicom. quod esse non
debet, & ius nostrum sine facto nostro à nobis auelli non
potest. l. ne in potestate. ff. de arbi. l. fina. ff. de pac. l. id quod
nostrum.

nostrũ.ff.de reg.iu.Quid ergo(dicet aliquis)ex hac publica
26 tione fiscus consequetur?respondeo,† q consequetur legitimã debitam filio,in qua filius grauari non potuit l.qm in
27 prioribus.C.de inoffi.testa. & ideò dici solet, q † vbi vniuersa prohibentur alienari per fideicõmissum,alienata cõputantur filio in legitimã, quasi in ea non potuerit aliquod onus,vel grauamen apponi iux.l.Marcellus.§.res,quæ.ff.ad Trebel.& tradit Bal.in l.filiũ,quẽ habentẽ col.10.ver. Vlterius quæritur.C.famil.hercis.Ang.& Moder.in l. in quartã ff.ad l.falci.Alex.cons.3.Viso processu col.2.vers.constat ẽt
28 li.3.quod cõprobatur,quia sicut† ex bonis fideic.subiectis, põt fieri alienatio,vt dos filiæ constituatur Auth. res, quæ. C.cõmu.de lega.& tradit Bar.in l.filiusf.§.diui col.3. versi. quæro vtrũ hic fundus.ff.de leg.1.quia dos dicitur quasi debita filiæ,vt gl.vult in l.mulier.§.cũ proponeret.ff.ad Trebel.eod.modo dicendũ in legitima, vt eã ex rebus fidieco. subiectis detrahere posit,quia legitima est quasi debita filio,vt no.in l.3.C.de iur.& fac.igno.& in l. si quis legatũ. §.
29 fi.ff.de fal.& † dicitur legitima æs alienũ.l.Papinianus. §. si quis impubes.ff.de inoffi.testa.Bal.in l.2.circa fi. C. de libe. præter.& in l.quãquàm.C.ad l.fal.& Alex.in l.si debitor.ff.
30 eo.vnde † sicut testator non põt per prohibitionẽ alienationis creditoribus præiudicare.l.filiusfa.§.diui ibi, sed neque creditoribus,neque fisco fraudi esse ff.de leg.1. Ita nec po-
31 terit filio in legitima præiudicare,& quod † prohibitio alienationis non includat legitimã,tradit Aret.cons.19.Ex facto præsupponitur.2.dub. quia filius non diceretur habere pleno iure legitimã,si liber alienare nõ posset.l. fœminę.§. illud & §.fin.C.de secun.nup. In casu aũt nostro est aliquid amplius, quia non interuenit expressa prohibitio alienatio
32 nis,sed res tñ fideic.subiectę,quo casu clarũ est† res fideic. subiectas posse pro legitima alienari Auth.res quæ C.com
33 mu.de leg.Poterit ẽt fiscus †Trebellianicã detrahere ex psona grauati non obstante d.prohibitione alienationis, vt vult Are.in præfato cons.19.3.dub.& facit vltra eum,quia
34 † Trebellianica,vt ęs alienum debetur, vt Bal.inquit in d.l. quanquã.C.ad l.falc.& põt hæres grauatus fideico.id,quod sibi à defuncto, & eius hæreditate debebatur detrahere. l. ab omnibus.§.fi.ff.de leg.1.l.in imponenda & l.irritũ.C.ad l.falc.glo.in l.Stichũ aũt Pãphilũ. §.aditio in verbo retinet. ff.de solu.Bar.in l.debitor in fi. ff.ad Trebel. Et si diceretur in oppo. q vbi testator prohibet alienationẽ ibi non detrahitur Trebellianica Auth.sed in ea C.ad l.falc. qui tex.licet loquatur in falci. idem tñ est in Trebellianica secundũ Bal. & Sal.ibi,qui dicit hoc esse notabile,& q Aduocati ad hoc cõmuniter non aduertunt,& idẽ vult Ang.in §.si vero expressim col.4.ff.ad l.fal.Are.cons.37.Sequẽdo ordinẽ col.fi.
35 Respondeo q nos † sumus in filijs primi gradus, in quibus testator Trebellianicã prohibere non põt,vt Bal.scribit in l.iubemus.C.ad Trebel.Bal.Pau.de Ca.& Sal. in Auth.sed quum testator C.ad l.fal.Roma.in l.Marcellus.§. res, quæ, & ibi Ias.ff.ad Trebel.& cõmune testator nouissimè Fran.
36 Ripa in l.nemo.põt.ff.de lega.1.& ita † q dispositio Auth. sed in ea,non procedat in filijs primi gradus, tenet Roma. in cons.206.Licet de cõmuni circa fi.Secundo respondeo, q hic nulla facta fuit prohibitio alienationis,sed tantũ per fideicõ.filios adinuicem substituit, quo casu videtur tantũ tacita fuisse prohibitio alienationis,& in hac tacita prohibitione nõ procedit tex.in d.Auth.sed in ea,vt sensit Roma. in præallegato consi.206.versi.fin.& est de mente Bar.in l. Marcellus.§.res,quæ in 1.oppo.ff.ad Trebel. & idem videtur voluisse Ioan.Cro.Doct.moder.in repet.l. filiusfam. §. diui column.7. Ias.in l.fina.§.sed quia post gloss.ibi in verbo posse transferre.C.com.de lega.column. 3. in 7.limita.
37 pro quo facit ratio, quia † fortior est expressa prohibitio testatoris quàm tacita, nã expressa prohibitio testatoris reddit alienationem ipso iure nullam,& alienantem tanquàm indignum repellit à reuocatione rei alienatæ,quorum vtrũque cessat in prohibitione tacita,vt est gl.in l. cum pater in §.libertis in verbo ne alienarent,& ibi Bar.ff.de leg.2.iunctis no.per eundem Bar.in l.seruo legato §.1.ff.de leg.1.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis requisitus ab ecclesiastico, vt eius sententiã exequatur, potest prius de illius iniustitia & iniquitate cognoscere,quam exequi,etiam cum partis citatione,vt & nu. 15.*

2 *Iudex secularis requisitus ab Episcopo vt excommunicationem euitet, debet condemnatum castigare, modo processerit Episcopus iuris ordine seruato, alias secus vt numer. 6.*

3 *Iudex secularis ecclesiastici sententiam tenetur exequi,& e contra,reiectis exeptionibus, prçter quas contra exequutionem possunt admitti,nec potest de iniustitia occulta cognoscere, secus de euidenti, & nullitate quia tunc iudici impune non paretur,vt & nu. 5.8.*

4 *Brachium seculare in iniustis suum auxilium non impertitur, & nu. 10.*

Iudex secularis vbi sibi sententia nulla committitur exequenda,tunc non paret etiam Papæ,vt sub nu. 6.

7 *Sententia nulla exequi non debet, nec sententia dici meretur, & num. 9.*

11 *Iudex,ita litem suam facit in exequendo,sicut iniqua iudicando,& tanto fortius,quãto præiudicium est grauius.*

12 *Appellatio,vtrum sit recipienda,nec ne,statui potest parte absente,quod quomodo intelligatur vide in nu. 28.& sub num. 30.*

13 *Exequutor Apostolicus datus ad prouidendum de beneficio alicui,cum clausula si est idoneus potest ad examen, & huius causæ cognitionem deuenire absq; alicuius partis citatione:intellige vt nu. 25.*

14 *Citatio partis in his,in quibus pars lædi potest,quæ posset cõtradicendo actum impedire,necessario debet præcedere, alias actus non valeret.*

16 *Citatio in executione sententiæ requiritur, quod limita vt nu. 17. & sub nu. 33.*

18 *Citatio in notorijs,& ordo iuris non requiritur.*

19 *Instrumentum vt fidem faciat debet parte præsente vel citata produci.*

20 *Iudex successor licet respectu officij idem cum prædecessore intelligatur,non tamẽ respectu sciẽtiæ: ideò nõ debet parte nõ citata executionẽ facere in his,quę primus poterat*

21 *Causa cognita id fieri dicitur, quod parte præsente fit, vel contumace.*

22 *Bonorum possessio decretalis ex eo decernitur sine partis citatione, quia nullum aduersanti præiudicium fertur, sed præfertur quotiescunque se potiorem ostendit.*

23 *Citatio aduersarij in extraordinarijs & extraiudicialibus non requiritur.*

24 *Decretũ iudicis vbi in extraiudicialibus interponit,vt tũc potest aduersus non citatum interponi.*

26 *Commissio alicui facta de aliquo exequendo non vt iudici, sed vt bono viro,citationem alicuius non requirit.*

27 *Sententia, qua quis damnatur ad certum quid Seio dandũ, si Seiũ probauerit,valet & si nihil fuerit probatum.*

29 *Notorium iuris appellationem non admittit.*

30 *Iudex appellationis non debet respuere appellationem nisi causa cognita,& parte citata,alias à reiectione statim posset appellari.*

31 *Iudicis à quo,summaria cognitio circa appellationem recipiendam non inconuenit, vbi post se iudicis ad quem plenariam expectat.*

32 *Appellationis reiectio licet à primo iudice parte non citata fieri possit,executio tamẽ sentẽtiæ eo modo fieri nequit.*

33 *Executio sententiæ vbi committitur inferiori, inferior tũc non debet de viribus sententiæ à superiori latæ cognoscere tanquam purus essequutor,vt & num. 34.*

35 *Iudex secularis ex quo habet parem cum ecclesiastico potestatem, ideo potest de iniustitia & sententiæ sibi commissę nullitate impune cognoscere.*

36 *Brachium seculare nõ imploratur, nisi vbi contra condemnatum partes ecclesiæ nihil vlterius facere possunt.*

37 *Iudex secularis sententiam Apostolici delegati exequi nõ debet, nisi sibi fidem faciat de delegatione & eius competentia.*

38 *Brachium seculare vbi imploratur per incompetentem delegatum, non debet præstari, tunc delegato tali aliquod ministerium obedientiæ, vel executionis per iudicem à delegato requisitum.*

CONSILIVM. 529.



Vdex ecclesiasticus postquam reum ciuiliter condemnauit, & non parentẽ sententiæ excommunicauit aggrauauit & regrauauit, petit à iudice seculari brachium. Dubitatur an concedere iudex secularis petitum brachiũ debeat, absque eo, ꝙ de nullitate, vel iniquitate sententię per ecclesiasticum latæ cognoscat. In qua dubi
1 tatione † concludo, ꝙ potest cognoscere, prout inferius declarabitur. Nam licet Inno. in ca. 1. de offic. ordi. velit, ꝙ si
2 Episcopus † in iudicio condemnatum petat per Regem castigari, Rex debet hoc facere, & nisi faciat est excommunicatus cap. administratores. 23. q. 5. nec est eius inquirere, an sit iusta sententia nec ne, & sequitur Archidia. in d. c. administratores faciens mentionem de Innoc. hoc etiam videtur sentire Spec. in tit. de execu. senten. §. nunc dicendum col. 3. vers. hoc etiam no. quòd iudex, vbi dicit, quòd iudex
3 † secularis exequitur sententiam ecclesiastici & è contra, & de hoc remittit se ad not. per Inno. in d. ca. 1. Attamen Anto. de But. in d. cap. 1. relata opin. Inno. vult, quòd in iudicialibus, vbi agitur de causa ciuili, iudex secularis contra sentẽtiam non admittat exceptiones, nisi eas, quas alius executor potest admittere, quæ autem sint illæ exceptiones, remittit se ad not. in cap. pastoralis. §. præterea de offic. deleg. & in cap. de cætero de re iudi. Istud declarat ibi latius Imo. dicens quòd vbi lata est in ciuili sententia, iudex secularis, vel alius, si obijciatur aliquid contra sententiam, non poterit de hoc cognoscere, vt possit sub tali obiectione pronunciare, sed bene posset se informare, vt referat illi, qui sententiauit, si forte obijciatur exceptio, quę sui natura consueuit impedire executionem, de quo se remittit ad not. in d. cap. pastoralis & per Bar. in l. à diuo Pio in princ. ff. de re iudi. Idem dicit Oldra. cons. 89. Episcopus inuocat, vbi dicit,
4 ꝙ † non debet brachium seculare in iniustis suum auxiliũ impertiri, quia debet iuuare ad ea, quę sunt Deo placita exequendo, non ad præiudicandum ca. 1. de offic. ordina. ideò tanquàm suum auxilium impertiatur, debet aliqualiter examinare, an iustum sit præceptum cap. administratores. 23. q. 5. l. de iure. ff. ad municip. l. si coloni. C. de agric. & cẽsi. lib. 11. Idem dicit Fede. de Sen. consi. 251. Casus talis est Iacobus de Cremona, propè fin. & consil. 163. Super inuocatio
5 ne in fin. vbi dicit, † ꝙ, si nullitas vel iniquitas est in euidenti, tunc impune iudici non paretur, sed si esset latens & occulta, tunc in dubio dicit esse obediendum, idem sequitur Petr. de Anch. consi. 382. Retento ordine dubiorũ, in quarto dub. & in cap. ea quæ, q. 10. de reg. iur. in 6. vbi facit mentionem formaliter de verbis Oldra. superius relatis, & con
6 cludit, ꝙ † iudex secularis non debet obedire ecclesiastico, nisi processerit seruato iuris ordine, & ꝙ si sciat, vel vehementer suspicetur sententiam iniustam, non exequatur, & subdit hoc maxime procedere, vbi euidens nullitas, vel iniquitas apparet ex inspectione actorum, & dicit etiá, ibi ꝙ vbi sententia est nulla, vel iniqua non paret iudex secularis etiam Papæ quando de rescriptis. In eandem sententiam transit And. de Iser. in c. 1. col. pen. versi. sed quid si tunc iudex, de contro. in Vasallum & ali. vbi loquẽs de brachio seculari inuocato, si brachium sciat sententiam nullam vel iniustam, an exequatur vel assistat concludit post Inn. quem allegat, ꝙ vbi lata est sententia in ciuili, sicut iudex, qui cognouit, haberet supersedere per obiectum exceptionis cõtra executionem, sic & iudex par, vel requisitus vt assistat, vel exequatur, & eodem modo si dicatur sententia nulla, quia vel à non suo iudice, vel non more & ritè dicta, pro
7 pterea, ꝙ † sententia nulla non datur executioni. l. si feriatis. ff. de fer. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. Prædicta ẽt sunt de mente Ange. in consi. 276. Punctus est talis statuto
8 ciuitatis colum. 2. vbi inquit, ꝙ † quo ad executionem sentẽtiarum potestas ecclesiastica & secularis sunt pares, quia sicut iudices seculares tenentur auxiliari ecclesiasticis in eorum sententijs exequendis, sic & ecclesiastici secularibus, vt planè not. per Inno. & Io. And. in c. 1. de off. ordi. Quòd si sententia est aliqua, nullus prædictorum, cuius auxilium imploratur, de iustitia vel iniustitia occulta habet inquirere vel cognoscere: bene autem potest cognoscere de nullita
9 te, quia † si est nulla ipso iure, tunc non est sententia. l. 4. §. condemnatum ff. de re iudi. vnde tunc daretur potius auxiliũ actui extraiudiciali, quod fieri non debet, quando actus extraiudicialis est iniustus, vt ibi no. per eos. Sẽtit igitur ibi
10 Ang. ꝙ vbi † sententia est euidenter nulla vel iniqua, non debet brachium seculare suum auxiliũ porrigere, quod expresse ibi explicat Ang. in fi. vbi subdit notab. verba, videli
11 cet, quòd † ita facit litem suá iudex iniqua exequendo, sicut iniqua iudicãdo, & tanto fortius, quãto præiudiciũ quod infert est grauius, quũ per executionem realiter inferatur, & per iniquam sententiam solùm verbaliter. Sed hic insurgit scrupulus, quia non intendit petens brachium seculare, vt brachiũ citet ad contradicendũ partem aduersam. Nã licet Doc. in preallegatis locis requirant examẽ, & causæ cognitionẽ: tñ istud examen & causę cognitio nõ requirit, vt pars citetur, tanquã simus in cõtradictorio iudicio, sed satis est, ꝙ iudex se informet ꝑ inspectionem actorũ vtrũ contineant euidentẽ iniustitiã, & nullitatẽ: non. n. bona est consequentia, requirit causę cognitio, ergo, & partis citatio requiritur, qa iudex à se ipso pót inspectis actis exhibitis cognoscer. l. sed si lege. §. prætor ait, ibi & totũ cã cognita debet facere ff. de in ius vocan. vbi Bal. specificè inquit, ꝙ licet tex. dicat causa cognita, nõ tamen pars est vocanda. Ad idem text. in l. cum hi in princ. ibi prætoris notio, & in §. si prætor, ibi prætori res querenda. ff. de transac. Ad idem adducitur tex. in l. 3. §. si causa cognita. ff. de bono. possess. iuncta glo. ibi in verbo pro tribunali, vbi Bar. expresse dicit, quòd dicitur ibi causa cognosci, si iudex se informet, non quòd pars sit vocanda, ad idem tex. in l. magis puto. §. ne passim ibi hoc exequtere, & ibi item requirat, & ibi idem prætor æstimare debebit. ff. de reb. eo. facit etiam text. in l. 1. ff. nil. noua appel. pen. ibi quoad deliberetur, per quem tex. dicit Ioan. And. in capi. pastoralis colum. 3. versi. Illud autem notandum, de
12 off. deleg. quòd † vtrum appellatio sit recipienda nec ne potest statui parte absente. Postremo adducitur Bald. in l. neque natales colum. fin. versi. Sed nunquid in ista. C. de pro
13 ba. concludens, quòd † executor Apostolicus datus ad prouidendum de beneficio alicui cum clausula, si est idoneus licet propter conditionem appositam in rescripto teneatur adhibere causæ cognitionem super idoneitate, tamen in ista examinatione aliquis citari non debet de necessitate. Idem, & multo magis dicẽdum in casu nostro, & si aliqua causę cognitio requiratur in executione, non sit necessaria partis citatio: nam posito etiam quòd sit aliquod in sententia grauamen, iudex est ille primus, qui grauauit, non is, qui rem sibi mandatam exequitur. Contraria opin. videtur verior, quòd brachium seculare citare debeat partem aduer
14 sam, per vulga. reg. quòd † vbi pars lędi potest, & posset pręsens contradicendo actũ impedire citari debet c. 1. de cau. poss. & propter. l. de vno quoq;. ff. de re iud. l. nam ita diuus. ff. de adopt. l. in cõcedẽdo. ff. de aq. plu. arcẽ. l. fi. C. si per vim vel

vel ali.mo.vbi Imperator inquit, ꝙ partium assertione merita causarum panduntur, quod procedit etiam in notorijs, modo aliqua tergiuersatione celari, & defendi possint, glo. in cap.1.in verbo conseruatores de offic. deleg. in.6.glo.& doct.in cap. ad nostram il 2.de iureiu. & in ca.cum olim de re iud. procedit etiam si quęstio esset iuris: nam tunc etiam pars debet citari: nam licet quæstio iuris probatione, non indigeat,tamen requiritur tūc citatio, quia forsitan absenti competit aliqua defensio ad offuscationē illius iuris, vel forte allegat consuetudinem, vel priuilegium, vel quid simile, ita Abb.inquit in cap.sæpe super gl.in verbo iuris de appel.
15 sic ergo videtur, ꝙ † brachium citare debeat partem, quia forsitan ostendet nullitatem vel iniustitiam euidentem,vel etiam poterit ostendere iudices datos,vel ipsum brachium fuisse per falsas literas obtentum, quo casu executio cessare debet,cap.super eo de cri.fals.Moueor etiam,quia Anto.de Butr.& Imol.in d.cap.de off.ordi.dicunt, ꝙ admittere debet exceptiones,quę contra executionem admitti possunt: sed in istis est nullitas, quæ in cōtinenti probari.l.4.§.condemnatum cum ibi no.ff.de re iud. & eodem modo iniustitia notoria,quæ æquiparatur nullitati ca.inter cæteras de re iud.ergo citari debet aduersarius attento,ꝙ illi defensio potest competere,& subdunt præfati Doc. quod procedit,si-
16 cut alius ordinarius solet,cuius auxiliū imploratur,sed † executor citat partem etiam,quòd debeat fieri executio in eadem specie, in qua lata est sententia, vbi non est ille,qui tulit sententiam, sed persona noua, puta quia sit primi iudicis successor,coram quo non fuit processus agitatus,vt Bal.scribit in.l.ordo colum.pen.versi.Nota ex hac.l.C.de execu.rei iudi.& in.l.tale pactum.§.qui prouocauit in repe.q.10.ff.de pac.& præclare ponit Ange. in repet.l.1.colum.14.in duobus locis.C.de iud.vbi latè ponit quando in executione sen-
17 tentiæ requiratur citatio,sed quantum † ad propositum attinet,concludit,ꝙ vbi executio sententiæ petitur ab eo,qui illam tulit super repetita, & à sententia non sit appellatum, vel sit appellatum in casibus,quibus nō licet, vel renunciatum sit appellationi, tunc iudex procedit ad executionem sine citatione, quia tunc iudici constat per acta sententiam debere executioni mandari, & sic procedit tūc, vt ex quo-
18 dam notorio, & in † notorijs nō requiritur citatio, nec ordo iuris.l.1.C.qui & aduer.quos, cap.cum in tua, qui matri. accus.pos.sin autem sit alius iudex,quàm is, qui tulit sententiam, tunc requiritur citatio, etiam ꝙ executio fieri postuletur in repetita vel contra ipsum condemnatum, quia non cōstat ei,vt iudici de veritate sententię,nec de viribus eius,
19 licet acta videat. Nam † instrumenta,vt fidem faciant,debent produci parte præsente vel citata.l.properādum.§.sin autem in medio.C.de iudi.& vult hoc etiā ibi per hoc Ange. ꝙ si præcessor in officio dederit licentiam capiendi debitorem,non procedet successor ad capturam si ei di. licentia ostendatur,quia non constat ei, vt iudici de concessione d.licentiæ, nisi pars citetur. Ex prædictis apparet malè loquutum Fulgo.consi.183.Circa primū consultationis articulum videretur.2.dub.in fi.vbi vult,ꝙ successor in officio potest parte nō citata facere executionem in re petita, quā
20 primus poterat,quia † idem iudex intelligitur.l.proponebatur,& l.mortuo.ff.de iudic. nam respondetur, quòd licet sit idem respectu officij,non tamen scientię: nam alteri absq; citatione constat de veritate & viribus sententiæ,quòd nō est in altero. Redeundo ad propositum potest is, à quo petitur auxilium brachij, quū sit diuersus iudex, dicere quod non cōstat sibi de veritate sententiarum,nec etiam brachij concessi,nisi parte citata. Accedat,quia,vt omnes dicunt requiritur causæ cognitio, & examen saltem breue, & sum-
21 marium,& † dicitur fieri causa cognita, quod fit parte præsente vel contumace.l.in causæ la.1.§. causæautē cognita.ff. de mino. Nec aliquid faciunt adducta in oppo.dum dicitur quod vbi requiritur causæ cognitio, ibi sufficit ꝙ à se ipso iudex se informet,quia imò requiritur regulariter partis citatio: Non obstat,id,quod habetur in d.l.sed si hac.§.prætor ait.ff.de in ius vocan. quia Bal.ibi tollit obiectum, dum dicit,quòd in illa causæ cognitione nō est pars citanda,quia ante citationem illa causæ cognitio debet pręmitti,& subdit ad hoc etiam facere text. in.l.3.§. si causa cognita.ff. de bon.possess. Non obstat, text. in l.cum hi in prin. & in.§.si prætor.ff. de transact. & in l.magis puto.§. ne passim.ff. de reb. eo. quia respondeo, ꝙ immo in casu d. iurium necesse est aliquos citari, licet non sit ibi iudicium ita Bald. dicit ibi expresse in repet.l.nec quicquam.§. vbi decretū circa prin. ff.de off.procon.& leg. vbi etiam vocat hanc iurisdictionē, quam tunc exercet prætor,mediam idest quæ medium tenet inter iurisdictionem voluntariā,& contentiosam. Non obstat tex. in d.l.3.§. si causa cognita de bono. possess. quia
22 solutio colligitur ex his,quæ ibi dicit Bart.vbi † vult, quòd illa bonorū possessio,quæ appellatur decretalis, requirit tantum copiam iudicis, qui causam cognoscit se informando, vtrum ille sit filius, vel talis, qui admitti ad bonorū possessionem possit, præsentiam autem aduersarij non requirit, quia tribuit tantum ius petenti,sed aduersario nullum affert præiudicium neq; in proprietate neque in possessione,quia quandocunque veniet præfertur si ostenderit se potiorem: Aliter soluit Bal.in d.l.nec quicquam.§.vbi decretum,ꝙ ille tex.loquitur in iurisdictione voluntaria,vbi nemo est citandus l.ab ea parte.ff. de probat. Aliter etiam soluit Bal. in d.§.vbi decretum circa quartam col.ꝙ ideò ibi non requiritur citatio, quia illa bonorum possessio nō requirebat disceptationem causæ præcedentem,quod etiam sensit Bald. in d. l. sed si hac l.§. prætor ait.ff. de in ius vocan. & in l. ea, quæ colum.2.versi. vltimo not. quòd quædam.C. quomo. & quan. Iud. Potest etiam dici secundum Bart. in d.l.3.§.si causa cognita colum.2. versi. pro modo non recederem,ꝙ
23 ideò † ibi nō requiritur citatio,quia sumus in extraiudicialibus,& extraordinarijs, in quibus proceditur sine figura iudicij, & ita etiam text. in d.l.3.§. si causa cognita, intelligit Bald in l.neq; natales colum.pen.versic. sed nunquid in ista
24 C.de proba. de quo statim faciam mentionem. Et ꝙ † vbi interponitur decretum in extraiudicialibus possit aduersus absentes interponi,vult gl.& ibi Bar. in l.recusare per illum tex.ff.ad Trebel. pro quo etiam est bona gl. in l.si eum seruum.§.fin.in verbo vocari.ff.de fideicom. liber.Securiores tamen arbitror superiores responsiones. Non obstat, quod Bald.scribit in l.neq; natales col.fin.C.de proba.vbi vult,ꝙ
25 † si Papa committat alicui,vt prouideat de beneficio, si est idoneus, ꝙ executor in ista examinatione neminem citabit,nam Bal. ibi dicit hoc procedere, quia officiū talis executoris est extraiudiciale, item quia intelligitur in illo actu data libertas seruata certa forma, & in actu libero nō requi-
26 ritur alicuius citatio: Potest † etiam melius dici,ꝙ illa clausula,si est idoneus,non sonat in conditionem, sed in monitionem,quia exprimitur id,quod tacitè inerat, & videtur illud sibi commissum non, vt iudici, sed vt bono viro, vt est gl.plena,in Cle.1.in verbo reperierint de offi. deleg. & tradit Inno.& ibi post eum alij in c.dudum de præsump.Bart. in l.muto.§.1.ff.de tutel. Bald.in l.non dubium col.5. versi. iuxta hoc quæro.C.de ll.& in l.certum colu.2.C.vnde legi. & in l.2.vers.extra quæro.C.quan.prou.nō est neces. Abb. in cap.1.col.pen.de re iudi.pro quo facit,quod voluit Inno.
27 in c.prudentiam de off.deleg.dicens,quòd † si mandat Pontifex cōdemnari Titium in 10.Seio,si Seius probauerit illa sibi deberi,valebit sententia condemnatoria, etiam si nihil fuerit probatū, quia illa verba, si probauerit sonant in monitionem,& non in conditionem,& illud dictum Inno.sequitur Bal.in l.prescriptione colum.3.C.si cont.ius vel vtil. publ. Non obstat postremo,quod Ioan. And.in d.c..pasto-
28 ralis in prin.de off.deleg.post Inno.dicit,quòd † vtrum appellatio sit recipienda vel non, potest iudex statuere etiam parte absente l.chirographis.§.fin.ff.de admin.tut.l.si cuius ff.de appell.recipien.l.1.ff.nil. noua appel. pen. Respondeo, quòd Inno.in d.cap.pastoralis in verbo suspendatur, & qui eum sequitur Ioan.Andr. loquuntur in Iudice à quo, prout ex verbis eorū colligitur, & patet etiam ex iuribus per eos allegatis,vnde volunt, quòd parte etiā absente possit reijci:

hinc

hinc quærit ibi Inno. quũ cognitio ista, an appellatio sit recipiēda nec ne, pertineat ad iudicem appellationis l. chirographis. §. fin. ff. de admin. tut. l. à proconsulibus. C. de appel. l. 1. ff. nil no. appe. pen. quomodo potest esse certũ eam non recipiendam. Respondet non fieri notum per causæ cognitionem, sed per euidentiam facti, super quo iudicatum est, vel quia ibi appellatio prohibet à iure, vel quia causam non assignat ante sententiam, & sic in omnibus his potest dici
29 † notoriũ iuris, vel quia non exprimit causam appellationis in casibus, in quibus appellatio est prohibita de iure, vel qa causa fuerat cõmissa appellatione remota: vnde subdit ibi Inno. ꝙ hęc cognitio potest fieri parte absente, quod intelligendum est in casibus supradictis, vbi versatur notorium iuris, loquitur enim Innò. per verbum, quòd Iudex potest non autem, quod teneatur. Præter ea contra Inno. videtur glos. in l. 1. in verbo summatim. C. quo. appel. non recip. vbi dicit, quod vtrũ appellatio sit recipienda nec ne debet plene cognosci. Ex quo infert ibi Bar. quòd † iudex non debet
30 respuere appellationem, nisi causa cognita, & sic debet fieri partibus citatis & vocatis, vt in l. in causæ. §. causa cognita, ff. de mino. & propter hoc si Iudex respuat appellationem, potest incontinenti ab ista reiectione appellare, nisi dicamus, quòd gl. & Bart. ibi loquuntur in iudice appellationis, qui vtrum appellatio sit recipienda vel non, debet plenè cognoscere parte vocata, & ita intelligit ibi Ange. & Sali. ibi etiã ita distinguit, vt Iudex à quo summa cognoscat. l. si appellationem. C. de appella. Iudex autem ad quem plenè, vt ibi habetur, & placet hæc distinctio, quia cognitio Iudicis à quò est modici pręiudicij quũ Iudex appellationis sit ille, ad quem huiusmodi cognitio pertineat, vt etiam Inn. dicit, & probatur in d. l. chirographis in. §. si vbi Bart. & Bal. not.
31 nec † inconuenit, ꝙ summaria sit cognitio, vbi post se expectat plenariam, vt Bar. dicit in l. 1. §. fin. ff. de præt. stipul. vbi ad hoc etiam allegat text. in l. 3. §. si causa cognita. ff. de bo. posse. idem dicit Barto. in extrauag. ad reprimen. in verbo summariè Bald. Pau. de Cast. & Sali. in l. iudices. C. de iudi.
32 cum concordan. ibi adductis per Alex. & re † vera reiectio appellationis primi Iudicis est modici immo nullius pręiudicij: non enim nocet, quũ interim omnia in eodem statu seruētur. l. appellatione interposita. C. de appel. l. 1. ff. nil nou. appell. pen. l. si quis filio. §. hi autem & ibi Bart. & Bal. not. ff. de iniust. rup. tradit Spec. in titu. de appella. §. nunc dicamus circa prin. quare non potest ex hoc casu, qui nullum vel modicum infert præiudicium, inferri ad executionem facti, in quo aliquis priuatur in perpetuum sua possessione iuxt. l. qui restituere. ff. de rei vendica. His iam scriptis reperi in allegationibus actoris petentis brachiũ concedi, quod debet brachium concedi absque citatione: quum iam sit cognitũ per primum Iudicem de exceptionibus competentibus cõtra exequutionem: vbi enim est cognitum, nihil iam superest agendum, allegatur ad hoc Imo. in d. c. prudentiam. §. quia vero col. 3. vers. interdum autem committitur de off. deleg. & Abb. ibi col. 4. vers. & idem dico de sexto, & vltimo post Bart. in l. à diuo Pio col. 3. ff. de re iudi. Sed facilis est resolu-
33 tio, quia pręfati docto. loquuntur in iudice, qui † vbi cognouit de executione sententiæ, committit deinde executionē nudi facti nuntio, qui quũ sit purus executor non habet cognoscere, sed tantum exequi l. executorem & l. si vt proponis. C. de execu. rei iud. Nos autem sumus in iudice seculari, cuius brachium imploratur, qui nõ est purus, sed mixtus executor, quum debeat aliqualem præmittere causæ cognitionem & examen, ne forsitan ecclesiastico sit adiutor non
34 ad bonum, sed ad malum. Item præfati Doct. † loquuntur quando cõmittitur exequutio inferiori, quia non debet ille cognoscere de viribus sententiæ, quam tulit superior. d. ca.
35 pastoralis. §. quia vero. Sed † iudex secularis parem habet cum ecclesiastico potestatem c. duo, & c. cum ad verũ 96. distin. ideò potest de iniustitia aperta, & nullitate cognoscere, vt declarant Anto. de But. & Imo. in d. c. 1. de offi. ordin. & latius supra est dictum. Et si aliter diceremus, sequeretur
36 absurdum, nam † brachium seculare non potest inuocari, nisi quis prius fuerit excommunicatus grauatus & regrauatus, & ille effectus esset incorrigibilis, adeò, ꝙ ecclesia non habeat vlterius quid faciat c. cũ nõ ab homine, & ibi Abb. de iudi. tradit Oldra. d. consi. 89. Episcopus inuocat circa fi. & Fede. de Sen. consi. 251. Iacobus de Cremona col. fin. vbi ponderant iura, quæ loquuntur per verba si opus fuerit, vel si necesse erit, ergo hoc stante nunquam posset is, cuius imploratur brachium, cognoscere, quia semper obstaret ei, ꝙ ecclesia iam cognouit super executione, procedēdo etiam ad censuras, cuius tamen contrarium dicunt Doc. antea al-
37 legati. Non omitto etiam, quòd † iudex secularis nõ debet exequi sentētiam Apostolici delegati, nisi sibi fidem faciat de delegatione, & sic de sua competentia, vt probatur in l. in criminali. C. de iurisdic. omn. iudi. vbi puniuntur iudices exequentes sententias iudicum incompetentium, & sub-
38 dunt ibi in proposito Bald. & Sali. quod † cautus debet esse iudex secularis à quo per delegatum imploratur brachium seculare, vt videat an sit ille iudex competens nec ne, nam si erit incompetens nõ debet pręstare sibi ministerium alicuius obedientiæ vel executionis.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca in prædijs constituta tunc sublata censetur, vbi creditor alienandi potestatem debitori dedit, vel alienationi iam factæ consensit.*

2 *Fideicommissum tunc inter fratres censetur remissum, vbi inter eos in instrumento diuisionis vsi sunt clausulis, concesserunt inuicem dictas res ad habendum tenendũ vendendum & alienandum, &c. & quæ bona vnus alteri, & alter alteri in partem obuenta concessit pro se & quibus dederit. vt nu. 3.*

4 *Fideicommissum difficilioris est remissionis, quàm pignus.*

5 *Obligatio bonorũ generalis licet includat pecuniam ab alio acceptam, tamen eam, quæ ab ipso creditore accipitur, nõ includit.*

6 *Notariorum verba in cõtractibus executiuis apposita, deliberatam mentem contrahentium effugiunt, & principalem non augent dispositionem.*

7 *Alienationis facultas vbi datur etiam simpliciter, semper liberè concessa censetur, & nu 9.*

8 *Verba pro libito voluntatis idem important, quod liberè, sic etiam verba absq; contradictione, & oppositione.*

10 *Verbum liberè excludit omnem iuris diminutionem, propter quam quis inquietari & molestari possit.*

11 *Cessio facta à laicis in ecclesiasticos cum pecuniæ interuentu, est nulla, tanquam simulata.*

12 *Clerici ab illicita negatione in mercando, emendo & vendendo forma non mutata, consistenti prohibentur.*

13 *Clericus negotiator tanquam pestis est fugiendus.*

Clerici, quum lites materiam criminibus præstare dicantur, alienas non debent suscipere lites quæstus sui causa.

CONSILIVM. 530.



ONSVLTVS aliàs respõdi pro D. Federico Asinario contra Abbatem de Montilio super quibusdã predijs Fraxineti, in quibus inter partes vertebatur controuersia, vt apparet cõsi. 474. impresso, quod exhibetur in iudicio, & ad corroborationem, quæ ibi dicta sunt, inferiora subijcienda putaui. Nam dum ibi dico, ꝙ d. prædia fuerunt relaxata d. Matthæo, ita & taliter, quòd de eis possit disponere, & alienare, contrahere, testari pro libito voluntatis, absq; aliqua contradictione consensu oppositione, &c. Videtur fuisse de mente partium, quòd d. prædia non essent obligata aliquo nexu pignoris, nam si antea
1 † fuisset constituta hypotheca in d. prædijs & creditor dedisset

disset potentiam alienandi seu consensisset alienationi, ex hoc censeretur hypotheca sublata.l.2.& l.fi.C. de remiss.pignor.l. si debitor.§. si in venditione &.l.sicut.§. venditionis cum multis.§§.sequen.ff.quib.mod.pign. vel hypothe.soluto multo magis per licentiam alienandi datam in eodem contractu impediri ne constituatur, quum facilius impediatur actionem nasci,quàm nata tollatur.l. patre furioso.ff.de his,qui sunt sui vel ali.iu.l.1.§.casum.ff.de postul.& allegaui etiam Alex.in terminis consi.12. Viso themate antescripto lib.2.prout in præfato consi.latius sum prosequutus. Addo nunc pro confirmatione prædictorum Bar.in.l.qui Romæ
2 §.duo fratres.8.q.ff.de verb.oblig. vbi vult,quòd † si instrumento diuisionis inter fratres fuerit dictum,ꝙ concesserũt inuicem d.res ad habendum,tenendum,vendendũ,& alienandum, &c. videtur per illa verba ius fideicomm. remissum, adeò, ꝙ sequuta alienatione, non poterit emptor in-
3 quietari,& sequitur ibi Ang.in rep.q.6.addens † idem esse, si dictum fuerit,quòd vnus alteri,& alter alteri bona in partem obuenta concessit pro se & quibus dederit: nam tunc etiã videtur data potestas alienãdi, & remissum fideicommissum cap.1.de feu.non hab.prop.nat. feu. & cum prædictis transit ibi Alex.char.pen.& consi.8. Viso themate li.5. & Fran.de Curt. cons.63. Antiquissima & nobilissima col.
4 pen. Si igitur † per alienandi licentiam censetur remissum fideicommissum, multo magis censeri debet remissum pignus,quia facilius remittitur pignus, quàm fideicõmissum, vt ipsemet Bar.dicit in d.§.duo fratres 4.oppo.Confirmantur etiam ex eo,quod Bal. scribit in l.cum tabernam.§.fi.ff.
5 de pign.vbi vult, quòd † licet in generali obligatione bonorum veniat pecunia,quam ab alio accepi,per illum tex.non tamen illa, quam ab ipsomet accipio creditore,quia accipio illam,vt possim liberè explicare mea negotia,& sic non est verisimile,quòd eam obligem,vult ergò ibi Bald.ꝙ vbi est de mente partium,quòd id,quod venit in cõtractu,alienari possit, non venit in obligatione. In casu autem nostro fuit data expressa licentia alienãdi, & fuit hoc actum specifice:
6 nam † si fuisset positum in executiuis, contractus, quia illa verba sunt notariorum, & effugiunt deliberatam mentem loquentiũ, nec augent principalem dispositionem iux. tex. vulga. in Cle.1.de præben.aliud sentirem & dicerem.Non obstat,ꝙ licet fuerit concessa alienatio, nõ tamen concessum fuit, quòd liberè possit alienari, quia respondi antea in
7 consilio, ꝙ nõ fuit necesse hoc dici, quum † de natura alienationis sit,vt res liberè alienentur, vt Bald. inquit in l.2.C. de remiss.pign.Addo nunc gl.in l.cum venderes.ff.de contrah. empt. quæ dicit, ꝙ res debet præstari libera etiam, ꝙ non sit dictum l.in venditione.ff. de actio. empt.l.pen.ff.de euic.& dicit Bald. in.l.ex prædijs.C. de euic. quòd si vendo rem simpliciter,intelligitur vendita tanquam libera,& nemini obligata, & si est obligata potest agi, vt liberetur, & idem Bald.in l.ex conuentione versic.concludo ergo.C.de pac.dicit ꝙ res debet tradi libera,vt euinci non possit,& in effectu idem tradit Bal. in l.qui rem.C. de euic.& in l.fi.versic.sed pone quidã nobilis.C.de pac.in.emp.& vend.& in l. quoniam liberũ.C. de compen. Imò in casu nostro potest
8 dici illud fuisse dictũ ponderando † illa verba pro libito voluntatis,quod idem est, quòd libere l.fideicõmissaria libertas.ff.de fideicõmissaria libertate,& tradit Bar.in l.alio hærede col.4. versic. Item dicit testator.ff. de alimen. & ciba. leg. Ponderando etiam absq; contradictione,oppositione, consensu transigentium, quæ etiam idem important quod liberè, vt no.Archi.in cap.cum Episcopus de off.ordi.lib.6. & in ca.1.de supplen. negli.præla.lib.6. vbi vtroq; loco exponit verbum liberè ibi positum, idest sine cõtradictione, refert & sequitur Alex.consi.214. Ponderatis verbis col.2.
9 lib.6. Siue igitur dicamus, ꝙ concessa † simpliciter alienatione de eius natura sit, quòd intelligatur liberè cõcessa, siue quòd hoc expressum sit per æquipollentia verba, nõ potest esse dubium,quin res concessa sit libera ab hypotheca:
10 tum per ea,quæ deducta sunt, tum quia hoc † verbũ liberè excludit omnem iuris diminutionẽ, propter quã inquietari quis & molestari possit. per ea,quæ no. Bart.in l.Meuius.§ fundo col.3.versi.sed quero ponè.ff.de leg.2.& facit etiam. quod Alex. scribit consi.96. Consideratis, quę in processu, lib.5.vbi vult,quòd non dicatur quid fieri liberè,nisi fiat,ꝙ non possit dari impedimentum seu inquietatio.

Verissima est etiam conclusio, quam antea habui in fin.
11 consilij,quòd † cessio facta à laicis in præfatum D. Abbatem interuentu pecuniæ est nulla,& vltra allegata ibidẽ adduco Bart.in tract.de differentia vtriusq; iuris col.5.vbi dicit,quòd iure canonico si clericus cessionem recipiat, præsumitur simulata c.ex parte de alien.iudi.mut.cau.fac.clerici enim ab illicita negotiatione prohibentur c. clerici & c. canonum 14.q.3.& c. fornicari 88.distin. quod de iure ciuili nõ inuenitur,nisi aliter doceatur simulata l.per diuersas, & l.ab Anastio.C.manda.l.militem.C. de proc.de hac differentia inter ius canonicum & ciuile meminit etiam Cin.in l.qui stipendia.C.de procur.& in d.l.per diuersas q.6.Bar. in l.1.in fi.ff.de alie.iudi.mut.cau.fac. licet de ea (vt mihi videtur) loquantur imperfectè & quòd clerico nõ liceat pretio acquirere cessionem, vult etiam vltra alios, quos antea allegaui Card. & immo in cap.2.de alien.iudi.mutan. caus. fac.
12 est † enim clericis interdicta negotiatio,quę cõsistit in mercando,emendo, & vendendo non mutata forma, vt Abb. scribit in c.fin.de vit.& honest.cler. Card.in Clem.fi.col.2. de censib. & ratio est, quia talis negotiatio non fit, vt plurimum sine mendacijs & fraudibus, ideò numeratur inter negotia periculosa, quæ sine peccato expediri vix possunt, c.qualitas de pœnite.distin.5.c.falsas ea.distin.glo.in c.qualis 26.distin.facit bon.tex.in c.fornicari 83. distin. vbi Augustinus dicit Fornicari semper hominibus nõ licet, negotiari aliquando licet, aliquãdo non: Ante quàm enim quis sit ecclesiasticus,negotiari licet,facto iam non licet, & in c.
13 negotiatiorem ea. dist. dicit Hieronymus † negotiatorem clericum tanquam pestem fugiendum esse: nullam autem video turpiorem esse negotiationẽ,quàm litium:hinc inter negotia secularia clericis interdicta enumeratur cõtentiones & lites & rixas amare, vt habetur in cap.1. ne cleri. vel mona.& ibi gl. in verbo lites dicit, quòd hoc ideò ibi dici-
14 tur,quia † lites materiã criminibus pręstare dicuntur l.properandum in prin.C.de iudi.tantũ autem abest, vt debeant clerici alienas lites suscipere quęstus sui gratia, vt magis expediat eorum officio lites inter se habentes componere,& ad concordiam reuocare, vt dicitur in c.placuit 90.distinc. Et ita in præmissis concludo.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non alienando, vt in casu cõtrauentionis retransferatur dominium,constitutum requirit.*

2 *Alienatio vbi ex conuentione prohibetur,vt impediatur dominium in emptorem,& fiat retranslatio dominij,necessaria est cautela, quod in casu cõtrauentionis dominium reuertatur, & alienans constituat ex nunc se pro paciscente possidere.*

3 *Verba quando sunt tituli resolutiua,operantur,ipso iure retranslationem dominij adeò, quòd faciunt cõpetere actionem in rem,quæ non datur,nisi domino.*

4 *Legati dominium sicut sine traditione transfertur, ita etiã transfertur vbi legatum resoluitur.*

5 *Hypotheca vbi super prædijs specialiter est constituta inter aliquos per pactum de non alienando,quæ postea fuerunt alienata ab aliquo,tunc reliqui, seu eorum descendentes d prædia per hypothecariam à quocunque extraneo possunt aduocare. præhabita tamen principalis discussione.*

6 *Excussio bonorum debitoris in iudicio contra tertiũ possessorem intentato facta: sufficit ad probandũ debitorem non esse soluendo.*

7 *Emptor, licet ante traditionem non fiat dominus, vt dominus tamen efficitur,potest vacantem possessionem virtute sui tituli apprehendere.*

8 Titulus

8 *Titulus, vbi est alicui concessus, videtur & ei concessa facultas acquirendi à cōcedente, vel ab alio quocunq; possessionem. & ad dominium vel quasi acquirendum satis est ab vno titulum, & ab alio possessionem habere.*

9 *Pactum de non alienando, non valet sine rei prohibitæ alienari traditione. fallit si stipulatio per verba resolutiua contractus fuerit interposita, vel specialis hypotheca super re alienari prohibita sit constituta.*

10 *Pactum de non alienando per verba contractus resolutiua inter aliquos initum, dominij translationem in aliū impedit, quanquam à contrafaciente in vocatum transfert absque alia traditione. vt & nu. 11.*

12 *Hypothecariæ in iudicio cōueniri etiam possessor extraneus potest, vt rem remittat.*

13 *Verborum expressio generaliter à legistis prolata, si in vna tantum re potest specificari, perinde habetur ac si esset nominatim facta, & num. 15.*

14 *Appellatio ab interlocutoria interposita, licet requirat causam nominatim exprimi, tamen si dicatur, grauastis me, vt constat ex tali parte actorum, sufficit, absque alia speciali causæ expressione.*

16 *Hypothecaria generali agenti remittēda est possessio pro suo interesse, donec scilicet sit consequutus æstimationem repetitæ cum fructibus.*

17 *Iuramentum in actu interpositū operatur vt quis possit pro absente stipulari.*

18 *Descendentes & liberi vbi sunt uocati veniunt, etiam quod non sint hæredes & nu. 21.*

19 *Obligat & hæredes, qui se ad aliquid dandum vel faciendum obligat.*

20 *Hæres in casu prohibitæ alienationis, non alienata per defunctum reuocare, sed factum eius approbare debet, secus descendentes.*

22 *Inuentarij confectio hæredi non prodest, nisi vbi hæreditas non est soluendo.*

23 *Instrumentum non probat in eo contenta, nisi contra rogantem.*

24 *Descendentium appellatione veniunt omnes in infinitum.*

25 *Descendentium nomen, cum sit collectiuum, continens sub se plures gradus, admittit descendentes vnum post alium ordine successiuo secundum gradus prioritatem.*

26 *Dispositio l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signifi. non procedit vbi dispositio fit per nomen collectiuū continens sub se plures gradus.*

27 *Fideicommissum duobus proximioribus de domo vel progenie relictū primis repudiantibus transit ad alios duos proximiores, & sic deinceps ad vlteriores ipsis deficientibus.*

28 *Perpetuum illud propriè dicitur, quod loco deficientis suscipit alterius subrogationem.*

29 *Fideicommissum cum perpetuo onere relictum duobus antiquioribus de familia, censetur esse perpetuum, & non potest dici perpetuum nisi ad vlteriores se extendat.*

30 *Alienatio vbi est vsque in perpetuum prohibita respectu descendentium, tunc omnes descendentes in perpetuum sunt vocati.*

31 *Stipulari potest auus, vel pater filio, vel nepoti etiam nondum natis.*

32 *Familiæ appellatione veniunt etiam filij nascituri, & postea concepti, ubi agitur de successorio edicto conuentionis, secus de successorio edicto legis vt nu. 34.*

33 *Descendentium & posterorum appellatione veniunt etiam hi, qui appellatione filiorum, & nepotū excluderentur. Feudo, & emphyteosi succedunt etiam hi, qui non erant concepti tempore primi acquirentis, vt sub nu. 34.*

35 *Fideicommissum vbi extra familiam alienari est prohibitū, si illius alienationi omnes de familia cōsentiant, tunc illa alienatio ex persona ipsorum tanquam inualida, per alios descendentes nascituros, qui ad fideicom. ipsum admittuntur, poterit reuocari.*

36 *Stipulatio in priore voluntate interposita, quæ iam ius tertio quæsiuit, nō potest per subsequentem voluntatem tolli. fallit vt in nu. 41.*

37 *Pactum de non alienando munitum verbis derogatorijs, non censetur per vltimam voluntatem subsequentem reuocatum.*

38 *Protestatio habens in futurum verba derogatoria tollit mentem, & consensum à sequenti actu adeò, quòd non valet, etiam si protestationi actus non sit contemporaneus.*

39 *Clausula derogatoria nunquam intelligitur reuocata, nisi constet de reuocantis expressa voluntate.*

40 *Iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ, nec ei vnquā intelligitur derogatum, nisi de eo expressa mentio fiat.*

42 *Obligatio vbi est inter plures, est contracta, quorum opera est ius tertio quæsitum, tunc non potest per vnum ipsorū in aliorum, vel tertij præiudicium reuocari.*

43 *Emphyteosim vbi pater recepit gratuito, pro se & filijs, tūc illam non potest in filiorum præiudicium renunciare: nec totam vni eorum prælegare.*

44 *Iustitia naturalis est illa, quæ in æquo, & bono consistit.*

Super eodem facto. Cons. 531.



Moventur dubitationes per Illustres D. Iudices cōtra Magnificum & Illustrem D. Federicum comitem Camerani in cuius fauorem olim Mātuę agens consului, vt patet in impresſis consi. 474. & dubitationibus subtiliter excitatis respondet defendendo, quæ iam scripta sunt. Mag. Vallarius causæ patronus, de subscriptione requisitus inferiora subijciam, breuitati tamen quantum fieri poterit, studendo, tum quia varijs detineor negotijs, tum quia satis ample allegatum fuit per præfatū D. Vallarium, ita vt commēdatione magis, quàm additione opus esse videatur. Præsuppono itaq; in primis, quòd stante conuentione reciproca inter D. Gabrielem, Sigismundum, & reliquos fratres de nō alienando bona immobilia acquisita, & acquirenda, tam per viam contractus, quàm vltimæ voluntatis, extra ipsos fratres, vel eorum descēdentes, & in casu cōtrauentionis, alienatio sit nullius roboris, & momenti, & ipsa bona alienata redeant ipso iure & facto ad cæteros fratres vel eorum descendentes, non potuit postea ipse D. Sigismundus vnus ex prædictis fratribus legare Dorotheæ vxori prædia Fraxineti, quæ acquisiuerūt donatione ab Illustrisſimo quon. D. Bonifacio Marchione, quia propter præcedentem prohibitionem alienationis non potuit transferri dominium in alterum, attento, quod d. cōuentio fuit facta per verba directo resolutiua, item quia ibi aderat specialis hypotheca. Item quia in d. conuentione apposita fuit clausula derogatoria, prout prædicta omnia altius deducta fuere in meo consilio, & optimis iuribus & auctoritatibus comprobata, nec repetere expedit, quū videri posſint. Sed hic dicitur exoriri scrupulus, quia posito, ꝙ Sigismundus non potuisset per viam legati transferre dominiū prædiorū Fraxineti in Dorotheam vxorem & per consequens actus ille legandi fuerit nullus, nō tamen sequitur, ꝙ dominium illorum prędiorum fuerit quęsitum cæteris fratribus aut eorum descendentibus, quum nō appareat de aliqua traditione vera, vel ficta, nā traditionibus rerū dominia transferuntur l. traditionibus. C. de pac. l. si ager. ff. de rei vend. §. venditæ Instit. de rer. diuiſ. vnde, † vt ex cōuentione de nō
1 alienando in casu contrauentionis transferatur dominium in paciscentē, opus est saltem constituto, vt vult Bar. in l. qui absenti.

absenti.§.1.versi.quare dicas.ff.de acq.possess. & in l.filiusfam.§.diui. colum.3.versi. quæro an per contractum.ff.de lega.1. Cin.in l.fin.q.1.C. de reb. eccle. non alien. Paul. de Cast. consi.324. Super secundo puncto versi. Secundo videndum vol.1.& hoc sequuntur vbiq; Moder.& ista sunt, quæ dicuntur facere difficultatem. Veruntamen responsio est in promptu: quia prædicta, quæ adducuntur in oppo.loquuntur vbi simpliciter factum est pactum de non alienando, quo casu quum in contractibus dominij translatio non impediatur, & successiue alienatio valeat l.ea lege.C. de có-
2 dit.ob cau.l.si ita quis.§.ea lege.ff.de verb. obli. datur † pro cautela, vt impediatur dominij translatio, & fiat retranslatio dominij, vt dicatur, quòd in casu alienationis reuertatur dominium, & alienans se constituat possidere, & ita Doct. loquútur in locis præallegatis, sed in casu nostro verba sunt resolutiua ipsius contractus de directo, quia fuit actum inter partes, ꝙ alienatio, quæ fieret tam in cótractu, inter viuos, quàm in vltima voluntate esset inualida, & nullius roboris, & momenti, & quòd ipsa bona ipso iure & facto redeant, & redire debeant in ipsos fratres, vel ab eis descendentes. Vnde in talibus verbis resoluentibus de directo ipsum contractum non solum impeditur translatio dominij in alterum, sed etiam dominiũ ad paciscentes statim transfertur absq; alia traditione sicut fit in casu legis commissoriæ, & adiectionis in diem, vbi sine traditione retransfertur dominiũ, quia in illis pactis, apponuntur verba, per quæ resoluitur de directo contractus l.commissoriæ.C.de pact. int.emp.& vend.l.fin.ff.de leg.commis.ponit gl.Bar. & alij in l.1.ff.de dona. Istam responsionem tradidit Ias. in consi. suo, quòd specificè reddidit in hac causa, & antea fuit allegatum, vbi allegans multos Doct.referens etiam eorũ verba formalia concludit in præsenti cõuentione apposita esse verba de directo resolutiua ipsius contractus, & ꝙ interuenit pactum de non alienãdo, & apposita sunt d. verba importantia contractus resolutionem, ideò non modo impeditur translatio dominij, sed etiã dominium transfertur in paciscentem, & ad hoc allegat specificas decisiones, quas in
3 specie deducit, concludit generaliter, quòd † quando verba sunt resolutiua tituli, operantur ipso iure retranslationẽ dominij, adeò, quòd faciunt competere actionem in rem, & sic rei vendicationem, quæ non datur nisi domino l.si quis hac lege in prin.ff.de rei vendi.l.commissoriæ.C. de pac.in. emp.& vend.l.fi.ff.de l.commis.l. si cũ venderet, & ibi notab. Pau.de Cast.ff.de pigno. actio.l.voluntate.§. fin.ff.qui. mod. pign. vel hypo. sol. Comprobat hoc etiam idem Ias.
4 quia nos † sumus in materia legati, & sicut in legato transfertur dominium sine traditione l.à Titio.ff.de fur. ita etiã sine traditione transfertur vbi legatũ resoluitur; allegat tex. in l.fin. cum glo. in verbo remeantibus.C.de lega. & ꝙ ibi not. Bart. & alij & meliorem tex. in Auth. cui relictum in fi.in verbo vendicari.C. de leg. & vulga. regu.l.prout.ff. de solu.adducit etiam Bart.in l.1.2.q.princ.ff.de cond. & dem. Præterea vltra Iaso. Si volumus dicere, ꝙ in præsenti casu interuenit hypotheca specialis secundũ quod cõsuluit Rui. volens ob hoc, ꝙ dominij translatio impediatur, iux.l.si creditor.§.fin.ff.de pign.act. & ego in consi. meo comproba-
5 ui, clarum est, quòd † descendẽtes, in quorum fauorem fuit factum illud pactum, possunt possessionem d. prædiorum aduocare per hypothecariam à quocunq; extraneo, quum prædium alienatum transeat cũ onere pignoris, & ita vult Bar.in d.l.si creditor.§.fi. vbi dicit tamen discussionẽ principalis requiri. Sed ad istud funda.discussionis non factæ, respondetur, quòd hæc exceptio, quę dicitur exceptio, ordinis & dilatoria non fuit opposita, & vlterius fuit proba-
6 tum in præsenti iudicio D.Matthæũ † alienantẽm non esse soluendo, sicut mihi fuit relatum, & sufficit in iudicio contra tertium possessorem intentato excusionem bonorum debitoris fecisse, vt not.Bald.in l.cum testamento per illum tex.C.de manumis.testa.& Bal. & Sali. in l.secunda.C.commu.diuid.cum alijs adductis per Alexan. in l.exitus colum. 2.ff.de acquir. possessio. Alias etiam egregias, & elegantes responsiones tradit Magnifi. Vallarius, ꝙ hic agitur iudicio petitorio, vter duorum habeat potiora iura in hypotheca: & clarum est Comitem Federicum præferendum Comiti Gabiani, quia D.Matthæus non potuit obligare d. prædia, prout fecit, item respondet, quòd etiam si ageretur de dominio, tamen Comes Federicus ostendit de eius dominio: attento ꝙ titulum habet vigore d. conuentionis maiorum suorum, & licet ab eis non habuerit possessionem, tñ eam postea vigore tituli sui potuit apprehendere, vt ipse osten-
7 dit, & vltra eum facit, ꝙ in simili videmus de † emptore, qui licet non efficiatur dominus ante traditionem, tñ virtute sui tituli potest vacãtem possessionem apprehendere, & hoc modo effici dominus, vt Bal. scribit in l.fin.col.9.C. de edic.diui.Adr.tol.& Alex. ibidem sequitur colum.8.per tex.in l.fistulas.§.fundum.ff. de contrah. empt. Ias.in l.si ex stipulatione colum.1.ff.de acqui.possess. Amplius dicit Bar.
8 in l.cum solus in fin.ff.de vsucap. quòd † qui concedit titulum, videtur concedere, vt à quocunq; acquirat possessionem, & sic ad dominij acquisitionem vel quasi sufficit ab vno habere titulum, & ab alio possessionem.l.hæc si res, & ibi gl.ff.de rei vend.sequitur Bal. in l.indicia col.1.C. de rei vend.Ang. in d.l.hæc si res & in l.super longi col.3.vers.dixi tertio, ꝙ requiritur.C.de præscriptio.long.tempor.Bald. in l.eum qui.§.Prætor ait.ff.de publi. Alexan.in l.prædia in fin.ff.de acqui.possess.& consi.161. Viso ac diligenter considerato col.2.lib.6.Non obstat etiam, ꝙ Bal. scribit in l.ea lege vlt.oppo.C.de cond.ob.cau. vbi videtur sentire, quòd pactũ de non alienando non valet vbi non fuit tradita possessio in recipientem, quia ad hoc bene respondet Magni. Vallarius, quòd illa opinio non est vera, & tex. in l.nemo.ff. de pac.recipit alium intellectum, de quo ibi per Bart.& ceteros, sed responderi etiã aliter potest, quia postquàm Bald.
9 scripsit, quòd † pactum de non alienando non valet, nisi rei prohibitæ alienari interueniat traditio, ita intelligendo d.l. nemo subdit formaliter. Adde quòd, si interuenisset stipulatio, & interesset, potest agi ad interesse, & sic Bald. ibi videtur intelligere d.l.nemo, vbi interuenit nudum pactũ, & nihil intererat paciscentis, sed vbi intercessit stipulatio, & interest, est secus, quia stipulatio valet, etiam quòd possessio nõ fuerit penes recipientem, & agi tunc potest ad interesse: sed in casu nostro interuenit stipulatio pro descendentibus, item eorum interest consequi res prohibitas alienari: & licet Baldus subdat, quòd agi tũc posset ad interesse, hoc intelligendum est, quando simpliciter stipulatio fuit interposita de non alienando, secus vbi facta fuit per verba resolutiua cõtractus vel res fuisset specialiter hypothecata, quibus casibus impeditur translatio dominij quia tunc agi potest ad rem ipsam & vendicari, & sic dictum Bal.super quo fundatur motiuum, nõ modo nihil obstat, sed etiam adiuuat hanc partem, & ostendit id, quod ego ab initio dixi, ꝙ opus est traditione vera vel ficta in pacto de nõ alienando, vbi partes volunt impedire translationem dominij. Sed in casu nostro non erat opus d.traditione, quia ex alijs capiti-
10 bus impediebatur dominij translatio, videlicet, quia † d.pactum fuit initum per verba resolutiua contractus, quo casu non modo impeditur translatio dominij, sed etiã ab alienante transfertur in eũ, in cuius fauorem prohibita fuit alienatio, vt latè Ias. ostendit in eius consi. vbi ad hoc adducit Cin.Alber.de Ros.Bald.Pau.de Cast.& Sali.eorum decisiones, prout se habent in eorum libris referẽdo, & eius dictis facio magnum capitale, quia sensit Ias. obiectũ, quod fieri poterat de constituto, quod nõ interuenerat, & illud soluit.
11 Itaque † teneo firmiter, ꝙ dominium d.prædiorum, quod erat penes Sigismundum, translatum est absque traditione in descendentes ipsorum fratrum, vbi alienauit via d.legati. Ex alio etiam capite impedita fuit translatio dominij pro-
12 pter specialem hypothecam, & † in iudicio hypothecariæ extraneus etiam possessor conueniri potest, vt rem remittat, secundum quod superius deductum fuit. Amplius volo dicere, quod si etiam vigore generalis hypothecę velit Federicus agere, vel egisset, non video quomodo tertius pos-

sessor

ſeſſor poſsit effugere quin reſtituat poſſeſsionem Federico tenendã loco pignoris, donec ſibi ad intereſſe fuerit ſatisfactum, quòd incurritur vigore illicitæ alienationis, quòd ſanè intereſſe conſiſtit in æſtimatione rei cũ fructibus, & ſic res eodem reuoluitur, vt quod intendit obtinere debeat. Et hæc de primo dubio dicta ſint. Circa ſecundam difficultatem, quæ fit, quòd per relationem ad aliam ſcripturam non potuit impediri dominij tranſlatio, ſeu induci acquiſitio, non ſcribo, quia amplè ſatisfactum eſt, per præfatũ Dom. Vallarium. In tertio dubio dum dicitur, ꝙ non interuenit in iſto caſu ſpecialis hypotheca, quia Doct. capiunt ſpecialem hypothecam, pro ſingulari, & indiuiduali, quæ hic non interuenit, quum bona non fuerint in indiuiduo nominata & expreſſa, reſpondet ad obiectũ ſufficienter pręfatus Do. Vallarius, ipſe autem, vt breuiter dicam quod ſentio, ſi legiſtæ accipiunt vt oſtendit D. Motiuans ſpecialem expreſsionem pro ſingulari, non curantes de proprietate verborum, poſſumus & nos dicere, ꝙ hic interuenit ſingularis, capiendo prout capiunt legiſtę, quando eos ſequimur: nam penes
13 † legiſtas, quando aliquid profertur generaliter, & in vna tantum re ſpecificari poteſt, habetur, ac ſi nominatim eſſet expreſſum. l. 2. ff. de lib. & poſthu. §. nominatim Inſtitut. de exhære. lib. l. ſi nominatim. ff. de cond. & demon. gl. in cap. cõſtitutionem in verbo nominatim de ſent. excomm. in. 6.
14 vnde licet † in appellatione ab interloquutoria debeat cauſa nominatim exprimi Clem. appellanti de appell. tñ ſufficit, ſi dicatur grauaſtis me, prout apparet ex tali parte actorum ſecundum Bald. in l. minoribus col. 1. C. de his, quib. vt indig. Sequitur Philip. in cap. conſuluit. 1. de appell. Aret. in §. ſi minus colum. 22. verſic. ad vnum tantum aduerte, In-
15 ſtit. de actio. & ſic † vbi requiritur aliquid nominatim exprimi, ſatisfactum eſt ſi ad vnum tantum referri poteſt, licet illud ſuo nomine non exprimatur. Quum igitur bona immobilia d. fratres promiſerint non alienare, & ea deinceps hypothecarint, nõ poteſt hæc hypotheca in alijs bonis verificari, niſi in eiſdem, quę promiſerunt non alienare: nemo enim hunc ſermonem ad alia poſſet referre, quantumlibet magnus, & velox ingenio eſſet. Non tamẽ in hoc expedit magnopere laborare, quoniam, vt dixi ſuperius, ſi
16 Comes Federicus † ageret ratione generalis hypothecę, remittẽda ſibi eſſet poſſeſsio pro ſuo intereſſe ideſt donec cõſequutus eſſet æſtimationem rei cum fructibus. Veniendo ad quartam dubitationem de ſtipulatione, quæ dicitur non interueniſſe: tranſeo cum reſponſionibus eiuſdem D. Val-
17 larij, cui addo, quòd in d. conuentione † interuenit iuramentum, quod facit, vt pro abſente, etiam quis poſsit ſtipulari, quia iuramentum præſtatur Deo c. debitores de iureiu. qui ſupplet præſentiam abſentis. l. properandũ. §. ſin autem reus C. de iudi. & ita gl. tenet in c. quotiens cordis oculus. 1. q. 7. Bald. in Aut. ſacramenta vlt. col. C. ſi aduer. vend. & in l. pactum. 9. C. de coll. & in rub. C. res int. alios ac. Anto. de But. & Abb. in procem. Gregoriano, cum alijs adductis per Alexan. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri colum. 3. ff. de verb. oblig. & conſi. 185. In cauſa & lite circa fin. lib. 6.

Succedit quinta dubitatio, vtrum in caſu d. conuentionũ cenſeantur vocati deſcendentes, vt deſcendentes, an, vt hæredes, & in hac quæſtione latè ſpaciatus eſt, & plenis (vt ſic dicam) velis nauigauit idem D. Vallarius, oſtẽdendo, quòd
18 non † ſunt vocati, vt hæredes, ſed vt deſcendentes tantum, quæ concluſio mihi videtur clariſsima, conſiderando verba & tenorem conuentionum: nam ibi dicitur quòd volentes d. fratres bona eorum immobilia nõ tranſire in extraneos, ſed inter ipſos, & eorum deſcendentes permanere, promittunt ea nõ alienare tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, & in caſu alienationis volunt, quod d. alienatio nullius ſit momenti, & roboris & ꝙ bona alienata redeant ad reliquos fratres ſuperſtites vel ab eis deſcẽdentes maſculos tantum. Hic in iſtis verbis nulla fit mentio hæredũ, ſed deſcendentium tantum, & apparet d. conuentiones factas fuiſſe reſpectu conſeruandæ familiæ, quæ per deſcendẽtes maſculos conſeruatur, etiam quòd non ſint heredes, modo habeant aliunde diuitias, & non poteſt negari, quin eorum principalis intentio tenderet ad nomen familiæ conſeruandum: dum excludunt etiam extraneos, ſed inter ipſos tantum volunt bona remanere, & eorum maſculos deſcendentes. Nec obſtant illa verba promittunt pro ſe & eorum hędibus non alienare tam in cõtractu inter viuos, quam in vltima voluntate: quia reſpõdetur clariſsime, quod illa verba reſpiciunt tantum promiſsionem non alienandi, & volunt contrahentes, quòd nec ipſi nec eorũ hæredes valeant alienare, & ſi hoc non fuiſſet dictum, tamen haberetur pro
19 dicto, & ſubintelligeretur, nam vbi † quis obligat ſe ad dandum vel faciendum, intelligitur etiam obligare hęredem. l. ſtipulatio iſta habere, licere in prin. & ibi ſcribentes not. ff. de verb. oblig. Bald. in. l. fin. circa fin. verſi. Sed pone. C. de actio. emp. & nominato Titio intelligitur eius hæres nominatus, vt Bald. ſcribit in. l. 1. C. quo. lega. Sed in caſu quo ſequatur alienatio, & non pareatur pacto, tunc non dicitur, ꝙ bona venire debeant ad hæredes, ſed ad deſcendentes tantum d. Fratrum maſculos: hoc enim principaliter curabant d. Fratres, vt bona immobilia remanerẽt inter ipſos, vel eorum deſcendentes maſculos, & ad hanc mentem eorũ implendam non erat neceſſaria illa qualitas, quod deſcenden-
20 tes eſſent eorum hæredes, imò potius cõtraria, quia † in caſu alienationis hæres non potuiſſet alienata reuocare, ſed factum defuncti approbare cogeretur. l. 2. C. ſi quid in fraud. patr. l. cum à matre. C. de rei vendic. qua cõſideratione vtitur Deci. conſi. 38. Circa Primum, ſecundo dub. & prius in eodem caſu conſulens Socin. conſi. 57. In cauſa filiorum. 2. dub. lib. 3. Amplius dixit Franciſ. Ripa in. l. ex facto. §. fin. in fin. ff. ad Trebell. ꝙ ſi teſtator inſtituit Titium filium heredem, & ei prohibuit alienationẽ, quia volebat bona ire de
21 hærede in hæredem, non requiritur iſto caſu, quòd † liberi ſint hæredes, ſed debent accipi illa verba pro liberis ſimpliciter, quia aliter intelligendo eſſet in facultate prohibiti illudere prohibitione, nam ſi oporteret liberos eſſe hæredes, non poſſent reuocare alienata obſtante exceptione: quem de euictione tenet actio, eundem agẽtem repellit exceptio
22 l. vendicantem. ff. de euic. nec quicquam tũc prodeſſet † inuentarij confectio, quia non prodeſt niſi vbi hæreditas nõ eſt ſoluendo. l. fin. §. in computatione & ibi gl. & Bart. C. de iur. delib. quæ omnia memorata fuerunt per præfatum D. Aduocatum & tanquam iuri cõſona approbari merentur. Aduertatur etiam, ꝙ licet moder. Comes Federicus eſſet hæres Franciſci ſui patris, tamen non tenetur præſtare defuncti factum, quia nõ reperitur, quòd D. Franciſcus pater vnquam approbauerit alienationem factam per D. Sigiſmundum, nec alienationem factam per D. Matthæum, & licet in inſtrumento d. alienationis factæ per Matthæum legatur, quòd D. Franciſcus conſenſit, tamen non probatur per d. inſtrumentum conſenſum illum interueniſſe, quum non appareat d. inſtrumentum fuiſſe rogatum per D. Fran-
23 ciſcum, & † inſtrumentum non probat in eo contenta, niſi contra rogantem, vt vult gio. in. §. nos autem in verbo iniungatur, in Auth. de tabellio. Bald. in rub. C. de fide inſtr. col. 3. verſic. ſed dubitatur à quo, vel à quibus, & latè Alex. conſi. 110. Eximius doctor lib. 2. Dec. in cap. 1. de fid. inſtr. itaq; debet Federicus ſiue ſit hæres patris, ſiue non, quum ſit ex deſcendentibus paciſcẽtium obtinere. Et ex his ſunt ſublata quædam, quæ ſubijciuntur per D. Motiuantes in ſequentibus. Ad ea, quæ ſexto loco obijciũtur de l. Boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſign. patet reſponſio ex his, quę dixi in primo meo conſilio, in hac cauſa reddito colu. 15. & miror quòd D. Vallarius, qui illud vidit non retulerit, nam ibi formaliter ſic dico, & refero, vt auferatur mora inquirendi. Vlterius conſiderandum eſt, quòd virtute d. pactorũ vocati ſunt ad d. bona immobilia ipſi Fratres, & eorum de-
24 ſcendentes: & † appellatione deſcendentium veniunt omnes in infinitum ſecundum Iacob. de Belui. in Auth. de reſtitu. fideicommiſſ. quem refert, & ſequitur Alex. conſi. 56. Conſideratis verbis teſtamenti col. 1. lib. 1. And. Sic. in. l. cũ acutiſsimi col. 60. C. de fideicommiſſ. & in conſ. 14. Deum

innocent colum.2.lib.3.Ias.in.l.filius fam.§.diui. in.2.lectu. colum.pen.ff.de lega.1.& Dec.vbiq; consulendo,& probatur hæc conclusio in.l.fin.C.de su.& legi.& in.§.1.in Auth. de hæred.quæ ab intest.& in.l.cognoscere.§.fin.& l.
25 liberorum.ff.de verb. signi. & cum hoc † nomen descendentium sit nomen collectiuum continens sub se plures gradus, intelliguntur vocati ordine successiuo, vnus post alium, secundum gradus prioritatem.l. cũ ita.§. in fideicommisso.ff. de lega.2.l.fin.C.de verb.sign. ponit Bar.in.l. si cognatis versi. quæro quo ordine.ff.de reb.dub.Ange. consi.39. Quidam Ioan. decessit, cũ duobus consi. sequ. quem sequitur Alex. in.l.Gallus.§.quidam rectè colum.4.versic. Item ex verbis ff.de libe.& posthu. & idem Alex. vbi specificè loquitur in descendentibus consi. 25. In causa vertente inter Antoniũ in princ.lib.4.& hoc in simili in emphyteosi Bar. scribit in l.quod dicitur.2.q.ff.de verb.oblig. Hæc ibi scripsit ad
26 literam: quæ tollunt obiectum: nam quę habentur in † l.Boues.§.hoc sermone nõ procedunt, vbi dispositio fit per nomen collectiuum continens sub se plures gradus, vt apparet ex prędictis, quod maxime procedit in pręsenti casu, in quo d.conuentiones fuerunt factæ, vt diuitię conseruarentur in agnatione: vnde omnes descendentes videntur vocati ordine successiuo, nõ autem primi tantum ex descendentibus & ad hoc allegat D.Aduocatus Pet.de Anch.consil.27.Non seruato ordine dubiorum colum.3.versic.post-
27 quam igitur per d.repudiationem, vbi consuluit, ꝙ † fideicommissum relictũ duobus proximioribus, de domo seu progeniæ primis duobus repudiãtibus transit ad alios duos antiquiores, quia huiusmodi fideicommissum factum fuerat sub nomine agnationis suppresis nominibus personarum, quũ ergo testator dilexerit illos duos antiquiores propter domum & familiam, non autem propter eorum personas, fienda est interpretatio vt nõ de duobus tantum primis antiquioribus, sed etiam de vlterioribus senserit: hanc enim interpretationem affert charitas & affectio testatoris: quam videtur habuisse ad domum suam & progeniem ita vt dispositio in primo actu nõ verificetur. Item ponderat ibi Petr.de Anch. quòd illud fideicommissum fuerat relictum cum hoc onere, quod in perpetuum singulis mensibus debeat dari starium vnũ frumenti inter pauperes: cer-
28 tum est enim, ꝙ illud † dicitur perpetuum propriè, quod loco deficientis suscipit subrogationem alterius l.eum debere colum.ff.de seru. vrba. præd. cum ergo legatum illud sit perpetuum respectu pauperũ, ita debet esse perpetuum respectu illorum duorum de progenie, & sic pręcedentia declarentur per sequentia, sicut econtra.l.si seruus plurium.§. fin.ff.de lega.1.l.fin.§. cui dulcia.ff. de vino triti. & ole. leg. Modo in proposito dictum verbum in perpetuum fuit pariter positũ in casu nostro si spectetur prima antiqua conuentio, ad quam cæteræ referuntur, dum ibi dicitur, ꝙ non possit vsque in perpetuum fieri alienatio, sicut enim in casu
29 Petr.de Anch.ex † onere, quod fuit appositum in perpetuũ illis antiquioribus de domo, colligitur fuisse intentio testatoris, quòd fideicommissum relictum d. duobus antiquioribus intelligitur esse perpetuum, & non esset perpetuum, nisi ad vlteriores extenderetur. Sic dicẽdum in proposito,
30 quòd † quum prohibita sit alienatio, vsq; in perpetuum respectu descendentium, ergo omnes descendentes in perpetuum sunt vocati:& nõ possunt dici in perpetuũ vocati, nisi in prioribus deficientibus sequentes in gradu subrogentur.

31 Nunc est in manibus septima dubitatio, vtrũ † auus vel pater potuerit stipulari filio, vel nepoti nondũ natis, & breuiter concludendum est, quòd sic.l.si quis operas.ff.de ope. liber.l.Paulus.§.Paulus respondit nepotem.ff.de bon.libe.l. diui.§.pactis.C.de nat.libe. Ioan.Fab.in.§.ei vero qui, col. fin. Instit.de inutil. stipu.Guido Pap. q.267. Incipiente pactum factum est, & dicit Ias.in l.fin.colum.2.C. de verb.si-
32 gnifi.post Pau.de Cast.quem ibi allegat, quòd † appellatione familiæ veniunt etiam filij nascituri. Nec præmissis obstat tex.in l.Titius.ff.de su.& legi.& l.1.§.si quis proximior ff.vnde cogn.& in.§.cum autem Institu. de hæred. quæ ab intesta. quæ iura adducuntur in oppo. quia illa loquuntur in hæreditatibus, & successionibus, quę ab intestato deferuntur, secus in alijs dispositionibus, & acquisitionibus, quia veniunt postea concepti, & nati, ita Bart.dicit in.l.item si prætor.ff.de su.& legi.& in.l.quod dicitur circa fin.ff.de verbo. oblig.allegat d.l.Paulus.§.Paulus respondit.ff.de oper.lib.& dicit Bart. ibidem, ꝙ etiam in casu, quo appellatione filiorum, & nepotum nõ venirent concepti, & nati post, tamen istud non procederet, quando non diceretur de filijs & ne-
33 potibus, sed de † posteris & descendentibus, quia tunc omnes venirent, ad quod facit, quod Bald.scribit, in.l.si in persona.C.de fideicommiss.vbi vult, quòd ea, quæ dicuntur in
34 d.l.Titius cũ alijs superius allegatis † procedunt in successorio edicto legis, secus in successorio edicto cõuentionis, ex quo infert, ꝙ in feudo, & emphyteosi, veniãt etiam, illi qui non erant concepti tempore primi acquirentis. Est etiã de
35 prædictis aperta † decisio Fulgo.in.l.quoties.C. de fideicõmiss.vbi cõcludit, quòd si res sit prohibita alienari extra familiam, & omnes de familia alienationi consenserint, non possunt contrauenire, d.l.quoties, alij tamen descendentes postea nati, quibus fideicommissum debetur, poterunt ex ipsorũ persona alienationem reuocare per nota.in l.peto.§. fratre.ff.de lega.2.& sequitur hoc Corn.ibi & Ias.& prædicta etiam Soci. tenet in.l.si cognatis in vlt. oppo.ff. de reb. dub. dicens de hoc esse casum in.l. cum ita.§. in fideicommisso.ff.de lega. secundo. Quædam alia obijciuntur in hoc motiuo, ad quæ responsum fuit abundè per præfatũ D. Vallarium, & ad scripta per eum me refero.

36 Vltimo dũ dicitur, quòd D.Sigismundus † legãdo vxori d. prædia reuocauit priorem voluntatem, quod videtur facere potuisse iux. doctri.Bar.in.l.qui Romæ.§.Flauius.ff. de verbo.oblig.responsum fuit per D.Vallarium, quòd hic interuenit stipulatio, quo casu ius quæsitum tertio tolli non potest, prout etiam pręsupponitur in motiuo.l.fi.ff. de pac.l. si partem.§.fin.ff.quemadmodum seru.amit.l.id, quod nostrum.ff.de re.iu. & vult prædicta Bal. in.l.cum à socero.C. de iur.dot.& eleganter Aret. consil.74. Diligenter & maturè ponderatis.3.dub.Imol.in cap.potuit vlt. char.loca.& Alex.in d.§.Flauius.Ego adhuc clarius respondeo, ꝙ Sigis-
37 mundus non reuocauit, vt † præsupponitur priorem voluntatem per sequentem per verba derogatoria, quæ præcesserunt: nam in instrumento cõuentionis celebrato inter Sigismundum & reliquos fratres dicitur formaliter, ꝙ protestantur per aliqua, quæ fecerint vel faciant, quòd non intendunt, seu volunt præiudicium aliquod attulisse transactioni factæ inter quon. D.Georgium, Gulielmum, Conradum, & Rasonium, quam etiam inter eos in bonis acquisitis, & acquirendis renouant & effectũ sortiri volunt, & illi adherent. Est etiam alia clausula derogatoria, quia actũ extitit, quòd si alienatio quoquo modo fiat etiam per vltimam voluntatem extra d.fratres, vel eorũ descendentes, sit ipso iu-
38 re nulla. Hæc protestatio † habens in futurum verba derogatoria tollit mentẽ & consensum à sequenti actu, ita quod non valet, veluti fictus & simulatus dans sine mente sonũ l. si mihi & Titio.§.in legatis.ff. de leg.1.l.at si quis.§.pleriq; ff.de relig.& sump.fun.l.qui in aliena.§.fin.ff.de acq.hæred. quod procedit etiam si actus non sit cõtemporaneus protestationi, sed ex interuallo sequatur:& verba collata sint in tempus futurũ, & maximè si actus dependet à solo animo & voluntate protestantis, vt concludunt Bald. Ang.Pau.de Cast.in.l.pacta nouissima.C.de pac.& ibi Alex.& reliqui: & Bart.in d.l.qui aliena.§.fi.ff.de acqu.hæred. & in.l.nõ solum.§.morte in.1.specie protestationis.ff.de ope.nou. nun. vbi Alex.latè prosequitur, & latè etiam Felin. tradit in cap. cum M.Ferrariensis colum.24.de const.legatum igitur factum per D.Sigismundum est nullũ, tanquam non habeat mentem & cõsensum testatoris propter verba ad vltimam voluntatem derogatoria, & fecit D.Sigismundus actũ nugatorium, & frustratorium, volens apparenter complace-
39 re, sed non cum effectu: Diceretur autem † constare de voluntate reuocandi, si d. verba derogatoria remouisset, & dixisset

dixisset se illorum pœnitere,iuxta tex. in.l.si quis in principio testamenti ibi specialiter dixerit prioris voluntatis suæ pœnituisse.ff.de lega.3.& tunc cum constaret de voluntate, quærendum esset de potestate: nunc preposterè res agitur, quia prius disputatio inducitur de potestate,antequam constet de voluntate,quę tamen,(vt dixi) isto casu deficit. Amplius dico,quòd etiam,si D. Sigismundus reuocasset simpliciter d. verba derogatoria hoc nō sufficeret nisi etiam mentionē fecisset iuramenti: & dixisset se eius pœnitere: habet
40 † enim iuramentum vim clausulæ derogatoriæ, & ei nunquam intelligitur derogatum, nisi de eo expressa fiat mentio,vt latè scripsi in tractatu,quem edidi de clausula derogatoria,impresso post repetit.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa. vbi hunc tango articulum q. quinta. Vlterius respondetur ad not.per Bar. in d.§. Flauius, & hæc erit
41 tertia responsio,quòd Bart.ibi loquitur, quando † vnus tantum contrahebat cum altero, vel donando, vel vendendo, & vult,quòd illud, quod ex facto & opera illius est quæsitū tertio,possit per eum,qui donat, vel vendit reuocari. veluti si quis donat,vel vendit fundum alicui,& post certum tempus fit cuiusdam ecclesiæ,poterit donator, vel vēditor illud pactum in præiudicium ecclesiæ remittere, & ita loquuntur iura,super quibus se fundat Bart.quando vnus solus donabat,vel vendebat,videlicet,text. in d.§. Flauius & in.l.3.
42 ff.de seru.expor.& in.l.1.C.si manc.ita fue.alie.Sed † quando plures inter se contrahunt,& reciprocam faciunt obligationem,quod vnus solus ex contrahentibus possit pœnitere, & reuocare ius quæsitum tertio sine consensu aliorum, hoc Bart. ibi non dicit,nec alij, quos viderim. Pone enim, quod duo vel tres donent fundum Titio cum hoc, ꝙ post certū tempus vadat ad ecclesiam,poterit ne vnus solus sine consensu aliorum qui pariter donarunt, remittere illud ius quæsitum ecclesiæ? certe non arbitror, quia cum communi consensu fuerit ius quęsitum ecclesiæ, vnius dissensu tolli non potest, quia secundum iuris regu. quòd tangit omnes, ab omnibus debet approbari, & quia Sabinus ait, in re cōmuni neminem dominorum inuito altero, quicquā facere posse.l.Sabinus in princ.ff.commu. diuid.l.1. & per totū.C. de commu.rer.alien.traditur per Bart.& alios in.l.serui electione.§.Labeo.ff. de lega.1. Non igitur potuit Sigismundus etiam si voluisset conuentionem mutuam cū fratribus habitam,reuocare,& hoc est clarissimū per regu.l. sicut.C. de actio.& oblig. non etiam potuisset respectu descendentium ab ipsis fratribus, quia dicti descendentes acquisiuerunt ius in bonis immobilibus D.Fratrum,nō solum opera & facto D.Sigismundi,sed etiam reliquorum fratrum. Ad
43 quod bene facit, quòd, † si pater acquisiuit emphyteosim pro se & filijs gratuito,non potest illam renunciare in prę-iudicium filiorū, vel totam vni prælegare, ex quo vnicuiq; filiorum pro rata iam fuit ius quæsitum, & tale ius acquisitum est filijs non tam ex facto patris, quàm ex gratia concedentis,vt Bal. scribit in.l.1.in fin.C. per quas person.nob. acqui.quem sequitur Aret.in.l.apud Iulianum,§.si quis alicui.ff.de leg.1.Corn.consi.182. Viso d.puncto, col.6.versi. tertio videtur dicendum lib.3. Ias. consil.213. In præmissa consultatione colum.4.versi. ad prædicta facit,vbi adducit aliàs auctoritates lib. 2. His sic rectè discussis arbitror pro Comite Federico pronunciandum, præsertim cum pro eo stet iustitia naturalis, quæ plurimum valere debet apud Iudices. Nam negari non potest, quin conuentum fuerit inter ipsos Fratres, quod omnia eorum bona immobilia tam acquisita, quàm acquirenda, remaneant inter ipsos fratres, vel eorum descendentes,& hoc, vt diuitiæ conseruarentur in eorum agnatione,vnde etiam voluerunt, quod si contingeret,dicta bona alienari,dicta alienatio nullius esset roboris & mométi & bona redirent ad ipsos fratres, vel eorum descendentes: & certissimi iuris est istas conuentiones valere: propterea quum D. Sigismundus ab vxore impulsus alienauerit,sequitur,vt bona ad Comitem moder. Federicum redire debeant, qui vnus est reliquus ex descendentibus d.fratrum. Hæc est iustitia naturalis, quæ facit pro Federico. Solum videndū est an aliquis iuris scripti rigor obstet, & licet plura cumulauerit pars aduersa, quæ deducta sunt in motiuis,tamen omnia sunt planissime sublata adeò, vt nullus scrupulus in mente sapientis iudicis relinqui possit,sed tamen posito citra pręiudicium, quod aliqua resideret dubitatio (quod nullatenus concedo)tamen fauendum
44 esset in hoc dubio † iustitiæ naturali, quæ in bono & æquo consistit cap.fin.in fin.de transact.l.placuit.C.de iudi.§.1.in Auth. de iureiur. ꝙ præsta. Hinc est, ꝙ iudices æquitatem semper ante oculos habere debent.l. ꝙ si Ephesi in fi.ff. de eo,ꝙ cert.loc.nam per subtilitates in iure sępius perniciosè erratur.l.si seruum.§.sequitur.ff.de verb.oblig. Cantat clarè instrumentum conuentionum initarum, inter predictos fratres pro Federico, & hoc valere benignum est, vt vtar verbis iurisconsul.in.l.si fuerit in fin.ff.de lega.3.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria à Saluiano interdicto quomodo differat.*

2 *Hypothecaria actio est iudicium petitorium, Saluianum interdictum possessorium.*

3 *Hypothecaria licet tantum auocet possessionem, tamen, vt rei vendicatio, dicitur iudicium petitorium.*

4 *Saluiani interdicti in iudicio, exceptione respicientes defectum pignoris non possunt opponi maximè, vbi requirerent altiorem indaginem, secus in hypothecariæ.*

5 *Saluianum vbi est intentatum, cum momentaneam contineat possessionem in eo appellari non potest, secus in iudicio hypothecariæ.*

6 *Saluiano interdicto victus ad tradendum possessionem creditori iure pignoris tenendam, poterit in alio iudicio agere contra d.creditorem, & in eo defectum pignoris deducere, de quo cognosci non potuit in Saluiano iudicio.*

7 *Sententia lata super alimentis, non præiudicat, super causa filiationis, fallit si plenè in causa fuisset cognitū, vt nu. 8.*

9 *Causa possessorij licet non sit summaria, tamen dicitur summaria respectu probationum, quæ leuiores sufficiunt.*

10 *Acta iudicij summarij ordinario non præiudicāt, vt nu. 15.*

11 *Sententia lata super vtili Saluiano potest retractari in alio iudicio, vbi de viribus & pignoris defectu cognoscitur, lata autem in iudicio hypothecariæ est perpetua.*

12 *Iudicis officium supplet pro actione contra eum, qui retinet rem alienam sine iusta causa, vel ex re ad alium pertinente locupletatur indebitè.*

13 *Sententia primi iudicis, sicut dici potest iniusta respectu iuris partis in appellationis causa deducti, licet nulla iudicis ex actis appareat iniquitas: ita peti potest nullitatem pignoris declarari.*

14 *Pignoris nullitas potest per officium iudicis declarari.*

16 *Legatum factum de rebus prohibitis alienari ex conuentione, est ipso iure nullum, præsertim si instrumentum conuentionis cōtineat protestationem per verba in futurum derogatoria.*

17 *Titulum vbi quis habet à Domino, licet ab alio possessionem nanciscatur, fit tamen ipse dominus, & eo magis si vacantem apprehendat possessionem.*

18 *Titulus nihil aliud est, quàm habilis causa ad dominij acquisitionem.*

19 *Stipulatio per se considerata est causa habilis ad dominium acquirendum.*

20 *Titulus præbet iustam causam possessionis, fallit in eo, qui scit rem esse alienam.*

21 *Titulus proueniens ex conuentione inter fratres facta, vt bona non alienentur, sed ad superestites perueniant, potest dici mutua, & reciproca donatio.*

22 *Verba vbi sunt tituli resolutiua, operantur, vt dominium sine traditione transferatur.*

23 *Dominium sine traditione transfertur, existentibus verbis resolutiuis.*

24 *Donatio alicui facta, vt post mortem eius ad alium transeat, morte illius secuta, donatarius sequens poterit rem donatam vtili actione tam personali, quàm reali à possessore petere.*

25 *Emphyteosi concessa duobus hoc pacto, vt pars præmorientis transeat in superstitem; poterit tunc superstes contra possessorem agere actione reali, & personali.*

26 *Substitutiones etiam in contractibus inter uiuos fieri possunt.*

27 *Dominium rei alienatæ, prohibitæ tamen alienari inter aliquos ex conuentione, transfertur in vocatum, etiam si in conuentione non insit clausula constituti.*

28 *Dispositio l. quoties. C. de dona. licet loquatur simpliciter in donatione extenditur tamen ad donationem impropriè sumptam, in qua donans aliquid capit commodi.*

29 *Dispositio l. quoties. C. de dona. tanquam fauorabilis, quum loquatur de actione personali extenditur ad realem.*

30 *Extensio fit in exorbitantibus ad casum, qui sub larga significatione vocabuli comprehenditur.*

31 *Hypotheca anterior debet præferri posteriori.*

32 *Clausula ius & iustitiam ministrari in petitionibus operatur, vt omnia videantur deducta, ex quibus intentio actoris ex actis iuuari possit.*

33 *Iustitia naturalis & æquitas idem sunt, vnde semper pronuntiandum pro eo, pro quo pugnat iustitia naturalis.*

Super casu præmisso. Cons. 532.



VNDAMENTVM Magnifici D. Valarij puto subsistere, quod deducendo latius, quàm ipse deducit. Præsuppono primò, quòd † differt hypothecaria, ab vtili Saluiano interdicto, quia in Saluiano interdicto sufficit ei, qui illud intentat probare debitorē ea possedisse, & nihil aliud requiritur: Sed in iudicio hypothecarię debet probari de dominio, vel quasi debitoris, & rē in bonis eius fuisse iux. l. cum res. C. si alien. res pign. da. sit. Ideo † Saluianum interdictū dicitur possessorium, quia in eo de possessione sola contenditur. Hypothecaria verò dicitur petitorium, quia in ea de viribus pignoris & hypothecæ contenditur. Et † licet hypothecaria aduocet tantū possessionem l. si cum venderet. ff. de euic. nō ideò tamen fit, quin dicatur petitorium iudiciū, sicut enim rei vendicatio aduocat possessionem ratione dominij l. officium. ff. de rei vendi. ita hypothecaria seu Seruiana ratione hypothecæ. Ex prædictis sequitur, ꝙ † in Saluiano interdicto nō possunt opponi exceptiones respicientes defectum pignoris, maximè vbi requirerent altiorem indaginem iux. l. fin. C. quo. bon. & l. 2. C. de edi. diu. Adr. tol. quod tamen in iudicio hypothecarię fieri potest. Ex prædictis etiam sequitur, quòd † in Saluiano appellari non potest, quia continet momentaneam possessionem l. vni. C. si de momen. poss. secus in iudicio hypothecariæ, quia ibi agitur de viribus pignoris. Ita Bar. scribit in l. rem alienam col. 2. ff. de pign. actio. in l. 1. C. de preca. & Saluia. interdic. & in l. 1. ff. eod. tit. & ibi Sali. & idem Sali. in d. l. cum res. C. si alie. res pign. da. sit Ang. de Are. in. §. item Seruiana col. 5. vers. Secundo addas instit. de actio. Alexan. cons. 70. Videretur circa prin. col. 2. lib. 5. Negus. in tract. de pign. primo membro octauæ partis, & Fran. Ripa vbi optimè examinat in rub. de pign. col. pen. q. 5. Ex his infero etiā aliud, propter quod superiora sunt cōmemorata, ꝙ si quis † sit victus in Saluiano interdicto, adeò, quòd coactus fuerit tradere possessionem creditori iure pignoris tenendā, poterit in alio iudicio agere contra d. creditorem, & in eo deducere defectum pignoris, de quo non fuit cognitum, nec cognosci potuit. vt superius dixi, & tradit Ripa post Sali. in d. rub. de pigno. & ad hoc allegabatur bon. text. in l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de libe. agno. nam ibi filius petebat alimenta à patre, pater negabat eum esse filium, demum receptis summatim probationibus, vt ibi dicitur, fuit pronunciatum eum ali debere; pater postmodum quęstionem super filiatione decidit ibi Iuriscon. † sententiam latam super alimentis non facere præiudicium huic quæstioni, & addit rationem, quia non fuit pronuntiatum eum esse filium, sed ali debere, vult dicere iuriscon. ꝙ non fuit pronuntiatū super proprietate filiationis: hoc est enim eū esse filium, sed super possessione tantum receptis summarijs probationibus, & dicit Bart. in ea. l. §. solent, quòd ibi sufficiebant semiplenę probationes, nam † si plenè fuisset cognitum: tunc sententia lata super alimentis faceret præiudicium, & dicit Bald. in l. pen. ff. de his, qui sunt sui vel ali. iu. quòd sententia lata super alimentis non præiudicat super causa filiationis, quia causa alimentorū decernitur ex possessorio l. quod Labeo ff. de Carbo. edi. ergo non præiudicat in petitorio. Sed quid ita tenuiter ago? quum certissimi iuris sit, quòd † causa possessorij licet in procedendo non sit summaria, est tamen summaria respectu probationum, quæ leuiores sufficiunt, vt per Bart. in l. 1. C. quo. bon. & in l. 2. §. fin. C. vbi in rem act. & in l. 1. C. qui legit. pers. cū alijs concord. & † acta iudicij summarij non pręiudicant ordinario l. pen. & ibi gl. Bart. Bald. & Ang. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iu. & in d. l. si quis à liberis. §. si vel parens gl. in l. 2. C. de ordi. cogni. Bart. in l. 2. circa 5. col. ff. vi bon. rapt. & in l. 1. C. de ordi. iudi. & in l. a diuo Pio §. si super rebus per illum tex. ff. de re iud. Bal. in l. nam & postea in prin. ff. de iureiu. Anto. de Butr. Imo. & Abb. in c. causam, quæ de testi. per tex. in c. veniens il secundo de testib. Sed in proposito in Saluiano intentato fuit tantummodo summatim processum, prout iudicij natura requirit, nec fuit cognitum de viribus pignoris, sicut nec cognosci potuit, ergo sentētia in illo iudicio lata nō facit pręiudicium huic quæstioni, vt de his non debeat cognosci & pronunciari, aliàs sequeretur absurdum, quòd esset in potestate creditoris facere, vt nunquam de viribus pignoris cognoscatur intentando semper vtile Saluianū, & ita supplantare cognitionem defectus pignoris, quod tamen esse non debet l. ne in potestate. ff. de arbit. & istud est, quod voluit dicere Bar. in d. l. 1. ff. de Saluia. interd. dum inquit, ꝙ † sententia lata in Saluiano est momentaneæ possessionis, secus lata in hypothecaria: quia ea possessio, quę habetur per Saluianum potest retractari in alio iudicio, vbi cognoscitur de viribus & defectu pignoris, sed ea, quæ obtinetur in iudicio hypothecariæ, est perpetua: quia in illo iudicio cognitum fuit de iure pignoris, nam probandum fuit rem esse in dominio, vel quasi creditoris, & in bonis eius fuisse, maximè quando agitur cōtra extraneum possessorem, vt in casu iux. not. per Bart. in d. l. rem alienā, & per Bal. & omnes in l. cum res. C. si alie. res pign. da. sit. Cognoscendū est igitur de defectu pignoris aduersariorū in præsenti controuersia, de quo late fuit edoctum in cōsilio meo impresso, & super eo pronunciandum. Nec est laborandū, quæ actio in pręsenti iudicio cōpetat Comiti Federico, quia † saltem deesse non potest officium iudicis, quod datur contra eum, qui retinet rem meam sine iusta causa, vel ex re ad me pertinente locupletatur indebitè secundū Host. & Ioan. And. in c. bonę de appella. quos refert & sequitur Alex. in l. si me & Titiū. ff. si cert. pet. Intendit enim Comes repetere possessionē suam, à qua dicit se iniustè deiectū ob defectū pignoris aduersantium, quod nō potuit deduci in Saluiano, & nunc in hoc plenario iudicio deductū fuit, quia illa possessio, quæ habetur per Saluianū, est, vt Bart. dicit momentanea, iniustè aūt se dicit eiectum de sua possessione, nō respectu illius Saluiani, quod tunc intendebatur, sed respectu validitatis pignoris, quod nunc deducitur, sicut † sentētia primi iudicis potest dici iniusta respectu iuris partis, quod postea deductū fuit in causa appellationis, licet nulla iudicis iniquitas appareat respectu processus corā eo agitati, vt Bart. dicit in l. eos col. 2. vers. quæro quid si actor C. de appel. & certè si possum implorando † officiū iudicis, vt declaret cōtractū inter me, & Sempronium

Sempronium celebratum fuiſſe & eſſe nullum, & eodem modo nullum eſſe teſtamentum, ſententiam, iuſiurandū.l. & ſi is.C.de præd. mino.l. ſi dolo & ibi glo. in verbo iubebit.C.de reſc in. vend.l. ad probationem & ibi Bald.4. not. C.loca. Bart. latè in l.quæ ſub conditione.§. de hoc iure.ff. de condit. inſtitu. non video cur non poſsit peti nullitatem pignoris declarari. Non obſtat, quod obijcitur magnū eſſe commodum poſsidere.§.commodum Inſtitu.de interdic. quia fateor magnum eſſe poſſeſsionis commodum: nam actore non probante reus etiam ſi nihil præſtiterit abſolui debet l.qui accuſare.C.de eden.l.fi.C.de rei vendi. Sed hoc commodo nō priuantur aduerſarij, quia Federicus probauit de iure ſuo, nam cōſtat de eius antiqua poſſeſsione. Item docuit de defectu pignoris, & ideò obtinere debet, quum ex aduerſo eius intentio non ſit per validas exceptiones repulſa, & eodem modo reſpondetur ad illud quòd ex perſona actoris ius metimur, non ex iure rei.l.1.in prin.ff. ſi pars hære.pet.l.vti, frui ff.ſi vſufr.peta. quia Federicus ſumit fundamentum ex iure ſuo, quia fuit iniuſtè eiectus de ſua poſſeſsione prętextu pignoris, quod erat vere nullum, & quòd
15 † tempore primæ ſententiæ latæ in Saluiano nō potuit docere, nunc autem de eo in hoc ordinario, & plenario iudicio docetur. Iniquè autem dico eiectum (vt idem repetā) non reſpectu iudicij tunc agitati ſed reſpectu meritorū cauſæ. Et hoc eſt primum fundamentum defenſum ab obiectis, quæ viua voce fiebant.

Secundum fundamentum eſt, ꝙ Comes Federicus probauit de dominio d.prędiorum Fraxineti: nam vtraq; pars fatetur Sigiſmundum fuiſſe dominum eorum, ex donatione habita ab Illuſtriſsimis Marchionibus, & mortuo Sigiſmundo Dorothea vxor & eius hęredes non potuerunt di-
16 ci dominium adeptos fuiſſe, quia d. † legatum ipſorum prędiorum fuit nullum propter prohibitionem alienationis, & etiam, quia propter pręcedentem proteſtationem derogatoriam cenſetur Sigiſmundus actū nugatorium feciſſe poſtea tranſlatum eſt dominium in Matthęum, qui apprehendit poſſeſsionem. Poſtremo poſt mortem Matthæi apprehendit poſſeſsionem vacantē Federicus & effectus eſt do-
17 minus d. prædiorum, quia † quando, quis habet titulum à Domino prout habet D. Federicus, qui eſt vnus reliquus ex deſcendentibus D. Sigiſmundi & nanciſcitur poſſeſsionem, efficitur dominus etiam ſi ab alio poſſeſsionem nanciſcatur; & multo magis ſi vacantem poſſeſsionem apprehendit, prout hæc deduxi in allegationibus nuper editis, & iſtud habeo pro ſolido fundamento: & ſi quæratur, quem titulum habet Federicus, reſpondeo, quòd venit ex titulo pactorum & conuentionum initarum inter eius maiores, quæ validæ ſunt, & ſeruandæ non ſolùm de iure gentium, ſed etiam de iure ciuili, quū interuenerit ſtipulatio, & quia plura ſunt negotia, quàm vocabula, vt inquit Iuriſc. in.l.4. ff.de præſcri. verb.inductum eſt etiam, quòd titulus naſcatur ex varijs figuris cauſarum l.1.in prin.ff. de actio.& obli.
18 & † titulus nihil aliud eſt, quàm cauſa habilis ad acquiſitionem dominij: vt inquit Cin.in l.cogi.C.de petit.hær. Pau. de Caſt.in l.Celſus circa fin.ff.de vſuc. & cui dubium, quòd
19 † ſtipulatio etiam per ſe conſiderata eſt cauſa habilis ad acquiſitionem dominij.l.1.§.verbis quoq;.ff.de actio. & obl. & Inſtit.de verb. obli.in prin. habet igitur hunc titulum Federicus ideſt cauſam acquirēdi dominij: quòd maiores ſui ita conuenerant ſtipulatione intercedente, quòd bona eorum non poſſent alienari, ſed tranſirent in deſcendentes, &
20 † titulus præbet iuſtā cauſam poſſeſsionis, niſi in eo, qui ſcit rem eſſe alienam Inſtitu.de vſucap.in prin. Bald.in l.ancillæ
21 vlt.no.C.de fur. Poteſt etiam dici, quòd † iſte titulus ſit donatio quædam facta ſub certis modis, quòd fieri poteſt, vt C.de donat.quæ ſub mo.per totum, & in l.1.ff.de don.nam Doct.relati per Iaſ.& Rui.in eorū conſilijs huiuſmodi conuentiones, quæ fiunt inter fratres, vt bona veniant ad ſuperſtites, vel eorum deſcendētes appellant mutuam & reciprocam donationem.
22 Tertium eſt fundamentum, quia dico, ꝙ per † verba reſolutiua tranſlatum fuit dominium ſine traditione, vt prius
23 dixi, ſed omiſsis verbis reſolutiuis, dico † tranſlatum eſſe dominium ſine traditione per l.quoties.C. de don. quę ſub
24 mo. vbi † ſi donatur alicui res ita, vt poſt mortem eius tranſeat ad aliū, ille alius poteſt adueniente caſu poſtea rem donatam vtili actione petere à poſſeſſore, nō ſolum perſonali, ſed etiam reali abſq; alia traditione, vt Spec. tenet in titu. loca.§.nunc aliqua, verſic. Septuageſimo quæritur eccleſia
25 cōceſsit vbi forma.q. in eccleſia: quæ cōceſsit † rem in emphyteoſim hoc pacto, ꝙ pars præmorientis in ſuperſtitem deueniret, prẹmortuus eſt vnus eorum alio hęrede relicto, qui hæres poſsidet rem ipſam pro parte defuncti, ſuperſtes modo vult illā partem petere, quæ ſecundum tenorem conceſsionis ſibi debetur, quæritur quo iure illā petere poſsit, arguit, quod in tali parte nō habeat actionem, quia illa pars ſibi tradita non fuit. Concludit tamen, quòd in rem habeat actionem, arg.d.l.quotiens, & ſic d.l.quoties, quæ ponit caſum ſpecialem fauore donationis, vt cōtra poſſeſſorem agi poſsit actione perſonali, procedit etiam in actione reali, ſecundum Spec.quem ſequitur ibi Ioan.Andr. referens alios antiquos idem tenuiſſe per d. legem quoties, ſequitur etiā Alex.conſi.24. Pōderatis his, quæ in themate in prin.lib.5. Dec.conſ.239. Primo non videtur col.pen.& in l.traditionibus.C.de pac.& modernus Doct.Crau. conſil.19. Super
26 tranſactione nobilium col.3. vbi etiam † dicit in contractu inter viuos ſubſtitutiones fieri poſſe per l.vt hæredibus.ff. de lega.ſecundo, & per alia ibi per eum allegata. Ex prædi-
27 ctis igitur colligitur, ꝙ abſq; † conſtituto appoſito in d.conuentionibus celebratis inter illos fratres dominium prędiorum Fraxineti fuit tranſlatum in D. Federicum poſt mortem D.Fratrum vocatū, & per cōſequens poteſt nunc perſequi d.prædia actione reali. Et ſi dicatur, ꝙ tex.in d.l.quoties procedit propter fauorem exercentis liberalitatem, & hic non videtur eſſe proprie donatio propter aliquod commodū vnius ad alterum, quod videtur ſequi ex mutua donatione: attento, ꝙ actum fuit, vt bona venirent ad ſuper-
28 ſtites, vel eorum deſcendentes. Reſpondeo, ꝙ † diſpoſitio d.l.quoties, quæ eſt fauorabilis, dum loquitur in donatione, procedit etiam in ea donatione, in qua donans capit aliquid commodi, vt patet ex deciſione Spec. ſuperius relata, nam ponit exemplū in conceſsione emphyteoſis: quæ vt ſit titulus lucratiuus, non tñ eſt omnino mere lucratiuus, & non eſt ſine commodo concedentis, quia pro ea ſoluitur canon, & ſpes eſt, quod reuerti poſsit ad dominum, & forſitan cū melioramentis, & tamen Spe.vult d.l.quoties procedere in huiuſmodi conceſsione, & vlterius, ſi auctoritati Crauetæ aliquid eſt deferendum, ipſe conſulit in terminis ferè paribus, videlicet in conuentione, ſeu tranſactione inter fratres inita, ꝙ vno ipſorum præmoriente ſine liberis bona eius ſuperueniant ad ſuperſtites, & ſuos liberos, procedat in huiuſmodi caſu diſpoſitio d.l.quoties, vt per ſuperſtites agi poſsit rei vendicatione ad bona, in quibus fuit ſubſtitutus. Acce-
29 dat firma ratio, quia † diſpoſitio d.l.quoties eſt fauorabilis, ideò extendenda: vnde quum loquatur de actione perſonali, extenditur ad actionem realem, vt per Spec. vbi ſupra & Dec.apertè in præallegato conſ. Sic dicendum, & quum loquatur in donatione ſimpliciter procedat etiā in donatione impropriè ſumpta, quę dicitur eſſe talis qñ donatur, quū aliquid fuerit ſequutum.l.1.ff.de dona. quod comprobatur
30 ex trita regu.quæ habet, ꝙ † in exorbitantibus fit extenſio ad caſum, qui ſub larga ſignificatione vocabuli comprehenditur, præſertim vbi diuerſitatis ratio reddi nō poteſt l.filiū habeo.ff.ad Macedo.l.Senatuſconſulto.ff.de rit. nup.glo. in Auth.vt qui obli.§.1.in verbo ad curationem, & in Clem. auditor in verbo beneficijs de reſcrip.Imo.in l.ſi vero verſic.fallit ſecundo ſecundum quoſdam.ff.ſolu.mat.

Quartum fundamentum eſt, quia Comes Federicus ha-
31 bet † ratione hypothecæ anteriora, & potiora iura per inſtrumentum conuentionum D. Fratrum in prædijs Fraxineti, ergo præferri debet aduerſarijs prætendentibus hypothecam, quum ea longè ſit poſterior l.ſi fundum.C. qui poti.

poti.in pig.hab.l.si pignus.ff.eod.tit.& hoc videtur petitum
32 & deductum saltem per † illam clausulã, in qua petitur ius & iustitiam ministrari, cuius virtute omnia videntur deducta, ex quibus intentio actoris ex actis iuuari potest, vt not. Abb.post Cald.& alios in c.cum dilectus de ordi.cogni. & habetur per Ang. de Are.in §.omnium char.pen. Instit.de actio. & Alexand. consi.121. Viso processu colum.2.lib.1. Hoc deductum est ex abundanti, quia sufficiunt superiora fundamenta, quibus præcipuè innitor.

Vltimo non desino cõmemorare, quod nullum ius competit parti aduersæ in d. prædijs, & D. Federicus habet ius in eis vigore conuentionũ productarum, & inter eius antecessores initarum secundũ quas non potuerunt fieri illę alienationes primo per Sigismundum, deinde per Matthæum in eius præiudicium, & cum constet de iure Federici, & de
33 nõ iure partis aduersæ, quæ † sine iusta causa posside t d.prędia, pronunciandum est pro Federico, pro quo pugnat naturalis iustitia: sufficit enim fidẽ firmare ex ipsa iustitia naturali, vt inquit Iurisc.in l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excu.tuto.& si quæratur, quæ sit hæc natutalis iustitia. Respondet Bal.in c.pastoralis in fi.de cau.posse.& propric.& in c.1. circa fin. de iureiur. quòd iustitia naturalis & æquitas idem sunt, pro quo facit tex.in l.1.in prin.ff.de iust.& iu. ibi iustitiam namq; colimus, boni & æqui notitiam profitemur, naturalis autem æquitas hoc dictat, vt pronũcietur pro eo, qui plus iuris habet, contra eum, qui nullum habet ius, vt Bald. scribit in l.ancillę 5.oppo.C.de fur.dicens formaliter, quòd præscriptio est cõtra naturalem æquitatem, sed Publiciana est secundũ naturalem æquitatem, qui tuetur eum, qui plus iuris habet contra non habentem ius. Et quia iam multa in præsenti cõtrouersia scripta sunt, rogo Dominos meos, vt præmissis diligenter cõsideratis expediant quam primum hanc litem, prout iuri conuenire videbitur.

SVMMARIVM.

1 *Verba hæc, quæ bona erant quon. talis, posita in proœmio contractus sunt narratiua, quæ causam finalem indicant. & quia sunt prolata cum casu genitiuo important dominium.*

2 *Titulum habens à vero domino, si corporalem rei apprehendat possessionem efficitur Dominus.*

3 *Feudum vbi est concessum pro se & descendentibus, tunc possunt descendentes rem feudalem per prędecessorem in extraneum alienatam recuperare.*

4 *Titulum concedens videtur etiam concedere potestatem apprehendendi possessionem à se propria auctoritate, vel ab alio quocunque.*

5 *Feudum concessum pro se & suis descendentibus non hæreditariũ, sed ex pacto, & prouidentia cõcedentis dicitur.*

6 *Concessio sicut ad nondum natos descendentes trahitur, ita facultas apprehendendi possessionem concessę rei propria auctoritate data videtur.*

7 *Inuestitura facta pro se & descendentibus, complectitur descendentes nondum natos.*

8 *Titulus solus nec dominium transfert nec possessionem.*

9 *Donatio de prædio facta inter viuos cuius effectus est post mortem donantis collatus valet.*

10 *Stipulatio, qua mater recipit emphyteosim pro se & filijs valet. quod intellige vt nu.12.*

11 *Stipulari alteri, vt quis possit, requiritur, vt res sit sua, vel futura sua, fallit vt nu.13.*

14 *Stipulari alteri etiam extraneus potest, vbi interuenit iuramentum.*

15 *Stipulari licet non possit filio naturali, tamen si recipit emphyteosim pro se & filijs naturalibus, valet stipulatio.*

16 *Stipulari extraneo quilibet potest super re sua, vel quæ futura est sua.*

17 *Dominium vtile non acquiritur sine traditione.*

Super eadẽm et facti specie. Cons. 533.



Tres, quæ clara est pro Comite Federico, adhuc clarior reddatur, infrascripta subicijo. Præsuppono in primis, ꝙ Sigismundus habebat dominium horum prediorum sibi donatorũ ab Illustrissimis Marchionibus, qđ patet maximè in instrumẽto celebrato inter illos de Goritia, & Matthæum, ibi, quę
1 † bona erant d.quon.Sigismundi, quæ verba sunt narratiua posita in proœmio cõtractus, quod indicat causam finalem l.fin.vbi Bar.ff.de hær.instit.& quum sint prolata per Genitiuũ im portãt dominiũ.l.2.§.in locum.ff. de relig. & sump.fu.Bar.& alij in rub.ff.de oper.nou.nunc. & vlterius illi Goritienses, & nunc isti de Gabbiano ex persona D. Goritiensium venientes non possunt negare: quũ à D. Sigismundo causam pretendant. Hoc stante dixi in meis primis allegationibus, ꝙ dominium d. prædiorũ erat translatũ in D.Federicum, qui habebat titulum virtute pactorũ initorum in D.Sigismundũ, & Gabrielem auum Federici, & virtute d. tituli possessionem vacantem per mortem Matthæi appre
2 hendit: nam vbi † quis cum titulo, quem habet à vero dño, possessionem rei corporalis apprehẽdit, efficitur dñs, & talem possessionem potest propria auctoritate occupare, vel à quocunq; alio habere: quia sibi vr̃ data facultas apprehendendi à dño, vt docui in primis meis allegationibus nõ impressis, vbi adduxi cõpetentes auctoritates, quę videri possunt, & ad hoc non vidi hactenus responsum, & teneo firmiter, ꝙ dominium, quod erat penes Sigismundũ transiuerit primo in Mattheũ, quũ adeptus fuit possessionem prædiorũ, & eo mortuo trãsiuerit in Federicum succedentem in d.prædijs nõ ex persona Matthæi, sed ex propria, vigore d. pactorũ inter Sigismundũ & Gabrielem initorũ. Nunc
3 addo illud, ꝙ videmus in simili, ꝙ † vbi feudũ vel emphyteosis recepta est pro se & descẽdẽtibus, & vnus ex descendentibus alienauerit rem feudalem vel emphyteoticam in extraneũ emptorẽ, potest mortuo tali alienatore alius descendens recuperare rem ab emptore, ita cõsuluit Alexan. consi.106. Viso themate & instrumẽto circa prin.lib.4.vbi ad hoc allegat text.in c.1.§.1.de succes.feu.& in c.1.de alie.feu.& in c.1.de alie.feu.pat.Sequitur Dec.cons.326.In casu proposito 2.dub. & vltra eos hoc melius probatur in c.1.§.Titius si de feu.defun.fue.contro.in.dom. & agna.Sicut igitur ibi Feudatarius vel emphyteota recuperat alienata per prædecessorẽ, modo ostendat rem fuisse feudalem vel emphyteoticã & se proximũ successorem vigore primæ inuestituræ, sic in proposito Federicus debet d. prædia alienata per Sigismundũ, & proximè per Matthæum hypothecata recuperare, modo ostendat, sicut facit illa bona esse cõprehensa in pactis, & se eum proximiorẽ esse, qui in illis succedere debeat iuncto etiã eo, quod bona fuerũt antea possessa per Matthæũ, & postea per Federicũ sequentũ in gradu.

Obijcitur huic fundamẽto, ꝙ non est dñs Fedcricus, quia Gabriel auus. D.Federici, in quẽ in casu alienationis factæ per Sigismundũ deuenire debuerũt, ea nunquam habuit & possedit. Ego nõ video quorsum istud fundamentũ tendat, nam D.Sigismundus in casu alienationis concessit ea nõ so
4 lum Gabrieli, sed Gabrielis descendentibus, & † titulũ concedens vr̃ pariter concedere, vt possit is, cui conceditur, apprehendere possessionem propria auctoritate ab eo, vel ab alio quocunq;, iura & auctoritates allegaui in prioribus allegationibus latissimè, & ex his duobus acquiritur dñium ex titulo.s.habito à vero dño, & possessione, subsequuta. Vnde si Gabriel auus nunquã fuit dñs d.prædiorũ, quid hoc officit Federico? cuius ius nõ dependet à D.Gabriele, sed à Sigismundo, cuius erãt d.prædia: & qui in eis concessit titulum descendẽtibus D. Gabrielis & cõsequenter facultatẽ apprehendendæ possessionis: Dominium.n.quod erat penes Sigismundũ, est illud, quod transit in descendentes de gradu in gradum, nõ autem illud, quod habuisset Gabriel, posito,

quòd habuisset: similiter nec illud, quod habuit postmodũ Matthæus, quia eis extinctis, dñium vnà cum possessione pariter euanescit, vnde si priores in gradu nõ habuerunt dominium d. prediorũ, hoc non officit Federico, qui ab eis nõ
5 habet causam, sed à primo cõcedente, sicut dicimus† in feudo concesso pro se & suis descendentibus, quod nõ dicitur hæreditarium, sed ex pacto & prouidentia cõcedentis. Nec aliquid facit, quod obijcitur, ꝙ in descendentes nõ videtur posse fieri translatio possessionis, quia nondum erant in rerum natura, & sic fictio etiã operari nõ potest, quia non di-
6 co ego, ꝙ sit translata possessio in descendentes, sed † dico, ꝙ sicut valet concessio in descendentes nondum natos, vt aliàs est probatũ, ita videtur data facultas ex d. concessione apprehendendi rem propria auctoritate, ex quo propter titulum præcedentem videntur habere ex dñi voluntate, vt probatur in l. si ex stipulatione ibi sine domini volũtate ar-
7 guendo à contrario sensu. ff. de acq. posse. vnde † si dñs inuestiat Titium pro se & descendentibus, quo casu veniunt descendentes, vsq; in infinitũ, certè descendentes, qui tempore inuestiture nondũ erant cõcepti & nati, poterunt rem feudalẽ apprehendere propria auctoritate, quia licet per talem inuestiturã non acquiratur possessio nec verè nec fictè,
8 quia est titulus concessionis, & † Solus titulus non transfert dominiũ, neq; possessionẽ. l. si ager ff. de rei vend. l. fin. C. de sacrosf. eccl. operatur tñ hoc, quod per huiusmodi inuestituram intelligitur data licentia apprehendendi possessionem propria auctoritate, vt Inno. scribit in ca. 2. & ibi Abb. col. pen. de consue. Cin. & Bald. in l. 1. C. de don. & Bal. in c. 1. & ibi cæteri, quid sit Inuestit. & in rub. C. de contrah. emp. q. 17. & in l. traditionibus col. 1. C. de pac. cũ alijs pluribus adductis per Alex. & Aret. in l. 3. in prin. ff. de acqu. posse. Iaco. in tract. feu. in verbo inuestiuit talem circa prin. mihi enim videtur absurdum, si dicatur, ꝙ tantum primo inuestito sit data facultas apprehendendi, & nõ etiam vlterioribus, quũ vlteriores habeãt causam à primo domino cõcedente c. 1. ibi per inuestituram patris & aui de feu. Marchio. Istud etiã
9 confirmatur, nam pone, ꝙ † aliquis donet prædiũ inter viuos post mortem suam, quo casu donatio valet, licet effectus sit collatus post mortem l. 1. C. vt actio. ab here. & contra hære. l. hæreditarium. ff. de bo. auct. iud. possi. l. nam & si cum moriar. ff. de cond. indeb. & ibi Bar. vlt. oppo. & Bar. in l. fin. q. 3. C. de pac. & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. dicemus ne, ꝙ donatarius post mortem donantis non valeat apprehendere possessionem rei donatæ, certè nõ dicemus, quia sicut valet donatio collata post mortem, ita etiã valere debet facultas apprehendẽdi possessionem, quæ cuilibet concessa intelligitur cũ quo contrahitur, quia hoc intelligitur habere de voluntate domini. Concludo igitur Federicum apprehendere potuisse propria auctoritate vigore sui tituli possessionem d. prædiorum post mortem paciscentium fratrũ, & hoc modo effectum fuisse dominum, & per consequens competere sibi rei vendicationem cõtra quemcunq; possessorem. Non obstat dum adducitur in oppo. Bar. in l. quod dicitur in fin. ff. de verb. obli.
10 vbi vult, ꝙ † quãdo mater recepit emphyteosim pro se & filijs, & hæc stipulatio valet, quia interponitur primo super re, quę est, vel futura est sua ratione vtilis dominij, & sic sentit Bar. ꝙ oportet, quod dominiũ sit prius apud matrem, vt stipulatio pro filijs valeat, quia respondeo, ꝙ Bart. loquitur in matre, quæ nõ potest pro filijs stipulari, quos non habet in potestate, vt Bar. dicit supra ea. l. in versi. quæro an mater cũ cõcord. ibi adductis per Moder. vnde nimirum, si opus est, vt valeat, ꝙ stipuletur primò pro se, deinde pro filijs, &
11 ipsa prius habeat dñium, quia† alteri stipulari vt quis possit, requiritur, quod res sit sua, vel futura sit sua l. donationes in concubinã. §. pen. & ibi not. ff. de dona. l. si cũ Cornelius. ff. de solu. nam videtur tunc promittens, vel cõcedens illũ tertium facere gestorẽ vel procuratorẽ negotij sui, vt Bar. dicit in l. stipulatio ista §. alteri in 3. opp. & in §. si stipuler, nona fallen. ff. de verb. obli. hoc autem † cõtingit quãdo em-
12 phyteosim recipit mater pro se & filijs, quia videretur primo pro se recipere, & pro filijs post mortem ipsius ordine successiuo, & sic videtur fecisse stipulationem, quantum ad filias attinet in tempus, quo res erit effecta sua respectu vtilis dominij, & sic perinde est, ac si stipulatio esset facta eo tempore in quod collata est. l. quod sponsæ. C. de dona. an. nupt. l. in tempus. ff. de hære. institu. & ista est mens Bart. in d. l. quod dicitur in fin. quem etiam refert Bald. & sequitur in l. auus. ff. de pac. Abb. in c. in præsentia col. 6. versi. & per
13 hoc deciditur de proba. Sed † in casu sumus in ascendente paterno, qui potest stipulari suis descendentibus etiã nondũ natis & conceptis, vt concluditur per Bart. & omnes in d. l. quod dicitur, vnde non fuit opus, ꝙ ascendens stipuletur super re sua, vel quæ futura est sua, vt stipulatio valeat, & tanto magis prædicta procedunt in casu isto, in quo vltra stipu-
14 lationẽ ascendentis interuenit stipulatio notarij. Item † iuramentum, quo casu quilibet etiam extraneus stipulari alteri potuisset, vt aliàs deductum fuit. Confirmantur præmissa ex his, quę Alex. scribit in l. ex facto. §. si quis rogatus il 1. col. 10. versi. Item aduerte. ff. ad Trebel. vbi vult, quòd
15 † licet pater filio naturali stipulari non possit, quia nõ habet eum in potestate, vt Instit. de patr. pot. in prin. tamen valet stipulatio vbi recepit emphyteosim pro se & filijs naturalibus, attento, quod intelligitur recepisse ordine successiuo idest primò pro se donec viuit, & post eius mortem pro filijs, & sic stipulatio est concepta in tempus, quo res est sua, vel futura est sua per acquisitionem vtilis dominij, & super
16 † re sua vel quæ futura est sua quilibet extraneo stipulari potest. l. pen. C. ad exhib. l. Publia in prin. ff. depo. & subdit Alexand. in præallegato loco, quòd dum Bart. ibi dicit, ꝙ non est acquisitum vtile dominium filio naturali ratificanti, intelligitur dictum Bart. quando patri in receptione contractus emphyteotici non fuit tradita res sed postea eam apprehendit, & non apparet, quod apprehendatur nomine filij, vnde non potest dici acquisitum vtile dominium filio
17 etiam ratam habenti, si filius rem nõ habet, quia † sine traditione nõ acquiritur vtile dominiũ. l. si ager. ff. de rei vend. l. si ex stipulatione. ff. de acqu. posse. Sed in casu isto Federicus ratificauit & apprehendit possessionem, ideò non potest dici, quòd ei dominium non sit acquisitum.

SVMMARIVM.

1 *Feudum vbi est receptum pro se & descendentibus, descentes non dicuntur illud habere à Vasallo proximo defuncto, sed à primo inuestito.*
2 *Contractum approbans, censetur & eius qualitates, & pacta approbasse, etiam si in præiudicium ei afferrent.*
3 *Clericus, qui vult statutis Laicorum vti, cogitur eis vti cũ suis qualitatibus.*
4 *Contractus vbi petitur pro nullo declarari, debet & cassari quatenus de facto processerit.*
5 *Alienare prohibitus, & pignorare prohibitus censetur.*
6 *Officium iudicis competit vbicunq; æquitas deposcit.*
7 *Stipulationes mutuæ, vbi inter fratres sunt conceptæ, tunc vnusquisq; eorum suis descendentibus stipulatus est, & etiam alienis stipulantur ex iuramenti adiectione.*
8 *Notarij stipulatio nomine omnium, quorum interest, interposita adeò valet, vt ex ea sine vlla cessione ius absentibus acquiratur.*

De eadem materia. Cons. 534.



TRADITA fuerunt pro motiuis quædam, quæ aduersarius Aduocatus ponit in fi. allegationum suarum, quibus dicit se non videre responsum. Et primò, dicit, quòd Matthæus ex descentibus domũ Gabrielis recuperauit prędium post d. legatum factũ, & sic ius acquisitum ex præcedenti legato fuit consumptum, & ipse D. Matthęus non fecit aliquam alienationem prohibitam propter,

propter quam posit dicere ipse Comes ius sibi acquisitum fuisse ex aliqua stipulatione: ergo sine actione experitur. Hæc sunt eius verba adeò obscura, vt extricari vix sensus posit, arbitror tamen eum voluisse dicere, quòd aut agimus ex alienatione facta per Sigismundum per viam legati in vxorem, & nullum ius nobis competit, quia Mattheus vnus ex descendentibus D. Grabrielis recuperauit ea prędia, aut agimus ex alienatione facta per Matthæum, & nullum nobis ius competit, quia Matthæus non alienauit prædia, sed recuperauit. Est sophisticum argumentū: Nam ius Comiti Federico competit ex alienatione facta per Sigismundū: nec recuperatio facta per Matthæum absorbet ius competens Federico altero ex descendentibus: qui non habet causam à Matthæo, nec ex eius persona venit, sed ex propria persona virtute stipulationis & pactorum initorū inter eius maiores, sicut dicimus in simili de † feudo, quod fuit receptum pro se & descendentibus, quia descendentes nō habent illud à proximo, vasallo defuncto, sed à parente, qui primò fuit inuestitus cap. 1. ibi per inuestiturā patris vel aui de feu. March. Itaq; nō est attendenda recuperatio facta per Matthæum ex qua Comes Federicus nullum ius sumit, sed alienatio facta per Sigismundū in extraneos, à quibus nunc Federicus vendicare potest alienatā. Præterea non recuperauit liberè d. prædia, sed remisit sibi ius competens super domo, & cū obligatione soluendi pecuniam: vnde quo ad ipsum Federicum non intelligitur recuperare: quum nō intendat approbare illū contractum, sed ecōtrario improbat non enim res dicitur reddita, quando deterior facta redditur, nisi interesse præstetur. l. 3. in prin. ff. commo. l. 1. §. si res deposita. ff. depos. l. qui sibi. §. Stichum & ibi Bar. ff. de solut. gloss. in. l. eleganter. §. non solùm in verbo ex stipulatu. ff. de dolo Cin. in. l. exhibitionis. C. ad exhiben. Si aūt acceptaret

2 Federicus illum † contractū, & ex eo habere prędia vellet, cogeretur eum acceptare cum suis qualitatibus, & pactis, quæ sibi preiudicium afferrent. l. Caius. ff. de manum. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acqui. poss. l. contra iuris. §. fi. ff. de pac. & ibi Bal. & tradit Alex. in. l. cum fundus. §. seruum tuū imprudens. 4. not. ff. si cert. peta. propterea dominus non potest contractum serui acceptare, nisi cum suis pactis & limitationibus. l. 1. §. fi. ff. de stipu. seruo. Imo. in. l. iudex postquam col. antepen. versic. Item facit. 2. ff. de re iudi. & vide-

3 mus † in simili de clerico, qui si vult vti statutis laicorū, cogitur eis vti cum suis qualitatibus, vt Bald. inquit in l. omni nouatione. C. de sacros. eccle. & in. l. 1. vlt. q. C. de contrah. empt. & in l. de quib. 6. q. ff. de ll. Secundo respondeo, quòd Matthæus quātum in eo fuit, & saltem de facto hypothecauit ista prędia, & istud est, de quo cōquerimur in presenti iudicio petitorio, petentes declarari super nullitate d. pignoris nam, vt dicit Bar. in. l. quæ sub cōditione. ff. de cond.

4 instit. quicunq; † petit declarari contractum esse nullū, petit & eū cassari quatenus de facto processit, & dicit ad hoc

5 dari iudicis officium. Illud autem est expeditum, quòd † prohibitus alienare, intelligitur quoq; prohibitus pignorare. l. fin. C. de reb. alie. non alien. Tertio respondetur clarissimè quod aut isti superiores alienarunt, & habeo intentum, quia competit ius Federico ex alienatione: aut non alienarunt, & tūc etiam competit ius Federico, quia mens paciscentiū fuit, vt bona transirent tātum in descendentes masculos ob honestatem familiæ, quæ in diuitijs quoq; consistit, & hoc videri potest in transactione secunda. Qua autem actione experiatur nūc Federicus, tetigi late in postremis allegationibus, & superfluum videtur, postquàm verborum formulæ sunt sublatæ, hoc quærere, quia deesse nō potest actio in

6 factum subsidiaria. l. quoties. ff. de præscr. verb. vel † officiū iudicis, quod competit vbicunq; æquitas deposcit. l. planè, & l. fin. ff. de petit. hered. ego tamen in postremis meis allegationibus ostendi Federico competere directam rei vendicationem. Item vtilem in rem actionem ex. l. quoties. C. de dona. quæ sub mo. quæ scripta placeat videre, quia eadem dicere superfluum arbitror, & nimis longum esset.

Ad aliud de stipulatione: fatetr Aduersarius vnūquemq; stipulari posse pro se, & descendentibus suis: sed nō pro descendentibus fratris. Hic pro responsione dilucida est aduertendum, quòd tres erant fratres Valerianus, Sigismun-

7 dus, & Gabriel, vnde intelligendum est, quum † mutuę stipulationes interuenerint, quòd eorum vnusquisq; pro suis descendētibus est stipulatus. & sic stipulatus est Gabriel pro suis descendentibus à reliquis duobus fratribus, & ex d. stipulatione venit nunc Federicus. Item adest iuramentum, quo interueniente, quis alteri stipulari potest, vt per Alex. in. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obl. & latius cons. 207. Domine Alexander col. 1. lib. 7. Item in tertia transactione

8 adest stipulatio † notarij nomine omnium, quorum interest, quæ quidem stipulatio valet, ita vt ex ea ius absentibus sine vlla cessione acquiratur, vt Bartol. scribit in. l. 2. ff. rem pup. sal. fo. & in. l. nec ei. §. eorum versic. quæro nunquid tabellio. ff. de adopt. & in. l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de verbor. oblig. cum concordan. ibi adductis per Alexan. vbi testatur hanc esse communem opinionem. Scripsi superiora sine allegationum pompa sicut fuit requisitum.

SVMMARIVM.

1 *Possessor licet respectu quorundam dicatur iniustè possidere, & vt prædo, tamen respectu aduersarij possidere dicitur iustè, quod sufficit ad retinendam & recuperandam possessionem.*

2 *Titulus generalis pro suo competit, vbi quis ex iusta & probabili causa existimans se dominum, possidet, licet falsa sit existimatio.*

3 *Pignoris fructus etiā restitui debent ab eo, qui pignus possidet, quod restituere tenetur.*

4 *Sententia diffinitiua vbi in hypothecaria cōtra reum est lata, & rei hypothecatæ immissio possessionis est secuta, tūc reus non lucratur fructus, dato quod possidere dicatur.*

5 *Pignoratam rem debitor, quo ad vsucapionem, & omnes effectus concernentes dominium, vel fructuum acquisitionem, possidere dicitur.*

6 *Creditor rem pignori acceptam nunquam vsucapit.*

7 *Statuto stante, vt possessor teneatur describere bona in æstimo, & res sit pignori data, tunc non creditor, sed debitor tenetur ad illam descriptionem.*

8 *Fructus perceptos non tantū restituere tenetur possessor malæ fidei, sed etiam eos, qui percipi potuerunt.*

9 *Cessio facta in clericum pretio mediante, à iure improbatur.*

10 *Possessor malæ fidei dicitur is, qui contra iuris præsumptionem possidet.*


11 *Fructus non acquirit possessor malæ fidei, sed ad eorum tenetur restitutionem.*

12 *Sententia prima, vbi per secundam super eodem possessorio latam retractatur, tunc res ipsa cum fructibus restituitur Amp. vt nu. 16.*

13 *Fructus percepti restituuntur, vbi titulus, ex quo quis se tuetur, reducitur ad non titulum, vel ortum habet ex causa irrita.*

14 *Fructus perceptos nō tenetur restituere, qui obtinuit in possessorio, licet succūbat in petitorio, quod declara vt n. 15.*

Super facto præcedenti. Cons. 535.



VONIAM adhuc, vt audio, aduersarij cōfugiunt ad illud fundamentū, quod Federicus Comes Camerani non est hæres D. Frarrū paciscētium, & quod d. pacta non possunt procedere, nisi in hæredibus ponderādo, illa verba ratificant, approbāt, & emologant pro se & suis hæredibus, vltra responsiones traditas per D. Patronum causæ. Respondeo, quòd non est quærendum in hoc iudicio, quo titulo veniat Federicus an vt hæres, vel vt de-

scendens: quia fundamentum eius consistit in sua antiqua possessione di. prædiorum, quam adeptus est per mortem Matthęi, à qua dicit se fuisse eiectum in iudicio possessorio vtili Saluiano, quasi Aduersarij haberent in eo ius pignoris seu hypothecæ, & nũc in iudicio plenario docuerit de nullitate illius hypothecæ, ideò sibi prior possessio venit restituenda, retractata possessione aduersarij. Posito enim citra
1 præiudicium, ꝙ esset † prædo, & respectu quorundam alio rum possideret iniustè, tamen possidet iustè respectu aduersarij, & istud sufficit, vt retineatur possessio, vel recuperetur, vt Alexand. tradit in l. 3. §. ex contrario col. antepen. versi. circa vnum tamen. ff. de acqui. posse. & sunt tex. clari, quos ipse allegat in cap. in literis de restitu. spolia. & in l. ita, vt si fur. ff. commo. & in l. 1. §. fin. cum l. sequen. ff. vti possi. ad idem tex. in l. fin. ff. de acqui. poss. vbi gl. allegat concord. Non tamen intendo dicere ꝙ Comes Federicus sit predo: nam habet titulum ex conuentionibus in actis exhibitum.
2 Deniq; non potest deesse titulus saltem ille † generalis pro suo, qui cõpetit vbi quis ex iusta & probabili causa se domi num existimans possidet, & si falsa sit existimatio. l. Celsus ff. de vsucap. l. 1. & ibi glo. in verbo acquiritur, & l. fin. ff. pro suo. Hæc autem dicta sint ex abundanti, quia etiam quòd prædo esset, sua sibi debet restitui possessio, quia quo ab aduersario iustè possidet, vt supra deductum fuit. Quo ad fructus teneo, quòd aduersarij condemnari debeãt ad eorum
3 restitutionem, à die occupationis. Primò, quia quum † teneant predia pignoris loco, & restituere debeãt pignus, debent etiam restituere fructus pignoris: nõ enim possidens pignus facit fructus suos, sed eos restituit, capit. cum contra de pigno. cap. ad nostram el primo in fi. de iureiur. l. 1. & 2. C. de pigno. actio. l. 2. C. de part. pign. & in proprijs terminis adduco Alexand. consil. 70. In causa & lite colum. pen.
4 lib. 7. vbi dicit, quòd si lata † erat diffinitiua in hypothecaria contra reum, & pro exequutione sententiæ esset facta immissio in possessionem rei hypothecatæ non lucraretur fructus, dato quòd diceretur possidere, motus ex eo, quod decidit Salic. in Auth. ei, qui iurat. 8. colum. versi. quinto videndum est de effectu eius. C. de bon. auct. iudi. possi. dum inquit, quòd immissus ex primo decreto in hypothecaria, dato ꝙ diceretur possidere, tamen quia possidet vt pignus conuentionale, non vt rem suam, non lucratur fructus. Pro hoc etiam facit, quod scribit Alexand. in l. prima. §. per ser-
5 uum. ff. de acqui. possess. quòd † debitor rem pignoratam, quoad vsucapionem & omnes effectus cõcernentes dominium, vel fructuum acquisitionem dicitur possidere per illum text. & per text. in l. si seruus depositus. §. 1. ff. de noxa. vbi Iuriscons. loquens de his, qui rem pignoris suscipiunt, inquit, quòd & si iusta possideant, non tamen domini opinione possident, ad idem text. in l. pignori in prin. ff. de vsu-
6 cap. vbi dicitur, quòd † rem pignori acceptam, creditor nõ vsucapit, quia pro alieno prorsus possidet, hinc dixit Ange. in l. cum notissimi in princip. C. de præscrip. 30. anno. quod
7 † si ex forma statuti possessor teneatur describere bona in æstimo sub pœna, & quæratur quis teneatur ad illam descriptionem faciendam, vbi res pignorata fuit, vtrũ creditor, an vero debitor, & dicit, ꝙ debitor tenetur, quasi sit onus concernens effectum dominij vel fructuum, quia ratione fructuum describuntur bona in æstimo. l. quæro. ff. de vsufruc. lega. & hoc sequitur Alexan. in d. l. 1. §. per seruum, &
8 istud est liquidissimum fundam. Præterea † malæfidei possessor non solùm tenetur ad fructus perceptos, sed ad eos etiam, qui percipi potuerunt, cap. grauis de restit. spolia. l. certum. C. de rei vendic. l. fructus & l. si nauis. ff. eo. titu. l. item veniunt. §. si possessor, & §. fin. ff. de peti. hæred. sed aduer-
9 sarij sunt apertè in mala fide, quia † veniunt excessione facta in clericum mediante pretio à iure improbata, vt deductum est in cons. impresso, nam vbi possessio est contra ius præsumitur mala fides. l. quemadmodum & ibi Bar. not. C. de agric. & cens. lib. 11. l. 1. & ibi gl. in verbo mala fide. C. de fi. instru. & iu. has. fisca. lib. 10. vbi etiam Bart. no. glo. in cap. si diligenti in verbo bona, & ibi Abb. de præscrip. quinimo
10 quis dicitur etiam malæ fidei possessor, vbi contra iuris prę sumptionem possidet, cap. ad decimas de restit. spolia. in 6.
11 & in terminis, ꝙ † possidens ex titulo improbato nõ acqui rat fructus, sed teneatur ad eorũ restitutionem, tenet Bart. in l. sed si lege. §. scire. ff. de petit. hæred. vbi allegat ad hoc etiam tex. in cap. qui contra de regu. iur. in 6. sequitur etiam Bald. Paul. de Castr. & Sali. in l. 1. C. de his, quib. vt indig. & Bald. in l. 1. col. fin. C. de vsufru. Abb. in cap. dilecto vlt. not. de præben. & in cap. pen. in fin. de reb. eccl. nõ alien. Postre
12 mo vbi † ad irritum reducitur sententia, cuius cõtemplatio ne possessor in re tenebatur, quod continget in casu, si pronunciabitur nunc in fauorem Federici: tunc res ipsa cũ fructibus restituitur, ita ad literam scribit Roma. cons. 454. In re præsenti col. fin. vbi allegat text. quem ad hoc reputat singu. in l. filio. §. contra tabulas. ff. de inoff. testa. Deinde alle-
13 gat ibi Roma. multa iura per quæ ostendit, quòd † quũ titu lus, ex quo quis se tuetur, reducitur ad non titulum, vel ortũ habet ex causa irrita, fructus, quos percepit restituit. Nec
14 prædictis obstat si adduceretur, quòd † ille, pro quo est iudicatum in possessorio, si deinde succumbat in iudicio proprietatis, non tenetur ad fructus perceptos, à die deiectionis citra glo. fi. in cap. significauerunt de testib. & ibi Abb. col. 2. versic. not. quarto quòd licet sententia, & glo. in cap. cum super in verbo restituendus, & in cap. pastoralis in ver bo facultatem de cau. posse. & prop. & vtrobiq; not. Abb. & latius Abb. in cap. cum ecclesia col. 7. versic. Sed contra
15 hoc facit eod. titu. quia respondeo, quòd † prædicta procedunt in odium volentis possessoris, cui non licuit propria au ctoritate sibi ius dicere: ideò licet obtineat in proprietate, tamen interim amittit fructus perceptos per spoliãtem, ita enim loquuntur præallegata, in quo casu nos nõ sumus. Vel secundo & fortius respondetur, quòd præmissa loquuntur, vbi per secundã sententiam non retractatur prima lata super possessorio, quia nihil habet commune proprietas cum
16 possessione, sed † vbi prima sententia retractatur per secundam latã super eodem possessorio, & sic titulus habitus ex priori sententia irritatur, & reducitur ad non titulum, tunc res cum fructibus restituitur, in quibus terminis nõ sumus & loquitur Romanus in præallegato consilio.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non lucratur, qui rem pignoratam possidet.*
2 *Fructus hæres bonæ fidei non lucratur, propter malam defuncti fidem.*
3 *Fructus vbi restitui debent, pecuniam quoque per aduersarios ex locatione prædiorum acceptam à colonis cõtinet.*
4 *Fructus prædiorum consistunt in pecunia vbicunque prædia ad pecuniam locari consueuerunt.*
5 *Fructuum quantitas quomodo probanda.*
6 *Fructuum quantitas ex iudicis officio, sicut & interesse, declarari potest.*
7 *Fructus appellatione interesse includuntur.*
8 *Fructus dicuntur, qui deductis impensis, culturę & fructuũ quærendorum causa factis super sunt, & nu. 10.*
9 *Fructus vbi veniunt restituendi, tunc expensæ gratia castrum custodiendi factæ eatenus computantur, quatenus petitoris intersit, secus si factæ ex superabundanti.*
11 *Impensas voluntarias malæ fidei possessor amittit, nec vtiles tunc repetit, quando res non extat, vel melior non est facta, secus necessarias re existente. vt nu. 12.*
13 *Metus quomodo ab allegante sit probandus.*
14 *Pignoratæ rei creditor impensas in custodiendo pignore factas à creditore non recuperat, sed necessarias.*
15 *Fructus consumptos malæ fidei possessor tenetur restituere, etiam quòd factus non fuerit locupletior, non autem bonæ fidei.*
16 *Fructus naturales, non industriales consumptos, bonæ fidei possessor debet restituere, si modo non fuerit factus locupletior.*

17 *Fructus extantes non solum restitui debent, à malæ fidei possessore, sed etiam consumptos, quamuis locupletior non sit factus.*
18 *Fructus pignoris quomodocunq; consumpti à creditore, qui prædia tenet hypothecata, restitui debent.*
19 *Fructus pignoratæ rei creditor non lucratur, sed debitori restituit, etiam quòd ex primo decreto immissus fuerit in possessionem.*
20 *Pignoratam rem creditor ex pacto detinens, non solùm à se perceptos fructus restituit, sed & quos percipere potuit.*

Super casu præscripto. Cons. 536.



MEMOR sum, quòd olim Illustris Senatus cõdemnauit illos de Gabiano aduersarios Federico Comiti Camerani nõ solùm ad restitutionem prædiorũ, sed etiam ad fructus perceptos, & tũc adducta fuerunt fundamenta, quibus ostẽsum fuit id de iure fieri debere, & maximè illud vrgebat, ꝙ aduersarij possidebant d. prædia, vt hypothecata, ergo tenebantur restituere ea cum fructibus, quum habens † rem pignoratam non lucretur fructus.
1
Item, quia erant malæ fidei possessores, ex quo possidebãt, ex contractu illicito & improbato, nam Abbas eorum author emit hãc litem pretio quod genus mercimonij clericis est interdictum, & quando † defunctus est in mala fide,
2
hæres eius non facit fructus suos, etiam ꝙ bonam habeat fidem l. 2. in fi. C. de fruc. & lit. expen. Bar. in l. ex diuerso circa fin. ff. de rei vendic. Restat igitur, vt executioni demandetur sentẽtia, & quia in præsenti iudicio fuit probatum, ꝙ
3 † aduersarij locarunt d. prædia pro pecunia, eam restituere debent, quia mercedes à colonis acceptæ loco fructuũ habentur. l. mercedes. ff. de pet. hęre. & ꝙ pensiones & vecturas & operas seruorum locatas malę fidei possessor Domino debeat restituere, habetur in l. si vrbana. ff. de condic. indeb. & in l. si nauis. ff. de rei vend. & in l. domum. C. eo. tit. &
4 † vbicunq; prædia consueuerunt locari ad pecuniam, fructus prædiorum dicitur in pecunia consistere, vt Bart. dicit in l. fundi Trebatiani per illum text. versi. quæro, ꝙ si alicui est relictus fructus. ff. de vsufrũ. lega. Non omitto etiam, ꝙ
5 vbi † probanda est quantitas fructuum defertur super ea iuramentum actori, vel reo, prout quisq; eorum melius nouit veritatem, & legalior esse videtur, glos. in §. quia igitur hac nostra in verbo iureiurando char. pen. in Auth. de nup. quã singu. facit Bal. in cap. grauis col. 1. de restit. spoli. eam etiam magnifacit Ang. in l. si nauis circa fin. ff. de rei vend. De probatione etiam quantitatis fructuum perceptorũ ponit Iac. de Are. in l. si fundũ. C. de rei vend. quia probatur hoc modo, quia ager fuit cultus, & tantum cõsueuit de reditu præstare. l. si fundum per fideicom. ff. de lega. 1. l. si fundus. ff. de reb. eo. subdit tamen Iaco. de Are. ꝙ hæc probatio, licet de consuetudine admittatur, in quibusdã partibus, tamen non concludit de necessitate, sed tantum quandam præsumptionem inducit, quia nõ sequitur tantum fructificauit alijs annis, ergo & isto anno, quia fructificatio agri non est vniformis, ideò debet clarè probari, ꝙ tantum possidens receperit de fructibus, tamen dicit ibi Bald. quòd iudex potest in adminiculum deferre iuramentũ, ex quo habet probabiles coniecturas, iux. not. in l. si duo patroni. ff. de iureiu. Ang. autem ibi relata decisione Iaco. de Are. reprehendentis hunc modum probandi, refert, quòd Iac. de Aret. dicit probandũ & articulandum esse de fundi pinguedine, & etiam de bonitate. l. si fundum per fideicom. ff. de leg. 1. & l. forma. ff. de censib. Sed hoc nõ placet Ang. ex quo possessor non tenetur nisi ad fructus perceptos. Possibile enim est, fundũ esse valoris maximi, & nullos fructus esse recollectos & ideò practica improbata, per Iac. de Are. secundum eum est melior, & est in vsu quotidiano. Reperio etiam, ꝙ Bald. consi. 323. Proponitur ꝙ dominus in fi. lib. 2. tractans articulum dicit, quòd fructus probãtur per coniecturas, vt not. in l. 2. C. de rescind. vend. & sicut ex fructibus cõiecturaliter præsumimus rei valorem, ita econtra ex rei valore præsumitur fructuũ proportio qualis in regione versatur, & dicit Iaco. de Are. quod illud pręsumitur percipi, quod cõmuniter cõsueuit percipi secundum cõsuetudinem nostrarum partiũ, & licet subdat, ꝙ hoc non credat esse verum, hoc debet intelligi secundum Bal. nisi agatur contra prædonem, contra quem cum iuramẽto sufficit præsumptio, & subdit ibidem Bald. ꝙ Iac. de Are. in d. l. si fundum nihil boni allegat, & ꝙ Bar. dicit, ꝙ expensæ probãtur per coniecturas, ergo & fructus. l. cum seruus. ff. de verb. obli. sed in proposito casu non solùm per instrumenta publica locationũ sed etiam per testes probatũ est, quid & quantũ percipi soleat ex d. prędijs, & mos regionis nostræ est notorius quantũ reditus ex agri & pratorũ iugere, & vineis percipiatur. Nam, vt dicit Ang.
6 de Are. in §. omniũ col. antepe. Insti. de acti. potest † iudex ex officio, quãtitatem fructuum declarare, sicut etiã potest interesse iux. not. per Bart. in l. quòd ex Pamphila. in fi. ff. de
7 leg. 2. quod comprobatur, quia † appellatione interesse veniunt fructus. l. loci corpus. §. in cõfessoria, vbi Ang. & Floria. no. ff. si seru. vend. Bal. in l. si quid pars. C. de seru. & aq. & hoc mihi vehementer placet, quia per hunc modum imponitur finis litibus sed opponũt pręfati domini de Gabiano, quia ipsi tenuerũt homines armatos ad custodiam fructuũ, vnde dicunt esse deducendam hanc impensam fructuum,
8 quia † fructus dicuntur qui deducta impensa supersunt, vnde quæritur, an rectè dicant, & mihi videtur ꝙ non, quia dicunt illam impensam fecisse illorum hominum armatorũ, timẽtes ne Federicus, aut eius pater per vim fructus exportaret, & nihil de hoc metu est probatum, vnde quęstionem istam decidit Sali. in l. 1. col. fin. versi. iuxta hoc quæro. C. de fruc. & lit. expen. vbi quærit, in casu quo impensæ deducuntur de fructibus, quæ sint illæ, quæ debeant deduci, respondet, ꝙ deducuntur factæ gratia fructuũ, & non aliæ. l. si à patre vel domino. §. fructus. ff. de petit. hæred. l. diuortio. §. impendia. ff. solu. mat. not. glo. in l. fructus. ff. eo. tit. Quærit de-
9 inceps ibi Sali. an impensæ † factę gratia custodiẽdi castrũ, quod est restituendũ possit imputari, & idem quærit de factis gratia custodiæ agri, vel ne ciuitas depopuletur. Et concludit, ꝙ imputari possunt, quatenus petitoris intersit, vnde ex superabundanti factæ non veniunt imputandę. l. si ita. §. fin. ff. de fund. instr. aliàs daretur occasio possessori onerãdi superfluis sumptibus petitorem, ita, vt cogeretur aliquando rem dimittere. l. in fundo. ff. de rei vend. Ecce quòd Sali. ibi vult, ꝙ expensæ ex superabundanti factæ non veniunt imputandæ, quod etiam ostenditur ex tex. quem allegat in d. l.
10 si ita. §. fin. qui loquitur de impensis † factis necessario gratia custodiendorum fructuum, quales sunt, vt ibi exemplificat tex. in saltuario habendo, & hoc procedit secundũ regulam, quod impensas voluntarias malæ fidei possessor nõ recuperat, nec aufert, quod posuit: nam prædoni probè dicitur non debuisse superfluas impensas in rem alienã facere l. vtiles. ff. de peti. hęre. & ponit gl. & ibi latè Bar. in l. in fundo. ff. de rei vend. Sali. in l. domũ. C. de rei vend. col. fin. vbi
11 dicit, ꝙ † voluntarias malę fidei possessor perdit: plus dicitur, ꝙ malæ fidei possessor vtiles impensas non repetit, vbi res non extat, vel non est facta melior. l. planè in fin. & ibi Bar. ff. de peti. hæred. Ista multo magis militãt in proposito vbi propter superfluã armatorũ custodiam fundus non est effectus melior, nec fructus magis recollecti. Est etiam de hoc plana decis. Bart. in l. cũ quæreretur. §. prædijs in fin. ff.
12 de lega. 3. vbi dicit ꝙ quilibet possessor etiam † malæ fidei expensas factas causa culturæ, & quærendorum fructuum compensat cum fructibus. l. fundus. ff. famil. hercisc. secus in expensis, quæ fiunt causa custodiendi. Et licet dicant aduer
13 sarij se ibi illos tenuisse ob metũ Comitis Federici, tñ † vanus fuit ille metus, cuius nulla est consideratio. l. vani timoris. ff. de reg. iuris. l. metum autem. ff. quod metus causa, non enim probatur, ꝙ præcesserint minę D. Federici, & ꝙ solitus fuerit minas exequi, & ꝙ ad hoc fuerit potens, vt dicit glo. Bart.

glo.Bart.Bal.& alij in l.metum.C.quod met.cau.cum concord. de quibus ibi per Alex. & tradit Abb.in cap.1.2. notab.& ibi latè moder. de offic.deleg.& tenet etiam Abb.in cap.fi.de appella.Est etiam considerandum, q̄ isti Domini de Gabiano, (vt dictum est aliàs) tenebant d. prædia tanquam hypothecata, vnde nō possunt impensas d. custodiæ
14 superfluas deducere, quia † creditor non recuperat à debitore impensas factas in custodia rei pignoratæ, nisi necessarias, vt tradit Cuma.consi.19. Quidam nobilis col. fin. per tex.in l.seruos, vbi Bar.& Sali.ff.de pign.acti.adducit etiam Bald.in d.l.2.C.de fruc.& lit. expen. Audio etiam ipsos fa-
15 cere fundamentum, q̄ fructus sunt consumpti, & † fructus consumptos non tenetur possessor restituere, nisi quatenus effectus sit locupletior. Sed effecti non sunt locupletiores, si eos impenderunt in d.custodiam. Sed respondetur præmissis, q̄ illud, quod dicitur, quòd possessor non tenetur restituere fructus cōsumptos, nisi quatenus effectus sit locupletior procedit tm̄ in bonæ fidei possessore. Nam vbi Doctores tractant illum articulum de possessore, quãdo faciat fructus suos, & teneatur eos restituere, distinguunt inter bo-
16 næ, & malæ fidei possessorem, & veniendo † ad bonę fidei possessorem volent, q̄ bone fidei possessor fructus naturales nunquã faciet suos l.fructus.ff.de vsu. si autem sunt industriales, tunc si extant teneatur eos restituere, si autem sunt consumpti tunc eos lucrat̄ pro cultura, & industria.§.si quis à non domino Instit. de rer. diuis. nisi quatenus effectus sit locupletior, quia tunc eos tenetur restituere l.si me & Titiũ
17 ff. si cert. peta. Vbi autem veniunt Docto. ad † malæ fidei possessorem, quem iura appellant prædonem, tunc indistinctè dicunt, q̄ tenetur ad restitutionem tam extãtium fructuum, quàm consumptorum, quia cũ culpa desijt eos possidere l.malæ fidei.C.de cond. ex lege l.certum & ibi gl. & omnes.C.de rei vendic.glo.Bart.& Ange.in l.ex diuerso in prin.ff.eod.titu.Ang.de Are.in.§.si quis à non domino Institu.de rer.diuis.Anto.de Butr. Imo. & Abb.in c.grauis de restit.spol.& dicit expresse Pau.de Cast. in d.l.certum.C.de rei vendi.q̄ malæ fidei possessor non solum fructus extãtes tenetur restituere, sed etiam cōsumptos. Item cōsumptos, non solùm ex quibus effectus est locupletior, sed etiam ex quibus effectus nō est, quia imputare sibi habet cur tenuerit rem, quam sciebat ad se nō pertinere, & idem dicit Pau. de Ca.in l.si fundũ versi.in tex.ibi mala fide percepisse, &c. C.eod.tit. Sed isti fuerunt malæ fidei possessores, vt ostensum est alias, & ita tanquam malefidei possessores fuerunt condemnati ab Illustri Senatu in fructibus perceptis. Vlte-
18 rius quum d. Domini de Gabiano † tenerent d. prædia, vt hypothecata debent restituere fructus pignoris quomodocunq; eos consumpserint ca.1.& c.conquestus de vsu.& hoc dictũ est latè in alijs allegationibus, ad quorum confirmationem accedat, quod Bart.& Bald. scribunt in l.si is qui
19 §.1.ff.de pigno.vbi per illum text.dicunt, q̄ † creditor immissus in possessionem ex primo decreto non lucratur fructus, sed eos debet restituere debitori l. Prætor ait in princ. & per totam l.ff.de bo.auct.Iudi.posśid.& ideò inhabitãdo domum, quã accepit ex primo decreto dicitur fructus percipere, & tenetur eos in sortem computare. Itaq; si immissus ex primo decreto non lucratur fructus, multo minus lucrari debet ille, qui possidet ex pignore conuentionali, nam missus ex primo decreto tenetur solũ de fructibns à se per-
20 ceptis d.l.prætor.§.1. & §.est præterea, sed † creditor detinens ex pacto rem pignoratam, tenetur de fructibus, nō solùm, quos ipse percipit, sed etiã de fructibus, quos percipere potuit.l.2.C.de pac.pign.l.2.C. de pign.act. tradit Spe.in tit.de prim.decre.§.iam de effectu, versi. missus ergo vere.

SVMMARIVM.

1 *Testis in vno iudicio examinatus, potest se referre ad id, quod in alio deposuerat, & eius depositio valet, vt & nume. 8.intellige tamen si fuerit à iudice recepta, vt nu.5.*

2 *Confirmatio eius, quod prius factum est, valet vt ex nunc, & illic omnia censentur repetita.*

3 *Testis depositio generalis, & incerta dici non potest, quando se refert ad quid specificum & certum.*

4 *Testi dicere potest iudex, vt explicitè deponat, vt videat quo vultu, quo colore, & qua cōstãtia loquatur, et n.27.*

6 *Testis vbi deponit per scripturam priuatam, eius testimoniũ non valet, secus si per publicam. vt nu.7.*

9 *Testis non iurati dictum, licet non valeat, tamen si iurat ex post vera esse quæ dixit, valet eius depositio.*

10 *Testamenti primi inualidi disposita, si confirmata fuerint per secundum validum, omnia, tanquam in eo repetita, ex secundo valido debentur.*

11 *Testis, qui se refert ad aliud examen, potest interogatus dicere non recordari de contentis in eo, & petere sibi primam depositionem exhiberi, aut ad videndũ dilationem dari, vt valeat memoriam reformare, vt nu.12.*

13 *Testi in articulo mortis existenti sicut abreuianda sunt interogatoria, ita ex toto possunt omitti urgẽte necessitate.*

14 *Testis vbi deponit sine interogatoris eius testimonium valet, & quando interuenit dolus vel negligentia examinantis, in eorum prætermissione, tunc conceditur repetitio testis cum interrogatorijs etiam post publicationem.*

15 *Testis vbi est in puncto mortis cōstitutus, tunc potest omitti citatio partis, nisi commodè fieri possit.*

16 *Testem recipere potest iudex ordinarius pendente lite in curia vrgente necessitate absq; partis citatione.*

17 *Testis deponens coram iudice sicut mentiri nō præsumitur, ita si puncto mortis constitutus deponat, cui creditur, nisi fuerit reprobatus vt nu.20.*

18 *Damnatus pęna mortis licet testari nō possit, si tamen relinquat pro restitutione malè ablatorum, fisco præiudicat.*

19 *Confessus in pũcto mortis præsumitur sine peccato decedere.*

21 *Indicium facit Christianus, qui moriendo dixit, se ab aliquo vulneratum vel occisum fuisse.*

22 *Actus non retractatur, nec redditur nullus, si debitum habeat formam, etiam quòd melius fieri potuisset.*

23 *Electio facta de idoneo, non retractatur, etiam quod magis idoneus comperiatur.*

24 *Testibus illa scrupulosa diligentissimaque interrogatio fieri non debet, nisi sint suspecti.*

25 *Testis, qui vno die dicit non recordari, & alio die deponat recordari, non potest dici varius, nec contrarius.*

26 *Testis iterum examinatus si dicat, dico vt dixi in alio meo dicto coram arbitris, manu talis notarij scripto valet.*

28 *Testes coram arbitro recepti, ex quo is non potest eos, sicut ordinarius, punire & retorquere, faciliter mentiuntur.*

29 *Filij legitimatio vt probetur, potest pater operam nauare, vt testes in iudicio ad æternam rei memoriam super tali legitimitate recipiantur, & illud iudicium non potest dici collusorium.*

30 *Collusio, cum colludens falsum committat, & falsum nō admittatur sine dolo, nunquam præsumitur nisi detegatur: amplia vt num.35.*

31 *Collusio quomodo probetur.*

32 *Sententia super actis collusorijs lata, potest semper & quandocunque rescindi.*

33 *Simulationem allegans debet causam specificã allegare, quare ad simulationem fuerit deuentum.*

34 *Filij legitimitas, vbi est per sententiam inter litigantes patrem & filium latam, in filij fauorem declarata valet, etiam quod alijs filijs præiudicet, nec ob id iudicium dici potest collusorium.*

36 *Sententia in causis connexis pro vno lata, alijs non vocatis in iudicio præiudicat.*

37 *Testis potest se referre ad alterius iudicij examen, quamuis iudicium illud fuerit nullum & non solemne.*

38 *Testes cōsanguinei esse possunt super legitimitate probãda*

ex vero

ex vero, vel præsumpto matrimonio intra quartum gradum & quare, vt nu. 47.

39 *Testes esse possunt pater & mater pro puero super quæstione status, et his, quę ad cãm status pertinẽt vt n. 44.*

40 *Filij legitimitas probatur per assertionem viri & vxoris eum esse filium suum, & alio non addito intelliguntur asseuerare eum esse legitimum.*

41 *Testes esse non possunt aliqui pro alio agnato, cui illata est iniuria.*

42 *Filij legitimitatis causa vbi agitur leuiores admittũtur probationes, quàm in causa matrimonij.*

43 *Filij legitimitas probatur ex diutina cohabitatione viri et mulieris, secus causa matrimonij.*

45 *Testis legatarius esse potest in testamẽto, & quare nu. 46.*

48 *Testis esse põt fideiussor pro confideiussore, qui non vt principalis, sed vt fideiussor interuenit.*

49 *Testis vbi pro vniuersitate deponit valet eius testimoniũ, licet ex eo in consequentiam reportet commodum.*

50 *Testis dummodo id super quo producitur non sit ipsius causa propria admittitur, etiam si id, quod deponit, respiciat cõtingenter cõmodum, fauorẽ, & interesse ipsius testis.*

51 *Matrimonij causa vbi tractatur cõsanguineus mulieris, ad eius petitionem testificari potest, & nu. 54.*

52 *Matrimonij fauore pluralitas actuum præsumitur, ne probatio matrimonij confundatur.*

Matrimoniũ ex præsumptionibus iudicatur, vt sub nu. 52.

53 *Matrimonij causa vbi agitur, iudicatur pro matrimonio, si habeat opinionem pro se vnius Doct singularem, quamuis communis opinio sit in contrarium.*

55 *Testis esse potest mater super contractu matrimonij: quòd limita vt nu. 56. & sub nu. 58. & num 61.*

57 *Testis esse non potest consanguineus in causa criminali criminaliter mota, secus si ciuiliter.*

59 *Matrimonij causa vbi agitur testis esse potest frater etiã, secuta copula.*

60 *Testis esse non potest consanguineus, quando agitur ad vindictam siue criminaliter siue ciuiliter agatur, secus si ciuiliter tantum omissa iniuriarum actione.*

62 *Feudi ad amissionem vbi dominus agit ex crimine, tunc nõ debet, quum non ad vindictam sed pro re mere familiari agatur, inseri tempus, & locus criminis commissi.*

63 *Consanguineus sicut nec amicus propter affectionem causæ non est à testimonio repellendus, licet de fide ob id ei diminuatur.*

64 *Pacem non dicitur violasse, qui adulterauit vxorem eius, cui promisit pacem non frangere.*

65 *Testis consanguineus vbi adhibetur, si deponit pro iam defuncto, valet eius testimonium.*

Dictio quondam denotat improprietatem, sub num 65.

66 *Iudæus tanquã omnis dignitatis expers, non põt doctorari.*

67 *Testium fide, dignitas, mores, grauitas, & æstimatio attendenda.*

68 *Testi notario sicut plus creditur, quàm non notario, ita magis credendum est Doctori, quàm notario.*

CONSILIVM. 537.



RITVR controuersia inter Illustres D. Fabium & Annibalem de Vicecomitibus partes diuersas in sacro auditorio Romane Rotę sup legitimitate d. Annibalis, & licet super punctis a Reuerendo Patre D. Auditore propositis fuerit in fauorem præfati Annibalis allegatum per solemnes Aduocatos adeò, vt nihil melius, & elegantius fieri, nihil adijci posse videatur, ego tamẽ eorum vestigijs insistens, pauca quædam sul ijciam, vt appareat me non nihil industriæ, & diligentiæ in proposita quæstione adhibuisse.

Super primo puncto, vtrum Illustri & multum Magnifico Ludouico Bottæ sit fides adhibenda, sentio cum prefatis D. Docto. quòd sic, quia d. Ludouicus Botta graui morbo oppressus in arce Papiæ examinatus, super articulis Aduersarij iuratus, deposuit se aliàs deposuisse coram Reuerẽdo Do. Episcopo Casalensi, & approbat & ratificat eius de-
1 positionem, & clara est iuris conclusio, quod † testis in vno iudicio examinatus potest se referre ad id, quod in alio de-
2 posuerat, quia † confirmatio eius, quod prius factum est, valet vt ex nunc, & omnia censentur illic repetita l. 1. §. sed & si filiusfam. ff. de lega. 3. l. quidam liberis §. testamento ff. de bono. posse. secun. tab. & l. quærebatur ff. de testam. milit. & ponit Bar. in l. eos ff. de fal. quem alij sequuntur relati per Alex. in l. legata inutiliter ff. de leg. primo, & per Feli. in c. cum in tua de testib. & quamuis Bal. in l. iusiurandi & in l. fin. in fin. C. de test. teneat oppo. quia illa depositio referens se ad aliud est nimis confusa, & generalis, tamen idem Bal. sequutus est opin. Bar. in l. gesta C. de re iud. & ad rationem
3 contrariam respondet Sali. in d. l. iusiurandi q. secunda, ꝙ † non potest dici, quod depositio sit generalis, & incerta, ex quo refert se ad quid specificum & certũ l. certum ff. si cert. peta. l. hæc sententia C. de sent. quæ sin. cert. quan. profe. & ad l. 3. §. idem diuus ff. de testib. per quem tex. mouebatur, Bald. respondet, ꝙ ibi non testes, sed testimonia producebantur, nec in forma tamen prius fuerat recepta. Non ne-
4 gatur tamen, quin † iudex possit testi dicere, vt explicitè deponat, vt videat, quo vultu, quo colore, qua cõstantia loqua-
5 tur l. de minore §. tormenta ff. de quæstio. & sic residet † in arbitrio iudicis an tale testimonium velit recipere, receptũ tamen valet. Est verum, ꝙ Feli. in d. c. cum in tua contra cõ-
6 munem sententiam adducit, quia non † valet testimonium testis deponentis per scripturam, putà quia dicit, testificor prout in hac scriptura continetur, vt habetur in c. de testibus supra eo: & tamen talis relatio est multo recentior & propinquior, quàm si dicat testificor, prout aliàs testificatus. Ad istam obiectionem respondet ibi Feli. & vltra eum non omitto, quod Sal. sentit difficultatem in d. l. iusiurandi, & dicit, quòd ea, quæ dicuntur de teste, vt nõ possit per scripturam deponere, non videntur obstare, quia ibi non prius
7 fuerat testificatus, & † scripturam suam producebat priuatam: hic autem ad publicam tabellionis se refert. Præterea, vt dicit Are. in d. c. cum in tua, licet testis absens non possit testificari per scripturam c. testes 3. q. 9. tamen vbi est præsens, est dubium, immo Alex. in d. l. legata inutiliter, istud,
8 quòd † testis potest se referre ad testificata per eum in alio iudicio, firmat ex eo, quod testis possit in scriptis testificari, iux. not. per Bar. in l. Theopompus q. pen. ff. de dot. præleg. & eodem argumento vtitur Alex. consi. 184. Viso processu col. 1. lib. 7. & consi. 56. quod pariter incipit Viso processu col. 2. li. 2. Demum quum practica vera iurium interpres ita obseruet, non est ab ea discedendum, & addo, ꝙ prædicta testis relatio ad primum examen admittitur, etiã quod illud primum non esset solẽne, & nullitatis vitio subiaceret, & ita loquitur Bart. in d. l. eos Anto. de Butr. & Abb. in d. c. cum in tua, & cæteri sequaces, & Ias. in d. l. legata inutilior, vbi ad huius confirmationem adducit Bald. in l. alia col. 2. C. de his, quib. vt indig. quem prius adduxerat Alex. idem tenens in præallegato consi. 184. in prin. lib. 7. & confirmantur ex eo, quod dixit Ioan. Andr. in c. de testib. ext.
9 de testib. in verbo non iurati, vbi dicit, ꝙ † licet dictum testis sine iuramento sit nullum, tamẽ si testis postea iurat vera esse, quæ dixit, valet eius depositio, quia ex virtute relationis videtur dictum repetitum, & Io. And. refert Sali. in d. l. iusiurandi & Aret. in d. c. cum in tua, & licet Bald. in d. l. iusiurandi in prin. improbet istud de relatione, quasi specifice debeat testis deponere, tamen eius dictum improbatur à cæteris, vt supra ostensum fuit. Deniq; probatur hec conclusio ex iuribus inductis per Barto. in d. l. eos, videlicet ex text. in

tex.in l.1.§.sed & si filius ff.de leg.3. & in l.qui ex liberis §.
testamento ff.de bon.possess.secun. tab. & in l. quærebatur
10 ff.de testam.milit.vbi † disposita in primo testamento inua
lido, si confirmata fuerint per secundum validum, deben-
tur ex secundo valido, quia perinde habentur ac si omnia
ibi explicitè repetita fuissent. Et super hac secunda deposi-
tione fit funda.per D.Annibalem. Aduersarij autē ex duo-
bus conantur eam impugnare. Primò quia hic testis inter-
rogatus a iudicibus dixit se non recordari eorum, quæ dixe
rat coram Iudice Casalensi. Sed hoc non videtur obstare,
11 quia † potest testis, qui se refert ad aliud examen, dicere se
non recordari eorum, quæ tunc deposuit, & potest tunc pe
tere, vt sua prima depositio exhibeatur, vt ea lecta recorde
tur, ita Bar.dicit in d.l.eos, & Bald.in l.fin.in fin.C.de testib.
vbi dicit, quod si testes volunt videre primam depositio-
nem, debet eis dari dilatio ad videndum, & subdit, quòd in
quantuncunque bonis & perfectis viris potest cadere obli
uio, & facilè possent capi in verbis, quod tamen non censet
faciendum, nisi sint suspecti, sequitur Floria.in l.1. ff. de te-
stib.Anto.de Butr.& Abb.in d.c.cum in tua, Pet.de Anch.
in Clem.secunda in fin.de testib. & benè hoc explicat Bal.
in l.gesta col.1.C.de re iudi.dicens, ꝙ si testes iterum inter
rogati dicunt se nō recordari, qualiter deposuerūt, & quod
nunc deponunt, vt aliàs deposuerunt, valet eorum testimo
nium per not.per Bart. in d.l. eos Præterea pro hoc est bo-
nus text.in l.iubemus §.sed ne aliqua C. de testa. per quem
12 tex.dicat ibi Pau.de Castr.quòd † si testis fuerit interroga-
tus, an interfuerit tali contractui, & qualiter processerit, &
respondeat se interfuisse, sed nō recordari qualiter processe
rit, dicit tamen, quòd ipse fecit quandam memoriam in li-
bro suo, & referat se ad illam scripturam, testificatio valet,
& producto illo libro stabitur perinde ac si dixisset omnia
ibidem contenta, quia in illo tex.dicitur, quòd testes in eo-
rum subscriptionibus, debent facere mentionem hæredū
à testatore nuncupatorum ad perpetuam ipsorum memo-
riam, vt, si obliuiscerentur, possint ad eorum scripturam re
currere: & idem repetit.in consil.193. In causa & lite, quæ
vertitur in curia col.fin.versic.Item propter d.obliuionem
lib.1.Sic dicendum in proposito, quòd testis iste dicere po
tuerit se non recordari de contentis in capitulo, ad quod se
refert, sciens tunc se vera deposuisse, & eo magis id dicen-
dum, quia iste testis senex erat, & in senibus facile memo-
ria effluit, vt inquit Lancel.Dec.in d.l. legata inutiliter, &
secundum Plin. Senectus primum vulnus memoriæ infli-
git.Secundum quod principaliter obijcitur, est quòd testis
fuit sine interrogatorijs productis examinatus. Sed respon
detur, quod tunc non potuit interrogari, quia testis valde
erat grauatus ob infirmitatem, & de consilio medici & alio
13 rum astantium iudices recesserunt, & sicut † testi existenti
in articulo mortis interrogatoria debēt abbreuiari, vt Bal.
dicit in tit.de pa.Constan.in §. Vasalli nostri in verbo sicut
in fi.ita videtur ꝙ ex toto potuerint omitti, quum fieri nō
potuerint, & necessitas non subiacet legi, & existimare vi-
dentur iudices tali tempore non fuisse per eos deueniendū
ad interrogatoria, quū testis se referret ad examen Casalen
se, in quo fuerat diligenter examinatus, & pro facto iudicis
14 præsumatur, † valet enim testimonium sine interrogato-
rijs, quum interrogatoria non sint de substantia testimonij
c.per tuas de testib. ideò vbi testis examinatur prætermis-
sis interrogatorijs dolo vel negligentia examinantis solùm
cōceditur, vt repetatur cum interrogatorijs etiam post pu-
plicationem, vt tradit Spec.in tit. de testib.§.iam de inter-
rogatorijs versi.Item caute, Ioan.And.in c.præsentium §.
testes super gl.in verbo interrogatoria, & ibi Pet.de Anch.
& Domi.de testib.in 6.sequitur Alex. consil. 172. Visis &
opportunè discussis col. pen. lib. 2. Verum iste testis nun-
quàm conualuit, sed illinc ad duos vel tres dies decessit ab
humanis, ex quo grauitas morbi cognosci potest: quinimo
quum postero die morbus minus infirmum premeret fe-
cit pars nostra maximam instantiam, vt iterum examina-
retur cum interrogatorijs, & tamē id non fuit factum cul-
pa magis partis aduersæ tergiuersantis, quàm vlla alia re, vt
ex his, quæ in puncto narrantur, colligi datur. Tenendum
igitur potuisse omitti interrogatoria in constituto in arti-
culo mortis, præsertim cum aliàs diligenter interrogatus
15 fuisset: nam † & tunc licitè omitteretur citatio partis, vbi
aliàs commode citari non potest, vt Abb.scribit in c. quo-
16 niam frequenter q.6.vt lit.non contesta.& † lite in curia pē
dente potuisset iudex ordinarius recipere propter pericu-
lum, quod necessitatem inducit, vt decidunt Domi.de Ro
ta decis.110.Nota quod causa in antiquis, & Roma. in l. si
vero §.de viro in 54.Fallen.vers.15.probatur ff.solu. matr.
Adiuuat autem vehemēter dictum istius testis, quia idem
post duos aut tres dies cōstitutus in mortis articulo coram
sanctissimo sacramento sponte dixit pro exoneratione suę
conscientiæ, quod D. Annibal erat filius legitimus Comi-
tis Vitelliani, vnde eius dicto fides adhibenda, quia si quis
17 † deponit præsente iudice non pręsumitur mentiri, quia po
test, si eius aures offendat, eum punire l. nullum C. de Iudi.
& tradit Sal.in loco inferius allegando, quanto minus præ-
sumendum est voluisse mentiri præsente Christo, qui ibi
aderat mirabili quodam modo, & quem videbat statim ha
biturum iudicem in vita gestorum: ad quid enim constitu
tus in mortis articulo mentiretur? nam quum se videat mo
riturum, non potest dici eum id facere causa captandi ali-
cuius commodi, quod ex cuiusdam amicitia aut muneri-
bus sperat, quæ duo inducere solent homines leues ad men
tiendum, & deierandum. Vlterius videmus experiētia ma
gistra homines turpissimos, & sceleratos, vbi ad extremū
vitæ ventum est, edere signa aliqua doloris & pœnitentiæ:
tantum abest, vt velint peccata peccatis addere: etsi aliquo
tempore præsumendum est neminem salutis æternæ fore
immemorem, vt habetur in l.fi.C.ad l.Iul.repet.& in c.san
cimus 1.q.7.tunc potissimum præsumendum est, quum vi
det se homo e vita exiturum, hinc egregie dixit Bal.consil.
18 476.Testamenta, & relicta, lib. 5. quòd damnatus † pœna
mortis, si relinquit pro restitutione malè ablatorum, licet
sit seruus pœnæ, & testari non possit, fisco præiudicat, nec
præsumitur facta fraus in dubio, maximè vbi gladius ho-
minis, & Dei est supra verticem morituri, quia nemo, qui
confitetur, præsumitur tunc mori cum mendacio, & pecca
29 to §.fi.Instit.de iniu.& quòd † confessus in mortis articulo
præsumatur decedere sine peccato, vult etiam Bald. in l. id
quod pauperibus q.22.C.de episc.& cle.per d.§.fin.Instit.
de iniu. Hinc etiam si aliquis religionis habitum sumat in
mortis articulo, & profiteatur, nō videtur id facere in frau
dem substituti, sed vt prospiciat saluti animæ suæ, vt Felin.
dicit in c.in præsentia col.16.versi.& per istam gloss. & ibi
etiam sequitur Dec.de prob.& licet Bal.in tit.de pac. Con
stan.in §.Vasalli nostri dicat, quòd non omnis, qui moritur
est sanctus Ioannes Euangelista, tamen ipse loquitur in te-
ste, cuius dictum reprobatur tanquàm falsum, nā tunc aper
tè apparet, quod non modo est sanctus Ioannes Euangeli-
sta, immo ne minimus quidem sanctorū, & sentit ibi Bald.
20 quòd † nisi dictum eius fuisset reprobatum ipsius morien-
tis dicto fuisset credēdum, prout etiam patet ex text.quem
Bald. allegat in l. verba testamenti ibi si res aliter se habeat
C.de testam.nec etiam aliquid facit tex.in l. si quis in graui
§.si quis moriens ff.ad Syllan.quia ibi loquitur in eo qui de
ponebat moriens in causa propria ad pręiudicium alterius,
& est etiam considerandum, quòd text.in d. §. si quis mo-
riens conditus fuit a iurecon. quorum æuo pleriq; tenuem
ac ferè nullam spem immortalitatis habebant: maior autē
gentilium pars hominem totum perire in morte arbitra-
bantur, iuxta illud Satyricum: Esse aliquos manes & subter
ranea regna Nec pueri credunt. Hominis autem Christia-
ni alia est ratio, cuius fides & religio est certior: qui cogitat
in morte de præmio, & pœna nullo tempore finiendis: vn-
de tex.in d.§.si quis moriens non procedit (vt mihi vide-
21 tur) in homine Christiano, vt † in morte incusans aliquem
tanquam ab eo vulneratus fuerit vel occisus non faciat in-
dicium, quia tali tempore non præsumitur mentiri, vt dicit
Ang.

Ang.in d.§.si quis moriens, & nouissimè prosequitur, & admodum copiosè Thomas Grammaticus decisi.56.quæ incipit.Andreas Bessa &c.Redeundo ad rem, quum tanta sit præsumptio morientis testis deponentis vltro pro exoneratione conscientiæ,non video,cur non sit magis ei credendum, quàm si esset examinatus cum interrogatorijs: quanquàm etiam non potest pars altera clamare,quòd defuerint interrogatoria,quum examinatus cum interrogatorijs fuerit in ciuitate Casalis,nec potest etiam conqueri dicendo,quòd tunc fuisset diligentius seu scrupulosius examinatus,quia hoc negatur: nam si testis potuisset tunc etiã interrogari super depositione, tamen interrogatoria ob eius infirmitatem debuissent abbreuiari,& super substãtialibus tantum erat interrogandus,vt dicit Bald.antea adductus in titu.de pac.Constan.in §.Vasalli nostri,in verbo sicut in fi. Præterea sufficit mediocrem diligentiam adhibitam fuis-
22 se,licet maior adhiberi potuisset:nam † actus non retractatur seu redditur nullus, si debitam habeat formam, posito, quòd mellius fieri potuisset,vt patet ex not.per Bal. in l. id, quod pauperibus 22.q.C.de episco.& cler.& in l.cum quidam q.2.ff.de leg.2.vbi dispensatio,quæ præcepto testatoris debet fieri in pauperes,valet, etiã quòd pauperiores reperiantur,quia satis est, quòd distributor exequatur formã
23 iuris,quæ disponit de paupere. Similiter † electio facta de idoneo non retrahitur,etiam quòd alius magis idoneus reperiatur,glo.in c.quoniam in quibusdã in verbo qui maioribus de iu.patr. & in c.constitutis il secundo in verbo magis vtilem de appel.& in c.2.in verbo sanctiores de offi. cu
24 sto.Preterea † scrupulosa illa & diligentissima interrogatio fieri nõ debet,nisi testes sint suspecti,quia iudex potest eos inuoluere & intercipere per quandam contrarietatem, vt Bald.dicit in l.fin.in fin.& ibi Sal.C.de testib.& in l.2.§.editiones secundo not.ff.de eden.debent etiam interrogari de circumstantijs non necessarijs,vt Spec.dicit in ti.de testib. cum alijs concorda.adductis per Alex.consi.153.Visis narratis col.3.lib. 5. sed absit a seculo, vt testis noster dicatur de fide esse suspectus,& verisimilia non deponere,immo è conuerso præsupponitur illum fulgere nobilitate generis, moribus,diuitijs,& per consequens ob eius optimas conditiones fidem mereri.Sed hic exoritur scrupulus alius, quia obijcitur,quòd iste testis, qui dixerat prius non recordari, deinde in articulo mortis tanquam recordaretur dixit Annibalem filium esse legitimũ: Sed facilis est resolutio, quia
25 non inconuenit, quòd † testis non recordetur vno die, & alio deinceps deponat se recordari, nec ob hoc dicitur esse varius,vel contrarius,c.1.§.1.in verbo non reminisci,& ibi Bal.not.quid sit inuest.& ponit Bart.& alij in l.qui bona §. si quis stipulatus ff.de dam.infec.glo.fin.in ca.cum causam, quæ inter Archiepiscopum de testib.& glo.in c. cum causa quæ inter œconomum in verbo ad alium eo.ti.& Bal.in c. 1.§.notãdum de nou.feu.Ang. in l. quidam tabularum per illum tex.in fi.ff.de fur.cũ alijs concord.adductis per Alex. consi.56.Viso processu col.2.versi.Præterea de testis lib.secundo,vbi in terminis soluit obiectum, nam in casu suo testis dixerat se de facto non recordari, sed retulerat se ad aliud examen,postea secunda vice interrogatus, plenè deposuit, dicit Alex. quòd non obstat sibi illud, quod primò dixerat se non recordari, quia potuit postea primum examen videre,quod antea non viderat.Potest etiam esse,ꝙ sibi hoc reductum fuit in memoriam per amicum quẽdam, vel quòd ita postea reperit scriptum in suo libello secundũ Alex.in d.l.qui bona §.si quis stipulatus.Et eo magis dicendum,quia testis non dicit postea se recordari omnium,quę dixerat in iudicio Casalensi,sed in summa tantum dixit, ꝙ verum tunc ei occurrebat,illum filium esse legitimum:omnium namq; habere memoriam diuinitatis est potius cuiusdam,quàm humanitatis,l.2.§.si quid autem C. de vete. iur.enuc.& iurisconsf.in l.peregre ff.de acqui.posse.ponit de illo, qui quo loco thesaurum condiderat oblitus fuerat, & postea est recordatus;hæc enim est vis memoriæ, vt occidat, & iterum reuiuiscat. Postremo respondendumest ad quoddam dictum Sali. in quo dicitur pars aduersa magnũ facere fundumentum in l.fin.3.not.C.de testib.vbi vult,ꝙ testis,qui testificatus est coram arbitro, non potest se referre ad illud examen coram arbitro. Sed pro responsione cõsiderandum est,ꝙ ante Sal.hoc voluit ibi Bald.in fin.vnde istud dictum Sali.non est verum,quia Bal. ibi idem dicens communiter improbatur,vt patet ex no.per Alex.in d.l.legata inutiliter & Feli.in d.c.cum in tua de testib.& supra retuli,nam coram arbitro est iudicium,& valet dictum testis referens se ad aliud examen facto etiam in iudicio inualido,& non solemni,vt supra dixi,Ideò Bar.in d.l. fi. in ulti-
26 mis verbis tenet oppo.vbi quærit,quid si † testis iterũ examinatus dicit,dico vt dixi in alio meo dicto coram arbitris manu talis notarij, vtrum teneat, dixit se tetigisse in l. eos C.de fal.vbi tenet valere.Idem facit ibi Ang.in fi.vbi,vtrũ talis relatio valeat,remittit se ad not.per Bart.in d. l.eos,& quod valeat, dicit ibi clarè Paul.de Castr. Non obstat ratio Bal.& Sali.quod si talis relatio valeret frustratoria fuisset dispositio d.l.fin.quæ vult,quòd testes, qui deposuerunt corã arbitro, iterum repetantur,quia respondeo, ꝙ immo non est frustratoria dispositio d.l.fin.etiam quod d.relatio testis
27 valeat,quia † poterit deinceps interrogari, & poterit super interrogatorijs Iudex videre quo vultu,quaue asseueratione quicq; loquatur,vt Are.dicit in d.ca.cum in tua.& si vera esset ratio Bal.& Sal.sequeretur, quòd etiam non posset testis se referre ad examen factum in alia instantia,quia simili pacto diceretur, ꝙ frustratoria legis dispositio prouidentis,ꝙ testis examinatus in vna instantia repetatur vt fidem faciat in alia,quod dici non potest à sequentibus communem sententiam secũdum quam talis relatio valet.Preterea posito citra præiudicium, ꝙ testis non posset se referre ad examen factum corã arbitro nõ tamen fit quin possit se referre ad examen factum coram iudice,quamuis iudicium illud sit inualidum,vel non solemne: nã vt dicit ibi
28 Sali.qui super hac ratione potissimum se fundat,testes † coram arbitro faciliter mentiuntur, quia non potest ipsos punire & retorquere, quod iudex potest facere. l. nullum. C. de iudic.l.tertia.§.idem diuus.ff.eo.Hanc differentiam vidit multis ante seculis summus illæ Greciæ Oratorum Demosthenes in Oratione de mutuo in Phormionem: Nam verba faciens ad iudices ita loquitur.Non idem viri Athenienses,in ora vestra aspicientem falsa proferre testimonia ac coram arbitro,Maxima enim à vobis ira,& pęna mentiẽtibus imminet testibus, at vbi coram arbitro res agitur, nullo periculo aut pudore quodcunque visum est pro testimonio dicunt. In casu autem proposito primum examẽ factum fuit coram iudice Casalensi,qui ipsos testes punire & interrogare poterat adhibitis tormentis si eius aures offenderent, ergo ad illud examen secundum etiam doctrinam Sali.testis se poterat referre.Et hæc super primo puncto dicta sunt, in quo breuiter concludo huic testi fidem adhibẽdam,in quo plurimum versatur arbitrium Iudicis, qui habet sibi proponere, ꝙ iste testis retulit se ad primum examen iudiciale,in quo fuerat diligẽter examinatus, & quod dixerat in iudicio Casalensi summatim repetijt pro exoneratione conscientiæ in articulo mortis constitutus,quo tẽpore non solent homines mentiri, & ꝙ secuta eius morte amplius non potest examinari, & ꝙ ille testis nulla alia ratione est suspectus, imò idoneus & moribus & facultatibus:istis sic stantibus saltem simul collectis nõ videtur animus iudicis aliter posse informari, quàm vt iste testis pro veritate deposuerit Do. Annibalem filium fuisse legitimũ D.Vitelliani,qui etiam ipsum pro tali semper habuit & reputauit.

Super secundo puncto vtrum iudicium Casalense agitatum inter patrem, & filium posit dici collusorium. Præstantissimi Docto. concludunt quod non, quia licet inter patrem Vitellianum,& filium Annibalem hoc esset, quòd
29 vterque prætenderet matrimonium & successiue † legitimitatem,tamen vt veritas haberetur & cognosceretur, an per testes probari posset legitimitas, aliàs ipse Annibal per Principem

Principem legitimaretur, potuerunt illud iudicium institue re, in quo potuit pater sibi præiudicare & ad hoc adducitur Bal. in l. neque natales col. secunda versi. tertia scriptura. C. de probatio. & ibi etiam Sali. qui dicunt, quòd ad æternam rei memoriam possunt parentes dare operam, vt recipiantur testes super natalibus filij, quia ille nõ est actus, qui possit cum aduersario, sed est voluntariæ iurisdictionis, & subdunt quòd per talem receptionem fit plena fides. Si igitur possunt parentes asserentes filium esse legitimum facere testes recipi super legitimitate, & super ea pronunciari: multo magis id debet posse, quando suscipit personam aduersarij, & collocat se vt reum. Ad idem adducitur Bal. in l. ingenuum col. 2. versic. & hoc nota. ff. de statu. homi. vbi vult, ꝙ si pater faciat filium suum pronunciari legitimum, quum sit spurius, vt admittatur ad honores & successionem, potest collusio detegi, & sic sentit ibi Bal. ꝙ ex eo solo, quod pater nauet operam, vt filius pronuncietur legitimus nõ detegatur collusio, nisi aliud doceatur. Item quia non potest dici in fraudem fideicommissum fuisse agitatũ, quod prætendit Aduersarius in defectum legitimitatis sibi deberi, quum ignorantia dicti fideicommissi presumatur. Item ad quid colluderent d. pater & filius, quando etiam verum iudicium aduersario non præiudicaret, ideò vt sibi præiudicaretur non potest videri factum: non enim illud iudiciũ Casalense officit d. Fabio, sed examen factum in arce Papiæ, in quo testis referens se ad aliud Casalense, censetur depo suisse, quæ in illo continentur, quum iuxta vulgar. regul. relatum intelligatur esse in referente: Hæc sunt & similia, per quæ defenditur in di. iudicio Casalensi nullam interfuisse collusionem. Ego in eandem etiã accedo sententiam, quia
30 † collusio non præsumitur, sed debet detegi, vt patet in rubric. ff. & C. & in Decre. de collus. detegend. colludẽs enim falsum committit, quum aliud agatur, & aliud agi simuletur, vt Abb. dicit in rub. de collu. detegen. & falsum non cõmittitur sine dolo. l. nec exemplum. C. ad l. Corne. de fals. & dolus non presumitur, sed qui dolum allegat, illum probare
31 debet l. quoties. §. dolo. ff. de proba. Probari † autem potest collusio, vbi accusator, & reus conueniunt in amicitiam videlicet in criminalibus, nam accusator præsumitur inimicus esse accusati cap. cum p. de accusa. & ita loquitur tex. in cap. 1. de collu. deteg. In ciuilibus vero, in quo casu nos sumus, licita est concordia & amicitia, vt Sali. tradit in l. 2. C. de collu. deteg. per l. si conuenerit. ff. de re iudi. & l. iudicem ff. commu. diuid. Probaretur etiam collusio si corrupti fuissent testes vel examinatores vel iudices actoris, & rei opera. cap. fi. de collu. deteg. quorum nihil hic ostenditur. Probatur quoque collusio, si aliquis veras probationes abscondit vel dissimulat, & falsas excusationes admittit, adiuuans aduersam causam, prodens suam: nam sententia, quæ sic tunc fertur, nõ nocet alteri in cuius præiudicium lata est & retractatur. l. si sponsus. §. si vxor il secundo. ff. de donat. in vir. & vxo. qui tex. secundum Bald. ibi præstat argumen. ad reuocationem multarum sententiarum vbicũque per fraudem partium mediantibus talibus sententijs perueniretur ad prohibitum & illicitum, vnde dicit Bal. in l. cum allegas quarta oppo. C. de vsuca. ꝙ si debitor passus est se vinci nõ
32 opposita exceptione vsurarum, semper talis † sententia poterit rescindi, per tex. quem dicit singul. in d. l. si sponsus. §. si vxor, & istud est etiam, quod voluit Bart. in l. filiusfam. §. diui col. tertia versi sumus expediti. ff. de lega. primo, vbi quærit an prohibita alienatione per testatorem respectu certæ personæ posit dari remedium, quo mediante fieri possit alienatio, & ponit primum remedium, ꝙ hæres vel legatarius patiatur fundum vendicari, & se succumbere, nam præiudicaret talis sẽtẽtia. l. tertia. §. item quæri. ff. de rebus eo. subdit ibi Barto. ꝙ si illa collusio detegeretur, non noceret sententia ei, cuius contemplatione prohibitio facta esset. l. si seruus plurium. §. primo. ff. de leg. 1. & sic sentit ibi Bar. ꝙ collusio debet detegi: quod fit, quando patitur se vinci, & de industria succũbit. Ostendat ergo aduersarius istud fuisse in Comite Vitelliano, ꝙ ipse passus est se vinci, quũ haberet veras probationes, contrarias, vel quod falsas filij admisit, quum reprobare eas posset, quomodo ergo his non ostensis potest dicere Vitallianum collusorie egisse cum fi-
33 lio? Accedit, quia † qui allegat simulationem, debet causam specificam allegare quare ad simulationem fuerit deuentũ, vt Bar. scribit in l. post contractum col. 2. ff. de dona. & consi. 65. Petrus Nicolæ colum. 2. versi. 2. est videndum Pet. de Anch. consi. 227. Ad corroborationem prædictorum secũdo dub. Bal. in l. ab Anastasio in fin. C. man. Paul. de Cast. in l. iurisgentium. §. dolo. ff. de pac. cũ multis simil. Sed ad quid d. Dom. Vitallianus simulabat colludendo cum filio, nam si dixerimus id factũ fuisse, vt preiudicaretur Fabio in asserto fideicommiss. hoc non potest procedere: quum illud iudicium inter alios actum sibi non citato neutiquam præiudicaret, neque nunc illud iudicium sibi officit, sed examen testis Papiæ habitum cum relatione, vt ante dictum fuit. Et si iterum quæratur, ad quid ergo factum fuit dictum iudicium Casalẽse? Responsum est supra, ideò factum fuisse, vt videretur, quid probari posset de legitimitate filij per testes, & in defectũ probationis deueniretur ad legitimationem imperialem. Confirmantur præmissa: nam Doct. relati per Alex. in l. sæpè col. 17. versic. Aliam fallentiam assi-
34 gnauit. ff. de re iudi. disputant, an † sententia lata inter patrẽ & filium super legitimitate noceat alijs, & sic sentiunt, ꝙ si super legitimitate pater & filius litigant, & secuta est sententia in fauorem filij, ꝙ non tractatum sit illud iudicium collusoriè, nam si ita esset, frustratoria esset disceptatio, an alijs sententia præiudicaret, imò sentiunt validiorem esse sententiam latam cum patre, veluti cum eo, cuius principaliter & directè id interest, vt ibi latius videri potest, & expressè Cin. in l. ingenuum. ff. de statu. hom. vult, ꝙ sententia inter patrem, & filiũ super legitimitate valeat, etiã quo
35 ad alios, nisi de † collusione doceatur, refert, & sequit Imo. in d. l. sæpè col. 5. Vt vult ergo clarè de collusiõe debere doceri, nec ex hoc, quod pater, & filius litigant, ostendi collusionem. Inuenio etiam ꝙ Feli. in cap. quamuis col. 7. de re
36 iudi. dicit, ꝙ † in causis connexis, in quibus sententia pro vno lata nocet alijs, non interuenientibus in iudicio, non est habenda consideratio, ꝙ primus potuit forte reprobare testes, vel fortè collusit, vel secundus est diligentior primo: nam si hæc essent in consideratione, tollerentur casus multi, in quibus iure dispositum est, sententiam cum vno latam præiudicare alijs, & ibi reprobat Feli. Abb. qui in quadam quæstione hac consideratione possibilis reprobationis testium & collusionis & maioris diligentiæ vtebatur. Si ergo illa non sunt consideranda, vbi sententia præiudicat alijs non vocatis, multo minus erunt in considetatione, vbi sententia non preiudicat, nisi eis tantum, inter quos res agitur. Postremo omnis difficultas tollitur ex his, quæ su-
37 perius sunt conclusa, ꝙ † testis potest se referre ad examen alterius iudicij, quamuis illud iudicium sit nullum & non solemne: ita enim loquitur Bart. in d. l. eos & Ang. clarè in d. l. legata inutiliter vbi Alex. refert concord. & si pars aduersa vult dicere illud iudicium non fuisse defectu iurisdictionis, longe fallitur, quia Episcopus Casalẽsis iurisdictionem habebat inter partes, vt aliàs consului, & est consilium in impressis in ordine. 413. & incipit, teneo, quòd iudicium &c. ad quod breuitatis gratia me remitto.

Super tertio puncto, stantibus resolutionibus, ꝙ in matrimonio probando subsequuta copula carnali repellantur consanguinei, vsque ad quartum gradum inclusiuè de iure ciuili etiam, ꝙ sint coniuncti per lineam fœmininam, an
38 idem sit dicendum, vbi tractatur † de probanda legitimitate ex vero vel præsumpto matrimonio, licet articulus videatur valde dubius, tamen inclino in eam sententiam, ꝙ admittendi sint, cum illo tamen temperamento, vt nõ sint omnino integri testes, sed de illis diminuatur arbitrio iudicis, qui & qualitatem personarum testium, & eorum depositionis, & alias negotij circunstantias habebit cõsiderare. Moueor ex his, quæ Bar. scribit in l. 3. §. duæ causæ versic. quæro quomodo pater. ff. de Carbo. edic. vbi per illum tex. dicit,

39 dicit, ꝙ in quæstione † status, & in his, quæ ad causam status pertinent, pater & mater admittuntur in testimonium, contra id, quod habetur in l. parentes C. de testibus: allegat etiam id, quod habetur in l. si arbiter. §. fin. qui incipit Imperatores. ff. de proba. si ergo parentes admittuntur, multo magis debent admitti remotiores in gradu. Nec mihi satisfaciunt solutiones, quæ dantur ab aduersarijs, quòd ibi loquitur Barto. in causa summaria Carbonianæ possessionis, quia imò Bart. loquitur secundum terminos illius tex. quádo causa status agitur plenariè coram prætore, ea non dilata in tempus pubertatis. Nec etiam satisfacit alia solutio, dum dicitur, quòd Bar. ibi loquitur, indistinctè vbi mouetur quæstio status, & vult. l. parentes. C. de testib. non habere locum, & nescio videre, si pater & mater admittantur in quæstione, an seruus sit filius, vel liber, cur non multo magis admittantur, an sit legitimus nec ne, & vlterius in materia etiã Carboniani dicitur moueri status quæstio, vbi obijcitur eum non esse natum ex matrimonio, vt est tex. ad literam in d. l. 3. §. si mater in fi. ibi aut ex ipso quidẽ, sed non ex matrimonio editus, & ponit Bal. in l. 1. circa princ. C. de
40 ordi. iudi. Præterea vbi vir † vel vxor asseuerant aliquem esse filium suum, nisi aliud subdatur intelliguntur asseuerare eum filium esse legitimum, quia filium definimus, quem iustæ nuptiæ demonstrant, l. filium. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iu. l. quia semper. ff. de in ius vocan. & hoc modo loquitur tex. in d. l. si arbiter. §. fin. quem allegat Barto. ibi enim erat quæstio de filiatione legitima scilicet, vt indicant illa verba. Sed vt epistolæ, quæ missæ vxoribus allegarentur, nonnullam instrumentorum vicem obtinere debent, non enim epistolæ de spurijs mitti vxoribus solent. Etenim filij spurij, qui habent incertum patrem, vel eum, quem honestè demonstrare non possunt, pro vulgo conceptis habẽtur. l. vulgo. ff. de statu. hom. Deniq; nemo negauerit, quin multum prosit filio asseueratio parentum etiam extraiudicialis, dicentium illum esse legitimum quo ad alios, quanto ergo magis, qui remotiores sunt in gradu & per consequés minus suspecti, admittendi sunt in testes, saltem vt aliorum testium adiuuent probationem. Vnum est, quod facit difficultatem, in quo pars aduersa valde se fundat, nã ratio quare vbi agitur de mulieris matrimonio iam carnaliter cognitæ, vt non admittantur cõsanguinei, vsque ad quartum gradum, illa est quia si non esset matrimonium dedecus redundat in mulierem, & in totã familiam videretur iniuria im-
41 portata fuisse: & † quando iniuria facta est alicui, nullus de familia potest pro eo testificari, quia ex quo iniuria illata vni, censetur illata omnibus, diceretur in causa propria testificari, vt Bar. concludit in l. lege Cornelia. ff. de iniur. & Bal. in l. 1. 5. not. C. de rap. virg. & in l. 1. C. si quacumque præd. pote. eadem ratio militat, vbi agitur legitimitas filij, ex quo consanguineus in testificando habet se pro causa referre ad matrimonium, & sic militat eadem ratio iniuriæ ponderata supra, & quum legitimitas sit connexa cũ matrimonio, de connexis idem est iudicium ca. quanto de iudi. Ad istud fundamen. in quo totus cardo huius articuli versatur, respõ-
42 sum est, & meo iudicio rectè, ꝙ † in causa legitimationis leuiores requiruntur probationes, quàm in causa matrimonij: est enim causa legitimationis fauorabilis, causa autem matrimonij, quæ vertitur inter coniuges, & si sit fauorabilis, non tamen æquali fauore est digna, quia matrimonia clãdestina sunt prohibita: debent enim contrahi palam & in facie ecclesiæ, & multis præsentibus, ca. nullus. 30. q. 5. c. cũ
43 inhibitio de clande. despon. hinc † in causa legitimitatis matrimonium probatur ex diutina cohabitatione viri, & mulieris gl. in c. illud in verbo vxorem de præsump. Abb. in c. lator, qui fil. sint legi. Bal. post Cin. in l. & si contra. C. de incest. nup. & in c. ex transmissa de restitu. spolia. Sed non sic vbi tractatur causa matrimonij inter aliquos, quia hæc probatio arguit stuprũ c. aliter. 30. q. 5. & tradit Abb. in d. c. lator, sicut ergo lex tradidit faciliorem probandi modum in probatione matrimonij, vbi vertitur quæstio super legitimitate filiorum, quàm vbi principaliter agitur de matrimonio inter parentes, eodem modo dicendum, quòd testes, qui vt inhabiles non admittuntur in causa matrimoniali, admittantur ad aliqualem fidem faciendam in probatione ipsius matrimonij in causa legitimitatis, nec id sine ratione dici videtur: nam vbi inter duos contenditur de matrimonio, imputandum est ei, qui astruit matrimonium, si illud per idoneos testes, & non suspectos non probat, quũ in eius fuerit potestate meliores testes adhibere, quod sic filijs imputari nequit, quia eis dici non potest cur meliores non adhibuerint testes. Ad illud autem, ꝙ ex aduerso dicitur iniuriam factam esse mulieri per stuprum non existente matrimonio: ideò consanguineus non potest super huiusmodi causa testificari, quia iniuria facta vni, videtur facta omnibus, Respondetur, ꝙ consanguineus testificando in causa legitimatis nõ deponit directò & principaliter de aliqua iniuria: & licet in redditione rationis deponat de matrimonio, & sic ad euitationem iniuriæ, tamen istud nõ est nisi incidenter, & in consequentiam & secundario, vnde non prohibetur a ferendo testimonio, sicut dictum est su-
44 prà, ꝙ † in quæstione status pater & mater pro puero testificantur licet in ea quoque incidenter de matrimonio agatur, vt patet ex nota. per Bar. in l. 3. §. duæ causæ. ff. de Carbo. edic. iuncto. §. si mater eiusdem. l. Multa etenim in consequentiam permittuntur, quæ principaliter non concedũtur, l. 1. in prin. ff. de aucto. tuto. l. quoties C. de iudic. hinc vi-
45 demus, ꝙ † legatarius potest esse testis in testamento. l. qui testamento in prin. ff. de testamen. l. dictantibus. C. eo. §. legatarijs Institu. eo. & l. si quis ita. ff. de rebus dub. qui tex. clarè loquitur in legatarijs signantibus testamẽtum, & sic vbi testamentum conditum fuerat in scriptis, & ad eius validitatem requirebatur, vt testes recognoscerent eorum sigilla & subscriptiones. l. cum ab initio cum. ll. sequen. ff. quemad. testa. aper. & vt Bal. dicit in d. l. dictantibus, tunc testis legatarius implicitè deponit de suo legato & nihilominus admittitur ad testificandum: & ratio illa communiter assignatur, quam ponit glo. in d. §. legatarijs & in l. nullus. ff. de testi-
46 bus & in l. si quis ita vbi Bart. ff. de rebus dub. quia † agitur causa inter heredem testatoris & alium agentem contra testamentum, vnde non potest dici causa propria, licet in consequentiam reportent ex tali depositione cõmodum, quũ de validitate testamenti eorum legatum dependeat. Vbi autem principaliter ageretur de eorum legato ipsi nõ possent esse testes, vt per Bar. in d. l. qui testamento & alios ibi, & per Scrib. in d. l. dictãtibus. Ecce, ꝙ licet causa sit connexa adeò, ꝙ separari non potest, hæredis dico & legatarij, nihilominus admittitur legatarius in testem pro validitate testamenti, quia ex sua depositione non sentit commodum nisi in consequentiam, nec attenditur, ꝙ legatum pendeat ex eius depositione. Sic dicendum in proposito, ꝙ licet cau-
47 sa † legitimitatis pendeat à matrimonio, tamen, quia de eo principaliter non agitur, sed de legitimitate, admittendus est consanguineus, non attento, ꝙ aliàs ad testificandũ, vbi ageretur inter aliquos de matrimonio, esset inhabilis. Accedat ad idem quod scribit Ioa. And. in regu. sine possessione in Mercu. in solutione. q. vbi vult, ꝙ si petat Episcopus decimam ab vna ecclesia, Rector ecclesię potest allegare generalem consuetudinem, quòd alij Rectores ecclesiarum nõ solent soluere, & hãc consuetudinem generalem per ipsos eosdem Rectores poterit probare, non obstante, ꝙ etiam
48 agi videatur de eorum commodo. Similiter † fideiussor potest esse testis pro fideiussore, qui non interuenit, vt principalis, sed vt fideiussor, vt Bart. tradit in d. l. si quis ita. ff. de
49 reb. dub. Cin. Bal. & Sal. in d. l. dictantibus, & eodem † modo, si testis deponat pro vniuersitate, valet eius testimoniũ, licet ex eo in consequẽtiam commodum reportet iux. no. in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. Ex his & similibus decisionibus satis notis colligitur, ꝙ duo sunt quædã diuersa & separata, vnum id, super quo producitur testis, alterum id, super quo testis deponit: colligitur & secundo
50 aliud, quod dummodo † id, super quo producitur testis, nõ sit propria causa ipsius testis, non est in cõsideratione, si id, quod

quod deponit, respiciat contingenter fauorem, cōmodum, & interesse ipsius testis: nam hoc non obstante admitti debet ad testificandum, & testimonium eius valet: ita enim colligitur ex decisionibus prædictis communiter approbatis. In casu autem nostro id, super quo producitur testis, nō potest dici causam esse propriam ipsius testis, quia producitur ad effectum probandę legitimitatis: vnde licet id, quod deponit ad probationem legitimitatis, respiciat in consequentiam proprium honorem vel iniuriam, vel quodlibet aliud interesse ipsius testis, hoc non est habendum in consideratione, quo minus ipse testis admittatur, aut enim ita dicere oportet, aut falsæ sunt præfatæ decisiones, quæ tamen vulgo recipiuntur, & ita deducendo satis apparet consanguineum etiam infra quartum gradum in hac legitimitatis causa esse recipiendum. Postremo dico aliud, quod est fortius,
51 quòd † si causa matrimonialis tractaretur, & petat mulier agens aduersus aliquem declarari matrimoniū esse contractum, consanguineus mulieris ad testificandum admitteretur. Nam licet dicatur in ca. 1. de consang. & affi. testes circumspectos omni exceptione maiores esse recipiendos, tamen ille tex. loquitur, quando agitur de dissoluendo matrimonio, quod est maximè odiosum, præsertim secuta copula, vnde ex eo, non potest inferri ad casum, vbi simpliciter matrimonium sit probandum, cuius causa fauorabilis est c. fi. de re iud. c. directè de appella. c. fi. de condi. appo. qui fauor consistit etiam in probationibus. l. lege Iulia. ff. de manumissio. vnde videmus, ꝙ ille, qui stat pro matrimonio, potest petere, ꝙ aduersarius cogatur edere, non sic vbi impugnatur matrimonium, vt no. Io. And. in cap. series de te-
52 stib. Abb. in ca. si iurauit, de proba. Et vlterius † fauore matrimonij præsumitur pluralitas actuum, ne cōfundatur probatio stans pro matrimonio cap. per tuas de condi. apposi. tradit Aret. consi. 13. Viso diligenter themate col. 8. versic. Præterea in fauorem &c. & videmus, quod ex præsumptionibus matrimonium iudicatur. ca. illud de præsumpti. Ro-
53 ma. singu. 446. Nunquid per instrumentum &c. & † pręfertur singularis opin. vnius Doc. stans pro matrimonio communi opin. contrarię, vt Hosti. scribit in cap. super eo de cogna. spirit. quem ibi sequitur Abb. & Abb. in ca. fi. 2. no. de re iud. And. Sicu. consi. 40. A Ioue principium col. 4. lib. 3. Et ita quod in probatione matrimonij non requirantur testes omni exceptione maiores, sed ordinaria probatio sufficiat tenet late Dec. consi. 163. In causa matrimoniali col. 6. versic. 8. opponitur, vbi etiam respondet obiectis, & ante cum hoc tenet And. Sicu. in præallegato consil. 40. colu. 4.
54 versi. & licet ista sint colorata, sed magis † propriè, ꝙ consanguineus admittatur in causa matrimoniali, est tex. in c.
55 super eo il secundo de testib. vbi Abb. in 2. no. dicit, ꝙ † mater admittitur in testem non solum si agatur de consanguinitate probanda vel improbanda, sed etiam vbi agitur seu reuocatur in dubium de ipso contractu matrimonij, & subdit ꝙ hoc videtur admissum fauore matrimonij, quū aliàs in causis criminalibus & contractibus regulariter parentes pro filijs non admittantur. Idem dicit glo. in ca. videtur in verbo contrahendo & ibi Hosti. Anto. de But. & Abb. qui mat. accusa. possunt, est verum ꝙ Dec. & quidam alij moder. in consilijs ex aduerso allegatis tenent, ꝙ vbi mulier carnaliter fuit cognita, non admittuntur cōsanguinei, quia iniuria illata vni, videtur toti cognationi illata. l. lex Cornelia. ff. de iniur. prout superius retuli, quorum opin. non puto tenendam, quia nullus Doc. antiquorum, quem viderim, vtitur illa distinctione, sed indistinctè ponunt, ꝙ in causa
56 matrimonij consanguinei admittuntur, nisi † sit inter coniuges disparitas iux. tex. in dict. §. super eo, nec verisimiliter hunc casum mulieris cognitæ frequenter contingentem omisisset, si de eo sensissent, & contra Dec. & sequaces facit, quod scribit Ioan. And. in cap. cum oporteat super glo.
57 in verbo consanguineos de accu. vbi post Ias. dicit, ꝙ † consanguinei in causa criminali criminaliter mota non admittuntur, secus si ciuiliter mota sit, quia edictum de testibus est prohibitorium. l. 1. ff. de testibus cap. literas de pręsump. & isti tali casu non reperiantur prohibiti, & sequitur ibi Anton. de Butr. & Abb. & Ioan. de Anastas. & Felin. & ibi etiam Aret. expressè dicit, quod vbi de crimine ageretur ciuiliter ad pœnam, vel commodum applicandum parti, tūc consanguineus admitteretur in testem. Subdūt tamen præfati Doct. & maximè Anto. de Butr. & Abb. ꝙ vbi ageretur actione iniuriarum hoc nō procederet, & ita intelligūt tex. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. Modo in proposito, quan- 58
do † mulier cognita agit ad declarationem matrimonij, etiam quod in eo iudicio versetur crimen, ob negationem rei, tamen agit ciuiliter ad proprium commodum, nec agit actione iniuriarum, ergo consanguineus ad testimonium admitti debet. Et non eundo per mendicata suffragia istud decidit in terminis Alex. consi. 212. Visis & discussis scripturis versus fin. versic. Nec obstat si diceretur lib. 2. Nam in casu suo mulier fuerat cognita, & vult, ꝙ affinis viri, qui arguebatur ipsam constuprasse, admittatur in testem, quia non repelluntur tales in causa ciuili, ēt ꝙ oriatur à crimine, dummodo tali, ꝙ ex eo non inferatur iniuria testi producto, allegat no. per Doc. in d. c. cum oportet de accusa. ideò autem subdit ibi Alex. dummodo non inferatur iniuria testi producto, quia ibi fuerat tentata actio iniuriarum, vt ibi patet in prin. consilij, & sic erat in casu fallentiæ. Idem sentit Alex. consi. 150. In causa & lite vertente col. 3. versi. capio secundum testem lib. 5. nam ibi mulier etiā fuit cognita, & reijcit testimonium matris, non quia fuit cognita, sed quia erat disparitas inter coniuges. Similiter facit Alexan. consil. 154. Viso themate in princ. lib. 5. nam ꝙ ibi illa mulier fuisset cognita aperit in consil. sequent. in eadem causa formato. Idem facit And. Sicul. consil. 26. Clementissimū Deum col. pen. lib. 4. nam admittit matrem, & sororē pro matrimonio stantes carnali copula consumato. Sed quid alios persequor? cum idem Dec. in præallegato consi. 163.
59 col. pen. etiam ipse † admittat fratrem pro teste dicentem matrimonium interuenisse, quamuis causa matrimonij sit grauis, & ardua & tamen in casu suo interuenerat copula, vt ostenditur ibi col. 2. versi. Postremo concurrit, & sic in
60 hoc fuit varius. Demum mea hæc est sententia, ꝙ † consanguineus non possit esse testis, quando agitur ad vindictam, quia cum tunc dicatur iniuriam precessisse, non potest consanguineus veluti iniuriæ particeps esse testis, & ideò in criminalibus consanguineus esse testis non potest, quia agitur ad vindictam 3. quæst. 5. cap. consanguinei, & ponit Bar. & alij in l. qui testamento. §. 1. ff. de testamen. Bal. & Salic. in l. parentes. C. de testib. eodem modo si ciuiliter agitur actione iniuriarum, quia agitur ad vindictam. l. prætor. §. 1. & ibi Bar. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. si seruo eo. tit. glo. Bal. & Sal. in l. dominum. C. eo. Sin autem agitur ciuiliter omissa iniuriarum actione ad rei persequutionem, vel proprium commodum potest cōsanguineus esse testis propter dissimulationem iniuriæ, vt bene probatur in d. l. apud Labeonem. §. si quis seruo, vbi quum agitur seruo vulnerato damni iniuria dati, non dicitur agi ad contumeliam, sed
61 ad damnum culpa datum. Sic igitur dico, ꝙ † quum mulier agat ad declarationem coniugij, vel obsequium maritale, consanguineus potest esse testis, quum non agatur tunc ad vindictam, neq; contumelia in iudicium deducatur, & hoc videntur velle Canon. in d. c. quum oporteat, & bene corroboratur ex hoc, quod scribit Bald. in c. 1. col. 4. versi. quæro quum ciuiliter. quib. mod. feud. ami. vbi vult, quòd quando
62 † dominus agit ex crimine ad amissionem feudi, non debet inseri tempus & locus criminis commissi, quia non agitur ad vindictam, sed pro re merè familiari, & sic Bald. ibi sentit, ꝙ vbi agitur ad rem familiarem ciuiliter, nulla habetur consideratio criminis commissi, nisi quo ad effectum intētatum, & Bald. sequitur nouissimè ibi Afflict. in §. Item fidelis quarto no. Et si dicatur, ꝙ in casu nostro repellendus est testis consanguineus propter affectionem. Responde-
63 tur propter hoc † non esse repellendum, quia & Amicus habet affectionem ad causam non tamen repellitur. l. tertia in prin. ff. de testib. l. sciendū. ff. de vsuca. licet tunc diminuatur de fide

de fide pro qualitate amicitiæ, vt vult glo. in §. cogitandum in verbo testes in fin. in Auth. de mona. Cin. in l. eos, & ibi reliqui. C. de testibus. Prædicta tanto melius procedunt in casu nostro, quia huiusmodi delicta, quibus mulierum castitas imminuitur, non fiunt iniuriæ causa, sed libidinis, vt Bar.
64 dicit in l. verum ff. de furt. vbi vult, quod † promittens non offendere aliquem non dicitur offendere, & pacem cum eo factam frangere, si vxorem eius adulterauit, quia non facit animo iniuriandi, sed causa libidinis, & sequitur Pau. de Ca. Alex. & modern. in l. qui seruum. ff. de verbo. oblig. Roma. consi. 173. In casu proposito dicendum, Aret. in tract. malefic. super verbo che hai adulterato, char. penul. & sequitur Andr. Sicu. cons. 63. licet in medium col. 4. lib. 4. vbi ex hoc infert ad Iudeos quosdam, qui fœdè se immiscuerant mulieribus Christianis, vt dicatur illud fecisse non iniuriarum Christianæ religionis, sed vt cupiditatibus suis indulgerent. Et (si verum amamus) consanguinei dissimulant huiusmodi delicta mulierum, & si sciant, nescire malunt, nec putant hanc iniuriam ad se pertinere: dempto tamen raptu, & violentia, quo casu loquuntur tex. in l. 1. C. de rap. virg. & in l. 1. C. si quacun. præd. pote. & vbi offensus est vnus, vtrum tota familia dicatur offendi, mos regionis inspiciendus est, vt Bal. dicit in d. l. 1. C. de rap. virg. & Bar. in l. 3. §. si tutor ff. de suspec. tut. quanto autem magis inspicienda est qualitas delicti, quæ a consanguineis curari non solet: Nã, vt est apud Poetam nescio quem, lex Iulia dormit.

Circa aliud dubium, quo quæritur, vtrum consanguinitatis gradus, quo coniunctus est Magnificus artium & medicinæ Doc. D. Petrus de Cela computari debeat secundũ quod d. D. Petrus coniunctus præfatæ q. D. Catinę, an secundum, quòd est coniũctus pręfato D. Annibali. Respondeo, quod debet computari secundum quod est coniunctus D. Annibali à quo producitur, & licet in depositione sua deponat de matrimonio d. Catinæ, tamen ex quo hoc venit incidenter non debet operari, vt repellatur omnino a testimonio, sed vt iudicis arbitrio minor ei fides adhibeatur. Suppletur tamen defectus huius testis, ex eo, quòd dum deponit de matrimonio d. Catinæ, non deponit ob affectionem, quam quis posset fingere, quod iste testis habeat ad d. Catinam, quum 25. annis ante tempus depositionis decesserit ab humanis, & cum ea amplius non posset matrimoniũ habere locum, & ad effectũ matrimonij iste testis non deponat, sed ad diuersum finem videlicet legitimitatis. Et
65 quamuis † consanguinitas esset dicto Petro cum d. Catina viuente, tamen per eius mortem consanguinitas cessauit, quia mors omnia soluit §. deinceps in Auth. de nupt. & tenet Bal. in l. non nudis 2. q. C. de proba. Ang. in l. liberorum in princi. ff. de his, qui no. infa. & facit quod dicimus de filio quon. Titij; nam illud quon. additur, quia filius defuncti improprie dicitur, quum cesset relatio, vt per Bart. & alios in l. eius, qui in prin. ff. si cert. pet. & quod mortuus non sit amplius de familia, ponit Barto. in l. si cognatus in fin. ff. de reb. dub. per text. in l. 2. ff. de au. & arg. leg. subleuatur etiã huius D. Petri testimonium, quia est artium & medicinæ Doct. & Doctoratus est dignitas, c. quanto de magistra. & quod artium & medicinæ Doc. sit in dignitate ponit Bar. in l. omnes la. 3. C. de decu. lib. 10. vbi ex hoc infert, † Iudæos tan-
66 quam omnis dignitatis expertes non posse doctorari, & tenet Ias. plura adducens in prœm. ff. & Alex. quem non allegat consil. 94. consideratis his, quæ in themate col. 2. lib. 1. Dignitas autem testis est in consideratione, vt magis ei cre
67 datur l. 2. ff. de testib. vbi dicitur, in † testibus fides, dignitas mores, grauitas æstimanda est, & facit etiam text. in l. 3. in prin. ff. eo. ibi, vtrum decurio an plebeius sit, & in §. ideoq; diuus ea l. ibi, qui & cuius dignitatis & æstimationis sint, & in §. eiusdem quoque dicitur formaliter. Alias numerus testium, alias dignitas, & auctoritas, alias veluti consentiens fama cõfirmat rei, de qua agitur, fidem. Idem probatur in §. sancimus in Auth. de testib. vbi glo. in verbo per dignitatis dicit hoc procedere ex duobus, primo quia qui est in dignitate alterius non timet potẽtiam, quod in teste est necesse. Secundo quia ad dignitatem homines honesti admittuntur, non autem qui est notatæ opinionis l. pen. C. de digni. lib. 12. & in terminis, quod Doctori plus credatur, & testimonium eius cæteris præpenderet, scribit Alex. consi. 18. Viso processu in fin. lib. 1. & consi. 27. In causa & lite circa finem
68 lib. 2. Confirmantur, quia † si creditur plus tabellioni testi, quàm alio non tabellioni, gl. in verbo tabularijs in §. absint in Auth. de hæred. & Falc. Bald. in Auth. sed quum testator col. pen. versi. Quæro pone, quod tres C. ad l. Fal. Ang. in d. §. sancimus per illum text. in Auth. de testib. quanto magis credi debet Doctori, quum Doctoratus sit dignitas, notariatus autẽ non sit dignitas, sed munus l. fi. C. qui milit. pos. lib. 12. tradit Bar. in l. eadem ff. ad l. Iul. repe. latè Ang. consil. 284. Præmittendum est ad euidentiam per totum.

SVMMARIVM.

1 *Possessio defuncti, quum sit facti, non transit ad hæredem, nisi hæres apprehendat, quod declara, vt nu. 7. & 11.*

2 *Possessio vacans potest occupari a prætẽdentibus ius in ea, & in ea defenditur is, qui peruenit, donec per alium de potentiori iure fuerit edoctum.*

3 *Interdictum vti possidetis vbi intentatur, is obtinet, qui de antiquiori possessione probat.*

4 *Temporis vis vbi in prioritate, & posteritate cõsistit: etiã hora habetur in consideratione.*

5 *Beneficium vbi eodem die duobus est collatum: tunc is præfertur, qui præcedit in hora.*

6 *Possessio defuncti vbi vigore statuti continuatur in hæredẽ, tunc intelligitur continuari si nondum fuerit per alium apprehensa, & occupata.*

8 *Hæres in dubio videtur consentire in eo, quod voluit defunctus, cuius personam repræsentat.*

9 *Possidere dicitur hæres per colonum, etiam si possessionem non apprehendet, locatione pendẽte iam a defuncto contracta.*

10 *Possessio vbi ab alio quam hærede est apprehensa, durante locatione per defunctum facta, eam apprehendens non acquirit, nisi colonum expellat, vel colonus nomine ipsius se tenere dicat.*

12 *Possessionem eatenus ingrediens acquirit, quatenus intendit, & non vltra.*

13 *Possessio defuncti non dicitur vacans, colono in ea existente & sub. nu. 14.*

14 *Possessio vacans à Domino potest occupari, fallit si teneatur per bonorum curatorem, vel inquilinum.*

15 *Mandatum ad illicita & inhonesta factum non præsumitur.*

16 *Possessionem defuncti quicunque præcurrit occupare, dicitur hæredem spoliare sua possessione, nisi incontinenti de dominio, iure suo, vel de titulo, quem habuit a defuncto, doceat.*

CONSILIVM. 538.



VIT quæstio agitata in Senatu sub his terminis. Defuncto Bartholomeo Maruello, qui fratrem Raphaelem hęredem instituerat, præfatus Raphael die sequenti post eius mortem apprehendit inter cætera possessionem fundi cuiusdã, sed reperitur, quòd eo die, quo testator decessit, Pomponius apprehenderat possessionem eiusdem fundi per procuratorem Sempronium, cui specialiter mandauerat, vt post mortem d. Emanueli possessionem vacantem apprehenderet: deinceps quum dictus Raphael hæres petijsset se defendi & manuteneri in possessione, & d. Pomponium coerceri, ne ipsum hæredẽ possessorem

possessorem turbaret. E contra asserente Pomponio se esse
possessorem, & minime turbari debere per d. Raphaelem,
& sic inter eos interdicto vti possidetis ageretur. Dubita-
tur vtrius possessio esset potior. Et allegabatur pro Pom-
1 ponio eum esse præferendum, quia † possessio defuncti
neutiquam transit ad hæredem, quum sit facti, sed necesse
habet hæres de nouo apprehendere l. cum heredes in prin.
ff. de acquir. possess. l. 1. §. Sceuola ff. si quis testamen. lib. esse
ius. fue. sin autem velit hæres se fundare in sua possessione,
2 videtur, quòd illa non obstet, quia † quando possessio va-
cat, & nullus possidet, & plures prætendunt se ius habere,
permittitur eis accedere ad possessionem vacantem & il-
lam occupare, & qui præuenerit, defendetur donec alius de
iure suo docuerit, vt tradit Inno. in c. in præsentia in verbo
petebat de probati. quod adeò procedit, vt quando plures
properant ad occupandam possessionem, non debeat se Iu
dex intromittere, nisi timor sit armorum, vt Bald. scribit in
l. fi. colum. 2. versi. est quartus casus C. de edic. diu. Adr. tol.
Sed d. Pomponius preuenit in occupando possessionem an
tequàm hæres illam apprehenderit, ergo in ea debet defen
3 di, nam † in interdicto vti possidetis ille vincit, qui de anti-
quiore possessione probat. ca. licet causam de proba. ponit
Barto. in l. si duo colum. 2. ff. vti possid. & in l. 1. C. eod. titu.
Bald. in l. ordinarij col. 4. versi. sed iuxta prædicta quæro C.
de rei vendi. & in l. super colum. penul. C. de præscrip. lon.
tempo. & in l. si de proprietate col. fin. versi. quæro delega-
tus C. si a non compet. Iudi. & in l. arboribus §. nam & si
agrum ff. de vsufr. & dicit Bal. in c. si diligenti versus fina. de
præscri. quòd qui prior est in possessione reportat palmam
victoriæ, quia sua possessio impedit ne sequens possideat,
per tex. in d. c. licet causam. Sed Pomponius præuenit in oc
4 cupanda possessione vno die, igitur preferendus, quia † vbi
vis est in prioritate, & posteritate temporis non modo dies,
verum etiam hora est in consideratione, vt notat gloss. in l.
si ex pluribus in verbo ex vsu. ff. de solut. Bald. in l. de rebus
C. de dona. ante nupt. & in l. Imperator la 1. ff. de sta. homi.
5 ideò † in collatione beneficij facta duobus eodem die, præ
fertur ille, qui in hora præcedit, gloss. in c. duobus in verbo
si non appareat de rescrip. in 6. & similis glo. in c. si à sede in
verbo nec appareat de præben. eod. lib. ponunt latè Mo-
der. post alios ibi in cap. pastorali in prin. de rescri. Soci. in l.
1. in princ. ff. solut. matri. Adducitur etiam pro Pomponio,
quia Raphael hæres inuenit prius occupatam possessio-
6 nem, vnde si etiam extaret † statutum, quòd possessio de-
functi ipso iure continuetur in hæredem, tamen intelligi-
tur, vbi possessio nondum fuit per alium apprehensa, & oc-
cupata, vt Cuma. tradit in l. Pomponius §. quæsitum per il-
lum text. ff. de acquir. posse. Alex. in l. cũ hæredes in prin. ff.
eod. & consi. 153. Circa litem vertẽtem colum. 2. da lib. 6.
& Corne. consil. 166. Circa primum versus fina. lib. primo.
In contrarium fuit determinatum, quòd Raphael heres
preferri debeat in possessione, ex infrascriptis. Nam † illud,
7 quod dicitur, quòd possessio defuncti non transit in hære-
dem nisi hæres apprehendat, procedit quando defunctus
possidebat per ipsum, id est animo & corpore suo, sed si pos
sidebat animo suo, & corpore alieno, puta per colonum, ac
quiritur possessio hæredi, si continuat in possessione colo-
nus nomine defuncti, ita dicit Ang. in l. qui vniuersas §. ꝙ
per colonum post gloss. ibi ff. de acqui. posse. ponderando
illum tex. in versi. sed si pro emptore, & dicit Ang. ibi quòd
nunquam interrupta fuit possessio, & subdit Imo. ibi, quòd
non requiritur, vt voluntas hæredis præcedat, vel sequatur,
quia videtur † in dubio hæres consentire in eo, quod voluit
8 defunctus, cuius personam repræsentat, & quia obligatus
est ad seruandam locationem factam per defunctum l. pro
hæreditarijs C. de hered. act. & l. 1. C. si cer. pet. & cum pre
dictis tenet Pau. de Cas. & Alex. ibi. Hinc etiam dixit Mat
the. de Affl. decis. 325. Facto verbo circa fin. quòd † si do-
9 minus rei locauit alteri rem suam, & pendente locatione
dominus moritur superstite hærede, quanquam hæres nõ
ceperit possessionem illius rei, dicitur hæres possidere per

colonum. Et si defuncto † locatore alius apprehendit pos-
10 sessionem illius rei, quam colonus possidet, non acquirit eã
nisi expellat colonum, vel colonus dicat se tenere nomine
illius, qui intrauit possessionem. allegat text. in l. peregre §.
quibus ff. de acqu. poss. Bar. in l. 1. §. non autem ff. de vi & vi
arma. Sed in proposito Pomponius non expulit colonum,
immo colonus dicit se remansisse in possessione nomine
hæredis, ergo illa non fuit sibi quæsita possessio: hoc enim
est regulare, ꝙ dominus, qui habet ex sua persona ciuilem
& naturalem possessionẽ retinet per colonum l. si id quod,
§. & ꝙ per colonos ff. de acq. poss. non † priuatur per in-
11 gressum alterius in fundum sua possessione, nisi colonus
fuerit expulsus, vel sponte discesserit deserendo fundum,
etiam ꝙ dominus sciat alium ingressum, vt glo. dicit, in
d. l. peregre §. quibus, & ibi Bar. Ang. & reliqui, nam ꝙ ibi
in tex. dicitur, ꝙ eius qui serui vel coloni corpore poside-
tur non aliter amitti possessionem, quam si eam alius in-
gressus fuerit, præfati Docto. subaudiunt, & deijciendo
colonum, l. 3. §. ꝙ si seruus, & l. si colonus ff. de acqui. posse.
l. prima §. ꝙ seruus & §. non alij autem ff. de ui & vi arma-
ta, sequitur Aret. consil. 32. Diligenter cõsideratis col. pen.
versi. his sic modo declaratis, idem Matthæ. de Afflict. de-
cisi. 331. Quædam Diana, in fin. Secundo principaliter con
tra d. Pomponium adducitur, quia ipse mandauit procura-
tori, vt vacantem acciperet possessionem, ergo noluit posi
dere, nisi vacaret possessio: quum enim possessio animo ac
12 quiratur l. licet C. de acquir. posse. † eatenus acquirit ingre-
diens, quatenus intendit & non vltra, glo. in l. vni. in verbo,
nec vi, C. vti. posid. Bart. in l. non solum §. morte in prima
specie protestationis declaratoriæ col. 8. versi. circa quar-
tum nota. ff. de ope. nou. nunc. & tradit in terminis Aret. in
13 præallegato consi. 32. col. pen. Sed † ista possessio non vaca
bat, cum in ea colonus existeret, vt decidit Bal. in l. fi. versi.
sexto opponendo de dominio C. de edic. diu. Adr. tol. vbi
14 dicit, quòd quamuis domino † liceat occupare possessionẽ
vacantem, iux. not. per Inno. in c. presentia de proba. & per
Bar. in l. cum quærebatur C. vn. vi. tamen hoc non proce-
dit, quando teneretur per curatorem bonorum, vel inquili
num l. prima C. si per vim vel alio mo. quòd est notab. se-
cundum eum. Et aduertendum, quòd Bald. ibi loquitur,
quando occupatur possessio, quæ fuit defuncti iux. mate-
riam illus legis, & tamen non vult, quòd posit occupari
existente in ea colono. Tertio ad idem facit quia etiam si
in mandato fuisset generaliter dictum, quòd apprehende-
ret possessionem, intelligeretur vacantem, quia nunquàm
15 † procuratori videtur mandatum aliquid illicitum, & inho
nestum l. si procurator & ibi Bar. ff. de condi. indeb. l. si pa-
ter ff. de his, quæ in frau. credit. Bald. in c. 1. col. 8. & ibi latè
Moder. vt li. non contest. Sed non licet expellere colonum,
vel inquilinum, quod patet, nam & si huiusmodi detentato
ribus non competat remedium possessorium recuperandę
tamen datur eis actio in factum vel officium iudicis, ad re-
cuperandam detentationem, vt Ang. scribit in d. l. peregrè
§. quibus per tex. in l. si coloni C. de agric. & cens. lib. 11. &
in l. Aquilius ff. de dona. & in l. manifestissimi §. sed cum in
secunda, & ibi gl. C. de fur. facit, quòd de commodatario &
depositario per eadem iura dicit Bart. in l. rem, quæ bonis,
ff. de acqui. posse. & in l. & ideo §. Neratius ff. de cond. fur.
Quarto ad ostendendum, ꝙ non licuit d. Pomponio appre
16 hendere d. possessionem facit, quia † quicunq; precurrit ad
occupandum possessionem defuncti, dicitur quodammo-
do spoliare hæredem sua possessione secundum Paul. de
Cast. in l. 2. C. de edic. diu. Adr. tol. & videtur bonus text.
quem ipse non allegat in l. 2. ibi restitui iubebit, vbi Bal. põ
derat C. quo. bono. intelligendo tamen hoc vltimũ, nisi in-
continenti doceat de dominio, & iure suo, vel titulo, quem
habuisset à defuncto iux. not. in d. l. fi. C. de edic. diu. Ad. &
in l. si de vi ff. de iudi. & in l. fi. C. quo. bono. Ex istis sublata
sunt in contrarium allegata stantibus supradictis fundamẽ
tis, ideò manet cõclusio d. Raphaelem hæredem in posses-
sione d. fundi præferendum, & ita fuit iudicatum.

Summarium.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas 5. liberorum patrem, non a patrimonialibus, sed a muneribus tantum personalibus excusat.*

2 *Immunitas 12. liberorum pluriumue de iure communi patrem ab omni munere etiam patrimoniali liberat, & nume. 3.*

4 *Consuetudo vbi ad quid est interpretata sufficere, debet attendi.*

5 *Immunitas patri nu. 12. filiorum habenti a lege concessa, bellorum quoque onera complectitur.*

CONSILIVM. 539.



Obiiciuntur tria contra immunitatem ob numerum 12. filiorum concessam. Primò quia illa non intelligitur concessa ab oneribus patrimonialibus. Secundo, quia ad eos, qui decuriones sunt, peruenire tantum potest. Tertio, quia nô excusat a muneribus bellicis, qui prætenditur esse casus præsens. Quibus tamen non obstantibus contraria sententia de iure est verior, & breuibus agam circa vnûquodque dubium, quia res paruam habet difficultatem. Circa primum licet text. in l. 2. §. quæ patrimoniorum ff. de vaca. & excu. mune. & in l. neque C. de mune. patrim. dicat, quòd numero liberorum nemo excusatur à muneribus patrimoniali-
1 bus, tamen istud † intelligitur, vbi haberet 5. liberos, quia tunc non excusatur, nisi à muneribus personalibus. l. 2. & 3.
2 C. qui num. libe. lib. 10. vbi autem† habet 12. liberos, excusatur à muneribus, & multo magis si 16. habeat l. si quis decurio. la 2. C. de decur. li. 10. l. semper §. demonstratur ff. de iur. immu. & ibi Bar. qui ita intelligit prædicta iura, & ita ét dicit in d. l. si quis decurio. & Io. And. in c. decet in Mercur. & tenet etiam Sali. in l. si pater secunda oppo. C. quan. prouo. non est necess. vbi etiá subdit, ꝙ in munere mixto, quia si personale & patrimoniale si vnum ab alio separari nô potest, tunc patrimoniale, vt magis nocens & potens attenditur, & sic 12. requiruntur arg. tex. in l. Pedius §. 1. ff. de arbi. & l. si quis in grau. in fin. ff. ad Syllan. Idem tenet Angel. de Are. Instit. de excus. tuto. in prin. vbi refert gl. fuisse contrarias, nam glo. in d. l. si quis decurio tenet, ꝙ habens 12. liberos excusetur à patrimonialibus, & idem tenet gl. in d. l. semper §. demonstratur; Sed contrarium tenet glo. in l. 1. C. de mun. patrimo. volens, quod à muneribus patrimonialibus non excusetur, nisi 16. habeat, quod etiam voluit Bal. in d. l. si quis decurio. Ipse tamen Ang. tenet, ꝙ sit immunis à patrimonialibus, quia hæc sententia est benignior, & ita asserit in practica seruari, & obtinuisse. Idem etiam tenet Bal. sibi contrarius consi. 312. Si de iure communi, vbi in prin. illius consilij præfatur, ꝙ si de iure communi loquimur, pater habens 12. liberos excusatur à muneribus etiam patrimonialibus d. l. si quis decurio, & legitur & notatur in di. l. semper §. demonstratur, & est ratio liberorum necessaria educatio, vt ibi eleganter tex. dicit, Amplectitur etiam sententiam Bar. Io. de Platea in d. l. si quis decurio, & ibi etiam
3 And. de Baru. qui dicit, quòd † habens 12. filios est immunis ab omni munere etiam patrimoniali, quia tunc patrem oportet vacare educationi ipsorum filiorum d. l. semper §. demonstratur: refert & sequitur Io. de Anasta. consi. eius vltimo, vbi addit idem tenuisse dominû suum Pet. de Anch. in c. licet de censib. idem tenet de iure Gui. Pap. q. 401. Sed quid de homine & c. licet dicat hoc de consuetudine nô seruari in Patria Delfinali. Reperio etiam ꝙ Io. ab Imo. consi. 77. Visis ac ponderatis relatis varijs opin. tandem conclu-
4 dit, quòd † si consuetudo esset interpretata sufficere 12. liberos, illa esset tenenda l. minime ff. de ll. & attenta ista consuetudine, quę ita se habet in regione, res est extra omnem dubitationis aleam. Circa secundum Bal. in d. l. si quis decurio tenet neminem habentem 12. liberos excusari a muneribus patrimonialibus, nisi sit decurio, vt loquitur illa litera vel nisi 16. habeat liberos, & idem voluit glo. in l. 1. C. qui nume. libero. tamen Doctores, quos allegaui in præcedenti dub. tenent d. l. procedere etiam in non decurione, quasi illa honestissima numerorum quies, de qua in d. l. si quis decurio in fi. dicitur, non donetur decurioni, quia sit decurio, sed quia 12. liberorum pater, & quum ita se habeat cômunis Doct. opi. non est amplius disputandum. Circa vltimû videtur mihi pars aduersa hallucinari, quia hæc pro quibus subsidium impositû est, non sunt onera bellica, nullo bello, nec rumore existente, sed pace, Deo bene iuuâte, vndique vigente. Impositum est onus hoc ab Illustrissimis Principibus, vt stipendia militibus soluantur, qui arces quasdam custodiunt, ne aliquando occupentur, & intercipiátur siue ab hostibus, siue a latronibus, & quum reditus Principis non sufficiant, populi id munus subire debent iuxt. not. per Cin.
5 in l. neminem vlt. q. C. de sacrosan. eccles. Præterea † quum hæc immunitas patri 12. liberorum concessa à lege fuerit comprehendit onera bellorû, vt aliàs scripsi in causa immunitatis aduocatorum, vt habetur consil. meo impresso 66. quod incipit, Repetitus in causa immunitatis primo dubi. & quia ibi late dixi, me ad ibidem dicta remitto. Sed in casu isto militat adhuc euidens ratio, nam ideò hęc immunitas à lege côceditur, quia magnum onus incumbit patri ob necessariam tam numerosæ sobolis educationem, vt superius dictum est, quę ratio, quû tam belli, quàm pacis têpore vigeat, idê ius vtrobique seruandû est l. illud. ff. ad l. Aquil.

SVMMARIVM.

1 *Minor contumax, vbi contra eum curatore carentem pro delicto est processus agitatus, processum ipsum statuto stante, quod contumax habeatur pro confesso in criminalibus, nullum dicere non potest.*

2 *Minoris confessio vere facta in iudicio sine curatore, ei non præiudicat, quod non procedit in confessione, quam fingit statutum & nu. 4.*

3 *Bannum, vbi statutum habet contumacem pro confesso, contra minorem curatore carentem latum valet, quamuis beneficio restitutionis subiaceat.*

5 *Minoris confessio extorta per tormenta in casibus permissis valet, nec ibi requiritur curator.*

6 *Citatio minoris in criminalibus fieri potest curatore irrequisito, quo non comparente vigore statuti habetur pro confesso, & conuicto, & ad sententiam venire potest alio non expectato, & num. 8.*

7 *Notorium fit ex citati contumacia, quod alio iuris ordine & solemnitate non indiget.*

9 *Minori absenti, & contumaci in criminalibus curator dari non potest. & nu. 19.*

10 *Curator in criminalibus non potest in se iudicium minoris suscipere.*

11 *Minor fieri potest contumax in iudicio, etiam sine curatore, si tamen fuerit legitime citatus, vt & nu. 27.*

12 *Minor contumax rectè dicitur, qui vocatus edicto peremptorio præsentiam sui facere contemnit.*

13 *Statutum indistinctè loquens ligat etiam minores, nisi nominatim excludantur.*

14 *Minoribus in delictis non succurritur.*

15 *Minor indefensus & contumax sententia quancunque patitur, quæ ferri potest contra quemlibet maiorem indefensum, & contumacem, & nu. 16. & 25.*

17 *Sententia, quæ in iudicatum transiuit, dicens nullam debet acta exhibere, vt nullitas dignosci possit, aliàs pro sententia præsumitur.*

18 *Curator in criminalibus, auctorari non potest, nisi in ipso*

ipso negotio, vel ante vel post, minore præsentæ, secus in ciuilibus. vt nu. 21.

20 *Minor in iudicio contumax taciturnitate fieri non potest, nisi cum curatoris auctoritate, secus si non compareat vt nu. 22.*

23 *Decretum primum & secundum paciuntur pupillus, & adultus contumaces, absque tutoris vel curatoris auctoritate secus in alijs interlocutorijs. fallit. vt nu. 24.*

26 *Citatio etiam facta maiori si sit nulla contumacem non reddit.*

Citatio prima si sit nulla, reliquus processus non tenet, sub nume. 26.

28 *Sententia pro delicto lata, vbi de commodo pecuniæ fiscalis agitur, facit plenum præiudicium, quo ad omnes interesse prætendentes in consequentiam, etiam non citatos.*

29 *Sententia lata contra contumacem principalem tertio non præiudicat, nisi appareat iudicem motum propter veras fuisse probationes.*

CONSILIVM. 540



1 X pluribus dicendum videtur, quòd, † stante statuto, quòd contumax in criminalibus habeatur pro confesso & conuicto, nō possit processus agitatus contra parricidam minorem contumacem dici nullus, eo quia minori nō fuit datus curator à iudice inquirente & procedente. Primo adduco Bal. in terminis in l. 1. col. 16.
2 versi. iuxta hoc quæro C. de confess. vbi, quum antea † latè posuisset de curatore dando minori in iudicio, aliàs eius cō fessio non præiudicat, dicit in loco præallegato hoc nō procedere in ficta confessione quam fingit statutum, quia tūc in concomitantiā huius fictæ confessionis poterit poni in banno, dūmodo minor fuerit legitimè citatus, quia sufficit auctoritas statuti. Mouetur etiam Bal. quia dolo non caret, ex quo magistratus imperio non obtemperat l. nō pōt dolo ff. de reg. iu. allegat etiam l. si quis in tantā C. vnde vi, vbi pœna illius l. habet locum in minore secundū gl. & reliquos ibi & subdit Bal. ꝙ ita seruatur de facto, quod est contra illud, quod nunc asseritur de practica contraria. Secundo idē Are. sentit in tract. malefi. in verbo cōparent inquisiti & fatentur totū in prin. vbi admonet Iudicem, vt post quā minor venerit in fortiam, & antequā respondeat inquisitioni prouideat ei de curatore, & sic nisi compareat non dicit faciendum. Idem tenet Nel. in tract. Bannit. 1. q. totius tracta
3 tus, ꝙ † vbi statutū habet contumacem pro confesso, valet bannum latum contra minorem carentem curatore: cautius tamen esse dicit, vt iudices sciētes aliquem inquisitum vel accusatum esse minorem, curatorem constituant, vt eo comparente iudicium teneat, subdit tamen, quòd tale bannum subiacet beneficio restitutionis in integrum secundū not. per Bart. in l. 1. §. nuntiatio ff. de oper. nou. nunc. Tertio stringit, quod Sali. scribit in d. l. 1. 11. oppo. C. de confess. in fin. vbi inquit, quòd ridiculum est dicere, ꝙ in confessione facta per minorem in tormentis interuenire debeat curatoris auctoritas cum ei non possit adaptari, est enim tortura actus iudicis, cui curator non habet auctorari. Sic dicen-
4 dum in proposito, ꝙ † curator non debet auctorari in hac confessione, quia actus est legis, ipse enim minor non confitetur: sed lex ob contumaciam fingit confitentem: & idē dicēdum videtur, si sequimur id, quod Bal. scribit in Auth. sacramenta puberum col. 3. versi. modo venio C. si aduers. vendi. & in c. 1. §. Itē sacramenta col. pen. versi. modo quæro quid in iudicijs de pac. iura. firm. & in addi. Spec. in tit. de
5 confess. in prin. vbi vult, ꝙ † confessio minoris extorta per tormenta, in casibus permissis valet, quia minor non potest dici circumscriptus, ex quo vtitur iure communi, & presentia iudicis supplet defectū curatoris. Hæc multo magis militant in casu nostro vbi adest legis auctoritas, quæ ipsam facit confessionem. Quarto si videatur text. in l. clarum. C. de auctori. præstan. videtur loqui de dando curatore minoribus præsentibus, in illis verbis cautius & melius est cum suasione perfectissima & responsa facere minores, litéque inferre. Si enim curator datur absentibus minoribus, quomodo ijs suadere potest curator, vt cautius, & melius se habeant, sentit ergo Imperator de præsentibus, in quibus ratio sua sibi locum vendicare potest. Quinto adhuc vrgeo:
6 nam † iudex citare minorem potest, vt compareat absque curatoris auctoritate, quia ille est actus Iudicis, & illo non comparente habetur auctoritate statuti pro confesso & cō uicto, & in hoc etiam non est opus curatoris auctoritate, vnde potest alio non expectato venire ad sententiam, quia in confessum nullæ aliæ sunt partes iudicis, nisi in condem-
7 nando. l. 1. ff. de confes. procedit enim tunc, vt ex † notorio, quum acta faciant notorium, iux. vulgatum dictum Inno. in c. ex ratione de appella. & in notorio nec ordo iuris, nec solemnitas seruatur cap. ad vestram il 2. de iureiu. gloss. in l. ictus fustium, & ibi Bar. ff. de his, qui not. infam. vnde non potest dici sententiam latam esse cōtra minorem indefensum, quia cum auctoritate legis habitus fuerit pro confesso
8 & conuicto, non video † quomodo indefensus dici potest, & sic cessat, quod dicitur in l. quum & minores. C. si aduer. rem iudic. & l. acta. §. fi. & l. contra pupillum in princi. ff. de re iudic. Sexto adducitur, quia si volumus dicere, quod cura
9 tores † possent dari absentibus, & contumacibus minoribus in criminali causa, sequeretur, quòd ipsi soli possint absque minoribus interuenire in iudicio, quod non reperitur iure cautum, quia tex. in d. l. clarum dicit, quòd auctorari tā
10 tum possint gestis per minorem, non autem † in se ipsis iudicium suscipere, prout fit in ciuilibus, l. prima. §. sufficit. ff. de administr. tutor. esset autem absurdum, ꝙ confessio solius curatoris, vel quodlibet aliud factū præiudicaret minoribus, vbi agitur de pœna corporali, vel de publicatione bonorum, & ita, quod curator in criminalibus non possit in se iudicium suscipere dicit Bal. in d. l. clarum circa fi. Septimo
11 moueor, nam minor † potest esse contumax in iudicio. l. si minor. ff. de bono. auctor. iu. possid. l. minor etiam quasi cō tumax. ff. de minor. l. si finita. §. si forte. ff. de damno infecto & Specu. in tit. de executi. sentent. §. sequitur: videre col. 3. versi. sed pone, & in titu. de contum. §. nunc dicamus circa fin. versi. sed nunquid minor, & licet nonnulli tenuerint minorem non posse esse contumacem, quum non habeat personam legitimam standi in iudicio, tamen hęc improbatur opinio, vt patet ex no. per gl. & Bal. in d. l. minor etiam quasi contumax, quia in eius potestate erat legitime comparere, petito scilicet curatore. l. in vniuersis C. qui. da. tu. vel cur.
12 pos. ergo rectè † dicitur contumax, quum euocatus edicto peremptorio præsentiam sui facere contemnit. l. contumacia. ff. de re iud. quum igitur sit contumax, sequitur, vt statutum de contumace loquens in eo habeat locum, quia ita intellectus verbi importat, verbis enim legis inhærendum est l. prima. §. si is, qui nauem. ff. de exerci. l. Labeo. ff. de suppell. lega. Bald. in l. omnes populi colum. 8. versicul. primo ergo videamus. ff. de iustic. & iur. & videmus magis proxi-
13 me, quòd iura † loquentia de contumacibus habent etiam locum in minoribus contumacibus, vnde patiuntur quoque ipsi primum & secundum decretum. l. apud Iulianum. §. final. ff. quib. ex causis in posse. ea. tradit Barto. in dict. l. si finita. §. si forte, & in dict. l. cum & minores, & generaliter in quibuscunque casibus, quorum capax sit minor, statuta indistinctè loquentia minores comprehendunt, capit. constitutus & ibi Inno. & alij, de in integr. restitu. l. sine hærede. §. Lucius. ff. de adminstr. tutor. §. pupillus in Authent. de hæredita. & Falcid. & tradit Baldus in l. si mater in fine. C. ne de statu defun. vbi inquit, quod minores ligantur per statuta locorum, & per consuetudines municipales vniuersales nisi nominatim excipiantur, plura congerit Alexander. consil. 65. Quoniam omne datum columna antepenultima. libro sexto, quòd si aliquo casu statuta

tuta simpliciter loquentia comprehendunt minores, com
14 prehendere eos debent † maxime in delictis, in quibus eis
non succurritur, sed vtuntur iure maiorum. l. 1. C. si aduer.
delict. l. si ex causa. §. nunc videndum & l. si auxilium §. in
delictis. ff. de mino. Septimo accedit, quia statutum ꝙ con
tumax habeatur pro confesso & conuicto emanauit, vt per
ueniri possit contra contumacem ad diffinitiuam senten-
tiam, & de crimine damnari, quod de iure communi erat
15 secus. l. absentem. ff. de pœn. l. 1. ff. de requi. re. Sed † vbicun
que sententia potest ferri contra quemlibet indefensum,
hanc etiam patitur indefensus minor, ita Bal. inquit in d. l.
cum & minores secũdo oppo. C. si aduers. rem iud. per tex.
in d. l. si minor. ff. de bon. auct. iudic. possi. ex quo ibi infert
sententiam banni contra minores promulgari posse, & se-
quitur ibi Pau. de Cast. reputans valde notandum, sequitur
Ang. in l. non ideo minus. C. de procu. Demum hęc docto.
16 videtur esse † sententia, quòd vbi vel iure cõmuni, vel mu-
nicipali ferri potest sententia contra maiorem contuma-
cem, eadem ferri potest contra minorem contumacem (in
telligendo de adulto) quoniam in eo fuerat, ne esset contu
max legitimè comparendo. Nono est aduertendum, ꝙ qui
17 dicit † sententiam nullam, à qua non fuit appellatum, sed
transiuit in rem iudicatam debet exhibere acta, ex quorũ
inspectione nullitas cognosci possit, aliàs præsumitur pro
sententia, non solum quo ad rectitudinem, sed etiam quo
ad rititudinem, & non solùm si lata sit in præsentem, verũ
etiam in contumacem, quia contumacis absentia, Dei re-
pletur præsentia, cap. veritatis de donat. & contum. l. prope
randum. §. sinautem reus. C. de iudici. tradit Anto. de Bu-
trio, in capit. quoniam contra de proba. & ibi Felin. latè co
lum. 17. Alex. consi. 25. Viso processu in prin. lib. 6. Sed hic
nulla exhibentur acta, quæ viderim, & de sententia vtra-
que pars fatetur. Vnum contra quædam ex prædictis vide
tur obstare, quia potest aduersarius dicere, quòd vbi minor
contumax habitus fuisset pro confesso & conuicto ex for
ma statuti, debuit deinceps dari curator, qui poterat reuoca
re dictam confessionem tanquam erroneam ostenden-
do de innocentia absentis iuxta not. per Angel. & Paul. de
Cast. in l. 2. C. qui testa. fac. poss. Bal. in l. error in fi. C. de iur.
& fac. igno. & in l. ita demum in fi. C. de procu. & Aret. latè
consi. 147. Visa consultatione primo dub. vbi dicunt d. con
fessionem posse reuocari prædicto modo sicut etiam vera
posset. Sed ex antedictis ad istud patet responsio, quòd non
debuit dari, quia solus nõ potest suscipere iudicium, sed de
18 bet tantum auctorari minori, quòd † fieri non potest nisi
minore comparente, nam auctoritas non potest interponi,
nisi in ipso negotio vel ante, vel post statim. l. obligari. §. tu
tor. ff. de aucto. tuto. §. pen. institu. eod. & l. si quis mihi bo-
na. §. iussum & ibi Bar. & alij. ff. de acquir. hær. ex quo satis,
19 clare, & apertè colligitur, quòd † curator in criminalibus da
ri absenti non potest, licet aliud sit in ciuilibus tam ex for-
ma decreti, quàm de iure communi. l. mutus. §. is qui & ibi
Ange. ff. de procur. Sali. in l. 1. C. qui pet. tutor. Ergo iste in-
quisitus rectè fuit bannitus, quia bannum hodie successit
loco veteris annotationis bonorum, Bal. in l. absentem. C.
de accusatio. Et quia his iam scriptis ex aduerso dicitur, ꝙ
minor non potest esse contumax sine auctoritate curato-
ris, & ponderatur, tex. in d. l. clarum in verbo taceant. Re-
20 spondeo verum esse, ꝙ † vbi minor est præsens in iudicio,
& tacet, tunc illa taciturnitas, quæ eum facit contumacem
in respondendo non nocet sibi, nisi interueniat curatoris
auctoritas, & istud est, quòd sentit ibi Bald. vbi argumento
illius tex. in verbo taceat, dicit, quòd ex contumacia minor
non potest haberi pro confesso nisi interueniat curatoris
auctoritas, & sic loquitur quando minor est contumax in
21 iudicio, prout etiam loquitur textus in d. l. clarum, nam † in
criminalibus curatoris auctoritas non potest interuenire,
nisi in iudicio, quum in ipso negotio habeat auctorari, vt su
22 perius est dictum. Sed in illa † contumacia, quæ est in non
comparendo in iudicio, ea nocet absque curatore, quando-
quidem hoc ipso reddatur contumax, quòd comparens in
iudicio non petat sibi curatorem decerni, iuxta ea, quæ an-
tea expressi. Adducitur etiam ex aduerso Paul. de Castr. in
23 l. 1. in fi. C. qui legit. perso. vbi vult, quòd † contra pupillum
vel adultum contumacem peruenitur ad primum & secun
dum decretum, absque tutoris, vel curatoris auctoritate,
quia dantur contra absentem, & tales habentur pro absen-
tibus, secus in alijs interlocutorijs, quia si ferantur cõtra pu
pillum absentem litigantem sine tutoris, vel curatoris au-
ctoritate, sunt inualidæ. l. si præses. C. quo. & quan. Iud. vn-
de dilationes datæ pupillo vel adulto sine tutore, vel curato
re non arctant, & eodem modo productio testium vel in-
strumentorum, quod dicit menti esse tenendum. Respon-
detur prædicta de iure communi procedere, in quibus con
tra absentem ad diffinitiuam procedi non potest, nisi ad
primum, & secundum decretum, vt processus cum pupil-
lo, vel adulto, si absens litigat, non valeat sine tutore, & cu-
24 ratore. Sed in casu nostro † vigore statuti potest procedi de
crimine contra absente, & per consequens condemnari: nã
25 vbi maior † indefensus potest condemnari, potest pari mo
do adultus condemnari, sine curatore, & eandem cõtuma
ciæ suę patitur pœnam, vt dictum est supra, & est etiam de
mente Bald. in d. l. 1. C. qui legitim. perso. Similiter respon-
deo ad nota. per Imo. in l. si finita. §. non autem. ff. de dam-
no infecto. quia fateor, quod vbi contra adultum peruen-
tum est ad secundum decretum non potest perueniri ad
diffinitiuam, & eodem modo nõ potest contra maiorem.
Ratio est quia absens damnari non potest, quæ ratio cessat
in præsenti negotio. Est etiam aduertendum, quòd non di
co, quòd si minor non sit citatus legitimè sit contumax,
26 quia † data nullitate citationis contumacia etiam maioris
redditur nulla, vt Bald. dicit in l. 1. in fin. ff. si quis iusdic. non
obtemp. per text. in l. vir bonus. ff. iudic. solu. & vbi est vi-
tium in prima citatione reliquus processus non tenet Bald.
in Authen. si omnes colum. 2. versicu. deinde not. C. si mi.
se ab hæred. absti. & facit ad prædicta. l. si filius la secunda,
& ibi Barto. & Bald. ff. de interrogatoria actione: non igi-
tur dico, quòd minor non legitimè citatus sit contumax,
27 sed illud dico, † vbi legitimè est citatus, si non comparet,
tunc valide est contumax, absque eo, quòd detur curator,
quod ex eo, maxime apparet, quòd citatur ad hoc, vt cura-
torem petat, quod non fieret si antea curatorem haberet,
& in his terminis militant superiora. Sunt autem duæ quæ
stiones valde inter se differentes, ne vna putetur. Prima
est an minor non legitimè citatus sit contumax. Altera si
legitimè est citatus, vtrum non comparens possit dici cõ-
tumax nullo curatore sibi dato, & in vtraque quid iuris sit,
patet ex prædictis.

Alio principali fundamento dicitur, ꝙ non potest op-
28 pugnari d. sententia per aduersarium, nam † vbi agitur de
commodo pecuniæ fiscalis, sententia lata pro delicto facit
plenum præiudicium, quo ad omnes, qui prætendere pos-
sunt in consequentiam interesse, quamuis non fuerint cita
ti, quia nec citari debuerunt. l. 1. C. vbi cau. fisca. l. quisquis
C. ad l. Iul. maie. cap. cum secundum de hæred. in 6. Scribit
plenè Bart. in disputatione de Perusinæ ciuitatis statuto, &
in l. cum filius in princip. ff. de verbo. obliga. Bald. in l. 1. co-
lum. fin. C. ne fil. pro pa. cum concor. adductis per Alexan.
in d. l. cum filius, & in l. sæpe colum. 23. ff. de re iudi. & con-
sil. 84. In causa, quæ vertitur lib. tertio. Et si diceretur, quòd
istud non procedit, vbi sententia est lata aduersus se defen-
29 dentem, non † autem contra contumacem, quia non nocet
tertio, quum præsumatur condemnatus fuisse magis pro-
pter contumaciam suam, quàm propter causam malam. l.
qui repudiantis in fin. & l. Papinianus. §. meminisse. ff. de
inoffic. testa. l. si ideò. ff. de euict. ponit Bartol. in dict. l.
cum filius, & alij sequuntur, Respondeo, quòd illud, quod
dicitur, quòd sententia lata contra contumacem principa-
lem, non præiudicat tertio, recipit singularem declaratio-
nem, vt habeat locum, nisi appareret iudicem fuisse mo-
tum propter veras probationes, quas habebat de delicto,
non autem propter contumaciam, vt est gloss. in l. secunda

in verbo absens.C.de contra.iud.tutel.quam pro singul. habet;Bald.ibi,& in ca.primo circa fin.si de feud.vasal. ab ali. interpel.& in l.secunda colum.pen. versi. hoc modo capio. C.quib.res iudi.non no.& in l.ingenuum colum. prima. ff. de statu.hom.cum alijs adductis per Alexand. in di. l. sæpè colum.23. versi.circa secundum requisitum Felin.in capit. cum Bertoldus colum.8. de re iudi. & in cap. ex literis col. 11.de constitu.vbi adducit text. in ca. cum olim ibi ei licet absenti, quum de subreptione liquido constet de re iudic. Sed in proposito clarum & manifestum est fratrem manus parricidiales fratri intulisse, propterea verisimile est veris probationibus motum iudicem ad condemnandum: vbi enim constat reum fouere malam causam,eius præsentia nihil operatur,& habetur perinde ac si præsens condemnatus fuisset,vt Docto.dicunt in locis præallegatis.Mouet me tamen adhuc magis fundamentum præcedens, quia acta illius causę,nondum inspexi,quę exhibita non fuerũt.

SVMMARIVM.

1 *Sententia banni & bonorum confiscatio,lata contra minorem contumacem,nullo curatore dato valet,vigore statuti habentis contumacem pro confesso*

2 *Pupillus doli capax potest in cõtumaciam mulctari,& excommunicari,datur tamen ei restitutionis beneficium.*

3 *Bannum contra minorem indefensum latum, valet, & est perpetuum, donec in integrum restitutus contumaciam purgauerit,& nu.6.*

4 *Statutum habens contumacem pro confesso, & conuicto nõ comprehendit mulierem,rusticum,& minorem,quod expone vt nu. 5.*

7 *Fictio tunc veritati præualet, quando in casu ficto potentior,quàm in vero,auctoritas interuenit.*

8 *Minor de iure communi ad mortem condemnari non potest, nec haberi pro confesso ex contumacia, absq; curatoris auctoritate,secus ex statutorum dispositione.*

9 *Bannum sicut contra minorem indefensum contumacem valet,ita & confessio,quam fingit statutum propter minoris contumaciam, etiam sine curatoris auctoritate, & numer.12.*

10 *Minor indefensus ijsdem subijcitur remedijs,quibus maior indefensus.*

11 *Minor indefensus ita patitur primum & secundum decretum,sicut maior,datur illi tamen in integrum restitutio.*

13 *Statutum habens contumacem pro confesso,& conuicto minores contumaces,etiã nullo curatore dato cõprehendit.*

14 *Iudicium contra non citatum agitatum non valet,*

15 *Minores ab irrationabili constitutione non ligantur.*

16 *Minores ligat statutum indistincte loquens,etiam si à reg. iur. communis exorbitet.*

17 *Statutum deferens lucrum dotis marito mortuã vxore sine filijs mulierem minorem dotem dantem includit.*

18 *Sententia lata contra minores,tutore vel curatore carentes tanquàm indefensos non tenet in ciuilibus, secus in criminalibus.*

Super eadem facti specie. Cons. 541.

1 

CRIPSI aliàs, quod † sententia banni,& confiscatio bonorum lata contra minorem contumacem nullo curatore dato valet, vigore statuti habentis contumacem, pro confesso & conuicto. Nunc scriptis meis visis allegantur nõnulla in oppo. per grauissimum Iurisconsul.Primo adducitur Alber.de Rosa.in l.cum & minores circa fi.versi.Item quæro,ecce quod contra.C.si aduers.rem iudic.& 4. part.stat. q. 84. Sed quid si minor, vbi bannum & sententiam latam contra minorẽ citatum non comparentem vigore statuti,vel consuetudinis municipalis ipso iure non valere eo quia nullo dato curatore indefensus fuit.Sed respondeo plures Doct.contrariam sequi sententiam videlicet Bal.Pau.de Cast.Ang.Fran.Aret.& Nel. quos omnes retuli in prioribus allegationibus, & addo, ꝙ inter moder.idem tenet Nicola.Boe.præses Burdegalensis decis.73.Reperio etiam,ꝙ Ias.in l.neque impuberes. ff. de in ius vocan.sequitur Bal.in d.l.1.col.16.versi.iuxta prædicta quæro an adultus.C.de confes.tenentem adultum vigore di. statuti contumacem posse poni in banno, & dicit, ꝙ hæc fuit originalis decisio Guid. de Zuza. in l. vnica. ff. si quis iusd.non obtemp.prout refert Io.Andr.in addi. Spec. in titu.de primo & 2.decreto.§.restat,versi.sed pone quòd pupilli cum duobus versic. sequen.in additione magna, &
2 confirmat Ias.ex eo,quod Ang.ibi dicit, qui vult, ꝙ † impubes doli capax potest per contumaciam mulctari & excommunicari, sed habet beneficium restitutionis in integrum,secundum Spec.in titu.de contuma.§. fina. in fin. & tenet etiam Bar.in tract.de carcer.q.4.Qua propter à tantorum patrum sententia non est recedendũ propter vnius Alber.auctoritatem.Secundo adducitur August. Arimi.in tract.malefi.Ange.de Aret. in suis additionibus super verbo,qui iudex videns inquisitos non comparuisse,& esse cõtumaces.Respondeo, quod Ang.de Aret.ibi tenet contra-
3 rium,quòd † bannum contra minorem indefensum valeat sequutus Bal.in d.l.cum & minores,& licet Augu.dicat ibi, quòd si Ang.vidisset Alber.in loco præallegato non ita faciliter decidisset istam quæstionem,non tamen firmat opini.Alber.Sed innuit ex dictis Alber.q.esse dubiam, & licet referat ibi Din.dixisse,quòd Paduæ prætor, quum procederet contra minorem,& reperiret culpabilem,& ita contra eum processit de consilio peritorum, tamen non aperit Alb.referens Din.an minor ille fuerit præsens, vel absens. Tertio adducitur Mars. in sua pract. crim. vbi vult, quòd
4 † statutum habens contumacem pro confesso & conuicto non comprehendit minorem,mulierem, & rusticum,allegat Pau.de Cast.in l.vbi exigitur in princi.ff.de eden. Bald. Ang.& Alexand.in l.2.in princip.ff. si quis in ius voca. non ie.& Philip.in ca.Nicolao,vlt.col. de appel. Respondeo ad prædicta non facere ad propositum,quia volunt Docto.in præfatis locis, quòd prædictæ personæ excusentur à præsumpta,non à vera contumacia:vocant autem præsumptã contumaciam,vbi etiam personaliter citati, simpliciter nõ comparent, quia tunc præsumuntur non comparuisse propter negligẽtiam, non propter dolum,ideò tunc poterunt appellare:sed si citati dicerent se nolle venire,& contemnerent iudicem,verè essent contumaces, & sic appellare non
5 possent. Ecce,quòd Docto.ibi volunt,quòd † minor, mulier, & rusticus excusantur à præsumpta contumacia, vbi postea,vel per se vel per procuratorem comparet,& litem prosequitur,& per sequentem comparitionem purgat contumaciam: sed vbi perseuerat in contumacia, non video quo modo possit excusari, & ita intelligendus est Mars. vt minore, muliere, & rustico, postea comparentibus audiri debeant,quum non sint in vero sed præsumpto dolo:nam si hoc procedit in ciuilibus, multo magis in criminalibus, in quibus maius vertitur periculũ & istud etiam vult Nel.
6 in prioribus scriptis adductus, dum vult † succurri tunc minori,per in integrum restitutionem,quod etiam tenet Bal. in l.si ex causa.§.nunc videndum ff.de mino. dixit Ang. de Are.in trac.malefi.in verbo,qui iudex videns di. inquisitos nõ comparuisse in vers.& tene menti,ꝙ statuta, vult,quod quilibet auditur etiam, ꝙ compareat post bãnum & terminum sibi assignatum vsque ad sententiæ prolationẽ, quod videtur esse de mente Bar.in l.1.ff.de requi.reis,quod et videtur sentire Cepol.cons.39.Baptista Mioni col.3. vbi inquit,ꝙ bannũ intelligitur perpetuũ donec purgauerit contumaciã,sicut ille, qui est excõmunicatus intelligitur perpetuo excõmunicatus, donec.s.durat cõtumacia c. reperiunt 1.q.1.Quarto adducit, ꝗa statutũ istud fingit cõfessum vel

conuictum

conuictum eum, qui verè non fuit confessus vel conuictus & fictio non debet plus operari, quàm veritas. §. minorem Insti. de adopt. sed si esset verè confessus & conuictus per testes nihil esset actum non interueniente curatoris auctoritate: ergo idem dicendum in hac ficta confessione, vt nō valeat non dato curatore. Respondeo, quòd in ficta cōfessione maior interuenit auctoritas, quàm curatoris, videlicet legis auctoritas, ita fingentis, quod efficit, vt curatoris auctoritas non sit necessaria, & super hoc fundat se Bal. antea adductus in l. vnica. C. de confes. Nō potest igitur dici,
7 ꝙ plus † habeat casus fictus, quàm verus ad validitatē, quia in casu ficto potētior interuenit auctoritas, & qui plus pręstat tantundem dicitur præstare. l. cum furti. ff. de in lit. iuran. Quinto allegatur Bal. in d. l. clarum, vbi secundum allegantem dicit, quòd tale statutum non habet locum in minore, nisi decretus ei fuerit curator. Miror de tali allegatione, quia Bald. ibi hoc non dicit: reperio benè eum dicere, ꝙ
8 de † iure communi minor non potest banniri ad mortem, mouetur duabus rationibus, primò, quia est indefensus, & in processu, & sententia. Item quia ex contumacia minor non potest haberi pro confesso, nisi interueniat curatoris auctoritas, vt argumen. tex. ibi in verbo taceant, & sic sentit ibi Bald. cum minor in non comparendo statuitur contumax absq; curatoris auctoritate, ideò talis contumacia non facit de iure communi eum pro confesso haberi adeò quòd ad mortem damnari posit, subdit tamen, quòd statuta communiter prouident contrarium. Sexto dicitur, quòd Bal. qui allegabatur pro hac parte, quòd illa ficta confesio valet, non loquitur in statuto habente minorem pro cōfesso, sed loquitur in banno, quod est sententia interlocutoria.
9 Respondeo, quod ratione, qua † bannum contra contumacem minorem indefensum est validum, eadem ratione valida est confesio, quam fingit statutum propter minoris contumaciam: vtrunque namque remedium est contra indefensos comparatum, & militat id, quod ibi dicit Bald.
10 quòd † remedia, quę dantur contra maiorem indefensum,
11 eadem dantur contra minorem indefensum, vnde† minor indefensus ita patitur primum & secundum decretum sicut maior. l. si minor ff. de bon. aucto. iud. pos. l. apud Iulianum. §. fi. cum duabus. ll. seq. ff. quib. ex cau. in poss. ea. datur tamen ei restitutio purgando contumaciam, & se ipsum defendendo, vel soluēdo. l. si finita. §. si forte & ibi Bar. & alij. ff. de dam. infec. maiori autem aduersus secundum decretū succurritur vno modo, si velit ostendere decretum ex falsa causa interpositum, id est debitum nō subesse, vt dicit Bar. in l. Fulcinius §. cum hoc edictum in ff. quib. ex cau. in poss. ea. Sal. in l. cum proponas. C. de bo. auc. iud. posi. & traditur per Alex. in l. si finita. §. Iulianus. in fi. ff. de dam. infec. Miror autem, ꝙ aduersarius consultor fundam. faciat in eo, quod bannum est interlocutoria quia etiam quòd minor habeatur pro contumace, & successiue pro confesso & conuicto est etiam interlocutoria: quam in casu nostro lex facit, quia habetur pro confesso & conuicto ipso facto & iure. Vlterius est aduertendum, quòd Bal. in d. l. cum & minores lo-
12 quens de banno potest † intelligi de banno, quod iudex imponit ex ficta confesione, quæ oritur ex statuto, in quo casu loquitur Bal. in d. l. 1. col. 16. C. de confes. & vult tale bannū valere absque eo, quod in d. confesione ficta interueniat auctoritas curatoris, quia sufficit legis auctoritas. Septimo allegat præfatus D. Consultor, quod d. statutum, quod contumax habeatur pro confesso & conuicto, venit intelligendū dato curatore, prout ius commune disponit d. l. clarum, debent enim intelligi statuta, vt reducantur ad ius cōmune. l. 2. C. de noxa. l. Cęsar. ff. de publi. & allegatur ad hoc
13 Card. cons. 148. Nobilis vir in prin. Respondeo, quod d. † statutum procedit in minore contumace etiam nullo dato curatore, quia in tali confesione ficta sufficit legis auctoritas, & hoc non est contra ius commune, quod non requiratur curatoris auctoritas imo secundum ius commune, vt latè iam fuit ostensum, & in hoc casus iste discrepat à casu Cardina. Nam in casu suo constitutio dictabat, quòd contra absentem posset commiti executio pœnæ in compro-
missso contentæ, etiam ipso non citato, quod erat contra
14 ius, quia gesta † in iudicio contra non citatum sunt nulla capi. inter quattuor de maio. & obed. Cleme. pastoralis de re iudic. & vt reducatur ad ius commune debet intelligi in maioribus, qui possunt esse in iudicio, non autem vbi processus reperitur factus contra minores indefensos. l. cum & minores. C. si aduer. rem iudi. & sic casus Cardin. differt toto cœlo à casu nostro, non negat autem Domin. Consultor statutum præfatum non comprehendere minorem, sed dicit dandum curatorem, quod vltimum non admittimus. Fateor tamen, quòd † vbi constitutio est irrationalis, 15
minores non comprehendit, vt erat in casu Cardi. & pro-
16 ba. in cap. 2. de delic. pue. Sed in cæteris casibus, in † quibus statuta generaliter disponunt, dico comprehendi minores, quamuis exorbitent à regu. iur. communis. l. si sine. §. Lucius. ff. de admini. tutor. cap. constitutus de restit. in integr. est enim ius municipale in loco ius commune. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & iure cōmuni minor tenetur. l. fin. C. de in integr. restit. & non capitur, qui ius publicum sequi-
17 tur. l. nihil consensui. §. non capitur. ff. de regul. iur. Hinc † statutum deferens lucrum dotis marito vxore prædecedente sine filijs habet locum in muliere minore dante dotem seruatis seruandis Bald. in l. 1. colum. 1. C. si adue. do. & ibi Paul. de Castr. & sentit Cuma. consil. 109. Domina Ioanna, Roma. consi. 314. In casu præpositæ consulationis in princi. & statutum cogens propinquos & affines ad compromissum, habet etiam locum in minoribus, vt vult Bald. Paul. de Castr. Salic. & Aret. & ibi etiam Alexand. in l. fina. C. in quibus caus. in integ. restitu. non est neces. Angel. & Paul. de Castr. & ibi etiam Alexand. in l. si plures. ff. de pac. & statutum adimens robur instrumentis, nisi sint registrata, comprehendit etiam minores, vt latè concludit Alexā. consil. 65. Quoniam omne datum in nono fundamen. se-
18 cundæ partis lib. 6. Octauo adducitur, quia † sententia lata contra minores tutore vel curatore carentes, tanquàm indefensos non tenet in ciuilibus d. l. cum & minores & l. acta. §. fina. ff. de re iudic. ergo idem in criminalibus, quia æquiparantur in modo procedendi. l. absentem. ff. de pœn. Respondeo in hoc non ęquiparari, vt etiam tactum fuit in prioribus scriptis, nam in ciuilibus datus tutor vel curator potest minores defendere: quia ipse solus potest suscipere iudicium l. 1. §. sufficit. ff. de admin. tuto. non sic in criminalibus, quia tantum habet asistere minori, & ei auctoritatem præstare, vbi in iudicio comparet: solus autem curator sine minore iudicium suscipere non potest, vt Bald. dicit in dict. l. clarum, ideò non est dandus, nisi minor compareat, quia superuacuo, & ad nullum opus daretur minore existente & perseuerante in contumacia. Postremo adducitur decretum, quo prouidetur, vt dari debeant tutores vel curatores minoribus, ne propter defectum legitimi defensoris, ius eorum pereat. Respondeo, quòd præfatum decretum loquitur in ciuilibus, vt patet ibi teneatur & debeat agere volens citari, & moneri facere aliquos ex suis proximioribus agnatis seu attinentibus &c. quæ autem sit differentiæ ratio inter ciuilem & criminalem causam, dictum est supra. Ex quibus omnibus, quum optimè maneat resoluta obiecta, resideo fortius in priori sententia.

SVMMARIVM.

1 *Minor carens curatore non solum dicitur in iudicio indefensus, sed etiam si curatorem habeat, qui eum non defendat.*

2 *Minor contumax in criminalibus nullo dato curatore condemnari potest.*

3 *Minor non comparendo, sicut et maior, contumax fieri pōt.*

4 *Confessio ficta à statuto habente contumacem pro confesso, perinde habetur, ac si solemniter esset in iudicio legitimè facta, nec in ea requiritur curatoris auctoritas.*

 5 Bannum,

5 *Bannum, quod contra minorem ex forma statutorum hodie imponitur, successit loco annotationis bonorum.*

6 *Bannum, quod fertur sub conditione, & est reuocabile, dicitur sententia interlocutoria, secus si feratur contra contumacem vigore statuti habentis contumacem pro confesso & conuicto, & nu. 7.*

8 *Sententia vbi fertur contra bannitos tanquàm in confesso, si capiatur, nõ nouo processu, sed sola indiget executione.*

9 *Bannitus & contumax, qui secundum statuta ciuitatum habentur pro confessis, post tempus banni de crimine non audiuntur.*

10 *Bannum, quod depromitur contra confessos per contumaciam vigore statutorum, est sententia diffinitiua & irreuocabilis.*

11 *Minori adulto non comparenti in iudicio, ex quo illud non comparere nihil est, ideò curatoris auctoritas non tribuitur.*

12 *Minoris bona vbi venduntur ob contumaciam, curatoris auctoritas non requiritur.*

13 *Banniri potest filiusfamil. ex contumacia patris consensu irrequisito.*

14 *Consuetudo vel statutum puniens aliquid, quod non sit punibile de iure communi minorem non ligat. fallit ut nu. 16.*

15 *Contumax de iure communi ad mortem damnari non potest fallit, vt nu. 17. & 18.*

19 *Statuta pœnalia ob delictum minores ligant, nisi odio irrationabili moueantur.*

20 *Statutum pœnale loquens in masculo fœminam includit, nisi odio irrationabili moueatur.*

21 *Citatio quælibet de iure hoc habet, vt citatus compareat legitime ipse vel alius pro eo.*

22 *Minor citatus simpliciter intelligitur cum curatore si habet, sin autem petat.*

23 *Bannum statuto existente, quòd quando, quis bannitur citari debeat, comparíturus ipse vel alius pro eo, valet, etiã si citatio fiat forma statuti non seruata.*

De causa præmissa. Cons. 542.



DVAS iam condidi allegationes super articulo curatoris non dati: qui quantum ego sentio dari non debet minori contumaci, qui propter contumaciam virtute statuti habetur pro confesso & conuicto: nunc visis quibusdam alijs obiectis, necesse habeo tertio scribere. Maneo autem in priori sententia concludens curatorem non fuisse dandũ, quod vltra iam deducta ostẽditur, quia si diceremus curatorem ei dandum necessario, quamuis cõtumaciter abesset, sequeretur absurdum, quòd non posset dato etiam curatore cõdemnari, attento quòd curator eum non defenderet, sicut nec defendere posset,
1 quum non posit in se suscipere iudicium, nam † minor dicitur in iudicio indefensus non solùm quando nõ habet curatorem, sed etiam quando habet, & eum non defendit, & processus, & sententia tanquàm contra indefensum minorem sunt nulla, vt not. glo. Bar. & alij in d. l. cum & minores C. si aduer. rem. iudi. & in l. si Præses quasi desertum C. quo
2 mo, & quando Iud. Dicendum est igitur, quòd † minor dãnari potest etiam nullo dato curatore, quia datio curatoris non facit, vt defensus dici posit, quum non posit minore existente contumace comparere, ideò tanquàm inutilis & non necessaria omitti potest. Præterea (vt dixi in primis allegationibus) quomodo potest dici indefensus, qui auctoritate statuti habetur pro confesso & conuicto? equidem quomodo hoc dici posit non video. Preterea quum statutum habens pro confesso, & conuicto contumacem emanauerit ea gratia, vt sententia contra absentem de crimine ferri posit, quod secus erat de iure communi, non video si fertur contra maiorem contumacem, quin etiam ferri posit contra minorem eodem modo contumacem, quia
3 sicut † maior non comparendo potest esse contumax l. contumacia §. 1. ff. de re iudica. ita etiam minor l. si minor ff. de bo. auctor. Iud. poss. l. minor si quasi contumax ff. de mino. non enim datio curatoris eum facit minus contumacem, quum absentem nequeat defendere. Præterea adduxi aliàs claram decis. Bal. in l. 1. col. 16. C. de confes. versi. iuxta præ
4 dicta quæro, vbi vult non † requiri in ficta confesione statuti curatoris auctoritatem, quum sufficiat legis auctoritas & pro corroboratione addo eundem Bal. in l. quoniam ff. de his, qui no. infam. vbi dicit per illum tex. quod ficta confesio habetur perinde, ac si legitime facta esset in iudicio, ideò si statutum dicit, ꝙ contumax habeatur pro confesso, intelligitur quòd habeatur ac si in iudicio sponte & solemniter esset confessus, & ijsdem verbis vtitur Bal. in l. si tutor per illum tex. C. de interdic. matr. vbi ex hoc infert, ꝙ stante huiusmodi statuto, non est opus, ꝙ sit præsens aduersarius, & accusetur contumacia, quia ista confesio descendit ex dispositione legali, ad cuius effectum non requiritur presentia personarum. Pondero quod Bal. vtroq; loco dicit, ꝙ confesio ficta habetur perinde ac si facta esset solemniter & sic inferendum est in proposito, ꝙ non requiratur curatoris auctoritas, quæ interponitur ad solemnizandum actum & subditur ibi per Bal. generalis ratio, ꝙ ista confesio descendit ex dispositione legali, ad cuius effectum non requi-
5 ritur præsentia personarum. Præterea † bannum, quod datur hodie ex forma statutorum successit loco annotationis bonorum, vt dixi in primis scriptis, sed mihi ostendat pars aduersa, ꝙ de iure communi, dum contra minorem de delicto accusatum & absentem annotarentur bona, interueniebat curator: sed istud nunquam poterit ostendere, ergo nec in banno interuenire debet, quod successit loco d. annotationis, quum subrogatus teneat naturam eius, cui subrogatur c. ecclesia S. Mariæ, vt lit. non contest. l. si eum §. iniuriarum ff. si quis caut. Non obstat modo, quod Bal. in d. l. 1. C. de confes. super quo facimus principale fundam. loquitur in banno, quod est sententia interloquutoria, quia hæc bene potest ferri contra minorem indefensum, sed nos sumus in sententia diffinitiua: in qua minor condemnatur de crimine, quia respondeo, ꝙ Bal. in d. l. 1. loquitur de banno, quod transit in condemnationem, & est sententia diffiniti
6 ua: nam † bannum dicitur sententia interloquutoria, quando fertur sub conditione: quia aliquis ponitur in banno per iudicem, nisi compareat intra certum terminum ad se defendendum, tunc enim quia fertur sub cõditione, & est reuocabile, dicitur sententia interlocutoria: eodem modo si quis banniatur donec satisfecerit, quia tunc est interlocutoria, quæ reuocari potest, vbi aliquis præcepto prætoris paruerit Auth. Item nulla communitas, & ibi Bal. vlt. no. C. de epis. & cler. dicitur tunc interlocutoria, quia fertur ante litẽ contestatam, vt Bald. dicit in c. domino guerram col. 4. hic fi. lex Conra. de in. consue. Similiter bannum est interlocutoria si fertur per modũ multe, & ita loquitur glo. in l. 1. §. si quid ergo in verbo vt mulctis ff. de vent. inspici. & dicit notabil. Bal. in l. 1. col. 6. C. de hære. institue. ꝙ vbi bannitur aliquis propter contumaciam, quia inobediens est iudici intẽdenti ad diffinitiuam peruenire, vel ad aliqua alia ad suum officium pertinentia, habet tunc bannum naturam cuiusdem interlocutoriæ, sicut misio in posesionem, pignorum captio, & alia remedia ad cogendum inobedientes inducta, ideò potest reuocari, quando iudici videbitur, & mutari, l. quod iusit, de re iud. l. qualem §. fi. ff. de recep. arbi. potest etiam dies & conditio apponi, puta nisi venerit ad mãdata, vel nisi obedierit, sit bannitus, his & talibus casibus bã
7 num habet naturam interlocutoriæ. Sed vbi fertur † bannum in eum, qui vigore statuti habetur pro confesso, & cõuicto, tunc est sententia diffinitiua, transit enim bannum in condemnationem, nec per iudicem reuocari potest, vt Bal. sentit in d. l. 1. col. 5. versic. his autem uisis C. de hæred. institu.

institu.vbi dicit quod Bannitio, quæ est propter delictum habet vim condemnationis diffinitiuæ, & ibidem etiam vult idem, colum. seque. versi. sequitur videre, & Bal. etiam tenet istud in l.fi.colu.pen.C.si a non comp. iudi. & in rub. C.commi.vel epist.versic.quærit Iacob.Butri. & magis in specie dicit Bart.in l.diuus la secunda ff.de custo.reis, quòd
8 quum secundum statuta ciuitatum Italiæ banniti † habeantur pro confessis, & sententia feratur in eos tanquam in cõfessos, vbi sunt capti, non est opus nouo processu, sed sola restat executio, & dicit etiam Bart.in l.1.in fin.ff.de requi. re.
9 quòd quum secundum statuta ciuitatum Italiæ † bannitus & contumax habeatur pro confesso, postea non auditur, & similiter dicit Bar.in l.quisquis in fin.C.ad l.Iul.maie, quòd Bannum, quod hodie datur secundum statuta terrarum est mortale, & elapso termino banni, non daretur sibi venia comparenti, & venienti ad mandata: Sentit ergo Bar. quòd
10 † bannum, quod depromitur in confessos propter contumaciam vigore statutorum sit diffinitiua, & irreuocabilis. Itaq; intentio Bald. fuit in d.l.1.C. de confess. dum loquitur de banno, quod fertur in confessis vigore statuti, loqui de banno, quod fertur diffinitiuè, vt ferri possit in minorem sine curatoris auctoritate, quia fertur in contumaciam statuti habentis eum pro confesso. Vltimo adduco decis. Bal. quæ apponit gladium ad radicem huius quæstionis in l.fin.
11 C.si prop.pub.pensi.vbi vult.quòd † adulto non comparenti in iudicio non requiritur curatoris auctoritas, quia illud non comparere in iudicio nihil est, idest non est aliqua substantia, & non ens, non recipit auctoritatem, & ibi latè Bal.
12 ostendit, quòd † in venditione bonorum adulti contumacis non requiritur curatoris auctoritas, quod procedit etiá, vt ibi dicit, secundum communem obseruantiam, & est ēt hoc idem de mente Bal.in l.fin.§.necessitatem vers. modo
13 quæro C.de bon.que libe. vbi dicit † filium familias ex contumacia posse forte banniri, nec requiritur in hoc patris cõsensus, quia contumacia non est actus, sed quædam priuatio, cui non potest accedere habitus consensus paterni.

Fit iterum fundam.pro parte aduersa, quòd statutum habens pro confesso contumacem non comprehendit minorem, quia istud statutum est contra ius commune puniens contumacem adeò, quòd vigore contumacię possit absens damnari ad mortem, & propterea non comprehendit minorem, & ad hoc adducitur Roma.sing.suo vlt. vbi voluit,
14 quòd si † statutum vel consuetudo puniat aliquid, quod de iure communi non sit punibile, minor non includitur, per tex.in d.c.secundo de delic.pue.ideo infert ibi, quòd statutum puniens extrahentem annonam extra territorium, nõ tenet minorem. Adducitur etiam Roma.consi.120. Circa primum, quo quæritur primò dub. vbi consuluit constitutionem Florẽtinam permittentem debitorem & eius heredem capi, & in carcerem detrudi posse, non comprehendere minorem, tum quia minor de iure communi carcerari non potest, tum etiam, quia precedere debet excussio bonorum contra debitorem, vt ad personam perueniatur, vt ibi per plura deducit. Tertio adducitur Matthæ.de Afflict. in constitut. Regni, Minoribus, vbi voluit, quòd quia statutum pœnale non cõprehendit minorem, vbi punit aliquid de iure communi non punibile, si statutum punit contumacem ad mortem, hoc statutum non comprehendit mino-
15 rem, quia de iure † communi contumax ad mortem damnari non potest, secundum Bal.in d.l. clarum & pro probatione sui assumpti allegat tex.in d.c.2.de delic.puer. & Roma.in præallegato singu. Quibus tamen non obstantibus,
16 contrarium sentio, quia † statuta generaliter loquentia etiá quòd exorbitent a reg.iu.communis comprehendunt minores, vt deduxi in primis allegationibus, & latius in secundis, vbi ēt respondi ad tex.in c.2.de delic.puer.quòd ibi illa consuetudo, quę pœnam ingerebat ex casu fortuito homicidium committenti, erat irrationabilis, & ideò restringitur, vt ibi habetur, & vlterius statutum, ꝙ contumax habeatur pro confesso & conuicto non abhorret omnino à iure communi: nam licet regulariter absens non possit damnari ad mortem, sed maior pœna, quæ in atrocioribus criminibus statuitur, sit bonorum annotatio, & post annum cõfi-
17 scatio l.1.ff.de requi.reis, tamen † in quibusdam casibus cõtumax etiam habetur pro confesso l. locorum ibi propria confitentur absentia C.de omn.agro deser.lib.11.§.si vero etiam quidam in Auth.de exhib.reis, & l.1.in fi.C.de asser. tollen.l.qui cum vno §.grauius ff.de re milit.l.2.§.sinautem reus C.de iuram.cal.l.impuberibus §.fi.ff. de suspec. tuto.l. consiliarios C.de assesso.l.in eos ff.de custo.reo.l.senatus.§.
18 quòd si tribus ff.de iure fis.& † absens etiam quandoque de crimine damnatur l.si quis apparitor C.de cohorta.& Princip.lib.12.& l.ne diu.C.de pœn.quem tex.not. ibi Bald. ad validitatem huiusmodi statutorum, & ob contumaciam tolli potest defensio, ita inquit Bal.in l.vt vim col. prima. ff. de iusti.& iu.per tex.in l.sed & si per Prætorem. §. sed & si dum decreto ff.ex quib.cau.maio. Ex istis concluditur non
19 bene loqui Roma.& Matthæ.de Afflict. quia dico ꝙ † statuta pœnalia ob delictum comprehendunt etiam minores quia in delictis minor vtitur iure maioris l.1.C.si aduer.de lic.l.auxilium §.in delictis ff.de mino.nisi statuta odio irrationabili moueantur, nam tunc possent restringi, vt in casu
20 d.c.2. de delic. puer. Sicut videmus in simili, ꝙ † statutum pœnale loquens in masculino genere comprehendit fœminum, vt dicit Cin.post Odofre. in l. quicunq; C. de seru. fugi. Alber.de Rosa.in l.si quis id, quod per illum text. ff.de iurisdi.omn.iud. tamen hoc non procedit vbi statutũ mouetur odio irrationabili, & quia disponit, ꝙ vnus pro alio teneatur, quia masculum tantum comprehendit, de quo loquitur non fœminam, vt Bar.dicit in l.1.ff.de verb.sign.per l.quisquis C.ad l.Iuli.maie. Sequitur Domi.in cap. generali de elect. in 6.

Venio ad illud, quod dicitur istum minorem nõ fuisse legitime citatum, quia non fuit citatus, vt compareat ad petédum curatorem. Hęc quęstio omnino est alia ab ea, quę est in manibus, vt dixi in primis allegationibus. Tamen vt de
21 hoc etiam aliquid tangatur dico, ꝙ sufficit, ꝙ † citetur minor (intelligẽdo de adulto) simpliciter, vt compareat, quia intelligitur, vt compareat scilicet legitimè cum curatore si habet aliàs petat, vnde non comparente potest contra eũ, vt contumacem procedi, vt est glo.in l. si minor ff. de bon. aucto.iudi.possid. quæ dicit, ꝙ minor tenetur sibi inuenire curatorem, non autem creditores, licet possint si velint, l. prima C. qui pet. tut.& tenet Bal.in l.non ideò minus in fi. & in l.fi.C.de procu.& in l.fi.C.si prop.publ.pensit. & in d. l.1 C.qui pet.tuto.& probatur in l.1.§.sufficit ff.de admini. tuto.vbi dicitur, ꝙ in optione actoris est, adultum an curatorem velit conuenire, & videtur esse hęc magis recepta & approbata opinio, vt Alex.ostẽdit in l. si ex legati causa col. fi.ff.de verb.oblig.& magis facit in terminis, quod Bal. scri
22 bit in l.fi.C.de procur.vbi vult, ꝙ † in omni citato intelligitur, quòd compareat legitimè ipse vel alius pro eo, allegat
23 glo.in d.l.si minor.ideò, si dictat statutum, quod quando † aliquis ponitur in banno, debeat citari, vt veniat ipse, vel alius pro eo, si iudex citauit simpliciter, vt compareat, valebit bannum, licet non fuerit seruata forma citationis à statuto expressa, quia iudex intelligitur citare, vt veniat per se, vel per alium, vnde expressio nil operatur, ex quo tacite includitur.l.non rectè C.de fideius. quanto igitur magis dicẽdum est in casu nostro bannum valere: quum non sit data aliqua forma à statuto in citando, & de iure omnis citatio hoc habeat, vt legitimè compareat.

SVMMARIVM.

1 *Filio quod debetur, patri solui non potest, etiam quòd rati confessionem offerat, nisi sit bonorum filij aduentitiorum legitimus administrator, quod declara vt nu. 26.*

2 *Debitor soluens soli tutori & curatori tunc liberatur, si tutor asserat in confessione se vere habuisse & recepisse vt nume. 16.*

3 *Solutio fieri potest procuratori, cui est mandata generalis bonorum administratio.*

4 *Solutio debitoris vbi est facta creditori creditoris, eius creditore mandante, tunc videtur pecunia primò peruenisse ad soluentis creditorem, deinde a creditore ad alium.*

5 *Confessio patris bonorum filij legitimi administratoris de recepto probat contra filium, & eidem nocet, fallit vt nu.13.& nu. 17.*

6 *Confessio solius tutoris de recepto contra pupillum probat, & ei nocet,& nu. 9. si tamen contineat verba verè habui & recepi, aliàs secus. vt nu. 18.*

7 *Confessio de recepto officialis, qui habet potestatem ad recipiendum pro fisco, statim fisco præiudicat, lapsu 30. dierum non expectato. secus in alio præposito ad recipiendum, amplia vt nu. 23.*

8 *Confessio administratoris, quando est facta ad obligandum de eo, quod non consistit in facto ipsius, domino non præiudicat. intellige vt nu. 24.*

Confessio administratoris si tendit ad liberationem, & consistit in facto proprio fidem facit. sub nu. 8.

10 *Verba habui & recepi, in scriptura priuata & publica apposita, quid importent.*

11 *Confessio administratoris debiti vel alterius iuris simpliciter facta assertiua vel abnegatiua domino non præiudicat. secus de recepto. intellige vt sub nu. 24. & 25.*

12 *Contrahens cum prælato non tenetur probare pretium fuisse in vtilitatem ecclesiæ conuersum.*

14 *Alienare qui non potest, nec actum facere potest, per quem deueniri possit ad alienationem.*

15 *Pater non potest bona filij alienare, etiam quòd sit legitimus administrator, & vsufructuarius.*

19 *Confessio administratoris tunc probat contra dominũ, quãdo debitor probat de vera solutione, & accedẽtibus alijs coniecturis, vt & nu. 20. & 25.*

21 *Confessio tunc probat numerationem, quãdo est facta a principali creditore, & etiam ab administratore quo ad eius præiudicium, vt nu. 22.*

27 *Pater tunc consequitur vsumfruc. ex pecunia filij, si eam in rem conferat, super qua cadit vsusfructus, aliàs ea vti ac frui non potest nisi cum cautione vt ibi.*

28 *Instrumentum facit rem claram, & manifestam, & dicitur probatio probata.*

29 *Transactio facta per patrem cum debitore filij de re liquida & clara non valet, & nu. 32.*

30 *Transactio debet fieri de re dubia alias erit nulla: & numer. 33.*

31 *Transactio facit de indebito debitum, & errore solutum ex causa transactionis repeti non potest.*

34 *Compromissum & transactio æquiparantur, vnde verba illa per partes in compromisso apposita scilicet quòd lis esset, de quo fuerit laudatum nil operantur, vbi lis non est, vel ex probabili causa non speratur. & non valet.*

35 *Transactionis causa vbi oritur ex lite calumniosa a parte rei vel actoris, est tunc transactio nulla.*

36 *Transactio, vt sit valida sufficit litem esse de facto, vbi scilicet quæstio facti vertitur in dubium, quæ tamen non sit iuri contrarium.*

37 *Consuetudo vitiosa radicitus extirpanda.*

38 *Tutor transigere non potest cum pupilli debitoribus, vt debitum imminuat.*

39 *Depositi confessati instrumentum probat, vbi vero est depositum realiter factum habet executionem paratam.*

40 *Transactio facta a patre super bonis filij, in quibus habet vsumfructum tunc nocet filio, si facta fuerit cautè propter dubium litis euentum, vel decretum iudicis interuenerit.*

CONSILIVM. 543.



EX præmissa facti serie de tribus quæritur. Primò quum Simon teneretur olim Camillæ ex causa depositi ad scutos centum possit nunc d. Simon molestari iudicialiter per Thaddæum filium d. Camillæ respectu scutorũ 25. quæ d. Simon soluit Bartholomæo patri d. Thaddæi, & ad hoc dico, quòd d. Simon inquietari nõ
1 potest, quia licet † debitum filij exsolui patri non possit, et quod pater offerat cautionem rati l.2.& ibi gloss. ff. vt lega. nomi. cauc. & similiter solui non possit matri l. qui aliena §. quanquam. ff. de nego. gestis, tamen istud fallit, quando solueretur patri legitimo administratori bonorum maternorum, & aduentitiorum filij, quia tunc rectè ei soluitur propter vsumfruc. quem in illis habet, ita Ang. in d. l. qui aliena §. quanquàm & sequitur Ias. in l. filius C. de pac. & in l.
2 non solum ff. solut. matri. quod corroboratur, quia † debitor soluens tutori vel curatori soli liberatur l. Lucius §. tutelæ & §. fin. ff. de administra. tutor. l. prima C. si aduers. solu. ergo multo magis id procedit in patre legitimo administratore, qui plus iuris propter vsumfruct. habet, quàm tutor vel curator, vt Barto. dicit in l. 1. C. de bon. mater. & ibi alij, & ponit Ias. post gloss. ibi in l. filiusfam. in fin. ff. qui satisda.
3 cogan. facit l. vero procuratori ff. de solut. vbi † solui potest procuratori, cui omnium bonorum administratio mandata fuit. Et sic in hoc primo dubio teneo pro d. Simone.

Secundo dubitari contingit, an d. Simon sit liberatus à scutis 40. quos d. Bartholomæus pater confessus est de eius mandato solutos fuisse per Simonem Hæbreo, & pro Si-
4 mone adducitur, quia quum † pater mandauerat Simoni, vt Hebræo soluat, videtur breui manu primò a Simone pecunia peruenisse ad patrem, deinde à patre ad Hebreum l. singularia ff. si cert. pet. l. 3. §. sciendum ff. de don. in vir. & vxo. l. licet §. 1. ff. de iu. dot. & licet appareat de hac solutio-
5 ne per confessionem patris tantum, tamen † confessio patris legitimi administratoris probat cõtra filium, & eidem nocet, vt tenet Ange. reprobata gloss. ibi in l. certum §. sed an ipsos ff. de confes. vbi inquit, quòd pater etiam absente filio confiteri potest eo casu, quo est legitimus administra-
6 tor l. pri. C. de bon. mater. & facit † simile de tutore, cuius confessio de recepto nocet pupillo gloss. in l. Lucius §. tutelæ ff. de admini. tuto. & licet Bar. ibi teneat contrarium, tamen gl. sequitur Bal. in l. non abstulit C. de noua. & ibi Ang. in fi. & Bal. in l. omnes §. fi. C. de quadrien. præscrip. Ang. in l. à diuo Pio, §. sed si emptor & ibi Imo. ff. de re iu. & latius idem Imo. in l. si debitorem ff. de noua. vbi in effectu videtur moueri, quia confessio habet vim numerationis l. si ita stipulatus §. Grisogonus ff. de verb. obli. l. generaliter C. de non num. pec. l. Publia. §. fi. ff. depo. adducit etiam text. in l. omnes §. fi. C. de quadric. præscrip. & gl. in l. in cõtractibus §. 1. in verbo protinus C. de non num. pec. per locum a spe-
7 ciali, nam si speciale est, quod † si præpositus ad recipiendum solutionem pro fisco confiteatur recepisse, statim præiudicet confessio, non expectato lapsu 30. dierum, ergò in alio præposito ad recipiendum solutionem remanebit, quod confessio domino præiudicet lapsis 30. diebus, & non ante & respondet ibi Imol. ad text. in dict. l. certum §. sed an ipsos, vbi habetur, quòd tutoris, vel procuratoris confessio non nocet domino, quia istud procedit secundum eum, quando est confessio, per quam domino præiudicaretur, sed vbi confessio est de recepto effectualiter non præiudicatur, quum habeat regressum aduersus tutorem vel procuratorem à quo poterit recuperare, ac si vere esset solutum. l. qui proprio §. procurator, vt in cæteris ff. de procu. & habetur in d. l. Lucius §. tutelæ. Reperio etiam, quòd Paul. de Castr. consil. 34. quod incipit. Ego Paulus de Castro, te-
8 net contra Barto. in dicto. §. tutelæ dicens, quòd † confessio quando facta est ad obligandum, & de eo, quod non consistit

consistit in facto ipsius administratoris, tūc si facta est voluntarie, non nocet domino: & ita intelligit, quæ habentur in d.l.certum.§. sed an ipso. Si vero confessio tendit ad liberationem, & consistit in facto proprio, vt quum confitetur sibi solutum, per quod liberantur debitores, fidem facit & pro veritate habetur, & ad hoc pōderat tex. in d.l.Lu
9 cius.§.tutelæ, vbi apochæ † tutoris, in quibus confitetur se recepisse à debitoribus pupilli, probant verè contra pupillum. Et reprobat deinde intellectum Bar. in d.§.tutelæ, dū vult, quòd tex. ibi requirat in apochis verā numerationem.
10 Nam in scriptura priuata non refert, an tutor † dicat, confiteor me recepisse, vel habui & recepi, quia etiam isto secundo casu talia verba non probāt numerationem, sed confessionem, vt est tex. secundum eundem Bar. in l.si nō singuli, C.si cer.pet. hac etiam reprobatione vtitur cōtra Bar. Imo. in l.si debitorē.ff.de noua. dicens, quòd in scriptura priuata, prout erat in d.§.tutelæ, etiam quòd dicatur habui & recepi, illa verba important tantum cōfessionem, idem in scriptura publica, quādo illa verba essent prolata à parte, secus si à notario, allegat not. per glo. & Bar. & alios in l.si ex cautione.C.de non num.pecu. & in l.cum de indebito.§.fin.ff. de proba. Illam etiam differentiam, an scriptura contineat obligationem, vel liberationem sequitur etiā Fran. de Cur. in l.2.§. quòd obseruari, C.de iura. calu. approbans consil. Pau.de Cast. superius adductum. Item glo. in d.§.tutelæ sequitur Roma. in l.prædia.ff.de acquir. possess. Inuenio etiā, quòd contra Bart. tenet Cuma. consi.24. Testator filio iam nato col.2. & intelligit text. in d.l.certum.§.sed an ipsos, in
12 † alia confessione debiti vel alterius iuris simpliciter facta assertiua vel abnegatiua, nō autem in confessione de recepto. Idem Cuma. consi.31. Testator in testamēto sequitur d.glo. improbans Bar. in cōfessione facta tempore solutionis, non autem si facta esset multo ante. Idem tenuit Andr. Sicu. consil.18. Difficile est, vt bono secundo dub. lib.3. & consi.54. A Ioue principium col. antepen. lib.4. vbi ad verbum transcribit Paul. de Castr. licet de eo mentionem non faciat. Quum igitur confessio legitimi administratoris faciat fidē de solutione, videtur d. Simon esse liberatus. Nec obstat, quòd d. pecuniam dedit Hebræo, & sic pater soluit suum debitum, non autem filij, quod in dubio etiā est præsumendum l.& magis.ff.de solut. quia responderi potest, q ex quo iussus patris soluebat, & sic ipsi patri prius censetur, nō debuit postea curare d. Simon ad quem vsum vteretur pecunia d. pater, vt probatur in l.1.§.nō autem & l.fin.ff.de exerci. vbi si præpositus naui recipiat pecuniam mutuā nauis gratia, & deinde ille, qui mutuum sumpsit, in vsus suos conuertat, tenetur dominus nauis ex mutuo, quia imputatur sibi, quòd talem præposuit, & facit, quod dicitur de eo,
12 qui † contrahit cum prælato, vt non teneatur probare pretium conuersum fuisse in vtilitatem ecclesiæ, vt Inno. tradit Anto. de Butr. Card. & Abb. in c.1.de depo. Bart. Bal. & alij in Auth. hoc ius porrectum.C. de sacros. eccles. Pau. de Cast. in l.ciuitas.ff.si cert.pet. Videbat enim d. Simon Bartholomæum patrem esse legitimū administratorem bonorum maternorum filij, & vt reliquorum bonorū, ita & huius pecuniæ habere vsumfru. & rectè ei posse solui, vnde si solutio ei facta, vel alteri de eius mandato non præiudicaret filio videretur auctoritate legis deceptus, quod non est dicendum c.licet de rer. permu. l.1.C.de his, qui ven. æta. impetr. quum enim pater sit vsufructuarius pecuniæ, & pecunia sit de rebus, quæ vsu cōsumuntur, videtur eam iure consumere, & in suos vsus conuertere potuisse. Sed præmissis
13 non obstantibus † contrariam sententiam arbitror de iure veriorem. Moueor primo per text. in d.l.certe.§.sed an ipsos, vbi confessio tutoris pupillo nō nocet, & idem est in patre legitimo administratore, vt expresse ibi dicit gl. & Bar. ibi, & cum ille tex. indistincte loquatur, indistincte intelligi debet l.1.§.generaliter.ff. de lega. præstan. l.de pretio.ff. de public. ad idem bonus text. in l.1.§.si mutuam.ff. si quid in frau. patr. vbi, qui non potest donare, nec potest confiteri, quia illa confessio esset donatio: sed tutor rem pupilli donare non potest l.1.§.1.ff.de tutel. & ration. distrahendi l.cū in plures.§.fi.ff.de administra. tuto. l.qui filium.ff. de manu. testa. nec etiam alius, cui permissa est libera administratio l. prohibere.§.planè.ff. quod vi aut clam. l.contra iuris.§. fi.ff.
14 de pac. l.filiusfam.ff.de donat. & est regulare, q † qui nō potest alienare, actum facere non potest, per quem perueniatur ad alienationem, quod fieret per cōfessionem l.codicillis.§.matre.ff.de leg.2.gl. in l.si ita quis.§. ea lege.ff.de verb.
15 oblig. † pater autem bona filiorum alienare non potest, licet sit eorundē legitimus administrator, & vsufructuarius l.1.C.de bon. mater l.quæcunque.C. de bonis quæ lib. demum istud procedit regulariter, quòd vbi actus non potest libere fieri, non stetur assertioni confitentis l.si forte.ff. de castren. pec. gl. Bar. & alij. in l.si donatione.C.de colla. Bar. in l.per diuersas versi. quæro quid si pro parte.C. manda. & in Auth. si quis in aliquo, versu fin.C.de eden. Bal. in Auth. hoc ius porrectum col.2.C.de sacros. eccle. & in l.cum aliquis.C.de iur. delibe. Ioan. Andr. in addit. Specu. in titu. de reb. eccle. nō alien. super rub. Ad idem tex. in d.l.Lucius.§. tutelæ. prout ibi ponderat Bar. nam licet in propositione facti iuriscon. dicat ibi apochas tutorum interuenisse, tamen in responso dicit agendum esse contra tutores, si debitores soluissent, quasi dicat, non sufficit confessio. Idem vult Bal. in l.1.3.not.C.de apoch. publ. li.10. vbi dicit, quòd exactor tributorū non potest liberare, nisi ab accepto l.omnes pensitare.C.de anno. & tribu. l.præcepit.§.prouidentibus.C.de cano. largi. tit. lib.10. Idem dicit se putare in tutore, vt cum
16 faciat † instrumentum quietationis debitori principali debeat dicere, verè habui & recepi l.Lucius.§.tutelę.ff.de admin. tuto. prosunt enim talia verba, vt not. in l.si ex cautione.C.de non nume. pecu. & in l.tutor.§.fin.ff.de vsu. Istud etiam tenet Cin. quem Bart. adducit post Iaco. de Raua. & Petr. in l.vnica q.14.C.de confes. Bald. in l.in contractibus §.1.in versi. quæro quid in tutore & ibi Sali. col.1.C. de iura. calum. Ang. de Are. in §.venditę in fin. Insti. de re. diuis. Alex. & Ias. in l.2.§.fin.ff.si cert.pet. & in l.à diuo Pio §.sed si emptor.ff.de re iudi. Fulgo. consi. 209. Duobus fratribus colum.2. Alexan. consi.37. Viso d. instrumento col.1.lib.3. And. Sic. sibi ipsi cōtrarius cons.17. Clementissimū Deum col.3.lib.4. vbi dicit Pau. de Cast. in consilio in oppo. adducto loqui contra Bart. & communem, idem etiam amplectitur Are. cons.4. Ex facto proponitur per totū, & Maria. Soci. inter consilia filij consi.3. Circa præsentem consultationem in 7. fundamen. & nouissime Caro. Rui. cons.147. Visis his, quæ proponuntur col. pen.1.lib. Restat modo, vt ad obiecta respondeatur, & primo non obstat, quòd Ang.
17 in d.l.certum.§.sed an ipsos teneat, quòd † cōfessio patris, vt legitimi administratoris noceat filio, quia contrarium tenet ibi gloss. & Bart. quorum opinio est verior, vt patet ex
18 prædictis. Secundo nō obstat simile † de tutore, qui si confessionem faciat de recepto talis cōfessio facit fidem contra pupillum d.l.Lucius.§. tutelæ secūdum intellectum glo. ibi, quæ dicit, quòd in apochis, de quibus in tex. continebantur confessiones, quia verior videtur intellectus Bart. ibi, q in illis apochis continebatur numeratio, & in alterius priuata scriptura nihil referat, an dicatur confiteor me recepisse, vel dicatur habui & recepi quia vtroque modo continetur confessio d.l.si non singuli: tamen secus est in scriptura tutoris, quia si in ea continetur, quòd verè habuit & recepit, illa verba faciunt fidem contra pupillum, & ita intelligitur tex. in d.§.tutelæ secundum Bart. ibi & idem Bald. dicit in l.1.C.de apo. pub. cuius verba antea retuli, & sequūtur Docto. intellectum Barto. in locis antea allegatis. Præterea & planius dicitur, q quamuis in d.§.tutelæ, dicatur in d. apochis contineri cōfessionem, prout est de apocharum natura, tamen hoc ibi Iuriscon. narrat in propositione facti, sed in responso dicit, si tutori debitores soluissent, & sic requirit realem solutionē, quandoquidem proposito non attenditur, sed responsio cap. inter dilectos.§.cęterum de fid. instrum. cū alijs adductis per moder. in l.1.C.de diuer. rescri.
19 debebit † igitur probari de vera solutione aliter quàm per confessionem,

confeſsionem, videlicet per teſtes, inſtrumēta publica, confeſsionem partis, & iſtud eſt, quod voluit dicere Iuriſconſ. in d.l.Lucius.§.tutelę, vbi nō contentus de apochis, de quibus in propoſitione facti, intulerat mentionem, dicit ſi debitores ſoluiſſent, & ſic requirit veram ſolutionem. Placet
20 etiam, vt † confeſsio faciat fidem accedentibus alijs coniecturis, vt Caro. Rui.ſcripſit conſi.142. Caſus, de quo quæritur, colum.2.lib.1. vbi in terminis dicit, ꝙ licet confeſsio patris voluntaria, vel per modum voluntariæ iuriſdictionis facta non prçiudicet filijs regulariter, tamen ex alijs coniecturis coadiuuatur, vt not.per Cin.& Bald.in Auth.hoc ius porrectum.C.de ſacroſan.eccle. vbi dicunt, quòd quamuis confeſsio prælati non probet pecuniam mutuò receptam conuerſam eſſe in vtilitatem eccleſię, & prout etiam voluit Bart.ibi. Fallit tamen vbi ex coniecturis aliud appareret, vt in exemplo ibi per eos poſito, quod corroboratur vltra eū, per id, quod in ſimili voluit Sali.in l.ſi mater.C.de contrah. empt.dicens, quòd licet confeſsio mariti, quòd emerit fundum de pecunia vxoris, ſit ſuſpecta, & illi nō ſtetur propter prohibitam donationem inter virū & vxorem, tamen ex veriſimili præſumptione admittitur, vt quia appareat vxorem habuiſſe aliunde bona, ex quibus potuerit illam pecuniam colligere. Similiter confeſsio facta per patrem confitentem ſe habuiſſe pecuniam à filio in poteſtate inualida cenſeatur tanquam facta in fraudem legis prohibentis donare, vt per glo. in l.qui teſtamentum.ff. de proba. tamen ſi appareat, quod filius ex aliquo artificio lucrabatur, ita ꝙ ex induſtria tantum potuit lucrari & patri tradidiſſe, ex hac veriſimili præſumptione ſuſtentatur d.confeſsio, ita Ang.concludit conſi.153. Pater emit domū, refert & ſequitur Alexand.conſi.18.Conſideratis his, quæ in themate lib.3. Ter
21 tio non obſtat, quòd † confeſsio probat numerationem, vt patet in iuribus in cōtrarium adductis, quia reſpondetur, ꝙ illa iura loquuntur in confeſsione facta per perſonam principalem, non autem per tutorem curatorem, & patrem legitimum adminiſtratorē, qui non poſſunt præiudicare ſuis principalibus, ex quo confeſsio de recepto, quum de eo nō conſtet, cenſeatur donatio, & vt Sali. inquit in d.l.2.§.quod obſeruari, habeat ſpeciē dilapidationis: iura enim, quæ permittunt iſtis adminiſtratoribus numerationē non cenſentur permittere confeſsionem, quia aliud confeſsio, & aliud numeratio.l.1.& fi.C.de dot.cau. non nume.& d.l.ſi ex cautione glo.in l.aſsiduis in verbo datæ.C.qui pot.in pig.habe.
22 nec † ideo fit quin cōfeſsio probet numerationem in præiudicium confitentis adminiſtratoris, ſed non quo ad alterius præiudicium. Quarto non obſtat tex. in.l.omnes.§.fi. C.de quadr.præſcr. vbi confeſsio procuratoris fiſci, præiudicat fiſco, ad idem text.in.l.2.C. de conue. fiſ. debitoribus lib.10.& in l.fin.C.de apoc.publ.lib.10. Reſpondetur iſtud
23 ita ibi eſſe, quia † lex ita procedit diſponendo, & ille textus procedit in quolibet officiali, qui habet poteſtatem de publico pecuniam recipiendi, vt ibi Bald. & Ange. dicunt, & Ang.& Pau.de Caſt.in.l.Imperatores.ff. de pac. vbi ad hoc etiam allegant tex.in.l.ne caſu.C.de diſcuſſo. lib. 10. Quinto non obſtant reſponſiones datæ ad.l.certum.§.ſed an ipſos.
24 Et primo dum dicitur, quod ille tex.procedat † in confeſsione facta ad obligandum, quia nō præiudicat, ſecus in confeſsione de recepto, quia confeſsio tutoris debet prçiudicare pupillo, quoniā fauorabilior eſt liberatio, quàm obligatio.l.Arrianus.ff.de actio.& obliga.& quia etiam facilius ſuccurritur debitori, qui ex neceſsitate ſoluit, quàm alteri, qui voluntate contraxit arg.l. quòd ſi minor.§. reſtitutio ff. de minor, & latius proſequitur Paul. de Caſt. in conſ.33.ſuperius adducto & Imo.in d.l.qui debitorem, quia dico hāc differentiam eſſe conſtituendam, nam confeſsio tutoris de recepto non minus continet donationem, quàm confeſsio tutoris dicentis pupillum teneri, vbi neutro caſu conſtat de veritate, & quum vtrobique militet eadem ratio, idem ius eſſe debet l.illud.ff.ad.l.Aquil. Præterea aſſertio tutoris confitentis ſibi fuiſſe ſolutum tendit ad obligandum pupillum, quia obligatur ad non petendum.l.tale pactum in prin.ff.de
25 pac.ergo † de veritate cōſtare debet, nec etiam ſuffragatur alia reſponſio ad d.l.certum.§.ſed an ipſos, ꝙ ideò ibi confeſsio tutoris non valet cōtra pupillum, quia illud procedit, vbi tutor confitetur de facto pupilli, vel de alieno facto, ſed vbi confitetur ſe recepiſſe, confitetur de facto proprio, quia dico quòd hæc reſponſio non eſt bona, vt etiam Alex.dicit in.l.2.§.fin.ff.ſi cert.pet. quia nō eſt dare rationem differentiæ, an confiteatur de facto alieno, an de facto proprio, quū circa adminiſtrationem bonorum pupilli plenā habeat, ac liberam poteſtatem.l.inter bonorum & ibi Barto.ff.de adminiſtr.tuto. gl. in.l.mandato generali.ff.de procura. Sexto non obſtat, quòd per confeſsionem tutoris vel alterius legitimi adminiſtratoris non præiudicetur domino, tutore vel adminiſtratore exiſtente ſoluendo, quia datur domino contra cōfitentem regreſſus. Reſpondeo, quòd ex hoc regreſſu non tollitur, quin illa confeſsio de recepto, vbi verè non apparet de eo, ſit quædam tacita donatio, quæ in adminiſtratione non venit, ideò actus ſit nullus, & melius eſt iura intacta ſeruare, quàm poſt vulnus illatum remedia quęrere.l. fi.C.in quib.cau.in integ.reſt.non eſt neceſ.& dicitur, quòd intereſt noſtra plures pro eadem re habere debitores. Vnde videmus, ꝙ licet, re male per tutores vel curatores geſta, poſsit minor perſonali actione conuenire tutores, vel curatores, poteſt nihilominus petere reſtitutionem in integrū, & reſcindere contractum, ex quo læſus fuit.l.1. & l.etiā.C.
26 ſi tut.vel cura.interue. Septimo non obſtat, quòd † patri legitimo adminiſtratori poſsit rectè ſolui, & hoc cum fecerit Simon debet liberari, ne ſub clypeo legis decipiatur. Reſpondeo, ꝙ vbi vere ſoluiſſet, argumentum procederet, ſed non conſtat de ſolutione, niſi per confeſsionem, quæ fidem non facit, nec dici poteſt deceptus legis auctoritate: ſed videtur voluiſſe ipſe potius decipere, ſoluēdo iuſſu patris Hebræo, nam quum pater teneatur filio ſeruare, non debuit Simon patri in proprios vſus cōuertenti aſſentiri, & miniſterium ſuum præſtare, dato, quòd verè ſoluiſſet, vnde quū particeps fuerit fraudis nō debet ei ſubueniri, ſicut nec ſubuenitur ei, qui adoleſcenti, vel homini luxurioſo, vel luſori pecuniā credidit protinus conſumpturo.l.quòd ſi minor.§. reſtitutio.ff.de minor.l.ſi quū ſciret.ff. pro empto.l.2.§.1.ff. quæ re.act.non de.l.ſi vero nō remunerandi.§. ſi adoleſcēs, ff.manda.& ſic remouetur illud, quod dicitur, quū rectè ſoluatur patri, non eſt attendendum in quos vſus pecuniam ſolutam conuertat, quia iſtud procederet, niſi in ipſo actu ſolutionis videret patrem abuti pecunia filij, quam ei ſeruare tenebatur vt ſtatim dicam. Poſtremo non obſtat, quod cū
27 pater † eſſet vſufructuarius d.pecuniæ, potuit eam cōſumere, quia in cōſumptione pecuniæ vſusfructus conſiſtit, quū ex ſe nullum alium pariat fructum.l.1. & l.hoc ſenatuſcon. ff.de vſufru.ea.re.quæ vſu conſu. Nam ad prædicta reſpondeo ex his, quæ egregiè ſcribit inſignis Doc. moder. Caro. Rui.conſi.142. Caſus de quo quæritur, lib.1.in prin.vbi dicit, quòd pater pecuniam redactam ex venditione rerū filiorum debet filijs conſeruare, vel in cauſas & res hæreditarias cōuertere.l.fin.§.ipſum autem in fin.C. de bo.quæ lib. Iſtud idem puto dicendum in pecunia redacta ex nominibus debitorum, quia eadem eſt ratio, & ſubdit ibidem prefatus Doct. quòd tex.in d.§.ipſum autem, videtur velle, ꝙ in dicta pecunia pater nullum habeat vſumfr. ex quo mandat illam conſeruari filijs, quod non cōſeruaretur, vbi in eo pater haberet vſumfruct. quia diſtrahi poſſet ſecundum formam traditam in.§.conſtituitur Inſti.de vſufru. vnde concludit, quòd pater poterit pecunię conſequi vſumfr. ſi conferat in rem aliam, in qua poſsit cadere vſusfru. ſicut facere poteſt tanquam legitimus adminiſtrator l.1.C. de bo. mat. & d.§.ipſum autem, aliter autem non poteſt, niſi caueat eo modo, quo dicitur in d.§. conſtituitur, quæ cautio non poteſt dici remiſſa patri, quia eſt de ſubſtantia vſusfruct. l.hoc ſenatus.§.1.ff.de vſufruct.ea.rer.quæ vſu conſu.& not. Iac. Butrig. Bart. & Bald.in.l.1.C.de vſufruct. adeò, quòd non eſt reperire iſtum quaſi vſumfruct. ſine d.cautione, ſecundum prædictos, ſecus autē eſt in illa cautione de vtendo &

fruendo

fruendo arbitrio boni viri, quia cum illa nõ sit de substantia vsusfruct. patri est remissa.l.fin.§.paterna & ibi Bald.C. de bon. quæ liber.

Tertio dubitatur, vtrum transactio facta de reliquo debito per d.Simonem cũ Bartholomæo patre, valeat in pręiudicium filij nunc petentis. Et tenendo, ꝙ non valeat adducitur, quia de debito constat per publicum instrumentũ,
28 & † instrumentum facit rem claram, euidentem, & manifestam.l.fin.in verbo manifestum cum glo.C.de reb. cred. cap. cum dilecti ibi ex tenore instrumenti euidenter appareat de dona.& in ca. licet causam in versi. ex præmissis ibi per instrumentũ euidentissimè constat de prob. ponit Bar. in l.1.col.3.versi.venio ad quæstiones.ff. de ope. nou.nunc. & dicitur probatio probata, quę fit per instrumentum, Bal. in l.quoties in vltimis verbis.C.de su.& legit.& in.l.2.col.1. C.quan.fis.vel.priua. vbi dicit calumniosè agere, qui negat
29 instrumenta publica, vnde † non valet transactio facta per patrem de re liquida & manifesta.l.Lucius.§.fi.ff.de administr.tuto.l.pactum curatoris.C.de pac.l.præses.C.de transactio.gloss.in.l.de qua re.ff.de transactio. Bald. in l.1.col.2.
30 C.de bon.mater. Ad idem facit, quia † de substantia transactionis est, ꝙ fiat de re dubia.l.1.ff. de transac. Solum Superest vna difficultas, quia d. Simon, quum impetitus esset à patre Bartholomęo, ratione d.depositi, opposuit exceptionem solutionis, & ad d. solutionem probandam, fuit transmissus scriba curiæ ad oppidum Niciæ, qui reciperet probationes allegatæ solutionis, vnde videtur transactio valere, quia ad eius validitatem sufficit, ꝙ subesset lis, vel timor litis, etiam extra iudicium, & de facto glo.& Bart. in.l.2.C. de transac. Bart. in.l.si causa cognita & in l.causas.C. eo.tit.
31 nam † transactio facit de indebito debitũ, quia hoc ipsum habet pro causa, ꝙ à lite disceditur, ideò solutum errore ex causa transactionis non repetitur l.2.C.de condic.indeb.& l.in summa in princ.ff.eo.& pari ratione videtur, si quid fuit remissum, & si enim certum quid remittatur, debet id reputari incertum propter dubium euentum litis.l. quod debetur.ff.de pecul. & eo magis id dicẽdum in casu nostro, quia iam notarius fuerat transmissus ad recipiendum probationes de solutione: & accedit etiam, ꝙ d.transactio facta fuit tractatu & interuẽtu duorum amicorum, qui verisimiliter nõ passi fuissent aliquid iniustum committi in d.transactionis contractu.l. transactionem ibi amicis interuenientibus C.de transact. Tamen præmissis non obstantibus, puto d. transactionem non subsistere, quum (vt dictũ est) de sub-
32 stantia transactionis sit, vt sit de re dubia, & † pater nõ possit transigere pro filio, nisi de re dubia, sed in casu per instrumentum erat liquida, & adduco, quod Bald. scribit in l.1.ff. de transac. vbi dicit transactionem fieri non posse super re liquida, & ad illud, quod dicitur, quòd negatio facit rem dubiam iux.no.in.l.3.C.qui.ad liber.procla.non lic.respondet, ꝙ illud procedit in re liquidanda, non in liquida, vnde probatio testium liquida per instrumentum tranfactionis, non remittitur secundum eum, & benè facit, quod Ang. scribit in cons.215.Reperitur in quadam char.col.3.vers.4.adhuc
33 idem, vbi vult † quandam transactionem factã super quadam hęreditate, de qua nulla fuerat lis, & spectabat ad alteram tantum partem, esse nullam, quia facta fuit cõtra substantiam transactionis, quæ est, vt fiat super re dubia, & lite incerta vel actualiter mota, vel sperata iustis rationibus idẽ dicit Ang.consi.66. Visis d.compromissis col.2.versi.& li-
34 cet in compromisso, vbi loquens de compromisso, † quod æquiparatur transactioni, inquit, quòd etiam quod dictum sit per partes, ꝙ intelligatur lis esse, de quo fuerit laudatum, illa verba nihil operantur, vbi lis non est, vel ex probabili causa non speratur, aliàs de facili lex posset circunueniri, & ad hoc adducit tex.in.l.cum hi.§.si cum lis.ff. de transa. vbi lis debet esse vera, non ficta, nec sufficit litem esse assertam per partes, vbi lex transigi vetat, vt ibi & l.post rem.ff. eod. titu.eadem repetit Ang.in d.§.si cũ lis, dicens ita cõsuluisse.
35 Demũ † vbi calumniosa lis dedit causam transactioni, siue calumnia sit ex parte actoris, siue rei, ꝙ transactio sit nulla & rescindenda, tenet Alexan.post alios, quos refert in.l.sub prætextu instrumenti.C. de transac. In casu aũt nostro aduersus d.instrumẽtum depositi obijciebatur tantummodo de solutione, & obijciebatur verbo tantũ, & paria sunt non dicere, vel dicere & non probare gl. in.l.1.in prin. in verbo dicatur.ff.si quadr.paupe.fec.dica.nec aliquid faciunt verba partium asserentium fuisse litem, quia dato, ꝙ esset lis, erat ex parte d. Simonis calumniosa allegantis verbotenus solutionem, nec de ea aliquid ostendẽtis, & illud, quod conduxerat notariũ ad recipiendos testes, retorquetur contra ipsum, quia, si vere habuisset testes de solutione, illos examinari curasset, ex quibus etiam patet, adducta in contrarium neutiquam refragari, quia loquũtur de lite illata vel inferenda, quando subest causa probabilis, ita quòd dubitari potest
36 probabiliter de euentu litis. Et ꝙ † dicitur ad transactionis validitatem sufficere litem esse de facto, potest intelligi, vbi quęstio facti venit in dubium, vt quia partes narrant variè factum, & de hoc est contentio, non autẽ intelligi debet de facto iuri contrario, nam, vt Dec. inquit in.l.2.C.de transac. ea, quæ fiunt de facto nõ sunt apud legislatorem in consideratione.l.fi.C.de actio.emp.l.eum, quem.ff.de iudi. & dicit Abb.in ca. cum causam de elec. ꝙ nõn debet attendi id, quod de facto fit, sed quod de iure fieri debet, aliàs sequeretur, ꝙ vitiosæ consuetudines essent obseruandæ, quæ
37 † tamen radicitus sunt extirpandæ.8.dist.cap.mala consuetudo, & tantũ abest, vt quę de facto fiant, manere debeant, vt reuocari oporteat, gl.in.l.si minor.ff.de euic. Bal. in si pacto, quo pęnam.5.not.C.de pac.& quamuis d.Simon probauerit de aliquibus solutionibus, non tamen probauit tunc omne fuisse solutum, vnde habet locũ tex.in d.l.Lucius.§.
38 fin.ff.de admin.tuto.vbi † tutor non potest transigere cum debitoribus, vt imminuat debitum, ideò pupillus, quod minus solutum est, consequi poterit. Sic dicendũ in proposito, quòd cũ Bartholomeus pater minus transigendo receperit debito, potest filius agendo consequi reliquum à dicto Simone: Non obstat, ꝙ d.transactio celebrata fuit interuentu amicorum quia ille interuentus non facit, nisi quandam leuem præsumptionem, ita ꝙ non attenditur, vbi cõstat de contrario, vt Bald. & alij dicunt in d.l.transactionem.C.de
39 transac.Prædicta tanto magis procedunt, si † appareret per instrumentũ dictum depositum non tantũ fuisse confessatum, verum etiam realiter factum, quia tunc haberet executionem paratam.l.pen.C.depo.& succedit id, quod Bart. scribit l.post rem.ff.de transac.& in.l.elegãter.§. si quis post ff.de cond. indeb. dum loquitur de instrumento confessionato & guarentigiato, & habente ex forma statuti executionem paratam. Hic etiam est considerandũ, quod d.transactio non solum est nulla, quia facta fuit contra substantiã transactionis, quę habet, vt fiat de re dubia, sed etiam facta ab eo, qui non poterat donare, & per consequens astrictus non transigere, nisi super re dubia, & duplex vinculum fortius ligat, quàm simplex, Auth.itaque.C.commu.de succes. debuit enim Bartholomæus dum transigere vellet cogitare se non propriam rem gerere, sed filij, cuius bona administrabat: ideò nisi vidisset rem admodum dubiam, debuit à d.contractu transactionis abstinere, ad quod bene seruiunt verba Bal.cõs.448.Quæritur in primis an valeat in fi.lib.1.
40 vbi dicit † transactionem factã à patre super bonis, in quibus habet vsumfr.nocere filio, si cautè & prudenter transegit propter dubium litis euentum aliter non nocebit. Pondero ꝙ Bald. ibi requirit, quòd cautè & prudenter facta sit d.transactio, vt valeat, quasi requiratur ibi matura deliberatio, & subdit, ꝙ consuluit transigenti cum patre, vt faceret cum auctoritate iudicis: quia semper vtile est in contractibus decretum iudicis interuenire.l.si stipulatus.§. si lancem ff.de solu. quod quidem decretum hic minime interuenit.

SVMMARIVM.

1 *Homagium, homicium & hominium idem sunt.*
2 *Homagium triplici ratione fieri potest, ratione feudi, ratione rerum, & ratione solius personæ.*

Homagium

3 *Homagium & fidelitas quomodo differant. & nu 5.*
4 *Homagij diffinitio.*
6 *Fidelitatis obligatio, sicut emptio, & venditio perpetuo manet.*
7 *Inuestitus sub illo verbo cum homagio, videtur cum fidelitate hominum inuestitus.*
8 *Fidelitas, vt alteri fiat, Princeps concedere potest, si nominatim id exprimat,*
9 *Homagium est quædam species seruitutis, & qualiter intelligatur. vide ibi.*

CONSILIVM. 544.



NVESTITI fuerunt quidam Nobiles de quodam oppido ab Illustr. olim Marchionibus, iam centū annis & vltra, cū mero & mixto imperio, & alijs multis, & additum fuit cum homicio. Dubitatum fuit quid importaret illud verbū homiciū, & fuit adductus Spec. in titu. de feu. §. 1. in. 2. forma &. §. fin. in. 2. Libello, vbi po-
1 nit pro eodem † homagium & homicium, & quia illa decisio visa est in terminis, non fuit vlterius perquisitum, Pontifex tamen in ca. recolentes de statu. Monach. appellat hominium. Secūdo fuit dubitatū, quid sit homagium, & Spe. in præfato titu. de feu. §. quoniam col. 2. dicit, ꝙ illud, quod in Italia & alibi vocatur Vasallagium, in Francia homagiū appellatur, nos autem Prouinciales nobiles Vasallos, vocamus Feudatarios, plebeios vero Nostros homines vulgariter appellamus, & ex eius dictis ibi colligitur, quòd triplici
2 † ratione fieri potest homagium, aliquando ratione feudi, aliquando ratione rerum, aliquando ratione solius personę, vt ibi ipse latius prosequitur, & Iacob. in tit. de homag. Reperio quòd glo. in cap. fin. de reg. iu. dicit, quòd homagium est sacramentum fidelitatis & ibi sequitur Abb. sed Ant. de Butr. & Abb. & Ioan. de Ana. in cap. ex diligenti de simo.
3 constituunt † differentiam inter homagium, & fidelitatem quia homagium proprie est, quando quis facit promissionē alteri genibus flexis, & manibus intra manus illius positis, ita quod efficitur homo illius: fidelitas vero est, quum quis promittit alteri seruare fidelitatem, quòd quidem iuramentum fidelitatis in se continet multa capitula, vt ibi latius per eos. Scribit etiam plura de homagio And. de Iser. in cap. 1. super verbo omnem vtilitatem de nou. for. fide. vbi in effectu concludit ex mente Hostien. in ca. si diligenti extra de simo. quòd homagium accipitur pro sacramento fidelitatis, & etiam pro fidelitate. Dicit etiam Iac. Alua. in prælud.
4 feu. 7. q. quòd † homagium est, quando aliquis promittit se esse hominem alicuius Domini, & stare, & habitare vbi voluerit Dominus, & ea seruitia exhibere, prout dominus voluerit, & super hoc facit homagium, & promissionem, vt sit homo suus, & subdit de mente Hostien. in d. cap. si diligenti, quòd homagium capitur frequenter pro fidelitate & econtra: Alibi voluit Bald. consi. 291. Ad euidentiam premittendum est, quòd in decima, colu. 1. lib. 2. quòd homa-
5 gium est sacramentum fidelitatis, † & differt homagium à fidelitate, quia homagiū est ille actus præstationis iuramen
6 ti, cum sua solemnitate, & fit initio, sed † fidelitas est obligatio permanens, & habens perseuerantiam, & tractum temporis, sicut contractus, qui quo ad volatum verborū transit in instanti, vt emere, sed emptio & venditio perpetuo manet, vt subtiliter no. Gulielm. in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. facere ergo non durat in temporis tractu, sed factū esse iugiter perseuerat. l. sicut. C. de actio. & oblig. Non omitto etiam, quòd glo. in cap. grauem de exces. præla. dicit, ꝙ homagium accipitur ibi pro fidelitate & obedientia. Omnibus deniq; consideratis, videtur dicendum, quòd d. Nobi-
7 les † sub illo verbo cū homagio, videantur de fidelitate hominum inuestiti, & per consequens possint à d. hominibus
8 exigere fidelitatis iuramentū: nam Princeps donare † potest, vt alteri hoīes faciant fidelitatem, vbi hoc nominatim fuit expressum, vt inquit Andr. de Iser. in cap. 1. qual. iura. debe. Vasal. fide. per tex. in. l. si quis ædes in princ. ff. de seru.
9 vrba. præd. Et subdit ibidem And. de Iser. quòd istud † homagium est quędam species seruitutis, non quòd illud pręstans sit seruus, qui si dominum non adiuuerit non punitur, nisi quod feudū perdit c. 1. §. 1. quib. mod. feu. amit. vel punitur de periurio. Verus aūt seruus non iuuans punit̄ capite l. 1. in princ. &. §. potuisse. ff. ad Syllan. l. fin. C. de his, quib. vt indi. Et ita secundum præmissa fuit iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Notarius conficiens falsum instrumentum, & de falso condemnatus tenetur parti læsæ ad interesse. Ampl. vt in nume. 2.*
3 *Interesse probatur per actoris iuramentū, & ei statur, quando concurrunt duo, dolus rei, & difficultas probationis.*
4 *Notarius vbi est de dolo conuictus, tunc partis læsæ iuramento statur de damno, & interesse, secus si esset tantū in culpa. vt num. 5.*
6 *Notarius de falso condemnatus, parti non tenetur de eo, quòd indebite soluit: nisi discusso principali. & nu 9.*
7 *Notarius tenetur parti læsæ actione in factum, quæ contra ipsum, sicut nec contra mensorem, nisi in subsidium, non intentatur.*
8 *Remedium ordinarium vbi competit, extraordinario locus non est, vbi sumit originem à voluntate etiam, quòd agatur contra diuersos.*

CONSILIVM. 545



1 ERTI iuris est, quòd † notarius conficiens falsum instrumentum, & de falso condemnatus tenetur parti læsæ ad interesse. l. fi. C. de magist. conu. quem text. not. ibi Bart. & Bald. & Bart. in. l. Imperator la 1. in fin. ff. de sta. hom. & ibi Bald. colum. fin. & Bar. in. l. generali. C. de tabula. lib. 10. & in l. fin. col. fi. ff. de tab. exhib. & Bal. in l. præsbyteri la 1. in fin. C. de episc. & cleri. & in rub. C. de pœ. Iudi. qui male iudi. in fin. Ioan. Andr. in addi. Spec. in titu. de instru. editi. §. ostenso versi. quid si abbreuiatura, vbi
2 vult idem esse, quando † notarius nimis abbreuiate, vel confuse scripsit, facit. l. qui nomine. ff. de fals. Tenetur ergo Lucius notarius Sempronio ad aureos centum, quòd d. Sempronius vigore asserti instrumenti falsi soluit Marcello indebitè, tanquā Carolus ipsum Semproniū debitorem delegasset d. Marcello, quum in veritate nulla talis delegatio facta fuisset, & coactus iterū fuerit d. Sempronius d. aureos centum præfato Carolo soluere: tantū enim interest Sempronij d. instrumentum fuisse falso cōfectum, vt per se patet, & vlterius de interesse standum est iuramēto partis, per id, quod Bald. scribit in. l. qui accusare. C. de eden. vbi in-
3 quit, quòd † vbi duo cōcurrunt dolus rei, & difficultas probationis, statur de interesse iuramento actoris. l. si quando C. vn. vi. Inno. in cap. super eo, quòd me. cau. ex quo in spe-
4 cie infert † ad Tabellionem, quòd vbi conuictus est de dolo, damnum & interesse probatur per sacramentum actoris, & ibi allegat etiam d. l. fi. C. de mag. conuen. dicendū est tamē, quòd vbi tantū interuenisset error notarij, & sic tantum esset ille in culpa procederet, quod idem Bald. dicit in l. fi. pen. col. q. 5. C. de eden. vbi inquit, quòd propter culpam
5 tenetur quidem † notarius ad interesse parti l. fi. C. de magi. conue. tamen tale interesse est plenè probandum, non per simplex iuramentum. l. Argentarius. §. cum aūt. ff. de eden. Et istud est adeò clarum & manifestum, quòd ne ipse quidem notarius neget, quin teneatur d. Sempronio ad inter-
6 esse: Sed asserit, & hoc vno se defendit, quòd † d. Sempronius læsus debet prius cōuenire Marcellum cui indebitam pecuniam

pecuniam soluit, quàm se notarium, quia ipse tantũ in subsidium tenetur, Marcello scilicet existente non soluendo: & in hoc mihi videtur, quòd præfatus notarius rectè moueatur, pro quo adduco gl. in d.l.fi. in verb. legibus. C. de magis. conuen. vbi vult, quòd prius sit conueniendus principalis, quàm scriba, quia non tenetur, nisi in subsidium & d.gl.
7 sequitur ibi Sali. & cõprobatur: nam notarius falsum † scribens æquiparatur mensori, qui falsum modum agri renunciauit, & quemadmodum ille actione in factum ad interesse partis tenetur, ita etiam notarius, quem text. ibi tabularium vocat, & illum tex. ad hoc allegat Bart. in l. Imperator la. 1. in fin. ff. de sta. hom. sed actio non datur cõtra mensorem, nisi in subsidium. l. si duobus. §. competit. ff. si men. fal. mo. di. Confirmantur præmissa, quia si actio, qua notarius tenetur Sempronio ad interesse remedium est extraordinarium: quod ex quo non datur, nisi in subsidium, clarum est, quod prius agi debet contra eum, qui principaliter tene
8 tur, quia † remedium ordinarium cessare facit extraordinarium, vbi sumit originem à voluntate, etiã quòd agatur contra diuersos, vt Bart. dicit in. l. in prouinciali. §. 1. ff. de oper. nou. nunc. dum allegat. l. cum minor. ff. de mino. & l. damni infecti stipulatio. §. emptor. ff. de dam. infec. Idem tenet Salic. in. l. fin. C. si tut. vel cur. inter. Sed d. Sempronius † potest
9 agere contra Marcellum remedio ordinario repetendo indebite solutum. l. fin. C. si ex fal. instr. ergo cessat actio contra d. notarium. Prædicta tanto magis procedunt, quando præfatus notarius petijt, vt periculo suo, & sumptibus agatur contra Marcellum, ad quem pecunia peruenit, & ipse prius excutiatur, quia d. Sempronius hoc tenetur facere. l. vnde queritur, & ibi Bar. ff. cõmo. l. cum plures. §. vestimenta. ff. loca. Bar. in. l. 3. §. vbi duo. 7. q. ff. de duob. reis, Ang. in. l. fin. ff. de pec. & alter Ang. de Aret. in. §. 1. Instit. de duob. re.

SVMMARIVM.

1 *Conductor vbi ratione locationis liberatur, nunquid etiam virtute verborum generalium in liberatione appositorũ liberatus à mutuo in pecunijs & alijs rebus facto censeatur, vide ibi, & declara vt nu. 24. & sub. nu. 25.*
2 *Confessio, qua verbis generalibus creditor asserit esse plenè, & integrè satisfactũ, liberat debitorem ab omnibus his, in quibus antea versus ipsum tenebatur. fallit vt num. 7.*
3 *Verbis generalibus vti contrahentes cauere debent, ne ex effuso nimis sermone in promptum incidant periculum.*
4 *Clausula generalis in remissionibus apponi non potest inuito creditore, nisi quatenus veniret ad robur specialium: apposita tamen trahitur tantum ad specificata, vt nume 9. & 11.*
5 *Verba generalia alio non addito omnia comprehendunt, & etiam species de nouo repertas, quod intellige vt num. 8.*
6 *Verba in proœmio instrumenti apposita denotant causam finalem.*
10 *Transactio & liberatio generalis restringitur ad specificata, vbi recta sermonis ratio non repugnet, aliàs secus vt nume. 13.*
12 *Remissio generalis sine alicuius rei expressione omnia includit secus si ratione certæ rei facta fuerit. & nu. 19.*
14 *Verba generalia restringuntur ad speciem contractus præcedentem.*
15 *Liberatio quando agitur de liberantis præiudicio, est strictè interpretanda.*
16 *Verba liberatoria, quomodocunq; de omni, & qualitercunq; positã instrumento referuntur tantummodo ad specificata in proœmio instrumẽti, quæ denotant causam finalem.*
17 *Clausula generalis & specialis quando dependet ab eadem causa finali, tũc generalis ad specificata tantummodo accommodatur, nisi aliter de mente contrahentium appareat, vt nume 20. & 22.*
18 *Verba quoquo modo apposita in liberationis instrumento augent præcedentia, & solum ad ea referuntur, quæ sunt eiusdem generis cum præcedentibus.*
21 *Transactio tunc perpetuo securum debitorem facit, si fuerit generalis, & generalissima.*
23 *Clausula hæc generalis, & alia, quacunq; ratione, vel causa in instrumento apposita, quum augeant superiora, ad specificata referi non possunt.*
25 *Indiuiduè quid, et quid fieri in specie quomodo intelligatur.*

CONSILIVM. 546.



NTESCRIPTO themate cõsiderato videretur primo aspectu dicẽdum, q̃ liberatio, quã fecit D. Georgius Maruellus præfato nobili Stephano conductori, nõ solum comprehendit annuas pensiones, ad quas tenebatur D. Stephanus, sed etiam frumẽta pro se-
1 minando, & qualescunq; alias pecunias, & res mutuo † acceptas, quia d. mutuata, quæ vulgo impræstantiæ appellantur, fuerunt facta in eodẽ locationis contractu, & per consequens respectu d. locationis, adeò quòd dicuntur pars esse locationis l. fundi partem. ff. de contrah. empt. l. lecta versi.
2 dicebam. ff. si certũ petatur, & generalis † fuit liberatio seu remissio, quæ fuit facta de omnibus quomodocunque, & qualitercunq; occasione d. locationis D. Stephanus teneretur, & de quibus D. Georgius plenè & integrè sibi fuisse satisfactum cõfitetur, ergo generaliter debet intelligi l. pluribus. ff. de acceptil. Bar. Bal. & alij in. l. si de certa. C. de transact. Sali. in l. age in fin. C. eo. tit. non enim relinquenda est verborum proprietas, secundũ quam verba generalia generaliter operantur l. 1. §. & generaliter. ff. de lega. præsta. l. regula §. fin. ff. de iur. & fac. igno. l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfec. vrb. hinc rectè admonet Bal. in l. pactum quod do-
3 tali 16. q. C. de colla. vt † caueant cõtrahentes vti verbis generalibus, ne ex effuso nimis sermone in promptum incidant periculum l. fin. in fin. C. de do. promis. & subdit Bald.
4 quod hac † ratione creditores compelli non possunt, vt apponant in eorum refutatione clausulas generales, nisi quatenus venirent ad robur specialium l. 3. §. 1. ff. de cõtra. iudi. tutel. quod etiam voluit Bart. in l. Aquiliana in fi. ff de transact. Sali. in l. sicut datam. C. de libera. cau. Roma. cons. 155. præmissum laudum secundo dub. Accedat quod Bald. scribit in l. sub prætextu specierum prima oppo. C. de transac.
5 vbi vult post Petr. quòd † vbi verba sunt generalia, veniũt etiam species de nouo repertę propter apertam verborum generalium naturã, quia videtur semper esse in mẽte, quod est in verbo l. Labeo §. idem Tubero ff. de suppel. leg. & licet cogitatũ non fuerit in specie, videtur cogitatum in genere l. qui iure ff. de testa. mili. immo secundum eum, licet non fuerit cogitatum, debuit tamen cogitari, & sibi habet imputare, qui non cogitauit sub verbis generalibus omnia comprehendi, nam stultitia sua aduersario nõ debet nocere argu. not. in l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. Sed præmissis non obstantibus contrariam sentẽtiam arbitror de iure veriorem, pro cuius fundamẽto præsuppono, q̃ inter D. Georgium Maruellum, & D. Stephanum erat tantũ controuersia, & disputatio, de pensionibus & affictibus, quia D. Stephanus dederat multas particulares pecunias D. Georgio in diuersis vicibus, & in diuersis annis. Item petebat remissionẽ pensionis pro eo, quod tempore belli à militibus fuit impeditus interdum colere, & euenerat quodã anno sterilitas & interpellatus fuerat D. Georgius accipere partem suam fructuũ: & ita tempore quietationis accepit, vnde omnibus computatis nõ remansit D. Stephanus respectu pensionũ in aliquo debitor, prout de prędictis colli-
6 gitur † ex proœmio d. instrumenti quietationis, quod denotat causam finalem l. fi. & ibi Bart. ff. de hær. instit. & licet postea in subsequentibus instrumẽti partibus D. Georgius liberet D. Stephanum, ab omni eo, quod occasione locationis

tionis quomodocunq; & qualitercunque sibi debeatur, tamen d.verba non possunt trahi ad mutuata, de quibus nulla
7 fuerat illata mentio, nam † verba generalia regulariter restringuntur ad specificata vbicunq; salua ratione recti sermonis fieri potest, l.quæsitum.§.1.ff. de leg.3.l.Aurelius.§. Sticho ff.de liber.lega.l.fin.§.cui dulcia ff.de vi.triti.& oleo lega.l.legatorum.§.qui plures & ibi Bar.ff.de lega.2.l.quo-
8 ties.C.fam.hercis.per quem tex.dicit ibi Bald.quòd † clausula generalis posita post quædam specificata trahitur ad illa, vnde scribit Albe.de Rosa.in l.1.col.5.ff.de offic. procu. Cæsa. quòd si post plura specificata in mandato, Dominus promittat habere ratum quicquid erit gestum per procura
9 torem d. clausula † generalis restringitur ad specificata per d.l.quotiens.C.famil.hercis. & facit etiã, quod scribit Bart. in l.quod dicitur in princi.ff. de tutel. quod si quis in instrumento fecit procuratorem suum Seium contra Titium in tali causa, & generaliter in omni alia, restringitur ista clausula generalis contra Titiũ & non habet locum cõtra alios propter præcedentia, & sequitur Roma. in sing.155.constituo procuratorem,&c.veniendo magis ad terminos.q.no-
10 stræ,quòd generalis † transactio, & liberatio trahatur tantum ad specificata, si nõ repugnat recta sermonis ratio, probatur in l.si de certa, vbi Bar.& omnes.C.de transac. & in l. emptor §.Lucius vbi etiam Bar.& alij.ff.de pac.& in l.si ita quis.§.fin.ff.de verb.oblig.& in l.si ex pluribus.ff.de solu.& probatur etiam in l.si ex maiore.C.de transact. per quã dicit ibi Cin. quòd si debitor soluat mihi partẽ debiti, & ego creditor faciam generale pactum de non petendo, restringitur quo ad partem solutam,& dicit etiam Bald.ibi in sum
11 mario, quòd † generalis refutatio restringitur ad specialem satisfactionem,& cum predictis etiam tenet Bart.in l.Aurelius.§.Gaio.ff.de liber.lega.colum.pen.versi.Ideo pro declaratione,&c. Comprobatur ex eo,quod Ang. scribit in l. obligatione generali,super glo.in verbo non fuisse.ff.de pigno.vbi querit.Pone quòd habebam debitorem in decem ex causa mutui,& ex alia causa in viginti, feci pactum debitori de non petendo ista decem,& generaliter de omni, & toto eo, quod petere possem vsque in præsentem diem, ad quam remissio generaliter extendatur, Vtrũ erit generalis non solùm quo ad decem, sed etiam quo ad viginti : videbatur, ꝙ traheretur ad omnia, quia generalis remissio generaliter est intelligenda. In contrarium dicit esse veritatem, & ita refert Iaco.de Are.consuluisse per tex. sing. in d.l.emptor in §.Lucius.ff.de pac.nec obstat glo.ibi posita,quæ dicit, ꝙ in dubio non debemus recedere à generalitate verborum per l.non aliter.ff.de lega.3.quia illud procedit quan
12 do † remissio erat generalis, sine alicuius rei expresione, aliàs secus, quia vbi ratione certæ rei facta fuit remissio generalis, vltra illã non extenditur, & pro confirmatione addit Ange.quòd dictũ generale limitatur & restringitur per rationem secũdum suam causam l. cum pater §.dulcissimis ff.de lega.2.l.cum tale.§.falsam.ff. de condit. & demonstr.l. non dubium.C.de ll.Similiter dicit Paul.de Cast.in l.Aqui-
13 liana.ff. de transac. quod † transactio generalis etiã extenditur ad ea,de quibus non erat lis, quando ratio recti sermonis non patitur restringi,vt quia fit liberatio, non solùm de quo erat lis,sed generaliter de omni,& toto eo, in quo teneretur vel teneri posset quacunq; ex causa,quę dici vel cogitari posit, sed si fieri poterat restrictio, puta lis erat de pertinentibus ad mensam nummularij, & aliquo dato fuit facta liberatio,in quibus poterat ille teneri quacunq; ex causa illa verba possunt restringi ad plures causas pertinẽtes ad mensam, quia nummularij de pluribus negotiantur, ideò tunc fit restrictio de rebus tantũ admensam pertinentibus, non autem de his, quæ sunt extra mensam allegat text. in d.l.emptor §.Lucius. Accedat etiam ꝙ voluit Abb. consi. 114.In quæstione mouenda.2.lib.vbi concludit,quòd si socius faciat socio plenam liberationem, de omni debito oc-
14 casione societatis dato,quòd postea subdat,quòd † ex quacunq; ratione vel titulo debeat,illum liberat, intelligitur ratione societatis, quia verba generalia restringuntur ad speciem contractus præcedentem, per d.l.si ex pluribus cũ ibi no.per Bart.ff.de solu.& per eundem in l.sub prætextu spe-
15 cierũ.C. de transac. & in d.l. Aurelio §.Gaius & quia † quũ agatur de preiudicio liberantis,stricta debet fieri interpretatio,quum nemo presumatur iactare suum l.cum de indebito ff. de probat. & quia fienda est in dubio interpretatio cõtra eum,qui fundat se ex verbis l.veteribus.ff. de pac. Sic
16 in proposito dicendum, ꝙ † illa verba liberatoria quomodocunq; & qualitercunq; Stephanus debeat, intelliguntur restricta ad pensiones & affictus.de quibus in precedentibus habita tantum fuerat mentio,quum ratio recti sermonis non impediat quin ad ea tantũ posśint referri, quod tanto magis procedit, quia non tantũ pensio consistebat in pecunia,sed etiam in appenditijs plurimis, veluti porco, caponibus, pullis, columbis, caseo, vecturis, & alijs similibus, nam ab his cõnexis, & accessorijs intelligitur liberatus per d.generalia verba l.si cum tibi,& ibi Barto.C. de iudi.l.2.in prin.ff.si quis caut.l.fin.in fin.ff.de eo,quod cer.lo. Barto.in. d.l.Aurelius.§. Gaio. in fin. cum alijs adductis per Alex. in d.l.si de certa in primis verbis.C. de transactio. Corroborantur præmissa, quia pensiones, & affictus qui debbeãtur per D. Stephanũ erãt causa finalis liberationis, vt patet ex principio instrumẽti,vbi hoc latè exprimitur, & vbi vtraq;
17 † clausula tam specialis, quàm generalis depẽdet ab eadem causa finali, tunc generalis ad specificata restringitur secundum Bald.in d.l.pactum quod dotali 14.q.C.de colla.& dicit Oldrad. consil. 297. Domina Stella col.2.in 5.fundam.
18 quod † verba illa quoquo modo sunt ampliatiua præcedentium solùm quo ad ea quæ sunt eiusdem generis cum præcedentibus.l.fin.§.cui dulcia ff.de vin.trit.ole.que lega.l.sed si adijciatur.ff. pro soc. Sed in præcedentibus continebãtur tantum ea, quæ pertinebant ad pensionem, non autem ad mutuum, quod est penitus diuersi & separati generis. Ex
19 prædictis solutio cõtrariorum colligitur, nam † loquuntur quando generalis absolutio fuit facta non habito respectu ad certam rem, & nullatenus præcedebat enumeratio specierũ. Nam qui simpliciter omne dicit, nihil excludit l.Iulianus.ff.de lega.3.l.à procuratore.C.manda. Vel posito, ꝙ
20 præcessisset specierum enumeratio, tamen † apparebat de mente partiũ voluisse vlterius absolutionẽ extendi, vt quia fuisset liberatio facta ab omni causa, quę dici vel excogitari posit: nam tunc videtur in genere cogitatum de omni re & causa,seu cogitari debuit, quum verba illud significarent,vt superius est dictũ, & ponit Bart. in d.l.Aurelio §. Caius.col.fin.& in d.l.sub prætextu specierum, & ibi Ang.
21 dicit,quod † debitor erit perpetuo securus,si apponi faciat, quòd transactio sit generalis,& generalissima: & idem dicit Ang.in l.qui Romæ.§.duo fratres 2.q.ff.de verb.oblig.
22 & in l.sicut certi in fin.C.de testa.mili. Idem † dicendum si liberatio fuit facta non solum à narratis, sed etiam ab alijs quibuscunq; vel à quacunq; alia causa. Illa enim dictio alia ostendit partes voluisse à præcedẽtibus recedere, quum ad ea salua ratione recti sermonis referri non posit, vt Barto. sentit in d.l.emptor §.Lucius, & dicit Paul. de Castr. consi.
23 333.Dubium videtur prima facie, secundo lib. quòd † illa verba quacunq; alia ratione vel causa posita sunt ad augendum superiora, ideo ea debẽt augere l.ea tamen adiectio ff. de leg.3.& dicit etiam Alexan.consi.11.Viso & vt oportet considerato colum.2. lib. 2. quod illa generalis clausula, & alia quacunq; ratione vel causa non potest ad obligationes specificatas referri,vt est bonus tex. in l.Stichus in princ.& in l.alimenta.§.basilicæ.ff. de alim.& cib.leg.l.cohæredi.§. qui patrem.ff.de vulga. & pupi.l. doli clausula.ff. de verbor. obliga.l.sanctio legum.ff.de pœn. In casu autem nostro nihil istorum fuit appositum, per quæ apparere posit partes vltra specificata liberationem extendi voluisse.Non obstat
24 quòd † mutuum, sit pars locationis, quia nisi interuenisset illud mutuũ, potest dicere Stephanus aliter non fuisse conducturum,& liberatio fuit facta ab omni eo,quòd tenebatur Stephanus occasione locationis. Respondeo, quòd locatio est nomen generale continens sub se pacta plura &

capitula inter partes cõuenta, vnde liberatio restringitur ad specificata in d. liberatione inter quę nõ sunt mutuata. Etenim si volumus dicere factã esse liberationẽ propter dictũ locationis nomen, sequitur ꝙ generalis sit liberatio, quia nec in specie nec in indiuiduo facta est mẽtio de mutuatis:
25 diceretur autem † in specie facta fuisse mentio de mutuo, si in pręcedentibus aliquã de mutuatis fuisset facta mentio, in indiuiduo autem fuisset facta mentio, si singulę res enumeratæ fuissent, vt patet ex nota. per Bart. in l. 1. in princ. ff. si quis in ius voc. non ie. & in l. fin. C. si con. ius vel vtil. pub. & in l. si quis in principio testamenti, versic. quæro quid si testator dicat ff. de lega. 3. quum igitur nec in specie nec in indiuiduo sit facta mentio de mutuo, sed si qua fuit respectu præfati mutui, ea fuerit generalis, quia dictum fuit occasione locationis, stamus in superiori conclusione, quòd generalis liberatio non extenditur vltra specificata. Et ita in præmissis concludo.

SVMMARIVM.

1 *Dotale prędium mulier nunquid pro alimentis sibi, & familiæ comparandis possit alienare durante matrimonio, declara vt nume. 19.*

2 *Dotalis fundus dicitur donec durat matrimonium.*

3 *Confessio mulieris de alimentis ab alio perceptis marito nõ præiudicat, nisi plenè id probatũ fuerit, ab eo scilicet qui mandatum alendi non habeat vt nu. 9. quod declara vt nume. 20. & 23.*

4 *Confessio debitoris asserentis se prius bona hypothecasse alteri, quàm Seio, etiam si facta fuerit in iudicio, & iuramento vallata, Seio non præiudicat.*

5 *Confessio de recepto ab vno facta non præiudicat anterioribus creditoribus.*

6 *Confessio de recepto facta inter sanguinis coniunctos, sicut donatio, alio non apparente est de veritate suspecta.*

7 *Versio in rem probatur per probabiles cõiecturas, quod expone, vt nume. 8.*

10 *Vxor à viro debet ali dote soluta. Amplia vt n. 13. & 14.*

11 *Dos propter annexum onus alimentorum dicitur haberi titulo oneroso.*

12 *Vxori sicut pro dote, ita & pro alimentis, mariti bona sunt tacitè hypothecata.*

15 *Dotem restituere vir cogitur, qui sua culpa vxorem expulit, vel vxor fugit ab eo.*

16 *Vxori alimenta qui viro absente præstitit, sicut negotiorum gestorum actione repetere potest, tanto magis potest pecuniam pro eis, ab vxore receptam retinere.*

17 *Vxor vbi mariti pecuniam alicui pro alimentis ab eo perceptis dederit, tunc illa pecunia dicitur in rem mariti versa. quod limita vt nu. 36.*

18 *Versio in rem mandato & ratihabitioni adæquatur. & sub nume. 28.*

21 *Prælati confessio, quòd pecuniam mutuo receperit pro alendis, & uestiendis monachis, tũc ecclesię pręiudicat, quando fuit ipsius ecclesiæ indigentia, & suppletio probata.*

22 *Versio in rem tunc à nõ mandatario probatur, vbi quid probatur impletum, quod implendum erat necessarium vel vtile. alias secus. & nu. 28.*

24 *Confessio vnius tunc tertio præiudicat, quando verisimilibus indicijs, & coniecturis coadiuuatur.*

25 *Dos confessionata per maritum de numeratione non constante, licet tanquam simulata & animo donandi facta non probet, probat tamen alijs indicijs & coniecturis accedentibus.*

26 *Confessio apparens pro parte vera, vera tota præsumitur, & econuerso vbi pro parte apparet falsa.*

27 *Maritus vxori ægrotãti medicinas præstare tenetur etiam vltra dotis quantitatem: nisi vxor habuerit aliunde.*

29 *Obligare quis alterum potest, qui non mandauit vbi est secutus euentus.*

30 *Impensæ non præsumuntur ab eo factæ, qui tenebatur, nisi alijs indicijs & coniecturis accedentibus.*

31 *Alimenta præsumuntur ab eo præstita, cum quo quis moratur & vixit, eo, qui alitus est, incapace ad se alendum existente.*

32 *Alimenta non præsumitur absens præstitisse nisi probet.*

33 *Diuitiæ non præsumuntur, nisi ab allegante probentur.*

34 *Debitor soluendo pecuniam quantuncunq; furtiuam dominium transfert in creditorem, & liberatur, si modo creditor in bona fide existat, alioquin secus.*

35 *Vxor totum quod habet constante matrimonio præsumitur esse viri.*

37 *Actiones personales non competunt contra tertios possessores. fure excepto.*

CONSILIVM. 547.



IGENTE bello inter potentissimos duos Reges marito in militiam profecto, mulier remanens in domo mariti aduocauit ad se fratrem, & per triennium ipsa cum liberis communibus, & ancilla alimenta, vt asserit, suscepit, & ita sequuta postea pace paulo ante quàm maritus domum reuerteretur cõfessa est se alitam à fratre & ei pecuniam pro satisfactione tradidit, quæ dicitur fuisse dotalis. Modo reuersus maritus vendicat d. pecuniã tanquam suam à fratre, qui excipit de alimentis vxori & familiæ præstitis. Quæritur an maritus obtinere debeat. Et pro marito adducitur Bald. consil. 53. Quædam Ricabella
1 versic. sequitur videre lib. 5. vbi quærit an † mulier ratione famis possit vendere fundum dotalem, & arguit primo, ꝙ sic, nã propter hanc causam si vxor possidebat patiente viro, videtur ei dos restituta cõstante matrimonio l. quanuis & l. si ideò. ff. sol. mat. ideò videtur, ꝙ d. domus desierit esse dotalis, & sic allegari potuerit, & ad hoc facit, quia necessitas non habet legem l. ob æs. C. de præd. mino. l. 1. ff. de off.
2 consu. In contrarium adducit, quia † fundus siue domus est dotalis donec durat matrimonium, ergo per l. Iuliam prohibetur alienari. Item quia dominium est viri, ergo mulier non potest alienare rem viri l. doce ancillam. C. de rei vendica. l. 1. C. de fun. dot. l. si ita Præsidum. C. de iur. dot. & ita transit ibi Bal. & sic videtur decisio ibi esse in terminis, quũ præsupponatur pro cõstanti pecuniam fuisse dotalem. Præterea adducitur pro parte mariti, ꝙ quum non sit probatũ sufficienter, quòd ipse frater cõuentus præstiterit alimenta vxori & filijs prædicti mariti eiusdemq; patris, nisi per con
3 fessionem d. vxoris, † talis confessio non præiudicat marito sicut regulariter confessio vnius nõ solet pręiudicare tertio l. Seiæ mancipia ff. ad Velleia. l. quæ autem. §. similique modo. ff. quæ in frau. cred. Auth. quod obtinet. C. de bon. proscrip. l. Deo nobis. C. de Episco. & cler. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habean. tradit Paul. de Castr. consil. 133. In causa Ludouici in princ. lib. primo vbi adducit alia iura, &
4 ibi † vult, ꝙ confessio debitoris, per quam dicit se prius hypothecasse alteri bona sua, quam Seio, nõ præiudicat Seio, etiam ꝙ talis confessio esset facta in iudicio cũ iuramento, quia vt vni soli non crederetur l. iusiurandi. C. de testi. & ꝙ
5 † confessio de recepto non præiudicet anterioribus creditoribus habetur in Auth. Sed iam necesse. C. de dona. ante nup. vbi Barto. & alij, & Bald. in rub. C. de reuo. his, quæ in frau. cred. col. 2. Cano. in cap. si cautio de fide instru. multo minus debet pręiudicare marito, cuius erat pecunia dotalis.
8 Prædicta tanto magis procedunt in casu nostro, quia † confessio emanauit à sorore in fratrem, quo casu propter coniunctionem sanguinis est suspecta de veritate l. pen. in prin. C. de bon. liber. l. data. C. de dona. ponit Bart. & alij in l. post contractum

contractum.ff.eod.titu.Et quia pro fratre adducitur, quòd maritus,non potest petere pecuniam,tanquàm in rem eius
7 versa fuerit,& ad probandum † aliquid esse in rem versum sufficiunt probabiles coniecturæ, vt videtur in proposito, eo,quia vxor egebat alimentis,nec fuerit à marito alita, sicut videmus in eo, qui tenetur probare pecuniam mutuatã versam esse in vtilitatẽ ecclesiæ sufficit probare ecclesiam indiguisse pecunia,& in eo,qui mutuat præposito,nauis reficiendæ gratia,sufficit probare nauem in causa refectionis fuisse.l.fi.ff.de exercito. Bal.Cin. & alij in Auth.hoc ius porrectum.C.de sacrosf.eccl.Bal.in l.1.in fin.C.si aduersf.credito.Fede.de Se.cons.119. Nulli dubium est, quia responderi
8 potest predicta procedere † in prelatis tutoribus,& alijs habentibus expressum mandatum ad contrahendũ à lege vel ab homine,tunc sufficit probare in rem versionẽ per coniecturas: vbi aũt nullum præcessit mandatũ,debet plenè probari in rẽ versio l.3.§. si sic & ibi gl.in verbo,quo vertatur, & ibi etiam Sali.ff. de in rem vers. C. quod quibusdã de fideius.& ibi Inno.& tradit Bar. in l.1.§.non aũt & l.fin.ff.de exerci.& in l.doli mali col.2.versic.& pro hoc induco.ff.de nou.& in l.cetera §.fi.vers.per hoc determinat.ff.de lega.1. Pau.de Cast. cons.337. Primo quæritur posito, ꝙ de vero, secundo dub.lib.1.Sed in proposito iste frater non habebat
9 mandatũ à marito ad alendum, ergo † aliter, q̃ per confessionem mulieris debet probare se aluisse: nam confessio,vt dictum est, in præiudiciũ mariti nihil operatur, & per hoc respondetur ad tex.in l.fin.C.de ali.pup. præst. quia ille tex. loquitur in tutore,qui habet liberã,& erat legitimus administrator pupilli, & ex tutelæ officio, quod gerebat incumbebat pupillũ alere, vnde nimirum si ex eo, ꝙ pupillus inuenitur alitus, ab eo præsumitur alitus, qui tenebatur, nam vt inquit Pau. de Cast.in præallegato cons. multũ præsumitur pro prælatis & istis legitimis administratoribus, vbi contrarium non apparet l.2.C.qui accu.non pos.l.si multi.ff. de publica.l.tres tutores.ff.de admin.tuto.Itaq; non potest tex.in d.l.fin.extendi ad fratrem, cuius officio non incumbebat sororem nuptã alere, præsumitur ab eo gestus,qui impensam facere tenebatur l.cum seruus, vbi Bart. & alij.ff. de verbo. obl.& ita maritus affirmat se aluisse, quum reliquerit discedens domum instructam multo frumento & vino, ex quibus & eorum venditione mulier poterat sibi & familię alimenta suppeditare. Quibus tamen non obstantibus contrariam sentẽtiam arbitror veriorem, pro cuius fundamento,
10 præsuppono, ꝙ † maritus tenetur alere vxorem dote recepta,quia ideo datur dos,vt eam alat,& totam eius familiã.l. si cum dotem.§.sinautem in sæuissimo.ff.solu. matr.l.ꝙ in vxorem,& ibi Cin.Bar.Bal.& alij.C.de nego. gest. Bart. in trac.alimen.circa fin.vbi dicit non esse dubium, ꝙ quando vir dotem habet, tenetur vxorem alere, quia dotem tenetur reseruare oneribus matrimonij.l.pro oneribus.C.de iu.
11 dot. vnde † propter hoc onus alimentorũ dos dicitur haberi titulo oneroso.l.ex promissione.ff.de actio.& oblig.& facit bon. text. in l.si quis pro vxore.§.fin.ff.de don.in.vir.& vxo.vbi vxor potest cõuenire cum marito, vt se suosq; alat, & dote interim fruatur, quia, vt ibi dicitur, non est donatũ, quod fuit compensatum, ex quo satis colligitur, ꝙ dos habet onus alimentorum annexum: Nam ibi debet esse dos, vbi sunt onera matrimonij, l.is qui Stichum.§.ibi dos.ff. de iu.do.l.si maritus.& l.si filia §.1.ff.famil. hercisc.l.fin.in prin. ff.de dol.excep. Et ideò de alimentis ad dotes infertur.l.cognouimus.C.de hæret.not.Doc.in Auth.res quæ.C. commu.de lega.& in l.1.ff.sol.matr.Bar.in l.Meuius.§.duobus, ff.de leg.2.& in l.fin.col.2.ff.de his quib.vt indig. Et pro ali
12 mẽtis † vxoris bona mariti ita tacitè sunt obligata sicut pro dote. Spec.in titu.de don.in.vir.& vxo.§.formatis vers.sed nunquid bona viri.Bar.in d.l.si cum dotẽ.§. sinautem in sæuissimo,& ibi Pau.de Cast.& Bal.in l.vnica.§.& vt plenius C.de rei vxor.actio.Item procedit etiam ꝙ mulier habeat aliunde vnde se alere possit,quia adhuc pôt à viro alimenta petere iux.not. per Bald. in l.de alimentis.C.de transact.& tenet Alex.contra Fulg.in l.quod in vxorẽ in fi.C. de nego.
13 gest. Item † procedit posito, ꝙ vir duxisset vxorem indotatam nulla sibi dote promissa, quia tunc etiam tenetur vir ad eius alimenta, quũ sit in eius obsequio argu.tex.in l.sicut ff.de oper.liber.iuncta.l.si serui in fin.ff.de a dil.edic. & probatur in l.quod si nulla.ff.de relig.& sump.fun.& Auth.præterea.C.vn. vir & vxo. & ponit Bart.& omnes in d.l.quod in vxorem Inno.in c.per vestras de don.in.vir.& vxo. Bal.
14 in l.pro oneribus in fi.C.de iu.dot. Idem dicendum † quando vir sua culpa expulit vxorẽ, vel vxor fugit ab eo,qui eam verberat, tam tunc, ex quo non stat per vxorem quominus sit in seruitio viri, ali debet, vt post alios inquit Pau.de Cast. in d.l.quod in vxorem glo.in cap.significasti in verbo materia de diuor.quam adducit Bal.in l.1.q.3.C.de leg. & tenet
15 etiam Bar.in tract.alimen.circa fi.imo † tunc eo casu tenetur restituere dotem, vt Bal.scribit in l.fin.in fi.C. si sin.cert. quan.Ioan.And.post Odofr.in addi.Spec.in tit. de don. in. vir.& vxo.§.nunc de dote versic. si vero res immobilis, & Alex.latè scribit cons.26.Viso & diligẽter ponderato col.1. lib.6.Istis sic preludij loco positis veniendo ad rem,dico, ꝙ
16 † quum maritus non prestiterit alimenta vxori,sicut tenebatur,& frater præstitisset, potuisset repetere actione negotiorum gestorũ præfata alimenta à marito l.alimenta & l.si paterna.C.de nego.gestis.l.Nesennius.ff. eo. pro quo facit, quod dicit Cin. in d.l. ꝙ in vxorem, ꝙ si pater filiæ nuptæ alimenta præstat,potest à marito, qui ad ea tenebatur, repetere,argu.d.l.Nesennius & sequitur Rai.Bal. & Alex. ibi.Si igitur potuisset repetere, multo magis potest soluta sibi eo nomine retinere,quia cui damus actionẽ,multo magis exceptionẽ defendimus.l.inuito.§.cui damus.ff. de reg.iur.cũ
17 vulg. Præterea quum pecuniam mariti dederit † vxor fratri pro alimentis ab eo perceptis,dicitur pecunia in rem mariti versa, qa pecunia versa dicitur in causam debitoris vbi creditori eius soluitur.l.3.§.1.ff. de in rem vers. ideò maritus agens ad dic.pecuniam repellitur à fratre excipiẽdo pecuniam in rem eius versam fuisse l.ei qui in fi.C. quod quũ
18 eo, vbi Bal. dicit, ꝙ in † rem versio æquiparatur mandato, vel ratihabitioni,& dicit Bal.in l.si pupilli.§.Item si procuratori versus fi.ff.de neg.gest. ꝙ si contemplatione domini negotium fuit gestũ,tenetur dñs si ratum habet,vel in rem suam fuerit versum, vel negotiũ vtiliter & necessario cœptum.l.sed an vltro.§.1.ff.eo.facit.l.soluẽdo.ff.de neg. gest. & l.solutionem.ff.de solu.& l.si Stichũ.§.fin.ff. de noua.vbi soluens pro alio liberat eum inuitum & ignorantem . Et si diceretur, ꝙ iste frater non probauit alimenta præstitisse. Respondetur, ꝙ imò sufficienter probauit, vt ostendetur inferius in resolutione obiectorum ad quam venio, vt causa ipsa reddatur dilucidior. Non obstat igitur, quod Bal.scribit
19 in d.consi.53.lib.5.quia ibi vir † vxorem interpellauerat ad secum cohabitandum & sibi operandum, & eam existentem contumacem fecerat excõmunicari, vt apparet ibi in themate, vnde qñ sine causa vxor recessit à viro, & nõ vult sibi operari nõ tenetur ad alimenta, quia est, quod mulieris culpæ imputetur, vt Bal. ibidem dicit per tex. in l.consensu C.de repu.& in l.sicut.ff.de oper.lib.& in l.Meuia §.fi.ff.de annu.lega.& vltra Bal.idem tenet Cin.Pau.de Cast.& Sali. in d.l.quod in vxorẽ,Spec.in tit.de spons.§. postremo, vers. quid de expensis,Bal.in l.1.col.pe.C. de leg.& Bal. & Ang. in l.si cum dotem.§.si maritus.ff.sol.mat. nimirum igitur si Bal.in præallegato consi.dixit, ꝙ propter famem nõ potuit dotalem fundum vendere vt rem viri, quia vir non tenebatur tunc ad alimẽta. Sed in casu nostro tenebatur, & potuit mulier, vt se suosq; alat vendere dotem.l.mutus.§. manẽte ff.de iur.dot.non enim habet necessitas legem, vt Bal.ibidẽ dicit, & demum quum facta sit solutio nomine alimentorum, ad quæ maritus tenebatur D. Fratri, debet habere vir ratum, quum in eius vtilitatem fuerit cõuersa . Non obstat
20 dum dicitur † nõ fuisse probatum se præstitisse alimenta sorori,& per consequens non posse imputare marito impendia d.alimentorum, attento ꝙ per testes nihil est probatũ, & confessio vxoris non debet præiudicare marito, & subditur etiam nõ posse probari pecuniam in vtilitatẽ versam

mariti,

mariti,quia talis versio debet plenè probari ab eo,qui nullũ habebat mandatum,secus in eo, qui habebat mãdatum ab homine,seu à lege,vt in prælato & tutore,iuribus, & auctoritatibus ibidem adductis: quia ad prædicta respondeo, ꝙ necessitas penè ipsa nos eò deducit, vt alimenta fuisse per fratrem præstita fateantur,nam quũ maritus nõ præstiterit aliměta,nec mulier haberet vnde se ipsam aleret,& rei euidentia demõstret eam fuisse alitam, quum de vento viuere non potuerit,nec per alium appareant alimenta præstita,dicendũ est à fratre alitam fuisse cũ quo vixit, & morabatur, præsertim cum præter iuris præsumptionem hoc vterq; fateatur: hoc.n.ipso, quod frater ostendit fuisse alitã, & eam secum commoratam fuisse & vixisse, suadere potest æquo iudici à fratre alimenta percepisse, quum per aliũ non constet, & super hac æquitate fundat se Imperator in d.l.fin.C. de alim.pup.præst.& ad hoc bene facit,ꝙ scribit Bald. post Cin.in Auth.hoc ius porrectum col.pen. versi. quæro vtrũ
21 in dubio.C.de sacrosan.eccl.vbi vult,quod † si prelatus confiteatur recepisse pecuniam mutuo,vt alat & vestiat Monachos hæc cõfessio præiudicabit ecclesiæ tanquã probabilis & verisimilis,ꝙ monachi egebant alimentis,vel erãt nudi, & nunc apparet, ꝙ vixerunt, & nunc sunt vestiti,allegat in argu.d.l.fi.C.de alim.pup.prest.& subdit,ꝙ licet posset dici hoc fuisse aliunde, non tñ præsumitur l.si ventri §.fin.ff. de priuil.cred.& ita ista est cõmunis opinio,quod sufficiat prelato recipiente pecuniam mutuo probare indigentiã ecclesiæ,& indigentiam illam esse suppletam seu ablatam,vt latè ostendit Alex.in l.ciuitas.ff.si cer.pet.ad quod etiã bene facit,quod scribit Pau.de Cas.in d.l.fi.ff.de exercito.vbi dicit, quod nullis alijs concurrentibus, qui mutuat pecuniã nauis præposito vt reficiat nauem, si ostendit nauem refectã habet exercitorem obligatũ.l.ei qui in fi.C.quod cum eo,nec potest dici de ea pecunia non refectã, quia præsumitur alio non apparente.l.fin.C.de alim.pup.prest.& idem etiã tenet ibi Sali. Ex prædictis colligitur responsio ad id, quod dici-
22 tur,quod † vbi nullũ adest mandatũ,requiritur ꝙ plenè probetur in rem versio l.3.§ sed si sic.ff.de in rem ver. quia dico,ꝙ plenè dicitur probata in rem versio,vbi probatur necessariam fuisse pecuniã ad aliquod necessariũ,vel vtile implendum,& illud ostẽditur fuisse impletũ, & ita vult Cin.in d.Auth.hoc ius porrectum versi.sed pone quod creditor & Ang.in Aut.de alie.& emphy.§.hoc aũt col.4.vers.ibi si demonstrauerint,vbi vidẽtur ita intelligere text.in d.l.3.§.sed si sic. Ex prædictis pariter respondetur ad id, quod dicitur,
23 † quod cõfessio vxoris nõ potest præiudicare marito, quia d.confessio non tendit in præiudiciũ mariti,ex quo alimenta non præstitit,quorũ erat debitor: ex hoc enim,quod per vxorem soluta sunt alimenta ad quæ ille tenebatur,non est
24 cõditio eius facta deterior. Præterea † cõfessio vnius præiudicat tertio,qñ verisimilibus iudicijs & coniecturis coadiuuatur,vt dictũ est supra allegando Cin.& Bal.in d.Auth. hoc ius porrectum,quos sequitur etiã Rom.in l.ciuitas.ff.si cer.pet.per quę Cõsuluit Insignis Doc.Car.Rui.cons.142. Casus de quo quæritur lib.1.ꝙ licet confessio facta per patrem voluntaria non preiudicet filijs, quorũ bona administrabat.l.certum.§.sed an ipsos.ff.de confess. tñ probat contra filios,vbi ex alijs coniecturis coadiuuatur. Similiter vi-
25 demus, ꝙ † licet confessio dotis receptæ facta per maritũ, tanquam facta vxori animo donãdi, simulata præsumatur, & non probet,vt Bar. dicit in l.cũ quis decedens.§.Titia.ff. de leg.2.cũ alijs adductis per Alex.in l.si diuortio.ff.de ver. obli.probat tñ si pro se habeat indicia & coniecturas, puta, quia maritus postea vxori tanquam dotatę alimenta exhibuit,& habet tunc omnia dotis priuilegia, ita Bal. inquit in rub.C.de priuil.do.col.3.versi.vnde quæritur,&c. Sequitur Socin.cons.82. Super propositis col.1.lib.3. vbi discedit ab his,quæ disputatiue dixerat in.l.1.ff.solu.mat.& subdit Soc. ibidem vnũ,quod in proposito est valde ponderandum, ꝙ
26 † vbi confessio apparet pro parte vera, tota presumitur esse vera,sicut econuerso pro parte falsa,in totũ presumitur falsa,vt contrariorũ eadem sit regula.l.& si cõtra.ff. de vulg.& pupil.Sed in casu isto apparet per testes pro parte vera,quia probatum est per testes, ꝙ frater emit quasdã vestes mulieri.Item ꝙ soluit pro ea aromatario medicinas: nam medicinæ computantur etiam inter aliměta.l. sicut impendia.ff. de vsufr.l.verbo victus cum.l.sequ.ff.de verb.signifi.Bar.in l.legatis.ff.de alim.& ciba.leg.& in tracta.alim.col.2. & te-
27 netur † maritus ægrotanti vxori medicinas præstare etiam vltra dotis quantitatẽ, vbi mulier non habet nec habere potest aliunde, vt Doct. notant, in d.l.quod in vxorem.C. de neg.gest. & in l.si cũ dotem.§.sin autem in sæuissimo.ff.sol. matr. Respondet etiã aliter aduocatus mulieris, ꝙ confessio mulieris dicentis se consumpsisse pecuniam dotalem,vt se suosq; alat,redundat principaliter contra mulierem,tanquam dos iusta de causa sit ei restituta per virum: vnde mulier tantominus habebit de dote soluto matrimonio, & licet hæc consumptio redundet etiam in quandã consequentiam in damnũ mariti, qui priuatur dotis fructibus tñ hoc non est attendendum, quum veniat in cõsequentiam eius, quod principaliter fieri potest, vnde per indirectũ fieri potest,quod directo permittitur l.1.vbi Din.& Bar.ff.de auct. tuto. Superioribus tñ responsionibus magis acquiesco. Nõ
28 obstat,quod frater † nullũ habeat mãdatum ad alimoniam vxoris quia respõdetur nõ esse curandũ de mandato dummodo pecunia sit versa in vtilitatẽ mariti: nam tunc d.fratri, qui libera est persona competerẽt actio vtilis de in rem verso d.l.ei qui in fi.C.quod cum eo,Pau.de Cast.in d.l.fi.ff. de exercito.quum aũt ei sit solutũ potest excipere;quum in rem versio ęquiparetur mandato seu ratificationi,vt dictũ est superius,& istud est,quod voluit dicere Bar. in d.l.cæte-
29 ra.§.fi.ff.de leg.1.ꝙ † quis obligare potest alterum,qui non mandauit vbi sequutus est euentus. allegat d.l.3.§.pen.ff.de in rem vers. Non obstat, quod præsumptio sit pro marito, ꝙ eam aluerit,quia alimenta præstita ab eo,qui tenetur,creduntur l.fin.C.de alim.pup.præst.& nota.in l.cum seruus.ff. de verb.obli. Respondeo,ꝙ hæc præsumptio cessat in casu isto in quo vir nõ habet aliqua bona stabilia, ex quibus reditus percipiat,& ipse toto illo triennio cum dimidio semper absuit. Vnde apparet non potuisse ab eo alimenta percipi, nisi transmisisset ad vxorem pecuniam pro se alenda, quod non apparet nec allegatur. Absentia ergo mariti tollit illam presumptionem,ꝙ ab eo presumatur alita,nam & filius potius præsumitur natus ex marito, & sic ex legitimo matrimonio, quàm ex adulterio, l.miles.§. defuncto ff.de adult.tradit Cin.& Bal.in.l.si vicinis.C.de nup. Bald.in rub. C.de prob.circa fi.Ang.in.l.septimo mense.ff. de sta. homi. Abb.in cap.per tuas de prob. hoc tñ non procedit, quando constat maritum tanto tempore abfuisse,quod non potuerit ex eo filium concipere.l. filium diffinimus.ff. de his, qui sunt sui vel alie. iu. & licet coniunctus præsumatur scire facta coniuncti.l.octaui.ff.vn.cogn. tamen fallit, quãdo esset absens.l. Titius.§.1.ff.de lib.& posth. Bart.in.l.is potest col. 5.versic.nunc videamus.ff.de acquir. hære. quinimo maior est presumptio,ꝙ alita fuerit à fratre,cum quo morabatur, quàm à viro ex eo solo,quòd tenebatur,vt ostendũt verba Imo.in l.quæ sub condi.quæ est.l.antepe.ff.de cond. & demonst.nam ibi innittitur Imo. concordare contrarias opinio.Bar.nam Bar.in d.l.quæ sub cõditione dicit,ꝙ allegans fecisse impensam,duo debet probare,& impensam esse factam,& se fecisse per.l.excellentiæ ibi quibus flagitantibus C.de eroga. mil. anno.lib.12.sed in d.l.cum seruus.ff.de verbo.obli.dicit,quòd sufficit probare impensam esse factam, quia præsumitur ab eo facta,qui tenebatur, per d.l.fin.C.de ali.pup.præst. Imo.pro concordia vult,quòd illud quod di-
30 citur per Bart. in d.l.cũ seruus, vt † præsumatur impensa ab eo facta,qui tenebatur, procedat quando ex circunstantijs subest aliqua verisimilis coniectura, propter quàm sit præsumendum allegantem ipsum fecisse impensam, vt est videre secundum eum in casu d.l.fi. nam ibi apparebat pupillum ibi stetisse & traxisse morã apud tutorem, & alimentatum,& non erat pupillus propter ætatis imbecillitatẽ habilis ad se alendum, ideò surgit præsumptio, quòd tutor eum

 aluerit,

aluerit, secus in casu d.l.excellentia, nam miles poterat sibi ipsi fecisse impensam, ideò marito debet probare se expendisse, & subdit Imol. ꝙ in casu illius legis videretur per hoc dicendum, ꝙ si reperiretur expensa facta in domo, quā inhabitabat ipse seruus, vel in possessione, quā ipse quotidie solicitabat, præsumatur eum fecisse talem impensam, secus fortè vbi reperiretur facta in possessione ad quā ipse nunq̃ accedebat, nā potuisset esse facta per alium aīo donandi, vel repetendi l.fi.C.de neg. gest. ideò probare debet se ipsum impendisse. Hæc sunt formalia verba Imol. in d.l.quæ sub conditione, quem sequitur Alex.in d.l.cū seruus, licet truncatè eū referat. Ecce quod Imo.ibi vult, ꝙ impensa nō præsumatur ab eo facta, qui tenebatur, nisi accedant coniectu-
31 ræ, & loquens in casu d.l.fi.C.de alim. pup. præst. vult † alimenta præsumi ab eo præstita, apud quē quis moratur, existente incapace ad se alendū, qui alitus est quod cōtingit in casu nostro, in quo vxor morabatur cū fratre, & impotens erat ad se alendū, quum aliundè nō haberet, ideò præsumi debet à fratre alimēta suscepisse. Sentit etiā Imo.in præallegato loco, ꝙ absens nō præsumatur alimenta præstitisse, dū ibi ponit exemplū de seruo, qui nunquā accedebat ad possessionē, vt impensam ibidem repertā non præsumatur fe-
32 cisse, & sic † maritus, qui stetit triennio absens nō præsumitur alimenta præstitisse, nisi probetur, & vltra prædicta, ꝙ alimenta præsumantur ab eo præstita, cū quo aliquis moratur & vixit, vult Alex.cōsi.100.Super primo casu col.2.li.1. & bene probatur ex eo, quod Bar. scribit in d.l.cū seruus.ff. de verb.obli.dū vult, quod creditor repetet expensas factas in equo sibi pignori dato, quia præsumuntur tales expensæ factæ, & per eum factæ, & sic vult, Bart. ꝙ expensæ potius præsumuntur ab eo factæ, apud quem est equus, q̃ à Domino, qui ad eas tenebatur. Nō obstat, quod maritus iactat se discedentē multū frumenti & vini domi reliquisse, quia de hoc nihil apparet, & paria sunt nō esse, vel esse & nō apparere.l.duo sunt Titij.ff.de testa. tute.l.Rutilia.ff.de contrah.
33 empt.† diuitiæ.n.non præsumuntur, quia nudi nascimur, vnde, qui allegat diuitias pro fundamento suæ intentionis eas debet probare gl.in l.si vero.§. qui pro rei & ibi Bart.ff. qui satisd.cog. Non facio aūt funda.contra maritum, ꝙ ipse nō potest vendicare pecuniā solutā per vxorem d. fratri, quia nummi alieni cōsumptione vel cōmixtione efficiuntur capientiū.l.si alieni nummi.ff.de sol.& tradit Bart.post gl.in.l. singularia.ff.si cer.pet.vbi Ang. col.3. dicit casum esse mira-
34 bilem, ꝙ soluēdo † quis pecuniā quantuncunq; furtiuā trāsfert dominiū & liberatur, nam prædicta procedūt, vt Ang. dicit qñ creditor accepisset pecuniā, secus si mala, secūdum opin.Din.per l.si de eo §.si quis.ff. ad exhiben. & l.adeò.§. cū quis.ff.de acq.rer.dom.& in l.sed & si pater in fi.ff.ad Macedo.& sequitur hoc ibi Alex.col.2.& Bart. & Imo.in d.l.si alieni Are.in.§. cōstituitur Instit.de vsufr.Ias.in.l.rogasti.§. fi.ff.si cer.pet.vbi pro hoc etiā adducit tex. in.§.nunc admonendi Insti.quib. alie.non licet,l.Cassius ibi eos nūmos sine dolo malo consumpsisset.ff.de solut. Sed hic vr̃ interuenisse mala fides d.fratris, quia sciebat pecuniā esse dotalem, vt in
35 instrumento solutionis cōtinetur, & vlterius † quicquid habet vxor constāte matrimonio præsumitur esse viri l.quintus.ff.de do.in.vir. & vx.l.etiā.C.eo.tit. vnde ex tali scientia videtur frater esse in mala fide iux.tex. in.l.nam & si fur ibi si admonitus fuerit alienos nūmos fuisse.ff.si cer. peta.adeò
36 ꝙ non potest ex cōsumptione pecuniæ se tueri. Deniq; † si maritus probaret se alimēta præstitisse vxori nō posset deesse officiū Iudicis ne frater locupletetur cū aliena iactura l. planè in fi.&.l.fi.ff.de peti. hære. Fateor tñ, quod nō posset agere cōdictione indebiti vel condictione sine causa cōtra
37 fratrem, quia oēs † condictiones sunt personales, vnde nō cōpetunt cōtra tertiū possessorem excepto fure.§. sic itaq; Insti.de actio.l.ff.in fin.ff. vsufr.quemadm.caue.& nullū gestum est negotiū inter maritū & fratrē, vt personalis actio cōpetere possit.l.si in area ff.de cond.inde.vnde non deficit actio marito sed ea repellitur exceptione negotiorū gestorū, seu de in rē verso, vt latius in superioribus deductū fuit.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio facta per temporum dinumerationem annua bima, &c. etiam pretio vnico constituto continet totidem stipulationes, quot sunt tempora, secus si per distributiuum in singulos annos & numero 3. declara vt numero 25.*

2 *Distributiui natura in obligationibus importat specificam numerationem omnium conuentorum sub distributiuo.*

4 *Stipulatio annua si est vnica semper firma permanet, statu etiam variato, secus si multiplex.*

5 *Legatum annunm vbi est relictum, tunc plura legata censentur.*

6 *Præscriptio vnica sufficit ad repellendum restitutionem in integrum pro toto tempore vbi vnica tantum est obligatio, secus vbi plures, quod limita vt nu.27.*

7 *Restitutio in integrum læso non conceditur, nisi tātum intra quadriennium à die læsionis computandum.*

8 *Minor vbi se prætendit læsum vltra dimidiam non restitutionem, sed obtinebit rescissoriam fallit vt nu.30.*

9 *Remedium ordinarium tūc facit extraordinarium cessare, quando ambo pro eadem re contra eundem concurrunt. fallit in nume.31.*

10 *Minor vbi prætendit se læsum in pretio, & non in re, debet petere, vt pretium suppleatur, non autem vt contractus rescindatur. declara vt nu.32.*

11 *Transactio non patitur remedium.l.2.C. de rescind. vend. quod decidas vt nu.12.*

13 *Transactio vt subsistat sufficit litem esse extraiudicialiter, & de facto dubio vel incerto, intellige vt nu. 34.*

14 *Contractus vbi rescindi petitur, probare debet petēs de læsione tempore contractus. fallit in casu isto, vt nu. 36.*

15 *Restitutio minori datur tantum propter duo, quādo scilicet captus est sui facilitate, vel dolo aduersarij, non autem contra quod casu contingit. fallit vt nu.40.*

16 *Minor non restituitur aduersus actum, vbi quis potest damnum sicut lucrum consequi licet casualiter ei damnū afferri contingat. fallit & declaratur vt in nu.37.*

17 *Legitima filio à patre tempore eius vitæ assignata, mortuo patre non augetur, etiam quod ex post auctæ fuerint patris facultates.*

18 *Restitutio in integrum minori & ciuitati, non datur aduersus actum, in quo iuramentum interposuerunt, limita vt sub nume.21.& 42.*

19 *Restitutio reipub. conceditur sicut minori, vbi de notabili læsione constituerit, & nu.35.*

20 *Minor & respublica æquiparantur.*

21 *Clausula rebus sic stantibus, & si res in eadem maneat causa, tanquam de generalibus in contractibus subintelligitur, secus in specialibus, vt nu.22.*

23 *Obligans se ad quid faciendū alicui & eius familiæ pro certa pensione, & ex post in tantum familia creuerit, vt ille valde grauatus remaneat, tunc erit officio iudicis subleuandus ab illo onere.*

24 *Verba indefinita & generaliter prolata ad futura non trahuntur, quando resultat magnum præiudicium.*

26 *Stipulatio, vbi quid parte stipulatoris est implendum, quod personæ cohæret, ad tot stipulationes reducitur, quot sunt anni, sed quando non cohæret personæ, tunc vna est pro toto tempore.*

28 *Præscribi non potest officio iudicis, nisi lapsu. 30. annorum.*

29 *Remedium.l.2.C. de rescind. vend. nisi longissimo tempore non præscribitur.*

33 *Remedia plura vbi quis intentat, id censetur illud tentasse, quod sibi magis vtile est & congruum.*

38 *Vsurarius cōtractus dici non pōt, quādo ecclesiæ pro fundo* recepto

recepto promittit aliquem alere tempore vitæ suæ, propter dubium euentũ, nec dicitur ecclesia lædi ex hoc etiã si alimenta excedat fundi valorem, fallit vt nu. 39.

41 *Minor restituitur, quando ad futura non respicit quæ præuideri poterant.*

43 *Iuramentum tutoris, decurionum & aliorum administratorum domino, & vniuersitati non præiudicat, nisi ab ipsis habeant speciale mandatum: Iurati tamen in periurium incurrunt vt nume. 44.*

45 *Vniuersitas animam non habet.*

CONSILIVM. 548.



QVVM communitas quędam taxari soleret per riditũ Marchionalium magistros ad dandum certam quantitatẽ hordei & vini, viliori paululũ pretio, q̃ communiter venderetur Illustrissimo Principi: & solutionem hordei, & vini retinere soleret super compositione ordinaria, seu annuo censu debito eidem, factum est, vt idem Illustr. Princeps donaret d. ordinarium censum & taxum hordei & vini cuidam nobili Domino loci eius consiliario, & cum eo communitas conuenit, vt super d. ordinario censu daret in singulos annos tot sacchos hordei & tot vini metretas pretio tunc conuento, accidit, ꝙ hinc ad aliquos annos pretium hordei & vini, in triplum & quadruplum creuit: petit communitas aduersus loci Dominũ se in integrum restitui ratione suprascriptæ læsionis: & videtur prima consideratione dicendum, ꝙ audiri non meretur, sed cogatur perseuerare in solutione prædicta. Pro cuius cõ-
1 clusionis fundamento præsupponitur, ꝙ licet, quando † stipulatio est facta per temporum dinumerationem, vt quia quis stipuletur sibi dari annua bima trima die, idest primo, secundo, tertio anno, vt Bart. exponit in l. 3. ff. de annu. lega. sint plures stipulationes, & totidem quot sunt tempora, tamen quando est facta per distributiuum in annos singulos, vnica tãtum est stipulatio, quia vnica tãtum est conceptio: licet multiplices postea sint effectus idest præstationes l. si Stichum. §. stipulatio. ff. de verb. oblig. l. Senatus. §. fin. ff. de donat. cau. mort. & licet in cõtrarium videatur facere, quia
2 † natura distributiui videtur importare specificam dinumerationem omnium conuentorum sub distributiuo. l. si cum annos. ff. quib. mo. vsufr. amit. l. fi. C. de impub. & magis expresse in l. huiusmodi. §. penul. ff. de lega. 1. ergo videtur esse multiplex stipulatio, sicut si facta esset temporum dinumeratio, & super hac difficultate relinquit Bar. cogitandum in d. l. si Stichum. §. stipulatio, sed respondent ibi Bald. Cuma.
3 Imo. & Rom. quòd † propter distributiuum censetur multiplex stipulatio scilicet respectu effectus præstationũ, quia plures fieri debent præstationes: non tamen oĩno est multiplex stipulatio, sicut si facta esset multiplex dinumeratio: quia tunc sunt plures conceptiones verborũ, ideo plures videntur stipulationes, secus vbi facta est per distributiuum: quia vnica videtur stipulatio, sub vno verborum contextu concepta argu. l. scire debemus versi. stipulatio. ff. eo. tit. vbi stipulatio familiæ & omnium seruorũ vna est. Itemq; quadrigæ & lecticariorũ stipulatio vna est. Sed si quis per dinumerationem singularem illud, & illud stipulatus est, tot sunt stipulationes, quot corpora, & probatur hoc idem in l. si ex toto. §. fin. iuncta glo. ff. de lega. 1. His sic pro fundamento iactis, videtur primo intentioni cõmunitatis obstare, quia
4 † quum sit vnica stipulatio & per consequens, vnica obligatio, vnica actio pro omnibus annis: sequitur quod non debeat inspici valor singulorum annorum, sed inspici tantum debeat valor tempore contractæ obligationis: quo tempore vtraque pars fatetur iustum pretium pro hordeo & vino fuisse, & per consequens communitatem læsam nõ fuisse, ideò restitutionem in integrũ concedendam non esse, hoc enim habet vtilitatis inspicere num sit vnica, vel multiplex stipulatio, quia si est vnica, semper firma permanet variato etiam statu, secus si multiplex: vnde si filius annuũ quid stipuletur patri, quia stipulatio est vna, acquiritur totum patri, etiam, ꝙ postea filius emancipetur l. si filiusfam. ff. de verb.
5 obli. sed † si annuũ legatum factũ esset filio, quia tunc plura sunt legata. l. si in singulos & l. cũ in annos. ff. de annu. lega. tunc tm̃ acquiritur patri pro tempore quo est in potestate: Sed pro alio tempore, quo deinceps reperit se emancipatũ legatũ sibi acquiritur, quia singulis annis quodãmodo nascitur, vt inquit Pau. de Cas. in d. l. si Stichũ. §. stipulatio. Secun
6 do cõtra communitatem facit, quia quũ † obligatio sit tm̃ vna, sufficit pro omnibus annis vnica præscriptio, secus si plures essent obligationes, quia pro quolibet anno, quo annua promissio deberetur, incipit noua pręscriptio gl. & Bar. in l. cũ notissimi. §. is illud. C. de præscri. 30. anno. & in l. de pupillo §. si pluribus. ff. de ope. no. nunc. ex quo sequit̃, quod
7 à die † læsionis vnicum tm̃ quadrienniũ currit, quod datur petentibus restitutionẽ in integrũ l. fi. C. de temp. in integ. rest. peten. c. 1. de in integ. rest. in 6. Cle. 1. eo. tit. non aũt requiruntur plura quadriennia, ex quo (vt dictum est) in casu isto stipulatio tm̃ est vnica. Tertio refragatur voto cõmunitatis id, quod Bar. scribit in l. 1. C. si aduer. fis. vbi post glo.
8 ibi vult, ꝙ vbi † minor prætendit se lęsum vltra dimidiam, tunc non datur ei restitutio, sed cõpetit ei rescissoria l. 2. C. de rescin. vend. quia remediũ ordinariũ facit cessare extraordinariũ, & sequitur hoc ibi Ang. & probatur etiã ex do-
9 ctrina, quã ponit Sali. in l. fi. C. si tut. vel. cur. interu. vbi † tangit an auxilium ordinariũ faciat cessare extraordinariũ, & in quodam membro suæ distinctionis cõcludit, ꝙ vbi quis potest consequi idem per vtrumq; & ambo auxilia competunt cõtra eundem, auxiliũ extraordinariũ cessat l. in causæ la 2. ff. de mino. Accedit ꝙ Bar. scribit post gl. in l. si quidem
10 C. de præd. mino. vbi inquit, quod † qñ minor prætendit se læsum nõ in re, sed in pretio debet petere vt pretiũ suppleatur, non vt contractus rescindat̃ ita dicit probari in illo tex. & in l. si res. §. 1. ff. de iu. do. & cum d. opi. post multa transit etiam Sali. ibi. Quarto adducitur cõtra cõmunitatem, quia quum lis esset & quæstio inter dñum loci de quantitate, & pretio d. hordei & vini deuentũ fuit ad d. transactionem, in qua conuentũ fuit de quantitate & pretio, vt in instrumẽto
11 legitur, † sed in transactione nõ habet locũ remediũ d. l. 2. C. de rescin. ven. §. nunc dicendũ vers. quid de transac. Inn. Ioan. And. & Pet. de Anch. in c. cũ causam de emp. & ven. Cin. Bal. & Sal. in l. 2. C. de rescin. vend. & hanc opinionem tenendo res vr̃ expeditissima cõtra communitatem. Vel tenendo aliam opinionem, quæ videtur esse communior, ꝙ habeat locũ remedium d. l. 2. in trãsactione, quã tenet Bart. in d. l. si quis cum aliter. ff. de verb. obli. cũ alijs ibi adductis per Alex. adhuc cõmunitas obtinere nõ potest, quia in hac læsione vltra dimidiam debet haberi ęstimatio nõ ad rem, sed ad dubium litis euẽtum, & ita loquitur Bar. & sequaces, cuius quidẽ dubij euentus nulla fuit mentio in actis, & multo minus probatio. Idem dicendũ si teneamus opinionem Corn. consil. 27. In primo consultationis articulo lib. 4. vbi
12 pro † concordia opinionũ distinguit, ꝙ aut est lęsio vltra dimidiam in modico, & non cõpetat remedium d. l. 2. aut est vltra dimidiam maxima, & tunc cõpetat, & procedat sn̄ia Bar. & sequacium. Sed in casu isto nõ est saltem probatum de tam magna læsione vltra dimidiã. Et si dicatur non fuis-
13 se litem vllã, respondetur, ꝙ † sufficit litem fuisse extraiudicialiter & de facto, ad validitatẽ transactionis. l. 2. vbi Bart. & alij. C. de transac. Bart. in l. causas. C. eo. tit. quinimo dicit Lancel. in l. de fideicom. C. de transac. ꝙ de substantia transactionis nõ requiritur esse litem, sed sufficit rem esse dubiã etiã absq; lite, vt probatur in illo tex. & in l. de alimentis supra eo: vnde. Iurisc. in l. 1. ff. eo. dixit transactionẽ esse de re dubia, & lite incerta, ponẽdo copulã, &, pro disiunctiua. l. 1. & ibi Bar. ff. de his, qui not. infam. pro quo vltra eũ facit, qa vbi probabile est dubiũ, ibi verisimiliter debet esse lis, ideo sufficit ꝙ lis sit in spe probabili licet re nõ subsit, & fiat p̱p̱ litem trãsactio, licet nõ fiat in lite gl. & Doc. in d. l. 1. ff. eo. ꝙ

autem super hoc fuerit aliqua lis inter dominū loci & communitatē probatur ex illis verbis insertis in procemio, volentes insimul pacifice viuere, nam pax, sedatio dicitur discordiæ, vt Bald. diffinit post Arch. in l. de fideicommiss. C. de transac. Ant. de But. & Abb. in c. 1. de treg. & pac. Quinto deducitur, ꝙ imo nulla est læsio, quia Domino loci non soluitur nisi dimidia quātitas hordei & vini eius, quod erat solitum solui Illustrissimis Principibus, Item soluit dimidiā præfatā Domino loci, in ipsomet oppido, quū antea quantitatem taxatam per Specta. reddit0ū magistros vehere tenerentur ad Ciuitatem Casalis vetus domicilium Marchionum distans per octo miliaria, & sic lucrantur vecturam dictorum hordei, & vini, cuius non leue est onus, & has duas vtilitates, quas consequitur cōmunitas non potest ipsa dissimulare, quia de eis fit mentio in instrumento conuentionis, quod per eius syndicum est productū. Sexto obstat ei-
14 dem communitati, quia † petens rescindi cōtractum probare habet de læsione, quæ fuit tempore contractus. l. si voluntate. C. de rescin. vend. & ponit Bart. & alij in l. 2. eo. titu. Cano. in c. cum causam de empt. & vend. Sed in proposito apparet, quod tempore cōtractus hordeum & vinum fuit æstimatum pretio iusto. Septimo non potest ratione conqueri communitas de d. contractu, eo ꝙ pretium hordei,
15 & vini fuerit adauctū: nam id † fortuna & casu contigit & veluti facto, aduersus quod nō datur minori restitutio. l. verum. §. sciendū &. §. si locupleti. ff. de mino. datur enim propter duo tantum restitutio minori, vel quādo captus est sui facilitate, vel dolo aduersarij, vt not. in d. §. sciendum. & in l. nam & postea. §. si minor ff. de iureiu. Octauo pro domino contra cōmune affertur, quia dato, quod pretium ex accidenti creuerit tñ etiam potuit decrescere, quod fuisset in fauorem communitatis & damnum Domini, vnde quādo
16 † aliquis ex aliquo actu, potest ita consequi lucrū, sicut etiā damnum, licet casualiter contingat afferri damnū, non dicitur lædi, adeò quod nec etiā minor restitueretur. l. si ea lege C. de vsu. l. si pater puellæ. C. de inoff. testa. l. de fideicomm. vbi Alex. post alios tradit. C. de fideicommiss. Bal. in l. cum
17 Archid. Medoram. C. vt in posse. lega. vnde videmus, ꝙ † si pater assignasset filio legitimā tempore eius vitæ filius mortuo patre nihil amplius petere potest, etiam ꝙ auctæ fuissent patris ex post facultates ratione dubij euentus, quia sicut potuerūt crescere, ita pariter potuissent decrescere arg. d. l. de fideicommiss. cū iuribus concordantibus, ita not. decidit Iac. Butr. in l. pactum quod dotali C. de colla. quem refert & sequitur Bal. in l. 2. C. de reuo. his, quæ in frau. cred. & in l. fin. pen. col. C. de vsu. rei iudi. & in Auth. res quæ, versic. quæro statuto cauetur. C. commu. de leg. Ang. in l. si proponas. §. cū hæreditatem. ff. de inoff. testa. & in l. stipulatio hoc modo concepta & ibi etiam Imo. ff. de verb. obliga. Nono
18 in præsenti actu † interuenit iuramentum, quod facit, vt in integrum restitutio cessat, non modo quando minor, sed etiam quando ciuitas iurauit, vt vult Bald. in l. generaliter colum. 1. C. de reb. cred. Ias. in Auth. sacramenta puberum colum. 18. versic. 8. aduerte C. si aduers. vendi.

In contrarium pro communitate contra dñum arguitur
19 præsupponendo in primis, ꝙ † vbi respub. læditur notabiliter, restitutio in integrum concedi debet, quemadmodum concederetur minori cui æquiparatur l. respubl. C. ex quib. cau. maio. l. rempub. C. de iure reipub. lib. 10. c. 1. de in integ. rest. in. 6. Bar. in l. nulli. ff. ꝙ cuius. vni. nomi. quod proculdubio procedit in vniuersitatibus castrorū, quæ sua expediūt negotia per administratores & cōsiliū, vt tenet Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de rest. in integ. in. 2. parte. §. 2. vers. Idem quoq; in addi. magna gl. Bar. & alij in d. l. respu. Rom. cons. 423. Pro pleniori. 2. dub. Soci. in l. pen. per illū tex. ff. de excep. & dicit Anto. de Butr. in ca. auditis. 2. oppo. de in integ. rest. quod hac ratione potissimū datur restitutio Reip. propter viduas, pupillos, & aliàs miserabiles personas, quæ sub vniuersitate comprehenduntur. Hinc etiam est, ꝙ in paruis vniuersitatibus, quæ sua per alios nō gerūt negotia, sed quotidie se ipsas cōgregant, & vnum corpus faciunt, competit etiam restitutio, quia in eis sunt infantes, pupilli, mulieres, furiosi, quibus non debet per aliorum factum præiudicari, & ita tenet Ioan. Andr. in addi. Spec. de in integ. restit. loco præallegato Iaco. de Are. Bal. Pau. de Cast. & Sali. in d. l. respub. C. ex quib. cau. maio. Abb. in c. 1. col. 4. versi. Sed dubitatur quid in castris de in integ. rest. Corn. consil. 148. Viso quodam protocollo col. 2. lib. 1. Soci. cons. 66. Viso compromisso lib. 4. His sic pro fundamento iactis dicitur cōmunitati restitutionem esse concedendum, quū euidenter appareat de læsione ex d. contractu, ex quo pretiū hordei & vini in quadruplum creuit: iste enim contractus gerit similitudinem emptionis & venditionis, quum communitas det hordeum & vinū Domino loci & ab eo pretium recipiat,
20 & videmus ꝙ † si minor, cui resp. æquiparatur, vendat rem minus, quàm oporteat, in integrū restituitur l. patri §. prædium. ff. de mino. facit. l. nō omnia in fin. eo. tit. vbi si minor subiecit se oneri, ad quod non tenebatur, restituitur. Potest etiam dici alia via succurrēdum esse cōmunitati, quia iusta interpretatione debet intelligi d. contractus rebus sic se habentibus, prout habebant tempore contractus: nō autem vbi pretium rerū in tantum augeretur, quātum antea nun-
21 quam cōsueuisset, nam † in cōtractibus subintelligitur clausula rebus sic stantibus, seu si res in eadem causa maneat, l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. l. si cōuenerit. ff. pro soc. l. cum quis in princ. & l. si Cornelius. ff. de solu. l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obli. l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. tradit Petr. de Anch. consil. 82. prima facie videtur dicendum Ias. in l. quod seruus. ff. de cōd. ob cau. & hoc procedit etiam in iuramento, quia in eo subintelligitur clausula rebus sic stantibus cum inter de renuncia. cap. breui de iureiur. ca. quemadmodum eo. tit. & ibi glo. in verbo conditio, quæ dicit ꝙ
22 † speciales conditiones nunquam subintelliguntur etiam si mente concipiātur cap. vlt. in fin. 32. q. vlt. l. si repetendi. C. de cond. ob cau. generales tñ multæ subintelliguntur, vt si Deo vel Papæ placuerit, si mihi seruabitur fides, si non immoderatū quid percipiatur: si facultatem habuero faciendi, demū alia multa generalia subintelliguntur, quæ ibi enumerat glo. & alia addens Ioan. Andr. & inter alia generalia, est hæc cōditio, de qua nunc agitur, si res eodem statu permanserit ca. ne quis. 22. q. 2. Et magis in specie adduco tex. in c. quanto de Censi. per quē dicit ibi Abb. antiquus, Host.
23 & alij, ꝙ † si quis obligauit se ad coquendū panem alicui, & eius familiæ pro certa pensione, & postea in tantū creuit familia, vt ille remaneat valde grauatus, erit illi prouidēdum officio iudicis, vt ab illo onere releuetur, & ita etiā concludit Berthol. Brixi. in q. l. quæ incipit Paterfami. & plenius q. 48. prout Alber. refert in Auth. hoc ius porrectum col. pen. vers. vnam aliam pulchram qu. C. de sacros. eccl. & sequitur Imo. in Cle. literas col. 12. versi. Item quod promittens coquere panem de rescri. & licet Doct. vario modo loquātur, ista videtur magis cōmunis opinio, vt ex pluribus deducit Ias. in l. quominus. 22. q. ff. de flum. Et considerandum est,
24 quod ibi Ias. dicit in vlti. fundam. ꝙ † sermo indefinitus & generaliter prolatus non trahitur ad futura, qñ resultat maguum præiudicium, ita no. Bar. in l. pen. per illū text. C. quæ res pign. oblig. poss. & not. Bar. in l. si stipulatus fuerim. §. 1. per illum tex. ff. de verb. obli. & ibi subdit, quod ista pars est æquior, & in iudicando retinenda. Sed in proposito pretiū hordei & vini fuit magnopere auctū, respectu pretij, quod tunc & multo ante cōmuniter vigebat, ergo saltem officio iudicis succurri debet cōmunitati ne tam grauem iacturam patiatur. Et quamuis Abb. modernus dicat d. c. quanto procedere, vt aucto fratrum numero non teneantur Monachi procurationem vltra solitū exhibere, attento, ꝙ illa procurationis prouisio processerat ex liberalitate, quia hæc consideratio non videtur bona, nam Pontifex ibi non se fundat in liberalitate aliqua, sed quia non videbatur esse de mente testatoris constituentis illam procurationem, vt aucto fratrum numero illi Monachi tm grauarentur. Ex prædictis patet ad cōtraria fere omnia argumenta responsio, quia illa procedūt, vbi apparet cōtrahentes noluisse se obligare, nisi rebus

rebus sic se habentibus, & mutatio rerum processit. Praeterea potest etiam particulariter ad omnia responderi tenendo d. in integrum petitam restitutionẽ esse concedendam.

25 Ad primum igitur respondetur, quòd † licet stipulatio facta in singulos annos pretio vnico constituto, sit vna & nõ plures, tamen istud procedit in obligationibus simplicibus: secus in respectiuis vbi aliquid vtrinque est implendũ, quia plures sunt obligationes, videlicet vna quolibet anno, vt Bar. scribit in disputatione publicanus quidam in fi. vbi adducit gl. in l. aediles. §. fin. in verbo vno & in verbo pluribus ff. de aedil. edic. sequitur Petr. de Anch. consi. 202. Pluribus rationibus videtur, vbi vult hoc etiam procedere in contractu emptionis & venditionis, sequitur hoc etiã Alex. cons. 103. Perspectis verbis col. 3. vers. & nõ refert lib. 3. In casu autem nostro obligatio videtur respectiua, quia ipsa communitas habet soluere vere hordeum, & vinum, Dominus econtra debet soluere pretium quolibet anno, vnde plures videntur obligationes. Cõfirmantur praemissa, ex eo, quod Bal. scribit in l. ea demum. C. de colla. vbi vult, quod licet in cõtractu inspiciatur initium, ita ꝙ postmodum acquisita ad illud referãtur, quia acquiritur ius spei ab initio l. 2. §. id quoque. ff. de colla. bono. hoc tamẽ procedit nisi requiratur vestimentum per implementum creditorum, nam tunc non fingit retro, allegat tex. in l. si seruus cõmunis Meuij & castrensis. §. cum seruus. ff. de stipu. seruo. & in l. quidam cum filium. ff. de haered. instit. Est tamen aduertendum, ꝙ Bart. videtur tenere cõtrarium in d. l. si seruus communis Meuij & castrensis. §. cum seruus. ff. de stip. seruo. vult enim, quod

26 vbi quid parte stipulatoris est implendum, tunc si illud cohaeret personae, tot sunt stipulationes quot anni, & sic plures sunt stipulationes d. §. cũ seruus & l. post duos. C. de aduo. diuer. Iudi. l. si sterilis. §. fi. ff. de actio. emp. Sinautem nõ cohaeret personae, tunc pro toto tẽpore vna est d. l. si Stichũ §. stipulatio, l. si à colono. ff. de fideius. Adducit etiam glo. in d. l. si ex toto. §. fin. in verbo nummos. ff. de leg. 1. & sic contradicit Bart. his, quae dixit in d. stipulatione: nam ibi quod erat implendum ex parte stipulatoris non cohęrebat personę, & tamen vult ibi quòd stipulationes sunt plures, cuius contrarium dicit in d. l. si seruus cõmunis Meuij & castrensis. §. cum seruus, vbi etiam assignat rationem differentiae, vtrum id, quod est implendum cohaereat personae vel non, & praedictã etiam differentiam tenet Bar. Bal. Ang. Pau. de Cast. Imo. & Alex. in d. l. si ex toto. §. fin. & Bar. in d. l. si sterilis. §. fi. & hanc contrarietatẽ Bar. nemo hactenus scribentium ponderauit. Tenendo tñ istam vltimam opinionem quae videtur magis à Doct. approbata, ꝙ stipulatio sit vna, vbi aliquid est implendum ex parte stipulatoris non cohaerens personae, dicendum est tñ, quod in integrum restitutio competat, quia licet stipulatio sit vna respectu obligationis, tñ est multiplex respectu praestationũ, vt communiter Doct. concludunt, quos superius retuli, ideò, quum praestationes sint plures pro illis annis, in quibus cõtingit laesio in praestationibus, dari debet restitutio: si enim sequentibus annis laeditur cõmunitas pręstãdo hordeũ & vinum, longè inferiori pretio, q̃ vendatur: num dicemus hoc ideo solutã laesionem? quia obligatio ab initio est vnica pro omnibus annis: quum quando deuenitur ad praestationes diuidatur, & repetatur; si. n. illo primo anno, quo obligatio fuit cõtracta fuisset facta solutio pro sequentibus omnibus annis, rectè diceretur non esse in integrũ restitutionem pro futuro concedendam, quum tempore contractus, & eius executionis nulla cõtigisset laesio, sed quum postmodum per aliquot annos pretio variato contingat laesio, nõ video cur nõ huic laesioni debeat succurri: omnes fatentur si obligatio quolibet anno esset noua, daretur in integrum restitutio pro his annis, in quibus cõmunitas laederetur. Cur non idem dicendum si obligatio est vna, & eius dissolutio quolibet anno sit noua, & per singulos annos repetatur. Etenim contractus magis inspiciẽdus est quo ad effectũ, quàm quo ad verba l. insulam. ff. de praescrip. verb. l. si vno. ff. loca. & ad hoc bene seruiunt, quae dicta sunt supra de furnario, qui pro certa mercede promisit coquere panẽ pro se & familia, & quod ponit Cin. post Petr. in l. non modus. C. de serui. & aq. de rustico promittẽte quolibet anno anniuersarium Canonicis, vt aucto multum canonicorum numero ad illud augumentum non teneatur. Potest etiam dici, quòd in illo cõtractu communitas alia ratione fuerit laesa, prout dicam in responsione ad argumentum de dubio euentu.

27 Ad secundum fundamentum, dum dicitur, ꝙ † à die laesionis & eius scientiae cucurrit quadriennium, & quum vna sit obligatio, vnica praescriptio, & per consequens vnicum quadriennium sufficit ad repellẽdum d. restitutionem petitam. Respondetur de d. lapsu quadrienni nõ constare, quũ iam longo tempore lis fuerit inchoata. Vlterius si dicimus communitati succurri officio iudicis in tam graui laesione

28 iux. not. in c. quanto de censib. non † praescribitur officio iudicis nisi spatio annorum 30. l. sicut & ibi gl. in verbo praescriptione, & Bald. C. de praescrip. 30. anno. Bal. in l. 2. col. 3.

29 C. de execu. rei iud. Praeterea intentatum † remedium l. secundae. C. de rescin. ven. quod non praescribitur, nisi longissimo tempore, vt scribentes ibi volunt.

30 Ad tertium, quòd † non potest peti in integrũ restitutio ab eo, qui pretendit se laesum vltra dimidiam, quia remediũ ordinarium facit cessare extraordinarium & competit ordinariũ l. 2. C. de rescin. vend. & adducitur gl. & Bart. in l. 1. C. si aduer. fisc. & ibi Ang. & Sali. in l. fin. C. si tut. vel cur. interue. Respondetur ꝙ ista opinio nõ est bene tuta, quia contrariũ tenet ibi Bal. bonis rationibus. Mouetur enim: quia expedit minori restitui magis in integrũ, quum nõ habeat probare tũc se deceptum vltra dimidiam iusti pretij, & sic propter faciliorem probationem interest sua magis vti iure singulari, quàm communi. Item, quia non tendunt praecise ad idem, vnde vnum non excluditur per aliud. Aliter enim concluditur in libello restitutionis in integrũ, & aliud cõcluditur in libello l. 2. C. de rescin. ven. nec idem est exitus cõtrouersię. Item emanauit d. l. 2. in fauorem, laesi, propterea retorqueri non debet, in damnum minoris laesi Sali. etiam in d. l. 1. C. si aduer. fisc. nihil firmat, sed remittit se ad

31 no. per eum in l. fi. C. si tu. vel cu. interu. vbi vult, quòd † vbi quis minus consequitur per remedium ordinarium, quàm per extraordinarium, tunc extraordinario vti licet, l. in causae la 2. ff. de mino. Nec prędictis refragatur, quòd ad comprobationem partis contrarię adducebatur id, quod scribit

32 Bart. post glos. in l. si quidem. C. de praed. mino. quod † vbi minor non est deceptus in re, sed in pretio, quòd nõ debet petere rem restitui, sed pretium suppleri, quia respõdeo, ꝙ immo tũc etiam potest petere se ad rem restitui, vt dicit ibi Cin. post quosdam, & praecipuè Ricar. Malumb. quia non diceretur restitui minor in integrum, si res sibi nõ restitueretur, & ideò ipso hãc viam eligente, sibi debet restitui l. in causae la 2. §. fin. ff de mino. & ita etiam tenet ibi Bald. licet subdat, quòd reus potest offerre pretij supplementum, quia tunc purgatur deceptio, ergo cessat restitutio. Praeterea om

33 nis cessat difficultas, quia communitas † intentauit etiã remedium d. l. 2. C. de rescind. vend. & censentur remedium sibi magis vtile & magis congruum intentasse. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi.

34 Ad quartum de transactione, Respondetur, quòd † non potest dici transactio, quia vt sit trãsactio, requiritur, quod sit lis l. 1. ff. de transac. vel probabilis timor futurę litis. l. 2. C. eo. vbi Ang. dicit quod Notarj semper apponunt in instrumentis: quũ sit lis vel esse speretur, vt saltem appareat de timore litis. Sed ista verba non fuerunt apposita in praesenti contractu, vt possit dici, ꝙ sit transactio, nec aliunde apparet, quod fuerit lis, aut litis timor. Nec aliquid faciũt illa verba volẽtes in simul pacifice viuere, q̃a illa verba nihil aliud important, quam quod volebant viuere secũdum pacta & conuẽtiones, nam pax à pacto deriuatur, vt inquit Iurisc. in l. 1. ff. de pac. & ponit Spec. in tit. de homicid. versi. Illud aũt quaeritur, & dicit Paul. de Cast. in d. l. 1. ff. de pac. post Ioan. de Ligna. ꝙ pax potest esse inter aliquos etiam nulla praecedente inimicitia, & discordia, & etiã sine pacto, & dato etiã quòd

quòd pax præsupponeret discordiam antecedentem, non tamen discordia infert necessario litem vel timorem litis, vt de se patet. Præterea posito citra præiudiciũ, quòd esset
35 transactio, tamen † communitati competit restitutio, sicut & minori, modo sit aliqua notabilis læsio l. 1. & 2. C. si aduers. transac. non enim requiritur, vt læsio sit vltra dimidiã, sed quodlibet damnum sufficit, dummodo nõ sit minimũ, & l. Seio. ff. de integ. resti. gl. in l. & si sine in prin. ff. de mino. propterea etiam si considerari debeat dubius euentus litis, quẽ in præsenti casu non video, remanet læsio restituenda.

Ad quintum argumentum vbi dicitur nullam esse lęsionem, quia taxata tantum fuit dimidia quantitas eius, quod olim soluebatur Illustrisimis Marchionibus, & communitas lucratur vecturas. Respondetur, quòd etiam his computatis adhuc remanet læsio, pretio hordei & vini valde aucto, prout apparebit ex calculo, ad quem me remitto.

36 Ad sextum argumentum, ꝙ † tempore contractus ęstimanda venit læsio, l. si volũtate. C. de contrah. emp. & communitas eo tempore non fuit læsa, quum tunc fuerint iusto pretio æstimata. Respondetur, quòd læsio vtrum interuenerit consideratur tempore contractus, vbi cõtractus perficitur vnico momento, & nõ habet tractum successiuum & ita loquitur d. l. si voluntate, secus vbi habet tractum successiuum, vel est explicandum aliquid de futuro, quia tunc intelligitur rebus sic habentibus, & succurritur etiã ex æquitate læso & grauato, vt supra deductum fuit in funda. adductis pro parte cõmunitatis, & ad hoc bene facit, quod Bart. scribit in l. inter stipulantem. §. sacram colum. 4. ff. de verb. oblig. quem inferius etiam allegabo: Sed Bart. ibi dum tractat, an inspiciatur, quod euenire potest distinguit aut id, de quo agitur respicit tantum præsens tempus, & nullam habet dependentiam de futuro, & nõ inspicitur, quod euenire potest l. si stipulatus fuero. §. 1. & l. si à colono ff. de verb. oblig. l. sciendum. §. fin. ff. qui satisd. cog. aut respicit futurũ, & tunc si contingere potest secundum naturam, & hominis dispositionẽ, inspicitur quod euenire potest, vt ibi ostendit per plura iura, quæ infra allegabo. Est igitur de mente Bart. quòd vbi pręsens tantum inter contrahentes inspicitur, illud tantum est in consideratione, non vbi futurum: vnde iura, quæ dicunt læsionem tantum esse considerandã tempore contractus, intelliguntur, quando partes respiciebant tantum præsens tempus, non autem tempus futurum sicut hic contingit.

Ad septimum fundamẽtum, quod d. pretium hordei & vini adauctum sit à casu, aduersus quem non datur restitutio. Respondetur, ꝙ immo contingit id facilitate decurionum minus bene cõsiderantium, quod in futurum contingere posset, quũ pretia rerum temporibus varientur, prout mox deducetur, & ideò competere debet reipu. restitutio.

37 Ad octauum dum dicitur, quòd † ratione dubij euentus communitas non dicitur læsa, quia sicut pretium hordei & vini potuit crescere, ita etiam poterat decrescere. Respondetur, quod qñ actus se habet ex verisimili magis ad damnum, quàm ad lucrum, dicitur esse damnosus, adeò quòd si casualiter damnum cõtingat iudicatur de eo, vt damnoso, licet econtrario lucrum cõtingere potuisset, ita inquit Cuma. consil. 114. Antonius Benedicto tertio dubio, vbi ad hoc allegat not. per glo. & Cin. in l. cum frumentum, & in l. ea pactione. C. de vsu. & subdit, quòd hoc casu minor restituitur l. verum. §. si locupleti. ff. de mino. quod comproba-
38 tur, quia videmus in simili quòd † si quis dedit ecclesiæ fundum valentem mille, vt toto tempore vitæ suæ alatur, & postmodum contigerit eum tanto tempore superuiuere, ꝙ eius alimenta longe excedunt pretium solutũ iste contractus non dicitur esse fœneratitius, sed esse licitus, & ecclesia lædi non dicitur ratione dubij euentus, quia sicut longo tempore vixit, ita statim potuisset mori, vt Hostien. dicit in summa sub titul. de vsu. §. in alijs autem casibus versic. quid de his, qui emerunt, Oldra. consi. 207. Vniuersis præsentes literas Ioan. Andr. in addi. Spec. in rub. de vsu. in fin. cum alijs adductis per Alex. in d. l. de fideicommisso. C. de
39 transac. & Ioan. de Ana. in c. in ciuitate de vsu. tamẽ † istud nõ procedit, vbi ille alendus esset vir fortis & iuuenis, quia si verisimiliter esset longo tempore victurus, cõtractus esset illicitus & fœneratitius, & lędi diceretur ecclesia, ita Bal. inquit in l. si pater puellæ in fin. C. de inoff. testa. & in l. si ea pactione. C. de vsu. & cõsi. 154. Instrumentũ sic dicit, quod
40 quidam lib. 2. ecce, ꝙ † ratio dubij euentus nõ habetur, vbi casus magis propendet ad damnum, quàm ad lucrum, & sequitur prædicta Dec. & Curt. Iun. in d. l. de fideicom. C. de transact. In proposito aũt casu versatur læsio, quia pretium hordei & vini parum poterat decrescere, & multũ ac penè in infinitum poterat ascendere, prout etiam contingit, quia in triplum, atq; etiam in quadruplũ creuit, Et in hoc communitas est læsa, quia non debuit se obligare pro certo pretio rerum, quod in futurum multũ poterat augeri maximè interueniente bello, & sterilitate, non enim tãtum spectare debemus præsentia, sed quæ etiam in futurum contingere possunt, vbi res habet dependentiam de futuro, & naturaliter contingere potest. l. si quis domũ. §. & hoc subiungi. ff. loca. l. hæres meus. ff. de condi. & demonst. l. fin. §. si autem auaritiæ. C. commu. de leg. & ibi per Cin. & Bal. & per Bar. in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obliga. & in l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iurisdic. omni. iud. Aret. in §. illud Instit. de rer. diui. vnde bene ad propositum dixit Bal.
41 in l. verum. §. si locupleti per illũ tex. ff. de mino. quod † minor restituitur, quando non prospexit futura, quæ poterant præuideri, quia tunc culpa præcedit casum, & ex eo infert. ad quęst. de molendino, quia si illud emit minor existens in flumine periculoso, & subiectum ad aquarum impetum, restituitur, quum emerit, quod facile poterat deperire.

Ad nonum & vltimum, quod interuenerit iuramẽtum, respondetur, ꝙ tenendo argum. factum pro communitate,
42 quòd † d. contractus intelligitur rebus sic habentibus: iuramentum non obstat: quia iuramentũ recipit eandem conditionem, vt superius est tactum. Item cõmunitas non iu-
43 rauit: Sed decuriones repræsentantes cõmune, vnde † iuramentum tutoris, curatoris, & alterius legitimi administratoris non obstat domino, nisi ab eo habeat speciale mandatum gl. in c. 1. in verbo contractum de restit. in integ. in 6. Ioan. And. in c. 1. deposi. Bal. in c. 1. §. item sacramẽta col. 5. de pa. iura. firma. vers. Item quæro vtrum iuramentũ, & in l. 1. col. 3. C. de pac. & in l. generaliter in prin. C. de reb. cred. quas auctoritates adducit Alex. in consi. 21. Viso compromisso in fi. lib. 5. cui addo magis in terminis nostris Bald. in cap. 1. col. pen. versi. quid si ciuitas de iureiur. eandem opin. tenet Corn. consi. 45. In hac consultatione colum. 2. lib. 2. vbi improbat Bal. in l. generaliter. C. de reb. cred. qui tamen non improbandus mihi videtur, quia loquitur in ciuitate, quæ iurauit, non in decurionibus. Idem tenet Corn. consi. 48. Quoniam in præsenti consultatione col. 1. lib. 3. vbi be-
44 ne vult eos, † qui iurauerunt incurrere in periurium cõtra-
45 ueniendo: Sed non vniuersitatem: quia † vniuersitas animam non habet, ideò quę concernunt animam ad vniuersitatem nõ trahuntur c. Romana §. in vniuersitatem de senten. excommu. in 6. Nec respectu vniuersitatis in vniuerso consideratæ cadit dispendium salutis æternæ sicut in casu. c. cum contingat de iureiur. & in c. quamuis de pac. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio ante cõmissum crimen facta valet, nisi facta fuerit in fraudem fisci.*

2 *Donatio sanguinis coniuncto facta ante commissum crimen, an, & quãdo debeat post condemnationem reuocari, declara vt ibi, & nume. 4. 6. & 9.*

3 *Simulationes & fictiones non præsumuntur causa non apparente.*

5 *Donatio perfecta non reuocatur, propter superuenientem casum. fallit, vt nu 10.*

7 *Instrumentum fictitium qui dicit, speciem & causam fictionis probare debet, ac ad cuius casus reparationẽ facta sit.*

8 Donatio

8 *Donatio præsumitur in fraudem fisci facta, vbi delictum est incontinenti secutum.*


11 *Delictum & fraus in dubio non præsumitur, vbi alia potest capi coniectura.*

12 *Donatio causa mortis secuta bonorũ confiscatione, sicut aliæ vltimæ voluntates, reuocatur etiam quòd sine fraude facta fuerit, fallit vbi facta est vxori.*

Confiscatio bonorũ futura bona nõ complectitur sub nu. 12.

13 *Fiscus donationem causa mortis vxori factam impugnare non potest, etiam secuta in maritum sententia ob delictũ condemnatoria.*

CONSILIVM. 549.



IMPVGNATVR donatio facta ꝑ Peregrinũ Georgio eius nepoti tanquã simulata & facta in fraudẽ fisci ratione criminis per eum postea commissi: ex quo secuta fuit confiscatio: nam
1 licet † alienationes factæ ante crimen cõmissum valeant l.si quis posthæc.C. de bono.præscrip.l.res vxoris.C.de dona.int.vir.& vxo. & probatur per argu. à contrario sensu in l.post cõtractum.ff. de dona. tamen si in fraudem fisci factæ sunt reuocantur.l. in fraudem in princ.& l.aufertur.§.1.ff.de iur. fisc.l.in fraudem ciuitatum.ff.qui & à quib.l. si aliquis in fin.ff. de dona. cau. mor. Quod autẽ facta sit in fraudem fisci iudicatur ex præsumptionibus, quæ multæ in præsenti casu concurrunt. Primo, quia præsupponitur, quod hæc donatio clam & occultè fuerit facta, Secundo quia fuit facta coniunctæ personæ. Tertio quia fuit facta de maiori parte bonorum. Quarto quia donans remansit in possessionem bonorum donatorum. Quinto, quia ex prædijs donatis vnum postea vendidit. Et hæc omnia arguunt fraudem, vt habetur per Docto. in notissimis locis, quorum aliquos inferius allegabo. His tamen non obstantibus contrarium credo verius, scili
2 cet † donationem præallegatam sustineri, & seruãdam esse. Et in primis adduco, quod Bart. scribit in d.l.post contractum col.2.ff.de dona.vbi vult quòd licet vbi propter delictum committendũ quis alienauit, alienatio reuocatur, sicut si alienasset post delictum, quia satis est factum in fraudem fisci suspicione pœnę d.l.si aliquis.ff.de don. caus.mor. tamen oportet probare, quod tempore donationis, suberat causa quædam inimicitiæ capitalis vel aliæ, propter quam verisimiliter deuentum est ad delictum, & dicit hoc probari in Auth.sed iam necesse.C. de dona. an. nup. & in l.sed si maritus in fin.ff.qui & à quib.& in l.si mulier in princ.ff.rer. amo.& in c.fin.& ibi gl.de renun.in 6.dicit etiã Bart. consi.
3 65. Petrus Nicole versi.2.videndum est, † quod de iure fictiones & simulationes non præsumũtur, nisi appareat causa propter quam fictę sunt, per iura pręallegata, & subdit, ꝙ sicut non potest dici donatio facta metu mortis, nisi quãdo instat periculum mortis l.1.cũ l.seq.ff.de dona. cau.mor. ita nõ potest dici donatio facta propter aliquem casum, nisi appareat casum illũ instare. Idem tenet Cin.in d.l.si quis post, secunda quæstione, vbi quærit, si quis donauit ante cõmissum delictum, & postea commisit, & cõdemnatus est, vtrũ reuocabitur donatum, & dicit ꝙ non per illum text. postea
4 ex mente Iaco.de Aret.distinguit an † delinquat post donationem ex interuallo, an incontinenti. Si ex interuallo procedat ille tex.qui vult donationẽ valere, tenẽ si autẽ incontinenti idest statim post donationem, tunc præsumendum est eum cogitasse delinquere, quando donauit, & sic sequentia declarent præcedẽtia c. officij de elec. Item quia ex his, quæ in cõtinenti fiunt, mens intelligitur habita in sequentibus l.sed Iulianus.§.si filius.ff.ad Macedo.l.si ventri §.fin. ff.de priuil. credi. & facit l.lecta versicu. dicebam.ff. si cert. peta. hoc idem tenet ibi Bald. dum inquit, quòd lex non præsumit fraudem, vbi alienatio pręcedit delictum, nisi forte delictum sequeretur immediate argu. d.l.si ventre §.fin.

& scribit hoc idem Bald. in Authen. Sed iam necesse.2.q. C.de dona.ante nup. Sali.autem d.l.si quis post hac, dum approbasset dist. Iac. de Are. an dę proximo vel ex interuallo delictum esset secutum, subdit, quod Bar.& bene inquit, ꝙ suspiciones aliæ, quę solent adduci in hac materia simulationes nõ sunt sufficientes, nisi probetur, quod tempore donationis suberat causa, propter quã motus fuit ad crimen cõ-
5 mittendum, nam † casus superueniens, nõ est sufficiens ad reuocandum perfectã donationem l.perfecta.C. de dona. quæ sub mo. Non omitto etiam, ꝙ Pau. de Cast.in d.l.post contractũ dicit, ꝙ licet Bar.ibi velit, quod qñ extant coniecturæ, quas illic colligit, videatur donatio facta in fraudem cogitatione futuri delicti, sibi tamen hoc nõ videtur verũ, nisi delictum fuerit secutum statim post donationem factã d.l.si ventri in fin.ff.de priui.cred. & l.qui cõcubinam.§.res
6 amotas.ff.rer.amo.& quod not.in c.officij de elec.vel † nisi tempore donationis subsisteret inimicitia capitalis, aliàs licet esset facta donatio de omnibus bonis, vel cõiunctæ personæ, nõ videretur facta contemplatione futuri delicti, de quo nulla erat species. Addo prædictis Spec. in tit.de dona. §.1. versi. Item pone aliquis: vbi in effectu vult dationem valere factã ante delictum cõmissum per d.l. si qs post hac, nisi parum ante delictũ, vel paulò post facta fuisset l.si quis ff.de don.cau.mor.& tenet hoc ibi clarius Ioan.And.in addi.magna in fin.volens distinguendũ esse inter tempus donationi proximum & remotum l.1.§. quid tamen, & l.vltima.ff.si quis testa.lib.esse iuf. fue.l.diuortio ff. de neg. gest.l. vir mulieri.ff.de don.in. vir. & vxo. Accedat etiam prædictis Petr.de Anch.consi.227.Ad corroborationem prędictorum col.1.vbi approbando opi.Bart. in d. consi. Petrus
7 Nicolè, vult ꝙ, qui † dicit instrumẽtum fictitium, probare debet speciem & causam fictionis, & ad cuius casus reparationem sit facta, & subdit, ꝙ habet ęquitatem hac Bar.opi. siue conclusio: nam iniquum est, quum instrumentũ producitur, pro quo præsumitur l.cum præcibus.C.de proba.c. accepimus de fid.instr.ꝙ perfunctoria, & incerta fictio vires eius perimat & elidat, maximè cũ fictio allegata habeat admixtam fraudem & dolum, quo casu, qui hoc allegat, nõ debet cũ discrimine alterius in incerto vagari l.Item exigit ff.de dolo c.tuæ de procu.& dicit etiam Pet. de Anch.consi. 251. Ex his, quæ superius sunt narrata col.1. ꝙ non modo vbi delictum est consumatum, sed vbi quis delinquere cogitauit, alienationes factæ non valent arg.l.sed si maritus.§.
8 fin.ff.qui & à quib.& † præsumuntur in fraudem factæ, vbi delictum est sequutũ incontinenti d.l.si ventri.§.fi.& est secundum eum præsumptio ista de præsenti in præteritum, quoniam actus statim subsequens declarat animũ fraudis præcessisse, ca.officij de elec. & l.distin. c.si qua fœmina & ca.1.de renun.in.6.& sic sentit ibi Pet. de Anch.ꝙ si ex interuallo delictum esset subsecutum, alienationes non rescin
9 derentur. Reducendo † nunc ista ad propositum nostrũ patet ex pręditis, ꝙ, vt donatio facta ante delictum reuocetur tanquam simulata, & in fraudem facta, requiritur alterũ de duobus, vel ꝙ delictum secutum fuerit incõtinenti, vel ꝙ pro causa præcesserit inimicitia capitalis, quorum neutrũ interuenit in præsenti casu: non delictũ secutum est in continẽti: nam inter tempus donationis & tempus delicti intercesserunt vndecim anni, nõ etiam tempore donationis vllam habebat inimicitiam cũ aduersa parte, fuerunt enim bona Peregrini cõfiscata ob quoddam testimonium, quod falsò dicitur vno antea anno protulisse in quadã controuersia ciuili. Quomodo igitur dici potest, ꝙ tempore tãto ante habuerit in cogitatione falsum proferre testimonium super controuersia, quæ non modo tempore donationis erat in rerũ natura, sed ne futurã quidem post decennium quisquam hominũ quolibet ingenio poterat præuidere? Nam
10 vt inquit Cin.in d.l.si quis post hac.2.q.† donatio reuocatur quotiescunq; suspicione pœnæ inferendę fuerit facta, vt est expressum in d.l.si aliquis, & imminet tũc suspicio vbi cogitauit vel cogitare debuit se puniendũ. Quis aũt est tantopere supinus vt dicere audeat Peregrinũ fecisse donationem

di.Georgio ob testimoniũ,quod post decennium erat men daciter dicturus in controuersia, quæ tempore donationis nondum orta erat, & orituram nemo non modo scire, sed ne potuit quidem suspicari,hęc nedum à vero,sed ab omni verisimilitudine absunt longissimè: potuit autẽ moueri ad donandum ex causa,quæ in procemio continetur, vbi narratur, ꝙ cum liberis careat, & senio confectus habere non speret, cupiens bona in familia remanere, donationẽ facit inter viuos nulla ingratitudinis causa reuocandam d. Georgio: Nam, vt dicit Imo. & Roma. in d.l. post contractum col.2.coniunctio sanguinis sæpè inducit ad donandum per ea,quæ habentur in.l.si seruus communis.ff.de don.int.vir.
11 & vxo.& in l.quæ dotis.ff.solu.matr. & † quũ alia coniectura posit capi,quæ non cadit in delictum nõ debemus in dubio præsumere delictũ vel fraudem l.merito.ff. pro soc. & ad.l.data.C.de don.quæ videbatur obstare,respondet Imo. vt ibi per eum. Prædicta tanto magis procederent si teneremus opin. Sali.in d.l.si quis posthac,vbi voluit,ꝙ etiam si quis cogitatione futuri delicti donet, valet donatio pluribus iuribus & rationibus. Tamen quia opinio Salic. repugnat communi sententię,& allegatis per Sali.Respondetur formaliter per Roma. in d.l.post cõtractum; ideò super ea
12 non curaui facere fundamentum.De donatione † aũt causa mortis cuicunq; facta sit,clarum est secuta sententia condemnatoria capitali,eam reuocari etiam quod sit facta sine fraude, sicut cæteras vltimas voluntates d.l.si aliquis.ff. de don.cau.mor.iuncta l.eius,qui.ff.de testa. nisi sit facta vxori, quia eam à fisco poterit defendere, & stat in pendenti, quia si maritus eam non reuocat, remanet penes ipsam firmiter post mortẽ viri naturalem, sinautem reuocat, acquiritur sibi,quia futura nõ veniunt in confiscationem,de hoc est tex.singul.in.l.sed & si mors.ff.de dona.int.vi.& vxo.ex
13 quo sumitur cautela contra fiscum, ꝙ † timens ne propter aliquod delictũ fiscus bona sua inuadat,donet ea causa mortis vxori,quia si imaginatio fecerit casum, idest positus fuerit in banno æris,& personæ, bona non confiscabuntur,ita singulariter Bald.inquit in l.executorem col.9.versi.quæro quidam timens.C.de execu.rei iud.quem refert & sequitur Pau.de Castr. & Roma. in d.l.post contractum.ff.de dona. Ias.in.l.si stipulatus fuerim.§. cum stipulantur.ff.de verbor. oblig. Hoc scripsi, quia fuit relatum d. Peregrinum donationes etiam quasdam causa mortis fecisse in quibusdã prædijs particularibus,& quandam vxori, quæ vtrum per fiscũ reuocari valeant,ex prædictis liquere puto.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius inuestitus de mero & mixto Imperio, & Rectores perpetui statuta condere possunt.*
2 *Iniuriarum actione tenetur, qui alienum ingreditur fundũ inuito Domino.*
3 *Damni æstimationem soluere tenetur Dominus bestiarum, quæ damnum dederunt. Ampl. vt nu.13.*
4 *Probibitio de iure communi inducta sub certa pœna, potest augeri ex statuto quo ad pœnam.*
5 *Iudex inferior, qui non potest contra l. superioris statuere, potest addere pœnam augendo prohibitionem.*
6 *Feudatarius inuestitus de mero & mixto Imperio potest statuere, quod pro qualibet bestia in bonis eius damnum dante certum quid soluatur, ac super eis denunciatorem, vel saltuarium constituere. Amplia vt nu.7.*
8 *Saltuarij accusationi, vel alterius denunciatoris publicum officium habentis, statur, si iurauerit suum officium bene, & legaliter exercere, quod declara vt nu.9 & 10.*
11 *Condemnari nemo potest de iure cõmuni sine clara & aperta criminis probatione, secus ex dispositionibus statuti, vel consuetudinis.*
12 *Denunciator videns aliquos delinquere, si eius officium sit etiam in inquirendo, tunc dicitur ei constare de delicto, non vt priuato, sed vt Iudici.*

CONSILIVM. 550.



REVITER ad quesitum respondeo, quòd isti Domini Inuestiti de mero, & mixto Imperio possunt saltuarium imponere,qui custodiat eorum agros ab hominibus & quadrupedibus dãnum inferentibus,& pœnam statuere moderatã tamen,aduersus Dominos bestiarum,vt de hoc est vulga.consilium Decij,qui consuluit pro Dominis Carij,qui statuerãt, quòd quilibet qui intraret cũ bestia vel sine in eorũ fundis solueret libras tres, idem esset si bestia per se sola ingrederetur, vt eius Dominus ad eandem pœnam teneretur,quod hoc eorum statutũ
1 valeret, motus præcipuè, quia cum essent † inuestiti de illo oppido cũ mero & mixto Imperio, & Rectores essent perpetui,statuta condere possunt,vt per Bar.in l.omnes populi colum.3.versi.4.quæro.ff.de iustit.& iur. & in l.1.in prin.ff. quod quisq; iu.nec dici potest eos statuisse contra ius, cũ de iure communi,quis prohiberi posit agrum alienũ ingredi. l.3.§.planè.ff.de acqu.rer.dom.§. planè Institu. de re.diui.l. diuus.ff.de serui.rustico.prædio.l.iniuriarum.§.fi.ff.de iniu.
2 adeò, quòd † actione iniuriarum tenetur si Domino inui-
3 to ingrediatur,vt ibi dicitur,& bestiarum Dominus, † quæ damnum dederũt soluere tenetur damni æstimationem vt Instit.si quad.paup.fecis.dica. & ibi Ange. Aret. post Ioan. Fab.colum.2.versi.quid si custos & nota.per gl.in l.qui seruandarum in verbo.de pascu.ff.de præscr.verb.vnde istud,
4 †,quod est prohibitum de iure cõmuni, potuit à statuto magis prohiberi addendo pœnam,vt vult glo. not.in Clem.ne Romani in verbo tolli de elec.& ibi Cardi. in.2.q. & idem Card.in Clem.fin.versic.quod si in prin.de pœn.vt tradunt moder.in ca.quod super his de maio.& obed. vbi habetur,
5 quod † inferior,qui non potest statuere contra l.superioris, tamen addere potest pœnam augendo prohibitionem. Ex
6 quibus concludit præfatus Doctor, quòd valet † statutum à præfatis Dominis Carij cõditum, quòd pro qualibet bestia,quæ eorum fundum ingrediatur soluat dominus bestię tres libras & ad hoc etiam adducit id, quod not. Bart. in l.si ex re §.illud.ff.de stipu.seruo. vbi pro cõstanti præsupponit valere statutum, quòd ingrediens rem alterius soluat centũ Domino. Ego autem existimo,istos saltuarios, qui proponuntur ad agrorum custodiam, ita quod denunciant homines & bestias damnum dantes, & eorũ creditur denunciationi, posse à Dominis locorum habentibus merũ & mixtum Imperium constitui,motus ex his,quæ scribit Bart. in l.diuus Adrianus.1.q.ff.de custod.& exhib. reis: vbi dicit,ꝙ
7 quilibet † Iudex vel vniuersitas habẽs merum & mixtum Imperiũ potest istos denunciatores constituere.l.1.§.quies ff.de off.præfec.vrb.& d.l.diuus & sequitur Sali.in.l.ea qui-
8 dem colum.5.C.de accusa.& quum † habeant officium publicum,& iurent illud bene diligẽter, & legaliter exercere, videtur eorum testimonio seu verius acusationi credendũ, si quos accusent damnum in agris faciẽtes, vt colligitur ex not.per Bart.in d.l.diuus Adrianus.3.q.vbi quærit vtrũ denunciatio habeatur pro plena probatione,& primo arguit, quòd sic, quia creditur nuncio, & creditur officiali in officio publico.l.si quis decurio.C.de fal.l.magis puto.§.nõ tamen.ff. de reb. eo. In contrarium adducit d.l.diuus & text. in.l.1.C.de decurio.& statio. lib.12. tandẽ distinguit, quòd
9 quædam † sunt maleficia grauia,& in istis non creditur denunciatoribus nec alteri iudici coæquali,vt probatur in d.l. diuus & in.l.ea quidem.C.de accusa.& in d.l.1.C. de decur. & stat.lib.12. quædam sunt maleficia nõ grauia & hic dicit esse aduertendum, quia quandoq; ponitur ad denunciandum,quod re ipsa inuenit verè,& illud quod vidit ipse,vt si mittatur aliquis per ciuitatem ad perscrutandum ludentes, vel portantes arma,& similia leuia, & in istis creditur officiali referẽti se sic inuenisse, & ita loquitur l.1.§. quies.ff.de offic.præfec.vrb.si vero officialis mittitur ad referendum,

non

non quòd ipse vidit, sed illud, quod reperit ex auditu & fama aliorum, & istis officialibus non creditur, sed sufficit ad inquirendum, & non puniendum, vt di. l. diuus, & similibus supra allegatis, & prædicta sequitur Ange. in d. l. ea quidem circa prin. & Sali. q. 10. vbi in proposito dicunt, quòd relationi denunciatoris stetur, vbi leue est delictum ex sui specie, & ex genere pœnæ, & hoc ad eorum spectat officium, & sequitur etiam prædicta Io. de Ana. in cap. sicut olim & ibi moder. de accusa. Adduco etiam Specu. magis in specie in tit. de accus. 3. par. §. 1. in fi. vbi dicit, quòd præter iudicia
10 rium † ordinem secundum varias locorum consuetudines aliquis cõdemnatur, nam quãdoque nocturni custodes ponuntur, si quos nocturnos fures vel alios extra horã cõcessam sub noctis silentio euntes capiant, vel denuncient puniendos, quandoq; ponuntur ad custodiam alicuius viæ, vt quos inuenerint cum rebus vetitis transeuntes denuncient vel præsentent: nonnunquàm ponuntur ad agrorum custodiam, vt fructuum depopulatores, & quadrupedes damnũ in prædijs dantes denuncient, horum igitur denunciationi creditur, ex quo iurauerunt suum officium fideliter exequi & nisi denunciatus suam legitimam fecerit defensionem condemnabitur, quia quo ad hoc fidem facit, & licet Spec.
11 ibi subdat, quòd † prædicta procedunt secundum consuetudines locorum, quia de iure nullus sine clara & aperta criminis probatione condemnatur, tamen superius ostensum est, hoc etiam de iure posse fieri, quũ simus in leuibus, quæ etiam leuiter puniuntur, & ad quæ denunciatoris oculi adhibentur, quod etiam voluit Gandi. in tract. malef. sub rub.
12 quomodo procedatur per denunciationem dicens † quòd vbi officium denunciatoris consistit, non solum in denunciando, verum etiam in inquirendo, & videt denunciator aliquos suprascripta maleficia committere, dicitur de crimine constare iudici, non vt priuato, sed iudici, quoniam inspectio oculorum pro quadam specie probationis habetur l. lex quæ tutores C. de admini. tuto. l. 2. & 4. C. fi. regun. Accedat etiam Bal. in l. 1. C. loca. vbi ponit quod sit officiũ custodis agrorum à priuato impositi. Sinautem fuerit ab vniuersitate vel à Domino ciuitatis creatus, tunc quid possit, dicit inspiciendam formam suæ commissionis, nam ex simplici custodia non videtur ei commissa iurisdictio. Sed debet maleficium denunciare iudici. l. 1. C. de Irenarchis. l. diuus. ff. de custo. reo. Ex prędictis igitur concluduntur tria. Primò, quòd Dominus oppidi potest cõstituere agrorum suorum custodes. Secũdò quòd potest statuere, vt credatur eorum relationi, si quos dicant se vidisse in agris damnum inferentes. Tertiò quod dantibus damnum addere possunt pœnam leuem: non enim possunt rustici dicere, quòd non delinquant, quia non licet alienum fundum depascere cap. si læserit de iniu. & dam. da. l. qui seruandarum. §. fi. ff. de pręscrip. verb. l. 2. C. de pascu. publ. lib. 11. l. Quintus Mutius ff. ad l. Aquil. l. fi. C. eod. titu. cap. 1. §. fi. & ibi Andr. de Iser. de pace tenen. Spec. in titu. de iniur. & dam. dat. §. sequitur videre vers. porro si oues & alia animalia: & prædicta † pro-
13 cedunt nõ solum si quis immiserit studiosè animalia in alienum fundum causa depascendi, sed etiam si sponte sua eò irruperint animalia propter culpam & negligentiam custodis, vt vult Pau. de Cast. in d. l. qui seruandarum §. fi. & Are. Instit. si quad. paupe. fecis. dica. colum. 2. versi. quid si custos & dicit Bal. in d. l. fi. C. l. Aquil. quod probato damno, satis dicitur probata culpa. secundum Mart. argum. l. 1. C. de sica. & l. si non conuitij. C. de iniur.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio reciproca seu breuiloqua est, quando testator plures instituit hæredes, eosque inuicem substituit, quæ plures continet substitutiones expressas verbis generalibus, & tacitas specialibus vt & sub nu. 2.*

2 *Verbum succedat est commune, quod ad directam & obliquam substitutionem adaptatur.*

3 *Filij positi sub conditione ex eorum persona ad hæreditatẽ obeuntis substituti, non censentur vocati vigore fideicommissi auiti & nu. 4.*

5 *Testator dicens si hæres decesserit sine liberis, talem substituo & hæres habeat liberos, illi postea non possunt ex eorum persona hæreditatem ex illo testamento vendicare, nec etiam ex persona patris, vt nu. 15.*

6 *Filij appellatio ad alium non porrigitur, vbi dicit testator istum filium meum instituo.*

7 *Filij positi in conditione vbi ex coniecturis substituti censentur, tũc intelligendum est eos tantummodò esse substitutos eorum patri, non etiam cohæredibus.*

8 *Filij positi in conditione non censentur positi in dispositione fallit vt nu. 13. & 14.*

9 *Conditionis pendentia etiam in filio impendit trasmissionẽ, secus in pendentia diei.*

10 *Conditio affirmatiua & negatiua quid importent, & quomodo intelligantur ibi. & nu. 12.*

11 *Successio ab intestato alios potiores non habet, quàm filios.*

16 *Substitutio conditionalis ante conditionis euentũ non trãsmittitur ad hæredem substituti.*

17 *Fideicõmissum pẽdens seu conditionale, ad hæredes nõ trãsmittitur. quod amplia & declara, vt nu. 19. 30. & 32.*

18 *Fideicommisso constituto inter hæredes inuicem substitutos, vltimus, qui in eo succedit, potest libere de hæreditate disponere, eamque in quem malueris transferre, vt & nu. 33.*

20 *Hæres suus impletionem conditionis ad hæredem non trãsmittit: nisi testator dispositiue mentionem fecerit & de filio & hæredibus.*

21 *Fideicommissum conditionale filio factum non transit ad nepotes omissos, nisi ad casum expressum, id quod omissum est, sequatur.*

22 *Verba enunciatiua non operantur, vt videatur dispositum, quod omissum fuit in scriptura dispositiua.*

23 *Substitutio testatoris facta filio, si liberos non habuerit, euanescit si contingat filium habuisse filios, etiam quod postea decesserint.*

24 *Testator vbi prohibet filios alienare, talis prohibitio ad nepotes non extenditur.*

25 *Testatoris dispositio facta in vno casu licet ad alium porrigatur, tamen secus est, vbi extensio fieri debet de persona ad personam.*

26 *Institutio facta in filios ad filium ignoratũ nõ protrahitur.*

27 *Nepotes in conditione positi, quum non vocentur ad fideicommissum, tanto minus bona consequi possunt iure trãsmissionis, fallit vt nu. 28.*

29 *Dictio alium vel alios est relatiuã, seu repræsentatiua eiusdem qualitatis.*

31 *Substitutio inuicem facta inter plures filios institutos, si aliquis eorum decedit sine filijs, superstes tantum illi succedet ex fideicommisso, non autem filius eius, qui ante euentum conditionis prędecessit.*

34 *Substitutio conditionalis directa sicut nõ recipit transmissionem, ita nec fideicommissaria.*

CONSILIM. 551.



VONIAM super præcedẽti controuersia abunde & eleganter scriptum est per clarissimum Doct. D. Paulum Aemilium Bardelonum Matuanum collegam honorandum ideò transiẽs in sententiam præfati D. Consultoris excogitabam abstinere ab hac scribẽdi prouincia ne superfluis vti existimarer. Veruntamẽ quoniam satisfaciendum est amicorum desiderio iusta petentium,

tium, aggredior consultationem ipsam, in qua paucioribus agam, quàm vt materiæ conditio ferret: nam vt ipse dicit latus se offert disputandi campus, quod contingit subtilitate recentium Doc. qui in varias sententias huc illuc transierunt, quum antiqui vnum & idem sensisse videantur, vt ex inferius dicendis apparebit. Et de duobus quærendum videtur. Primo quæ & qualis hęc sit substitutio. Secundo stãtibus his, quę narrantur in themate quis succedere debeat vigore d. substitutionis. Veniendo ad primum pręmitto, ꝙ
1 † vbi testator plures hæredes instituit eosq; inuicem substituit, per hęc seu similia verba, ista dicitur reciproca substitutio, quia de vno in alium repetitur, vt probatur in l. nam hoc iure ff. de vulg. & pup. & ponit Barto. in l. Lucius 1. q. ff. eod. tit. & ibi. 2. q. dicit quod dicitur etiam breuiloqua quia vna cõceptione verborum plures hinc inde substitutiones continentur, quod colligitur in l. cum in testamento §. hæc verba ff. de hęred. institu. quas autem cõtineat substitutiones hæc reciproca seu breuiloqua substitutio Bart. ponit in d. l. Lucius. 3. q. prin. vbi vult quod continet plures vulgares, pupillares, exemplares fideicommissarias simul & separatim secundum qualitatem verborum, sub qua concipitur, & secundum diuersitatem personarum, quibus substituitur vt ibi ipse latius prosequitur: Et si quæratur vtrum d. substitutiones comprehensæ in d. reciproca sint expressæ vel tacitè dicendum ꝙ in genere exprimuntur, & tacentur in specie, vt Bar. concludit in d. l. Lucius. 2. q. 4. q. prin. & sequuntur cæteri vt Alex. ibi ostendit. In proposito autem nostro testator institutis eius filijs vltimo suo testamento fecit substitutionem huiusmodi, videlicet, quia voluit, quod aliquo seu aliquibus ex eius filijs obeuntibus sine filijs ex legitimo matrimonio procreatis alium vel alios superuiuentes voluit in eius hæreditate succedere tacitè, & expresè, & implicitè, & prout à iure conceditur in similibus terminis. Ecce ꝙ ista substitutio est reciproca, & quia huic reciprocæ factæ imparibus personis iuncta est etiam compendiosa facta per tractum temporis, & in casu mortis continet non solum vulgarem, sed etiam fideicommissoriam, quæ in cõpendiosa continetur. l. precibus in fin. C. de impub. & alijs substi. ca. Rainutius de testam. & ita voluit Bar. in d. l. Lucius. 3. q. & melius col. pen. & in repeti. l. si arrogator colu. pen. ff. de adop. Bal. in l. in testamento q. 3. C. de testam. milit. & ibi Pau. de Cast. col. 3. versi. sed hic quæro Alex. in l. 2. C. de impub. & alijs substit. Ang. consi. 151. Quidam Nicolaus prope fi. & consi. 307. Testator de Verona colum. 2. Confirmantur præmissa, quia d. reciproca substitutio iuncta cum compendiosa fuit facta d. filijs non per verbum di
2 rectum, sed † per verbum succedat, quod est verbum commune, quod non solùm ad directam, sed etiam ad obliquã adaptari potest, vt probatur in cap. Rainutius de testa. & in l. non tantum in prin. ff. de fideicom. libert. & in l. restituta §. fi. cum l. seq. ff. ad Trebel. gl. & Doc. in c. si pater de testa. in 6. Bar. in l. centurio col. fin. ff. de vulg. & pupi. & ponit in terminis Ang. in d. consi. 307. vbi loquens de reciproca, quę facta fuit filijs decedentibus sine liberis, dicit quòd cum facta fuerit per verbum commune succedat, continet ante aditam hæreditatem vulgarem substitutionem, & sic directum, & post aditam continet fideicommissariam, & sic obliquam. Ex prædictis colligitur intellectus ad illa verba posita in fine substitutionis, expresè, tacitè & implicitè, & pro ut iure communi conceditur in similibus terminis: nã intentio istorum verborum videtur esse, quod veniunt in d. substitutione quæcunque expresè, & tacite venire possunt. Veniunt autem vt à iure communi disponitur in d. reciproca substitutione facta disparibus personis vulgaris & fideicommissoria, quæ expresse sunt verbis generalibus, & tacitè specialibus. Omitti tamen poterant d. verba & non inficior satis insulsè apposita fuisse, sed ne generarent aliquem scrupulum in iudicum animis, quem intellectum capere possent præfata verba explanandum putaui.

Aggredior nunc id, quod secundo loco disserẽdum proposueram, quis nam stantibus his, quæ narrantur in themate succedere debeat: Nam præsupponitur, quòd quum testator quatuor eius filijs institutis, videlicet Francisco, Nicolao, Ioanne, Marco Antonio, prędictam substitutionem fecisset, decessit primo Marcus Antonius nullis relictis liberis. Deinde Franciscus relicto Hieronymo & fratribus. Postremo decessit Ioannes nullis relictis liberis suo vltimo condito testamento, in quo d. Hieronymum & fratres instituit. Modo vertitur in dubium, vtrum d. Paulus & fratres d. Nicolai filij censeantur vocati ad hæreditatem d. Ioannis vigore fideicommissi auiti, & concluditur per præfatũ D. Consultorem non vocari. Et hoc insistendo vestigijs d. D. Consultoris, discutienda sunt duo. Primo vtrum d. Paulus & fratres venire possint ad di. fideicommissum ex propria persona tanquàm vocati à testatore. Secundo vtrum aspirare possint ad di. fideicommissum ex persona eorum patris Nicolai vigore substitutionis de eo factæ in testamẽto paterno, per quam, vt dixi, ipsi filij fuerunt reciproce substituti.

Circa primum rectè conclusum fuit non posse eos venire ex propria persona, quia fuerunt tantum positi in conditione, casu quo eorum pater Nicolaus sine filijs decederet,
3 & regula habet, ꝙ † filij positi in conditione non censentur vocati, quia quæ sunt in conditione, non sunt in dispositione, quum conditio nihil ponat in esse. l. ex facto etiam agitatum ff. de hæredi. institu. l. si quis sub conditione. ff. si quis omissa cau. testa. & est glo. communiter approbata in l. Lucius. ff. de hæred. institu. nam dum tex. ibi dicit, prudens cõsilium testatoris animaduertitur: non enim solum fratrem hæredem prætulit substitutis, sed etiam eius liberos glo. ibi in verbo liberos subdit tacitè ab intestato, quasi testator voluerit tantum conseruare ius legitimarum successionum, non autem circa ipsos filios aliquid disponere, per plura iura ibi allegata in glo. potuit igitur Ioannes quemcunq; voluit sibi hæredem facere tanquàm non grauatus onere aliquo fideicom. non enim testator filios Nicolai substituit, quamuis eos posuerit sub conditione in substitutione, quã faciebat suo patri: noluit enim eos repellere à successione patris sui Nicolai, sed eis legitimam & naturalem successionem conseruare iuxta commune votum parentum, non ꝙ eos voluerit alteri filio substituere; si enim hoc voluisset, illud expressisset l. 1. §. sin autem ad deficientis C. de caduc. tollen. c. ad audientiam de decim. Et hoc quod nunc dico est bene considerandum, quia sunt duo casus diuersi & separati: nam vnus est quando testator instituit filios, & si eorum aliquis sine liberis decesserit, substituit eis quendam,
4 dubitari tunc potest, an si extent † filij filiorum censeantur vocati ex testamento aui ad eius hęreditatem, tanquam patri fuerint substituti: & dicendum est quòd non secundum communem sententiam, quia non fuerunt substituti patri, sed tantum positi in conditione, ita quòd testator cogitauit eo tantum successuros, prout se habent vota parentum, & ita loquitur glo. in d. l. Lucius, vbi Bar. dicit in hoc esse magnum effectum, quia si venirent ex testamento aui reuocarent alienata per patrem, quod facere non possunt: quando ad bona testatoris non censeantur vocati. Est etiam alius
5 effectus secundum Bal. ibi, quia † quando testator dixit, si hæres decesserit sine liberis, talem substituo, si habuerit liberos, illi postea non possent ex illo testamento hæreditatem vendicare, vnde si repudiarent hęreditatem patris, nõ possent ex sua persona venire ad hæreditatem testatoris; quum talia verba dispositionem non inducant, & hoc dicit tenere Cin. & Iacob. de Are. & prædicta sequitur ibi Ang. & Imo. & in his terminis loquitur Io. And. in addi. Spec. in tit. de testa. §. 1. in vltima additione magna, incipiente, huic quæstioni accedit bimembris quæstio col. 3. Oldra. consi. 141. Thema tale est D. G. Lenionensis in fi. Pau. de Castr. in l. filiusfam. §. cum quis ff. de leg. 1. Petr. de Anch. in cap. si pater. 12. no. de testa. in 6. & consil. 137. Principaliter ponderanda est forma versi. fi. denique quicunq; alij Doct. qui in hac materia loquuntur. Sed ne est iste casus noster? minimè. Est ergo alius casus, quando ille, qui est positus in

substitutione,

substitutione, facta suo patri intendit succedere alteri filio cohæredi instituto, & iste est propriè casus noster: quia Paulus positus in substitutione patri suo Nicolao facta si sine liberis decesserit, intendit se substitutum non patri Nicolao, sed Ioanni alij filio, cohæredi: & isto casu indubitanter dicendum, quòd venire nõ potest ad d. substitutionem, quia respectu d. Ioannis cohæredis pariter instituti non fuit positus in conditione, vnde substitutio non potest habere locum, mente pariter testatoris, & verbis deficientibus, vt per se patet. Nec enim dici potest, quòd si testator substituit Nicolaum di. Ioanni substituerit pariter Nicolai filios, quoniam testator dum eius quatuor filijs nominatim institutis, substituit decedẽtibus alios superstites intellexit apertissime de filijs primi gradus: vbi † enim testator dicit, istũ
6 filium meum instituo, appellatio filij ad alium non porrigitur. Bar. in l. liberorum col. 3. ff. de verbo. signi. & in l. Gallus §. instituens ff. de libe. & posthu. His sic cogitatis & dispositis, quæ mihi admodum de iure clara videntur, reperi postea, quòd idem censuit Fran. Ripa. Doct. moder. in l. 1. C.
7 de pac. vbi inquit, ꝙ in † casibus, in quibus ex coniecturis filij positi in conditione censentur substituti, intelligendum est, ꝙ sint substituti eorum patri non etiam cohæredibus, allegat Soci. in l. hæredes mei. §. cum ita in prin. ff. ad Trebel. & refert etiam Stephanum Bertran. insignem Doct. Gallicanum ita consuluisse. Si quis tamen pertinaciter vel-
8 let astruere, ꝙ sumus in d. q. vtrum † filij positi in conditione censeantur positi in dispositione, adhuc Paulus obtinere non potest, quia verior est sententia & crebrior, ꝙ nõ censeantur vocati, pro quo est bonus tex. in l. ex facto etiam. ff. de hæred. instit. & in l. ex facto. §. ex facto vbi moder. ponderant ff. ad Trebel. & tex. in l. generaliter in prin. in verbo paterno fructu inducendo, vt ibi per Are. in 3. no. C. de instit. & substit. & text. in l. potest cum. l. sequ. ff. de vulg. & pupil. quem ibi Bald. ad hoc notat & dicit ibi de hoc esse casum expressum: facit etiam tex. in l. si cui legetur, versi. hoc autem legatum ff. de leg. 1 per quem tex. dicit ibi Bald. vlt.
9 no. ꝙ † pendentia conditionis, etiam in filio impedit transmissionem secus in pendentia diei, & hanc sententiam cõmuni scribentium calculo esse approbatam ostendit Soci. in l. cum auus char. vlt. ff. de condit. & demon. Alex. consil. 185. Viso titulo quæstionis. 1. dub. 2. lib. Franc. Cur. consil. 42. Testator Augustinus & consuluit etiam pro hac parte collegium Papiense, vt apparet inter cõsilia eiusdem Fran. de Cur. consi. 46. Sæpè reuoluta narratione. Nec obstat in oppo. quod dicitur de statuto, quod extantibus agnatis excludit matrem quia videtur statutum vocare agnatos, quorum existentiam requirit ad exclusionem matris, quamuis agnatos expresse non vocet, vt Bar. voluit in l. 2. §. videndum ff. ad Tertul. & in l. si seruo legato. §. si testator. ff. de lega. 1. cum concordan. ergo idem videtur dicendum quando testator substituit filio, si sine liberis decesserit, vt liberi eius censeantur vocati, quum eorum contemplatione substitutus excludatur: nam dispositio testatoris & legis procedunt à pari. l. si ita fuerit la. 1. §. fi. ff. de manu. testa. nam ad istud argu. quod videtur fortius cæteris obstare, vltra respõsiones datas per præcedentem Do. Consultorem reperio, ꝙ respondet egregie Pau. de Cast. qui non solet allegari cõ
10 si. 359. Suprascriptus D. Consultor col. 1. vbi † formaliter inquit, quod aliud est aliquem vel aliquam excludere, si tales extant, putà quod existentibus agnatis mater excludatur, & tunc agnati, qui ponuntur in conditione affirmatiua videntur vocati, sic loquitur Bar. quia frustratoria esset exclusio matris si agnati non forent vocati, nam possent subesse cognati propinquiores, quàm agnati, qui vocarentur exclusa matre. Et sic exclusio matris, quæ fieret propter agnatos, & eorum contemplatione prodesset alijs, quàm agnatis, quod esse non debet l. si actionem C. de pac. cum ibi no. l. seruo legato §. si testator ff. de leg. 1. l. fideicommis. §. interdum ff. de leg. 3. Aliud est aliquem vocare post mortem alicuius. si ex illo non extabunt liberi, & sic liberi ponuntur in conditione negatiuè, quo casu liberi, si extant, nõ censentur vocati, sed faciunt deficere vocationem alterius tum quia liberis illis aliter prouidetur, videlicet, quia voca-
11 ri possunt ab intestato ad bona de quibus agitur, vt no. glo. in d. l. Lucius la secunda ff. de hæred. instit. & in † causa intestati non est dare potiores, quàm sint liberi Auth. in succes-
12 sione C. de suis, & legi. Tunc etiam † quando ponuntur negatiuè, & si non extiterint, & ipsi extant, tunc non extat cõditio expressa a testatore, vel à statuto, sed extat conditio contraria expresè. Sed quando ponitur affirmatiuè, puta quod existentibus agnatis mater non succedat, tunc si extant dicitur extare formaliter conditio expressa à statuto, quæ debet esse fortioris naturæ, quàm eius contraria non expressa, quum argumentum à cõtrario sensu non semper sit validum l. 2. C. de cõd. inser. sed ab expresis verbis semper est validum l. 1. §. si is qui nauem ff. de exerci. l. prospexit ff. qui & à quib. Hæc ibi Pau. de Cast. cuius verba retuli, quia non solet ab alijs adduci, & melius tollit obiectũ, quã
13 alibi legerim. Non obstat etiam aliud si dicatur, ꝙ † immo hoc casu filij positi in conditione cẽsentur vocati, quia substituit superuenientes alios si decesserint sine filijs, quod intelligitur masculis, sicut declarat in alio substitutionis capitulo, & vbicunq; testator substituit filijs, si decesserint sine filijs masculis d. verba videntur apposita ad exclusionem filiarum fœminarum, & non videntur fœminæ excludi, nisi masculi admittantur, & ratio istorum admisionis, & illarũ exclusionis adducitur, quia voluit testator bona in agnatione conseruare, & ita per prædicta tenuit Gui. Pap. in qq. suis & post eum Deci. legendo & consulendo. Respondeo prædictis, quod in casu nostro testator dum substituit filijs simpliciter, intellexit non solum de filijs, sed etiam de filiabus quod patet ex sequenti capitulo testamenti, dum ordinauit, quòd si qui ex suprascriptis hæredibus essent sine filijs vel filiabus, nequeant bona alibua immobilia vendere, nec alienare: Ecce qualiter testator intellexit illa verba si decesserint sine filijs, quia voluit si filios vel filias non haberent, ne possent alienare bona fideicom. subiecta: permisit ergo eis alienationem, non modo si filios, verum etiam filias non haberent, quia deficiebat conditio, sub qua fideicommiserat. Illud etiam indicat satis apertè in sequenti capitulo, dum voluit & ordinauit, ꝙ casu quo omnes filij instituti decederent sine hæredibus masculis ex legitimo matrimonio procreatis, sed tantum relictis fœminis, ipsæ possint consequi dimidiam hæreditatem de bonis testatoris, & alia dimidia spectaret Nicolao de Azardis eius nepoti. Ecce ꝙ testator, dum institutis filijs hæredibus substituit superstites ex eis, si aliqui decederent sine filijs: intellexit etiam si decederẽt sine filiabus, quia si filias haberet, voluit eas ab intestato patri succedere in totum, vnum tantum casum testator excesit, quando omnes filij decedẽt sine filijs masculis relictis tantum filiabus, quia voluit tunc, quòd tãtum filiæ superstites haberent dimidiam hæreditatem: reliquam dimidiam reliquit Nicolao de Azardis, qui erat de familia testatoris, ex quo ostenditur, ꝙ parum curauit testator de conseruatione bonorum in familia, quum extantibus fœminis duntaxat voluit eas consequi dimidiam hæreditatis, nam per fœminas non conseruatur agnatio l. pronunciatio §. 1. ff. de verb. signi. & eas exclusit tantum ab hæreditate parentum vno duntaxat (vt dixi) casu excepto, quando nullus filiorum suorum masculos haberet. Et sic apparet manifestè ex parte alia testamenti, testatorem, dũ substituit filijs, si sine filijs decederent, intellexisse etiam de filiabus, nam in conditionibus primum obtinet locum defuncti, voluntas. l. in conditionibus ff. de cond. & demonst. & sic cessat penitus obiectum. Non omitto etiam ꝙ opin.
14 quæ habet, quod vbi dictum est † sine filijs masculis, filij positi in conditione censentur vocati, est ambigua, & contra eam tenet Franc. Rip. in d. l. 1. C. de pac. & in l. centurio ff. de vulga. & pupill. vbi adducit auctoritates contra Dec. & eius improbat opin. quam dicit communiter non recipi, & quod non referat, an ad dictionem filijs addatur masculis, tenuit etiam Corne. consi. 207. De pluribus hæredibus

bus col. 1. lib. 3. quod consilium allegauit etiam præfatus D. Consultor. Præterea d. difficultas posset procedere, vbi d. Paulus prætenderet se vocatum ad hæreditatem patris ab auo per illud verbum masculis, & quia vellet reuocare alienata per patrem: Sed hic non est casus noster, quia prætendit se vocatum ad hæreditatem patrui Ioannis, quo casu illa verba si decesserit sine filijs relata ad Nicolaum respectu patrui, nihil operantur, vt superius opportune ostendisse puto. Aliæ etiam responsiones dantur per præcedentem D. Consultorem ad quas me remitto. Et hæc de primo articulo dicta sint.

15 Circa secundum, vtrum † ex persona patris Nicolai possit Paulus admitti vigore substitutionis ad hæreditatem d. Ioannis, & in hoc etiam recte conclusum fuit per præfatũ D. Consultorem eum non admitti, nam in præsenti casu testator reciprocam fecit substitutionem inter filios suos hæredes institutos, & decessit Nicolaus ante euentum conditionis, id est antequam Ioannes sine liberis decesserit, vnde non transmisit d. ius substitutionis, quæ nondum euenerat ad d. Paulum hæredem, †

16 substitutio enim conditionalis, quæ pendet, hæredem non sequitur l. si ex pluribus ff. de su. & leg. l. si in personam C. de fideicommis. l. vnica §. sin autem aliquid sub conditione C. de caduc. tollen. de reciproca substitutione, de qua agitur, est casus in l. qui plures la prima & ibi gl. in verbo ad superstites ff. de vulga. & pup. & in l. Lucius in fi. ff. eo. titu. & in l. hæredes mei §. cum ita

17 ff. ad Trebel. Quum igitur d. Nicolaus † non transmiserit fideicom. conditionale ad heredes suos, nec etiam Marcus Antonius, nec etiam Franciscus, qui omnes discesserunt ab humanis ante Ioannem, solus autem Ioannes nouissimus

18 remanserit, sequitur, vt † hæreditas testatoris, pœnes eum libera omni fideicommisso relicta fuerit, quia non superest cui restituere debeat: & per consequens potuit vltimo suo testamento, cui visum fuit, relinquere, & quem maluit hæredem sibi sumere l. cum pater §. libertis in fi. ff. de lega. 2. l. qui solidum §. prædium eod. tit. vbi glo. adducit rationem, quia nullus est, qui petere posit, ad idem tex. in l. 2. C. quan. di. leg. ced. quem tex. ad hoc ibi notat Bal. ꝙ vltimus succedens in re subiecta fideicom. succedit libere, & transmittit ad quemcunq; . Idem tradit Pau. de Cast. consi. 453. De eo quod primo loco quæritur lib. 1. secundum ordinem meũ: nam in casu etiam suo testator prohibuerat quemlibet filiorum alienare partem suam contemplatione aliorum filiorum, ad quos in casu alienationis voluit bona peruenire: & concludit per prædicta iura, ꝙ si omnes mortui sunt excepto vno, ille vnus potest alienare, in quem vult, quia non superest persona, quæ reuocare posit alienata, & quia hoc est clarum, & secundum prædicta sæpius consului, ideo vlterius non prosequor. Solum † superest difficultas, quia id,

19 quod dictum est fideicom. conditionale non transmitti ad hæredes, procedit etiam si fideicom. relictum sit ab ascendente, & hæredes grauati essent etiam de liberis, vt vult glo. Bar. & omnes in l. vni. C. de his, qui ant. aper. tab. & tactum est per D. consultorem, vtrum in casu nostro sit aliqua coniectura, quæ de mente defuncti transmitti faciat huiusmodi pendens fideicom. ad liberos hæredes grauati, & allegatur inter cætera illa coniectura, quod testator censetur fideicommi. voluisse transmitti, vbi posuit filios in cõditione, quia filijs substituit, si sine liberis decesserit, quia cogitasse tunc videtur prætulisse d. filios filiorum, & ad hoc adducitur Soci. in l. hæredes mei §. cum ita col. 4. ff. ad Trebel. & consil. 6. In præsenti consultatione lib. 3. adducitur etiam Fulgo. consi. 15. Proponitur, quod montes in fin. & Cuma. consi. 13. Titius instituit, adducitur etiam Deci. & Parif. qui ita consuluisse dicuntur. Ego tamen existimo, ꝙ nec hæc, nec alia coniectura sufficiat ad transmissionem, nisi certa & clara mens colligatur testatoris ex verbis liquido expressis, prout loquitur Bal. in l. si pater q. 4. C. de institu. &

20 substi. vbi vult, quod † suus non trasmittat ad hæredem impletionẽ conditionis l. à testatore vers. Claudius ff. de cõdi. & demonstra. nisi testator fecerit mentionem de filio, & hæredibus, nam potest facere, quod legatum trãsmittatur, l. 1. C. vt actio. ab hæred. & contra hære. Ecce, quòd Bald. ibi vult, ꝙ mentio fiat de filio & herede dispositiue intelligo, non conditionaliter, sicut loquitur text. quem allegat in l. vni. C. vt actio. ab hæred. & con. hære. vbi cauetur actiones ab hæredibus, & contra heredes incipere posse: ne propter nimiam subtilitatem verborum latitudo mentis contrahentium impediatur: oportet ergo latè de voluntate cõstare, vt obligatio & actio ab hærede incipiat, & fiat transmissio. Ad idem facit quod Bal. scribit in l. vni. col. fi. C. de

21 his quib. an. aper. tab. vbi vult, ꝙ † in fideicommisso conditionali, quod fit filio non fit transmisio ad nepotes si fuerunt omissi, nisi ad casum expressum id quod omissum est sequatur, quia tunc reputatur casus expressus l. tale pactum §. fi. ff. de pac. l. nam hoc iure ff. de vulga. & pupi. Sed non sequitur ad casum expressum, testator substituit filio si decesserit sine liberis, ergo si liberi extant, sunt vocati, ista consequentia non est necessaria, nec probabilis, sicut in iuribus allegatis per Bal. Accedat illud generale, quod non sufficit testatorem velle, nisi etiam disponat. l. quidam cum filium & ibi Bald. not. ff. de hæred. instituend. Alex. in l. 3. in fin. C.

22 de liber. præter. & illud, † quod omittitur in scriptura & pro latione verborum dispositiua, habetur pro omisso, licet id enunciatiuè proferatur, ita Bal. inquit in l. cum proponebatur prima oppo. ff. de lega. 2. & faciat tex. in l. in ambiguo ff. de reb. dub. vbi dispositio testatoris in mente retenta nihil operatur, & dicit Bal. in ca. 2. requiris de appella. in apostil. text. quod voluntas testatoris debet ex verbis apparere per tex. in l. Gallus §. quidam recte ibi, vt ex eo casu valeat, qui ex verbis concipi posit ff. de lib. & posthu. vnde videmus,

23 ꝙ † si testator substituat filio, si liberos non habuerit, & cõtingat eum liberos habere, qui postea decesserunt, euanescit substitutio, l. heredibus in prin. ff. ad Trebel. l. cum vxori C. quan. di. leg. ced. Oldra. consi. 21. Thema tale est, testator habebat, Io. And. in addi. Spec. in ti. de testa. §. in primis in vlt. addi. in fin. Paul. de Cast. in l. ex facto §. si quis autem rogatus ff. ad Trebel. & tamen verisimile est, quod sicut testator voluit substitutum habere bona, quando filij non extarent, sic voluisse, si extarent, & decederent: & tamen hæc verisimilitudo non inspicitur, sed quod scribtum est consi-

24 deratur. Similiter videmus, quod, si † testator prohibeat filijs ne bona alienent, ista alienatio non extenditur ad nepotes §. nos igitur in Auth. de restitu. fideicom. Bar. in l. filiusfam. §. diui col. pen. versi. quærit Dinus ff. de lega. 1. Bald. & Sali. in l. voluntas C. de fideicom. & Bald. in l. Titius in prin. ff. de lib. & posthu. & in l. quisquis C. ad l. Iul. maiesta. & tamen si verisimilitudinem, & coniecturatam inspicimus mentem testatoris, dicendum esset, ꝙ quum prohibuerit alienationẽ filijs, multo magis prohibuerit nepotibus, qui sunt vlterioris gradus, & quos minus diligebat. Et magis in specie adduco quod voluit Are. in l. Gallus §. & quid si tãtum col. 2. versi. Item adde ff. de lib. & posthu. vbi inquit, ꝙ

25 † licet dispositio testatoris facta in vno casu ad alium porrigatur ex verisimili mente testatoris, secundum quod Bart. ibi dicit per text. in l. Titius §. Lucius. ff. de lib. & posthu. & in l. fin. C. de insti. & substit. tamen secus est vbi fieri debet extensio de persona ad personam, quia non fit talis extensio ex tacita & coniecturata mente testatoris, inducit text. in l. si quis ita §. pen. ff. de testa. tutel. vbi testator dando tutorem filijs, non intelligitur dedisse ei, quem ignorabat ha-

26 bere: & eodem † modo instituendo filios, non intelligitur instituisse filium ignoratum glo. in l. Titius in prin. ff. de lib. & posthu. & tamen verisimile est vtroque casu, quod idem disposuisset ex eo, quod expresit, si interrogatus fuisset: sed id non attenditur, quia expresse non disposuit: & illud dictum Aret. sequuntur millies Moderni consulendo. Sic dicendum in proposito, ꝙ de filijs filiorum, nisi conditionaliter fecit mentionem, postquàm de eis non deposuit, licet verisimile vrgeret, ꝙ idem voluit in illis, quod in filijs primi gradus: nam etiam in datione tutoris filijs & in institutione filiorum colligi poterat ex eo, quo erat expressum idem

idem sensisse testatorē de alio filio, qui ignorabatur, tamen hæc verisimilitudo non attenditur postquam non fuit expressum: & habet locum tex. in l. si alij ibi plus valet scriptura, quàm quod actum est ff. de vsufr. lega. bene fateor quod vbi filij positi in conditione aliquo casu essent vocati ex testam. ad fideicommissum, vt quia essent grauati de restituēdo secundum opin. Barto. in l. centurio col. 11. versi. quæro vtrum substitutio ff. de vulga. & pup. tunc possent nepotes venire iure transmissionis, quia sunt vocati ex testamento, & apparet de mente testatoris, qui voluit hæreditatem ad eos peruenire decedentibus pendente conditione filijs: & nihil refert an tunc nepotes veniant iure successionis vel transmissionis. Sed vbi nepotes conditionaliter positi, non sunt vocati ex testamento, dicere, quòd veniant postea iure trasmissionis, istud esset imponere legem verbis, sed nō rebus contra id, quod habetur in l. 2. in fin. C. commu. de lega. ridiculus enim esset testator, si diceret nolle nepotes venire ad fideicommissum ex suo testamento, sed bene iure transmissionis, cum ex hoc vltimo, effectus ille, cui repu-

27 gnabat sequeretur. Mihi † verò contra videtur, quòd, cum testator ponendo nepotes in conditione eos non vocauerit ad fideicommissum, noluerit etiam venire ex transmissione, quum non appareat de eius mente, quod voluerit nepotes eius bona habere: & transmissio super voluntate testatoris fundetur. Sed in proposito d. nepotes in conditione positi, non censentur vocati ex testamento, præsertim ad portionem cohæredum, vt latè ostensum fuit in præcedenti articulo, ergo nec iure transmissionis venire ad ea possunt, & istud si benè consideratur, videtur esse de mente Soci. in

28 d. l. hæredes mei §. cum ita, nam ibi vult, ꝙ † ita demum veniant nepotes positi in cōditione, si ex aliquibus indicijs & coniecturis ostendatur illos vocatos ex testamēto, & istud facile concedi potest, quia non refert, ex quo quis capite testatori succedat, l. quod si dubitet ff. de acqu. hæred. l. Gallus §. si eius & ibi no. ff. de libe. & posthu. Non obstant consilia Fulgo. & Cuma. quæ Dec. adducit, quia illa nihil faciunt ad propositum, immo retorquentur in oppo. Nam Fulgo. in præallegato consi. 15. in fi. dicit, ꝙ filij filiorum positi in conditione censebantur ex testamento vocati, quia mens & verba patiebantur, quomodo autem verba istud paterētur, ipse ibi ostendit. Similiter respondeo ad consil. Cuma. 13. nam in casu suo vult filios filiorum vocatos ad fideicōmissum, propter verbum superstites: nā licet regulariter illud verbum superstites referatur ad personam filiorum primo loco institutorum l. fin ff. ad Trebel. tamen ibi debebat referri ad personas liberorum positas cōditionaliter in substitutione: nec poterat salua ratione recti sermonis ad filios institutos referri, vt ibi videri potest. In proposito autem casu illud verbum superstites potest referri ad filios primo loco institutos sicut debet: Item testator expresse vocat filios tantum institutos superstites, non autem eorum filios, fuit enim dictum, quod voluit filijs suis obeuntibus sine fi-

29 lijs, alium vel alios succedere, ponderanda est illa † dictio alios, quæ est relatiua, seu repræsentatiua eiusdem qualitatis vt est glo. in l. quidam relegatus in verbo amicis ff. de rebus dub. & in l. si fugitiui in verbo alia C. de seru. fugi. Abb. & alij in c. sedes de rescrip. ergo ad successionem filiorum vocauit tantum filios, qui eiusdem erant gradus, & videtur exclusisse filiorum filios, quia vnius inclusio, alterius est exclusio l. cū prætor in prin. ff. de iudi. & duobus propositis, quod in vno permittitur, in altero denegatum videtur l. & si sine §. sed quod Papinianus ff. de mino. fauorabilis est autē hæc interpretatio, quod testator voluerit tantum fideicommiss. astringere filios, si alij filij eiusdem gradus extarent, non autem si nepotes, quia hoc modo restringitur alienandi prohibitio, quæ est odiosa l. nō vsq; adeò ff. si quis à paren. fue. manu. & euitatur tunc fideicommissum, quod cōtinet grauamen & onus l. cohæredi. §. cum filiæ ff. de vulga. & pupil.

Cogitaram finem facere scribendi, ne nimia longitudine scriptorum Iudices onerarem: Verum quoniam auctoritas plurimum valet in decidendo, adhuc parumper immorari decreui. Nam veteres iurisconsulti, quorum eximia responsa pandectarum libris continentur, solent ad comprobationem suæ sententiæ ducere, & suæ, & superioris ætatis cæteros iurisconsultos, quibus idem placebat, & tantum pollet auctoritas, vt responsa prudentum sit maxima pars iuris ciuilis §. respōsa prudentum Insti. de iure na. gen. & ciu. Itaq; pro hac parte quam teneo, adducitur Alexand. consi. 252. Præclarè allegatum primo dub. lib. 6. nam in casu quoq; suo testator quinque filios hæredes vniuersales instituerat, & decedenti, seu decedentibus sine filijs legitimis & naturalibus substituit superuiuentem, & superuiuentes. Et vlterius testator progrediens ad alios casus substitutionum disposuerat, quòd si contingeret omnes filios ipsius testatoris sine filijs masculis legitimis & naturalibus decedere, substituit in medietate bonorum filias suas, in alia medietate filios masculos aliarum filiarum suarum præmortuarum, qui casus est simillimus casui nostro, concludit ibi

30 Alexand. † fideicommissum conditionale non fuisse transmissum ad filios filiorum, sed vnum tantum filium succedere alteri filio eidemq; cohæredi sine liberis defuncto, nec facit Alex. ibi vllā vim, quod testator digressus est ad alios substitutionum gradus. Præterea Franc. Ripa in d. l. hæredes mei §. cum ita dicit coniecturas per Soci. adductas neutiquam esse sufficientes, & eius respōdet rationibus: & ostēdit ipsum Soci. & Deci. neutiquam sibi ipsis constitisse, sed variasse. Dicitur etiam Anto. Rube. in repet. d. l. vnicæ C. de his qui ante aper. tab. contra Soci. tenuisse, & hæc a precedenti D. Consultore habentur. Addo præmisis, ꝙ eandem opinio. complectitur Alex. consil. 62. In causa & lite

31 col. 1. lib. 7. vbi vult, ꝙ † inter plures filios institutos, & inuicem substitutos, si aliquis eorum decedit sine filijs, superstes tantum illi succedet ex fideicommisso, non autem filij illius, qui ante euentum conditionis predecessit. Adduco et Ant. de But. in c. Rainaldus col. 3. versi. oppono cum gl. de testa. nam in illo tex. Rainaldus rogauerat filium hæredem institutum, vt hæreditatem patruis restitueret, si sine filijs masculis moreretur, dicit ibi Anto. de But. quòd d. Rainaldi filius potuit dimidiam hæreditatis paternæ testamento suo alij relinquere, quia ibi vnus ex patruis erat mortuus, &

32 dato ꝙ haberet mortuus filios, † non transmittitur ad tales filios fideicōmissum conditionale, quia fideicommissum conditionale, ex quo nondū extitit cōditio in persona eius, qui debet habere, nō transmittitur l. cum filio ff. de leg. 1. & l. apud Iulianum §. vtrum ff. ad Treb. & istud ante Ant. de But. voluit gl. ibi in verbo, vni ex patruis, quam sequitur et ibi Io. And. & Abb. col. 5. vbi allegat no. per glo. & Bar. in l. vni. C. de his, qui ante aper. tab. & sic ibi est casus per excelentiss. Doct. ad vnguem decisus. Postremo quemlibet mouere debet auctoritas Bal. & rationum eius subtilitas cons.

33 435. Punctus super quo consilium petitur lib. 4. nam † in casu suo testator instituerat filios æquali portione, hac conditione apposita, ꝙ si aliquis ipsorum decederet sine filijs legitimis ex se natis, substituit aliū, seu alios, qui superuiuerent, decidit ibi Bal. ꝙ eorū filij nō veniāt ex substitutione, neq; ex transmissione, quia vltimo morienti nulla est facta substitutio: vnde vltimo moriens est liber à cā substitutionis, vt l. hęredes mei §. cū ita ff. ad Treb. Nec ista substitutio cō-

34 ditionalis transmittitur, quia † sicut directa substitutio conditionalis non recipit transmissionē, vt l. si ex pluribus ff. de su. & legi. ita nec fideicōmissaria, vt d. §. cū ita & l. si in personā C. de fideico. & l. vnica §. sin aūt sub conditione & §. pro secundo C. de cadu. tollen. no. gl. & ibi Doct. in l. vnica C. de his, qui ante aper. tabu. & præsertim vbi testator dicit substituo superuenientes: Nam ordinē moriendi considerat, & ex natura verborū apparet vltimo morienti neminē fuisse substitutum. Hæc ibi Bal. cuius verba formalia retuli, quia decidunt punctualiter præsentem casum.

SVMMARIVM.

1 Executionem rei iudicatæ tertius pro suo interesse impedit, qui allegat hypothecam.

2 Vxor

2 *Vxor & maritus vbi rem aliquam vendunt vel donant in simul, vel eorum alter cum consensu alterius, tunc videtur is contrahere, cuius erat res, vel ad quem spectabat.*

3 *Dotalis res immobilis inæstimata vbi per virum & vxorem venditur constante matrimonio, etiam quòd ambo promittant de euictione, tunc pretium ad virum peruenisse præsumitur, nisi in vxoris vtilitatem versum probetur vt. nu. 5.*

4 *Vxor vbi sola rem vendit dotalem cum viri consensu, confiteturque pretium recepisse, ipsa sola se obligat & non virum, præsertim si iuramentum interponat. secus si rem propriam viri vendat. vt nu. 6.*

7 *Dos vbi per virum constante matrimonio vxori restituitur ex causis non permissis, tunc vir non liberatur ab actione de dote, nisi vxor facta fuerit locupletior vel tempore repetitionis salua sit pecunia. vt & nu. 9.*

8 *Vxor vbi repetit dotem, & si ei opponatur restitutio durante matrimonio facta, tamen hæc exceptio opponentem non iuuat, nisi probatum sit mulierem factam locupletiorem, & nu. 11.*

10 *Maritus etiam quod durante matrimonio ex causis permissis vxori dotē numerauerit: tamen non liberatur, nisi probauerit mulierem in illas causas pecuniam impendisse.*

CONSILIVM. 552.



MOVETVR rectè honesta hæc vidua Isabeta, dum contra Thomenum Alexandrinum intentantem executionē asserti sui crediti in prædio quon. Iacobi de Landriano sui mariti, contendit se præferendam in d. prædio ratione dotium suarum, de quibus per publicum instrumentum fidem fecit: nam vulgata est regula, ꝙ
1 † tertius allegans hypothecam, & de ea ostendens potest pro suo interesse impedire rei iudicatæ executionem l. à diuo Pio §. si super rebus versi. quod si res fuerit pignorata ff. de re iudi. Vnum facere potest scrupulum: quia præfatus Thomenus produxit vnum instrumentum publicum, in quo apparet, quod præfata Isabeta vendit quoddam aliud prædium d. Iacobi cum eius consensu, pretio aureorum ducentum, & quod pretium confitetur se habuisse & recepisse cū promissione euictionis in forma, & vult dicere Thomenus d. Isabetam satisfactam fuisse pro suis dotibus, quia solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, vt Institu. quib. mo. tol. oblib. in prin. & istud est, quod scrupulum inijcere videtur. Sed respondeo prædictis, quòd † vbi
2 maritus & vxor vendunt rem aliquam, vel vnus solus rem vendit cum consensu alterius, vel donat ille intelligitur contrahere, cuius res erat, & ad quem pertinebat, text. est. notab. in l. si liqueat secundo responso, quem ibi Bal. & Sal. no. C. de inoffi. dona. vnde si maritus, qui dominus erat fundi intelligitur contraxisse præsumitur ad eum pretium interuenisse. Nec prædictis obstat, quod scribit Alex. consil. 38. Consideratis his, de quibus in themate lib. 2. vbi dicit, ꝙ,
3 † licet res immobilis inæstimata data à muliere viro in dotem, venditur constante matrimonio per virum & vxorē & ambo promittunt de euictione, præsumatur prætium ad maritum peruenisse vt voluit Spec. in tit. de obliga. & solu. §. ante omnia versi. sed pone Bal. Pau. de Cast. & Salic. in Auth. si qua mulier. C. ad Velleia. & ibi prius referens antiquos Alber. Bal. in l. mater col. 5. versi. Sed hic quæro C. de rei vendi. Imo. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. mat. & in l. Modestinus in fin. ff. de solu. & in l. cum vir col. antepen. versi. Item aduerte, quia potest esse dubium. ff. de vsucap. & in cap. cum contingat col. 15. versi. quid autem si mulier, de iureiu. Aret. in §. est & aliud Instit. de dona. & in §. Item si in iudicio col. 14. Institu. de excep. tamen prædi-
4 ctá Alex. in præallegato consil. intelligit, vbi † maritus & vxor simul vendidissent, & se obligassent, si autem mulier vendidisset cum consensu viri, & instrumenta dicāt, quòd ipsa recipit pretium, & se ipsam obligauit de euictiōe, quæ sequeretur, non autem maritus, tunc statur instrumento, adeò quod mulier nō potest petere aliquod pretium aduer sus maritum, seu eius hæredes, præsertim stante iuramento apposito in contractu prædicto, allegat Imol. qui hoc dicit in d. cap. cum contingat, & in d. l. cum vir locis præannotatis. Sed in casu nostro non maritus & vxor simul vendiderunt, sed vxor cum consensu viri, & de obligatione se obligauit, ergo, cum non possit repetere pretium dotis, quod recepit, cessat dotis hypotheca, quę vt accessorium stare non potest sine principali. l. Item liberatur ff. qui. mo. pig. vel hypo. solui. l. cum principalis. ff. de reg. iu. Respōdetur pręmissis, quod in casu isto mulier vendens rem cum consensu viri, non sola obligauit se de euictione, sed etiam obligauit se vir cum ea, quo casu etiam Imol. in præallegatis locis fate-
5 tur, quod † pretium præsumitur ad manus mariti peruenisse, nisi probetur in eius vtilitatem versum fuisse. Præterea Imo. loquitur, quando mulier fundum dotalem vendit, & sic ad se aliquo modo pertinentem, quum vir alienationi
6 eius consentiat. Nos autem † sumus in muliere, quæ vendidit rem propriam viri cum consensu viri, vnde non potest dici, quòd pretium ad eam peruenerit, quum, vt dixi, præsumatur ipse vir vendidisse, non autem mulier cuius res non erat d. l. si liqueat. C. de inoff. dona. videtur autem mulier apposita fuisse venditioni ad cautelam emptoris, ne possit vexare illum ratione hypothecæ dotium suarum, & vt dicūt Doctores in locis præallegatis, tales contractus fiunt inuestigantibus viris, vt ipsi pretium habeant, nec mulieres eorum cupiditati possunt resistere, & ita fieri experientia docet. Præterea posito, ꝙ diceremus maritum pretium rei vēditæ reliquisse penes vxorem, vt ei dotem restitueret, dici
7 mus id eum facere non potuisse, quia † sunt certi casus, in quibus vir constante matrimonio restituere vxori dotem potest, de quibus in l. mutus. §. manente. ff. de iure dot. & in l. quamuis. ff. solu. matri. extra illos casus, qui continent necessitatem, pietatem, vtilitatem si vir dotem constante matrimonio restituat vxori non liberatur soluto matrimonio ab actione de dote, nisi quando est facta locupletior. l. vni. C. si dos consta. matr. l. si pro rata §. 1. ff. de religio. & sumpt. fun. l. fi. in fi. ff. de iu. doti. §. dotes in Auth. de nup. gl. in l. 2. in verbo dos debet in fi. ff. solu. matr. Bal. & Sali. in l. si prædiū. C. de iur. dot. & quando facta est locupletior, non tam iure solutionis, quàm compensationis iure maritus liberatur vt vult glo. in l. cum in fundo. §. vxor in verbo recepisse. ff. de iu. dot. sequitur Ange. & Sali. in d. l. vnica C. si dos constan. matr. & Bar. & Pau. de Cast. in d. l. 2. solut. matri. vbi hoc dicit probari in l. apud Celsum. §. si quis pupillo. ff. de do. ex-
8 cep. & ex hoc colligitur, ꝙ † quum maritus, seu eius heres teneatur opponere exceptionem cōpensationis, debet ipse probare, ꝙ mulier effecta fuit locupletior, quia qui excipit, probare exceptionem suā debet. l. ei qui. ff. de proba. & ita, ꝙ vbi ex causis non permissis dos mulieri soluitur constante matrimonio, teneatur maritus probare mulierem locupletiorem effectam, probatur in l. si cum dotem. §. 1. ibi nō perituræ & ex iustis causis, & ibi gl. ff. sol. matr. nam, vt ibi dicit Pau. de Cast. est, quod imputetur marito soluenti sine iusta causa: debuit enim hunc casum considerare, quod mulier perdere poterat, & cum culpa & sine culpa: ideò vt libe
9 retur, oportet quod † tempore repetitionis dotis pecunia soluta sit salua, sicut accidit in pupillo, cui pecunia sine tutoris auctoritate soluitur: nam amissa pecunia debitor non liberatur. l. pupillo. ff. de solut. quinimo Roma. in d. l. quamuis
10 ff. solut. matri. tenet ꝙ † etiam si maritus ex causis permissis durante matrimonio enumerauerit mulieri dotem, tamen non liberatur: nisi probauerit mulierem in illas causas pecuniam impendisse, allegat glo. secundum eum singularem in l. fi. in verbo creditori. ff. de iu. do. dum gl. dicit idem esse in marito, quod in emptore rei ecclesiasticæ iux. not. in Auth.

hoc

hoc ius porrectum cum ibi not. C. de sacrosan. eccle. sequitur Alex. in d. l. quamuis, & est idem de mente Bart. in d. l. si cum dotem. §. 1. vbi etiam Alex. latè. ff. solu. mat. & hoc est verius, quàm id, quod Bal. dicit in l. 1. col. 2. versi. prædicta faciunt. C. de duo. re. vbi inquit, quòd si vir & vxor vendũt fundum dotalem, & confitetur vxor se partem pecuniæ accepisse, obstabit mulieri repetenti soluto matrimonio totã dotem exceptio, quod confessa est partem recepisse, quia quando vir de facto restituit dotem vxori constante matrimonio præsumitur locupletior facta, & nõ nugatorie sumpta, subdit tamen se hoc non determinare: nam prædicta eius opinio, quam nec ipse quidem affirmat, est contra superiora, quia † quando maritus restituit dotem constante matrimonio, debet probare mulierẽ locupletiorem esse factam, præsertim vbi sine iusta causa restituit: debet enim restituere non perdituræ d. l. si cum dotem. §. 1. & d. l. mutus §. manente. ff. de iur. dot. Hæc omnia cessant in proposito, quia non probatum de iusta causa restitutionis, nec mulierem ex pretio rei vendite recepto locupletiorem factã, posito quod recepisset, vnde cum maneat actio ad repetendum dotem sequitur, quod pro d. dote nondum restituta habeat hypothecam successiue & impediat rite executionem iudicati per præfatum D. Thomenum intentam.

11 (margin number beside "periora, quia † quando maritus")

SVMMARIVM.

1 *Iudex ad quem in causis capitalibus mandare potest iudici à quo, vt sibi carceratum transmittat.*

2 *Fideiussor idoneus adhiberi non potest in causis capitalibus.*

3 *Iudex causæ capitalis ad iudicem appellationis transmittere debet reum cum actis sub fida custodia, quod limita, vt nu. 5.*

4 *Iudex à quo vbi appellatur omnia acta debet tradere appellanti vna cum literis demissorijs.*

6 *Appellatio licet in causa capitali possit per alium interponi, tamen ipse reus personaliter debet prosequi. & numer. 8.*

7 *Carceratus vbi se appellat ab interlocutoria seu grauamine apud iudicem à quo detineri debet donec sit de iniustitia cognitum: secus si à diffinitiua, quod declara, vt nu. 12. & 14.*

9 *Iudex appellationis suam debet sententiam executioni mandare.*

10 *Iudex appellationis an sequatur statuta primi iudicis.*

11 *Iudex secularis captum non remittit ad ecclesiasticum, vbi asserat se clericum, si pro Laico habebatur: donec de clericatu edocuerit.*

13 *Appellatio ab interlocutoria vbi interponitur, iudex tunc non prohibetur innouare, donec ei fuerit prohibitum.*

15 *Procurator in causis capitalibus non admittitur, etiã quod reus in carceribus detineatur, quod amplia vt ibi, & quare.*

16 *Carceratus interposita appellatione apud iudicem à quo nõ detinetur, nisi ipse in loco iudicis appellationis carceres habet, aliàs secus.*

17 *Iudex semper tenetur viam partibus eligere minus præiudicialem.*


18 *Actus quilibet attribuitur ordinanti, & non exequenti.*

19 *Iudex à quo debet obedire mandato iudicis ad quem, veluti superioris.*

20 *Iudex à quo vbi apellatum est à diffinitiua nullam habet iurisdictionem in appellantem, recuperat tamen si deserta fuerit appellatio.*

21 *Iudex ad quem vbi confirmat sententiam primi iudicis, an debeat condemnatum remittere, vt puniatur ibi, vbi deliquit.*

CONSILIVM. 553.



VVM quidam de homicidio inquisitus fuisset per Camaniæ iudicem, & condemnatus in pœna pecuniaria tãquam illud homicidium fuisset in rixa calore iracundiæ perpetratum: fiscus autem loci prætenderet delinquẽtem atrociori pœna esse afficiendum appellauit. Dubitatur huiusmodi appellatione pendente, an
1 † iudex ad quem possit iudici a quo mandare vt sibi reum remittat, intendens eum detinere sub sua custodia. Et pro parte affirmatiua adducitur Bart. in l. eos. §. super his. C. de appel. vbi per illum tex. dicit, quòd in causis appellationum
2 capitalibus, quia † non potest adhiberi idoneus fideiussor, vbi quis detinetur in carcere, & subdit hoc, quod detinetur in carcere esse intelligendum ad petitionem iudicis appellationis, quia causa appellationis in istis causis capitalibus non potest agitari per alium. l. 1. ff. an per alium causa appella. item quia iudex appellationis debet suam sententiã executioni mandare, vt dicit se dixisse in prin. illius, l. Sed aduertendum, quòd Bar. ibi non dicit, quòd iudex à quo debeat trãsmittere reum, sed dicit quod detinebitur in carcere ad petitionem iudicis. Sed hoc clare dicit ibi Bald. in summa-
3 rio, vbi inquit, quod † iudex causæ criminalis, seu capitalis debet transmittere reum ad iudicem appellationis cũ actis sub fida custodia secundum Iac. But. & subdit, quòd de ista transmissione dicitur in Actibus apostolorum cap. 25. Ad Cæsarem appellans ad Cæsarem ibis. Et si appellans petat, ad iudicem ad quem personaliter est transmittendus, & de hoc etiam dicit notari per Io. Mona. in cap. 1. de appel. in 6.
4 idem dicit ibi Ang. circa fi. dum inquit quod † iudex à quo appellatur omnia acta iudicilia debet tradere appellanti, & cum ipsis actis literas dimissorias, vt eas litigator portare possit ad iudicem: latius tangit Sali. vbi inquit, quod quidã dicunt, quòd quia tex. ibi dicit retentis, quod nõ est necesse eo casu, vt iudex eos remittat ad iudicem, ad quem appellatur, sed quod solum retineat eos apud se in custodia. Ipse autem tenet contrarium, quia tex. ibi dicit, quòd acta appellatoribus debent edi, & quia si causa est capitalis; ipse per se causam appellationis agit, & sic sub fida custodia remittitur. l. 1. ff. an per ali. cau. appel. & ad tex. ibi qui dicit retentis subaudiẽdum dicit & missis: non enim illa litera dicit apud se retentis. Similiter Pau. de Cast. dicit ibi quòd in causis capitalibus reus pendente appellatione detinetur in carcere, quòd quidam intelligunt detinetur, idest remittitur ad iudicem appellationis sub fida custodia, & per iudicem appellationis detinetur. Vel retinetur per iudicem à quo ad instantiam iudicis ad quem, & istud asserit Pau. de Cast. sibi magis placere: & sic non tenuit ibi Paul. de Castr. quin altera opin. sit vera, licet illam dicat sibi magis placere. Accedat Bald. in l. seruum quoque. §. publicè colu. 2. ff. de procu. vbi
5 videtur † tenere, quòd quando per appellationem causa deuoluitur ad iudicem alterius territorij, & reus teneatur in carcere iudicis, à quo vt no. Inno. in cap. vt famæ de sentẽt. excommu. sequitur de necessitate, quod coram iudice, ad quem admittetur procurator, quum principalis detentus non possit comparere, & sic sentit ibi Bald. quòd vbi iudices sunt eiusdem territorij; debet reus in causa appellationis per iudicem ad quem detineri. Istam. quæst. etiam Bal. tangit in l. furti. §. 1. in fin. ff. de his, qui not. insa. vbi quærit vtrum appellatione pendente in capitali causa reus debeat retineri in carcere iudicis à quo. an iudicis ad quem, & videtur quod in carcere iudicis à quo est appellatum, quia pendente appellatione nihil est innouandũ, vt ibi & ff. nil. nou. appella. penul. in rubr. & nigro ca. non solum de appella. in 6. Præterea possibile est, quòd appellans deserat appellationem, & sic executio pertinebit ad primum iudicem, ergo interim persona rei auferenda non est argu. l. diximus. ff. de excu. tuto. l. fundum Titianum & l. fun. ff. de expti. & l. si ad libertatem

libertatem ff.de noxa.In contrarium videtur,quòd licet in
6 causa † capitali appellatio possit interponi per alium. l. non tantum.ff.de appella. tamen persequutio debet fieri personaliter per ipsum reum.l.1.ff.an per ali.cau.appel.quod non posset,nisi remitteretur per iudicem,ad quem: Pone enim, quod per appellationem ex prouincia causa transferatur ad vrbem,non poterit,nisi persona transmittatur personaliter interesse,ergo videtur, ꝙ persona transmittenda sit, & ad hoc allegat tex.in l.eos.§.super his.C. de appel. & nota.per Inno.in d.c.vt famæ de senten.excom.& subdit cogita, & tene menti. Idem tenet Pet.de Anch.in Cle.frequen.6.no. de exces.prela.vbi inquit ꝙ Lau.querit. Pone ꝙ iudex car
7 cerauit illũ,qui † dicitur deliquisse,appellauit ab eius interlocutoria,grauamine vel diffinitiua vtrũ pendente appellatione debeat custodiri per iudicẽ à quo, an vero custodiri debeat per iudicẽ appellationis, & ad eum remitti,dicit quod Lau.non soluit,ipse vero dicit se non dubitare, ꝙ quũ appellatur ab interlocutoria seu grauamine,dum interim iustitia vel iniustitia appellationis discutitur: custodiri debet per iudicẽ à quo,quia gesta per ipsum ante talẽ appellationẽ interpositã non potest,iudex ad quem, ad suam iurisdictionem reuocare:ergo nec similiter custodiam carcerati,c.non solũ de appel.in 6.c.vt debitus de appel.Si vero fuerit appellatũ à diffinitiua, tunc quũ tota iurisdictio sit in iudicio appellationis transfusa, & abdicata à iudice, à quo videtur ẽt ad ipsum deuoluta custodia carcerati, vt credo, nã carceratio est de processu,ergo carceratũ sibi dari,potest iudex ad quẽ petere,sicut & reliquũ processum l.is apud quẽ.C. de eden. & maxime, quum ad ipsum spectet executio, si contingat confirmari sententiam iudicis,à quo,vt dicit se scripsisse in c.Romana de appel.in 6.

Contrariã sententiam tenet Alb.de Ros.in d.l.eos §.super his in fi. vbi proprie quærit, in cuius iudicis carceribus reus seruabitur? vtrum illius à quo est appellatum, an illius ad quẽ est appellatum.Respõdet, ꝙ primi,& hoc innuitur in illo tex.dum dicit retentis &c.& in l.minime in fi.C.eo.
8 nec obstat,† ꝙ cãm appellationis per se agere debeat, non per procuratorẽ,l.1.ff.an per al.cau.appel.l.pen.§.ad crimẽ. ff.de pub.iudi.quia quando opus fuerit, præsentabitur corã iudice,vt ex vinculis causam dicat.l.2.ff.de custo. re. l. lege
9 Corne.§.1.ff.ad Syllan.& si opus fuerit,† tradetur ẽt iudici appellationis, vt per eũ mandetur executioni sententia, ꝙ ad eius officiũ pertinere videtur,vt dictũ est supra in princ. illius.l.& patet in l.præcipimus.§.in his in fi.C. eo, quod tñ dicit intelligendũ, vt dicit in l.additos eo.ti.Idem dicit Bal. in Auth.si quis litigantium.3.no.C.de episc.& cle. vbi quærit quis sententiã debeat exequi.Respondet ꝙ in causa criminali exequutio ad primũ iudicem pertinet,qui cognouit in loco delicti,& ad locũ delicti debet remitti reus. §.si qs vero comprehẽsorum in Auth.vt nulli Iud. & ideò primus iudex est ille,qui detinet reũ cõdemnatum in carcere.l.eos. §.pen.C.de appel.Adducitur quoque Bald.in l.minime.C. de appellat.vbi proposita q. quis iudex detineat in carcere, vtrũ iudex à quo,vel ad quem. Respondet ꝙ iudex à quo, donec sit tẽpus mittendi ad iudicem,ad quem, quia quũ interim incertum sit,ad quem debeat executio pertinere,nihil est innouandũ circa carcerem, nisi forte transmittat eũ personaliter ad peragendum actus, qui non possunt exerceri per procuratorẽ,& tunc sub fida custodia mittere debet, vt expedito illo actu,necessario faciet eũ ad se reduci,& nõ dimitteret eum apud iudicem,ad quem, ne sibi sua iurisdictio subtrahatur, quam habere potest appeltatiõe deserta. Vel dic,quod in hoc obediendũ est iudici appellationis tanquàm superiori. Aliqui(inquit Bal.)dicunt,& hoc ẽt potest defendi de æquitate,quod per procuratorem causa capitalis agitabitur,prout refert se dixisse in d. l. eos. §. super his. Reperio etiam, ꝙ Bald.in margarita in verbo iudex, dicit
10 formaliter isto modo. Iudex † appellationis sequitur statuta primi iudicis,ratio est,quia eius loco succedit.l.pen.ff.iud. solu. & ideò si in criminali appellatur, & confirmatur sententia:pœna venit applicanda bursæ fisci, cuius iudex pronunciauit,quia hæc lex est illius iudicis.Item executio corporalis fit per illum,quia lex suæ iurisdictionis hoc dicit, ergo debet reum detinere in suo carcere,sed in eo quod derogatur bursę partis,ei bursę non derogatur,& subdit de hoc dicendum esse, vt not.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff. de pac.Idem tenet Card.in Clem.frequens vlt.q.de exces. præla.vbi tenens contra Petr.de Anch.ibi dicit, ꝙ propter dubium euentum litis incarceratus non remittitur iudici
11 ad quem sicut etiam is,qui † captus est per iudicem secularem,nõ remittitur ad ecclesiasticum,si allegat se clericum, sed interim donec de clericatu docuerit,per seculares custoditur,si ante captionem pro Laico habebatur capi. si iudex Laicus de sentent. excom.in 6.& hoc quando à diffinitiua est appellatum.Si autem ab interlocutoria, tunc donec articulus discutiatur appellationis, retinebitur per iudicẽ à quo, sed post discussionem, si pronunciatum fuerit bene appellatum,quia iudex ad quem subrogatur loco iudicis à quo, potest petere reum sibi remitti, vel ad suum mãdatum faciet seruari in carcere primi iucidis & Card. sequitur Guid. Pa. q.436.cum materia versic.Trigesimo primo quæro.Eandem,opin.tenet etiam Aret.cum sua addi.in trac. malefi.super verbo præsente Caio & appellante vbi adducuntur pleraq; ex prædictis.Quid igitur dicendum in tanta varietate maiorum nostrorum? Mihi ita videtur dicendum libratis, quæ vtrinque dicuntur, quòd aut sumus in appellatione ab interlocutoria, aut in appellatione à diffinitiua. Si sumus
12 † in appellatione ab interlocutoria, res est expedita, quòd detinetur in carcere primi iudicis, donec fuerit cognitũ de grauamine per iudicem ad quem, quia adhuc sua durat iurisdictio in carceratum,vel saltem pendet,& ab hac sententia nullus discrepat, & secundum prædicta potest intelligi, quod Bal.scribit in l.2.colum.2. versi. Sed incidenter quæro.C.de episco.audi.vbi vult,quod si quis appellet à captura,iudex à quo non debet eum dimittere,donec sibi per iudicem,ad quem mandetur, allegat tex.in d.l.eos.§. pen. de
13 appel.& rõnem adducit,quia † qñ ab interlocutoria appellatur,non prohibetur innouare,donec sibi sit inhibitum cap. non solum de appella. in 6. sin autem sumus in appellatione diffinitiua, tunc incidimus in scribentiũ varietatẽ. Tamen
14 † arbitror primam sententiam, quòd debeat remitti veriorem per tex.in d.l.eos.§.super his,prout ibi ponderat Ang. vbi habetur, ꝙ primi iudices debent appellatoribus acta, & opiniones suas edere,quasi innuat,quòd ea, ad secundos iudices debeant portare:nec obstat, quòd ibi dicitur retentis in custodia reis, quia ibi dicit Sali. non dicit tex. ꝙ apud se debeant retinere, sed simpliciter dicit, quòd retinentur in custodia,quod intelligitur dum transmittuntur:nam illi, qui seruantur à custodibus,licet non sint in carcere, dicuntur adhuc detineri,& nondum esse soluti.l.qui neque.§.solutum & ibi glo.ff.de verbo.signi.& Bart.in l.qui in carcerem propè fin.ff.quod me.cau.& in l.1.§.fi.ff. de acquiren. rer.dom.per illum text.cum.ll.sequ.vltra,quod etiam,dum
15 dicuntur,vincula inijci possunt.Præterea in causa † capitali interuenire non potest procurator, etiam quod detineatur in carceribus, quod procedit pariter in iudicio appellationis,vt latè prosequitur Alexand.consil.116. Animaduersis statutis colum.penu.lib.2.ad quem breuitatis gratia me refero,quia ibi idoneas auctoritates allegat, quomodo igitur potest dici, quòd detineatur in carceribus primi iudicis, quum non admittatur procurator,& vnus duobus locis esse personaliter non possit,quod cõfirmatur,quia ratio, quare in causa capitali procurator interuenire non possit, non solum illa est, ne sententia reddatur illusoria reo personaliter non comparente, nam hæc cessaret vbi reus detinetur in carcere,sed illa etiam adducitur, quia reus vbi adest diligentius causam suam defendit, & lex noluit in tanto præiudicio committere suam defensionem alteri,ita Bart.inquit in l.penult.§.ad crimen.1.quæst.ff.de publ. iud.Felin.in capitu.meminimus col.5.in 6.conclusione de accusa.non video igitur quomodo transmissio possit denegari, si quidem reo, non est deneganda defensio. Nec refragatur, ꝙ

† vbi

16 † vbi opus est transmittitur ad iudicem appellationis, qui deinceps per singulas vices habebit eum ad iudicem à quo remittere, quia respondeo, quod semper opus est, vt stet penes iudicem appellationis, attento, quod per totam causam necesse habet se ipsum defendere. Præterea argumentum forsitan procederet, si primus iudex haberet carceres in loco iudicis appellationis, sed quum in præsenti casu locus primi iudicij, vbi detinetur reus, distet per multa passuum millia à loco, vbi iudex appellationis iusdicit, non debet cum tanto incommodo & dispendio fieri vltro citroque ista rei deductio, quum † iudex teneatur eligere viam
17 minus partibus preiudicialē vt habetur per Pau. de Cast. & alios in l. 1. ff. si quis caut. Vlterius, quum, vt dicitur in argumentis huius partis iurisdictio iudicis à quo per appellationem à diffinitiua sit transfusa omnis in iudicem ad quem, & à iudice à quo abdicata, quomodo potest iudex à quo in carcere detinere reum, quum hoc sit iurisdictionis, recusante iudice ad quem, qui iurisdictionem habet, nam si ad petitionem eius iudex primus detineret, iudex ad quem dicere
18 tur ipse detinere, † quum actus attribuatur ordinanti, non exequenti l. pater ex prouincia ff. de manu. vind. l. vnum ex familia §. si de falcidia & ibi Bar. ff. de lega. 2. capitu. in literis de rescriptio. Roma. consil. 366. Quæritur nunquid maiore in princi. & istud est etiam, quod voluit dicere Bal. in d. l. minime. C. de appellat. vbi tractans hanc quest. carceris posuit pro vlti. opin. quòd † iudex à quo debet obedire
19 mandato iudicis ad quem veluti superioris. Nec facit quod dicitur ex opposito iurisdictionem iudicis à quo, esse in dubio, & pendere, quia reus posset appellationem deserere, & ea deserta iurisdictio ad primum iudicem reuertitur l. si contra. & l. quoniam nonnulli in fin. C. de appellati. l. fina. §.
20 illud C. de tempori. appella. Respondetur, quòd † iurisdictio iudicis à quo nullam habet iurisdictionem vbi appellatum est à diffinitiua capitu. non solum de appellatio. in 6. & dicit Guid. Papa quæstio. 136. quòd virtute appellationis interpositæ quis constituitur sub protectione iudicis ad quem appellatur, & exclusus à iurisdictione iudicis à quo appellatur, capitu. ad audientiam de appella. vnde si tempore, quo remissio fieri debet ad iudicem appellationis, non est deserta appellatio, clarum quod omni caret iurisdictione in carceratum, ideò tunc remittendus, nec aliquod ius ante desertionem prætendere potest, nec potest dicere iurisdictioni suæ derogatum. Sinautem deseruerit reus appellationem, tunc recuperabit iurisdictionem, & ad eum remittetur reus, vt sententiam suam exequatur. Vnde sub eo pretextu, quod aliquo casu posset habere iurisdictionem, non debet claram & manifestam iudicis appellationis turbare iurisdictionem, & reum detinere, qui ab eius iurisdictione exclusus manet, præsertim quum cognoscat, quòd executio suæ sententiæ posito, quod confirmetur, ad iudicem appellationis pertineat. Est benè † verum, quòd ali-
21 qui voluerunt, quòd vbi iudex non domicilij vel originis, sed loci delicti tulit in reum sententiam, & iudex appellanis eam confirmat, & pœna est corporis afflictiua, debeat iudex appellationis, reum ad primum iudicem remittere, vt ibi puniatur vbi deliquit, & cæteri tali conspectu ab eisdem facinoribus deterreantur, & sceleratorum pœna, sit solatio, interemptorum propinquis & affinibus in eorum luctu, iux. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. & ita tradit Alber. de Rosa. in l. additos C. de appellatio. & Salic. in l. minime. C. eod. titul. non tamen propterea fit, quod dum causa cognoscitur coram iudice appellationis, quin reus debeat esse penes eum rationibus superius adductis, posito quòd supplicij tempore remittendus ad delicti locum veniret.

SVMMARIVM.

1 *Princeps publici boni gratia rem priuatis auferens, tenetur eis ad interesse.*

2 *Vendere quis cogitur proprium solum ob publicam vtilitatem, sed non donare, nec gratis auferri potest.*

3 *Priuati res vbi per officiales capiuntur: tunc debet præstari de publico æstimatio, etiam quòd res ablatæ pereant. & nume. 6.*

4 *Arbitrator rem non comprehensam in compromisso in iudicando apponere non potest: nec partem cogere pro re sibi adiudicata aliam rem quàm pecuniam præstare.*

5 *Pecunia est ea per quam res omnes æstimantur, sed non eadem cum re.*

7 *Societas vbi inter aliquos est tantum de lucro contracta, contracta etiam de damno intelligitur.*

8 *Princeps vbi mandat domos priuatorum destrui, ob extructionem publici operis, tunc debet pretium domuum dirutarum taxari & persolui. Amplia vt nu. 10.*

9 *Respublica si propter delictum consortis cupit totam domū communem destruere: tenetur socio pretium suæ partis soluere.*

11 *Dominium directum sicut per Principem sine causa tolli non potest, ita nec vtile.*

12 *Feudum Imperator reuocare non potest, nisi precario, vel priuilegio concessum, & etiam ex conuentione, si id habeat natura contractus, aliàs secus.*

13 *Feudum est contractus nominatus, qui non patitur pœnitentiam.*

14 *Imperator non potest vasallos de feudo disuestire sine causa, aliàs debet ei in æquipollenti satisfieri.*

15 *Feudum si vasallus amittat facto domini, & non sui culpa, tenebitur ei dominus ad interesse, vel de alio simili prouidere.*

16 *Feudum licet Rex ratione directi dominij, & suæ libertatis, possit pro libito voluntatis reuocare, tamen tenetur ad prætij solutionem.*

17 *Princeps sicut non potest iura vasallorum per contractū, nec alio quouis modo euertere, ita nec imminuere.*

18 *Castrum vasalli, dominus in aliam formam conuertere non potest inuito vasallo, etiam si meliorem reponat.*

19 *Principes habentes iura Imperij in terris suis, possunt omnia, quæ Imperatori sunt reseruata in signum supremæ potestatis.*

Subditi magis tenentur obedire Principibus, quàm Feudatarijs sub nu. 19.

20 *Princeps vbi tempore belli locum meum fortificauit, & eo durante milites ibi collocauit, possum finito bello locum repetere, nec ei teneor sumptus reddere nisi tāquā vnus de populo & quare ibi, & nu. 23.*

21 *Vsufructuarius ad impensas in ædibus reficiendis factas proprietario nō tenetur, nisi principaliter eius nomine io gestum fuerit, & nu. 22.*

24 *Principalis causa est illa, quæ principaliter mouet intentionem agentis, vel quæ plus influit.*

25 *Consuetudo, cum sit facti, probari debet, & quando oritur ex actibus negatiuis non sufficit simplicem non vsum legis probare, nisi etiam de contrario vsu probetur.*

26 *Consuetudo cum sit stricti iuris, sicut nec pactum, de re ad rem non extenditur, & non in genere, sed in eadem specie est probanda.*

27 *Consuetudo quantum habet de actu, tantum habet de potentia.*

28 *Consuetudo mala nō minus, quàm perniciosa coruptela abijcienda, & cauenda est.*

29 *Consuetudo, quę in totum absorbet ius alterius, sicut nec rescriptum Principis, non valet.*

30 *Consuetudo per quam Dominus loci potest mobilia tanquā serua auferre, est diabolica.*

31 *Consuetudo vendendi hordeum & vina Principi viliori pretio tanquam violenta non valet, nisi ex libero consensu ciuium oriatur.*

32 *Consuetudine quare quis possit in agro alieno lapides cedere, si solitum præstet salarium domino, & non statuto.*

33 *Regia munera & laudes, quæ sint.*

34 *Feudi concessio, quum sapiat gratiam, ideò debet esse ab omni diminutione remota.*

35 *Princeps sicut feudum non potest tollere, ita nec grauare, nisi pretium ablatorum soluatur.*

CONSILIVM. 554.



VOD Serenissimus Rex Philippus teneatur Illustri Mercurino Comiti Valentiæ reficere damna, quæ intulit eius Maiestas, dum deposuit & solo æquauit castrum Valentiæ, quo firmius & munitius redderetur ipsum oppidum Valentiæ aduersus Gallos, qui tunc hostes erant, adeò plenè, & eleganter per superiores Dominos Consulentes fuit demonstratum, vt nihil ornatius & copiosius fieri posit, quorum ego sententiã, vt veram & iuri consonam amplector: nã, vt ipsi dicunt, trita est
1 regula, quod, † si Princeps publici boni gratia aufert rẽ priuatis, debet eorum dãna resarcire, quia dominia sunt de iure naturali §. per traditionem Instt. de rer. diui. & iura naturalia sunt immutabilia. §. vltimo Insti. de iu. na. gẽ. & ciu. vnde licet Imperator prædia nostra possit dare militibus ob publicam vtilitatem. l. Item si verberatũ. §. 1. ff. de rei vend. l. Lucius. ff. de euic. tamen istud verũ est pretio reddito. l. 2. C. qui ex cau. seru. ad lib. peru. verba sunt Arch. in c. per principalem. 9. q. 3. Idem tenet Io. And. in addi. Spe. in ti. de exe
2 cu. sent. in rub. in fin. vbi vult, quod † cogatur quis vendere solum proprium ob publicam vtilitatem. l. 1. §. sunt, qui putant. ff. ne quid in lo. pub. l. si quis sepulchrum ff. de relig. & sump. fu. l. lege Cornelia ff. ad Syllan. l. si locus. ff. queãd. seru. amit. l. 2. C. quib. ex cau. seru. pro præm, liber. accip. Ponderandũ est, quod Io. And. dicit cogitur vẽdere, & ita iura per eum allegata loquuntur, non autem dicit, quod cogitur donare, vel quod ab eo solũ auferri gratis posit, idẽ tenet Bar. in l. fi. §. fi. ff. de pig. actic. vbi allegat iura, quæ adducta sunt
3 per Io. And. in loco præallegato, per quæ concludit, quod † vbi per officiales capiuntur res priuatarum personarũ, debet solui de publico merces, idẽ tenet Bald. in d. l. 2. C. quib. ex cau. seru. & Iac. de Are. & Cin. vt ibi refert Bal. in d. l. itẽ si verberatum. §. 1. vbi dicũt in illo tex. pretiũ fuisse æquale rei, licet ibi dicatur modicũ, quia ab inuito res extorquetur l. nec quasi. ff. eod. ti. Idem amplectitur Albe. de Rosa. in l. quoties col. 2. C. de prec. imper. offer. Ang. consi. 139. Visis omnibus statutis col. 2. sequitur Alex. in l. 1. col. ante. ff. solu. matr. Moder. in c. quæ in ecclesiarũ de const. & in l. Barbarius. ff. de offi. præto. Idẽ tenet Luc. de Pen. in l. 2. in fi. C. de nauib. nõ excusan. vbi vult hoc procedere etiã quod res ablata pereat, quia perijt reipub. nõ domino, pro hoc facit ratio aliàs nõ deducta, quia, & si res alicui auferatur gratia publicæ vtilitatis, tamẽ soluto pretio potest dici quodãmodo res non fuisse ablata, quia pecunia rerũ est mẽsura, vt inquit Philosophus, & probatur in l. 1. ff. de contrahe. emp. & dicit
4 Bart. in l. cum Aquiliana. ff. de transa. quod † arbitrator non põt apponere in iudicando manũ ad aliam rem non cõprehensam in cõpromisso, & partem cogere pro re sibi adiudicata rem aliã præstare: põt tamen partem cogere, vt præstet pecuniã. sicut in simili habetur Insti. de offi. iud. §. offi-
5 cium & l. si cum in fundo. §. si fundus. ff. de iu. dot. pecunia † enim (inquit ipse) est per quam res omnes æstimantur, & sic alia res nõ videtur l. si ita fideiussorem in fi. ff. de fideius.
6 Accedat, quia † si non præstaretur æstimatio eis, quorum res capiuntur ob publicam vtilitatẽ sequeretur absurdũ, qđ ipsi soli sustinerent publicum munus, quod ad Principem spectat, vel discusso Principis ære ad reliquos oẽs collecta imposita, ita vt à summis vsq; ad infimos sarcina decurrat. l. 1. C. quib. mune. nẽ. lice. se exc. & sic ipsi quorũ res est, pro alijs grauarentur, & soli totã sarcinam ferrent, quod est valde iniquũ, & inhumanum, quorum. n. cõmune est commodũ, iisdem cõmune quoque debet esse in cõmodum. l. secũdum naturã. ff. de reg. iu. ꝙ procedit ẽt, si nihil sit dictum. vn
7 de † inter socios, quod conuentũ est de lucro, intelligit̃ pro iisdem partibus conuentũ de damno. §. illud Insti. pro soc. & videmus magis proxime, ꝙ si nauis seruãdę gratia, iactę sint alicuius merces in mare, reliqui pro rata merciũ contributione facta iacturam merciũ sarcire tenentur. l. 1. & 2. in prin. ff. ad l. Rho. de iac. Pro prædictis est optimus tex. & fe
8 rè in terminis in l. si qñ C. de oper. publi. vbi † si Princeps mandat destrui domos priuatorũ, vt ibidem extruatur publicum opus, debet pretium domuũ dirutarũ taxari & persolui, de quo tex. meminit Roma. consi. 310. In casu præpositæ consultationis circa mediũ, & allegatũ fuit per præcedentem Do. Consultorem, qui pro hoc etiam adducit tex. in c. fraternitatẽ. 54. distinc. & tex. in c. cũ inferior de maio. & obedi. vbi Bal. no. quod qui aufert ius alterius tenetur illi compensare de proprio, & quod no. Bal. in d. l. vẽditor. §. si constat vbi arg. illius tex. inquit, ꝙ si aliquis tenetur dare in transitu cõmeatum cuidam societati, nõ tenetur dare, nisi primo soluatur pretiũ, & facit ẽt, quod Cin. scribit in l. neminẽ in fi. C. de sacrosan. eccl. vbi vult, ꝙ si Imperator cogitat bellũ commouere, potest in defectũ sui auri accipere à subditis, non tñ debet vnã prouinciam vel ciuitatem grauare, sed debet hoc cõmunicare inter oẽs, nisi incidat necessitas, & promptum periculum, tũc enim bene potest ab vna ciuitate statim accipere, veruntamen debet postea fieri cõtributio inter omnes, arg. l. 2. ff. ad l. Rho. de iac. Similiter dicit Bal. in l. 2. C. quib. ex cau. seru. pro prẽm. ꝙ si ciuitas vult fossas ducere per agrum alienum, debet prætium soluere.
9 Item † si respubl. propter delictum consortis, cupit totã domum communem destruere, tenetur socio soluere pretiũ suæ partis, de quo etiam ponit Bart. in l. Atheius. ff. de aqu. plu. arc. quæ omnia generaliter ostendunt, quòd ita publicę vtilitati consulendum est, vt id fiat sine alterius iniuria, & in commodo, quod fit damnum resarciendo, vt inquit Andr. de Iser. in c. 1. in verbo & Plastrorum in prin. quę sint rega. Si enim Imperator, vbi bellum geritur, non debet vnam ciuitatem vel prouinciã grauare, vt dictum est supra, multo minus vnum duntaxat debet grauare in re ad omnes pertinente: sed oẽs contribuere necesse est: sic enim præsupponitur ꝙ oppidũ Valentiæ muniebatur aduersus Gallos hostes, & non satis munitum videbatur, nisi castrũ, quod erat ad speciem, & vsum habitationis pręclarum, euerteretur, & quod supererat, propugnaculi vicem præstaret: hoc eo consilio fiebat ne Galli occupato oppido excursiones in finitimos agros facerent, & prædam pecoris hominumq; abducerẽt, & ne deinceps ex eo oppido ad reliqua oppida impe
10 rij Mediolanensis expugnanda progrederẽtur: quũ igitur † demolitio castri sit facta, vt imperiũ seruaretur incolume, & arcerẽtur hostes à præda, ita quòd publica vtilitas sic fieri postulabat, soluendũ est de publico damnum illatũ castri domino, quũ ex eo cõmodum oẽs senserint: quia absurdũ est alium commoda habere, & alium onera sustinere, vt inquit Iurisc. in l. is qui in potestate. §. 1. ff. de lega. præsta. Nec obstat prædictis, si dicatur, quod Comes Valentiæ non habebat in d. castro plenũ dominiũ, sed vtile tantũ, quia recognoscebat id in feudũ se habere à Catholico Rege, c. 1. §. 1. de inuest. de re alie. fac. c. 1. de cap. Conra. quia respõdeo, ꝙ
11 † sicut Princeps non põt sine cã tollere dominiũ directum, iux. plenè no. in l. fi. C. si cont. ius vel vti. publ. ita nec vtile auferre põt, ita Bar. inquit in l. 2. C. de fund. patri. per illũ text. lib. 11. cuius decisionem magnifacit Pau. de Cast. cons. 46. Viso & examinato puncto supradicto, super eo, de quo quęritur in fi. lib. 2. secundum ordinem meũ & Are. in l. 3. prope fi. ff. de testã. Ias. in l. fi. C. si contr. ius vel vti. pub. licet. n. modus acquirendi vtile dominiũ sit de iure ciuili introductus, tamẽ eius effectus est de iure gẽtium vt Bar. dicit in l. ex hoc iure col. 2. ff. de iusti. & iu. & in Extrauan. qui sint rebel. in verbo rebellando, vbi allegat tex. in §. fi. Inst. de vsu,

& habit.

& habit. & dicit Bal. in l. qui se patris col. 8. versi. Sed quid si
12 pater C. vn. lib. quòd † Imperator feudum reuocare nõ po
test, nisi sit precario concessum, vel per priuilegium, vel per
conuentionẽ cõcessum sit, & hoc habeat natura cõtractus,
13 aliàs non reuocatur. l. fundi. C. de fun. patri. li. 11. Est. n. † feu
dũ contractus nominatus Bar. in l. iurisgen. §. quinimo col.
pen. ff. de pac. & in contractu nominato non est locus pœni
tentię l. sicut C. de actio. & oblig. l. in cõmodato. §. sicut ff.
cõmo. c. licet vbi Abb. no. de voto, & ista regula nunquam
fallit, secundũ Bar. in l. si pecuniã in princ. col. 3. ff. de condi.
14 ob cau. Hinc est, ꝙ † Imperator non potest disuestire vasal
los & eos feudo priuare sine causa c. 1. & ibi Bal. no. de nat.
feu. & secundum hanc rationem, ita dicit se solitum dicere
Abb. in c. quæ in ecclesiarum col. 5. de consti. & eam etiam
adducit Pau. de Cast. in præallegato cons. 46. Viso & exami
nato lib. 2. & ante omnes Bal. cons. 327. Pridie enim consul
ui col. 1. lib. 1. Ex prædictis patet, quod sola voluntate Prin
cipis feudum auferri non põt, sed requiritur causa, quę si re
mota est à culpa Vasalli, & per eam contingat Vasallo feu
dum auferri, debet ei in ęquipollenti satis fieri, vt enim cau
sa iusta subsit, vt nulla præcedente culpa feudũ sibi aufera-
tur, non tamen subest causa, quin æstimatio non præstetur
& pro hoc adduco glo. in c. 1. §. ad hæc de pa. iur. firm. aliàs
15 est ca. ad hæc de allo. nam glo. ibi prima vult, ꝙ † si vasallus
amittat feudum facto domini, & sine culpa sua, dominus
tenebitur ei ad interesse, vel præstabit æstimationẽ, vel aliud
det feudũ eiusdem quantitatis & bonitatis, perinde ac si eũ
de re aliena inuestisset, & illã gl. sequitur ibi Bal. col. 5. versi.
quæro an in hoc casu, vbi subdit illã gl. præstare arg. quod, si
Papa de plenitudine potestatis abstulit alicui beneficiũ, te-
neatur illi prouidere de alio simili. Adducunt etiam Domi
ni Consultores Matthæ. de Affl. in c. 1. §. similiter põt col.
4. de capi. qui curi. ven. vbi vult, quod quando Rex ex cau
sa publicæ vtilitatis aufert rem feudalem, debet pretiũ nu-
merare, & in hoc improbat Luc. de Pen. qui contrariũ sen-
sit in l. fi. C. de loca. ciui. præd. lib. 11. sed, vt ipsi dicunt Luc.
de Pen. nequaquam hoc voluit bene in hoc discrepat à cõ-
16 muni, dum vult, ꝙ Rex † ratione directi dominij, & suæ li
bertatis possit pro libito voluntatis feudum reuocare, & al
teri concedere, vult tñ quod teneatur ad interesse & pretij
solutionẽ, licet non statim hoc faciendum cẽseat Regi, sed
quam primũ commodè poterit: quod etiam sequitur ipse
Matthæ. de Afflict. in d. §. similiter potest col. 3. versic. Sed
17 quarto quando ex causa &c. Non obstat si dicatur, ꝙ † hic
totum feudum nõ fuit ablatum, sed tantũ fuit diminutum
per castri demolitionem, quia ad hoc respondeo per id, qđ
Bal. voluit in tit. de pac. Cõstan. in §. pacta in verbo succes-
sorũ, quod Princeps sicut per cõtractũ, nec alio quouis mo
do potest iura vasallorum euertere, ita nec imminuere, ad-
ducit elegãtem text. in l. si optio. ff. qui & à quib. In casu aũt
nostro potuit Serenissimus Rex Philippus militante publi
ca vtilitate demoliti castrum, & in propugnaculi speciem
conuertere, sicuti fecit, considerando eum, vt Regem, seu
Mediolani Ducem, tenetur tamen ad æstimationem. Sin-
autem consideretur tantum, vt Dominus directus feudi, se
18 posito Regio iure neutiquam id facere potuisset, quia † do-
minus feudi castrum vasalli in aliam formam conuertere
non potest inuito vasallo, ẽt si meliorẽ reponat, & si faciat,
conueniri potest ad interesse, vt Alb. de Ro. inquit in l. fi. ff.
de vsu & habit. Non obstat item si diceretur, ꝙ demolitio
castri, & commutatio in propugnaculum cedit etiam in cõ
modum vasalli de oppido inuestiti, eo quod habet oppidũ
illud munitius & absurdum esset, ꝙ vtrumque consequa-
tur ex ipsa demolitione castri, videlicet emolumẽtũ, quod
ex munitione prouenit & impensam ædificij iacentis: nam
19 ad prædicta respondetur, præsupponendo prius, ꝙ † Reges,
Duces, Marchiones, Comites habentes iura imperij in suis
terris, possunt in oppidis infeudatis ea oĩa, q̃ reseruata sunt
Principi in signũ supremæ potestatis, & insignis priuilegij,
& homines d. locorũ infeudatorũ tenentur illis habentibus
vniuersalẽ iurisdictionẽ in toto territorio magis obedire,
quã ipsis vasallis inuestitis, Spec. in ti. de feu. §. q̃m versi. 15.
cũ ver. sequen. Oldr. cons. 234. Factũ tale est, quidam miles
Bal. in ti. de pac. Consta. char. pen. in verbo, ꝙ non sunt di-
stricti, Matthæ. de Afflict. in c. 1. §. vt aũt æquitas nono no
ta. de pac. iura. firm. & Corse. in trac. de regia potesta. q. 88.
cũ alijs concordan. Dico igitur, quod Rex Catholicus ca-
strũ, de quo fuerat Comes Valẽtię inuestitus, partim diruit
partim pro propugnaculo vtitur, non vt illud præfato Co-
miti, sed vt sibi & successoribus in ducatu seruaret, & ne, si
Galli hostes illud oppidũ occupassent, vlterius progrederẽ-
tur, & reliquũ territoriũ inuaderent, prædáque excursioni-
bus factis vndique tollerent, vt antea dixi, vnde licet in cõ
sequentiã Comes vtilitatẽ aliquam sentiat, nõ debet, quod
principaliter sui cã, & in totius ducatus commodũ fecit, id
Comiti imputare, ad hoc adduco elegantẽ decisionẽ Bal. in
l. si in aliquam in fi. ff. de offi. proconsf. & lega. vbi quærit, Po
ne † ꝙ Princeps belli tempore fortificauit quendam locum 20
meum vt bellũ habilius gereret, & collocauit illic milites,
quod facere potuit me inuito. l. 1. C. de nauig. non excus. li.
11. l. fi. §. fi. ff. de pigno. acti. postea finito bello repeto locũ
sic aptatũ, opponit mihi ille, quod teneor reddere sumptus:
vtrũ tenear de iure reddere, refert Bal. quosdã dicere, ꝙ nõ
teneor & sic lucro meo cedit illud fortalitiũ, quia Princeps
non mihi negotiũ gessit, nisi tanquã vni de populo, sed sibi
& regno suo, vnde nõ teneor ad conferendum, nisi tanquã
vnus de populo, sed non tanquàm priuatus ad totã impen-
sam. l. 1. §. Idem Labeo. ff. ne quid in flu. pub. & facit secũ-
dum eũ illa lex, quę dicit, quod debet fieri publicis impẽsis,
allegat etiam ad hoc. l. ex duobus. ff. de nego. gest. & istam
decisionẽ Bal. sequitur Matthæ. de Afflict. in c. 1. §. quid er
go col. 6. vers. & ideo ciuitas de inuesti. de re alie. fac. Cepo.
in tract. seru. vrba. præd. sub titulo de solo seu area in fi. Iac.
de S. Georgio in sua inuestitura in verbo de castro Montis
Rubei col. 2. quia secundũ eum Princeps facit illã impen-
sam ad sui vtilitatẽ, licet secundario cedat in vtilitatem Va
salli, sed inspicimus ꝙ principaliter agitur l. si quis nec cau-
sam. ff. si cert. pet. l. 1. ff. aucto. tuto. & præter istos hæc deci
sio Bal. comprobatur per tex. in l. si absente. ff. de vsufr. vbi
21 probatur ꝙ † si proprietarius impẽsam in ædibus reficien
dis fecerit ita demũ repetit impensam ab vsufructuario, si
quasi negotium eius gerens hoc fecerit, potuit enim facere
prospiciens, vt ibi dicitur proprietati. Clarum est aũt, quod
proprietas feudi remanet penes dominũ directum ad feu-
datarium transeunte, cap. 1. §. beneficium in quib. cau. feu.
amitta. Confirmantur præmissa ex eo, quod dicit Alber. de
22 Rosa. in d. l. si absente post Iaco. de Belui. quòd † quando ali
quis vult sibi principaliter prospicere, secundario tamen
prospicit etiam alij, tunc non agit. l. si prior. §. sciendũ. ff. qui
potio. in pign. hab. l. ex parte in prin. ff. famil. hercis. facit ẽt
bonus tex. quem ipse non allegat in l. creditor. §. ad eum. ff.
manda. & subdit Alber. de Rosa. ibi quod in dubio præsu-
mitur, quòd voluerit aliquis sibi magis quàm alij prospice-
re. l. in hoc iudicio. ff. de commu. diuid. l. si pro parte. §. fi. &
l. si filius. ff. de in rẽ verso. Si igitur admittimus, quod Prin
ceps non possit repetere sumptus, quos fecit bellum geren
dum in castro Vasalli, sed vasallus illos lucrauit, quanto ma
gis dicendum vt si Princeps aliquod intulerit damnum in
castro Vasalli eadem belligerãdi ratione ductus, vt non il-
lud reficere debeat, quum magis faueatur ei, qui certat de
damno vitando quàm si certet de lucro captando l. fi. C. de
codicil. l. fi. §. licentia. C. de iu. deli. & vt redeam ad rationẽ
23 Bal. in d. l. si in aliquã, Rex † Catholicus, non gessit negotiũ
Comitis Valentiæ, dũ illud oppidũ destructione castri red
didit munitius, sed sibi & regno prospexit, & (vt summa-
tim dicã,) publicã vtilitatem secutus est, nec debet Comes
totã impẽsam illius munimẽti sustinere, sed collecta impo
sita debet tñ, quantũ vnus de populo conferre: nulla. n. vel
minima ratio habita est, vt ei seruaretur illud oppidum pro
quo facit gl. no. in l. nõ vere. ff. ex quib. cau. maio. q̃ vult, ꝙ si
quis est absens partim causa Reipub. partim pp negotium
suum priuatum, attenditur, ꝙ ibi principaliter intendebat.

Similiter, si quis arripiat iter ad Papam pro appellatione, &
pro alia causa, inspicitur eius principale motiuũ, quia si ma-
gis principaliter, aut ęquè principaliter erat alia acturus, nõ
videtur illuc causa appellationis profectus secundum Bald.
in cap. dilecti el. 1. vers. Sed si quis vadit de appella. & simi-
lem quæstionem decidit Abb. in cap. cum pro causa. 3. not.
de procu. & dicit Bald. in d. l. non verè, quod principale pro
positum est illud, quod dicitur causa finalis, & in alia lectu-
24 ra dicit, quòd † principalis causa est illa, quæ principaliter
mouet intentionem agentis, item quælibet causa, quæ plus
influit, dicitur principalior. l. verum. §. Item quæri potest ff.
de mino. hæc ostendunt inspiciendum esse, quòd in inten-
tione erat principaliter Serenissimi Regis quum muniret
Valẽtiam, & quę causa plus illic influeret, & verisimile est,
quòd sibi magis prospiciens, omnia fecerit, nam si de solo
interesse Comitis actus fuisset, Rex Catholicus tãtos sum-
ptus non fecisset, quantos in defendendo illo oppido fecit.
Sed visum est in retentione illius oppidi consistere multo-
rum salutem; in amissione perniciem: hęc ratio impulit Ca
tholicum regem, vt Valentiã muris, & propugnaculis, & de
fensoribus muniret, & in dubio ita iudicãdum venit, quòd
instruxerit d. oppidum sibi magis prospiciens, quàm alteri
secũdum Albe. de Ros. in d. l. si absente. ff. de vsufr. superius
relatum. Præterea considerandum est, quòd ex huiusmodi
fortificationibus nulla aut parua admodum resultabat vti-
litas in Valentiæ Comitem, siue belli tempore siue pacis,
nam si pax est, nõ est opus munitionibus, sin bellum gerit,
nihil prosunt munitiones oppidi Comiti, qui suis opibus nõ
potest vel breui tempore alere milites, quantos oppidi de-
fensio requirit, præsertim si aduersus Gallos belligerãdum
erit, qui soli metuuntur, nam vt eorum maximæ potentiæ
absistatur, opus est Regis Philippi exercitu & copijs: nec ali
ter fieri potest. Itaque vtile esset Comiti Valentiæ castrum
elegans, & ad vsum habitationis aptum in sua pristina spe-
cie manere, sed non vtile Imperio Mediolanensi: ideo quũ
publicæ vtilitatis gratia dirutum, fuerit iustum est de publi
co, damnum, quod ex eo sentit resarciri.

Postremo non obstat gl. in l. si locus. §. 1. ff. quemad. seru.
25 amit. vbi dicit non seruari† de cõsuetudine, quod rei amis-
sæ ob publicum bonum soluatur pretium, quia quum con-
suetudo sit facti probari debet, nec creditur Doctori atte-
stanti de consuetudine, præsertim in locis vbi apparet eum
versatum non fuisse, & quum proponatur consuetudo non
soluendi, quæ oritur ex actibus negatiuis, nõ sufficeret pro
bari de nõ simplici vsu legis, nisi etiam probaretur de con
trario vsu Barto. in procem. ff. in §. & antea, Io. And. & alij
in c. cum Ioannes de cleri. coniug. Ang. de Are. in §. igitur
in procem. Insti. cum concord. imò tantum abest talem ex
tare consuetudinem vt contraria potius extare dicatur, nã
multis in dominio Mediolani dicũtur soluta pretia domo-
rum causa munitionum destructarum. Præterea gl. in d. l. si
locus. §. 1. non ita generaliter intelligẽda, sed in casu in quo
loquitur, videlicet in vicino, qui præstat viam in suo agro
propter amissionem viæ publicæ ex ruina vel fluminis im
petu, nã posito, quod in illo casu consuetudo ita seruaret, vt
pretiũ non solueretur vicino, qui per eius agrum viã præsti
tit, non sequitur quod in pari vel grauiore casu solui non de
26 beat, quũ† consuetudo sit stricti iuris, & de re ad rẽ non ex-
tendatur, sicut nec pactũ, Bal. in c. 1. in fi. de feud. cogni. nec
in genere consuetudo, sed in eadem specie est probanda, vt
Oldra. tradit consi. 237. Perspectis & diligenter attentis. 1.
dub. quem sequitur Alex. consi. 6. Visa inuestitura li. 6. Feli.
in c. auditis col. 8. de præscrip. Idem tradit Petr. de Ancha.
cons. 339. Pro maiori intelligentia dicendorum col. 4. vers.
Secundo quatenus consuetudine derogatum, & dici solet,
27 quod † consuetudo quantum habet de actu, tantum habet
de potentia, & quantum possessum tantum præscriptum. l.
1. §. si quis hoc interdicto, & ibi Bar. ff. de itin. actuque priu.
cum alijs adductis per Ias. in l. de quibus col. 9. ff. de ll. præte
rea dum glo. in d. l. si locus. §. 1. dicit, quod cõtrarium serua-
tur, subdendum est, & male, secundum And. de Iser. in c. 1.
28 §. post natale in fi. de pac. tenen. † & mala consuetudo, non
minus, quàm perniciosa corruptela ab ijcienda & cauenda
est ca. mala consuetudo. 8. distin. ad quod facit, quod scribit
Albe. de Ros. in d. l. venditor. §. si constat. ff. commu. præd.
29 vbi dicit, ꝙ † si esset consuetudo ꝙ quilibet possit in agro
meo lapides cædere sine solutione alicuius pretij non vale
ret, quia nec rescriptum Principis valet, quod in totum ab-
sorbet ius alterius. l. quotiẽs. C. de prec. Impe. offer. ergo nec
cõsuetudo, & subdit, quod talis consuetudo repugnaret iuri
naturali & gentium, quæ induceret, vt rem meã possit alius
tollere pro nihilo, ideò non valet. §. sed naturalia Institu. de
30 iu. nat. gen. & ciu. & dicit Bal. in l. sicut. C. de serui. & aq. ꝙ †
consuetudo per quam Dominus loci potest auferre mobi-
lia tanquam serua est diabolica, qua decisiones retuli antea
in quodam cõsilio meo impresso in ordine. 435. & incipit
31 iandudum Illustrissimi circa finẽ. vbi etiam dico† consuetu
dinem vendendi Principi viliori pretio hordeũ & vina nõ
valere tanquàm violentam, & per impressionem introdu-
ctã, & respondeo ad tex. in l. si pendentes. §. si quid cloaca-
rij. ff. de vsufr. qui videbatur in oppo. ꝙ loquitur in consue-
tudine populi, quæ nascitur ex libero ciuium cõsensu, & ibi
dictis addo Ange. in l. 2. ff. de his qui sunt sui vel ali. iu. vbi
vult, ꝙ tex. in d. l. venditor in §. si constat ff. commu. prædi.
32 vbi potest quis† in agro alieno lapides cædere si solitũ præ-
stet salariũ Domino, bene procedat in consuetudine, prout
ibi præsupponitur extitisset: secus in statuto, ratio differen-
tiæ est, quia propter longam patientiam illa consuetudo trã
siuit in cõsensum illius, de quibus præiudicio agitur, quæ ra
tio cessat in statuto. Si igitur lege statui nõ potest, vt res alie
na viliori pretio detur, quanto minus statui poterit, vt gra-
tis auferatur, de inualiditate etiam consuetudinis, cuius me
minit glo. in d. l. si locus, ponunt è recentiorum numero Ro
chus de Cur. in c. fi. de consue. Hiero. Cagno. in procem. ff.
quos antecedentes D. Cõsultores adduxerunt. Ex his con-
cluditur damnum castri amissi Comiti refici debere, quod
33 Serenissimum Regem facturũ arbitror, quũ † sit Regium
munus liberalitatem exercere c. 1. de dona. l. filiusfa. ver. nõ
nunquam etiã ex persona. ff. de dona. & vt præclarè inquit
Cicero in oratione pro Deiotaro. Frugi hominũ dici non
multũ laudis habet in Rege, fortem, iustũ, grauẽ, magnani-
mum, largũ, beneficum, liberalẽ, hæ sunt Regiæ laudes: &
34 quũ † feudi concessio sapiat gratiã, beneficia Principũ de-
bent esse ab omni diminutione remota. §. illud in Aut. con
stitu. quæ de dign. l. fi. circa med. C. de præpos. agen. in reb. l.
vni. C. si soc. Imper. libera. lib. 10. & vt inquit Bal. consi. 327.
Pridie enim consului li. 1. lex antiqua dicit priuilegia debe-
re renouari non deprimi. l. 1. §. permittitur ff. de ac. quot. &
35 æsti. & ibidem etiam Bal. asserit, quod sicut † Princeps non
potest feudũ tollere, ita nec grauare, & si volumus sine con
ctatione verum proferre, nisi pretium ablatorũ soluatur, vi
deretur Princeps concessa reuocare, quod facere non põt,
quũ ex suo contractũ teneatur c. 1. de proba. Cin. in l. digna
vox. vers. Vltimo scias. C. de ll. Bal. in l. ex im pfecto in fi. C.
de testa. cum alijs simil. quæ veluti notissima omittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Collecta de iure cõmuni ĩposita personæ pro rebus, nõ ligat forensem nõ subditum, licet res possideat in loco, et nu. 3.*

2 *Possessio sola aliquem oneribus obnoxium non facit, nisi onera sint merè realia.*

4 *Collectandi forenses vbi communitas consuetudine, vel prę scriptione ius acquisiuit, tale ius in eos tantum militat, contra quos d. consuetudine vsum fuit, sed non in alios & num. 7.*

5 *Consuetudo non recipit personarum neq; actuum extensionem, & quare, ibi & nu. 6.*

8 *Pręscriptio vel consuetudo, sicut quęlibet alia dispositio, nõ complectitur maiora expressis, & quæ sit alterius qualitatis.*

9 Ens

9 *Ens qualificatum an sit alterius speciei & naturæ, quàm ens simplex.*
10 *Collectari quando possint Nobiles à commune, & pro quibus oneribus, declara vt nu. 12.*
11 *Collectari nunquid possint clerici à Laicis, & quando.*
Collectari Dominos commune et homines locorum non possunt, sub nu. 11.

CONSILIVM. 555.



ONTRA istos Nobiles Annibalem, & Fabiũ, qui inuestiti sunt de loco Castrinoui cum mero & mixto imperio, allegatur, quod neq; iurisdictio, quã in loco possident, neque reliqua feudalia de quibus fuerunt inuestiti, liberãt ipsos, quominus pro prędijs rusticis ibidem sitis teneantur cum cæteris hominibus loci contribuere ad occurentium onerum subleuationem, & ad hoc adducitur Albe. de Rosa. in rub. ff. de mune. & hono. colu. 22. versi. Item rector Luc. de Pen. in l. si quando la 1. vers. Item quæro in regno. C. de bon. vacan. lib. 10. & in l. fi. q. 4. C. de fund. limitro. Abb. in c. tria circa primũ li. 2. vbi vult, ꝙ Archiepiscopus, qui est caput cleri, onera clero incõbẽtia subire teneatur, adducitur ẽt Parpalia Doc. Möder. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. Contrariã sñiam veriorẽ arbitror, qđ d. Nobiles non teneãtur ad collectas, quia præsupponitur, ꝙ d. Nobiles non habitãt ibi licet inuestiti sint de dicto oppido cũ mero & mixto imperio exercẽtes iurisdictionem per suos vicarios, & iudices vnde in d. collecta, quæ fuit imposita per Principẽ cõmunitati & hominibus d. loci eã distribuere in d. Nobiles pro rata prędiorum non possunt, qa
1 † de iure cõmuni collecta, quæ imponitur personæ pro rebus, non arctat forensem non subditũ, licet res possideat in
2 loco: sola † enim possessio aliquẽ obnoxiũ oneribus non facit, nisi onera sint merè realia idest imposita rebus propter res ipsas. l. libertus. §. sola. ff. ad municipale. l. rescripto. §. fi. ff. de mune. & hono. l. neque. C. de inco. li. 10. & vtrobiq; Bar. & ponit glo. & Doc. in rub. C. de mune. patrim. eo. li. Bal. in Aut. defuncto col. fi. vers. modo quæro dictat statutum. C. ad Tertul. vbi videtur assignare rationẽ prædictorũ, videli
3 cet † quod quãtitas collectæ directò respicit res & eius ęstimationẽ, sed obligatio, & vinculũ respicit personã, ideò qñ psona non est subdita, nõ põt ligari. l. 1. in fi. & l. ius dãdi. ff. de tuto. & cura. dat. ab his, & qa hoc est notissimũ me vlterius nõ extẽdo. Quod si ꝓ parte d. cõmunitatis & hominũ allegetur, quod sibi quæsitũ est ius collectandi in forẽses de
4 cõsuetudine pro prædijs, quæ ibi possidẽt. Respondeo, ꝙ † quũ non sint vsi cõsuetudine, aduersus d. Nobiles, qa soluẽtibus cęteris ipsi nunquã soluerunt, ꝓut de iure cõmuni, nõ possunt se iuuare d. cõmune & homines d. cõsuetudine, qa
5 † cõsuetudo dicitur tacita ciuiũ conuentio, & ideò sicut pactũ non extenditur, ad aliã rẽ vel personam, q̃ de quibus loquitur. l. si vnus. §. ante oĩa. ff. de pac. ita nec consuetudo: est enim cõsuetudo stricti iuris, verba sunt Bal. in c. 1. in prin. in vltimis verbis de feu. cogni. & istud est ẽt, qđ in terminis scribit Bal. consi. 227. Quęstio vertens lib. 2. vbi vult, ꝙ cõmunitas, quæ cõsuetudine seu præscriptione acquisiuerat ius collectandi contra aliquos, non põt vti ea cõtra alios, qa consuetudo & præscriptio facti sunt, & in facto consistũt, ideo non recipiunt extensiõnẽ personarũ neque actuum c. dilecto de offi. Arch. & bene facit quod scribit Pau. de Ca. consi. 412. quia breue spacium in fi. lib. 1. dũ cõcludit, quod Episcopus, qui solitus erat ab aliquibus hominibus exigere quasdam operas, non põt illas a cæteris exigere per not. per Inno. in c. dilectus de Capel. Monach. & per no. per Cin. in l. 1. in fi. C. de emanc. lib. Accedat ẽt quod Alex. scribit consi. 16. In cã & lite vertẽte col. 7. lib. 5. vbi dicit, ꝙ si quis usus fuerit iurisdictione in homines existẽtes in aliqua parte oppidi, non potest ea vti in homines existẽtes in alia parte oppidi, quia quantũ possessum tantum præscriptum l. quod si meo §. fin. ff. de acquir. posse. l. 1. §. si quis hoc interdicto, & quod ibi no. Bar. & Ang. ff. de itin. actuq; priu. cum alijs plu
6 ribus ibi per eum adductis, & † ꝙ præscriptio seu consuetudo quæ est contra ius, & per quã derogatur iuri tertij, nõ extendatur de re ad rem, nec de persona ad personam, latè ex
7 plicat Roma. consi. 368. Præsens consultatio. 2. dub. ergo † dicendum, ꝙ consuetudo seu præscriptio cui innititur d. cõmunitas Castri noui, qua vsi sunt in cæteros forenses in eis collectandis, non extenditur ad istos Nobiles, contra quos non militat consuetudo seu præscriptio quũ ab eis nunquã fuerint collectati. Moueor etiam pro hac eadem parte effi
8 caciter, quia non videtur, ꝙ † hæc consuetudo quia collectãtur hi, qui simpliciter sunt forenses, possit trahi ad d. Nobiles, qui habent maiorem qualitatem, quàm sit non subiectio quum etiam sint domini loci & superiores hominum ipsorum, sicut quælibet alia dispositio, ita intelligitur, vt nõ complectatur maiora expresis, & quæ sint alterius qualitatis cap. sedes de rescrip. Cle. non potest de procura. l. fi. §. cui dulcia. ff. de vi. triti. & ole. lega. Bar. in l. sed & si quis. §. quęsitum colu. 1. ff. si quis cau. Vnde videmus, ꝙ potestas legitimandi certum genus superiorum non trahitur ad eos, qui maiore laborant spurietate, vt Bal. dicit in cap. naturales circa fin. si de feu. defun. fue. contro. in do. & agna. hinc etiam est, quod statutum in ecclesia parrochiali non extenditur ad ecclesiam parrochialem collegiatam cap. statutum iuncto cap. licet Canon de elec. in 6. & quod de clero dicitur, non procedit in clerico, qui sit Canonicus vt Abb. dicit in
9 rub. de vi. & hone. cler. Demum † ens qualificatum videtur esse alterius speciei & naturæ, quàm sit ens simplex, vnde licet in legatis lata sit interpretatio, vt quæ contineat donationem. l. in testamentis ff. de reg. iur. cap. cum dilecti de dona. tamen legato marmore, non venit marmor sculptum, & si legetur lana, non venit lana tincta. l. si cui lana in prin. & l. hæres meus. §. 1. ff. de leg. 3. l. 1. ff. de au. & arg. lega. quũ igitur d. Nobiles habeant diuersam qualitatem à forensibus simpliciter sumptis, quia hoc etiam habent, quòd sint domini loci, dicendum venit, quòd consuetudo illa collectandi forenses, eos non comprehendit. Accedat præmissis, quia di. Nobiles duplici ratione non sunt subditi primo quia sunt forenses, secundo quia sunt Domini, & habent in homines iurisdictionem, & duplex funiculus arctius stringit, & difficilius rumpitur cap. 1. de treg. & pac. l. pen. §. si vero. C. de adop. §. pen. in Aut. de consan. & vter fra. Non ob
10 stant modo, † quæ allegantur in oppo. & 1. Albe. de Ros. in rub. de mun. & hono. quia Albe. ibi dicit contra id, ad quod allegatur, quia Alber. ibi vult, quòd Rector prouincię cum eius comitibus sit immunis ab oneribus personalibus. l. eos C. de excu. mune. l. legatò. ff. de vaca. mune. Itẽ ab his, quæ imponuntur personę pro rebus, allegat tex. in l. honorem. ff. de mun. & honor. licet secundum eum a patrimonialibus non excusentur. l. munerum. ff. eod. tit. & pro hac opinione facit glo. in d. l. honorẽ, quæ dicit, quod consules non debẽt soluere collectam, per quem tex. dicit Bar. consi. 180. si ali
11 qua possessio col. 1. quod hac ratione † Laici clericis collectam imponere non possunt, quoniam constat clericatum omni honore seculari esse maiorem. Istam etiam q. tangit Bar. in l. 1. C. de immu. nemi. conced. vbi quærit an officiales teneãtur soluere collectas & tributa, & veniẽdo ad onera mixta, quæ cõsistunt in præstatione pecuniæ, de quibus agitur, distinguit, ꝙ aut munus est ordinariũ, & ab isto non excusant. l. actores. C. de exac. tribu. aut est extraordinariũ, & excusantur, vt d. l. honorẽ & in l. in honoribus. § fin. ff. de vaca. mune. & seqtur ibi Luc. de Pen. & Nico. de Neap. in l. Athletæ. §. gentiũ. ff. de excu. tuto. & Io. de Plat. in d. l. actores, vbi ẽt videtur sequi Bal. nisi onus imponat a superiore, quia par in parẽ nõ habet imperiũ, quod in proposito puto notandũ, quia a Principe onus imponitur vniuersitati & hominibus Castri noui, nõ autem imponitur Dominis ipsius loci, nec homines d. loci possunt ꝓ eorum exoneratione in Dominos suos conferre. Demum ꝙ commune & homines

nes locorum, non possunt Dominos collectare tenet Corne.consi.194. Licet videretur, versus fin.lib.4.Guid.Pap.q. 385. Quid autem de habitantibus &c. bene fateor, quòd
12 ratione solius nobilitatis non excusarentur, prout loquitur Albe.de Rosa.in d.rubr.ff.de mune.& hono.colum.22.versi. Sed quæro nunquid Nobiles per iura ibi per eum adducta: vnde qui allegant ibi Albe. contra Dominos castrorũ, & villarum, male loquuntur, quia loquitur in his tantum, qui ob generis nobilitatem cupiunt esse immunes, quod etiam ostenditur, quia idem Albe.in eadem rub.in Rectore prouinciæ tenet eum à collectis esse immunem, vna cũ comitibus, vt superius retuli, & istam partem reperi postea amplissime tenere Alber.Bru.consi.103. vbi refert ita etiã seruari de consuetudine in territorio Astensi. Non obstat Luc.de Pen.in l.si quando.C.de bon.vacan.& in l.fin.C.de fund.limitr.quia Luc.de Pen. nihil dicit ad rem conferens, disputat enim nũquid feudatarij sint immunes pro eorum feudis, & pro alijs, quæ sunt feudi accessoria, nihil autem tãgit de bonis allodialibus, quæ possident Domini Castrorũ & oppidorum, vtrum pro his possint collectari, & eodem modo Parpa.in d.l.placet, nihil dicit de allodialibus: sed tantum quærit an pro feudalibus collectari possint, & nihil decidit, sed integram ibi quæstionem relinquit. Non obstat, quod Abb.scribit consi.7.lib.2.quia loquitur de Archiepiscopo, qui tenetur subire pro sua parte onera clero imposita, nam illud est, vt ibi ipse dicit, quia illud onus tendebat etiam in vtilitate Archiepiscopi, & quia Prælati ecclesiarum, tenentur vna cum alijs clericis procurationes legatorum & nunciorum Apostolicæ sedis, & alia extraordinaria onera subire, & est tex.apertus in Clemen.2.§. sunt & nulli de censi.& in cap.cum instantia eo.tit.iuncto c.Ego. N.de iureiur. De iure autem ciuili quid in officialibus sit statutũ, ex superioribus liquere puto. Ex quibus firma manet conclusio quod ex consuetudine seu præscriptione collectandi forenses d.commune & homines contra prefatos Annibalem & Fabium se iuuare non possunt, prout facere conantur.

SVMMARIVM.

1 *Princeps principaliter potest subdito vel vasallo, vt corã se personaliter compareat sub pœna bonorum confiscationis, & priuationis feudorum, & valet præceptum etiã si non expresserit causam, secus inferior, vt sub nu.2.*
2 *Princeps quicquid facit, semper præsumitur facere ex iusta causa.*
3 *Actus, qui prima fronte præsumitur iniustus, non valet ẽt, quod certo casu iustificari possit, nisi fuerit factus à persona circunspecta.*
4 *Citatio, quæ prima fronte habet iniustitiam in se, licet aliquo casu possit iustificari, tamen non valet, nisi sit facta à iudice valde circunspecto.*
5 *Citatus licet regulariter possit per procuratorem comparere, nisi iusta ex causa presentia personalis requiratur, tamen fallit vbi quis citatur mandato Principis etiã quod causam non expresserit, & quare nu.6.*
7 *Princeps ius partis tollere potest, vbi illud ex toto non absorbetur.*
8 *Iudex ordinarius potest quem citare, vt ad eius præsentiã veniat, licet non appareat ad quid, nec quare, nec ad quã causam, & valet citatio.*
9 *Princeps potest in causa propria iudicare.*
10 *Præceptum iudicis nũquid sine clausala iustificatiua, si senseris te grauatum, valeat, & quando.*
11 *Præceptum iudicis magnum præiudicium non afferens, vt de comparendo, sine causæ expressione valet.*
12 *Vasallus vbi non comparet ad citationem Principis, in pœna ei comminata potest plecti, eo prius citato ad videndum pœne fieri declarationem.*

CONSILIVM. 556.



Vęsitum de me fuit, Vtrum Princeps possit subdito vel vasallo præcipere, vt corã se personaliter cõpareat, pro interesse status, & honoris sui, auditurus, & facturus quæcunq; mandauerit sub pœna confiscationis bonorũ, vel priuationis feudorũ, quæ ab ipso
1 recognoscit. Respõdi huiusmodi præceßum valere, dato quod causa in specie non fuerit expressa per id, quod Inno. scribit in c.ad aures de tẽpo.ordi. vbi inquit vani esse capitis existimare superiorẽ non posse præcipere sine causæ cognitione, vel sine expresione causę, quod dictũ reputat valde notandũ Abb.in c.si qñ in fi.de rescrip.ex quo infert, qđ superior in spectantibus ad officiũ suum potest præcipere subdito suo, licet non exprimat cãm præcepti vel præcipiẽdi. Accedit qđ Cin.dicit in l.rescripta.3. & 4. q. C. de prec.
2 Imper.offer.quod Princeps, quicquid facit, semper pręsumitur facere ex iusta causa, & ista est violenta præsumptio in Principe, ita quod non põt contrariũ probari, & dicit ẽt ibi Cin.post Iac.de Are.quod secundũ conscientiã suam potest iudicare, & dicit Bal.in l.si testũm.C.de testamen. ꝙ in Principe satis est, ꝙ putet cãm subesse.& ex opiniõe sua statuat aliquid vel mandet, secus in inferiore, quia debet de cã liquere vocatis his, quorũ interest, & facit qđ scribit Abb.
3 in c.nisi essent 1.no.de præb.vbi per illũ tex.dicit, ꝙ actus, qui aliàs prima fronte præsumitur iniustus, & tñ certo casu iustificari põt, si gestus est à prouidis & honestis, non pręsumitur iniquus imò iustus, & in casu possibili gestus, & subdit hoc facere ad no.per Inno.in c.præterea de dilat. vbi di-
4 cit, ꝙ licet citatio prima fronte habeat iniustitiã in se, licet possit aliquo casu iustificari, nihilominus ꝓp primam pręsumptionẽ iniustitię nullius est momẽti, nã illud dictũ limitari põt secundũ eũ, nisi iudex sit vir valde circũspectus & honestus, ita quod nõ fecisset illã citationem in casu à iure improbato, & pro hoc adducit ẽt Inn.in c.1.de cle. peregr.
5 Sed in proposito licet velimus dicere, quod licet regulariter possit aliquis cõparere per procuratorẽ, nisi ex causa iusta requiratur præsentia personalis.l.fi.C. de procur. & in citatione cã debeat exprimi, vt Bal.scribit in l.1.§.vsus aũt in fi.ff.de procu.per no.per Inn.in d. c. præterea de dilat.tñ ex quo Princeps, pro quo multũ præsumitur, citat, vt personaliter cõpareat, debet personaliter cõparere, ẽt si cã non exprimatur, quia illud dictũ Inn.super quo se fundat Bal. in d. §.vsus, nõ procedit in iudice circunspecto & honesto, qui præsumitur in casu licito citationẽ fecisse, licet nõ exprimatur, & si hoc procederet in iudice, multo magis ꝓcedit in Principe, nã pro eius facto, quẽ tantę dignitatis apex attollit, præsumitur c.nõ nos beatũ.40.distin. & quãuis nonnulli teneant, quod vbi Princeps rescribit contra ius diuinũ, naturale, vel gentiũ non præsumatur in eo cã, sed de cã debet apparere, vt Fulgo.tenet consi.61.Domina Catarina col.2. & sentit Abb.dũ loquitur de feudo in ca. quæ in ecclesiarũ de cõsti.tñ posito, quo ista opi.sit vera, hic nihil fit, quod sit contra ius naturale vel gentiũ, si Princeps iubet subdito, vt
6 ad se veniat pro interesse status, & honoris sui: nã quod citatio continere debeat cãm, est de solẽnibus iuris ciuilis, & eodẽ modo, quod cõparere quis valeat per procuratorẽ regulariter, iure ciuili est introductũ, & iuri ciuili Princeps nõ
7 subijcitur c.proposuit de conces.pręb. & vbi ius partis ex toto non absorbetur, illud Princeps põt tollere l.quoties cũ ibi nota.C.de prec.Imper.offer. Confirmãtur præmissa ex his, quę vult Bal.in l.consentaneũ.4.no.C.quo.& quan.iud.
8 vbi tenet, ꝙ illa citatio gñralis, venias ad pſentiã nostrã, valeat, licet nõ appareat ad qđ, nec quare, nec ad q̃ cãm, qñ.s. fit ab ordinario, qa ordinarius semꝑ pſumit citare ex cã, ió semꝑ cõparendũ, l.ex quacũq; ff.si qs in ius vo. nõ ie. & sic pręsumit ꝓ iurisdictiõe ordinaria l.fi.C. de anna.excep.& subdit Bal.ꝙ hoc ẽ verius, dũmodo sit citatus ad petitionẽ actoris,

actoris,& Bal.sequitur ibi Sali.& quamuis in casu nostro citatio non fuerit facta ad alicuius instantiam, tamen sufficit
9 in casu isto † motus solius Principis, quia in causa propria potest iudicare,l.& hoc Tiberius.ff.de hæred.instit. Bar.& alij in l.1. C. ne quis in sua cau. Adduco etiã ad hoc optimã decisionẽ Pau.de Ca.in l.de pupillo.§.meminisse ff.de ope.
10 nou.nunc. vbi quærit quid si in † præcepto iudicis non apponitur clausula iustificatiua,si senseris te grauatum,vtrum valeat,& distinguit,quod aut factũ fuit sup eo, quod affert plenum præiudiciũ, & vbi requiritur causæ cognitio, vt si præcipit,quod soluas,vel restituas mihi possessionẽ, & tũc, nihil valet,nec transit in rem iudicatam, nec teneris ei obedire per l.nec quicquàm.§. vbi decretum secundũ vnam lecturam.ff.de off.procõ.& lega.l.meminerit.C.vn. vi.& C. commi.& episto.in rubro & nigro,& quod no.Inn. in c. 2. de res.in integ.col.4.ibi vel melius &c.Si uero nõ affert plenum præiudicium, vel fit super eo, in quo non requiritur causæ cognitio,valet præceptũ,& sibi est parendum in dubio,vt quando citat aliquem,vt corã eo cõpareat, nam causa ẽt non expressa, tenetur coram eo comparere in dubio, vt in l.si quis aliena.ff.de iudi.& per Inno.in loco prędicto, & idẽ tenuit Pau.de Cas.cons.321.Visis actis & actitatis in
11 captura Thomæ lib.1.Ecce,quod Pau.de Ca.vult, ꝙ † vbi præceptum iudicis non affert magnũ præiudicium,vt est illud de cõparendo,cã ẽt non expressa valet. Plus dicũt Ang. & Imo. in l.cum stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verb. obli.quod iudex põt præcipere alicui, vt cõpareat sub pœna,quod aliàs impune posset offendi,si aliter defensare iurisdictionẽ suã non põt,& habet merum & mixtũ imperium iux.not.per Inno.in c.olim causa de restit. spoli. Ex quibus
12 concludo† nõ cõparente vasallo vel subdito pœnã cõminatam exigi ob contumaciã posse,eo tñ prius citato,ad videndũ d.pœnę fieri declarationẽ lææx quacũque. ff.si quis in ius voc.nõ ier.l.1.in prin. & vtrobique Bar.ff.si quis iusdic.nõ obtem.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus compelli non potest, vt domino inferiori præstet angarias,& perangarias vel aliam cuiusuis generis collectam,secus à Principe.*
2 *Princeps potest collectas à subditis exigere propter publicam vtilitatem & necessitatem,exemplifica vt num. 4.*
3 *Collectare potest Princeps suos subditos, & grauare pro custodia terrarum, & pro soluendis stipendijs militum pro conseruatione status electorum.& nu. 6. & 9.*
5 *Subditi possunt compelli ad construendum munitiones & propugnacula contra hostes,& munita custodiendum.*
7 *Subditi omnes tenentur pro tutela patriæ & Domini.*
8 *Tempus in quo quid conferatur spectari oportet, non quo tempore quicquid fiat.*
10 *Principes reditus sufficientes ad terrarum custodiam non habentes,vel pro suo honesto statu conseruando, possunt subditos collectare,sed non pro sola habendi libidine,vel propter inordinatas expensas, vt nu. 11.*
12 *Officialis tributorum nomine, vel prætextu cuiusuis officij plus debito à subditis exigens,furtum committit, & ad duplum restituendum tenetur.*

CONSILIVM. 557.



ON me latet olim scripsisse, & quantum potui accuratè, vtrum & quando & quibus in casibus possit iuridice Princeps subditis suis collectam imponere, seu ab eis auxiliũ petere & exigere,quam quidem q.referendo simpliciter maiorum nostrorum decisiones absolui,& de his,quæ tunc scripsi, extat consilium impressum,quod est in ordine.380.& nihil eorum,quæ illic posita sunt muto.Nõ tñ attigi in specie casum hunc, de quo nunc quæritur. Nã Princeps post recuperata oppida omnia suæ ditionis ex fœdere inter clarissimos duos Reges iacto, dicit se exigere militũ pręsidio ad quasdã arces custodiendas, & ad totius imperij sui tutelã. vertitur igitur in dubiũ, qm̃ ad stipendia militũ opus est pecunia. Vtrum pro custodia status sui & imperij, hãc pecuniã possit subditis imponere:
1 nã† vasallus cõpelli non põt, vt præstet Domino angarias, vel perangarias,vel quãlibet aliã collectã,vt Bald. dicit in l. cũ multa C.de bo.quæ lib.per tex. in l. domini prędiorum. C.de agri.& cens.li.11.l.1.ff.qui & à quib.quod intelligendũ est de domino inferiore,qui regalia non habet.De Prin
2 cipe aũt habente supremã † potestatẽ, clarũ est posse collectas à subditis exigere pro cõmuni vtilitate & necessitate, vt latè in cõsilio meo superius allegato ostendi. In casu aũt
3 isto dicendũ videtur,quod† possit collectare subditos,quia cõmunis vtilitas deposcere videtur, vt statũ suũ firmũ, munitũ, & tutũ habeat:vnde si ad hoc opus est militibus, põt pro eorũ stipendio,& alimonia petere à populis, vt idoneũ conferant argentũ,& pro hoc facit,quod Oldr. scribit cõs.
4 104.Circa propositã q.vbi vult,ꝙ† Princeps põt cõpellere subditos ad collationẽ,quando emere cupit castrum,si hæc emptio tendat in publicũ cõmodum, vt quia per eã durus, & potens vicinus submoueatur, & facilius hostibus resisti possit,& subdit, ꝙ pro habenda ista securitate ab hostibus omnes cõpelluntur in faciendis vel reficiendis vallis ciuitatis.l.2.C.de immu.nemi.conced.lib.10.l.absit.C. de priuil. dom.Aug.l.ad portus & l.oẽs Rectores.C.de ope.pub.& illud consiliũ, veluti nobile & valde elegans refert & sequi-
5 tur Alb.de Ro.in rub.C.si cens.vel reliq.& vlterius† ꝙ subditi possint compelli ad construendũ munitiones & propugnacula cõtra hostes voluit Bal.in l.si in aliquã in fi. per illũ tex.ff.de offi.procon.& lega.quinimo põt dominus vasallo præcipere,vt castrũ muniat,& munitũ teneat Bal.cõs.158.
6 Proponitur quod quidam lib. 3. Si igitur potest Princeps † cõpellere subditos ad munitiones, aggeres, vallos, muros, propugnacula,& alia eiusdẽ generis construẽda pro oppidorũ,& arciũ locis opportunis collatorũ tutela, in quibus firmitas imperij cõsistere putatur,vt superiora ostẽdunt,posse debet pariter cõpellere eosdẽ ad stipendia militũ,qui ipsas custodiũt munitiones,parũ.n.esset ea fecisse,& refecisse nisi accederẽt præsidia militũ,qui ipsas munitiones vigilijs suis & armis defenderent, & tuerentur:& quũ valeãt Principes statũ imperij corroborare turribus & propugnaculis, nemo queat dicere, cur simili rõne non possint munire militibus arguendo de re ad personas: non.n. vna via est muniendi in rebus,sed ẽt altera maior, quæ in personis consistit.Adduco,etiam,quod Abb.scribit in ca.sicut & infra in fi.de iureiur. vbi tangit an impendente belli timore subditi dominũ iuuare teneãtur, & vult nõ posse ad hoc compelli, vbi Dominus sufficit per se,& ex reditibus,quos habet, nã ea de causa honorant Dominũ in illis reditibus & vectigalibus,vt necessario illos tpe defendat,c.Principes,& c. Regũ 23.q.5.Sinaũt Dominus non sufficiat per se,tunc oẽs ꝓ salute domini,& patriæ tenentur.c.omni timore & c.si nul
7 la.23.q.8.Ecce quod Abb.vult† oẽs teneri pro tutela patrię & domini.Et licet Abb.ibi loquat̃ impendẽte timore belli idẽ tñ dicendũ est tẽporibus pacis,quia si non timetur bellũ,attamẽ cogitatur:non.n.quod nũc videtur,sed quod facile in futurũ põt contingere consideratur: ideò namq; muniũtur arces & oppida manufactis operibus, vt à militibus custodiãtur,ne surripiãtur aliqñ, & sint auxilio vbi bellũ geritur:si.n.nullũ esset bellũ in rerũ natura vel difficilime cõtingeret,hæc non fierent,& licet pacis tpe fiant oĩa tamen
8 spectant ad bellũ, † & non quo tẽpore quicquid fiat, sed in qđ tẽpus cõferat̃,prospicere oportet.l. qđ spõsę C.de spon. l.in tẽpus.ff.de hæred.insti.Sed pluribus fortasse ago, q̃ expediat. Perspicuum namq; est omnibus, quod si hæc loca munita custodijs militum non tenerentur, incertum esset, num ea bello conflato Principes haberent, quia vel primo impetu, vel ex indicijs surripi possent: vnde nihil aliud relinquitur, nisi vt teneatur certum, & dimittatur incertum.

Verum vt omissis argumentis veniá ad immediatas deci-
9 siones, hoc ꝙ Princeps pro custodia terrarum & conseruã-
do sub statu possit subditos grauare, scribit solemniter Ar-
chi. in c. quia cognouimus in verbo exactores. 10. q. 3. cuius
in præfacta q. altitudinem intellectus & sententiarum pon
dera miratur Luc. de Pe. in l. 1. C. de superind. lib. 10. & eum
supra cælum extollit, & eum non verborum pompa, non
insignibus Doctoratus: sed veritate Illustrem Doc. appel-
lat, & verba eius ad vnguem refert. Reperio tamen quod
ea, quæ ibi ponit Archi. fuerunt scripta per S. Thomam in
epistola ad Ducissam Barbātiæ, quæ illum sanctum virum
& doctissimum de multis ad conscientiã pertinentibus in-
terrogauerat, & in 6. q. omnia illa scribit, quę sunt penes Ar
chidiaconũ de verbo ad verbũ eo excepto, quod Archi. sin
gulis sententijs subijcit sua iura canonica. Et quantum ego
sentio, Archi. sumpsit illa à Theologo, quæ per Canones ꝓ
bare conatur, nã ibi nominat quendam Rai. (Theologũ vt
opinor) quẽ de hac materia satis notasse dicit in summa in
titulo de raptoribus sub rubricella de quæstis. Verba aũt di
ui Thomæ asscribenda putaui, ne quis forsitã ea desideret:
nã scripta Archi. à Doc. nostris passim habentur. Sic enim
ad sextã quæstionẽ præfatæ Ducissę diuus Thomas rescri-
psit. VERBA S. THOMAE. Sexto quærebatis si liceat
vobis exactiones facere in vestros subditos Christianos. In
quo considerare debetis, ꝙ Principes Terrarũ sunt à Deo
instituti: non quidem, vt propria lucra, quærant: sed cõmu-
nem populi vtilitatẽ procurent, in reprehensione enim quo
rundã Principũ dicitur in Ezechiele. Principes eius in me-
dio eius quasi lupi rapaces positi ad effundendum sanguinẽ
& ad quærendas animas, & auaritiæ lucra sequenda. Et ali-
bi dicitur per eundẽ prophetam, Vhę pastoribus Israel, qui
pascebãt semetipsos, Nonne greges pascũtur à pastoribus?
lac comedebatis, & lanis operiebamini, quod crassum erat
occidebatis: gregẽ aũt meum non pascebatis. Vnde consti
tuti sunt reditus terrarum Principibus, vt ex illis viuentes à
spoliatione subditorũ abstineant. Vnde in eodẽ profeta do
mino mandante dicitur, ꝙ Principi erit possessio in Israel,
& non depopulabuntur vltra Principes populũ meum, con
11 tingit tamen † aliquando, quod Principes non habent suf-
ficientes reditus ad custodiã terræ, & ad alia, quæ imminẽt
rationabiliter Principibus expetenda, & in tali casu iustum
est, vt subditi exhibeant, vnde possit cõmunis eorum vtili
tas procurari. Et inde est, quod in aliquibus terris ex anti-
qua consuetudine domini, suis subditis certas collectas im-
ponunt, quæ, si non sunt immoderatæ, absq; peccato exigi
possunt, qui secundũ Apostolum, nullus militat stipendijs
suis: vnde Princeps, qui militat vtilitati cõmuni, potest de
cõmunibus viuere, & cõmunia negotia procurare, vel per
reditus deputatos, vel si huiusmodi desint, aut sufficientes
non fuerint, per ea, quæ à singulis colliguntur. Et similis ra-
tio esse videtur, si aliqs casus emergat de nouo, in quo opor
tet plura expendere pro vtilitate cõmuni, vel pro honesto
statu Principis conseruando, ad quæ non sufficiunt reditus
proprij vel exactiones consuetæ. Puta si hostes terrã inua
dant, vel aliquis similis casus emergat tunc. n. & præter soli
tas exactiones possent licitè terrarũ Principes à suis subdi-
11 tis aliqua exigere pro vtilitate cõmuni. Si vero † velint exi-
gere vltra id quod est institutum pro sola libidine habendi,
aut propter inordinatas, & immoderatas expensas, hoc eis
omnino non licet. Vnde Io. Baptista militibus ad se venien
tibus dixit. Neminẽ concutiatis, nec calumniam faciatis, &
contenti estote stipendijs vestris. Sunt enim quasi stipẽdia
Principũ eorũ reditus, quibus debent esse contenti, & vltra
non exigant, nisi secundũ rationẽ prædictam, & si vtilitas
est cõmunis: libuit quoq; annectere præcedentibus, veluti
connexũ, id, quod explicat S. Thomas eidem Ducissæ quæ
renti, quomodo habere se debebat, si officiales sui præter-
misso iuris ordine aliquid à subditis extorserint, ita enim lo
quitur septimæ respõdens. q. EIVSDEM VERBA. Septi
mo quærebatis si officiales vestri absq; iuris ordine aliquid
à subditis extorserint, quod ad manus vestras deuenerit, vel
non forte, quid circa hoc facere debeatis. Super quo plana
est responsio, quia si ad manus vestras deuenerint, debetis
restituere, vel certis personis si potestis, vel in pios vsus ex-
pendere, siue pro vtilitate cõmuni si per personas certas nõ
potestis inuenire. Si aũt ad manus vestras non deuenerint,
debetis cõpellere officiales ad cõsimilem restitutionem, ét
si non fuerint notæ vobis aliquæ certæ personæ, à quibus
exegerint, ne à sua iniustitia cõmodũ reportent. Quinimo
sunt à vobis super hoc grauius puniendi, vt cæteri à simili-
bus abstineant in futurũ, quia sicut Salomon dicit, pestilen
te flagellato stultus sapientior fit: Hæc ille. De iure cõmuni
12 & secundũ leges nostras † officiales, qui tributorũ nomine
vel pretextu officij cuiusuis, aliquid plus debito exigit à sub
ditis furtũ cõmittit. l. ét. C. de fur. vbi Bal. & Pa. de Ca. notãt,
& duplũ restituere tenetur c. 1. §. illicitas de pac. iur. firman.

SVMMARIVM.

1 Minor aduersus propriã confessionẽ errore non probato non restituitur in ciuilibus, et n. 3. nisi de læsione ex qualitate cõfessionis appareat et n. 5. secus in criminalibus, vt n. 6.

2 Minor, qui iuramentum detulit, læsionem asserendo, non restituitur, nisi probet illum deierasse.

Error cõfitentis non sola negatione, sicut error negãtis sola confessione probatur, sed contrarij probatione sub num. 2.

4 Confessionem aduersus suam ecclesiæ restitutio non competit, nisi eo tempore confessa fuerit, quo non debuit, vel nisi doceat de errore.

7 Minoris expressa renunciatio defensionibus facta in causis capitalibus, ei non obest.

CONSILIVM. 558.



VIDAM minor per instrumentũ pu-
blicũ confessus est sine iuramento se
1 debere Meuio ducentũ pro mercibus
ab eo receptis. Conuentus in iudicio †
petit se restitui in integrũ aduersus cõ
fessionem propriã. Queritur an possit
errore non probato, & mihi videtur
quod non, & in primis hoc voluit Spe. in 2. parte in ti. de in
integ. rest. §. 1. col. pe. ver. sed nũquid ecclesia motus, qa mi
nor nõ restituitur, nisi sit læsus: non sequitur aũt confessus
est se debitorem ergo est læsus, quia potuit confiteri verita
tẽ: vnde vt dicatur lęsus, debet docere de falsitate confessio
2 nis, sicut videmus in simili, ꝙ † minor, qui detulit iuramen
tũ, ex hoc solo non dicitur læsus, quia is, cui detulit, verũ iu-
rare potuit: vnde non restituitur, nisi probet illũ deierasse. l.
nam & postea. §. si minor. ff. de iureiu. Et si diceretur, ꝙ nul
lũ esset priuilegiũ minoris, qa quilibet maior restituitur cõ
tra confessionẽ suã ꝓbatõ errore facti. Respondet Spec. ꝙ
imo est priuilegiatus, qa maior hoc nõ põt, nisi ante sñiam,
minor vero & ante & post hoc põt, & Spe. seqtur ibi Bal. in
additionibus, & subdit ꝙ error negantis probatur sola con
fessione l. si ex cã §. nunc videndũ ff. de mino. Sed error cõ
fitentis nõ probatur sola negatione, sed ꝓbatione cõtrarij.
l. si post diuisionem. C. de iu. & fac. igno. Idẽ tenet Cin. in l.
vnica in fi. C. de cõfes. vbi vult, ꝙ tex. in l. certũ. §. minorẽ.
3 ff. de cõfes. in quo dicitur † minorẽ à confessione sua esse re
stituendũ, intelligitur ꝓbata lesione, probando cõtrarium
suæ confessionis per. l. quoties. §. sicut ff. de admi. tut. & d. l.
nã & postea. §. si minor, Eandẽ sñiam sequitur ibi Bal. col.
13. vers. Sed pone minor videns, vbi tñ dicit, ꝙ qñ minor
habet aduersus suã confessionẽ ꝓbare de læsione, sufficit
probare per vnũ testẽ, quia eo ipso dicitur læsus, ꝙ præsum
ptioni illi pro se facienti renunciauit ex sua confessione, &
ꝑdicta seqtur ét ibi Sal. char. vlt. vers. Itẽ iux. hoc quero &c.
Cõcordat ét cũ prædictis Ant. de But. in c. fi. in fi. de cõfes.
sequutus Cin. in d. l. vnica vlt. q. Accedit ét, qd scribit Abb.
4 post Innoc. in ca. auditis de restitu. in integ. dũ dicit, ꝙ † ec-
clesia aduersus confessionẽ suã non restituitur, nisi confes-
sa fuerit eo tempore, quo non debuit, vel nisi doceat de
errore,

errore, & propter hoc improbat gl. in cap. 2. de confes. in 6. quæ sensit oppo. quia quum secundum eum non posit apparere de læsione: nisi illud, quod venit in confessione doceatur esse falsum, nõ apparet vnde ecclesia restitui debeat, & ideo tex. in d. cap. 2. qui indistinctè videtur concedere restitutionem in integrum ecclesiæ aduersus cõfessionem, intelligitur docto de errore. Reperio etiã Cardi. idem tenentem in Clem. 1. 11. q. de in integ. resti. Istud etiam Alex. te-
5 net in d. l. nam & postea. §. si minor, dum † distinguẽdo dicit, quòd aut apparet ex qualitate cõfessionis de læsione, vt quia fideiusit, vel obligauit bona sua pro alio, & tunc detur restitutio alio nõ probato, quia satis apparet de lęsione, quũ interest magis sua non soluere, quàm solutũ repetere. l. 3. ff. de compens. Si enim aduersus contractũ intercessionis vel obligationis pro alio verè probatũ datur restitutio, l. ait prętor. §. solum. ff. de mino. Ioan. Andr. in addi. Spec. in titu. de in integ. restit. circa princ. in additione incipiente minores, ergo multo magis restituetur aduersus simplicem eius confessionem. Aut ex confessione non apparet de læsione, vt quia confessus est Titium sibi non debere centum, & procedat opin. Specu. & sequacium, vt tunc probare habeat se læsum, probando confessionis suæ falsitatem, & in hoc secundo casu nos sumus, nam confitendo se debere creditori non apparet ex qualitate cõfessionis ipsum esse lęsum, quia potuit confiteri verum, & ex vera confessione nulla resultat læsio, & ita etiam, quod minor non restituatur aduersus confessionem nisi probato errore tenet Alex. consi. 172. In causa & lite col. fin. lib. 6. Non obstat glo. in d. cap. 2. de rest. in integr. in 6. quia glos. ibi non videtur hoc bene firmare: quod apparet ex multiplici solutione, quam ibi ponit. Nec etiam ibi Petr. de Ancha. figit pedes, sed relinquit cogitandum, & Dom. intelligit ibi illud procedere in ecclesia, quæ propriam confessionem non potest facere, nisi ex persona prælati, idest administratoris sui, vnde eo ipso dicitur probare læsionem, quod ex confessione sui administratoris cogeretur soluere. Præterea improbat clarè d. glo. Abb. in d. cap. auditis in fin. & eam saluat Alex. in d. §. si minor quando ex qualitate cõfessionis apparet de læsione. Non obstat quod scribit Ang. in d. l. certũ. §. in pupilio. ff. de confes. dum vult, sequutus gl. in d. cap. 2. de restit. in integ. in 6. quòd si minor maleficium confiteatur, & de eo aliter non constet, nisi per d. confessionem, potest restitui aliter nõ probato errore, & sequitur Alex. in d. §. si minor, & conf. 116. In causa inquisitionis lib. 3. & dicit Corn. consil. 161. Visa copia compromissi col. 2. lib. 3. ꝙ id, quod dicitur in delictis procedit eadem ratione in alijs confessionibus pręiudicialibus, quia re-
6 spondeo, ꝙ † in delictis illud posset procedere diuersa ratione, quia ibi agitur de maiori præiudicio, & in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores. l. fi. C. de proba. vnde sola confessio nõ sufficeret ad condemnationem, & istud est, quod Bal. scribit cons. 310. Aut mulier, de cuius adulterio li. 1. vbi vult, ꝙ si minor cõfiteatur crimen, potest in integrum restitui, non aduersus delictum, sed aduersus iudicium & confessiones. l. si ex causa. §. nunc videndũ. ff. de mino. quia licet confessio pręsumatur vera & spontanea in maiore, secus tñ in minore, nisi sit vestita indumento pręsumptionum, & indiciorum, & dicit ibi Bal. ꝙ etiam
7 † si minor expressè renunciasset defensionibus: tñ in causis capitalibus hæc renunciatio sibi non obesset. l. non tantum. ff. de appella. glo. in. l. pactum inter hæredem. ff. de pac. Demum quicquid sit in criminalibus, expeditum est ciuilibus, ꝙ probari debet error cõfessionis ad obtinendam restitutionem. Nam, vt dicit Dom. in d. cap. 2. impossibile est ꝙ præsupponatur læsio, nisi falsitas confessionis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio & legatum à clerico mulieri concubinæ factum, sicut nec à milite, non valet, fallit vt nu. 2. & sub nu. 3.*
3 *Copula cum muliere quibus modis probari possit.*
4 *Concubinis proprijs & meretricibus vbi per militem & clericum factum est legatũ, propter turpem suspicionem non valet, secus aliorum concubinis, vt nu. 6. & 8.*
5 *Senex quando propter ætatem dicatur impotens rerum venerearum, vel saltem non suspectus.*
7 *Concubina alterius potest proximiori suõ ab intestato succedere, & donatione coniuncti, omnia bona cognati sui habere.*
9 *Legatum factum propriæ concubinæ quando sustineatur.*

CONSILIVM. 559.



DIFFICVLTATEM in pręsenti nego-
1 tio facere videtur, quia † sicut miles nõ potest cõcubinæ suæ donare, & legare. l. miles ita. §. mulier. ff. de testa. mili. l. 2. C. de dona. in. vir. & vxo. l. mulierẽ ff. de his, quib. vt indig. ita videtur dicendum puncto in clerico, qui est miles celestis militiæ, vt not. Bart. in d. l. miles ita. §. mulier & in d. l. mulierem & in. l. affectionis. ff. de don. & in. l. miles in prin. & ibi alij. ff. de re. iud. Ang. consi. 171. Super prædicto puncto Pet. de Anch. conf. 247. Dubium facit in præsenti quæstione, Ioan. Andr. in cap. de his, col. fin. de sepult. Abb. in cap. 1. 3. not. de cler. ęgro. ergo legatũ factum Agneti per istum presbyterum non videtur tenere: attentis depositionibus testium: in quibus dicitur hanc mulierem esse impudicæ & inhonestæ vitę. Nec obstat, quòd tenebatur in domo pro famula & ancilla, quia considerata eius impudicitia generatur in presbyterum turpis suspicio, ideò ei legari
2 non potuit. Præmisis tamen non obstantibus † teneo legatum valere, quia non probatur d. presbyterũ carnalem co-
3 pulam cum d. Agnete habuisse per eos scilicet † modos, qui bus d. copula probari potest, videlicet, quòd inuentus sit solus cum sola in secreto loco, vel in eodem lecto tangendo, amplexando, & osculando, vt Bart. tradit in. l. capite quinto post glo. ibi de adulte. per ea, quæ habentur in cap. præterea de testib. & in cap. literis & in cap. tertio loco de præsum. & not. Bar. in l. 2. §. fin. & in. l. quod ait lex in prin. ff. de adulte. gl. Bart. & Ang. in. l. 1. ff. de extraord. crimi. & Bart. in l. 2. in prin. ff. de fur. Sali. in. l. Gracchis. q. 1. C. de adult. Abb. in cap. cum non ab homine colum. 3. versic. Ad secundum principale de iudi. & ideò dũ text. in d. l. miles ita. §. mulier,
4 dicit, quòd mulier, in qua † turpis est suspicio ex testamẽto militis capere non potest, gl. ibi exponit, quia eam cognouit allegat ad hoc text. in d. l. mulierem. ff. de his, quib. vt indig. vbi dicitur mulierem, quę stupro, cognita in contubernio militis fuit, non admitti ad eius testamentum, quasi velit ibi iurisconf. non sufficere mulierem in cõtubernio militis fuisse, nisi etiam stupro cognita fuerit & sic illud quod habetur in d. §. mulier de turpi suspicione, ita debet accipi, quasi in eo suspicio sit, militem, qui stupro cognouerit mulierem, turpi cupiditate captum ei legasse, non ob aliam ho-
5 nestam causam. Plus dicimus † probatũ esse per testes, quod dictus presbyter erat octogenarius, & cõsequenter, quòd etiam si voluisset rem habere, nõ potuisset, nec cũ d. Agnete, nec cum alia muliere, hinc dixit Abb. in ca. 1. de cohabi. cler. & mulie. quòd sacerdos senex potest retinere in domo mulieres etiam extraneas, quia in eo cessat suspicio incontinentiæ & licet ipse non dicat, poterat allegare text. in cap. cum sis & in cap. ad apostolicam de conuers. coniug. vbi senex præsumitur posse vitam ducere sine suspicione incontinentiæ, ad quod etiam facit illud poeticũ. Frigidus in venerem senior, & lyricus poeta loquens de huiusmodi rebus inquit: caue suspicari, cuius octauum properauit ætas Tangere lustrũ. Iste autem presbyter erat octogenarius, & qui non modo octoginta, sed septuaginta annos cucurrit, dicitur esse in senio, & decrepita ætate, qui est omnium aliarũ ætatum terminus glo. in procem. in 6. in verbo præfectus, Archi. & Ioan. Andr. in cap. 1. in verbo senio de cleri. ægro. in 6. Cin. in. l. senium. C. qui testa. fac. poss. Iac. Alua. in ca. 1. de vasal.

de vasal.decrep. æta. Io.de Ana.in rub.de delic.pue.Floria. in.l.inuiti.ff.de testib. Itaque iste in tali ætate, vel dicendus est impotens rerum venerearum, vel saltem nō suspectus. Accedat quia probatum est hunc presbyterum in iuuentu te castè & honestè vixisse: vnde non est credendum, quod quum ad senilem peruenerit ætatem turpiter abiecerit iugum Domini, fœtorem libidinis amplexādo, vt inquit Pontifex. in c.cum in iuuentute de præsump. Non obstat, quod ista mulier erat turpis & inhonestæ vitæ, vt patet ex depositionibus testium, quorum aliqui etiam dicūt rem cum ea habuisse: quia probatio ista est elisa per testes contrarios: nam per testimoniales, per vicinos, & per municipes ostensum est, quod honestè viuebat, & cum puellis nuptis, ac innuptis sine vlla suspicione turpis vitæ versabatur. Demum
6 † hoc nihil refert qualis fuerit: nam presbyteris & militibus prohibitum est suis concubinis & focarijs legare, non autem aliorum cōcubinis & meretricibus, quia tunc cessat ratio, quòd illecebris & blanditijs talium mulierū allectus aliquis, & stupri consuetudine permotus legauerit, & pro hoc est text. optimus in.§.1. ibi à cognato quodam suo in
7 Auth.quib.mo.natu.effi.legi.vbi apparet, quòd † concubina alterius pōt succedere proximiori suo ab intestato, vel etiam potest donatione coniuncti omnia bona cognati sui
8 habere, quem tex.ponderat ad prędicta Ang.ibi Hinc etiā cautè dixit Ang. in præallegato consi. 171. quod clerici seculares, qui testandi habent potestatem eorum meretricibus non relinquunt: quasi sentiat, quod relinquere valeant
9 meretricibus aliorum. Non omitto quod † d. legatum etiā quod esset factum propriæ cōcubinæ sustineretur propter causam in eo adiectam, nam legauit iste presbyter Agneti pro seruitute fideli sibi præstita, nam duobus ante mortem præsbyteri annis prefuit Agnes regimini & administrationi domus. Vnde valet legatum à clerico factum suæ cōcubinæ pro meritis, quantum eius merita se extendunt, vt dicit Petr.de Ancha.in præallegato consi.247. Istud autem legatum non est adeo magnum, vt seruitus eius d.presbytero iam decrepito præstita tantundem non mereatur, quod tamen relinquitur iudicis arbitrio. Concludo igitur legatū valere, prout regulariter rem suam quisque legare potest.§. disponat in Auth. de nup.l.1.C.de sacrosan.eccl. & publicè interest suprema omnium iudicia cōseruari.l. vel negare.ff. quemad.testa.aper.in quorum fauorem etiam in dubio pronunciandum venit ca.fin.de re iud.l.si pars.ff.de inoff.testa.

SVMMARIVM.

1 *Edictum vbi est prohibitorium certarū personarum, alias non prohibitas non includit.*
2 *Prohibitio facta per edictum de sponsalibus, & matrimonio continens certas personas, ad nō prohibitas nō trahitur.*
3 *Edictum de testibus prohibitiuum certarum personarū, non facit, quin non prohibitæ ad testificandum admittantur.*
4 *Meretrix nō tantum de bonis, quæ sibi aliunde obuenerunt, sed etiam de quęsitis ex corporis sui quęstu testari potest.*
5 *Mulier honestæ conditionis, de bonis quæsitis ex stupro & adulterio testari non potest, sed fiscus ea aufert.*

CONSILIVM. 560.




ME quæsitum fuit, an meretrix, quæ emit domum, agrum, & quædam mobilia, ea possit relinquere suo vltimo testamento, cui magis placuerit. Respondeo, quòd sic, quia † vbicunq; edi-
1 ctum est prohibitorium certarū personarum, cæteri, quibus non est prohibitum possunt valide illum actū exercere.l. ab ea parte.ff. de proba.l.nec non.§.quod eis.ff. quib. ex cau. maio. hinc est,
2 quod † quum edictum de sponsalibus, & matrimonijs sit prohibitorium respectu certarum personarum, reliquæ nō prohibitæ matrimonium cōtrahere valent, vt inquit Pon-
3 tifex in ca. cum apud de sponsa. similiter † quoniam edictū de testibus est prohibitorium certarum personarū, omnes non prohibiti censentur ad testificandū admissi.l.1.in prin. ff.de testib.glo.fin. in.l.quoniam multi.C. de hæret. Sic dicendum est, quòd quum edictum de testamentis sit prohibitorium certarum personarum, quas enumerat glo. in.l.si quæramus.ff.de testa.& habetur Instit.quib.nō est permissa.testa.omnes personæ, quæ testari non prohibentur, habent factionem testamenti actiuam: vnde quū in numero illarum personarum prohibitarum non legatur meretrix:
4 ideò testari potest. Sed in specie, q † meretrix testari possit, non modò de his, quæ sibi aliunde obuenerunt, sed etiā de quæsitis ex corporis sui quæstu, voluit notab. Alber.in d.l.si quæramus circa fin.ff.de testa.& in.l.qui vas.§.fin.ff. de fur. Bald.in.l.1.C.de condi. ob tur.cau. & in cap.cum decorem de vi.& hone.cler.idem voluit Ang.in trac.de testa.char.5. per tex.in.l.sed & qui magna.ff.ad Trebel.quod tamen vltimum intelligo de meretrice, quę palàm omnibus præbet sui copiam, & turpitudinem suam publicè habet venalem, qualis esse ista, de qua sum interrogatus, proponitur, quia licet turpiter faciat, in eo quod est meretrix, tamē ex quo est
5 talis, non turpiter accipit: secus † in alia muliere honestæ conditionis, quia de quæsitis ex stupro, & adulterio disponere & testari non potest, sed fiscus ea aufert.l.Lucius.ff.de iu.fisci.l.in hæredem.ff.de calum. ita Cin. tradit in.l.2.C.de condi. ob cau.& ibi Ang. multū notat contra mulieres extorquentes aurum & argentum ab amasijs, vt ea debeātur fisco: nec ipsę de illis possint disponere, idem tradit Pau.de Cast.in.l.4.§.sed quod meretrici.ff.de condit. ob turp. cau. Abb.in cap.quia plerique.q.3.de immu. eccle.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ antiquitus Laico concessæ, & reuersæ ad ecclesiam, nunquid ab Episcopo de nouo possint infeudari. & nu.2.*
3 *Decimarum cognitio tanquam rei spiritualis ad Iudicem secularem non spectat.*
4 *Iudex secularis, coram quo petitur executio instrumēti, inhibitus ab ecclesiastico debet supersedere, donec d.quæstio præiudicialis pendens coram ecclesiastico fuerit per eundem determinata.*
5 *Iudex ecclesiasticus etiam quod in sententia absolutoria reuocet inhibitiones, seculari factas, tamen si à d.sententia fuerit appellatū, iudex secularis nihil poterit innouare.*
6 *Statutum tribuens instrumentis garentigiatis executionem paratam non excludit exceptiones peremptorias etiam requirentes altiorem indaginem.*
7 *Appellatio vbicunq; à grauamine extraiudicialiter illato interposita, sicut ab interlocutoria, non deuoluit nec suspendit iurisdictionem primi iudicis, nisi secuta iudicis appellationis inhibitione.*
8 *Feudum, à quo feudatarius ceciderat, vbi de nouo in ipsummet reuertitur, reuersum intelligitur cum solitis emolumentis.*
9 *Feudū vbi alienatur cū domini voluntate, tunc cessat regula, quod iure datoris extincto extinguitur ius acceptoris.*
10 *Feudo vbi vasallus aliquod imponit onus de domini voluntate: tunc si feudum ad Dominum reuertatur, transit cum eadem obligatione & onere.*

CONSILIM. 561.



VPER duobus cōtingit dubitari. Pri-
1 mo an † Episcopus decimas olim ab antiquo Laico cōcessas, ad se reuersas posit de nouo infeudare. Et Calde.in consi.1.sub.ti. de decim decidit, quòd non possit, quia licet ante Conciliū Lateranēse decime possent Laicis infeudari: tamen ex post Concilium Lateranense prohibuit ne infeudarentur

infeudarentur Laicis cap. prohibemus de decim. nam antiquitus ecclesia concedebat in feudum Laicis decimas, vt ecclesiam defenderet ab hæreticis & oppressoribus: Postquam autem hæc causa cessauit, statuit Concilium Lateranense, ne de nouo infeudarentur, vt glo. dicit in cap. quamuis de deci. ergo postquam sunt ad ecclesiam reuersæ, non possunt iterato infeudari, cum Laici sint incapaces talis iuris spiritualis, & facit secundum eum tex. in cap. cũ apostolica de his, quæ fi. à præl. sin. consi. cap. vbi antiquæ illæ decimæ possunt de Laicis transferre in clericos, quasi voluerit excludere Laicos, & cũ d. permissio infeudationis etiã in clericis sit odiosa, ad Laicos extendi nõ debet, quia odia sunt restringenda, allegat ad hoc etiam not. per Ioan. And. in d. cap. prohibemus de deci. & respondet ad ca. secundum de feud. quod loquitur de feudo rei temporalis, quæ potest cadere in Laicum: secus in spiritualibus, quia in Laicũ cadere non potest ius spirituale. Contrarium tñ tenet Card. in cap. 2. q. deci. de feu. vbi tamen primo arguit, quòd non
2 possit, quia † in decimis est specialis prohibitio ne infeudentur Laicis cap. ad hæc cap. quamuis, & cap. prohibemus de deci. & sic non debent venire sub generali confessione, per quam sibi permittitur feudum antiquum renouare cap. cũ in generali de offi. vica. in. 6. Ipse tamen oppo. determinat, quia decimæ solum prohibentur infeudari post Concilium Lateranense: non autem ꝙ antiquitus concessæ, non possint denuo Laico concedi: & ita transit ibi Card. dicens se de facto consultum fuisse, & Imo. ibi col. pen. versi. quærit vlterius relatis dictis Card. dicit ita cõmuniter seruari: aliã tamen partem dicit de iure veriorem & tutiorem, ponderans tex. in d. cap. cum apostolica, prout etiam ponderatus fuit per Calde. licet eum non alleget. Reperio etiam quòd Felin. in cap. causam col. 2. de præscrip. recitat Imol. in loco præallegato, & dubitat vtrum Laicus sit capax decimarum, etiam in his decimis, quę per alios Laicos ante Lateranense Concilium in feudum detinebãtur, per quædam ibi per eum allegata: reperio etiam, quòd Præp. in cap. 1. §. sciendum in fin. de feu. cogni. tenet cõtra Card. & ibi respondet ad text. in. l. pater. §. quindecim. ff. de lega. 3. vt ibi per eum. De prædictis etiam tangit Ias. in cap. 1. colu. 4. qui feu. da. pos. vbi simpliciter refert opi. Card. & Imo. In hoc tamen
3 articulo non videtur laborandum, quia † vtraque pars tam agens, quàm conuenta fatetur Illustrem Senatum nõ posse cognoscere de decimis, tanquam de re spirituali, quum de hoc quæstio sit iuris, vt ex prædictis liquet. Veniendum est igitur ad secundum dubium; nam communitas Fontaneti, quę obligauerat se antecessoribus D. Nicolai Rantij, qui ab antiquo fuerant de decimis inuestiti, ad soluendum annuatim. 25. aureos nomine dictarum decimarum, negat se amplius teneri, ex quo D. Nicolaus cecidit à d. Feudo, propter inuestituram non petitam intra debita tempora, & quamuis Reuerendus D. Episcopus inuestiuerit D. Nicolaum de nouo remissa d. caducitate, tamen à d. inuestitura noua fuit
4 parte d. cõmunitatis appellatum, vnde donec d. causa † præiudicialis pendens corã ecclesiastico fuerit per sedem apostolicam determinata, debet Iudex secularis supersedere à reliquo processu. Et adducitur ad hoc Fede. de Sen. consi. 116. In quæstione D. Campioli, vbi vult, quòd vbi coram ecclesiastico pendet quæstio præiudicialis, vt quia instrumentum dicatur esse vsurarium, debet primus iudex, corã quo petitur executio instrumenti, supersedere, ne diuersis processibus negotium intrincetur, & ordo peruertatur, & sufficit secundum eum si iudex secularis sciat litem super præiudiciali pendere absque alia hominis inhibitione, quia inhibitum est sibi à iure capi. tuam de ordi. cogni. capi. lator, qui fil. sint legit. cap. si iudex Laicus in fin. de sentent. excommu. in. 6. & vult etiam ibi Feder. quòd etiam si lis pendeat per appellationem coram ecclesiastico, non possit iudex secularis procedere, donec lis fuerit finita. Idem dicit ipse Fede. consi. 98. Nicolutius Petri, vbi amplius voluit,
5 quòd † si iudex ecclesiasticus in sentẽtia absolutoria ab vsuris reuocauerit inhibitiones, tamen, si à tali sentẽtia est appellatũ. Iudex secularis interim nihil potest innouare, quia nihil innouandum est appellatione pendente, & Feder. sequitur Anto. de Butr. in cap. tuam col. 2. vers. quero pendente q. & Abb. ibidem colum. pen. versic. Sed iuxta prædicta de ordi. cogni. Alex. consil. 63. In causa & lite lib. 3. Sed in contrarium pro D. Nicolao allegatur Ang. in. l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iudi. Vbi inquit, quòd si petitur executio instrumenti habentis executionem paratam ex forma statutorum, ex eo, quia ibi cõtinentur præcepta notariorum, qui iudices ordinarij sine administratione, seu cartularij vocantur: si petatur coram Episcopo declarari instrumentũ vsurarium, non retardabitur executio instrumenti. l. fin. in fi. C. de ordi. cogni. & ideo inoleuit mos, secundum eum, quòd Episcopi inhibent iudicibus secularibus sub excommunicationis pœna, vt ab executione supersedeant, quã tamen inhibitionem dicit esse iniustam, & illã decisionem Ange. sequitur ibi Imol. post Dominos de Rota decis. 280. licet per viam in nouis, & Franc. etiam Ripa ibi, vbi respondet ad tex. in cap. tuam de ordi. cogni. Et sequitur etiam Alex. consi. 83. Interrogatus sum in fin. lib. 5. Accedit, quod scribit Petrus de Ancha. consi. 234. Casus talis est post præceptum factum, vbi vult, quod si aliquis coram iudice seculari confessus fuerit debitum, & ei factum præceptum de soluẽdo, si deinceps iudex ecclesiasticus inhibeat ei, vt supersedeat, sub eo prætextu, quod debitum sit vsurarium, d. inhibitio nõ suspendit cognitionem, & executionem iudicis secularis, mouetur inter cætera, quia exceptio vsurarũ examinanda seorsum per iudicem ecclesiasticum exigit altiorem indaginem: ergo executionem præcepti in cõfessum sicut sententiæ impedire non potest. iux. not. per Bar. in. l. 4. condemnatum. ff. de re iudi. & cum tempore confessionis, & præcepti hanc exceptionem debitor non opposuerit, videtur per excogitatam malitiam nunc velle opponere cap. licet causam de proba. cap. suscitata de rest. in integ. videtur ergo executio prius facienda & postea de d. exceptione ita tardè opposita cognoscendum, nam hoc quandoque facit contumacia Cle. 1. de do. & contu. multo magis confessio, quæ rem facit notoriam cap. vestra de cohab. cleri. & muli. Istud tamen dictum Ang. non videtur bene tutum, quia, vt
6 dicit Alex. in d. §. condemnatũ, † statutum tribuens instrumentis garentigiatis executionem paratã, non excludit exceptiones peremptorias, quia de eis non fuit cognitum, nec cognosci potuit, vt Bald. inquit in. l. peremptorias colum. 4. vers. quæro pone statuto cauetur. C. sent. rescin. non pos. & multo magis dicendum est in isto casu, in quo & si de stylo & cõsuetudine fori procedatur per viam præceptorũ executiuè, tamen admittuntur exceptiones peremptoriæ etiã requirentes altiorem indaginem, ergo expectanda videtur cognitio ecclesiastici super exceptione preiudiciali ad processum iudicis secularis. Quapropter tutius est pro D. Nicolao dicere, quod in curia ecclesiastica nulla lis pẽdet, nam licet à noua inuestitura facta per Episcopum fuerit per communitatem appellatum, tamen appellatio fuit reiecta,
7 & † vbicunq; appellatur à grauamine interposito extraiudicialiter, appellatio non deuoluit, nec suspendit iurisdictionem primi iudicis, donec iudex appellationis de causa cognouerit, & inhibuerit, quia huiusmodi appellatio ab actu extraiudiciali aggrauante regulatur ad instar appellationis ab interlocutoria, in qua ante cognitionẽ iudicis ad quem, & inhibitionem factam, inferior iudex potest procedere, nec habet iurisdictionem impeditã cap. Romana. §. si vero & §. quod si obijciatur de appel. in. 6. cap. non solum eo. tit. & ita in specie decidit Soci. consil. 45. Visa appellatione. 3. dub. lib. 1. Non obstat aliud fundam. communitatis, ꝙ obligatio illa, qua tenebatur erga D. Nicolaum mediante persona maiorum suorum est extincta post quam feudum decimarum est reuersum ad ecclesiam, quia extincto iure datoris, extinguitur ius acceptoris. l. lex vectigali. ff. de pigno. cap. 1. §. rursum qui. mo. feu. amit. Nam prædictis respondetur, quòd transactio † illa prima, qua communitas loco de-
8 cimarũ promisit soluere. 25. aureos annuos antecessoribus D. Nicolai,

D. Nicolai, celebrata fuit cum auctoritate & consensu Epi
scopi, & sic nomine ecclesię videtur facta obligatio cap. ve
niens de transac. qui text. specificè loquitur in transactione
decimarum: vnde quum ecclesia succedat in d. obligatio-
ne, & denuo feudum ad se reuersum cõcesserit D. Nicolao,
videtur pariter d. obligationem, qua tenebatur d. commu-
nitas, concessisse, pro quo facit, quod Bald. scribit in c. 1. §. si
9 vero in nono not. de alie. feu. vbi † vult, ꝙ si feudum aliene
tur cum domini voluntate cessat regula, ꝙ extincto iure da
toris, extinguitur ius acceptoris: & hoc quia accesit in con
tractu domini voluntas, quæ ipsum contractum extendit,
& sic remanet penes emptorē stabilis alienatio, & hoc ad-
10 ducunt Aduocati: sed melius adhuc facit: quia † si Vasallus
imponit aliquod onus feudo puta seruitutem predialem cũ
domini consensu, si feudũ ad dominum reuertatur transit
ad dominum cum illa obligatione & onere, vt Andr. de
Iser. inquit & ibi latius Matthæ. de Afflict. in cap. 1. §. quid
ergo de inuestitu. de re ali. fac.

SVMMARIVM.

1 *Reintegrandæ remedium competit cuicunq; de sua antiquiore possessione ostendenti, & ab ea cecidisse absque facto suo & culpa, etiam si fuerit singularis successor, vt nu. 4.*

2 *Possessione antiquiori probata, dicitur & spoliatio re ipsa probata.*

3 *Clausula generalis in libello apposita, qua petitur possessionis restitutio, complectitur omnia & quæcunq; remedia, per quæ possessio debet restitui.*

5 *Remedium personale in rem scriptum datur cuicunque singulari possessori.*

6 *Possidens semel præsumitur vsque ad tempus mortis possedisse, & possessio semel apprehensa non amittitur, nisi prius animo destituatur.*

7 *Possessio cum sit facti ad hæredes vniuersales nec singulares non transmittitur.*

8 *Possessio vbi ex persona defuncti recuperari intenditur, debet agens probare defunctum tempore eius vitæ à possessione sine iusta causa cecidisse.*

9 *Prælatus mortuo prælato siue agat possessorio, siue petitorio potest pro rebus ecclesiæ per alios ablatis agere ad recuperationem: etiam quod nunquam eorum fuerit nactus possessionem. & nu. 14. secus si suo proprio nomine agat vt nume. 17.*

10 *Prælatus, & Rectores non sunt rerum ecclesiæ domini, sed tantum eis concessa est administratio.*

11 *Possessio ecclesiæ non dicitur vacare mortuo prælato, sed ecclesia dicitur in possessione continuare: secus possessio prælaturæ. vt nume. 15.*

12 *Ecclesia nunquam moritur, nec mutatur.*

13 *Possessio ecclesiæ, vel beneficij vbi ab aliquo est apprehensa, consequenter, & omnium rerum ipsius ecclesiæ possessio intelligitur acquisita.*

16 *Ecclesia est in anima viuentis, quæ nunquam moritur, secus hæreditas.*

18 *Possessio in beneficialibus continuatur in successorem sine noua apprehensione.*

CONSILIVM. 562.



GIT Annibal Capellanus capellæ S. Georgij positæ in templo S. Euasij ad restitutionẽ possessionis cuiusdã apothecę cum cella vinaria cõtra Rolandum tertiũ possessorem, dicens d. ædificia possessa fuisse ꝑ antecessores suos Capellanos, & sine facto suo & iusta causa cecidisse à possessione illorum ædificiorum. Et quod D. Annibal audiendus sit in sua petitione facit, quia saltem
1 competit ei † remedium c. reintegrandæ. 3. q. 1. quod datur
ei, qui ostendit de sua antiquiori possessione, & ab ea ceci-
dit absq; facto suo & culpa: nam hoc ostenso restituendus
est ad suam pristinam possessionem secundum dispositio-
nem d. cap. reintegrandæ, vt tradit Inno. & alij in cap. sæpe
de restitu. spol. Lapus Alleg. 52. Lætatus sum Abb. in ca. cũ
ad sedem char. pen. de resti. spol. & in cap. si diligenti col. 4.
2 de præscrip. nam † probata antiquiori possessione, dicitur
spoliatio re ipsa probata, vt Bald. inquit in l. pen. col. fin. C. si
3 à non comp. iudi. & illa † conclusio generalis, qua petitur re
stitutio d. ędificiorum, videtur sufficere, quia complectitur
omnia remedia, per quæ possessio restitui deberet, & ma-
ximè remedium d. canonis reintegranda, vt in terminis po
nit Inno. in d. ca. sæpe & ibi sequitur Abb. & alij, Item licet
D. Annibal Capellanus non sit hæres antecessorum suorũ,
4 qui tenuerunt capellam, est tamen † singularis successor, &
singulari successori competit remedium d. Canonis reinte
granda, nam quum competat contra quemcunq; posseso-
rem, ex hoc ostenditur, quod est in rem scriptum. l. emptor
5 & l. post venditionem. ff. de aq. plu. arcen. & † personalia in
rem scripta dãtur cuicunq; singulari successori l. si tertius. §.
si quis priusquam. ff. de aqu. plu. arcen. & ita Soci. scribit in. l.
rem, quæ nobis vlt. q. 2. q. princ. ff. de acqui. posse. Sed diffi-
cultatem in præsenti cõtrouersia facit, quia aut D. Annibal
Capellanus petit ex sua persona restitui ad possessionẽ ædi-
ficiorum tanquam ipse cecideret à possessione sine causa,
& obtinere non potest, quum nõ appareat, ꝙ ipse vnquam
fuerit in possessione d. ædificiorum, & priuatio præsuppo-
nit habitum. l. decem. ff. de verbo. oblig. Aut petit se restitui
ex possessione Capellanorum antecessorum suorum, & pa-
ri ratione non obtinet, quia & si appareat, ꝙ illi possederint
ædificia præfata, non tamen apparet, quod in eius vita ce-
ciderint à possessione d. ædificiorũ: potuerunt enim possi-
dere vsq; ad tẽpus mortis: imò ita de iure prę sumuntur pos
6 sedisse vsq; ad tempus mortis, nam † qui semel possedit prę
sumitur possedisse vsq; ad tempus mortis, ex quo mortuus
non negat, & possessio semel apprehensa, nõ amittitur, nisi
prius animo desinat possidere. l. 3. §. in amittenda. ff. de acq.
posse. & mutatio voluntatis nõ prę sumitur cap. maiores de
baptis. l. cũ his status. §. 1. ff. de dona. in. vi. & vxo. & ita dicit
Rota decis. 120. Item si probat, vbi vult in terminis, quod
si probatur aliquem possedisse in vita sua beneficium, præ-
sumitur possedisse vsq; in tempus mortis, refert & sequitur
Anto. de Butr. in ca. cum ad sedem de resti. spol. & ibi Abb.
col. 5. versi. quæro hic pro parte Alex. consi. 33. Ponderatis
verbis vltimi testamenti circa fin. lib. 3. Quum igitur ante-
cessores Capellani possederint vsq; ad mortem non potest
dici, ꝙ d. antecessores ceciderint sine iusta causa, nam imo
ceciderunt ex causa iusta, quia statutũ est hominibus semel
mori l. 1. & l. hæres meus. ff. de condi. & demon. & quũ non
habuerint tempore vitæ eorum actionem ad recuperandã
possessionem, quam nunquam amiserunt, non potuerunt
eam transmittere. l. traditio. ff. de acqu. rer. domi. nec ex eo
etiam, ꝙ in morte ceciderunt, à possessione transmiserunt,
quia, vt dixi, iuste ab ea per mortem ceciderunt, & vacan-
7 tem possessionem quilibet apprehendere possit, & † pos-
sessio, quæ est facti, non transmittatur ad vniuersalem hæ-
redem, & multo minus ad singularem successorem. l. cum
heredes in prin. ff. de acq. posse. l. 1. §. Sceuola. ff. si quis testa.
lib. esse ius. fue. Vnde recte dixit Corn. consi. 18. Visa peti-
8 tione producta col. 2. lib. 1. quòd † hæres, qui agit ex perso-
na defuncti ad recuperandam possessionem, debet proba-
re, quòd defunctus tempore eius vitę sine iusta causa desijt
possidere, idem tradit Card. Rui. consi. 45. Habita super his
colum. 4. lib. 1. Præmissis tamen non obstantibus arbitror
D. Annibalem in remedio intẽtato obtinere debere, quod
9 vt ostendatur scire oportet, ꝙ † clericus, Rector, seu præla-
tus siue agat petitorio siue possessorio intentans actionem
pro rebus ecclesiasticis, quandoq; agere debet nomine pro
prio, quandoq; nomine ecclesię. Si enim agit, vt ipsam ec-
clesiam cõsequatur, vt quia dicat talem ecclesiam, seu eius
beneficium

beneficium ad se spectare, vel contendat se ab eius posses-
sione deiectum, tunc agendū est nomine proprio, quia ni-
hil habet super quo fundare se posit nomine ecclesiæ cap.
cum super,& ibi Innoc. ponit colu.2. & latius Abb.de cau.
posse.& proprie.ca.in literis,& ibi Inno.prope fi.& Abb.2.
not.de restit. spoli.cap. conquerente cap.item cum quis eo.
titu.Idem si agat pro iuribus ratione ecclesiæ,sed non eccle
siæ spectantibus cap.constitutus & cap.cum venerabilis de
relig.dom. Si vero agere intendit pro iuribus vel bonis par
ticularibus ad ecclesiā spectantibus,tunc agendū est nomi-
10 ne ecclesiæ,quia † rectores,seu prælatus procuratores sunt,
non Domini, & eis tantum administratio concessa ca.2.de
don.& bene probatur in cap. literæ & ibi latissimè Abb.de
dilat. ad idem tex.in cap. olim causam, quæ inter vos, & in
cap. olim inter te,& vtrobiq; Abb.notab.de resti.spol.cap.
querelam de elec. Inno.in d.cap.in literis ad fi.& Abb.in d.
cap.cū super col.pen.Lap. alleg.51. Dicebatur in effectu.1.
dub.Secundo presuppono,quòd vniuersalis ecclesia, seu sal
tem particularis vnaquæq; posidet res & bona Deo dica-
11 ta,non autē Rector seu prælatus,adeò,quod Rectore † seu
prælato mortuo possesio bonorum non dicitur vacare,sed
ecclesia in possessione dicitur continuare, quia ecclesia,quę
12 † posidet, non moritur nec mutatur cap. liberti. 12.q.2. &
ita tenet Innoc. in d. cap. cum super col.2.& in cap.cum in
officijs de testa. Bart.in.l.1.§.fin. & in l.cū hæredes in prin.
ff.de acqu.posse.& in.l.sicut.ff.quod cu.vniu.nom.Bald.in.l.
non minus.§.1.ff.de hæred.instit. Pau.de Cast. in.l.si sorori
circa med.C.de iu.delib.& tenet And. Sicu.inter consi.74.
Viso puncto col.1.lib.4. Alex. consil.81. Lecto & discusso
col.6.lib.3.vbi dicit ita communiter teneri.Hinc etiam fit,
13 quod vbi † quis possessionem ecclesię vel beneficij appre-
hendit consequenter acquirit possessionem omnium bo-
norū ecclesiæ,ex quo ecclesia videtur res suas posidere se-
cundum Guil.de Cun.Alber.de Rosa.& Bal.in l.1.ff.de off.
præfec.augu. sequitur Aret.in.l.3.in princ.col.5. versi. adde
ad intellectum.ff. de acqu. posse. Ex istis duobus suppositis
verificatur conclusio,ꝙ D. Annibal Capellanus debet obti
14 nere,quia † ipse egit nomine ecclesiæ deducēdo ius suę ca-
pellæ,vt eius libellus apertè cantat,item ostendit ecclesiam
fuisse in possessione d. ædificiorū per suos antecessores ca-
pellanos,& mortuis capellanis, cum capellam adhuc posi-
deret,fuisse spoliatam saltem re ipsa per occupatores d.ędi-
ficiorum,& per consequens reintegrandā esse: & ita in ter-
minis,quod mortuo Rectore seu prælato, successor in be-
neficio posit agere ad restitutionem rerū ecclesię per alios
ablatarum, licet ipse successor nunquam earundem nactus
fuerit possessionem,scribit Inno.in d.cap. cum super & ibi
Abb.colum.3.vers.nunc venio de cau.poss.& propri. Spec.
in titu.de pet.& poss.§.1.versi. Sed nunquid vacante eccle-
sia,Rota decis.467. Nota ꝙ possessor beneficij in antiq. &
decis.4. possessor beneficij potest agere, & ibi latius tangit
15 in.2.addi.in nou. dicens,ꝙ † mortuo prælato vacat posses-
sio prælaturæ,sed non possesio bonorum ecclesię,quam si
quis occupat, œconomus ecclesiæ vel successor potest age
re nomine ecclesiæ pro illa recuperāda interdicto vnde vi,
non tn̄ crimine expilatæ hæreditatis, vel interdicto adipi-
16 scendæ possessionis,& est ratio, quare pōt agere,quia † ec-
clesia est in anima viuentis, quæ nunquam moritur argum.
quom.opor. Episc.in fi.& no.in.l.& quia de iurisd. omn.iu.
dissimilisq; est ecclesia hęreditati iacēti, quia hæreditas nō
est in anima viuentis l.mortuo.ff. de fideius.l.vsusfructus.ff.
de stip.seruo.l.1.§.Sceuola.ff.si quis testa.li.es.ius.fue.l.ei qui
nondum.ff.de mino.ita ibi Rota post Inno.in d.cap.cum su
17 per & subdit,ꝙ † successor nomine proprio agere non pos-
set per.l.cum hærede in prin.ff.de acqu.posse.allegabatur in
oppo. Et vltra prædictos Doct.idem tenet.Abb.in.cap.li-
teræ col.2.de dila. Feli.in cap.constitutus col.10.versic.do-
minium iurium de rescrip. Reperio etiā quod idem tenuit
Gui. Pap.q.355. Vtrum prælatus nouus,& consulendo te-
nuit idem Gui. consil. 188. In materia reintegrandæ circa
prin.vbi propriè loquitur in Rectore capellæ, & vult rein-
tegrandum esse in possessione eorum, quę percipiebant an
18 tecessores sui,quia in beneficialibus † continuatur possesio
in successorem sine noua apprehensione secūdum not. per
Bart. in.d.l.cum hæredes.ff.de acqu.poss.Ex istis remanent
resoluta obiecta, quia loquuntur in diuersis terminis vt per
se liquido patere puto.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius absq; consensu domini vsumfructum constitue re non potest, aliàs esset alienare, secus quoad fructuum commoditatem, vt nu.4. fallit nu.14.*

2 *Feudi dominium vtile sicut domini consensus nō participato alienari non potest, ita nec vsusfructus. Amplia vt num.3. fallit nume.15.*

5 *Feudatarius potest fructus alienare totius temporis, quo apud eum feudum est mansurum.*

6 *Vsusfructus accipi potest pro facultate & cōmoditate vtendi & fruendi.*

7 *Cessio vsusfructus licet nō valeat, tamen, vt sustineatur debet intelligi de commoditate.*

8 *Vectigal vbi venditur à ciuitate vel locatur, tantummodo videtur vendita vel locata commoditas percipiendi fructus, non autem ipsum vectigal.*

9 *Decimæ tanquam ius spirituale non possunt in feudum concedi, concessæ tamen ex consuetudine, debet intelligi tantum commoditas concessa.*

10 *Vsufructuarius compromittens de vsufructu, non intelligitur de ipso iure inseparabili à persona compromittere, sed tantum de ipsa commoditate.*

11 *Seruitus seruitutis esse non potest.*

12 *Feudum vbi cōceditur filio, tunc nō acquiritur patri vsusfructus iure patriæ potestatis, sed tantum commoditas.*

13 *Fructus percipiendi facultas & commoditas transit ad hæredem, & legari potest, limita, vt nu.21.*

16 *Emphyteota potest vnum vsumfructuarium, & vnū vsuarium in eadem re constituere, sine domini voluntate.*

17 *Vasallus potest constituere seruitutem in prædio feudali in sui præiudicium, sed non in descendentium & præiudiciū domini, & nume.20.*

18 *Alienatione probibita omnis seruitus probibita intelligitur.*

19 *Seruitutes reales personalibus sunt potentiores.*

22 *Feudatarius & vsufructuarius, licet aliquam habeant similitudinem, tamen in multis differunt, & nu.25.*

23 *Feudatarius tam contra Dominum quàm cōtra quemcunq; alium possessorem habet vtilem rei vendicationem: sed vsufructuarius agit tantum confessoria.*

24 *Verbum vsusfructus, quando profertur in dispositione stat propriè, sed quando venit in consequentiam alterius dispositionis, impropriatur.*

26 *Verbum disponere in instrumento appositum refert se ad vltimam voluntatem.*

27 *Detentatori expulso ad recuperādam suam tenuatam licet non competat interdictū possessorium, succurritur tamen actione in factum, vel iudicis officio. fallit sub nu.30.*

28 *Reintegrandæ remedium non solum spoliatis, sed & eiectis competit, & sub nu.29.*

29 *Verbum eiectus refert se tantum ad eum qui nudam habet facti detentationem.*

30 *Spoliatus nō restituitur stante defectu notorio proprietatis.*

31 *Exceptio notoriè concludens non solum de non iure agentis, sed si etiam fundet ius excipientis, tunc admittitur exceptio notoria proprietatis.*

32 *Spoliatus, vt non restituatur sufficit notorium esse Iudici, vel alijs, si probationes sint in promptu, aliàs secus.*

33 *Exceptio spoliato opposita vbi probationem non requirit, tunc ipsi spoliato restitutio denegatur.*

34 Possessoris

34 *Possessoris cōditio potior habetur, ubi notoriè de dolo utriusque, idest spoliantis & spoliati apparet.*

35 *Statutum vel lex tollens exceptionem, non tollit exceptionem notoriam.*

36 *Feudum vbi finita linea ipso iure deuoluitur domino, tunc dominus potest propria auctoritatē ingredi feudi possessionem alia retraditione non expectata, & nu. 38.*

37 *Vsusfructus vbi per mortem vsufructuarij finitur, tunc statim ciuilis possessio trahit ad se naturalem.*

39 *Dominij directi virtus, est semper in actu permanens ex vi attractiua, habet q; vim directi & vtilis.*

CONSILIVM. 563.



STA D.Bartholomæa nō videtur posse obtinere in isto iudicio quod intentauit: Nam sic venit, & argumētatur: Clarum est enim, ꝙ Elena conuenit cum Gulielmo & Vincentio filijs, vt ratione dotium suarū haberet vsumfructum bonorum feudaliū, quæ ipsi filij habebant in municipio Gonzani: illa autem constitutio vsusfructus in d. bonis exponi debet pro commoditate
1 fructuū, quandoquidem † feudatarius absq; consensu Domini vsumfructum constituere nō potest, allegatur ad hoc glo. in ca. 1. §. preterea in verbo alienationis, de cap. Conra. quam glo. ego tamen non habeo. Hoc tenet Iac. Ardiz. in summa in titu. qui. mo. feu. amit. §. cum prædictum versic. nunquid possit, & Iac. Blanchi de Marsilia in sum. sub eod. titu. versi. Sed nunquid possit vsumfructum, Ioan. Rain. in cap. Imperialem. §. habito. de prohi. feu. alie. per Fede. mouentur, quia constituere vsumfructum est alienare, l. fin. C. de reb. alie. non alie. l. si pecunia. §. nec vsumfructum. ff. de reb. eo. l. in vēditione in prin. ff. de bo. auc. iudi. possid. Item
2 quia vsusfructus est pars dominij: ergo † sicut Vasallus nō potest alienare vtile dominium sine consensu Domini, ita etiam non poterit alienare vsumfructū, qui est pars dominij, item concedendo iura prædiorum, videtur ipsa prædia concedere. l. quid aliud. ff. de verbo. signific. & quum ipse sit vsufructuarius nō potest vsumfructū constituere. l. si vsusfructus. ff. de iure doti. Inducitur etiam tex. in d. cap. Impe-
3 rialem vbi † prohibentur alienationes & translationes rerum feudalium etiam, quo ad possessionem, & vsufructuarius dicitur possidere. l. 3. §. vn. vi. ff. de vi & vi arma. l. naturaliter in princ. ff. de acqu. poss. Eandem opi. tenet Andr. de Iser. in constitu. regni. constitutionem diuæ memoriæ & in cap. Imperialem in prin. & ibi Iaco. Alua. col. 5. versi. quero an Vasallus possit, de prohib. feu. alie. per Fede. quod etiam sequitur Matthæ. de Affl. ibidem Alex. consi. 118. Attentis narratis in themate lib. 6. Paul. Pic. in repe. l. Titia. §. Titia
4 q. 37. ff. de leg. 2. Venit igitur dicendum ꝙ † transferre voluerint d. filij in matrem commoditatem tātum fruendi, vt actus potius valeat, quàm pereat, nam vt dicit And. de Iser.
5 in d. cap. Imperialem col. 1. & ibi Iac. Alua. potest † feudatarius fructus alienare totius temporis, quo apud eum feudum est mansurum, & idem dicit Andr. de Iser. & ibi Iaco. Alua. in cap. 1. §. ex eadem de lege Conra. & Bald. in c. 1. §. aut libellario colum. 2. versi. sed nunquid est licitū qui. mo. feu. ami. arg. l. peto. §. prædium & l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. l. pater in prin. ff. de leg. 3. & in l. communi diuidundo. §. cum de vsufructu ff. commu. diuid. & tenet Alexan. in consi. preallegato, & quòd ista interpretatio ita sit facienda
6 apparet: nam negari non potest, quin † vsusfructus accipi non possit pro facultate & commoditate vtendi, & fruendi, vt probatur in l. 1. ff. de vsufr. leg. & in l. arboribus. §. vsufructuarius & ibi glo. in verbo vel donet. ff. de vsufr. & in l. necessario. §. fin. & ibi etiam gl. ff. de peri. & cōmo. rei ven.
7 gl. in. §. finitur in verbo cedendo Instit. de vsufr. vbi † quando ceditur vsusfructus, quia talis cessio nō valet, intelligitur de cōmoditate, hinc dixit Bart. in l. cotem. §. qui maximis
8 colum. 2. ff. de public. quod † si ciuitas vendit vel locat pedagium videtur vendere vel locare commoditatem percipiendi fructus non ipsum pedagium, quod fieri non potest, per iura præallegata & magis adhuc facit, quod Bal. scribit cons. 274. Non reuocando in dubium lib. 5. vbi vult, quòd
9 † quia decimæ tanquam ius spirituale non possunt in feudū concedi, si tamen consuetudo ecclesiæ vel prouinciæ ita se habeat, quod concedantur, debet intelligi cōmoditas concessa in feudum, non ipsum ius spirituale, per d. l. necessario §. fin. ff. de peri. & commo. rei vend. & ex eo infert, quòd si questio sit inter detinentem decimas, & feudatariū, de hac q. fieri potest compromissum, & transactio inter eos in suū præiudicium, quia nō de iure spirituali intelligeretur compromissum, sed de commoditate, de qua compromitti pó-
10 test sicut † si vsusfructuarius compromitteret de vsufructu non intelligeretur compromittere de ipso iure inseparabili à persona; sed de ipsa commoditate, allegat not. in l. 1. C. si res pig. da. sit. vbi etiam Bald. post gl. similem determinat q. Accedat, quod Bart. dicit in l. in venditione in princ. ff. de bon. auct. iudi. possi. vbi quia dicitur ibi, quòd vsusfructus venit in venditione intelligit Bar. quod vendatur commoditas, non ius vsusfructus, dicit etiam Azo in sum. C. de bo. quæ lib. quod si filio relinquatur vsusfructus nō habebit pa-
11 ter huius vsusfructus vsumfructum, quia † seruitus seruitutis esse non potest: sed solus filius erit fructuarius, pater autem rebus ex vsufructu prouenientibus vtetur & fructur, refert & sequitur Bald. in l. 1. versi. quæ 10 si filio. C. de bon. mate. & melius adhuc facit Bald. in l. cum oportet in princ. circa fin. C. de bonis quæ lib. vbi dicit, ꝙ cum feudū æquiparetur magis vsufructui, quàm proprietati, vt patet in eius diffinitione: Item quum non possit transferri nec alienari,
12 & sic natura sui personæ cohęret, vbi † feudum conceditur filio nō acquiritur patri vsusfructus iure potestatis, sed commoditas tantum: nam quæ non possunt acquiri plenè, acquiruntur quo ad commoditatem. l. fin. C. de vsufru. d. l. necessario. §. fin. His sic stantibus præfata Helena reliquit D. Bartholomęæ suo vltimo testamento vsumfructum dotiū suarum, & sic cōmoditatem, & facultatem percipiendi fru-
13 ctus ex bonis Gonzani, quæ † quidem facultas & commoditas transit ad hæredem eius, cui fuit concessa. l. necessario §. fin. ff. de peri. & commo. rei vend. & per consequens potuit legari, quum legatarius, saltem largè accipiendo dicatur hæres. l. id tēpus. §. 1. ff. de vsuca. ergo D. Gulielmus & Vincentius, vt hæredes eorum matris Helenæ tenebuntur ad præstationem d. legati, debent enim pati, quod D. Bartholomæa legataria percipiat fructus ex d. bonis, vel ipsi illos tradere l. fundi Trebatiani. ff. de vsufru. leg. Et ista sunt super quibus D. Bartholomæa se fundat, Contrarium tamen arbitror de iure verius. Et quoniam d. filij hæredes conueniuntur, & actore nō probante reus absoluitur. Videndum est tantum an fundamenta deducta pro parte D. Bartholamęæ subsistant. Et videtur non subsistere. Et primo venit
14 discutiēdum † vtrum feudatarius possit constituere vsumfructum absque consensu Domini, & videtur ꝙ possit per tex. in l. 1. §. fi. ff. de superfi. vbi habetur, quòd superficiarius constituere seruitutem potest, & illum text. no. ibi Bart. ꝙ
15 † qui habet vtile dominiū potest ius in re constituere, quod per vtilem confessoriam petetur, dicit tamen, quod tale ius perit, iure cōstituentis perempto. l. lex vectigali. ff. de pig. ad idem tex. in l. 1. §. item si in fundo. ff. qui. mod. vsusfru. ami. per quem tex. dicit ibi Bal. quod emphyteota potest facere aliquem vsufructuarum, & subdit se credere, quòd in hoc nō requiratur cōsensus Domini. Accedat quod voluit Bar. in l. 3. §. econtrario colum. vlt. ff. de acqu. pos. vbi vult quòd
16 † emphyteota possit vnum vsumfructuarium, & vnū vsuarium in eadem re constituere, allegat d. l. primam. §. item si in fundo & d. l. 1. in fin. ff. de superfi. & subdit ibi Alexan. ꝙ hoc potest facere sine cōsensu domini, sequutus Bal. in d. §. item si in fundo, quem etiam sequitur idem Alex. cōs. 120. Super eo, quod quæritur in fi. lib. 1. & videtur etiam esse de mente Bart. ibi. nam dicendo, ꝙ emphyteota potest facere vsumfructuarium

vsumfructuarium videtur intellexisse sine Domini consen
su,nam interueniente eius cõsensu nulli dubium,ꝙ quamlibet alienationem facere potest. Confirmantur præmissa,
17 quia † Vasallus potest constituere seruitutem in prædio feu
dali in sui præiudicium, & hæredum, non autem in præiudicium descendentium, quãdo feudum esset receptum pro se & descendentibus, vel in præiudicium domini, quando feudum ad dominum reuerteretur ca.1.§.quid ergo de inuest. de re ali.fac.& ibi Bald.& alij, & est bona glo. in l.3.& ibi Doct.ff.de serui.Bald.Sali.& Pau.de Cast.in l.& in prouinciali.C.eod. titu. cum alijs multis adductis per Cepo. in tract. serui. sub titulo qui possint constituere seruitutes rea. si hoc est in seruitute prædiali, ergo idem esse debet in con stitutione vsusfructus,quia,vt inquit Cur. iun. in tract. feu. non videtur posse asignari differentia inter seruitutes reales & personales nam vtroq; casu debentur à re feudali, sed primo casu à re personæ,vt Institu.de vsufr.in princ. & per discursum , secundo vero casu debẽtur à re rei.l.qui in alie-
18 na.§.fin.ff.de nego.gest.Item prohibita † alienatione omnis seruitus intelligitur prohibita.l.fin.C.de reb. ali. nõ alie. vbi æquiparat vsumfructum cæteris seruitutibus.Aut ergo vtraq; debet censeri prohibita,aut vtraq; permissa,& auge
19 tur vltra eum difficultas,quia † seruitutes reales prediorum rusticorum & vrbanorũ sunt fortiores,quàm seruitus vsusfructus,quæ est personalis : illa enim est debilior,quũ multis modis facilè corrumpatur.§.finitur Instit.de vsufr.l.cor ruptionem.C.eo.si ergo illas fortiores,potest in feudo con-
20 stituere, ergo & has debiliores . Demũ † quod feudatarius in sui preiudicium possit constituere vsumfructum absque Domini consensu consuluit Ias.consil. 123. Circa primum consultationis articulum lib.4. qui vtitur eodem hoc argumento inferendo de seruitute ad vsumfructum. Concluditur ergo , quod feudatarius sine Domini cõsensu vsumfructum constituere potest, & d.vsusfructus constitutus à Gulielmo & Vincentio filijs finitus fuit morte Helenæ.§. finitur Institu.de vsufr.l. Titio cum moreretur.ff.eo.l.stipulatio ista.§.si quis ita.ff.de verb.obliga. Non obstant argumenta allegata in oppo. quia vnico verbo omnia soluuntur : nam licet omne aliud genus alienationis sit prohibitum , tamen hoc videtur permissum , vt possit feudatarius in re ius seruitutis constituere ad sui præiudicium donec viuit,d.cap.1.§. quid ergo de inuest.de re alie. fac. Non obstat text. in.l.ne-
21 cessario.§.fin.ff.de peri.& commo.rei vend. nam † pro resolutione considerandum est,quod tex. ibi facit differentiã inter vsumfructuarium,& proprietariũ : nam quando proprietarius concedit vsumfructũ, tunc vsusfructus non transit ad hæredes recipientis , sed eius morte extinguitur : vbi autem vsufructuarius concedit vsumfructũ tunc,quia vsufructuarius alium vsufructuarium constituere non potest, intelligitur cõcedere tantum cõmoditatem vtendi fruendi,& hæc commoditas transit ad heredem recipientis,nec
22 eius morte finitur . Vnde videndum est an † vsufructuario æquiparetur feudatarius,& dicendum est, quòd non,valde enim inter se differunt feudatarius,& vsufructuarius: quod ostenditur,quia contra naturam vsusfructus est,ꝙ transeat ad hæredem : est enim personalis seruitus,quę cum persona extinguitur : & si in concessione vsusfructus fiat mẽtio de hærede recipientis intelligitur tantum de primo herede ne inutilis sit proprietas,si de hæredibus in infinitum intelligatur.l.antiquitas.C. de vsufru. In feudo autem nõ est ita: quia secundum eius naturam potest ad descendentes,& hæredes in perpetuum deuenire cap.1.§. & quia vidimus, qui feudare poss.ca.1.de feu.succe.ca.1.de gra.succe. feu. Item vsusfructuarius non est dominus rei , sed habet tantum ius in re.l.rectè.ff.de verb. signi.l.eorum.ff. de damn. infec.l.in noxalibus.ff.de noxa.tradit Bar.in.l.qui vsumfr.ff. de verb. oblig.vbi examinat & concludit, quòd vsufructuarius non est dominus,nec vsusfructus pars est dominij , nisi largo & improprio modo accipiendo dominium pro quadã commoditate & emolumento , & ita intelligit iura, quæ facere possent in oppo. & idem dicit Bart. in.l.in venditione.ff.de bo. aut. iudi. possi. sed feudatarius habet in feudo vtile dominium cap.1.§.præterea de cap. Conra. cap.1.§.1. de inuest.de re alie. fac. ideò differunt etiam in actionibus, nam,
23 † vsufructuarius agit tantum confessoria l.1. in prin. & l.vti frui.§.vtrum & ibi glo.ff.si vsufru. peta.§. æque Institu. de actio.feudatarius autem tam contra dominum, quàm con tra quemcunq; alium possessorem habet vtilem rei vendicationem.l.1.in fin.& l.2.ff.si ag. vectig. vel. emphy.peta.l. superficiario.ff.de rei vend.glo.in rub.ff.eod. tit.& in d.c.1. in verbo vẽdicare & ibi scrib.de inuest.de re alie. fac. And. de Iser.in prælu.feu.q.6.ad quod facit,quòd Bal.scribit in.l. vnica col.16.versic. dico ergo quod secundus.C.de confes. vbi refert Ioan.Mona.dicere,ꝙ Feudatarius vtile dominiũ non habet , sed habet vsumfructum quendam anormalũ , qui non est causalis nec formalis,sed singularis, ratione cuius vsusfructus habet officium iudicis l.Aquilius.ff. de don. quia non est vsusfructus propriè loquendo , & ideò pro eo confessoriam nõ habet,sed Bal.ibi improbat Ioan. Mona. quia imò feudatarius habet vtile dominiũ , & verbũ vsusfructus in feudatario non stat propriè , sed venit in consequentiam liberæ administrationis, & hoc cõprobat ex eo,
24 quia dicimus,quòd † verbum vsusfructus quando profertur in dispositione stat propriè, sed quando venit in consequentiam alterius dispositionis impropriatur.l. Proculus.ff. de vsufr. Idem Bald.in.l.1.colum.fi.C.si plu.vna sent.refert eundem Ioan.Mona.perstantem in illa sua opinione,quòd feudatarius non habeat vtile dominium,sed vsumfructum tantum, idest fruitionem quandam vtilem & plenam, non quòd ab eo exigatur vsufructuaria cautio,nec quod perdat per capitis diminutionem , & sic datur conspici secundum
25 eundem Ioan. Mona.quòd feudatarius † plurimum differt à cæteris vsufructuarijs,non nego tamen, quòd feudũ non habeat aliquam similitudinem cũ vsufr. & ita loquitur Bal. in l.vni.§.excepto.C.de cadu.tol.tamen cũ in plurimis differat , & feudatarius non sit simpliciter vsufructuarius , sed secundum quid,id,quod dicitur de vsufructuario,in eo procedere non potest.l.hoc legatũ.ff.de leg.3.& magis hoc dicendum in casu isto , in quo d. Helena recipiens vsumfructum d.bonorũ,videtur filios pro proprietarijs habuisse,& ipsi etiam faciunt se proprietarios,vt patet ex illis verbis,in quibus filij asignant castrum & prędia,ad illis vtendum & fruendum & gaudendum,salua tamen semper proprietate, item quod fuerit actum inter partes, quod d.vsufructus nõ duraret,nisi tempore vitæ Helenæ, ostenditur ex eo, quod
26 ibi actum etiam fuit , ꝙ possit † disponere de suis dotibus , quod intelligitur per vltimã voluntatẽ.§.disponat in Auth. de nup.& not.in rub.ff.sol.mat.ex quo datur intelligi: quod noluerunt eam posse disponere de vsufructu sibi concesso, quia vnius inclusio,alterius est exclusio.l. cũ prætor in prin. ff.de iudi.& accedat etiam,quòd in concessione d.vsusfructus nulla de hæredibus Helenæ facta est mentio,quod verisimiliter factum fuisset , si ad hæredes transire voluissent. Eodem tendit declaratio facta anno sequenti in diuisione bonorum inter ipsos Gulielmũ & Vincentium,in qua con ueniunt, ꝙ permittenda sit d. Helena mater vti & frui bonis Conzani toto tẽpore vitæ suæ, quę declaratio licet fuerit facta parte absente tamen negari non potest , quin pluri mum adminiculetur. Item quum Aduocatus d. D. Bartholomeæ dicat bona Conzani præter castrum & iurisdictionem reliqua esse allodialia, cessat difficultas , quia si sunt allodialia, vsusfructus stabit quo ad ea in significatione propria & sic morte finietur. Præterea posito citra præiudiciũ, ꝙ Helena potuerit de d. vsufructu seu de perceptione fructuum disponere, non tamen apparet disposuisse : nam relinquit Bartholomeæ vsumfructum quorumcunq; bonorum ipsius Do. testatricis , quæ verba non possunt referri : nisi ad dotes ipsius Helene,quę in pecunia cõsistebant,hec enim erant bona sua. Ex quibus apparet dilucide d. Bartholomæam in d.bonis Conzani nullum ius habere . Quæsitũ deinceps fuit vtrum D.Bartholomæa, quæ stetit in possessione seu detentatione percipiendi fructus , & reditus feudales

dales Conzani post mortẽ Gulielmi mariti, viuo filio Ale-
xandro, & post mortem filij continuauit in eadem fructuũ
perceptione tanquã vsufructuaria dotiũ d. Helenæ & Vin-
centius alter filius Helenæ veluti agnatus proximior d. Ale
xandro, ingressus est possessionem d. bonorũ eiecta D. Bar
tholomæa vtrum d. Bartholomæa veniat restituenda ad eũ
statum, in quo erat, percipiendi d. fructus veluti spoliata per
D. Vincentium. Et prima fronte videtur dicendum ꝙ sic,
27 quia † detentatori expulso ad recuperandam suam tenu-
tam, licet competat interdictum possessorium, succurritur
tamen actione in factũ, vel officio iudicis l. Aquilius & ibi
glo. & Bart. ff. de don. l. manifestissimi. §. sed cum in secun-
da & ibi etiam glo. Bart. C. de fur. in. l. & non tantum in ver
bo facile. ff. de petit. hæred. Barto. in. l. rem quæ nobis. ff. de
acq. poss. & in l. & ideo. §. Neratius. ff. de cond. furt. & pro
hoc bon. tex. in. l. de vsu. ff. de var. & extraor. cogni. per quẽ
text. dicit ibi Bart. quòd vbicunque habet quis vsum aquæ
sine aliquo seruitutis iure, subuenitur sibi per officium iudi
cis si impediatur, & ante eum hoc voluit Spec. in tit. de off.
iudicis. §. 1. colum. 6. versic. item imploratur loco principa-
lis, & vlterius quod detentatori spoliato competat actio in
factum, vel officium iudicis tenet Abb. in c. contingit col.
28 fi. de do. & contu. plus dicendum est, quod † competat illis
remedium Canonis reintegrãdæ. 3. q. 1. quia prouisio illius
Cano. prebet reintegrationem non solũ spoliatis, sed etiam
29 eiectis quod † quidem verbũ, eiectis, videtur cõpetere his,
qui nudam habent facti detentionem, ita inquit Spe. in tit.
de petit. & posse. §. 1. versi. Sed nunquid depositarius, vt ibi
Ioan. And. in addi. Sequitur Soci. comprobans alijs rationi
bus in d. l. rem quæ nobis. 2. q. prin. & cons. 17. Prosequẽdo
ordinem circa fi. lib. 3. Et tenet hoc idem Ant. de Butr. quẽ
non allegat in c. sæpe col. fin. de rest. spol. Poterat etiam ad-
ducere Bal. in. l. ædem col. 2. versi. sed si dominus. C. loca. vbi
inquit, ꝙ si de facto dominus expulit colonum vel inquili-
num, subuenitur ei officio iudicis, vel Canone reintegran-
da. At in proposito dato, quod D. Vincentius, vt vtilis dñs
potuerit ingredi possessionem d. bonorũ feudalium, tñ non
licuit eijcere d. Bartholomæam existentem in detentione
d. bonorũ, & impedire seu spoliare à perceptione fructuũ,
& redituum, & cum id fecerit, venit D. Bartholomęa rein-
tegranda. Præmissis tñ non obstantibus contrarium est ve
rius: nam acta faciunt notorium, vt Inno. tradit in c. ex in-
sinuatione de appell. & in c. cum olim, & ibi Abb. de verb.
sign. Bal. in Auth. ad hæc col. 5. C. de vsu. Ang. in. l. 3. in fin.
C. de tempo. appell. quicquid. n. in iudicio probatum est, di-
citur esse notorium, vt dicit Ant. de Butr. in c. fin. per tex. de
30 tempo. ordi. Sed † ex actis constat de defectu notorio pro-
prietatis d. Bartholomeæ quia Helena non potuit legare d.
vsumfructũ, quem ipsa habebat super bonis Conzani, Bar-
tholomæę, nec etiam constat, quod legauerit, vt deductum
fuit in pręcedẽtibus, & vbicunq; defectus notorius proprie
tatis obstat, tunc spoliatus nõ est restituẽdus c. ad decimas,
& ibi gl. in verbo præsumũtur de rest. spol. in. 6. & probatur
in cap. significasti de diuort. tradit Inno. in cap. constitutus
de fili. presby. Ioan. And. in addi. Spec. in rub. de resti. spol.
circa prin. Bal. in. l. ordinarij circa fi. C. de rei vend. & in tit.
de pac. Constan. in. §. si ex parte in verbo restituantur Ang.
in. l. si quis ad se fundum col. pen. C. ad. l. Iul. vn. vi Anto. de
Butr. Imo. & Abb. in c. literis de restitu. spolia. vbi dicunt, ꝙ
31 † vbi exceptio notoriè cõcludit non solũ de non iure agen
tis, verũ etiam fundat ius excipientis, tunc admittitur exce
ptio notoriæ proprietatis, prout contingit in casu nostro, in
quo constat notoriè de nõ iure d. Bartholomææ agentis, &
de iure D. Vincentij excipientis, ad quem constat feudum
d. bonorum pertinere, debet. n. de nõ iure spoliati notorio
opponi à Domino rei nõ ab alio. l. 1. §. si predo. ff. depos. tra
dit Franc. Ripa. in c. cum ecclesia de cau. posse. & proprie. &
subdit Anto. de Butr. ibi, quod regula dolo facis obtinet in
possessorio recuperãdæ, vbi exceptio notoriæ proprietatis
opponitur, etiam si de tali notorio sumẽda est informatio,
dummodo incõtinenti offeratur, dicit etiam Ant. de Butr.

32 in d. c. significasti de diuor. ꝙ † sufficit, vt spoliatus non re-
stituatur, notoriũ esse iudici vel alijs, & probationes sint in
promptu: secus si terminus diffusus, & prolixus petatur, te-
net etiam cum prædictis Abb. in c. intelleximus. 3. & 4. no.
de adult. & in c. cum dilectus col. 6. vers. cape aliam de ordi.
cogn. & in c. accepta & in c. sollicito. 1. oppo. de restitu. spol.
Alex. in. l. naturaliter. §. nihil commune in. 10. Fallen. ff. de
acq. poss. & ibi Ias. Claud. & Rip. ad quod bene facit, quod
Bald. scribit in. l. si de proprietate. C. si à non comp. iudi. di-
33 cens, ꝙ vbi † exceptio, quæ obijcitur spoliato, probationẽ
non requirit, spoliatus nõ restituitur, allegat Oldr. in consi-
lijs & habeo cons. 224. Istæ sunt allegationes col. 6. versic.
soluebat & aliter, & prædicta etiam latè sequitur Lanfran.
Brixi. in repet. rub. de cau. posse. & propri. col. 6. 2. limitat.
Quod si obijciatur, quod dato, ꝙ spoliatus nullum haberet
ius, tñ non licuit domino propria auctoritate sibi iusdicere
iuris ordine nõ seruato. l. si quis ad se fundum. C. ad. l. Iul. de
vi. l. si quis in tantam. C. vnde vi. l. si de vi. ff. de iud. l. 1. §. qui
34 vi à me. ff. de vi & vi arm. Respondetur † quod & si appa-
reat de dolo spoliantis, tñ cum notoriè etiã appareat de do-
lo spoliati, qui retineat alienũ, potior est in pari culpa condi
tio possessoris. l. sequitur. §. si seruum. ff. de verb. obli. l. apud
Celsum. §. Marcellus. ff. de do. excep. l. 2. ff. ne quis eum, qui
in ius vo. est. Item notorietas rei hoc operatur: ex quo enim
apparet spoliato nullũ ius competere ita, vt tergiuersationi
non sit locus, spolians deinde obtinet ex hac æquitate ne re
stituat, qm̃ sibi statim esset restituendum: hac enim ratione
inutilis euitatur circuitus, quod plurimũ leges amant, & in
notorijs ordo iuris non seruatur, & non est cognoscere, sed
cognitum esse c. fin. & ca. vestra cum ibi not. de cohab. cler.
35 & cap. euidentia de accu. ideò † vbicunq; lex, vel statutum
tollit exceptionem, nõ intelligitur tollere exceptionem no
toriam, vt Abb. scribit cons. 44. In præsenti q. duo sunt li. 1.
per gl. in ca. ex conquestione in verbo post appellationem
de rest. spol. quod etiam voluit Bald. in rub. C. de prob. circa
princ. & sequitur Felin. in cap. ex parte il 2. Fal. 5. de off. de-
leg. Ex his igitur patet quod Bartholomæa obtinere nõ po
test, quia dicat se possedisse prius pro alimentis & interesse
dotium d. Helenæ d. reditus bonorum Conzani, cum con-
stet nullo iure ipsam id fecisse, & in simili. q. determinauit
36 idem Senatus Mediolanensis, nam † quum feudũ finita li-
nea esset deuolutum Dño ipso iure, quo casu potest Domi
nus propria auctoritate ingredi possessionem feudi, vt Bal.
dicit in cap. quæ in ecclesiarum col. 6. vers. an in priuatione
de constit. & dñs directus feudi ita fecisset, comparuit ma-
ter filij feudatarij proximè defuncti sine descendẽtibus, &
dicebat se esse in possessione rerum feudaliũ tempore vitæ
filij sui pro alimentis suarum dotium, donec suas dotes ha-
beret, & ita reperiebatur esse in possessione tempore obi-
tus filij sui, vnde petebat se ad eam restitui, fuit iudicatũ re-
stitui non debere, quia constabat de non iure notoriè d. mu
lieris, quum feudum apertum esset dño, qui propria auctori
tate poterat illud ingredi, vt Bald. dicit in loco præallegato,
& ita iudicatũ fuisse scribit Egid. Bos. Doc. moder. in tract.
de Principe. Nemo autem negauerit in casu nostro licuisse
D. Vincentio finito vsufructu Helenæ matri concesso in-
37 gredi feudum propria auctoritate potuisse, quia † finito vsu
fructu per mortem vsufructuarij ciuilis trahit ad se natura-
lem, vt Bal. inquit in. l. 1. q. 46. ff. de rer. diui. quem refert, &
sequitur Ias. in. l. clam possidere. §. qui nundinas in fin. ff. de
acqu. posse. & tradit Bar. per ipsum nõ adductus in. l. si arro-
gator in rep. q. 1. ff. de adop. Idem etiã dicit Bal. cons. 9. Fa-
38 ctum tale est, anno Dñi col. 1. lib. 1. vbi vult, ꝙ † Vasallus si
feudum alienauerit, feudũ reuertitur ad Dominũ ipso iure
39 nec requiritur retraditio possessionis, nec sñiæ, quia † virtus
directi dominij semper est in actu permanens ex vi attra-
ctiua. l. si heres ibi sufficiunt directę actiones. ff. ad Treb. &
istud propriè nõ est nouũ dominiũ sed cõsolidatio, quia do
miniũ directũ habet vim directi & vtilis, sicut, quũ finitur
emphyteosis, & quũ finitur vsusfructus, & quũ dos reuerti
tur ad mulierem soluto matrimonio. l. in reb. C. de iure do.

SUMMARIUM.

1 *Feudalis successionis incapax est fœmina, etiam si inuestitura recepta fuisset simpliciter pro se & hæredibus.*

2 *Princeps inuestiens potest ex suo directo dominio feudum auocare rei vendicationis actione.*

3 *Feudum vbi dominus agens directa rei vendicatione cõtra extraneum possessorem auocat, tunc reus opponere non potest de vtili dominio Vasalli, & nu. 5.*

4 *Possessor conuentus non potest opponere de iure tertij, præsertim vbi agens, si rem haberet non teneretur ad restitutionem, vt nume. 11.*

6 *Feudum vbi est repudiatũ per renunciationem realem, tunc renuncianti non datur regressus, secus per personalem, & nume. 8.*

7 *Renunciatio simpliciter facta in dubio censetur esse realis.*

9 *Feudatarius dimittens penes alium ius sibi cõpetens in feudo absq; Domini Consensu, causa transactionis excepta, tanquam alienans cadit à feudo.*

10 *Feudatarius, qui patitur contra se præscribi, quasi alienet, ex negligentia amittit feudum.*

12 *Feudatarius vel emphyteuta potest propter negligentiam, veluti si rẽ feudalẽ negligat, & ea male vtatur, expelli.*

13 *Feudi successores si intra annum & diem à morte antecessoris inuestituram non petant, feudo priuãtur etiã quòd feudum non possederint.*

14 *Feudum, licet receptum fuerit pro se & descendentibus vtriusque sexus, tamen si in eo succedentes siue masculus siue fœmina, intra annum & diem inuestituram non petant, feudo priuantur.*

15 *Procuratoris negligentia nocet domino.*

16 *Procuratori soli non creditur, quum, ex quo non explendo susceptum mandatum tenetur ad interesse, pro sui exoneratione deponere præsumatur.*

17 *Pœna corporalis vbi pro delicto irrogatur, vel vbi lex expressè requirit dolum, tunc credulitas fatua & temeraria excusat à dolo, secus vbi pecuniaria.*

18 *Mulieri in his, quæ pertinent ad rigorem iuris conseruandum, sicut nec rustico non parcitur.*

CONSILIM. 564.



1 CONTRA Illustrem D. Dianam facit, quia† mulier est, ergo incapax est feudalis successionis ca. 1. §. & quia vidimus, qui feu. da. pos. Bal. assignans multiplices rationes circa hoc in. l. quoties. C. de su. & legi. quod procedit etiam si inuestitura simpliciter recepta fuisset pro se & hæredibus, quia fœmina excluderetur ca. 1. & ibi not. Bald. de nat. feu. cap. 1. quemadmo. feu. constitu. pos. &
2 † pót Princeps inuestiens agens rei vendicatione ad ipsum auocare ex suo directo dominio Bald. in capit. 1. §. porrò, quæ fu. pri. cau. benefi. am. & idem dicit Bart. in. l. 1. §. quòd autem ait il. 1. in fin. ff. de superfi. Non obstat vnicum refugium Dianæ, dum opponit, ꝙ supersunt agnati ad quos feudum deuoluitur, quia ad hoc multipliciter respondetur. Primò ex eo, quòd Bal. scribit in d. ca. 1. §. porrò, vers. præalle-
3 gato, nam † ibi subdit, quòd tertius possessor conuentus nõ potest opponere de vtili dominio Vasalli, tum quia elisum est, tum quia sua non interest iux. not. in. l. indebiti. §. sed si immuni. ff. de cond. indeb. & in. l. 2. ff. si ager vectig. vel em
4 phy. pet. vbi traditur, quòd nõ † potest possessor opponere de iure tertij, idem etiam voluit Bal. consi. 9. Factũ tale est Anno domini col. 3. versi. Sed mirum est lib. 1. vbi elegãter
5 vult, quòd † si dominus agat directa rei vendicatione contra extraneum possessorem, vt feudum auocet, non poterit reus opponere de iure tertij, qđ fieri nõ potest, & hoc probat tali ratione, nam vtile dominium quæsitum præscriptione est fortius, quàm vtile dominium feudale, & tamen de eo non potest opponere, nisi ille, qui præscribit. l. si quis emptionis. C. de præscri. 30. anno. iuxta illud, quo ad te pertinet liberas ædes habeo. l. loci corpus. §. competit. ff. si serui. vendi. & improbat ibi Bald. glo. quę contrarium videtur tenuisse in. l. indebiti. §. si nummi. ff. de condi. inde. Secundò ad idem facit, quòd dicit Iacob. Alua. in cap. 1. §. 1. circa fin. de inuesti. de re alie. fac. vbi quærit, quid si vasallus nolit agere, an, si dominus agat, possit sibi excipi de vtili dominio, quod est apud vasallum: respondet quòd non. vt no. in l. 1. §. is aũt. ff. de superfic. & in. l. fructus in fin. ff. de rei vendic. Sed isti agnati nolunt agere, ꝙ ex eo patet, quia approbarunt quandam concessionem Imperialem, per quã permittitur Aristeo patri d. Dianæ disponere de bonis feudalibus in Dianam, qui etiam sic disposuit: & vlterius renunciarunt iura sibi competentia in d. feudo, de qua renunciatio-
6 ne mox dicam. Tertiò d. Agnati, qui supersunt, † renunciarunt Dianæ & eius marito feudũ, vnde dato, quòd Diana nõ inuestiatur, & sic cesset effectus, cuius cõtemplatione facta fuit renunciatio, non possunt regredi ad feudũ semel repudiatum, quia renũciatio est realis, vt patet ex illis verbis, per quæ renunciant iura sibi quomodolibet competẽtia in d. feudo, ista enim est omnimoda refutatio, de qua loquitur tex. in ca. 1. de eo, qui fidel. fec. agna. & ibi glo. & Doc. vnde non obstat tex. in ca. 1. §. fin. si de feu. defun. fue. contro. in. dom. & agn. quia ibi refutatio fuerat personalis, ideò nimirum si illo defuncto sine hærede masculo refutans pót feudum petere: quũ pacta personalia non egrediantur personam, cui facta sunt. l. iurisgentium. §. pactorum. ff. de pac. & eodem modo non obstat gl. in cap. 1. Imper. Lotha. Euge. Pa. quia quæ dicuntur ibi non procedunt vbi in rem facta est refutatio, & ita Alex. declarat in cons. 13. Perspectis his,
7 quæ in themate. 1. dub. li. 5. quinimo† vbi renunciatio simpliciter est facta, censetur in dubio realis: vt inquit And. de Iser. in cap. 1. de Vasal. decrep. æta. argu. tex. in. l. si quis pro reo §. si nũmos. ff. de fideius. & sequitur Alex. in consi. præ-
8 allegato. Præterea vbi † renunciat aliquis ad finẽ, quòd extraneus non comprehensus in antiqua inuestitura feudũ habeat, videtur actum, vt feudum sit nouum, quia noua causa feudum efficit nouũ, & per consequens renunciatio videtur esse omnimoda, & in rem facta, adeò, quòd non datur ad id regressus renuncianti, vt Bal. scribit in ca. 1. col. 5. vers. demum quærit gl. an agna. vel. fil. & latè prosequitur Caro. Rui. consi. 1. Videretur fortassis col. 7. versic. nunc deuenio ad quæsitum lib. 1. Si igitur repudiarũt isti ex toto feudum, sequitur quòd amplius id petere nõ possunt, fuit namq; ab antiqua inuestitura recessum, cõsentiendo feudum nouum fieri debere. Quartò facit, & hoc me magis mouet, quàm
9 superius fundamentũ, quia † d. Agnati renunciando ius sibi competens in d. feudo, Dianæ & eius marito absq; domini consensu, ceciderunt à feudo, quia excepta causa transactionis nõ debet Vasallus ius suum dimittere penes alium, vt Bal. scribit in cap. 1. in fin. de controu. in. Vasal. & ali. pro
10 quo facit, quia † si Vasallus patitur contra se feudum præscribi, cadit à feudo, quia fuit negligens, & quantũ in se fuit alienat. l. alienationis verbum. ff. de verb. sign. & tenet Ioa. Andr. post Pile. in addi. Spec. in rub. de feu. colum. 2. Iacob. Ardiz. in summa sub rub. qui. mo. feu. am. §. item si patitur vsucapionem, Bal. in cap. Imperialem. §. fin. de prohib. feu. alie. per Fede. Abb. in cap. ad audientiam col. 4. de pręscrip. Si hoc est in præscriptione, vt Vasallus cadat à feudo, vbi patitur contra se præscribi, quasi tunc alienet, quum tamen præscriptio non habeat consensum eius contra quem præscribitur, nisi fictum gl. in. l. 1. §. si quis in verbo nisi in amittenda. ff. de dona. Bart. in l. fin. colum. pen. versic. Item oppo. quòd secundùm hoc. C. in qui. cau. in integ. rest. non est nec. quantò magis id dicẽdum in expressa repudiatione, in qua ipsius repudiantis interuenit voluntas, & consensus. Ex hoc sequitur, quòd Diana non potest opponere feudum ad
11 d. agnatos spectare, quia nemo † potest opponere de iure tertij, quando agens si rem haberet, nõ teneretur illi tertio

restituere, vt Sali. tradit in l. indebiti. §. si nummi. ff. de condic. indeb. ita intelligens tex. in l. si quis emptionis. §. 1. versic. Si verò nullum. C. de præscr. 30. anno. Quinto d. agnati fuerunt negligentes recuperare d. feudũ à d. Diana, & passi sunt eam longissimo tempore possidere, & nunc etiam pa
12 tiuntur: vnde propter huiusmodi † negligentiã potest Dominus feudatarium, vel emphyteutã expellere, tanquàm rem feudalem vel emphyteuticã negligat, & ea malè vtantur, vel habeant pro derelicto, & potest dominus aduocare ab extraneo possessore, ita concludit Calder. consi. 6. An ex incuria vel negligentia, sub titu. de feu. vbi vult negligentiã biennalem sufficere, vt ibi latius per eum: & sequitur Præ
13 pos. in loco allegando in seq. funda. Sextò d. Agnati † nõ petierunt inuestituram intra annũ & diem à morte d. Aristei, cui in feudo succedebant, ideò feudo priuantur cap. 1. quo tempo. miles. c. 1. de ca. Conra. cap. Imperialem. §. præterea de prohib. feud. ali. per Fede. nec excusat eos, quòd non possederint feudũ iux. illud, quod Bald. scribit post Guil. de Cun. in l. solemnibus. C. de rei vend. quia fuerũt negligentes in recuperãdo d. feudum: vnde perinde haberi debent, ac si possedissent, ex quo nullam diligentiam adhibuerunt, vt remouerent impedimentum. l. quibus diebus in prin. & ibi Bart. ff. de condit. & dem. & l. qui cõmeatus. ff. de re mil. & l. qui potest facere. ff. de reg. iu. & in proposito bon. tex. in cap. fin. de elec. & quod Bal. scribit in l. properãdum. §. sin autem vtraque. C. de iudi. & in terminis, ꝙ vbi feudatarius sit negligens ad recuperãdum feudum, vbi ab alio detinetur, non excusetur ratione nõ habitæ possessionis à petitione inuestituræ tenet Pau. de Cast. consi. 46. Viso & examinato puncto suprascripto super eo, quod quæritur an hæredes col. 1. versi. sed si quæritur lib. 2. quem sequitur Prepos. in d. cap. 1. colum. 2. quo. temp. mil. Feli. in ca. ex transmissa colum. 1. de præscr. vbi more suo congerit similia infinita, quæ videri possunt, & in istis duobus vltimis fundamentis redit etiam ille superior sermo, quod non potest opponi de iure tertij, vbi, si agens haberet rẽ non teneretur restituere.
14 Venio ad aliud caput exclusiuũ Dianæ à feudo, nã † posito, quòd esset receptum pro se & descendentibus vtriusq; sexus, & sic deficientibus masculis feudum ad ipsam veluti fœmineũ iure deuenisset: tamen videretur ipso iure fuisse priuata, ex quo intra debita tempora non petijt à domino inuestituram. Nam non masculus tantũ sed etiam fœmina succedens in feudo intra annũ, & diem tenetur petere inuestituram Bald. in ca. Imperialem. §. præterea de prohib. feu. alien. per Fede. Non obstat, quòd d. Diana constituerit procuratorem ad petendum inuestituram vt apparet instrumento mandati exhibito: & procurator dicat, quòd nõ potuit reportare inuestituram, repulsus ab agẽtibus pro fisco. Respondeo, ꝙ procurator, non ita simpliciter deponit, sed dicit, quòd agentes pro fisco responderunt sibi petenti inuestituram, ꝙ ostenderet primam inuestituram, vt cognosceretur, an ibidem esset comprehensa d. Diana, & procurator hoc nõ fecit: vnde si aliquid procurator habebat, propter quod Diana debebat inuestiri, seu id esset prima inuestitura, seu Imperialis concessio, illud debuit exhiberi: &
15 † negligentia procuratoris nocet Domino l. cum mandato §. fi. ff. de mino. l. fin. §. hac autem actione. ff. nau. caup. stab.
16 ca. si cõpromissarius. de elec. in 6. Preterea non est sibi † credendum, tum quia solus, tum quia tractat de se exonerãdo, nam tenetur ad interesse non explendo susceptum mandatum. l. ad comparandas. C. manda. l. si procuratorem. §. mandati. ff. eo. Non obstat quòd, vt Vasallus priuetur feudo ob non petitam inuestituram, requiritur dolus: & quælibet temeraria & fatua credulitas excusat à dolo. Respondetur nõ
17 apparere aliquam causam, vt ita credere debuerit, & † vlterius temeraria & fatua credulitas excusat, vbi agitur de pęna corporali, vel lex expressè requirit dolum, aliàs lata culpa punitur, vt Bart. inquit in l. iustè possidet in fin. ff. de acq. posse. quem sequuntur ibi posteriores. Roma. consi. 330. Circa primum propositæ consultationis articulum dicendum est, colum. fin. & dicit Bal. in l. 1. colum. pen. versic. sed dubitatur. ff. de ll. ꝙ vbi pro delicto atrox pœna corporalis imponitur, requiritur dolus, sed vbi pœna imponitur pecuniaria, lata culpa punitur. l. qui ędes. ff. de incen. ru. nau. & idẽ Bal. dicit in l. quicunq; col. 9. vers. quarto casu. C. de ser. fugi. vnde quãdo homicidiũ punitur pœna pecuniaria, lata culpa punitur secundum eundem Bal. in l. data opera col. 3. C. qui. accu. non poss. & ꝙ iniusta, & temeraria causa nõ excuset à pœna legali, probatur in l. eũ, quem temerè. ff. de iudi. & sentit Ioan. And. in cap. 1. col. 6. in verbo. probabilis. de elec. in 6. quem refert & sequitur Bald. in Auth. generaliter
18 col. 2. C. de episc. & cler. vnde non † videtur excusari Diana in nõ petendo intra tot annorũ spatia inuestiturã, quum in magna fuerit negligentia. ff. de verb. signi. Non etiã excusatur, ꝙ sit mulier, quia in his, quæ pertinent ad rigorem iuris conseruandũ, nõ parcitur mulieri, sicut nec rustico: quia lata culpa est ignorare leges, vt Bald. & Sali. dñt, & ibi moder. in l. iuris ignorãtia. C. qui admitti. Non scribo super dispensatione Imperiali, quia constat apertè esse subreptitiã, nec per Aduocatos Dianæ aliquod fit super ea fundamẽtũ.

SVMMARIVM.

1 Iudex inquirens ex officio super eisdem, vel contrarijs capitulis potest recipere testes tàm ad defensam quàm ad offensam post didicita testificata, secus ad instantiam partis & nume 2. & 3.

4 Procurator fisci deputatus ex officio per Iudicem ad eũ coadiuuandum potest producere testes de nouo recipiendos etiam secuta aliorum publicatione, & sunt admittendi, aliàs secus. vt & nume 6.

5 Procurator partis non potest remoueri nec mutari, nisi causa cognita, secus promotor inquisitionis.

7 Testes tunc ad petitionem partis publicatione non obstante de nouo possunt recipi, vbi producens intendit aliorum depositiones confirmare & nu. 9.

8 Testes tunc publicatis attestationibus de nouo admittũtur, vbi capitulata habent pro se instrumentum. & quare.

10 Testes reprobatorij partis aduersæ possunt reprobari per alios testes, etiam publicatis attestationibus.

11 Testes noui possunt induci etiam post attestationum publicationem, vbi allegetur falsitas cum corruptione, etiam si de priorum confirmatione non agatur.

CONSILIVM. 565.



1 Go aliàs scripsi consi. 359. quòd † iudex ex officio super eisdẽ vel contrarijs capitulis non potest ad instantiam partis recipere testes ad defensam post publicatas attestationes, sed benè ex officio, reprobans cõtrarium tenẽtes, in quibus Aret. fuit in cap. fraternitatis col. 10. de testib. & cons. 146. Visa cõsultatione col. 3. quod consilium tunc non allegaui, ergo multo magis dicendum, ꝙ iudex hoc facere non possit ad offensam per reg. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. & allegatur in terminis decisio Sali. in l. fin. col. penult. vers. quæro nunquid attestationes. C. de quæstio. vbi vult ꝙ regulariter post publicatas attestationes, non possint testes recipi super eisdem vel cõtrarijs capitulis Auth. qui semel. C. de proba. standũ sit hoc casu reg. quum id non reperiatur immutatũ, bene vult, ꝙ super nouis capitulis ad offensam possint testes recipi; quia superuenientibus nouis indicijs põt reus in tormẽtis repeti. l. vnius §. primo. ff. de quæstio. quòd fieri non posset nisi super primis indicijs propter quæ antea fuit tortus, publicatæ fuissent attestationes, & ita intelligit Bart. loqui. in d. l. vnius. §. primo qui re vera ita loquitur. Ad defensam verò cẽset Salic. ibi posse etiam super ijsdem & cõtrarijs recipi post publicatas attestationes, cuius cõtrarium tenui in præallegato consilio. Eandem opin. quòd super ijsdem & cõtrarijs post publicatas

publicatas attestationes nõ possunt testes recipi tenet Feli. sequens Sali.in.c.cũ clamor col.2. de testi.& Marf. in prac. in.§.sequens quæstio in prin.quos adducũt aduocati inquisiti. Accedat quod scribit Inno.in.c.cum clamor de testib.
2 vbi vult. q † Iudici inquirenti nõ obstet publicatio testiũ, quantum ad hoc quin semper testes producãtur, quia in eo non cadit timor subornationis, subdit tamen, q forte hoc non est faciendum ad petitionem partis, sed ex officio, & Inno.sequitur Archi.in.c.placuit.quarta.q.3.& Bal.vtrunq; referens in l.præsbyteri col.2.vers.iuxta primam expositionem.C.de episc.& cler.Idem vult Barto.in.l.2.§. si publico col.antepe.versi. vlterius quæro vtrũ in inquisitione.ff.ad l. Iul.de adult.vbi sequutus Inno.in d.c.cũ clamor dicit,quòd
3 in † inquisitione possũt testes examinari vel de nouo produci etiá post dicicita testificata,quia cessat in iudice timor subornationis, quum semper iudici testes fuissent aperti & loquitur ibi Bart.quando iudex id facit ex officio,siue id faciat ad defensam, siue ad offensam ; quasi sentiat secus esse vbi id facit ad partis instantiam , cum prædictis etiã transit Alex.in.l.4.§.hoc autem iudicium col.fi.ff. de damn. infec. vbi ad hoc etiam allegat Ioan. And.& alios in cap. qualiter & quando il.1.de accu.Ang.in.l.si vacantia post med.C. de bo.vacan.lib.10.Idem etiam vult Guid.Pap. q.72. Quãdo iudex procedit,&c. Reperio etiam, q Spec. idem tenet in titu.de inquis.§. Viso igitur de præparato col.12. versi. Sed nunquid publicatis,dicens q attestationibus publicatis potest inquisitor super eodẽ crimine alios testes inducere vbi pcedit ex officio,secus si ex inqsitiõe aliquo impetrãte seu prosequente, seu adiuuãte, quia tunc timeretur subornatio secundũ Rofre.Vincen. & Gofr. Reperio etiam q Feder. de Sen.consf.262. Visis & diligẽter recensitis, assentitur prędictis dicens q vbi iudex procedit ex mero officio suo potest antiquos testes repetere,& nouos producere super eodem vel directè cõtrario capitulo, publicatis etiam attestationibus, quia non obstat publicatio, quandoquidem apud iudicem examinantem semper sunt publica testium dicta, aliàs sequeretur, q examinato vno teste, cuius dictũ iudex nouit non posset vlterius alios examinare, quod est falsum, sed quãdo aliquis, cuius interest prosequitur inquisitionem tanquàm pars,& in ipso inquisitionis processu aliquid fecit, tunc perinde censendũ est, ac si ibi esset actor & reus,vt scilicet publicatis attestationibus super eodẽ capitulo,nec noui nec antiqui testes producantur,allegat Hosti. post Inno. in d.c.cum clamor,idem etiam sentit Aret. in tract.malefi. super glo.qui iudex statuit terminum,& super glo. compatruerunt inquisiti,& negauerunt totam, vers. quæro an post publicationem, dum se remittit ad not. per Salic. in d.l.fin. C.de quæstio. Aduertendũ tamen est,quia docto. superius adducti,dicunt,q ad instantiam partis, quæ inquisitionem promouit vel adiuuat, nõ potest iudex publicatis attestationibus inducere testes nouos,vel antiquos repetere super eodem vel directè contrario capitulo, Sed in casu nostro non
4 apparet pars aliqua, cuius intersit : sed tantum † procurator fisci,nam is promouit inquisitionẽ, & nunc idemmet produxit capitula directè cõtraria capitulis rei,publicatis ipsius rei attestationibus.Itaq; quia non sumus in parte, quę promouerit inquisitionem,cuius intersit inquiri,sed in procuratore fisci à iudice vel superiore deputato ad adiuuãdã inquisitionem,sumus in terminis,de quibus per Inno. in cap. cum clamor de testibus.vbi quærit,quid si aliquis sit specialiter deputatus ad ministeriũ inquisitionis, & illi sunt publicatæ attestationes,nunquid impediet alios producere,& dicit se credere quòd non, nam licet sit minister inquisitio-
5 nis,non tñ habet ius in inquisitione, sicut † procurator qui non potest remoueri,nisi causa cognita.l.post litem cum.ll. seq.ff.de procur.sed iste promotor inquisitionis semper mutari potest cap. cum olim de accu. Item non videtur, quòd possit appellare, nam sua non interest, nisi fortasse appellaret nomine superioris, qui inquiri mandauit, & ad inquisitionem prosequẽdam ipsum deputauit d.c. cum ol m. Refert alios dicere, q inquisitor seu promotor habet ius in inquisitione,ita quòd mutari non potest, ex quo cœpit,& poterit appellare,sicut,qui agit populari actione,vt postquàm sibi fuerũt publicatæ attestationes, nõ poterunt testes produci, nisi probaretur collusio cap. fin. de collu.l.cum qui.§. in popularibus.ff.de iureiu.l.si cui ff.de accus.& ad illam decret. Respondent,vt ibi per eum.Hostien.tamen ibi distin
6 guendo dicit, quod † aut adest promotor deputatus ex officio per iudicem ad eum adiuuandum,& tunc non obstante publicatione possunt testes de nouo recipi,quia verè loquẽdo iste non est pars,sed quasi pars similitudinariè, nam talis nullũ libellũ offert,nec lis contestatur, & in hoc casu saluat, & intelligit primam opinio. Inno.& iste casus æquiparatur illi casui,qñ iudex procedit ex officio. Aut verò promotor datus est à socijs, vel ipse obtulit se, ita quòd se ipsum promouet, & prosequitur inquisitionem, vt vera pars, & tunc procedat secunda opin. quam Inno. refert, vnde tanquam pars habebit libellum offerre,litem cõtestari,& alia facere in iudicio expedienda c.cum dilecti.de purga.Cano.c.exhibita de iudi. & sic nõ poterit iste publicatis attestationibus alios testes producere,ita Hostien.ibi dicit, quem sequũtur Anto.de Butr.Imo.& Abb.ibi,& idem erit dicendũ tenendo opin. Bald.ibi quòd talis promotor debet nominare testes iudici,& Iudex ex officio producere arg.eorũ,quę habentur,in.l.si suspecta.ff.de inoff.testam.Propterea ex prędictis patet, q cum procurator fisci à superiore deputatus, vt adiuuet causas inquisitionales produxerit d.capitula,erũt capitulata admittenda publicatis attestationibus, quamuis de directo sint contraria capitulatis per reum. Alia ratione
7 † videntur admittenda d.capitula publicatione nõ obstante ex eo,quòd idem Inno.scribit in d.c. cũ clamor vbi vult, quòd etiam ad petitionem partis possunt post publicationẽ testes de nouo recipi,vbi intendit priorum testium depositiones per nouos cõfirmare,ponit exemplum, probaui per duos testes me emisse tali die, aduersarius probat me alibi fuisse illo die, q̃ in loco celebrati contractus, possum etiam post publicationem alios producere ad confirmandũ priorum dicta,scilicet, quòd eadem die fui præsens & emi,quia nõ est timor subornationis propter probationem, nec debet mihi imputari, quare prius non probaui, quia poteram de mea priori probatione confidere: vndę satis cũ iuramento malitiæ debeo admitti, & istud dictũ Inno. sequitur ibi Bald. quia in primis capitulis non intentaui nec locum, nec diem,sequuntur ibi Ant.de Butr.Imo. & Abb.& probatur hoc per glo.fin.in c.ex tenore de testib.vbi vult,quòd publicati attestationibus posint alij testes induci,quãdo ad aliud nunc producuntur, quàm primò, & illam gl. ponderant ibi Ant.de Butr.& Abb.pro illo dicto Inno.in d.cap.cum clamor, & probatur etiam hoc idem in c.cum in tua.secundũ vnum intellectum & ibi etiam Ant.de Butr. & Abb.eo.ti-
8 tu.& dicit Abb.in c.series col.fin.de testib.quòd sicut † publicatis attestationibus admittuntur testes, quando capitulata habent pro se productionem instrumenti,quia productio instrumenti facit cessare presumptionem subornatio-
9 nis,sic dicendũ, quòd quando † habetur probatio primorũ testium, noui testes inducuntur ad confirmationem priorum, & allegat ad hoc Inno.in d.cap.cum clamor.Sequitur etiam Inno. Matthę. de Afflict. decis.216.quotidie habemus,vbi dicit ita fuisse practicatum in conf.& pro hoc adducit Bal.in.l.1.in fi.ff.de leg. secũdò, qui dicit quòd aliquid admittitur ad coadiuuandum, quod principaliter non permittitur l.fin.C.de eden.Est etiam ad hoc alia decisio Ant. Capi.in ordine.42.quæ incipit.In causa Illustrisimi.inueni postea idem velle Marian.in d.c. fraternitatis.8.arti.prin.se
10 cũda fallen. vbi † cõcludit,generaliter testes reprobatorios partis aduersę,posse reprobari per alios testes publicatis attestationibus. Non obstat, quod aduocatus inquisiti dicit, quòd pars potuit prȩuidere ex articulis datis per reũ,quid ipse per suos testes vellet probare,ideò ante publicationẽ suorum testium debuit probare: quia responsio patet ex dictis Inn. & sequaciũ, quòd nõ tenebar ante publicationẽ meos testes producere, quia poteram de mea priori probatione

confidere: non enim poterā diuinare, quid testes tui essent dicturi, sed postquam publicatis attestationibus, vidi quòd contrariantur meis prioribus, tunc possum ad confirmationem primorum alios adducere. Nec curãdum est de Imo. in d.c.cum clamor, qui dicit se intelligere illud dictũ Inno. qñ producerentur testes ante publicationem testiũ aduersarij, quia aliàs post publicationem non esset licitũ super articulis directè cõtrarijs producere, nisi allegetur falsitas cũ corruptione, iux.not.in c.licet causam de prob.nam iste intellectus ad verba Inno.& aliorũ aptari nõ potest, quia ipsi aperte dicunt, ꝙ publicatis attestationibus possunt noui testes induci ad confirmationem priorum, & illud, quod dici
11 tur, quòd † publicatis attestationibus possunt testes induci, vbi allegetur falsitas cũ corruptione, procedit regulariter, etiã quod non agatur de confirmatione priorum, vt habetur d.c.licet causam & Abb. in d.c.series.de testib. istud aũt volui latius attingere, quia casus noster est simillimus exemplo, quod Inno.ponit: nam iste reus fuit inquisitus, quod fabricari fecit instrumẽtum donationis in personam suã per Catarinam, quon. eius vxorem in loco foglitij, die primo Nouembris, & testes deponũt, quod illo die Catarina erat in loco Calusij inde propinquo, & dicunt se recordari, quia tunc Catarina pepererat, Pro parte rei ad reprobationẽ testium curiæ fuit capitulatum, quod d.Catarina peperit ante de mense Septembris: nunc publicatis attestationibus rei, intendit curia probare, quod imò peperit de mẽse Nouembris, prout sui primi testes dixerunt, & ideò quum veniant confirmationem priorum, videntur admittẽdi iuxt.dctum Innoc. superius adductum communiter approbatum.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium vbi intentatum est per remedium Cano. reintegrandæ, & sententia est secuta, tunc appellatur, secus à possessorio iure ciuili inducto.*

2 *Actor, vel reus vtens aliquo iure, eo debet vti cum suis qualitatibus, & circunstantijs.*

3 *Remedia à prætore inducta, non secundũ ius ciuile, sed iuxta prætorium ius determinantur.*

4 *Appellari ab omni possessorio merè concludenti de iure Canonico, & quod non sit de iure ciuili inuentum, potest in quolibet foro. nisi illud remediũ loco interdicti succedat.*

5 *Appellatio interposita à sentẽtia lata in possessorio, vbi per iudicem à quo simpliciter admittitur, valet. secus si addat clausulam, si & quatenus iuris sit.*

6 *Appellatio vbicunque à sententia interponitur siue sit admissa siue non, cognitio tunc est iudicis ad quem, vtrum appellatio deuoluat nec ne.*

CONSILIVM. 566.



VLIT sentẽtiam iudex Verrolenghi in possessorio reintegrandæ condemnando quosdam de Canalibus ad restituendum & relaxãdum possessionem modiorum centum terræ nõnullis fratribus de Pauesijs. Appellarunt illi de Canalibus cõtra quos sñia fuit lata, & iudex à quo admisit appellationem, si & quatenus iuris sit, Demũ causa appellationis mihi fuit demãdata per Do.loci inuestitum cum mero, & mixto imperio, & cũ primis appellationibus, & fuit dubitatũ, an appellatio teneret, & perspectis quidem allegationibus vtriusque partis mihi visum fuit, quòd sic, quia fuit intẽtatum in libello remedium can.
1 reintegrandæ. 3. q.1. vnde † licet regulariter appellari non possit à sentẽtia lata in possessorio.l.vni. & ibi Doc.C. si de momen.posse.fuer. appel. tñ potest appellari à sentẽtia lata super d.Canone, quia est remediũ iuris canonici, quo iure ab omni possessorio appellatur, c.significauerunt vbi Abb.
2 de testib.vtens † enim aliquo iure, debet vti cũ suis qualitatibus & circunstantijs.l.fin.§.& si præfatam &.§.sinautem
3 C.de iu.delib.vnde videmus, ꝙ † remedia inuenta à prætore determinantur secundum ius prætorium, & nõ secundũ ius ciuile & ita decidit Prac. Papi.in forma spoliatæ possessionis in verbo.per diffinitiuã.vbi dicit, vidisse hanc opinionem firmari per Bald in quodam cons.dum legeret Papiæ, & illud consilium Bal.reperitur in ordine.321. Ad euidentiam præmittendũ est, quòd aliquando lib.3. & de hoc etiã suo consilio meminit etiam Bal.in ca. querelam col.1. ver-
4 sic. Pone Episcopus. de elec. vbi dicit se consuluisse, ꝙ † ab omni possessorio, quod concludit merè de iure Cano.& nõ est inuentum à iure ciuili, posset in quolibet foro appellari, quia inspicimus ius canonicũ in quo fundatur iudicium, & non ius ciuile, quo inspecto agi non potest, nec actio edi, & sine actione nemo experitur. Nec refragatur, quod ibidẽ Bald.scribit col.4.versi.Sed nunquid à sententia, quia Bald. ibi loquitur, quando canon reintegrandæ succedit loco interdicti, nam tunc vult, quòd appellari non possit, puta quia intentatur in foro Cæsaris canon reintegrandæ pro spolio, quo casu cõpeteret interdictũ vnde vi, nam tunc non posset appellari iuxta naturam illius interdicti, attenta dispositione iuris ciuilis, & sic sentit cũ prædictis. Sequitur prædictas decisiones Ripa in cap.sæpe in fin.de resti. spol.& in.l.rem, quæ nobis.ff.de acqu.possess. licet dubitare videatur de veritate in.l.fin.in fin.ff.quo.bono. Quòd autem fuerit intentatum remedium d.Canonis, apparet ex libello, dum narrãt actores se accidisse sine iusta causa à possessione, quod proprium est d.canonis: nam de iure ciuili nulla cõpetit actio in huiusmodi casu, vt ponunt doc.in cap.sæpe. de resti.spolia. & moder. in l.rem, quæ nobis.ff.de acqu. posse.
5 Adducunt etiam aduocati illorũ de Canalibus, ꝙ † licet à sententia lata super possessorio non appelletur: tñ ex quo iudex à quo detulit appellationi, valet appellatio, vt Bal. dicit in.l.post sñiam col.2.vers.pone ergo.C.de sent.& interlo.om.iud.Alex.cons.2.Consideratis his, de quibus in themate. lib.3.Ias.in.l.1.col.2.C.de bo. posse.secun.tab.& in.l.1.in prin.col.3.ff.de ope.nou.nun.& facit vulg.reg. ꝙ multa facta tenent, quæ fieri impediuntur.l.patre furioso.ff. de regu.iu.Sed istud funda.nõ videtur posse subsistere, quia iudex non simpliciter admisit appellationẽ, sed illud addidit, si & quatenus iuris sit, ideò nõ videtur delatum, qñ iura nõ permittunt, vt Bald. scribit in.l.edita in repet. Padu. col.19. versic.Item dubitatur, si iudex.C.de eden. Ang.consi.217. In causa accusationis.vers.nõ obstat si dicatur.Roma.consil.501.Vt declarationem accipiat.col.2.Philip.Franc.in ca. sæpe.2.not.de appel.Felin.in ca.cum contingat col. pen.de offi. deleg. Potest etiam dici, quòd appellationis admissio cum clausula quatenus iuris sit, procedat, quo ad ipsum iudicem à quo, adeò quòd censeatur omnem iurisdictionem à se abdicare, sed non operetur respectu iudicis ad quem: nã
6 vbicunq; à sententia est appellatũ siue appellatio fuerit admissa, siue non, cognitio est iudicis ad quem, vtrum appellatio deuoluat nec ne.l.si quis filio exhæredato.§. hi aũt omne.ff.de iniu.rup.l.Chirographis.§.fi. & ibi Bart.ff.de admituto.l.1.in princ.& ibi glo.ff.nil nou.appel.pen.gl. magna in Clem.1. versicu. ex his concludi & ibi Card. q.4. de do. & contu. Bart. in.l.sciendum.ff.de appel.recip. Bald. in.l.3.C. de appel.Non igitur ex hoc secundo capite appellatio recipienda, sed ex primo videtur.

SVMMARIVM.

1 *Socij plures, vbi committunt negotiationis administrationem vni eorum, tunc quilibet sociorum, ex facto & contractu illius tenetur insolidum ad institoris similitudinem. declara vt nume.3.*

2 *Socius quin sociũ obligare possit, mutatio & diuersitas loci celebrati contractus non impedit.*

4 *Socius administrationi præpositus cõtrahens, in dubio potius contraxisse videtur proprio nomine, quàm communi.*

5 *Socij habentes bona, & hæreditatem cõmunem non obligantur, ex debito contracto per eorum alterum: nisi constito, quòd occasione communis vtilitatis contraxerit.*

6 Institor

6 *Institor vel præpositus negotiationi dominum vel sociũ non obligat, nisi cum eo contrahens sciat eum esse talem, & habeat animum eos obligandi.*
7 *Versio in rem æquiparatur mandato vel ratihabitioni.*
8 *Confessio inter alios acta tunc tertio præiudicat, quando citatus ad opponendum, non opposuit.*
9 *Præsens, vbi actus qui fit, requirit consensum vel dissensum non contradicendo, sibi, tanquam contumax sit in respondendo, præiudicat.*
10 *Compromissarius tertius electus in casu discordiæ aliorum electorum, non potest pronunciare, nisi constet de discordia, vel nisi lapso termino à partibus statuto causa remanserit indecisa.*

CONSILIVM. 567.



Ic habet res. Nobilis Ioan. Baptista de Cusanis Vercellẽsis nomine suo, & fratrũ vsque de anno Domini. 1558. die. 3. Februarij contraxit societatem cum Gulielmo della porta Tridinensi tradendo illi aureos sexcentũ, vt negociaretur de eis, in pannis, & alijs rebus ad cõmune damnum & lucrũ: & sic genus societatis est huiusmodi, ꝙ vnus ponit pecuniam, alter vero operã, & obligauit omnia bona in forma. Postea de anno 1561. die. 23. Septembris, idem Gulielmus confessus est se esse debitorẽ Ioan. Baptistæ, & fratrum pro lucris, & alijs rebus receptis anno superiore de scutis. 592. & in summa incluso principali confitetur se debitorem de scutis. 1192. cum obligatione etiam bonorũ. Exinde Ioan. Iacobus, & Siretus de Scortijs mercatores Ianuenses tradiderunt de eodem anno. 1561. petias vellutorũ & aliàs merces d. Gulielmo pro certo pretio varijs in locis, cuius quidẽ pretij confessus est se esse debitorẽ d. Ianuensium cũ obligatione pariter bonorũ, absq; eo tñ, quod exprimeret se illum cõtractum facere nomine societatis, quam habebat cũ præfatis Cusanis. Et est aduertendum, ꝙ licet apocæ d. Gulielmi, in quibus confessus est se esse debitorem d. Ianuensium sint in tempore priores instrumento, in quo idem Gulielmus confessus est se esse debitorem d. fratrum de Cusanis, pro lucris & alijs rebus datis, tamen d. cõfessio respicit præterita tempora, quia confessus est se esse debitorem pro lucris iam perceptis, & alijs rebus datis superiori anno. Mortuo postmodũ d. Gulielmo cõtentio orta est inter d. fratres Cusanos, & mercatores Ianuenses vtrisq; prætendẽtibus se in bonis & hæreditate d. Gulielmi habere meliora, & potiora iura, & preferri debere. Et videtur dicendum, ꝙ præfati Ianuenses habeant meliora & potiora iura in bonis d. Gulielmi, quia vr̃ d. Gulielmus contraxisse nomine sociorum, & per cõsequens ipsos
1 obligasse: nam† qñ plures mercatores socij cõmittunt administrationem negotiationis vnicorũ, quilibet sociorum ex facto, & contractu illius tenetur in solidum ad similitudinem institoris. l. si cũ plures & ibi Bar. ff. de exerc. l. si eius qui in prouincia in fi. ff. si cer. pet. ponit Bart. in l. eandẽ. 7. q. ff. de duo. re. Ci. Bal. & cæteri in l. cũ te in Galliam. C. si cer. pet. & idem Bal. in rub. C. de exerc. circa fi. & in l. si prædiũ col. 3. vers. sed pone ego emi, C. de ædil. actio. Et hoc inductum est, ne in plures aduersarios distinguatur, qui cũ vno contraxit. l. ne in plures. ff. de exerc. actio. Si igitur d. fratres de Cusanis ex cõtractu Gulielmi tenentur d. Ianuensibus, sequitur, quod d. Ianuenses habent meliora & potiora iura in bonis. d. Gulielmi, qui gessit administrationẽ & ipsum contractũ celebrauit. Nec obstat, quod d. Gulielmus rece-
2 pit † merces varijs in locis à Ianuẽsibus, quia mutatio & diuersitas loci non facit, quo minus institor socium obligare possit. l. 3. ff. de ir stit. Contrarium tamen est verius, & quia
3 casus est clarus paucis expediam, & dico quod † quum Gulielmus simpliciter contraxerit cũ Ianuensibus, nõ adiecto alicuius officij nomine, super negotio, quod ad ipsum etiã solum poterat pertinere, censetur cõtraxisse proprio nomine, vt Barto. dicit in l. 1. §. nunciato col. 3. & ibi reliqui. ff. de op. nou. nunc. & in l. si pupilli. §. 1. ff. de neg. gest. dũ allegat l. eum qui mutuã. ff. si cer. pet. idem tenet Ioan. Andr. in rub. de procu. in fin. in 1. parte, & licet vbicunq; aliquis contrahit, vt institor, vel vt prepositus alicui negotiationi quæstuariæ, vel mercaturæ, obliget quemlibet sociorum in solidũ, vt superius tactũ est, tñ quando contrahit proprio nomine, neminem sociorũ obligat l. iure societatis, quæ est lex antepen. ff. pro soc. vbi Bal. hoc in terminis tradit, distinguendo an contrahat proprio nomine, an nomine societatis, sequitur Alexan. consi. 139. Perspectis scriptis priuatis col. 1. lib. 5. vbi dicit pro hoc etiam facere tex. in. l. 1. §. non autem & l. fin. ff. de exerc. & l. ei qui in fi. cum ibi not. C. quod cum eo. & l. si vnus. §. 1. ff. pro soc. idem etiam tenet Alex. consi. vlt. Viso quodã satis inordinato col. 4. lib. 7. vbi etiam vult,
4 quòd † in dubio socius administrationi præpositus videatur potius cõtraxisse proprio nomine, quàm communi l. & magis. ff. de solu. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verb. oblig. & not. Bar. in. l. si patruus. C. commu. vtriu. iud. & in. l. Titium & Meuium. §. altero. ff. de admi. tuto. inuenio etiã, quòd hoc voluit Spec. in tit. de iudi. §. sequitur videre vers.
5 quid si duo fratres vel alij, vbi† vult, quod si duo fratres, vel alij habeant bona & hereditatem cõmunem, & vnus contrahat debitum, ille tantum debet soluere absq; grauamine alterius. l. non debet alteri. ff. de reg. iu. nõ enim sufficit contractum esse manente cõmunione, immo est necesse probare, ꝙ occasione communis vtilitatis cõtraxerit, per tex. in l. iure societatis. ff. pro Soc. & Spec. sequitur Bal. in l. si patruus col. 3. versic. & nota ꝙ materia C. com. vtri. iudi. & in d. l. iure societatis, & sic apparet, quod non solum in conuentionali, sed etiam incidenti societate, ille, qui solus cõtraxit, tenetur, non autem socius, vnde d. Fratres de Cusanis non tenentur ex contractu facto per d. Gulielmum proprio nomine, & quum habeant hypothecam priorem, sunt in bo-
6 nis d. Gulielmi præferendi. Præterea non sufficit quòd † sit institor vel præpositus negotiationi, nisi contrahens cũ eo sciat eum esse institorem vel præpositum, & habeat animũ obligandi dominum vel socium. l. fi. ff. de exerci. tradit Cin. in l. ei qui C. quod cum eo, Bar. & Bald. in l. si pupilli. §. 1. ff. de neg. gest. & sequitur Alexand. consi. 28. Viso & discusso processu lib. 6. Sed non probatur, ꝙ d. Ianuenses sciuerint societatem contraxisse cum d. fratribus de Cusanis. d. Gulielmũ, & ei societati fuisse præpositũ, & ignorantia in alieno facto præsumitur l. verius. ff. de proba. Est verum, quòd Ianuenses allegant merces eorum, quas tradiderunt Gulielmo, seu earum pretium cõmunem societatis rem conuersam fuisse, quo casu d. fratres de Cusanis essent obligati,
7 quia † in rem versio equiparatur mandato seu ratihabitioni. d. l. ei qui vbi Bald. ita not. C. ꝙ cum eo, & optimus tex. in d. l. iure societatis, ibi nisi in communem arcam pecunię versæ sint, & tenet hoc etiam Spec. in loco antea adducto: hoc tamen non fuit probatum, immo potius probatũ contrariũ, quia in calculo posito inter d. fratres Cusanos, & Gulielmũ nulla de mercibus Ianuẽsium facta est mentio. Nec potest etiam fieri funda. ꝙ cum Gulielmus fateatur se esse debitorem de lucris & alijs rebus sibi datis, anno superiore
8 per d. Cusanos, † talis confessio non præiudicet d. Ianuensibus, tanquã res inter alios acta, sed oportebat constare de lucris, & de alijs mercibus sibi datis per instrumẽta vel per testes, quia respondetur, quod nõ fuit oppo. per Ianuenses, quum essent citati ad opponendum contra instrumentũ d.
9 cõfessionis, quæ sua putauerint interesse: nam † vbi in actu requiritur cõsensus, vel dissensus, præsens & tacens sibi pręiudicat, tanquam contumax sit in respondendo nisi contradicat l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. actio. c. secundo de confes. in 6. c. secundo de accus. eo. lib. ponit Bar. in l. quæ dotis col. pen. & ibi Alex. ff. solu. matr. Ias. in l. patre furioso colum. pen. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. non enim tenebatur pars aduersa probare de veritate contentorum in instrumento postquam Ianuenses illis acquiescebant.

Postremo quum de prædicta cõtrouersia d. fratres Cusani, & Mercatores Ianuenses fecissent compromissum in duos iureconsultos, qui haberent eorum cõtrouersiam diffinire intra terminum trium mensium, & in casu discordię, ego electus essem, vt intra quartũ mensem diffinirem, fuit dubitatum, cũ prædicti duo iurisconsulti intra terminũ pręfixum causam non determinassent, vtrum ego quarto mense possem terminare, & causa dubitationis erat, quia quum essem electus in casu discordiæ, non poteram arbitrari, nisi constaret de discordia duorum primorũ tanquam non pu-
10 rificata conditione, sub qua electus eram. Sed † respondebatur ꝙ imò constabat de discordia, ex scriptis inuicẽ missis, quę producebãtur, in quibus constabat, ꝙ vnus vno modo, alius alio sentiebat, & alter ex arbitratoribus iuratus affirmabat se non potuisse cum collega conuenire, sed in diuersa sententia fuisse. Secundo respondebatur, ꝙ licet, vbi tertius cõpromissarius eligitur in casu discordiæ, non possit tertius pronunciare, nisi cõstet de discordia, vt tradit Alex. consi. 124. in hac causa & lite col. pen. versi. Tertia ratione principali lib. 2. tamen, vbi duo primi electi non decidunt causam intra terminum à partibus statutum, potest tertius pronunciare, & per suum laudum cõtrouersiam dirimere, quia terminus datus illis primis duobus, vt intra illud tempus dirimant, controuersiam concordes, tacitè eos interpellat, vt concordent & dirimant absq; vllo hominis facto, vt Bald. inquit in l. 2. C. de sponsa. Petr. de Anch. consi. 65. Pro clariori decisione dubiorum circa fin. Domi. in ca. licet canon §. 1. de elec. in 6. per quæ ita in terminis decidit, & excellens inter Moder. Philip. Dec. consi. 340. Pro resolutione dubiorum colum. fin. versicu. vltimo non obstat vnum.

SVMMARIVM.

1 *Possessio licet per aditionem hæreditatis iura, quę penes defunctum erant, hæredi acquirantur, nisi effectualiter apprehendatur, non acquiritur.*

2 *Suitas ad ea, quæ sunt facti, non extenditur.*

3 *Possessio vbi est vacans, & properantibus duobus ad eam apprehendendũ, alter præuenit, tunc is iure in ea defenditur, donec alter de potiori iure ostẽdat declara, vt nu. 9.*

4 *Possessio rei ipso mortuo pendente lite, vbi per actorem inuaditur, tunc actor officio iudicis debet ab ipsa remoueri, & possessio subrogato tradi.*

5 *Interdictum vti possidetis quando agenti rei vendicatione competat, vbi possessio rei petitæ ad eum peruenit, & deinceps molestetur.*


6 *Possessio tantum apprehensa per instrumentum quando præsumatur clandestina.*

7 *Possessor clandestinus dicitur, qui, vbi vertitur proprietatis quæstio, vel esse speratur possessionem apprehendit.*

8 *Possessor clandestinus in sua possessione defendi non debet.*

10 *Possessor ciuilis, vbi scit naturalem possessionem ab alio occupari, & eam non recuperat, ciuilem perdit.*

CONSILIM. 568.



VIDAM fratres ordinis beati Augustini nonnulla prędia legata eorũ monasterio testamento Ioan. Georgij de Castellario petebant à Dionysio filio, & hærede d. Ioan. Georgij: & quũ lis inter eos agitaret, mortuus est d. Dionysius, quo mortuo d. Fratres per procuratorem legitimè constitutũ apprehenderunt possessionem de d. prędijs per instrumentũ, & nullos alios actus possessorios fecerunt, quum aũt filij & hęredes d. Dionysij ingressi fuissent possessionẽ d. prædiorũ post mortem patris, eaq; per aliquot annos coluissent, & fructus percepissent, intentarunt fratres remediũ retinendę, petentes viribus pręturæ se defendi, & manuteneri in possessione, & compelli d. filios & hæredes, vt cessent à turbatione & molestia: contradicunt d. filij & heredes ex eo potissimum, quod non licuit d. fratribus ingredi possessionem. d. prędiorũ lite super eis pendente. Asseritur aũt parte d. fratrum id eis licuisse, &
1 pro eis facit, nam licet † per aditionẽ hæreditatis, quæ fit solo animo vel verbo §. fin. Inst. de hæred. quali. & differ. l. si auia. C. de iu. delib. iura, quæ erant penes defunctum hęredi acquirantur, non tñ possessio acquiritur, nisi per eũ actualiter apprehendatur l. cũ hæredes in prin. ff. de acqu. posse. l. 1. §. Sceuola. ff. si quis testa. lib. esse. ius. fue. quod procedit etiã
2 in hærede suo, & necessario: quia † suitas nõ extenditur ad ea, quæ sunt facti, vt per glo. in l. cum miles. ff. ex quib. cau. maio. Non potest etiã dici, quod hæreditas iacens, quæ caret animo possideat, vt inquit Iurisc. in d. l. 1. §. Sceuola, licet per eam tanquam personam fictam iura defuncti conseruẽtur. l. mortuo. ff. de fideiu. Sequitur ergo, quod per mor
3 tem Dionysij possessio erat vacans, & qñ † duo properant ad possessionem, vbi nõ subsit armorũ timor, permittẽdus est vterq; ire ad possessionem vacantẽ occupandum, & qui in ea præuenerit, ille defendetur de iure, donec alius de suo iure probet, ita scribit Innoc. in c. in præsentia de proba. & Inno. sequitur Bal. in l. fin. col. 2. vers. est & quartus casus. C. de edic. diu. Adr. tollen. dicens ꝙ hoc casu cessante armorũ strepitu, Iudex non se intromittit, quia non debet de facto se intromittere, & tenet etiam cũ prædictis Bal. conf. 294. non tangendo substantiã lib. 3. referens Inno. in loco pręallegato, Idem tradit Ant. de Butr. in c. cũ dilectus. §. verũ. 4. not. de ordi. cogn. vbi vult per illũ tex. quod Dominus possit possessionem vacantem occupare & licite retinere, etiã si post longiora tẽpora prius possidens denuo occupet, aliũ vero detinentem vel possidentẽ nullo modo licet spoliare l. si quis in tantam. C. vn. vi. Itaq; istis sic stantibus videtur, quod fratres possessionem d. prædiorum per mortem Dionysij vacantem potuerint adipisci, & quum possessionẽ habeant antiquiore possessione filiorũ & hæredũ d. Dionysij præferri debeant c. licet causam de prob. cũ alijs notis. Contrariam partem breuiter sequor, vt determinãt Domini de
4 Rota decis. 311. Si pendente lite in nouis, vbi † volunt quòd si reo pendẽte lite mortuo, actor inuadat possessionem rei de qua erat contentio, officio Iudicis, in cuius cõtemptum apprehendit possessionẽ rei litigiosæ, debet amoueri à possessione, & subrogato tradi: clarum est autem, ꝙ hæres repræsentat personam defuncti, vt in Auth. de iureiu. à mori. præst. in prin. & lis cœpta cũ defuncto transit ad hæredem iux. not. per Scrib. in c. quia Gu. de iudi. & in l. hæres absens in prin. ff. eo. tit. Vnde licet actor nõ apprehenderit possessionem in præiudicium defuncti, apprehendit tñ in præiudicium hæredis, in quem lis transit, & vbi aliquid pendente lite innouatur non solum pars, sed etiã Iudicis maiestas contemnitur, imò & lex offenditur, quę huiusmodi innouationem fieri prohibet, vt Rota inquit decis. 14. fuit dubitatum
5 vtrum petenti in nouis: Non obstat, quod vbi † actor egit rei vendicatione, & possessio postmodum rei petitæ perueniat ad actorẽ, si deinceps molestetur, & turbetur per reũ, potest agere vti possidetis contra ipsum molestantẽ & turbantem, vt Bar. tradit in l. naturaliter. §. nihil cõmune in. 4. lectura illius tex. ff. de acqu. posse. quia respondetur, ꝙ prædicta procedunt, vbi possessio rei, quę erat penes reũ prius, peruenit deinceps ad actorẽ de voluntate rei tacita vel expressa: nam tunc respectu rei principalis ferenda est sententia absolutoria, quasi sit satisfactum. §. fin. Instit. de perpe. ac tempo. actio. licet respectu fructuũ, & partus, & stipulationis de euictione adhuc maneat iudicium, vt prosequitur Bart. in d. 4. lectura, & isto casu fateor, quod si reus turbet actorem in possessione, habet interdictũ vti possidetis: sed vbi inuito reo, vel qui futurus est reus arripit actor possessionẽ, vt fiat de petitore reus in præiudiciũ litis cœptæ, tunc debet ei auferri possessio, & reus officio iudicis in pristinũ statum reponi, quia tunc sumus in reg. quòd lite pendente nihil est innouandum Cle. 2. vt lit. pend. vbi Pontifex declarat litem pendere, quando citatio emanauit, & ad partem

tem peruenit. Alia ratione principali non possunt obtinere
6 d.fratres, quia † vbi apprehenderunt possessionem per instrumentum publicum, nullum actũ possessorium fecerũt, vnde illa apprehensio possessionis clàm facta videtur, quia eam apprehenderũt absente, & ignoráte aduersario: à quo suspicari poterant controuersiam de iure vel de facto sibi moueri, imò & controuersiam iam habebant respectu proprietatis. l. clàm possidere in prin. ff. de acqu. posse. l. 3. §. fi. ff. quod vi aut clam. l. quo tutela. §. in factum. ff. de reg. iu. nam
7 † dicitur etiam clandestinus possessor, vbi vertitur quæstio proprietatis, vel esse speratur, vt determinat Bart. in l. si de eo. §. fin. in fin. ff. de acq. posse. & probatur in l. si. ancillam. ff. pro suo, vbi quis dicitur clandestinus possessor respectu partus, & tamen ille non potest timere controuersiam: nisi respectu dominij, quia dominus nunquam possedit partũ ancillæ furtiuę. Si igitur d. fratres clandestinam possessionẽ
8 adepti sunt, non † possunt in sua possessione clandestina defendi, quia prætor clandestinum possessorem nõ tuetur, sicut nec violentum l. 1. in prin. & §. fi. cũ l. se. ff. vti possi. l. vni. C. eo. titu. facit tex. in l. 1. §. denique. ff. quod vi aut clam, vbi dicitur, quod aduersus id, quod per vim vel clam factũ est, nulla iusta exceptione quis tueri se potest. Nec aliquid facit, ꝙ † possessio ciuilis & naturalis vacabat per mortẽ pri-
9 mi possessoris, quia nõ ideò minus quis dicitur clandestinus possessor, ex eo quod aliquis occupat vtranq; possessionem vacantem, imò nisi aliqua possessio vacet saltem naturalis, non potest quis, nec clam, nec alio modo possidere per rationem l. 3. §. ex cõtrario. ff. de acq. posse. vbi habetur, quòd duo insolidũ possidere non possunt rem eandem. Itaq; vbi nulla possessio vacaret, opus esset, quòd ingrediens possessorem expelleret, & sic eum possessione spoliaret ad effectũ vt sibi acquiratur possessio, & ita declarat Paul. de Castr. & Alex. ibi in d. l. clam possidere in prin. ff. de acqu. posse. Præterea d. fratres sciuerant d. prædia illo anno & sequentibus fuisse exculta per d. filios & hæredes Dionysij, qui etiá fru-
10 ctus ex illis perceperũt, & † quicunq; scit naturalem ab alio occupatam, nisi recuperat quamprimum potest, perdit ciuilem, quia suspicatur posse repelli, vt Bart. inquit in l. si de eo §. si fortè. ff. de acq. posse. cũ alijs ibi per eum adductis, & dicit Bald. in l. non ignorabit. C. ad exhiben. quòd qñ primus possessor scit alium possidere, & illũ tollerat, prima possessio videtur interrupta l. clã possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqu. posse. sequitur Alexan. consi. 99. Visis processibus col. penult. lib. 5. Cor. consi. 27. In primo consultationis articulo. colum. pen. lib. 5. Fel. in c. licet causam. x. not. de prob.

SUMMARIUM.

1 *Negatiua quando fundamentum intentionis est negantis, à negante est probanda, fallit vt hic.*
2 *Solutio debiti, ab affirmante, non à negante solutionem, probari debet, & nu. 4.*
3 *Debitum præsumitur durare satisfactione non probata.*
5 *Vẽditor vbi modus agri minor inuenitur, quàm fuerit enunciatus, tenetur vel supplere, quod deest, vel pretiũ, quod plus habuit, restituere.*
6 *Argumentum à qualitate ad quantitatem rectè procedit.*
7 *Venditor vbi incipit mentis explicare conceptum à nominibus designantibus numerum & mensuram, tunc attenditur numerus præcedens: secus si à nominibus designantibus certam speciem, & corpus determinatum.*
8 *Venditio quando facta est ad mensuram, tunc nihil refert, an pretium vnicum sit constitutum, an separatim in singula iugera, & hæc quomodo inter se differant.*
9 *Confessio creditoris facta super minori summa, quàm ei debebatur, eum non excludit à petitione residui, nisi dictio taxatiua fuerit apposita.*
10 *Præscribitur tunc potestas reclamandi aduersus mensuræ defectum de re vendita, spatio. 60. dierum, quando fuit actum inter partes, ipsam rem debere mensurari: secus si nihil fuerit dictum, quia tunc requiruntur. 30. anni.*
11 *Venditor an teneatur emptori ad interesse propter mensuræ defectum.*
12 *Interesse vbi in certa quantitate in libello non exprimitur an ante vel post sententiam debeat liquidari.*
Sententia certam quantitatem non continens, sed solum interesse simpliciter an valeat. sub nu. 12.

CONSILIVM. 569.



ISO & cõsiderato processu causæ vertentis inter Bartholomæum Titionũ ex vna parte agentem, & Cominum Ciolam ex alia se defendẽtem, sentio partes Domini iudicis esse in pronunciando pro d. agente contra reum conuentum. Nam quum de anno. 1524. Iacobus Ciola vendidisset quatuor modia terræ sita in finibus Cereseti, sub coherentijs in instrumẽto descriptis pretio scutorum quadraginta Gulielmo Titiono, petit nunc d. Bartholomæus filius & hæres d. Gulielmi à præfato Comino veluti filio & hærede d. Iacobi Staria. 11. terræ, quæ dicit deficere in mensura d. modiorum quatuor vẽditorum, vnà cum interesse & damnis passis, eo ꝙ non fuerunt tradita per Iacobum venditorem d. staria vndecim terræ. Vnde cũ Cominus non probauerit traditionem d. stariorũ. 11. se-
1 quitur, vt ad petita sit cõdemnandus. Nam licet vbi † negatiua est fundamentũ intentionis alicuius, ille debeat eã probare. l. hoc iure & l. ita stipulatus vers. quod si ab initio. ff. de verb. obl. Auth. hoc si debitor. C. de pig. l. pen. §. docere vbi Bar. & oẽs. ff. ne quis eum, qui in ius voc. c. 1. de confes. in. 6. & ponit Inn. in ca. super his. de accusa. Bar. in l. si quis. C. de fabric. li. 11. Cano. in c. bonæ de elec. cũ simil. tñ istud fallit, qñ aliquis erat obligatus ad aliquid faciendũ alteri, quia tũc nõ ille, qui negat, sed qui dicit se fecisse quod debebat, habet probare. l. 3. §. si ad diem & l. qui cõmeatus. ff. de re mil. l. 2. ff. si quis caut. per quæ iura ita inquit Bar. in l. in illa stipulatione. ff. de ver. obl. vbi etiam adducit rõnem, quia cũ hoc mihi debeatur, vel vt priuato, vel vt officiali, probata est intẽtio mea, eo ipso quod nego, nisi per aduersariũ probetur,
2 pro quo facit quia† quicunq; allegat solutionẽ, eam probare tenetur. l. 1. C. de proba. gl. in. l. 2. in verbo expellere. C. de iur. emph. vbi Bar. dicit hoc procedere, quia, qui negat solutionem, habet intentionẽ ex debito fundatã, hoc etiã bene explicat Bal. conf. 506. Tenor quarundã literarum lib. 5. vbi inquit, quòd qui allegat negatiuam, eam probare debet, nisi
3 agat ex promissione. l. quinquaginta. ff. de prob. nã † debitũ præsumitur durare, nisi sit satisfactũ, & hoc probeť per debitorẽ, vel habentem cãm ab eo, quia satisfacere est facti, qđ non præsumitur. l. cõsilio. §. fi. ff. de cura. furio. Idem etiã est de mente Bar. conf. 102. Clarissimæ Dñe, Isti nostri Nucerini. circa prin. dicens, quòd hoc modo probatur aliquid factum nõ fuisse per solã negationẽ contra eũ, qui certo loco & tempore facere tenetur, nisi ille probet impedimentum per d. l. 3. §. si ad diem & l. qui cõmeatus & d. l. 2. §. sed & si
4 quis. ff. si quis cau. & vberius, qđ vbi † quis tenetur ex obligatione, teneatur ipse ꝓbare solutionẽ, tenet Bal. in. l. actor circa fin. C. de prob. & in l. inter debitorem. ff. de pac. Alex. conf. 101. Viso processu circa fin. li. 2. vbi vult, quòd vbi aliquis tenetur ad alimẽta ex promissione, nõ debet creditor probare, quod non fuerit alitus, sed debitor ꝙ aluerit, Quũ igitur d. Iacobus Ciola teneretur tradere d. Gulielmo emptori quatuor modios terræ, & tradiderit staria. 21. & non probetur per Cominũ reum cõuentum, vti hæredẽ patris, fuisse tradita alia vndecim staria, quæ deficiebant, sicuti ad eũ probare pertinebat, sequitur, vt ad traditionẽ eorũ seu ad interesse teneatur, vt est casus clarus in l. si seruum. §. 1. ff. de
5 act. emp. vbi gl. dicit, † ꝙ si modius agri minor inuenitur, q̃ fuerit enunciatus, obligatus est vẽditor, vel supplere, qđ deest, vel restituere pretiũ, si vltra hẽt: ad quod etiã facit text. in l.

in l. si venditor hominis in princ. ff. de acti. emp. vbi si vendens seruum affirmauerit eum habere in peculio decem, si minus est inuentum in peculio tenetur præstare, vt decem habeat, ad idem tex. in l. si quis quum fundum eod. tit. Accedat, quia si fundo vẽdito, in qualitate iugerum captio sit, emptori competit actio ex empto l. si fundo vendito eo. ti.
6 ergo. idẽ esse debet in quantitate mensuræ, quũ † de qualitate ad quãtitatem procedat argumentum. l. si seruũ. §. 1. & l. si de qualitate. ff. eod. tit. quæ iura adducit Alex. consi. 8. Videtur fortasse lib. 4. Nec potest fieri difficultas, quod videatur tantum corpus venditũ intra confines designatos, quia clare venditio facta fuit ad numerum, & mensuram: nam
7 D. Iacobus vendit quatuor modios terræ, vnde † quando loquens incipit mentis explicare conceptum à nominibus designantibus numerum & mensuram tunc numerus præcedens attendi debet, quia ad id videtur facta cõsideratio. l. si quis testamento in princ. ff. de leg. 1. secus si incipiat explicare mentis conceptum à nominibus designãtibus certam speciem, vel corpus determinatum: nam licet postea adijciatur mensura, illa adiectio est loco administrationis falsę, quæ nec vitiat nec minuit id cui adijcitur. l. si seruus legatus §. qui quinque. ff. de leg. 1. l. 1. C. de fal. cau. ad leg. ita determinat Oldr. consi. 197. In concessione cuiusdam in fin. & Oldr. sequitur Ioan. Andr. in addit. Spec. in titu. de emp. & vendit. circa fin. versi. super quo no. Bald. in rub. C. de contrah. emp. q. 22. Sali. in l. 2. C. eod. titu. Petr. de Ancha. Imo. & Abb. in cap. per tuas de dona. Paul. de Cast. in l. si seruum §. 1. ff. de acti. emp. Alex. consi. 127. Viso processu lib. 2. vbi propriè loquitur in terminis deficiẽtis mensuræ, & vult per prædicta non attendi, nisi partes incepissent mentis suę explicare conceptum à mensura, prout in casu nostro contingit, & cũ prædictis etiam tenet Soci. in l. demonstratio falsa in princ. ff. de condit. & demonst. & consi. 32. placet conclusio li. 4. Nec fieri potest vis, quod vẽditio d. quatuor mo-
8 diorum facta sit vno pretio, quia † quũ venditio facta fuerit ad mensuram, nihil interest, an pretium simul dictũ sit, an separatim in singula iugera, vt est tex. formalis. in l. quod sæpe. §. in his, versi. sed si ex oleario. ff. de contrah. emp. Est bene verum, quod sit differentia, an venditio facta sit vnico pretio, vel in singula iugera separatim distributo quãdo venditio fit non habito respectu ad mensurã, sed ad determinatum fundi corpus, quia tunc si venditio facta est vnico pretio, id videtur venditũ, quod continetur intra descriptos cõfines, siue mensura sit maior, siue minor, sed vbi venditio facta est distributo pretio separatim in singula iugera, seu in singula corpora, tunc si mensura est maior agetur pretium: sinautem imminuitur, & ita loquuntur Spec. Sali. & Paul de Cast. in locis præallegatis: Sed in casu nostro licet non fuerit cõstitutum pretium separatim in singula iugera, tamen vẽditio fuit facta ad mensuram, vt superius est tactum, & mensurę ratio habenda est etiam, quod vnicum pretium fuerit constitutum, vt patet in d. l. quod sæpè. §. in his vers. Sed si ex oleario, antea adducto. Non obstat, quod actor cõfiteatur sibi tradita fuisse staria 21. quia per hoc nõ
9 fit, quin petere possit id, quod deficit in mensura, nã si † creditor cõfiteatur minorem summam recepisse, quàm quod sibi verè debeatur, nõ præiudicat sibi, quin petere possit illud plus, quod sibi debetur, nisi apponat dictionem taxatiuam l. rationes cum glo. C. de proba. Bart. Bald. Fulgo. Pau. de Cast. & Salic. in l. si quidem. C. de transact. & Bart. & ibi etiam Pau. de Cast. in l. si cum dos §. 1. ff. re. amot. Alex. in l. rogasti. §. si tibi secundo not. ff. si cert. peta.

Superest modo, vt videamus aliam defensionẽ rei conuenti: nam opponit exceptionem præscriptionis dicens, ꝙ
10 † potestas reclamandi aduersus defectũ mensurę præscribitur 60. diebus l. quod si nolit §. si quid ita venierit. ff. de ędil. edic. tradit Soci. consi. vltimo. Duo videbantur facere circa fin. lib. 3. vbi allegat Imo. hoc dicentẽ in c. per tuas de prob. hic autem elapsi sunt à die venditionis anni 38. Sed prædictis respondetur, quòd istud de termino 60. dierum procedit, quando dictum fuisset à partibus, ꝙ terra deberet mensurari: secus si nihil dictum sit, prout in casu nostro contingit, quia tunc facultas petendi supplementum secundũ numerũ expressum durat triginta annis. l. omnes. C. præscrip. 30. anno. & ita declarat Imo. qui allegabatur in oppo. in d. c. per tuas & ibi etiam Abb. post alios sequitur. Sinautem super hac præscriptione trigenaria reus velit se fundare, respondetur, quòd antequã D. Iacobus tradiderit Gulielmo emptori prædia vendita, ipse neutiquam potuit præscribere propter malam fidem. Postquam autem tradidit in minori mensura, potuit fortasse incipere præscriptionẽ si fuisset in bona fide credens prædia tradita fuisse in mensura expressa & conuenta: Quum autem non appareat, quo tempore prædia fuerint tradita, nõ apparet cõsequenter de initio præscriptionis: vnde cõtingit ignorari, an legitimo tempore decursa fuerit præscriptio, & sic super hac præscriptione nullum potest fieri fundamentum. Alijs etiã modis posset responderi. sed prædicta responsio sufficit. Aduertet tñ actor, quia ipse petit reũ condemnari quatenus interfuit & intererit mensurã completã fuisse traditam, prout vendita reperitur, habita ratione principalis & fructuũ à die d. contractus, ita enim se habent verba libelli, vnde dubitabile vi-
11 detur † an interesse petitum sibi debeatur, nam licet venditor, qui fuit in mora tradendi rem teneatur ad interesse l. 1. in prin. ff. de actio. empt. l. si traditio, & l. sicut. C. eo. titu. attamen videndum esset, an mora fuerit contracta, & à qua die, quum in instrumento nullum traditioni fuerit appositum tempus, nec cõstat ante litem motam de aliqua interpellatione. Pręterea quum is qui tradit minorem summam teneatur ad restitutionem pretij l. si seruum. §. 1. ff. de acti. emp. ponit Spec. in titu. de emp. & vend. §. sciendum col. fi. & dictum est superius, aut vult dicere actor ob pretium nõ restitutũ in tempore se passum interesse lucri cessantis aut damni emergẽtis. Si petit interesse lucri cessantis, id sibi nõ debetur, quia interesse extrinsecũ nõ venit in actione empti l. si sterilis. §. cum per venditorem, ibi neq; enim si potuit, puta ex vino negotiari, & lucrum facere, id æstimandũ est. ff. de acti. emp. neq; enim docet actor se solitum negotiari, quo casu lucrum, quod certo fecisset, posset consequi iux. not. in l. 3. §. fin. ff. de eo. quod cer. loc. Sin autem vult petere interesse damni emergentis, vt quia pecuniã mutuasset sub vsuris, quo casu posset, quod sub vsuris alteri soluisset cõsequi, quia nihil huiusmodi probauit, sed credo, quod velit dicere actor, prout ex verbis libelli colligitur, ꝙ ipse intendit cõsequi pro interesse fructus omnes, quos consequi potuisset ex agro à die venditionis, si id, quod deficit in mensura, sibi traditum fuisset. Sed hic est considerandum, quod quum ob defectum mensuræ nihil actor posset consequi: nisi pretium consistens in pecunia numerata, nõ potest hoc ratione aliquid consequi sine vsurariæ prauitatis, quum pecunia non pariat pecuniã l. vsura pecuniæ. ff. de verbo. signifi. Et licet vbi venditor rem emptam penes se haberet, & ex ea percepisset fructus re nondũ tradita emptori, possit emptor pretio iam soluto eum cõuenire ad interesse fructuum perceptorum ob illam æquitatem, ne venditor re simul & pretio fruatur l. curabit cũ ibi not. C. de acti. emp. Tamen hoc nõ potest conuenire casui nostro, in quo non apparet, quòd venditor aliquid possederit ex quo fructus perceperit, item quia nõ tenetur supplere in mensura, nisi velit: sed tãtum tenetur ad pretij restitutionem, vt vult glo. in d. l. si seruum. §. 1. Postremo, vt debeatur per venditorem pretium rei non traditæ tanquam interesse conuentum, vt vult gl. in d. l. 1. in verbo interest. ff. de actio. emp. & Bald. & Sali. in d. l. si traditio. & in eo venditor veniat condemnandus tanquã de eo constet, tamen ad istud aliud interesse, quod petitur ratione fructuum, quos percepisset, si res ad conuentam mensuram tradita fuisset, videtur, quod venditor condemnari non possit, quia non est probatum
12 quid & quantum pro dicto interesse debeatur. Nam † istud interesse debuit lite pendẽte ante sententiã liquidari, adeo, quod, si feratur sententia, in qua certa quantitas non contineatur, sed solũ ad interesse sit condẽnatoria, erit inualida, vt est glo.

est glo.in §. curare in verbo pecuniæ Instit.de actio. per illum tex. Et per l.primam C.de senten.quę pro eo,quod in. & idem vult glo.in l. certi condictio in verbo ex certo ff. si cert.pet. quamuis enim in libello, in quo petitur interesse, non sit necesse exprimere certá quantitatem l.3.C.de inutil.stip.& sentit glo.in d.l.certi condictio,& Bar. in l.stipulationes non diuiduntur decima q.de verbo.obli.tamen sententia debet esse certa, prout etiá vltra prædicta tenet Bar. in l.2.C.de sen.quæ si cer.quan.prof.Bart.in d. l.stipulationes q. præallegata, & ita tenet acutissimus iuris interpres Caro.Rui.cons.29.Plura proponuntur primo dub.lib.5.& vltra eum tenet Spec.in tit.de fruc.& interesse §.fi.ver.Sed qualiter formabit,vbi ponit hanc opi.pro vltima,quod videtur intelligendú,vbi interesse petitur principaliter, prout hic contingit:secus si peteretur res cum damnis & interesse supportatis,quia tunc examinatio, & liquidatio interesse potest post sententiam reseruari,vt dicit Io.Fab.in d.§.curare col.pen.versi.satis ergo loquuti Insti.de actio.per text. in c.inter dilectos de dona.& in ca.ex insinuatione de procu.& in l.cum propria in C.si quis alteri vel sibi:& sequitur ibi Ioa. de Plat. & istud procedit generaliter in accessorijs, quod vbi de eis non constet,vel minus plene cóstet, potest examinatio & probatio differri post sententiam, vt vult Bar.& Bal.in l. terminato C. de fruc. & lit. expen. & quod vbi interesse petitur principaliter, quod certa ferri debeat sententia,vult Imo.in l.si homo ff. de re iudi.vbi post Ang. idem dicit in fructibus,vt si principaliter petantur, eorum quantitas sit designanda in libello,& sententia, secus si accessoriè, & ita Doc.qui tenent illam opi.quod sententia potest esse incerta respectu fructuum loquuntur in fructibus accessorie petitis,vt patet ex not.per Alex.in l.si marito. §. fin.ff.solu.matri.& in l.in summa ff.de re iudi. Sed hic petú tur principaliter fructus, ergo non probata eorum quantitate sententia super his ferri non potest.

SVMMARIVM.

1 *Hæres institutus in sola proprietate, alio in vniuersali vsufructu instituto, numquid hæres vniuersalis vel particularis censeatur, declara vt nu.6.& 11.*

2 *Vxor instituta in vsufructu vniuersali eius vita durante, & si vitam seruauerit vidualem, vtrum & quádo tráseundo ad secunda vota vsumfructum retineat, intellige vt nu.14. 15. & 16.*

3 *Hæreditas ex die vel ad diem non rectè datur, sed vitio téporis sublato manet institutio fallit in nu.13*

4 *Verbú hæres secundú propriú significatú, denotat ipsam hæreditatem, et per adiectionem certè rei non restringitur.*

5 *Testatoris dispositio ad eum casum adaptatur, ad quem verba accommodantur.*


7 *Oratio secunda imperfecta, ex præcedentibus suppletur cú omnibus suis qualitatibus.*

8 *Dictio autem aduersatiua repetit præcedétia cum omnibus suis qualitatibus, & his aduersatur, quæ sunt eiusdem generis, vt nu. 10.*

9 *Dictio vero licet sit aduersatiua, tamen coniungit, & repetit superiora.*

12 *Hæredes vbi plures testator vocat sub nomine quotæ, tunc omnes instituti intelliguntur hæredes vniuersales.*

CONSILIVM. 570.



N causa, quæ agitatur Pisauri ditionis Illustrissimi Ducis Vrbini, Viso themate proposito, & testamento præfati Domini Thomæ: nec non his, quæ adducuntur in consi. exhibito in fauorem D.Franciscæ Samperinæ. Omne fundamentum præstantissimi D. consultoris consistit in eo, quod testator in eius testamento instituit D. Franciscam hæredem vniuersalem vsufructuariam in vita suá tantum, & donec vitam vidualem seruauerit:in proprietate vero instituit hęredes quosdam alios suos coniunctos ibidem nominatos, quo casu, quum instituerit
1 † d.Franciscam in vsufructu hæredem vniuersalem dicendum est, quod fuerit hæres vniuersalis, prout verba testatoris sonant. Illi vero, qui instituti sunt simpliciter hæredes in proprietate, intelliguntur hęredes particulares tanquam ex rebus certis instituti ita, quod haberētur loco legatarij iux. l.quotiens C.de hæred.instit.& in l.ex facto proponebatur ff.eo.& ad hoc allegatur Pau.de Cast. consil. 294. In causa, quæ agitur Bononiæ col.3.versi. Sed hic est aduertendum lib.secundo, quem refert & sequitur And.Sicu.consil.71.Illud in medium referam col.4.lib.3.vnde sequitur ex prædi-
2 ctis, ꝙ † quum præfata Domina sit vniuersalis hæres instituta in vsufructu licet fuerit instituta sub illis duabus conditionibus, videlicet in vita sua tantum & donec vitam vidualem seruauerit, nó oportet illas conditiones impletas fuisse
3 vt vsumfructum consequatur & retineat, nam † hæreditas ex die vel ad diem non recte datur, sed vitio temporis sublato manet institutio, vt inquit Iuriscon. in l. hæreditas ex die.ff.de hæred. institu. aliàs sequeretur absurdum, ꝙ quis pro parte temporis possit testatus decedere, & pro parte intestatus, quod est speciale priuilegium militis l.miles ita. §. & quod diximus.ff.de testa.mil.& quú d.D. Francisca adiuerit hæreditatem d.sui viri soluendo legata, & alia faciendo, quæ citra ius & nomen hæredis geri non possunt, & sic semel effecta suit hæres, amplius esse hæres desinere nó potest, etiam si testator id disposuisset l. ei qui soluendo. ff. de hæred.institu.l.& si sine.§.sed quod Papinianus.ff. de min. & ad hoc etiam adducitur And.Sicu.in d.consil. 71. col.3. versi. Tertio facit: Nam ibi testator instituerat vxorem hæredem vniuersalem in vsufructu tantum quorumcunque bonorum, concludit And.Sicu. quod vxor sit hæres vniuer
4 salis ex duobus. Primo quia ipsa vocata fuit hæres, & † hoc verbum hæres secundum proprium significatum denotat ipsam hæreditatem, & sic vniuersaliter, ideò non coarctatur nec restringitur, per adiectionem certæ rei, secundum Bal.in l.quoties.§.si duo.ff.de hære.insti. Secundo mouetur quia testator nominauit eam hæredem vniuersalem, nam
5 † ad illum casum adaptatur dispositio testatoris, ad quem verba adaptátur l.4.§.totiem.ff.de damn.infec.l.1.§.loquitur ff.de magistr.conuen.c.indemnitatibus. §. sed cum eas de elec.in 6. Ex quibus concluditur ibi, ꝙ illa institutio in vsufr.trahat ad se proprietatem, quum in vita nullus sibi datus fuerit cohæres vniuersalis sed post mortem tátum, quo casu intelligitur rogata post eius mortem restituere hæreditatem institutis, & substitutis. Vlterius licet hoc non fuerit in præfato consilio relatum, dico ipse idem consuluisse, vt patet in consilio meo consil. 459. quod incipit Iacobus de Petrocha, quod consilium recolo composuisse Mantuæ in facto ibi occurenti. Et istud est in effectu fundamentum, propter quod intendit d.D.Francisca, licet ad secunda transiuerit vota, retinere adhuc vsumfructum in quo fuit hęres instituta, veluti reijciatur illa conditio temporalis, donec vitam vidualem seruauerit.

Sed aduertendum, quod istud fundamentum, in quo totus huius machinæ cardo versatur, non videtur posse subsistere, ideò diligéter fuerit super eo per Aduocatos d. Do. Franciscæ cogitandum. Nam præsupponitur, quòd illi, qui instituti sunt in proprietate, sint hæredes in re certa, & sic
6 singulares. Sed † contra videtur dicendum: Nam testator postquàm d.Franciscam vxorem instituit & nominauit, & suam hæredé vniuersalem, vsufructuariam esse voluit, subdit formaliter proprietarios autem & suos hæredes Rainaldum Angelum &c. Non reperitur autem aliquod verbum principale, à quo regatur oratio, vnde oportet, ꝙ suppleatur ex præcedenti clausula institutionis, ideò supplendo dicendum est, ꝙ Testator proprietarios suos hæredes instituit, nominauit, & esse voluit vniuersales Rainaldum,
7 & Angelum, & reliquos ibidem nominatos, nam † vbicunque secunda oratio est defectiua, omnia, quæ sunt in prima censentur

censentur repetita cum suis qualitatibus, vt Bar. scribit in l. in repetendis. ff. de lega. 3. in sua distinctione, dum allegat tex. in l. 1 in princip. ff. de public. & in l. 3. C. ad l. Iul. de vi, & ita etiam intelligit tex. in d. l. in repetendis. idem tradit Bar. in l. Seiæ. §. Gaio. ff. de fun. instr. vbi vult, quòd vbi oratio est imperfecta, tunc suppletur ex præcedentibus cũ omnibus suis qualitatibus, & idem dicit Bar. in l. 1. ff. de publi. vbi loquitur, quando oratio est imperfecta ex defectu verbi, vt in casu nostro. Preterea dictum est proprietarios autem
8 suos hæredes, ponderanda † est illa aduersatiua autem, quæ repetit precedentia, cum omnibus suis qualitatibus, vt Bal. dicit in l. omnes populi. colum. 10. versicul. Modo quæro. vtrum vnum. ff. de iu. & iu. vbi ex hoc infert, quòd stante statuto, quòd extantibus masculis fœmina non succedat ab intestato, facto verò testamento non succedat, nisi quatenus ei pater duxerit relinquendum: certè intelligitur fa-
9 cto testamento scilicet masculis extantibus, quia † licet illa dictio verò sit aduersatiua est nihilominus coniunctio: vnde repetit superiora, l. Seiæ. §. Gaio. ff. de fun. instru. & glo. in §. item lapilli. Institu. de rer. diui. Sequitur Petr. de Anch. in capitu. Canonum statuta. versi. quærit etiam Bal. vtrum vnum. de constitu. & Alexand. in l. filius à patre. colum. 7. ff. de lib. & posthu. pro quo etiam est bona gloss. in l. maritus. §. final. ff. de adulter. vbi Barto. inquit, quòd, si dico scholares legunt, Petrus autem currit, intelligitur Petrus Schola-
10 ris, vt † indicat illa aduersatiua autem, quæ debet aduersari his, quæ sunt eiusdem generis, quod etiam voluit Cin. in Authent. sacramenta puberum circa princip. C. si aduers. vendit. vbi inquit, quòd aduersatiua ponitur in eisdem, de quibus præcedentia loquuntur. Ex quibus sequitur, quòd
11 † testator instituendo alios in proprietate hæredes, intelligitur de hæredibus eiusdem generis, & sic vniuersalibus, de quibus loquutus fuerat in præcedenti clausula propter illam aduersatiuam autem, vt superius declaraui. Admonere etiam potest, vt ita dicamus, ratio efficax, nam si vxorem in vsufructu hæredem vniuersalem instituit: quanto magis dicendum est in his, quos instituit in proprietate, quum vsusfru. temporario, & multis modis extinguibilis proprietas perpetua sit dignior, ex quo etiam assumitur aliud fundamentum quòd quum hi coniuncti sanguine, quos hæredes proprietarios esse voluit, sint magis dilecti, quàm vxor, quæ solùm fuit instituta in vsufructu, capienda est illa interpretatio, ne minus dilectus plus habeat, quàm magis dilectus l. Publius. §. final. ff. de condi. & demon. ergo quum voluerit vxorem vsufructuariam esse hæredem vniuersalem, idem esse dicetur in istis proprietarijs, tum ex præsumpta mente defuncti, tum virtute repetitionis, nam ex identitate rationis qualitas repetita videtur, vt no. Bal. in l. Titius in fin. C. de oper. liber. & ex voluntate testatoris etiam præsumpta repetitio facta intelligatur, vt Bar. scribit in l. Seiæ. §. Gaio. ff. de fun. instru. Sed quid est opus ire per mendicata suffragia? quum aperte testator istos proprietarios instituerit hæredes vniuersales: Nam quum haberet diuersos coniunctos genitor ex quatuor eius sororibus diuisit hæreditatem suam in partes quatuor, & pro numero sororum fi-
12 lios ipsarum in quarta parte vnosquosque instituit; ergo † quum vocauerit eos ad hæreditatẽ suam sub nomine quotæ, fecit eos hæredes vniuersales. l. quoties. C. de hæred. insti. Hoc igitur stante, quòd illi proprietarij sint heredes vniuersales, sequitur, quòd fuerint instituti in defectum condi-
13 tionis, sub qua fuerat instituta vxor, nam licet † vbi hæreditas datur ex die incerta, tollatur vitium temporis, & sic institutio remaneat pura dic. l. hæreditas ex die, & §. hæres, Institu. de hære. insti. tamen istud fallit vbi datus est cohæres vniuersalis, vel substitutus, quia tunc vbi deficit cõditio temporalis, sub qua facta est alicui institutio, tunc ad eius portionem vacantem, intelligitur vocatus cohæres vniuersalis vel substitutus, vt Ang. scribit in d. l. hæreditas ex die, & Bal. & Ang. in l. 2. ff. si pars hæred. peta. & sequitur Alex. consi. 111. Viso themate suprascripto lib. 2. cessat enim isto casu illa ratio, quòd quis non potest decedere pro parte temporis testatus, & pro parte intestatus, quia semper testatus decedit, ex quo deficiente conditione succedit cohæres vniuersalis vel substitutus. Item cessat alia regu. quòd, qui semel est hæres, non potest amplius desinere esse hæres, quia remanet ille institutus sub conditione adhuc hæres nudo scilicet nomine, sed non cum effectu, non enim in conuenit, quòd eiusdem partis alius sit heres directè, & alius vtiliter l. 1. in princip. ff. ad Trebel. §. restituta Institu. de fideicommiss. hæredi. & ita tenendum videtur, quicquid dicat Imo. in d. l. hæreditas ex die: semper enim tenenda est opinio, quæ est amica voluntati testatoris, quæ totum facit, vt inquit Iurisconsf. in l. ex facto proponebatur. ff. de hæred. in-
14 stitu. Et † pro hoc etiam facit, quia illa verba apposita institutionis vxoris in vita sua tantum, & donec vitam vidualẽ seruauerit, sunt apposita in fauorem cohęredis: ergo ipse in defectu conditionis debet admitti, vt probatur in l. peto in princip. ff. de leg. 2. vbi si testator instituto Titio petierit, vt pro parte sua sit contentus centum aureis, poterunt cohęredes ab eo petere partem hæreditatis, & per illum text. similem quæstionem decidit Barto. in d. l. quoties §. si duo versicu. tertiò non obstat. ff. de hæred. institu. quem sequitur Cuma. & Imo. ibi. Corn. consil. 133. In hac consultatione colum. 1. lib. 3. ad quod etiam facit, quod scribit Bald. in d. l. extraneum colum. 2. versicu. Item quærit testator. C. de hæred. instit. vbi vult, quòd primus institutus vsque ad annum erit hæres perpetuò mero iure, sed post annum tenetur restituere hæreditatem secundo instituto post annũ, & sic mens testatoris saluetur eo modo, quo fieri potest, non offendendo iuris regulas, & Bal. refert & sequitur Pau. de Cast. consi. 241. Super hoc puncto duo sunt videnda circa fi. lib. 2. secundum nouissimam impressionem. Accedat
15 prædictis aliud, quod valde etiam me mouet: nam † quum testator voluerit finiri vsumfructum vxore transeunte ad secunda vota, quia quod sub vna conditione datum est, sub contraria conditione ademptum videtur l. si legatum purè ff. de adim. lega. fit deinceps vt ex legali dispositione seu potius ex rei ipsius natura vsusfructus ad proprietarios reuertatur, quæ res consolidatio appellatur. §. finitur Institut. de vsufr. cui sanè consolidationi non video quid obstare possit, nam voluntas testatoris non modo non repugnat, sed etiã suffragatur. Res igitur perìde est, ac si testator iussisset. quòd transeunte vxore ad secunda vota vsusfructus consolidaretur cum proprietate. Non obstant allegata in contrarium, & primò quod scribit Pau. de Castr. con. 294. quia fateor, quòd vxor fuit heres vniuersalis instituta in vsufructu prout verba testatoris loquuntur, non ideò tamen fit, quin cohæres vniuersalis ei datus non succedat in vsufructu. ea ad alteras nuptias transeunte. Similiter respondeo ad Cõs. Andr. Sicu. supra adductum, quia ibi laborat Andr. Sicu. vt ostendat vxorem institutam hæredem vniuersalem, prout eam vocauit testator, non obstante, quòd in vita sua tantũ fuerat ĩstituta, quod ego admitto. Disputat deinde ipse ibi,
16 quoniam † in vita vxoris nullus fuerat institutus in proprietate, cui proprietas accrescat, an filiabus testatoris institutis in re certa, an vero vxori vniuersaliter institutæ, quæ disputatio in casu nostro non est necessaria, quia vxori fuit datus cohæres vniuersalis in proprietate, & propterea dico, quòd ei accreuit vsusfructus per transitum ad secunda vota, sicut etiam accreuisset post eius mortem: vtrumque enim casum à pari posuit testator, ex quo eam instituit in vsufructu in vita sua tantùm, & donec vitam seruauerit vidualem, illud etiam, quod per me aliàs fuit consultum, habet terminos separatos, quia vxor ibi fuerat instituta in vsufructu tãtùm. donec vitam vidualem seruaret nullo sibi dato cohęrede vniuersali in vita vel substituto, sed post mortem tantũ, vnde ibi rectè consului, quòd illa transeunte ad aliud matrimonium adhuc poterat retinere vsumfructum, ex quo erat hæres vniuersalis etiam in proprietate nullo sibi dato cohærede in vita, vel substituto, quum hæreditas ex die, vel ad diem incertum dari non posit, & ad hoc allegaui in terminis competentes, & idoneas auctoritates, sed in

casu

casu nostro fuit datus vxori in vita cohęres vniuersalis, propterea ex illo casu ad hunc inferri non potest. l. Papinianus exuli. ff. de mino. Alia etiam adducuntur in fauorem prędictæ. D. Franciscæ per Do. Consultorem, quæ leuiora existimo, & ad quæ ex prædictis colligi facile potest responsio. Et ista sunt, quibus motus fui hactenus, ne consilium redderem pro d. D. Francisca sicut fueram requisitus.

SVMMARIVM.

1 *Dos data primo viro, intelligitur data secundo etiam liberis ex primo matrimonio existentibus.*

2 *Donatio propter nuptias nunquid in secundis nuptijs repetita censeatur, dic vt nu. 5. & 9.*

3 *Actus secundarius à primitiuo regulatur.*

4 *Contractus renouatio præsumitur facta cum eisdem pactis & qualitatibus.*

6 *Extensio de dote ad donationem propter nuptias non procedit.*

7 *Vxor habet priuilegium prælationis non in donatione propter nuptias, sed tantum in dote.*

8 *Donatio propter nuptias hodie non insinuatur, licet olim secus.*

10 *Vsusfructus, sicut cedi nec alienari potest, ita nec in dotem dari.*

11 *Contrahere non dicitur, qui consentit.*

12 *Mandatum susceptum qui non implet, tenetur mādati actione directa ad interesse.*

13 *Mandatum suscipere gerendi alterius negotia est voluntatis, sed necessitatis continuare.*

14 *Confessioni alicuius statur contra se, sed non in eius commodum.*

CONSILIVM. 571.



VONIAM in præsenti controuersia bona pars consistit in videndo an Domina Francisca, quæ dedit in dotem primo marito sex milia aureorum, & ei maritus constituerat duo milia pro augumento dotis, censeatur eandem dotem dedisse secundo viro: ideo tan
1 gam hoc primum dubium, & ꝙ † eadem dos censeatur repetita probatur in l. dotem, quæ in prius & in l. diuus. ff. de iu. dot. & in l. pen. §. vxor & ibi Pau. de Cast. ff. solut. mat. & voluit Cin. in Auth. sed quamuis q. 3. C. de rei vxo. acti. & Barto. in disputa. mulier habens amp. patrimo. in solu. q. circa prin. Pau. de Cast. latè in l. si mulier diuerterit. ff. solu. matri. quod procedit etiam extantibus liberis ex primo matrimonio, vt in casu, quia intelligitur dos etiam repetita, sed non simpliciter, sed ita demum ꝙ vir non lucretur vltra, quàm haberet vnus ex filijs primi matrimonij, qui minus haberet. l. hac edictali in prin. C. de secun. nup. l. si constante. §. pen. C. de dona. an. nup. §. de augumentis Aut. de nup. & ita declarat Barto. in præfata disputatione loco præallegato, Alexand. consi. 144. Circa primum colum. 2. lib. 5. &
2 in istis non videtur difficultas. Sed oritur difficultas † in augumento seu donatione propter nuptias, quam primus vir fecit: & non reperio hoc decisum: nisi quòd ætate paulo superiori celeberrimus Docto. Caro. Rui. quem multos per annos audiui Bononiæ magno discipulorum concursu docentem, hoc tangit consil. 53. De duobus principaliter colum. pen. lib. 2. & vult, ꝙ augumentum dotis factum à primo viro, intelligatur datum secundo, quia quod ius est de dote, idem etiā est de eius augumēto, l. etiam. C. de iu. dot. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dota. Contrarium verius de iure esse existimo, arguendo primo à cessante ratione, quia ratio, quare dos data primo viro, intelligitur data secundo tacitè, non potest alia assignari, nisi quòd ex quo semel dedit, eadem intelligitur repetita, nam, vt dicit Bald. in
3 l. etiam in fin. C. de iur. dot. † actus secundarius regulatur à primitiuo, vbi ex hoc infert, quòd Doctor conductus ad legendum pro certo salario, si reconducatur, intelligitur recōductus pro eodem salario: adducit ad hoc tex. in d. l. penul.
4 §. vxor. ff. solu. matri. vbi est casus noster, & regulariter † pręsumitur facta renouatio contractus, cum eisdem pactis, & qualitatibus. l. item quæritur §. qui impleto. ff. loc. l. legem. C. eod. titu. l. in rebus. §. fin. ff. de preca. & similem quæstionem decidit Bald. in l. mandatum. 3. oppo. C. man. & aliam pariter in l. si patruus colum. 3. C. commu. vtri. iudi. vbi adducit illud vulga. ꝙ à primordio tituli posterior formatur euentus. l. 1. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. Sed ita non po
5 test dici, ꝙ † donatio propter nuptias intelligatur iterum data, quia semel eam dedit, quia vxor non dat eam viro, sicut dotem, sed econtra vir dat vxori, & ex substantia viri donatio propter nuptias proficiscitur, & dominium eius est vxoris licet fructus non lucretur constante matrimonio, vt matrimonij oneribus deseruiant, vt Bald. inquit in Authen. siue à me. C. ad Velei. circa prin. quum ergo ratio, quæ erat in dote cesset in donatione propter nuptias, cessare etiam debet iuris dispositio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. patro. dicit enim Bar. in d. disputa. mulier habens ampl. patrimo. in loco præallegato, ꝙ dos data per mulierem primo viro intelligitur repetita in sequenti matrimonio, quomodo igitur potest dici hoc procedere in donatione propter nuptias quam nunquàm mulier viro dedit, sed econtra suscepit? nullo namque ingenio efficere quis poterit, vt dicatur repetitum, quod numquam fuit datum. Confirmantur pręmissa, quia iura, quæ volunt dotem primam videri datam in se
6 cundo matrimonio loquuntur in dote, vnde † non potest fieri extensio ad donationem propter nuptias, quia aliud dòs, aliud donatio propter nuptias, vt ostēdit nominum diuersitas: Item quia diuersi sunt tractatus, & diuersi tituli positi in C. ab Imperatoribus, & probatur etiam in l. vt liberis ibi, tam dos, quàm ante nuptias donatio. C. de colla. & in l. vbi adhuc ibi dotis, & ante nuptias donationis. C. de iu. doti. & in multis alijs. ll. vbi hæc duo ponuntur veluti diuersa, & non valet consequentia, hoc statutum fuit in dote, ergo idem est iuris in donatione propter nuptias, datur instan-
7 tia, quia videmus, ꝙ † mulier habet priuilegium prælationis hypothecæ in dote, non tamen habet idem in donatione propter nuptias. l. assiduis in fin. C. qui potio. in pign. habe. vbi Imperator volens horum duorum differentiā ostendere inquit, quod mulier si non consequitur dotem, facit damnum, sed vbi non cōsequitur donationem propter nuptias, lucrum amittit, & non est par ratio damnum sentire, & lucrum non acquirere. Videmus etiam, quod de iure ve
8 teri non debebat † dos in actis insinuari, debebat tamē donatio propter nuptias, licet hoc fuerit iure nouissimo correctum, vt habetur in l. fi. C. de dona. an. nup. ergo quum nec ratio, nec verba deseruiant proposito, tenēdum est firmissime, ꝙ mulier transiēs ad secūda vota neutiquam videatur dedisse in dotem secundo viro donationē propter nuptias. Non obstant modo text. in d. l. etiam. C. de iur. dot. & in l. inter socerum §. cum inter ff. de pac. dota. quę iura Rui. pro
9 se adducit, quia † loquuntur in augumento, quod procedit à parte mulieris, quia mulier auget dotem datam, seu alius pro ea, nam eiusdem tūc sunt naturæ, ex quo ab eadem parte procedunt: nec separari possunt, non enim fieri potest, quin augumentum dotis non sit pariter dos. Non autem loquimur in augumento dotis, quod proficiscitur à viro, & quod mulier nō dat, sed suscipit, & quod habet speciale nomen, quum vocetur donatio propter nuptias l. fin. C. de dona. an. nup. §. est & aliud Insti. de don. Item quo pœnitus habet separatam & diuersam rationē, vt ex superioribus ostēditur, & etiam ex eo patet, quia dotis maritus est dominus & possessor. l. doce ancillam C. de rei vendic. l. Pomponius. §. in dotem ff. de acqu. poss. sed mulier habet dominium & possesionem donationis propter nuptias glo. in Auth. dos data.

data.C.de dona.an.nup.Bald.in d.Authen.siue à me. C. ad Veleia. Moueor etiam alio fundamento ad ostendendum, ꝙ mulier non videatur dedisse in dotem id quod lucratur ex donatione propter nuptias,quia mulier,donationis,quã consequuta est à primo viro extantibus liberis ex primo matrimonio, vt in casu contingit, est tantum vsufructuaria,Auth.in donatione & ibi glo.& Doct.C.de secun.nup.
10 & † vsusfructus in dotem dari non potest l. si vsusfructus ff.de iu.dot.sicut nec cedi nec alienari potest. §. finitur. Insti.de vsufr.& si obijciatur, ꝙ commoditas vsusfructus dari potest in dotem l.necessario §.fi.ff.de peric.& comm.rei vend.Respõdeo, ꝙ istud posset procedere vbi vsusfructus datus fuisset expresse, quia tunc sumi posset illa interpretatio,quamuis impropria,vt actus sustineatur,& non pereat. l.quoties.ff. de verbo. obliga. sed hic non apparet expressè, quod mulier voluerit dare vsumfructũ, imò præsumendũ est, ꝙ noluerit,ex quo de iure dare non poterat,quum quilibet præsumatur confirmare mentem suam cum dispositione iuris communis,vt per Bar.in l.vt iusiurandi §.si liberi ff.de oper.liber.& actus,qui principaliter gerebatur,valere potest sine dotis constitutione:nam licet dos sine matrimonio esse non possit,matrimonium tamen sine dote esse potest l.fi.C.de dona. an. nup.

Veniendo ad secundum dubium reperio, ꝙ D. Francisca dedit mandatum Bellono exigẽdi reditus quoscunque Montismagni, & ꝙ dictum mandatum suscepit d. Bellonus, vt patet in processu ex multiplicatis eius confessionibus:nec potest dici ꝙ pariter susceperit mandatum à Fanzino secundo eius marito, quia mandatum non sonat, nisi in personam præfate Domi.Franciscæ,& licet mandatum fecerit cum præsentia, & cõsensu Fanzini ad cautelam pro suo interesse:non tamen dicitur habere mandatum pariter
11 à Fanzino: nam † qui consentit non dicitur contrahere. l. aliud.ff.de regu.iur.l.Lucius Titius Gaius & ibi Bart.not.ff. de admin.tuto.gloss.in l. 1.§.si ratum.ff.quod iussu,& tenet Bar.in l.si cum dotem §.transgrediamur.ff. solut. matri. & in l.post dotem colum.3.versi.oppono & videtur.ff. eod. titu.& in l.1.C.de decuri.lib.10. hinc qui consentit venditioni per alium factę,ipse quidem per eius consensum sibi pręiudicat,si quod ius habet in re, non tamen tenetur, ipse de euictione,sed venditor tantum, vt Ange.dicit in l.quoties la 1.in lectura Florentina & ibi Fulgo.& moder.C.de fidei commiss.Stantibus igitur prædictis dico, ꝙ Bellonus, qui exegit d. reditus nomine d.Fanzini, & retinet eos tãquàm sit creditor Fanzini,debet condemnari d. Franciscæ ad in-
12 teresse,quanti valent ipsi reditus,quia † qui non implet mãdatum susceptum, tenetur mandati actione directa ad interesse l.si procuratorem §.mandaui & l.si mandauero.§.sicut & ibi Bar.ff.manda.l.ad comparandas C.eo.tit.vbi glo. dicit,ꝙ tenetur ad interesse,quando mandatum in rem suã conuertit,pro quo etiam est bon.tex.in l.idem §.si procurator.ff.eod.& facit etiam tex.in l.si remunerandi §. si cui.ff. man.vbi si mandauero alicui administrationem negotiorum meorum,& ille neglexit administrationem, datur mihi in eum,non actio negotiorum gestorum,sed actio mandati,quia mandatum suscepit,& ad idem est tex.in l.incom
13 modata.§.sicut ff.commod.nam vt ibi dicitur † voluntatis est suscipere mandatum gerendi alterius negotia:necessitatis continuare,& facit etiam tex.in l. Meuia in princip.ff.solut.matri.vbi habens mandatum exigendi, & non exigẽs, mandati iudicio conueniri potest,& quod debetur cogitur refundere,de quo etiam est tex.in l. dolus. ff. man. vbi formaliter dicitur,dolus est,si quis non exegerit,quod exigere potest,aut si quis nolit soluere,quod exegerit, & dixit Azo in summa.C. eo. ꝙ interesse,quod venit actione mandati, cõputatur omne id, quod ex re mãdantis pœnes mandatarium est,nam ex re mandata nihil apud eũ remanere oportet.l.ex mandato.ff.eod. Modo in proposito non potest negare Bellonus se esse procuratorem d. Domi. Franciscæ in exigendis reditibus Montismagni,vt superius est deductũ, & patet etiam ex apocha per eum producta, in qua fatetur se habere mandatum à d.Francisca, & reditus Montismagni ad eam spectare, & licet produxerit alias apochas, in quibus dicit se ab vtroque habere mandatum, idest à Fan-
14 zino,& Francisca iugalibus,† tamen confessioni suæ statur contra se,non pro se. l. rationes & l. exemplo C.de proba. propterea non potuit reditus præfatos exigere nomine d. Fanzini,& eos tanquàm creditor d.Fanzini retinere, & in proprios vsus cõuertere,sed eos tenetur Præstare d.Franciscæ cuius erat procurator,& mandatum susceperat. Non obstat vnica defensio Belloni,quod illi,qui tradebant reditus Montismagni,tradebant sibi recipienti nomine Fanzini, vt patet ex apochis productis, ergo non potuerunt acquiri d.Domi. Franciscæ, quia isto casu concurrit intentio tradentis, & accipientis,vt acquiratur alteri non Domino, cuius erat procurator iux.no.per glo.& Barto.in l.qui donatum.ff.de dona.& per Cin.Bald.& alios in l.1. C.de acquir. possess.& per Ange.Imo.& moder.in l.1.§.per procuratorem.ff.de acquiren.possess.& gloss.optima in l.dolus.ff.mã. quia respondeo, ꝙ posito, ꝙ ita esset:tamen d.Bellonus tenetur actione mandati ad interesse, quia non exegit reditus nomine d.Franciscæ,vt tenebatur.Et ita sentio in præmissis.Fuit condemnatus Bellonus in Senatu Casalensi, in quo tunc residebam,in quadam parte redituum, nã in alijs partibus fuit repertum in processu,ꝙ peruenerant ad Fanzinum de voluntate dictæ Franciscę.

SVMMARIVM.

1 *Possessio antiquior, contendentibus duobus de possessione, vbi est probata, iuniori præfertur, & nu.6.*

2 *Possidens vi, vel clàm vel precario ab aduersario, in possessione à prætore non defenditur.*

3 *Possessio, vbi vtraque pars de possessione probat, ei defertur qui per plures, & meliores testes probat, vel si non per plures, probat de antiquiori possessione, aut titulum ostendit.*

4 *Possessio iustificata per dominij probationem tunc præualet, vbi partes sunt pares numero testium & dignitate, & æqualis temporis probatione.*

5 *Possessionem probans ex fructuum perceptione, temporis æqualitate in probatione temporis data, præfertur ei, qui probat arasse & seminasse.*

7 *Interdicto vti possidetis momentum temporis præbet potentiorem probationem, & num. 19.*

8 *Temporis prioritas, & posteritas vbi attenditur tunc qui probat de die certo, vincit alium, qui de tempore non probat. & nu. 14.*

9 *Probatio vnius dubia, & generalis, liquidam & specificã aduersarij probationem elidere non debet & nu. 11.*

10 *Testes deponentes in specie præferuntur deponentibus in genere, etiam si essent pauciores, & nu. 12.*

13 *Probationum vbicunq; paria sunt momenta, tunc vnum aliquid additum vni parti, facit alterum alteri prępon derare.*

15 *Possessio per instrumentum probari potest.*

16 *Retinendæ interdicto, qui agit, debet probare se possedisse tempore turbationis, & litis contestatæ. limita vt ibi.*

17 *Tempus certum vbi deducitur ab actore vel reo, pro intentionis suæ fundamento, ab eis debet probari, aliàs succumbunt.*

18 *Possessio semel posita præsumitur continuata, nisi contra probetur, vel tantum effluxerit tempus, per quod induci videatur oblinio.*

20 *Possidens ciuiliter, & non naturaliter, quando suam ciuilẽ amittat, declara, vt nu. 25.*

21 *Possidendi animus, & in possessione perseuerandi qualiter probetur.*

22 *Interdictum vti possidetis, licet principaliter tendat ad*

conseruandam

conseruandam possessionem, incidenter tamen dicitur restitutorium.

23 *Libellus, in quo quis narrat se turbari, in possessione, numquid ad ciuilem possessionem porrigatur.*

24 *Possessionem qui scit ab alio occupari, nec suspicatur se posse repelli, adeundo iudicem, ne auctor rixæ fiat, non perdit ciuilem.*

26 *Obliuio non inducitur nisi longo tempore.*

27 *Possessor antiquior animo retinens ciuilem, potest iuniorē turbantem eum in sua ciuili per apprehensionem naturalis deijcere, & expellere, sed non econtra.*

28 *Possessor iunior non potest antiquiorem turbare nec à possessione inquietare, aliàs delinquit.*

29 *Possessio titulata iunior, quando vincat antiquiorem.*

30 *Probatione noua quæ non indigent, veluti vbi aliquid patet actis, possunt simpliciter, & quandocunque etiā post causæ conclusionem allegari.*

31 *Conclusio causæ non impedit probationis iam factæ declarationem.*

32 *Possessio vbicunque ab aliquo retinetur animo suo & corpore alieno, tunc amissa naturali, amittitur & illa ciuilis quæ animo retinetur.*

33 *Possessor clandestinus dici non potest, qui possessionem vigore sui tituli ingressus est.*

CONSILIVM. 572.



VALDE contenditur inter D. Titum, & Adrianum de Brunis ex vna, & Paulum filium quon. Baptistæ Bruni ex altera, de possessione quorundam bonorum, quę fuerant d. quon. Baptistæ. Vterque enim contendit se possidere, intentando remedium interdicti vti possidetis. Et vt habeatur bene decisio præsentis cō
1 trouersiæ, præmittendum est, quòd duobus † contendentibus de possessione præfertur ille, qui probat antiquiorem possessionem, quia iunior præsumitur clandestina: vt est tex. in c. licet causam de proba. vbi Inno. dicit, & post eum cæteri, ꝙ sufficiebat hoc dumtaxat, ꝙ Archiepiscopus pro
2 baret antiquiorem possessionem. † Prætor autem non tuetur eum in possessione, qui vel vi, vel clàm, vel precario ab aduersario possidet. l. 1. §. fi. cum l. seq. ff. vti possid. vbi Bar. circa fi. dicit, ꝙ antiquus possessor probat alterius clandestinam possessionem, eo ipso, quòd ille alter timuit, vel timere debuit controuersiam sibi moueri, licet de alio fuerit suspicatus. l. aut qui aliter §. si quis dum putat. ff. quod vi aut clàm. Ad prædicta facit, quod Barto. scribit in l. si duo ff. vti
3 possi. vbi tractans illam quæstionem de duobus † contendentibus de possessione vter alteri præferatur, distinguendo dicit, ꝙ aut vnus probauit de possessione sua per plures, & meliores testes, & ille debet obtinere. l. ob carmen. §. fin. ff. de testib. Si verò testes vniuscuiusque sunt æquales numero & dignitate, tunc si vnus probat de sua possessione antiquioris temporis, quàm alius, ille vincet, quia secunda possessio præsumetur clandestina, quum duo insolidum possidere non possint. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poss. & est tex. in l. licet causam. de proba. Sed si vterque probat præscriptionem & possessionem æqualis temporis, tunc si vnus ostendit iustum titulum possessionis suæ, alius non, ille vincit, qui titulum ostendit tanquàm habens potiora iura l. fi. C. de edic. diu. Adr. toll. Hoc etiam optimè explicat Bal. in l. ordinarij. colum. 4. versi. Sed iuxta prædicta. C. de rei vend. dicens quod vtraque parte probante de possessione, si vnus probat per plures testes vel digniores, vel si per non digniores, probat de antiquiori possessione iste debet vincere, quia potior est in probatione l. ob carmen §. si testes ff. de testib. c. licet causam. de proba. vnde si vnus probat de possessione anni, alter de semestri, & testes dicunt, quod viderunt eū colere, & arare, tñ præsumit̄ istud potius quoddam agere, q̄ possidere, & clandestina potius pręsumitur eius possessio, quū non potuerit possessionē quærere, nisi clàm, vel nisi deiecerit eū, qui primo possidebat. l. si finita §. vbi aūt ff. de dā. infe. Qui ergo melius de possessione probat, altero de supradictis modis, obtinet in interdicto retinendæ, nō attento ꝙ quis de dominio incidenter probauerit in hoc possessorio, quia in hoc casu dominij probatio ni
4 hil operatur. Sed si † vterque probat pariter de possessione, vt quia testes sunt pares numero & dignitate, & de antiquiori possessione non probat magis vnus, quàm alter, tūc prodest dominij probatio, quia iustificat̄ possessio: & possessio iustificata debet præualere, quia semper vincit ille, qui habet iura potiora, & duplicia. l. fin. C. de edic. diu. Adr. toll. & ijsdem penè verbis vtitur Bald. in l. 1. colum. fi. C. vti possi. Idem sentit Bald. in d. c. licet causam. colum. 7. versi. Item vt eleganter. vbi post Iacobum Butr. in l. 1. C. vti possi. inquit, ꝙ qui probauit de antiquiori possessione, probauit, ꝙ aliquo tempore possedit solus pacificè, nemine inquietante: vnde non fuit licitum aduersario eum inquietare propria auctoritate, quum inquietare sit delinquere l. meritò ff. pro soc. Et subdit ibidem Bal. post. Iac. Butr. in l. 1. C. de interdi. ꝙ iste nouus, qui se asserit possessorem, non dicitur propriè possidere, sed est quoddam ire, & agere, & si percipiat fructus non propterea fit possessor, quia aliud est fructus, aliud possessio l. si fur. ff. de vsufr. l. Pomponius ff. quib. mo. vsusfr. am. l. fundi Trabatiani ff. de vsufr. lega. l. si apes §. fi. ff. de fur. Consentit etiam cum prædictis Bal. in l. super longi. col. pen. C. de præscrip. long. temp. dicens, ꝙ si dubitatur de iustitia, vel iniustitia meæ possessionis, tunc si tertius possidebat, possessio mea in dubio præsumitur iniusta, & clandestina, & nō vsucapio. l. clàm possidere in prin. ff. de acqu. posse. & d. c. licet causam. de probat. & dicit etiā Bal. in c. si diligenti. col. fin. de præscrip. quòd vbi duo sunt pares in possessione, ille, qui prior est, reportat palmam victoriæ: quia sua possessio impedit, ne sequens possideat, vt
5 not. 3. q. 1. in summa. & d. c. licet causam. Hinc † eleganter Bald. in l. arboribus §. nam & si agrum ff. de vsufr. quærit, quid si vnus probat se arasse, alius fructum reportasse, quis melius probet de possessione. Respondet, ꝙ quum vterque actus sit sufficiens ad probationem, vt not. in l. si quis super C. si. regun. ille melius probat, qui probat de antiquiori facto, quia posterior possessio præsumitur clandestina: & licet quidam Moder. dicant, quod Bald. contradicit his quæ dixit in d. ca. licet causam col. 7. versi. nota tamen, quod si duo. Attamen re vera sibi non contradicit, quia ponit ibi thema, quando duo probarent de eodem principio temporis & fine; quia tunc vult, si vnus probauit se arasse, & seminasse; alius probauit fructus percepisse, præferatur ille, qui probauit fructuum perceptionem: quia in eo consistit efficacia, & vtilitas possessionis, & iustum est à fine omnia denominari, vt ibi ipse prosequitur; vnde ex eius verbis clarè colligitur, quòd illud vult procedere data æqualitate temporis in prelatione possessionis, sed data inæqualitate, pro
6 cedit id quod dicit in d. §. nam & si agrum. Preterea † quod antiquior possessio sit etiam potior, tradit Bal. in l. siue autem §. si duobus ff. de Publici. Petr. de Ancha. consil. 274. Ad declarationem dubij de quo quæritur col. 1. & ibi circa fi. dicit, quòd qui olim possedit, hodie præsumitur possidere, vt no. Inno. in c. sepe. de restit. spolia. Item qui agit ad tuendam suam possessionem dicitur habere animum continuandi suam possessionem, vt not. Inno. in c. secundo, de restit. spolia. Inuenio etiam, quòd Bal. in l. ab hostibus §. sed
7 quo simpliciter col. 2. ff. ex qui. cau. ma. dicit † quòd momentum facit in interdicto vti possidetis præualere probationem, vnde si aliqui testes deponunt de possessione decē annorum, & aliqui pro contraria parte deponūt de possessione decem annorum, & plus, isti propter illam dictionē, & plus, dicuntur probare antiquiorē, & preualent. redeúdo ista ad propositum, videtur quòd d. Titus & Adrianus probauerint

bauerint antiquiorem possessionem: nam per instrumentum publicum ostenderunt qualiter 11. die Octobris apprehenderunt possessionem bonorum. d. quon. Baptistæ eorum fratris, & nulla est probatio actus possessorij antea
8 facti per d. Paulum, nam † vbicunque agitur de prioritate,
& posteritate, vbi vnus probat de die, vincit alium, qui non
probat de tempore, non quia de necessitate concludat se
priorem fuisse tempore, sed quia certius probat illo, qui nõ
9 probat de tempore, cuius † dubia probatio non debet elide
re liquidam aduersarij probationem. Ita Bald. inquit post
Cin. in l. de re. C. de don. an. nup. & idem Sali. tenet in l. si de
bitor C. de priuileg. fis. Ioan. de Plat. in l. 1. C. de iu. fis. lib. 10.
Ad quod facit celebre Inno. dictũ in c. auditis de præscrip.
10 quòd † testes deponentes in specie, præferuntur testibus de
ponentibus in genere: vnde si Episcopus probat per testes
habere iurisdictionem in specie in aliquo loco, & Abbas
per totidem testes probat se habere iurisdictionem in d. lo
11 co in genere, statur probationi Episcopi, quia † probatio
specifica, præfertur probationi generali. Similiter dicit ibi
Imol. quòd si ego probo me posside re boues, vt meos &
pro meis, & alij testes deponant, quod ego teneo illos, vt
conductor, quia fuerunt præsentes conductioni, isti præferuntur. Similiter dicunt quidam Moder. Perusini in l. 1. ff.
21 solut. matr. se † vidisse de facto consultum, quòd si actor in
tendens probare præscriptionem, probauit de possessione
xxx. annorum, & reus probauit de possessione sua alicuius
anni in specie ad interrumpendum præscriptionem, licet
testes actoris essent plures, tamen quia videbantur depone
re magis generaliter respectu vnius anni, præferuntur testes rei arg. l. fi. C. quod cum eo, & sic videbatur probata in
terruptio præscriptionis, & sequitur Soci. memorans prædi
cta. consi. 54. Visa breui narratione col. quarta lib. quarto.
Similiter dicit Alex. consi. 88. Quoniam omne datum. col.
2. lib. 5. quod si per plures testes probatum est in genere ali
quem possedisse quoddam terrenum, & ex altera parte pro
betur per duos testes alium possidere in specie duas petias
terræ, præferũtur isti testes in interdicto vti possidetis, alijs
deponentibus generaliter de toto terreno iux. no. per Inn.
in d. c. auditis. Sic dicendum in proposito, quòd quum d. Titus & Adrianus probauerint possessionem certi temporis,
& d. Paulus nihil probauerit de tempore, sed probauerit ge
neraliter se possedisse, vincere debet specifica probatio d.
Titi & Adriani, veluti certior, probationem generalem d.
13 Pauli, vt magis dubiam, & incertam, & regulariter † vbicũ
q; paria probationum sunt momenta, vnum aliquid additũ
vni parti, facit alterum alteri præponderare, vt Bald. inquit
in l. si duo patroni per glo. ibi. ff. de iureiu. & in c. 1. §. si duo,
super verbo. de pac. tenen. Reducitur enim tunc paritas ad
imparitatem per aliquod additum ad alterum extremum,
vt notab. inquit Io. Mona. in c. duobus de rescrip. in 6. quẽ
refert & sequitur Andr. Sicu. consil. 25. Clementissimum
Deum col. 3. lib. 4. Ex predictis sequitur, quòd possessio Ti
14 ti & Adriani sit † præferenda possessioni aduersarij, quia
certior & fortior: censeri etiam debet antiquior, ex quo ad
uersarius non probat de initio suæ possessionis, quod facere debet, vt vincat alterum, qui docet de certo die, vt osten
dit Sal. in d. l. si debitor C. de priuile. fisc. & alij superius adducti, ad quod etiam faciunt not. per Soci. in l. 1. col. 2. ff. solu. matrim. & consi. 67. Eadem die prouidit. lib. 3. Nec fieri
15 potest difficultas, quòd † possessio non potest probari per
instrumentum, quia contrarium est verius, vt ponũt Scrib.
in c. secundo. de consuet. Abb. in c. cum nobis. col. 2. de pre
scrip. Rota in decisionibus collectis per Thomam Fastoli.
dub. 41. per tex. in c. cum ad sedem. §. fin. de offi. deleg. & vl
terius, quòd possessio probetur per instrumentum factum
intra rem possessam alio tradente scribit Bal. in l. fi. col. pen.
versi. Octauo quæritur C. de edic. di. & in rub. C. res in ali.
ac. in fin. ergo idem esse debet, quando ipse tradit sibi ipsi
possessionem, vt quia capiat vacantem.
16 Secundò adducitur contra D. Paulum, quia qui † agit in
terdicto retinendæ, debet probare se possedisse tempore
turbationis, & tempore litis contestatæ. §. hodie Instit. de
interdic. l. 1. §. est igitur. ibi, ne vis fiat ei, qui possidet ff. vti
possid. glo. Bar. & omnes in l. 1. C. eo. & Bart. in l. 1. §. quod
ait. circa fin. ff. eo. vel si simus in casu, in quo lis nõ contestatur, debet probare, quòd possederit tempore, quo debuisset lis contestari, vel quo reus cœpit esse contumax. Ita
inquit Bal. in disputatione accusatus de vi turbatiua. 23. col.
arg. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & hoc proce
dit etiam secundum reg. quæ habet, quòd † qui fundat in 17
tentionem suam in tempore certo, habet illud deducere,
& probare, aliàs succumbit l. eum actum & ibi glo. Barto.
& alij ff. de nego. gest. l. matrem C. de proba. gloss. in Clem.
fin. in verbo creatum de rescrip. Et ideo dicit in proposito
Bart. in l. non potest. ff. de iudi. & in l. & an eandem §. actio
nes versi. vlterius procedo ff. de excep. rei iud. quòd cautus
debet esse Aduocatus, vt in capitulis deducat ius actori cõ
petere tempore litis contestatæ, aliàs non obtineret, quum
post litem contestatam ius superueniens in iudicio non ve
niat, & idem dicit Io. Andr. & Alij in c. Abbate sanè de re
iudi. in 6. Bal. in l. 1. col. 2. versi. modo quæro C. si plus vna
sent. Sed d. Paulus generaliter probauit se possedisse, non au
tem quod ante litem contestatam, vel eius tempore possideret: nam si probasset, quòd ante litem cõtestatam semel
possedisset, sufficeret, quia præsumeretur cõtinuata posses-
sio, vt dicit Petr. de Anch. in præallegato consi. 274. & Bal.
in l. 1. col. fin. C. vti possid. Ange. de Are. in §. retinendę col.
3. versi. sed an sufficiat Institu. de interd. nam † possessio se 18
mel posita præsumitur durare, nisi probetur, quòd alius me
dio tempore fuerit ingressus possessionem l. quod meo §.
fin. & l. peregrè §. quibus l. Pomponius §. quæsitum & §.
præterea ff. de acq. posse. vel nisi tantum tempus effluxerit,
quòd induci videatur obliuio. l. si id in princ. ff. de acq. posse.
& l. peregrè in prin. cod. tit. & no. in l. furti §. 1. ff. de vsucap.
vnde dicit Bar. in l. Celsus col. fi. ff. de vsuca. quòd qui semel
possedit, quum de suo commodo tractatur, si asserat se pos
sidere, semper præsumitur possidere, nisi contrarium probetur l. siue possidetis C. de proba. & dicit Hostien. in cap.
cum ad sedem de restit. spolia. quòd licet facilius amittatur
possessio, quàm dominium, tamẽ, qui probat se semel possedisse, adhuc præsumitur possidere nisi contrarium probe
tur l. 3. §. in amittenda & §. seq. ff. de acquir. posse. & ibi etiã
in §. quod si seruus, in illis verbis. constat nos possidere, donec aut voluntate nostra discesserimus, aut vi deiecti fuerimus: ergo qui contrarium dicit probare debet l. ei qui ff. de
proba. & hoc maximè procedit in possessione de recenti se
cundum Io. Andr. ibi, & quòd possessio semel habita præ-
sumatur continuata tenet Spec. in tit. de. peti. versus fi. & in
tit. de proba. §. 1. versi. sed quæritur, Bal. in d. l. siue possidetis, & in l. non ignorabit C. ad exhiben. & in l. si minorem
C. de in integ. restit. mino. Fateor igitur, quòd si Paulus pro
baret se possedisse ante litem motam, quòd præsumeretur
etiam possedisse tempore litis contestatæ, quia iste est de
casibus, in quibus de preterito in presens præsumitur, vt po
nunt Doct. in præallegatis locis. Sed probauit se possedisse
generaliter, quod potest intelligi post litem motam, & dubia probatio non releuat, vt tactum est in superioribus.
Superest nunc, vt respondeatur ad quædam, quæ obijciuntur parte d. Pauli. Non obstãt igitur primò, dum dicit, quòd
Titus, & Adrianus acceperunt tãtummodo possessionem
per instrumentum post mortem d. Baptistæ. Ipse autem à
d. tempore per annos singulos arauit, seminauit, coluit, &
percepit fructus, quia respondetur posito, quòd ita esset, ta
men priorem possessionem habent. d. Titius & Adrianus,
ex eo, quòd pedibus ingressi sunt fundum animo acquiren
di possessionem. Nam possessio à pedum positione dicta
est, vt Iurisconsl. inquit in l. prima in prin. ff. de acq. posse. &
sufficit † momento esse priorem, vt dictũ est superius post 19
Bal. in l. ab hostibus §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. cau.
maio. & quum d. Titus & Adrianus sint priores in posses-
sione, sequens non dicitur propriè possidere, sed agere, vt
ostendunt decisiones superius allegatæ, nec refert, quòd
posterior

posterior percepit, quia vt dicit Bald. in d. ca. licet causam, aliud est possidere, & aliud fructus percipere, per iura ibi per eum adducta. Præterea post apprehensionem possessionis per instrumentum fecerunt aliquot actus possessorios, quia posuerunt ibidem colonos, qui eorum nomine ceperunt fundos colere, quos deinceps colonos Paulus vi expulit, vt infra dicetur. Non obstat. quòd posito, quòd d. Titus
20 & Adrianus antea possedissent, videntur † ciuilẽ suam amisisse, ex quo expulsis eius operarijs, & quibusdam etiã vulneratis à d. Paulo & socijs timuerunt accedere ad prædia, & suspicati sunt se posse repelli. l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. posse. l. quod meo. §. fin. ff. eo. tit. quia respondetur, quòd imò de hac suspicione, vel negligentia nullo modo constat, imò constat de contrario, vt patet ex supplicatiõe porrecta per ipsum Paulum, sub die decima quarta Martij. 1560. in qua dicit, quòd d. Adrianus & Titus muniti fauoribus, quærunt scandala turbando de facto d. supplicãtem in possessione d. bonorum, & etiam testes examinati super capitulo secundo additionali, videlicet Antonius Zaconus dicit vidisse post rixam factam laborari petiam in contrata della cãtonata nomine D. Adriani & alius testis videlicet Io. Iocha super eodem capitulo dicit, quòd non obstante contradictione Pauli, operarij missi per d. Titum & Adrianum putabãt vites & arbores, & est aduertendum quia idem testis dicit, quòd prædictus Paulus præcidebat vites & arbores in stipite, & contra istum facit sententia Salomonis, de qua in c. afferte mihi gladium. de præsump. nam sic agendo videtur de suo iure parum confidere, & cum isto concordat alius testis, videlicet Henrietus Becchus, qui etiam dicit, quòd non obstantibus minis d.
21 Pauli. D. † Adrianus dixit velle, quòd nomine eius colerentur bona, quia erant sua, hæc certè significant, & probant animum possidendi, & perseuerandi in possessione prius acquisita. Præterea d. Titus & Adrianus viriliter ꝓsequuti sunt iudicium intentatum, quòd ostendit volũtatem continuandi eorum possessionem, vt scribit Petr. de Anchar. præallegato consi. 274. Non obstat, quòd in quadam scriptura asserunt se spoliatos a d. Paulo, quia respõdetur, quòd istud debet intelligi respectu naturalis possessionis occupatæ per aduersarium: nõ autem respectu ciuilis, quam habebant & animo retinuerant: nã qui naturaliter possidet, tur-
22 bat alium in sua ciuili, à † qua turbatione non potest desistere, nisi restituat naturalem, & sic interdictum vti possidetis incidenter dicitur restitutorium, licet principaliter tendat ad conseruandum possessionem, vt Bart. inquit in l. 1. §. interdictum col. fin. versi. circa primum quæro. ff. vti possi. & Bart. in l. 1. C. eo. & ibi Bald. col. 5. versi. quæro possideo fundum, & in terminis adduco Pau. de Castr. consi. 234. In causa appellationis, quæ vertitur coram D. Auditoribus lib. 2.
23 Nam in casu suo † quidam Monachi narrauerant in libello se turbari in possessione cuiusdam montis, & petiuerant aduersarios condemnari ad desistendũ à turbatione, per quæ videbantur asserere se esse in possessione tempore porrecti libelli, deinde narrauerant in eodem libello se possedisse per se & suos auctores longissimo tempore, præterquàm ab anno 1429. & in conclusione petiuerant condemnari aduersarios ad interesse pro tempore, quo non potuerunt possidere, & sic videbantur in eodem libello sibi ipsis contraria proposuisse, dum dicerent se turbari in possessione, deinceps à tali tempore non possedisse, tamen decidit ibi Pau. de Castr. non esse aliquam repugnãtiam in libello, quia debent ibi narrata intelligi, quòd ante annum 1429. fuerũt monachi in possessione ciuili, & naturali d. montis, & sic pacificè, & sine molestia: sed quòd ab illo tempore citra aduersarij occuparunt clàm naturalem, & sic monachi possiderunt ciuiliter tãtum, & aduersarij naturaliter, propter quod turbati fuerũt ab illo tempore citra in ipsa ciuili, & sic possiderunt sed non pacificè, nec quietè, prout per prius possiderant, sed cum molestia & inquietatione. Ideo petunt illos condemnari ad desistendum à molestia, & per consequens ad dimittendum naturalem prædictam. Sic dicendum in

proposito, ꝙ d. Titus & Adrianus habentes antiquiorem possessionem, & petentes desisti à turbatione per d. Paulũ, dum dicũt deinceps spoliatos, intelligunt se spoliatos naturali possessione occupata per d. Paulum quam naturalem petunt deinceps sibi restitui: quæ interpretatio ita est faciẽda secundum Paulum de Cast. in loco præallegato, ne aliquis videatur sibi ipsi contrariari. Non obstat, quod petierunt Titus & Adrianus fructus sequestrari, quia per hoc fateri videntur possessionem esse pœnes Paulum, quia vt dictum est, aliud possessio, aliud fructuum perceptio secundũ Bal. in d. c. licet causam. Videntes enim Paulum percipere fructus, voluerunt eos per Iudicem sequestrari, ne veniretur ad arma, & scandala euitarentur: vnde nõ videntur istá
24 de causa possessionem suam amisisse: nam † si scio alterum occupasse possessionem meam, nec suspicor me posse repelli, sed vado ad iudicem, ne sim auctor rixæ, per hoc non perdo meam ciuilem, vt Bart. dicit in l. 1. §. interdictũ col. 1. ff. vti possi. & est pro hoc bonus tex. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. nou. nunc. & sequitur Alex. in l. si de eo. §. si fortè. prope fi. ff. de acqui. posse. & prędicta tantò magis procedunt, quia d. petitioni sequestri opposuit se d. Pau-
25 lus, & nullum sortita fuit effectum. Non obstat, quòd † d. Titus, & Adrianus sciuerint possessionem naturalem occupatam per d. Paulum, & neglexerunt eam adipisci, vnde videntur suam ciuilem amisisse, per id, quòd Bald. scribit in l. non ignorabit C. ad exhib. vbi vult, quòd vbi primus possessor scit de secundo possessore, & eũ tolerat, secunda possessio non dicitur clandestina, sed prima dicitur interrupta. d. l. clàm possidere, ibi nec quenquam. ff. de acquir. posse. & hoc est etiam, quòd voluit Bart. in l. si de eo. §. si fortè. ff. de acqui. posse. dicens, quòd quando possessionem meam naturalem scio ab alio occupatam, & negligo per modicum tempus eam recuperare, perdo etiam ciuilem per text. in l. quod meo. §. fi. & l. quamuis saltus. ff. eo. Nam ad prædicta respondetur, quòd procedunt, quãdo scit d. naturalem esse occupatam ab alio, de quo verisimiliter potuit suspicari, se posse repelli, aliàs secus, vt probatur in d. l. quod meo. §. fin. vbi Imo. not. & tenet hoc etiam Pau. de Ca. in l. 3. §. si quis nuntiet. ff. eo. & Alex. in d. §. si quis forte, & consil. 99. colu. fin. lib. 5. vbi dicit, ꝙ quum requiratur animus perdẽdi possessionem, vel obliuio; non sufficit, quòd alius sit in fundo l. 3. §. in amittenda. in fin. & l. si id quod ff. de acqui. posse. sed animus perdendi non adest, quando suspicor me non posse
26 repelli, & † obliuio nõ inducitur, nisi longo tempore l. si fideicommissa. §. Aristo ff. qui & à quib. Ista etiam sunt de mente Bald. in l. 2. col. 8. versi. sed quæritur an per negligentiam. C. de seru. & aq. vbi vult, colligi ex coniecturis, ꝙ quis ideò non redierit ad fundum ab alio occupatum, quia metuebat aduersarium, nam tunc triduo perditur possessio l. 3. §. eũ igitur. ff. de vi, & vi ar. & idẽ sentit Bal. in l. 1. col. fi. C. de seru. fugi. Sed in proposito Titus & Adrianus non suspicati sunt se posse repelli sicut superius expositum fuit, & nõ effluxit tam lõgum tempus, quòd induci potuerit obliuio.
27 Non obstat, quòd † licuerit expellere vi, & manu colonos, & alios opus facientes in agro, quia respondetur, quòd antiquior possessor retinẽs animo ciuilem, potest iuniorem turbantem eum in sua ciuili per apprehensionẽ naturalis deijcere, & expellere, & ita loquitur Bart. in l. 1. §. interdictum ff. vti possid. cum alijs pluribus adductis per Alex. in l. quẽadmodum. ff. de acqui. posse. sed iunior possessor nõ potest antiquiorem expellere, & sibi propria auctoritate ius dicere, etiam quòd esset Dominus l. extat ff. quod met. cau. l. si
28 quis in tantam. C. vn. vi, Imò † nec potest turbare, quia turbando vim dicitur facere l. vim facit. ff. de vi & vi arm. & pro hoc facit aperta decisio Iac. Butr. in l. 1. C. vti poss. superius relata, quam sequitur Bal. in d. c. licet causam col. 7. dicens quòd qui probauit de antiquiori possessione, probauit quòd aliquo tẽpore possedit solus pacificè, nemine inquietante, vnde nõ fuit licitum aduersario incipere cum inquietare propria auctoritate, quum inquietare sit delinquere. l. meritò. ff. pro soc. & multa alia allegari possent, quę omitto: vnde



vnde non poteſt Paulus iuuare ſe ex d. poſſeſsione violenta, nam prætor tuetur eum in poſſeſsione, qui nec vi, nec clàm, nec precario ab aduerſario poſsidet.l. 1. in prin. & §.
29 fi.cum l.ſeq.ff.vti poſſ. Non obſtat, quòd † d. Paulus habeat titulum ex teſtamento paterno iuncta legitimatione facta per Comitem Palatinum, & iunior poſſeſsio titulata vincit antiquiorem, vbi antiquior poſſeſſor non deducit iuniorem poſsidere clàm, reſpectu ſuæ poſſeſsionis: nam ſimpliciter deducendo, quòd clàm poſsidet, intelligitur deducere poſsidere eũ clàm reſpectu proprietatis, non reſpectu poſſeſsionis, vt Bar. ſcribit in l.ſi de eo.§.fi.ff.de acq.poſſe.& ſequitur Pau.de Caſt.Cũma.Imo.Roma.& Alex.& idem tenet Alex.conſi.81.lecto & diſcuſſo. col.6.lib.3.& conſ.88. Quoniam omne datum col.3.lib.5. Sed Titus & Adrianus hoc modo non deduxerunt clandeſtinam poſſeſsioné Pauli, ſed eam ſimpliciter allegarunt. Nam reſpondetur, quòd non conſtat de titulo Pauli valido & efficaci, attentis his, quæ contra d.legitimationem obijciuntur. Præterea iſtud, quòd Paulus poſsidet clàm reſpectu poſſeſsionis antiquioris, poſſent Titus & Adrianus etiã nunc deducere poſt con
30 cluſum in cauſa: nam † vbicunque aliquid patet ex actis, ita quòd non ſit opus aliqua noua probatione, ſed ſufficiat ſimplex allegatio, poteſt quandocunq; allegari, etiam poſt concluſionem in cauſa, vt Abb. ſcribit in c.dudum il 1. colu. 3. verſi.nota ibi vel ſi notorium de elec. Anto.de Butr.in cap. peruenit.colum. ſecunda. de emp. & vend. quem refert & ſequitur Alex.in l.vni.col. 1.verſi.ex prædictis manet, C.vt quæ des. aduo.vbi fortius vult, quòd hoc ſufficit deducere etiam in iuris allegationibus. Ad quod facit, quòd Bal.ſcribit in c.fin.verſi.quæro hic de proba.vbi vult poſſe allegari poſt concluſum in cauſa, litem non fuiſſe conteſtatam, quia id patet ex actis, & eſt quæſtio magis iuris, quàm facti. Cõ
31 firmantur premiſſa, quia † quis poteſt poſt concluſionem in cauſa declarare probationem iam factam, vt Feli. inquit in c.cum dilectus in 2.ampliatione. de fid.inſtru. per nota. per Dom.in proœ.6.in fi.& in c.ſi quis viduam.34. diſtinc.

Vnum eſt, quod mihi videtur facere contra Titum &
32 Adrianum, † nam vbicunque aliquis retinet poſſeſsionem animo ſuo, & corpore alieno, puta per ſeruum vel colonũ. Si fuerit ſeruus, vel colonus eiectus ab alio ingrediente poſſeſsionem, tunc ciuilis illius amittitur. Ita quòd habet deinde neceſſe eam de nouo recuperare, l. peregrè. §. quibus & ibi Barto.& omnes.ff.de acqui.poſſe.l.fin.& ibi Barto. Bal. Ange.& cæteri.C.de acqu.poſſe.glo.in l.1.§.non autem, in verbo retineo, & ibi Bar.ff.de vi & vi arm.& glo.in c. olim il primo in verbo præiudicium, vbi etiam Abb. de reſtitu. ſpolia.Are.conſi.32.Diligenter conſideratis col. pen. verſi. his modo ſic declaratis, de hoc etiam eſt bon.tex.in cap.ex parte il ſecundo de reſcrip. Nam vt habetur in præallegatis locis illa ciuilis, quæ retinetur animo, requieſcit ſuper naturali, quæ per ſeruum vel colonum retinetur: ideò illa, amiſſa naturali, ſuper qua quieſcebat, pariter extinguitur. Sed in propoſito, Paulus non ſolum verbis & minis, ſed etiam manu, & vulneribus colonos & operarios d. Titi & Adriani de predijs eiecit, quod patet ex teſtibus examinatis parte d. Titi & Adriani ſuper capitulo ſecũdo additionali. Inſuper cõ
33 ſiderãdum eſt, quòd quum d. Paulus apertè † & ſtatim poſt mortem patris ingreſſus fuerit poſſeſsionem vigore ſui tituli, videtur, quòd non poſſet dici clandeſtinus poſſeſſor, tanquàm bona fide adeptus fuerit poſſeſsionem, vt habetur in d.l.clàm poſsidere ibi, aut aliqua ratione bona fide nanciſcitur poſſeſsionem, & ita declarat ibi Paul.de Caſtr.& tenet Alex.conſi.118.In cauſa & lite vertente.col.ſecunda verſi. Item non obſtat lib.2.& ſequitur etiam conſi.6. Circa proceſſum cauſæ, col.3.verſi.& per hoc apparet lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Data, quæ ſoluitur in Monteferrato pro litibus, eſt quoddam vectigal, quod acquiritur legis diſpoſitione. & nume. 5.*

2 *Lis conteſtata nunquid haberi poſſit, eo, cuius intereſt, non petente. declara vt nu. 3. & 11.*

4 *Statutum diſponens, quòd nulla alia exceptio poſſit opponi contra inſtrumentum, niſi ſolutionis; nullam aliam, quanuis legitimam, exceptionem admittit.*

5 *Cauſa vbi eſt cœpta, impedimentum ſuperueniens non excuſat, quinetiam in cauſis arduis, quis teneatur mittere procuratorem.*

6 *Exceptiones non impedientes litis ingreſſum, litis conteſtationem non impediunt.*

7 *Compromiſſi exceptio impropriè dicitur dilatoria, & cum non impediat curſum inſtantiæ, poſt litem conteſtatam poteſt opponi.*

8 *Inſtantia non currit, niſi à die litis conteſtatæ.*

9 *Petitioni reſponſum non dicitur per exceptiones dilatorias & declinatorias, nec per reſponſiones factas poſitionibus.*

10 *Confeſſio debiti in iudicio facta per conuentum animo ſoluendi ſtatim impedit litis conteſtationem: ſecus ſimpliciter facta.*

12 *Statutum diſponens, quòd poteſtas debeat agnatos cogere ad compromiſſum, intelligitur ſi fuerit petitum.*

13 *Lis vt habeatur conteſtata intra decem dies ab oblata petitione, fauore reipub. ſtatutum fuit, nec conſenſus iudicis & partis poteſt contrarium operari.*

14 *Dictio, &, coniungit æquè principaliter, dictio, cum, acceſſoriè.*

16 *Fictio quando ſine hominis miniſterio operetur.*

17 *Liti conteſtatæ miniſterio legis inductæ factum prætoris non derogat.*

18 *Litis conteſtatio, cum de iure communi pendeat à partium voluntate, non inducitur, ſi reus reſpondet libello animo litem non conteſtandi, ſecus ſi ex ſtatuto voluntas partium non requiratur.*

19 *Lis vbi per decretum habetur pro conteſtata, nunquid requiratur declaratoria.*

20 *Declaratoria tunc requiritur, quando factum reuocatur in dubium, ſecus ſi eſt notorium.*

21 *Contumax vbi ex forma ſtatuti habetur pro confeſſo, tunc interloquutoria non requiritur, nec partis aduerſæ accuſatio contumaciæ, & nu. 28.*

22 *Feudi alienatio per Vaſallum vbi eſt manifeſta, non requiritur ſententia.*

23 *Acta faciunt notorium & manifeſtum, quæ habent vim ſententiæ.*

24 *Contumax in non reſpondendo poſitionibus, quare de iure communi non habeatur pro confeſſo.*

25 *Contumax, quando habetur pro negante, veluti non reſpondendo petitioni, interloquutoria non requiritur.*

26 *Iudex, ſi non obſtante declinatoria fori, ad vlteriora procedit, tacitè ſuper declinatoria videtur pronunciaſſe.*

27 *Verba, ipſo iure, idem important, quod ſtatim, incontinenti, mox, confeſtim, & ſimul.*

29 *Probationes ante litem conteſtatam fieri non poſſunt.*

30 *Verbum ſtatim appoſitum in diſpoſitione legis importat, vt ſententia non requiratur.*

31 *Appellans vbi de nullitate dicit, & iudex pronunciat bene iudicatum, & male appellatum, tunc non debet amplius de nullitate quæri quod declara vt ibi.*

32 *Iudex, quando defectus reſpicit ſolum ſententiam, poteſt ſententiam nullam reformare, ſecus ſi defectus etiam reſpiciat omnia acta proceſſus.*

33 *Appellationis iudex non poteſt ſupplere defectum proceſſus, qui totus eſt ineptus.*

34 *Litis conteſtatio ſi omittatur, non tantum ſententiam, ſed etiam viciat omnia acta.*

35 Appellationis

35 *Appellationis iudex non habet aliud cognoscere, nisi quomodo primus iudex se habuerit in iudicando.*
36 *Senatus licet in principali causa possit procedere lite non contestata, tamen quãdo iudicat, vt iudex appellationis, debet inspicere an primus iudex seruauerit leges sui fori in procedendo & diffiniendo.*
37 *Scripturam, qui producit, & ea vtitur, fateri censetur, quæcunque ibidem continentur.*
38 *Soluere, qui partem incipit, rem petitam fateri videtur.*
39 *Consultorem qui petit, is tenetur ad salarij solutionem.*
40 *Decreta Principum non debent esse illusoria.*

CONSILIVM. 573.



ETVS extat decretum, quo petitioni coram Iudice oblatæ intra decẽ dies tenetur respondere conuentus, in quo termino siue ipse reus responderit siue non, habeatur lis pro contestata & fiat solutio de data secundum antiquã cõsuetudinem ad rationem decem pro centenario per vtramq; partem post litem contestatam, vel habitam pro contestata, saluo si ipse reus petitionẽ actoris confessus fuerit, & iudicium declinauerit, tunc non fiat de data solutio: vnde autem decretum hanc solutionem, ad rationem decem pro cẽtenario faciendam Principi vocet datam, fateor me ignorare, credo nomen esse barbaricum, nam vt ex historijs est notissimum, ab extremis orbis terræ prodeuntes totam fere Italiam occupauerant. Vel dici põt,
1 quod † istud vectigal inuentum fuerit ad similitudinẽ eius, quod soluitur Romæ pro data rescriptorũ Pontificis: si Suetonio credimus C. Caligula Imperator primus vectigalia noua instituit pro litibus, atq; iudicijs vbicunq; conceptis; capiebat autem quadragesimam summæ, de qua litigaretur, nec sine pœna, si quis composuisse vel donasse negotiũ conuinceretur. Reperio etiam quod Ioan. Pet. de Ferr. qui fuit olim Vicarius generalis nostrorum Principum, dicit in practica sua in for. rei conuen. super gloss. in verbo non tamen animo litem contestandi, quod in Mõteferrato & alibi soluitur decima litis, & quandoq; minus secundùm consuetudinem regionis, & in quibusdam partibus nihil exigitur, & soluitur decima Domino, vel communi, quæ in Mõteferrato Data vocatur: Item de statuto mãdante solui decimam pro eo, quod petitur, meminit Bal. in Aut. generali col. pen. C. de episc. & cleri. vbi vult, ꝙ si petitur fundus, vel domus, debet fieri rei æstimatio per glo. ibi, & per tex. in l. si ita fideiussorem accepero. ff. de fideiuss. Non fit etiam dubium, quod hęc data, quæ est quoddam iudiciarium vectigal, non pertineat Vasallo inuestito de loco cum mero & mixto imperio, cui debentur omnes reditus, & emolumenta, quæ percipiuntur in prima instantia de causis ciuilibus omnibus & criminalibus. In præsenti autem controuersia, quod data hæc debeatur Vasallis insulæ, seu eorũ fisco ostẽditur quadruplici fundamento. Primũ est, quia habent Vasalli intentionem fundatam, ꝙ sibi data debeatur, ex petitione producta coram eorum iusdicente, per Petrinum Peliparium nepotem contra Gilardinum patruum stante decreto, de quo supra & eius forma seruata. Fuit enim notificata petitio reo personaliter transmissa copia, seu exemplo libelli, & iussus respondere petitioni intra decem dies, & litem super ea legitimè contestari, & qui seruat formam legis, beneficio eius gaudere debet l. fi. §. & si præfatam C. de iu. delib. Sed contra hoc fundamentum objciuntur quedã, quibus respondẽdum venit. Objicitur igitur primo per D.
2 Aduocatum reorum, ꝙ licet decretum, ꝙ si intra decem † dies, siue reus responderit siue non, lis habeatur pro contestata, intelligitur actore, vel saltem iudice, vel alio, cuius intersit volente, seu petente, vt dicit gloss. in cap. fin. in verbo expensis de rescrip. cum alijs multis cumulatis per Feli. in c. sinautẽ col. 3. de rescrip. & per Ias. in l. vniuersa, C. de prec. Impe. offe. quod procedit etiam, si lex disponat ipso iure, quòd non facit decretum præsens, vt est glo. no. in l. scimus in prin. & ibi Alber. & Bart. C. de inoff. testa. & videmus in compensatione, quæ licet fiat ipso iure, intelligitur tamen parte opponente l. fi. C. de compen. Sed in casu isto pars cõuenta opposuit exceptionem infirmitatis & compromissi, & ipsam exceptionem compromissi, pars actris admisit, & pariter iudex in suis ordinatis, & nemo cuius intersit, petijt, vt lis habeatur pro contestata: ideò non potest lis habe-
3 ri pro contestata. Sed † respondeo prædictis, ꝙ cum decretum velit lapso termino 10. dierum litem haberi pro contestata, & excipiat tantùm vnũ casum, si pars confiteatur, dico ꝙ per alias exceptiones non potuit impediri, quin lis habeatur pro contestata, quęcunq; illę sint, per illud, quod Barto. scribit in l. 1. §. & parui ff. quod vi aut clàm, vbi vult, ꝙ
4 quando † statutum dicit, ꝙ nulla alia exceptio possit opponi contra instrumentũ, nisi solutionis; nulla alia poterit opponi, licèt sit legitima, quia debemus inhærere verbis statuti, quanquàm duris l. prospexit ff. qui & à qui. & decis. Bartotus mundus sequitur, vt Alex. dicit consil. 94. Clarissimè Domine col. 2. libr. 4. ideo exceptiones istæ infirmitatis & compromissi posito, quòd essent de impedientibus litis ingressum secundùm iura communia, non possunt impedire, quin secundũ dispositionem decreti lis habeatur pro cõtestata, & maximè, quia exceptio illa infirmitatis est friuo-
5 la: nam † quando causa est cœpta, impedimentum superueniens non excusat, quinetiam in causis arduis, quis teneatur mittere procuratorem. l. eundem §. 1. ff. de lega. glo. & Bar. in l. fi. ff. de in integ. restitu. imò si causa esset tantummodo præparata, & reus sciebat secundum Bald. in l. ab eo col. 2. versi. quæro vtrum absens C. quo. & quan. iudex: & considerandum est etiam, quòd iste reus, qui excipit, iam cõsti-
6 tuerat procuratorem, vt patet ex processu. Pręterea, † vt dictum est in prioribus scriptis istæ exceptiones duæ infirmitatis & compromissi non impediunt litis contestationem, quum non numerentur inter exceptiones impedientes litis ingressum, & hoc etiam fatetur Aduocatus aduersarius, & de exceptione compromissi, de qua poterat magis esse dubium, quod lis contestata possit opponi vsq; ad publicationem processus, tenet quidam Moder. Doc. in suo tracta. de statuto cogente ad compromissum, per no. per Bar. in l. 1. C. vbi in rem actio. & Pau. de Ca. cons. 320. In causa ap-
7 pellationis lib. primo vbi dicit, hanc † exceptionem compromissi impropriè esse dilatoriam, & patet etiam ex eo, ꝗa in causa principali cõpromissum nõ impedit cursum instantiæ, vt Bar. scribit in l. properandum in prin. & ibi cæteri C. de iudi. Can. in c. pen. de iudi. Spec. in tit. de offi. deleg. §. restat versi. Sed nunquid de tempore, Imo. in c. de causis eo. ti. ex quo datur intelligi, ꝙ post litem cõtestatam exce-
8 ptio compromissi opponi possit, quum † instantia non currat, nisi à die litis contestatæ d. l. properandum in prin. Vlteriùs d. Gilardinus reus detractans nunc solutionem datæ coarctatur ex vtroque latere: nam aut vult dicere se respondisse petitioni, aut non respondisse; nam inter hæc duo non est dare mediũ. Si respondit, habeo intentum, quia lis verè est contestata. Sinautem non respondit, lis habetur pro contestata secundùm dispositionem. d. decreti, & magis est dicendum, ꝙ non responderit, quia vt reus dicatur respondere petitioni seu libello actoris, oportet ꝙ respondeat ad propositum, & super eo, quod principaliter deducitur per acto-
9 rem; vnde per exceptiones dilatorias vel declinatorias non dicitur responsum petitioni, imò nec per responsiones factas positionibus, quia tunc respondet particulariter, & nõ vniuersaliter, vt est tex. clarus in c. 1. de lit. cõtest. & ita Bar. & Bal. dicunt & ibi alij in l. 1. C. de lit. contesta. pro quo bonus tex. in l. rem non nouam §. patroni, ibi post narrationẽ propositam, & contradictionem obiectam. C. de iudi. & facit etiam, quod scribit Spec. in titu. de lit. contes. §. secondo versicu. quid si reus, vbi dicit, quòd si reus dicat, nolo litigare,

gare, nec aliter contradicit petitioni, non est inducta litis
contestatio, & per consequens non est petitioni data respő
sio, quia nescitur, an neget, vel confiteatur, vt ibi ipse latius
prosequitur, requiritur ergo, ꝙ ille, qui vult respondere pe-
titioni, neget intentionẽ actoris, dicendo ius ei non compe
tere, vel negando narrata prout narrãtur, & petita prout pe
tuntur fieri debere, vt volunt doctores in locis vulgaribus,
quod non est factũ in casu nostro, ideò lis debet haberi pro
contestata, excipit statutum tantùm vnum casum, videlicet
si confessus fuerit, & iudicium declinauerit, vt superius est
dictum, illud autem quod subditur, & iudicium declinaue-
10 rit, intelligitur super eadem confessione, vt † quia confite-
tur debitum animo statim soluendi, aliàs per simplicem cõ
fessionem fit litis cõtestatio affirmatiuè, & fertur super ea
sententia diffinitiua, vt Bar. declarat, in d. l. 1. in fin. C. de lit.
contest. & tenet etiam ibi Bal. Pau. de Cast. & Sali. & Bal. in
l. si reus paratus. ff. de procu. & isto etiã casu fiet solutio da-
tæ, quia non satis est ꝙ confiteatur, nisi etiam iudicium de-
11 clinet per solutionem. Nec facit † aliquid, ꝙ debuit peti ab
actore, vel alio, cuius intersit, vt lis haberetur pro contesta-
ta, per allegata in cõtrarium: quia respődeo, ꝙ illa loquun-
tur, vbi lex disponit in fauorem alicuius specialiter, vt si sta
tutum disponat, ꝙ si forensis conueniat ciuem, debeat præ
stare fideiussionem de expensis, aliter processus non valeat,
12 intelligitur si à parte petatur talis fideiussio. Eodem† modo
si statutũ disponat, quod potestas debeat agnatos cogere ad
compromissum, intelligitur si fuerit petitum. Similiter stan
te statuto, ꝙ iudex in ferenda sententia teneatur requirere
consilium sapientis, intelligitur, si fuerit petitum consilium.
Item si statutum disponat, ꝙ priores teneantur committe-
re cãm appellationis, intelligitur si fuerit postulatum. Hæc
& multa alia similia ponunt moder. in l. vniuersa & Felin. in
13 d. c. si autem. col. 3. Sed in casu nostro, quod lis † habeatur
pro contestata intra. 10. dies ab oblata petitione, statutum
fuit in fauorẽ reipub. nã publicè interest lites celeriter ter-
minari l. properandum in prin. C. de iudi. & voluit decretũ
tollere moram in litis contestatione per dilatorias vel decli
natorias exceptiones, & eam etiam, quæ de iure communi
oritur ex forma verborum: quæ requiritur in litis contesta-
tione: vnde cum hoc sit inductũ fauore publicæ vtilitatis,
consensus iudicis & partis nihil potest operari in contrariũ,
videmus in simili, quòd quum instantia sit introducta fauo
re publico, ne nimis lites in longũ protrahantur, non potest
consensu partium, & iudicis prorogari, vt habetur in dict. l.
properandum in prin. vbi Alex. post alios dicit hoc proce-
dere etiam in instantia præfixa à statuto. Potest etiam dici,
ꝙ istud, ꝙ lis habeatur pro contestata intra illos decẽ dies,
fuisset inductũ fauore Principis, cui data debetur. Nã æquè
principaliter decretum respicit solutionem datę, ac modũ
procedendi, quod patet ex rubrica, vbi dicitur, de quæstio-
14 nibus à viginti florenis supra, & solutione datæ, quia† con-
iunctio illa, &, copulat æquè principaliter, & in hoc differt
ab alia coniunctione, cum quæ iungit accessoriè vt Barto.
tradit in l. si cui. ff. de fun. instruc. & idem colligitur ex ver-
bis decreti, dum dicitur, quòd habeatur lis pro contestata,
& fiat solutio datę infra terminum per iudicem statuendũ,
Vnde colligitur, ꝙ istud haberi litem pro contestata siue
reus responderit siue non, fuit etiam inductum respectu da
tæ, cui acquirendæ non est opus ministerio partis vel iudi-
15 cis, quum † sit quoddam vectigal, quod acquiritur ex legis
dispositione. Præterea obiecta loquuntur, quãdo simplici-
ter statutum disponit, ꝙ aliquid fiat, quo casu non acquiri-
tur id, quod prouisione statuti dispositum est, nisi fuerit ac-
ceptatum l. inuito. ff. de reg. iu. nos autem sumus in decreto,
16 quod fingit, quo casu † fictio operaĩ sine hominis ministe-
rio quia lex apta est per se fingere. l. qui in vtero & l. fi. ff. de
stat. hom. l. bello. ff. de excu. tuto. Decretum autem nostrũ
habet lapsum illum. 10. dierum datorum reo ad respődendum
libello pro litis contestatione; sicut etiã in summarijs,
in quibus non requiritur litis contestatio, lex habet primũ
actum, qui fit super meritis causę, pro litis contestatione gl.
in ca. 1. in verbo absentia de elec. in 6. & tradit Cin. Bart. &
Doct. in l. nulli. C. de procu. & tradit Roma. consi. 174. Spe
ctabilis Domine. col. 1. versi. quòd autem in proposito, vbi
dicit, quòd ficta tunc est litis contestatio, quòd ante eum di
xit Bal. in l. nihil. C. de procu. lex enim in talibus fingit litis
contestationem, vsq; eò, ꝙ quando imponitur pœna persi-
stenti, vsq; ad litis contestationem, vt l. in criminali. C. de iu
risd. om. iud. & in c. si diligenti. de foro compe. & in c. inoli-
ta. 1. q. 1. pœna habet locum in causis, in quibus non fit litis
cõtestatio, vbi iuratur de calũnia, vel alius fit primus actus
concernens merita causæ, vt dicit Pau. de Leaz. & Card. in
Cle. sæpe. §. nõ sic tamen de verb. signi. prout ibi refert D.
Georgius Natta patruus meus 5. not. nec reperitur, ꝙ tunc
vbi lex habet illum actum pro litis cõtestatione, ꝙ pars de
beat petere, & acceptare, vt lis habeatur pro contestata, &
ꝙ iudex debeat istud per sententiã declarare, de qua decla-
ratione aliquid inferius dicã. Ex prædictis patet responsio
ad id, quod dicĩ, ꝙ pars actrix petijt cõpromissum, & fuit
acceptatũ per reum & per iudicẽ in ejus ordinatis, quia per
d. exceptiones, vt ẽt fatetur Aduocatus rei, nõ impeditur li
17 tis contestatio; & † ex quo lex habet litem pro contestata,
Prætoris factũ iuri non derogat. l. 1. in prin. ff. de fer. & eo-
dẽ modo partes non possunt iurisdictionis mutare formã,
& iuri publico derogare. l. testãdi. C. de testa. l. nemo potest.
18 ff. de lega. 1. quod comprobatur, quia † iure communi à vo
luntate partium litis contestatio pendet, & ideò si reus re-
spondet libello animo litem non cõtestandi, non inducitur
litis contestatio, vt Scrib. dicũt in l. vni. C. de lit. cõtest. & in
c. 1. eo. ti. Sed in casu nostro non requiritur voluntas partiũ,
quia siue reus respőderit petitioni, siue non, lis habetur pro
contestata. Vlteriùs non apparet, ꝙ iudex & pars nõ habue
rint litem pro cõtestata, ex quo exceptiones oppositæ sunt
huiusmodi, vt etiam post litem contestatam opponi pos-
sunt, & licet exceptio compromissi, & infirmitatis, sint hu-
iusmodi, vt in fine litis reseruari earum discussio nõ possit:
tamen satis est quòd litis contestationẽ impedire nequeũt:
in eo autem, quod actor petijt fieri cõpromissum, ostendit
se adhuc velle litigare, & sic non declinat iudiciũ, quod est
quando statim vult soluere post confessionem vt superius
19 est dictũ. Secundò† obijcitur, ꝙ licet ex forma decreti ha-
beatur lis pro contestata, requiritur declarari litem habitã
pro contestata, & ad hoc quædam adducuntur per aduersa
rium aduocatum. Sed ad hoc respondeo primò, ꝙ licet vbi
lex pronunciat super facto, requiratur facti declaratoria, il-
lud non procedit quando manifestum est iudici illud factũ
fuisse admissum, quia tunc declaratoria non est necessaria,
vt Feli. tradit in c. cum non ab homine col. 5. de iudi. in 1. li-
mita. ibi posita, vbi allegat no. per Abb. ibi & in c. peruenit
il 1. de appel. & Domi. in c. cũ secundùm 1. no. de hæret. in
6. & in c. ordinarij. §. ꝙ si fortè de off. ordi. in 6. ponderat ẽt
subtiliter Bal. in l. iubemus. §. sanè col. pe. C. de sacros. eccle.
20 dum † dicit si factum reuocatur in dubium, requiritur de-
claratoria, ergo in notorio secus & addo Bald. in l. 1. col. 4.
21 versi. scias aũt. C. ex delic. defunc. dicens ꝙ vbi† statutũ ha-
bet contumacem pro confesso, nõ est interloquendũ, quia
de contumacia patet ex actis, nisi negetur cõtumacia, & di
cit Bal. in l. si tutor C. de interd. matri. ꝙ vbi quis non com
parens in termino assignato habetur pro confesso, non est
necesse, ꝙ pars aduersa accuset contumaciã, quia ista con-
fessio procedit ex dispositione legali, ad cuius effectũ non
requiritur personæ pręsentia. Si ergo nõ requiritur accusa-
tio contumaciæ, ergo nec interlocutoria, quæ requirit par-
tis instantiã: reperio ẽt, ꝙ Bal. in c. 2. de feu. sin. cul. nõ amit.
22 dicit, ꝙ † vbi Vasallus alienat feudum, & manifesta est alie
natio, non requiritur sententia & hoc procedit secũdùm re
23 gulã, quæ habet, ꝙ † notoriũ habet vim sententiæ, vt Bart.
dicit in l. ictus fustiũ. ff. de his, qui no. infam. cũ cõcord. Sed
acta faciũt manifestũ & notoriũ, vt no. Inn. in c. ex insinua
tione de appell. & ex actis constabat Iudici eum nõ respon
disse libello, & minimè confessum fuisse, ergo nõ require-
batur alia declaratoria, quum sufficeret dispositio decreti,
quæ

quæ habet litem pro contestata, & profecto nescio videre in hoc casu, quid opus esset declaratione, quum siue respondeat reus, siue non, lis habeatur pro cõtestata: nõ enim erat
24 in potestate iudicis aliud pronunciare, ideò † de iure communi contumax in non respondendo positionibus non habetur pro confesso, quia cõmittitur motui iudicis an sit cõtumax in respondendo c.1.ibi sine rationabili causa.de confes.in 6.vt Bal.declarat in ca.1. §.Vasallus il 2.si de feu. defun.fu.cõtr.in dom.& Vasal.Accedat quod Bal. scribit in l. vnica.col.22.versi.sed nunquid cõtumax.C.de confes. vbi
25 dicit, ꝙ † quando contumax habetur pro negante, vt est qñ est contumax in respondẽdo interrogatorijs factis ante litem contestatã, interlocutoria non requiratur. Sed hic cõtumax in respondendo petitioni habetur pro negante petitionem, ex quo lis habetur pro contestata, igitur interlocutoria non requiritur. Et aduertat quia aduersarius Aduocatus plures allegat decisiones, quæ vel non faciunt ad propositum, vel iuuant partem nostram: nam quo ad auctoritatem Barto.in l.eius qui delatorem.ff. de iur. fisci, ipse ibi, vt omnes dicunt, valdè confusè loquitur. Secundò respõdeo, quòd fuit facta declaratio saltem tacitè, litem habitam esse pro contestata, ex eo, quod scribit Ange. de Are. in tracta. malefic.super glo.qui iudex videns versic. quæritur tamen vbi vult, quòd stante statuto, quòd inquisitus de crimine si sit contumax, habeatur pro confesso & conuicto, tutius sit, quòd fiat interlocutio super cõtumacia; tamen si postea iudex de delicto condemnet, & imponit pœnam limitatam à statuto, videtur tacitè declarasse super ipsa contumacia, & quòd habitus fuerit pro confesso, sicut dicimus de iudice,
26 qui † non obstante declinatoria fori ad vlteriora procedit, tacitè super declinatoria videtur pronunciasse.l.2.§. si dubitetur.ff.de iudi.& illam decis. Ange. sequitur ibi Augu.in addit.ex quo illam non improbat. Sed in proposito quum sit lata sententia diffinitiua super meritis, videtur tacitè pronũciatum litem habitam pro contestata, ex quo aliter sententia non valuisset. Tertiò respõdeo aliter: nam in decreto. 7. quod sequitur illud de solutione date, continetur, quòd petitiõe oblata, & parti notificata, & lapso termino reo assignato ad respondendũ petitioni, currat terminus vnius mensis cõtinui actori ipso iure opponẽdi & probandi &c. põdero ꝙ decretũ vult: ꝙ lapso termino assignato reo ad respondendũ terminus vnius mensis currat ipso iure actori, idest
27 statim † & incontinenti, nam idem est dicere statim, incontinenti, mox, confestim, quod dicere ipso iure, & ecõtra, vt Alex.scribit consi.139.Viso puncto.col.2.lib.7.vbi ad hoc adducit infinita. Si igitur lapso termino.10. dierum dato ad respondendũ, statim incipit currere actori terminus vnius mensis, ad probandũ tanquàm lite habita pro contestata,
28 quomodo dici potest, ꝙ † requiritur accusatio contumaciæ, & interlocutoria iudicis declarantis litem haberi pro contestata? ista enim requirunt morã & dilationem: ergo non statim curreret terminus mensis actori, si huiusmodi accusatio & sententia requireretur: sciuisset enim decreti conditor dicere, quod à sententia iudicis pronunciantis litẽ habitam pro contestata, currat actori terminus vnius mensis, si id voluisset; sed illud potius studuit gratia expediendarũ, q̃cicitissimè litium, vt ipso iure, idest statim, & mox prædicto termino dato reo ad respondendum lapso, curreret terminus actori: & hoc maximè conueniebat superiori decreto, quo fuerat cautum, quòd siue reus responderit, siue non, haberetur lis pro contestata: Ad quid enim requisiuisset, præfatam pronunciationẽ, quum necesse illi foret sic pronunciare? non considerato quid reus responderit, nam si reus responderet petitioni, siue non, litẽ pro contestata haberi statuebat: pronũciatio enim requiritur in rebus dubijs, & vbi vtroq; modo potest pronunciari: non in rebus claris & certis. Et considerandum est hoc arg. quia valdè vrget: nã si necessaria esset sentẽtia, vt lis habeatur pro contestata; nõ curreret statim, & ipso iure terminus ad probandũ actori: sed
29 oporteret expectare sententiam, quum † ante litem contestatam probationes fieri non possent: & pro cõfirmatione

30 prædictorum, adduco Bar.in l.1.col.1.ff.iudi.sol.vbi vult, † quod verbũ, statim, appositũ in dispositiõe legis importat, quòd non requiratur sententia iux.no.in §.1.in Auth.de incest.nup. Et quia Illustriss. Senatus non tã mouetur iuris apicibus, quàm meritis negotij: Si Girardinus reus confessus, aliquo modo fuisset, vel saltem innuisset tacitè se paratũ diuidere bona communia inter ipsum & Petrinum nepotẽ, videretur aliquid qualitercunq; afferre ad impediendum solutionem datæ: sed ipse in processu in cedula incipiente cõmisio, producta die.16. Iunij in prima instantia coram iusdicente insulæ, dicit ꝙ nullas habet proprietates cõmunes cũ d.Petrino, item in alia cedula incipiente literæ Marchionales dicit, ꝙ nil alienum possidet, nec in controuersia, habet respectu eorum, quæ continentur in precibus d.Petrini: qua igitur fronte inficiari potest litem contestatam, & subsequenter solutionem datæ, quum apertè neget intẽtionem actoris? nam illam exceptionem compromissi opposuit etiam more reorum causa diffugiẽdi & dilatandi iudicium: quum noluerit rem per arbitros decidi, non præsentando prout iussus fuerat arbitrum per eius vxorem nominatum, vt ex processu apparet. Et apertissimè adhuc in cã appellationis negat intentionẽ agentis, prout videri põt.

Vlteriùs postquam fuerat pronunciatum super competentia iudicis, & iussus respondere petitioni, cõparuit reus, & petijt pronũciari de cõsilio iurisperiti de exceptione infirmitatis allegata: quod sanè ostendit litem habitam pro contestata, quia infirmitas superueniens pendente lite non impedit litis ingressum, & secũdùm formam decreti nulla exceptio declinatoria, vel dilatoria possit opponi ad impediendum litis cõtestationem præter declinatoriam iurisdictionis: & non est quęrendũ de forma verborum, quia siue responderit petitioni siue non, lis habetur pro cõtestata.

Aliud fundamentum est, quia Gilardinus cõdemnatus, in appellatione interposita corã iudice a quo, deducit nullitatem d. sententiæ ob exceptionem infirmitatis oppositã, & quia lis non fuit contestata saltẽ legitimè: Item quòd de nullitate dixerit apparet in processu fol.48.in supplicatione de qua ibi, & pariter in processu secundę instãtiæ in cedula incipiente à quadã sententia, &c. Præterea in libello appeltorio, petijt d.Gilardinus pronunciari nulliter vel saltẽ malè per primum iudicem iudicatum fuisse, quia sententia lata fuit contra infirmũ, & per iudicem incompetentem, & lite non cõtestata. Deinde in subsequẽtibus negat diuisionem fieri, & rationẽ petitam per actorem administrationis suæ reddi debere, & sic ingressus est merita causæ. Tandem Illustriss. Senatus confirmauit primam sentẽtiam super meritis, pronunciando malè appellatũ, & benè iudicatũ, & insuper reum contentum in expensis condemnauit. Ex his igitur liquet, litem contestatã, seu veriùs pro contestata ha-
31 bitam fuisse, nam vbi † in iudicio appellatorio deducta est nullitas, & iudex pronũciat super meritis, videt̃ tacitè pronunciare nullitatẽ non obstare, & de tali nullitate non licet amplius disputare, hoc voluit Bar.in l.si expressim colu.2. vers.videndum est an in casibus.ff.de appel. vbi vult, ꝙ vbi appellans de nullitate dixit, & iudex pronunciat benè iudicatũ, & malè appellatũ, non licebit amplius de nullitate iterum quæri, quum semel sit de hoc quæsitũ, & iudicatũ, l.2. C.si ex fal.instr.& l.fin.C.de fid.instr.& hoc dicit Bar.procedere, quando iudicatũ fuit malè appellatum propter defectum iustitiæ: secus si propter cursum fataliũ deserta fuit appellatio, & sequitur ibi Imo.col.8.vers.circa quartum an dato, idem dicit Bar.in l.1.vers. circa tertium.C.quan.prouo.non est necesse, Ant.de Butr. Imo. & Abb.in c.dilecto de appel.& sequit Philip.Franc. in rep.q.48.quod maximè intelligit procedere, vbi nullitas in specie deducta fuit. Idẽ tenet ibidẽ nouissimè Dec. post Cuma.quẽ allegat & sequtur Alex.cõs.111.Viso themate suprascripto ver.2. præsuppono lib.5.vbi dicit quod oẽs hoc firmant, & nemo discrepat ab hac opinione. Non obstant modò: quæ allegantur per aduersarium Aduocatum in oppositum, &.1.allegat,
32 quia etiam, quòd † sentẽtia esset nulla, potest iudex dimisso

articulo nullitatis pronunciare super meritis quando sibi constat de iustitia: vt Barto. dicit in l. si expresśim. col. pen. ff. de appel. & in l. si vt proponis la 1. C. quo. & quan. Iu. & in l. iudex. ff. de re iudi. cum alijs pluribus concordantibus adductis per Alex. consi. 181. In causa & lite prope finem lib. 6. & in alijs consilijs pluribus per eum adductis. Sed in hoc apertus est error Do. Aduocati: quia verum est, quòd quando defectus respicit solùm sententiam: vt quia lata sit die feriata, vel in ea error sit expressus: vel lata sine citatione partis, tunc verum est, quòd iudex potest sententiam nullã de nouo reformare, quum cesset causa, propter quam sententia est nulla: sed quando defectus est in substantialibus processus, & respicit talis defectus, non sententiam solùm, sed vniformiter oĩa acta, vt quando deficit libellus, & litis contestatio, tunc non potest iudex reformare sententiam nullam, quũ defectus non cesset, qui eã reddebat nullã: ita inquit Spec. in titu. de senten. prolat. §. iuxta versi. sed si causa Bar. in d. l. si vt proponis la 1. versi. quæro vtrũ Iudex. Badl.
33 in l. 2. q. 14. C. de resc. vẽd. vbi dicit, quòd † quãdo totus processus est ineptus, Iudex appellationis non potest supplere defectum, allegat tex. optimum in ca. cum dilecti de emp. & vendi. idem tenet Anto. de Butr. Imo. & Abb. in c. dilecto. de appella. & tradit Alex. in l. iudex postquàm. col. pen. ff. de re iudic. & consil. 79. Perspectis verbis lib. 2. & consil. 59. Quæritur an stante. colum. penul. lib. 5. vbi allegat simile de eo, qui nulliter possidet, vt non possit possessionem nullam, mutare in aliquam, nisi noua superueniente causa. l. cum nemo. C. de acqui. posse. l. non solum. §. quod vulgo. ff.
34 de vsucap. Modò in proposito deducebatur nullitas, quæ † est de substantialibus processus, & quæ non sententiam solũ, sed omnia pariter acta viciabat, videlicet non esse litem contestatam iux. no. per glo. Bar. & omnes in l. prolatam. C. de senten. & interlo. omn. iud. Vnde cum Illustriss. Senatus iudex appellationis tulerit sententiã super meritis causæ cõfirmando sententiam primi iudicis, dicendum est, quòd tacitè pronunciauerit nullitatem deductam nõ obstare, quũ stante d. nullitate, si vera extitisset, sententiam super meritis reformare non posset, sed super nullitate d. sentẽtiæ erat pronunciandum. Præterea senatus, ad quem per viam appellationis fuit recursum, non reformauit sentẽtiam primi iudicis, sed simpliciter dixit male appellatum & bene iudicatum. Si igitur bene fuit iudicatum, ergo facta fuit litis cõtestatio, quum litis contestatio sit de ordine solenni iudiciorum, vt no. in d. l. prolatam. Non obstat aliud, dum dicitur, ꝙ senatus confirmando sententiam iudicis super meritis, non habuerit litem pro contestata, quia cum coram eo procedatur summariè sola facti veritate inspecta non requirebatur litis contestatio Clem. sæpe de verb. signi. quia prædictis respondeo, & vereor ne aduersarius aduocatus lusus gratia hæc scribat: nam quum Senatus in oppidis feudata-
35 riorum, non sit, nisi iudex † appellationis, & vt iudex appellationis fuerit aditus, non habet aliud cognoscere, nisi quomodo primus iudex habuerit se in iudicando, quod voluit Io. Andr. quem ibi sequitur Petr. de Ancha. & Domi. in ca. dispendia de rescrip. in 6. vbi inquit, quòd in appellatione à diffinitiua non tractatur directè de principali quæstione: sed an benè vel malè fuerit iudicatum. l. eos. C. de appella. & hoc notum est lippis & tonsoribus. Et dicit Bal. in l. nulli in fi. C. quo. appel. non recip. quòd in appellatione à diffinitiua nõ agitur de cognoscendo, sed de cognito exequendo: allegat Ioan. Monac. in cap. Romana de appella. Clarũ est etiam, ꝙ iudex appellationis in cognoscendo an benè vel malè fuerit iudicatum, debet inspicere in his, que respiciũt ordinem iudiciorum, leges primi iudicis vbi de validitate sui processus tractatur, & idem est in his, quæ respiciunt decisionem causæ, an secundum eas rectè iudicauerit, vt est text. in Auth. vt quum de appella. cogno. in princip. & tradit Ioan. Andr. in rubr. de consuet. & Bald. in titul. de pac. Constant. in §. in causis in 1. gloss. in tertio nota. & Alexan. latè consil. 64. Circa dubitationem præmissam lib. 6. vnde
36 † posito, ꝙ Senatus in causa principali possit procedere lite non contestata: tamen quando iudicat, vt appellationis iudex, debet inspicere, an iudex primus, à cuius sententia fuit appellatum, & de nullitate dictum, seruauerit legis sui fori, in procedendo, & diffiniendo: Ideò Senatus confirmando sententiã primi iudicis tãquàm ritè latam, videtur habuisse in primo iudicio litem pro contestata, prout in principali causa decreta requirunt, & nullitatẽ hanc processus & sententiæ, quę adducebatur per partem multis clamoribus asserentem litem non fuisse contestatam, tacitè (sicut poterat & debebat) reiecisse.

Vltimum fundamentum est, quòd ad instantiam præfati rei, quum tractaretur de ista data, & fructus quosdam ratione d. datæ, iusdicens pignori accepisset, & eos subhastare incœpisset. Principes nostri pręceperũt per geminata rescripta quatenus solutis scutis quindecim pro nunc pro parte datæ, restituat fructus pignoratos, & ꝙ de residuo exinde fiet opportuna prouisio: Et istis rescriptis vsa est pars, & obtinuit virtute illorũ, fructus pignoratos sibi restitui, vnde vi
37 detur fateri, per hæc datam deberi, nam † vbi quis producit scripturã & ea vtitur, fateri censetur, quæcunq; ibidem continentur c. cum venerabilis, & ibi Doc. de excep. l. cum precum. C. de libe. cau. ponit Bart. in l. post legatũ. ff. de his, quib. vt indig. Bal. & Ang. in l. 1. §. editiones. ff. de eden. Bal. in c. præsentiũ. col. 1. versi. quid de illo. de testi. & est bonus tex. in. l. si filius. §. si. ff. de interro. acti. quẽ ad hęc allegat Car d. consi. 56. In dilucidatione col. fin. Et confirmantur præmissa: quia præfatus Gilardinus, qui nũc colluctatur, soluit
38 etiam d. scuta quindecim pro parte datę, & † qui partẽ incepit soluere, rẽ approbat. §. non aũt in Aut. de hære. & Fal. & l. sed & si Iulianus. §. fi. ff. ad Maced. l. si fideicom. §. fi. & ibi gl. ff. de iudi. ad quod ẽt facit bo. tex. in l. cũ fidem. C. de non nu. pec. & fragilis est excusatio, dum prætenditur, solutionẽ fuisse factam pro sportulis, quæ debentur D. Consultori, qa
39 reus non impetrauit consultorem, sed actor, & † qui petit consultorem, ille tenetur ad salarium Bart. in l. si postulauerit in prin. ff. de adul. Bald. in l. 3. versi. per ista determinatur. C. eo. ti. & in l. si cum adhuc. §. Imperatoris. ff. de tutel. & ratio. distrah. Spec. in tit. de off. asse. §. salarium verś. quid si alter litigatorum: Nec aliquid facit, quòd Gilardinus cõtendit datam deberi: nam hoc non est ita, quia ab initio tantũ erat quęstio de quantitate, prout eius denotant supplicata: ideò Princeps rescripsit, vt solueret pro nunc aureos quindecim pro parte datæ, & quòd in residuo fieret prouisio, & ita ipse Gilardinus soluit. Vnde tantùm superest, vt proui-
40 deatur super residuo, idest quantitas declaretur, quia † decreta Principum non debẽt esse illusoria l. si Pretor in prin. ff. de iudi. Ex quibus omnibus pronunciandum venit datam fuisse cõmissam non obstantibus ex aduerso adductis, in quibus satis superq; sufficienter responsum puto.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium ab hærede confectum, vt faciat eum non teneri vltra vires hæreditarias, debet res hæreditarias continere cum suis qualitatibus, alias hæres Falcidiam non consequitur, et tenetur creditoribus vltra vires hæreditarias, & num. 6.*

2 *Inuentarium de bonis proscripti factum debet cõtinere eorum pondus, numerum, mensuram, qualitatem, & quantitatem.*

Inuentarium qui facere teneantur, & qualiter fiat, sub num. 2. & seq.

3 *Inuentarium tunc dicitur legitimum, quando continet omnia plenè, distinctè, & clarè.*

4 *Inuentarium tutoris debet habere res descriptas per signa, per latera, confinia & rerum æstimationem, sicut in libello ponerentur.*

5 *Hæres in inuentario bona immobilia debet describere, & designare saltem per duos confines, mobilia vero per pondus,*

dus, numerum uel mensuram, iuxta rei qualitatem, aliàs doli suspicione non caret, & num. 11.

7 *Inuentarij conficiendi forma à lege est introducta, quæ ad vnguem est seruanda, aliàs omissa etiam per errorem, vel imperitiam aut simplicitatem vitiat actũ, & nu. 9.*

8 *Inuentarium subiacet rupturæ, etiam si minimum quid omittatur.*

10 *Mulieri & rustico non parcitur in his, quæ inducta sunt pro forma actus, vel ad rigorem iuris conseruandum.*

12 *Hæres occultando res aliquas in confectione inuentarij, vel omittendo, si id probatur per creditores, qua pœna puniatur, declara, vt num. 13.*

14 *Consuetudo legi contraria nõ probat ex eo, quod plura fuerint vno modo, & eadem forma facta, nisi probetur eis fuisse fidem adhibitam in iudicio tanquàm legitimè confectis.*

15 *Consuetudo vt inducatur, quòd scripturæ non authenticæ detur fides, oportet probare quòd tali scripturæ fuerit fides adhibita in iudicio & extra.*

16 *Notarij, vt vnum genus personarum, non possunt inducere consuetudinem.*

CONSILIVM 574.



Placet consultatio reddita per præfatum D. Franciscum Bucamaiorem veluti fratrem honorandũ, in qua concluditur, quòd inuentarium † confectum per magnificum D. Iuliũ Agnellũ non tenet: quũ nõ posuerit in eo res hereditarias cũ suis qualitatibus, quod inter cætera requiritur, prout est text. in l. fina. §. sinautem dubius ibi, hæredem significantem, & quantitatem rerum, & quòd nulla malignitate &c. C. de iur. delib. & ibi gloss. in verbo quantitatem, quæ adducit ad hoc text. in l. si quis intra. C. de bo. poscr. vbi apparet, quod † in descriptione facienda de bonis proscripti debet apponi earum pondus, numerus, mensura, qualitas, & quantitas, & gloss. ibi in verbo descriptio dicit, nota qualiter inuentariũ cõficiatur, Et subdit ibi gl. in quadã additione hæc verba formalia. Et nota plures esse, qui faciunt inuentariũ, vt Preses prouinciæ de bonis alicuius confiscatis, vt hic. Itẽ Episcopus facit inuentarium de bonis ecclesiæ, vt supra de Episc. & cler. l. nulli. Itẽ creditores vt. ff. de bon. aucto. iudi. possi. l. fi. Item tutores, vt supra de admi. tu. l. tutores la 2. Item curator datus bonis vt. ff. de vent. in poss. mitt. l. curatorẽ. Item hęres, vt supra de iu. delib. l. scimus. §. finaũt dubius. Põdero quòd d. gl. inter personas, quæ tenentur facere inuentariũ, computat hæredem, & sic sentit, ꝙ ille tex. loquens de inuentario proscripti procedit in inuentario hæredis, & aliorũ ibidẽ enumeratorum: Hanc tñ additionẽ, quam superius retuli, quidam libri nõ habent. Reperio ẽt, quòd ibi Cin. extendit ad inuentariũ, quòd debent facere monachi mortuo priore, vel episcopo, & ad inuentarium tutoris, & dicit Bal. ibi illũ

3 tex. esse notan. pro inuentarijs conficiendis, quia † inuentariũ tũc dicitur legitimum, qñ continet omnia plenè, distinctè, & clarè. Hoc sentit etiam Spec. in tit. de instru. edi. in §. dato col. pen. in forma inuentarij hæredis ibi, in primis qui dem asseruit se inuenisse in d. hæreditate vnam domũ positam, in tali loco, eius cõfines, & cætera ponendo. Ad idẽ fa-

4 cit, quia videmus, quod in † inuentario tutoris res debẽt describi per signa, per latera, & confinia, sicuti in libello ponerentur, vt Bar. inquit, in l. tutor, qui repertoriũ, versi. quæro qualiter res debeant. ff. de admi. tuto. & dicit etiam Bart. in l. fina. C. de magistr. conuen. quod debet poni æstimatio rerum, & secundùm Bald. ibi debent saltem res mobiles scribi cum circumlocutionibus, quibus possunt, ne incertitudo circa ipsas res possit generari, & ad hoc allegat tex. in d. l. si quis intra, & sequitur Paul. de Castr. consil. 124. In causa, quæ vertitur coram potestate ciuitatis in fin. lib. 1. Adducitur etiam Abb. consi. 73. In quæstione, quæ ad præsens ver-

5 titur. col. 4. versi. præterea non fuerunt lib. 2. vbi vult, ꝙ † in inuẽtario hæredis bona immobilia debeãt describi, & designari saltem per duos proximos confines, vt in l. forma. ff. de censi. glo. in ca. 2. de libel. obla. Ergo idem dicendum in mobilibus, quæ debent designari per pondus, vel numerũ, vel mensuram, iuxta rei qualitatem l. si rem. ff. de rei vendi. l. 1. §. si quis argentum. ff. depo. l. in actione. ff. de fur. Sed in proposito non fuerunt seruata prædicta, vt patet ex lectura inuentarij, & quædam eorum exempla ponit præcedens Do. Consultor: & dum dicit, quod fuit descriptum vnum monile, nec exprimitur, an aurum sit vel argentum, facit bon. tex. in d. l. in actione in prin. ff. de fur. in illis verbis, scribenda materia est aurea an argentea sit, seu quæuis alia. Ex

6 prædictis concluditur, quòd quum † inuentarium non sit legitimè confectum, non potest d. D. Iulius consequi Falcidiam, & tenetur creditoribus, & legatarijs vltra vires hæreditarias. l. fin. §. & si præfatam. C. de iur. delib. §. si verò non

7 fecerit Authen. de hæred. & Falci. quum † enim forma faciendi inuentarij fuerit à lege tradita, illa ad vnguem fuerat seruanda: quia formæ nihil addi vel detrahi potest, secundũ Bald. in l. quotiens. colu. 1. C. de su. & legit. & omissio formæ etiam in qualibet minima parte vitiat actum; vt inquit Anto. de Butr. in cap. Pisanis. 7. not. per illum tex. de restitu. spolia. & facit quod dicit Barto. in l. legitimos in fin. ff. de legi. tuto. & in terminis nostris est glo. in d. l. fin. §. & si pręfatam in verbo solidauerit. C. de iur. delibe. Nam dum tex. dicit, & si præfatam obseruantiam inuentarij faciendi solidauerint, glo. ibi exponit solidauerint, idest insolidum omnia capitula obseruauerint, & hoc meritò contingit, quia nihil actum esse dicitur, quum aliquid superest ad agendum. l. furiosum. C. qui testa. fac. pos. vnde dicit Specu. in titu. de instru. edit. §. dato, versi. nunc videamus, quem ibi refert Pau.

8 de Castr. † quòd subiacet inuentarium rupturæ, etiam si minimum quid omittatur: quia quando plura requiruntur ad substantiam alicuius, non sufficiunt quædam etiam si vnũ omittatur. l. cum hi. §. si prętor. ff. de transacti. & prędictam gloss. in dict. §. & si præfatam in verbo solidauerit, allegat etiam Abb. in præallegato consi. 73. colum. 3. vbi etiam ad hoc inducit text. in d. §. si verò non fecerit inuentarium secundùm hanc figuram in Authen. de hæred. & Falcid. Nec

9 refert si per errorem, aut imperitiam, vel simplicitatem sit omissa forma, aut solennitas, quia actus nihilominus non valet, vt dicit præcedens Domi. Consultor allegando gloss. in l. ambiguitatem. C. de testa. Bald. in rubr. extra de iudi. in fin. Bald. in addit. Specu. in titul. de tuto. circa fin. versicu. si tutor non fecit, vbi vult in omissione formæ communem errorem non prodesse, pro cuius confirmatione facit, quia

10 in his omnibus, quæ sunt inducta pro forma actus, vel ad rigorem iuris conseruandum, non parcitur mulieri, & rustico, vt per Barto. in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nou. nunc. tradit Bal. Sali. Alexand. & moder. in l. iuris ignorantia. C. qui

11 admitti: quod tamen dicitur ex abundanti, quia d. Iulius † non ponendo signa, & qualitates rerum, quas penes se habebat, videtur esse in dolo, nam qui non vult facere id, ad quod scit se teneri, & potest, est in dolo, vt est text. quem ita ibi summat Barto. in l. dolus. ff. man. ad idem tex. in l. si procuratorem. §. dolo. ff. eod. titu. Vnum prædictis prima facie videbatur obstare, videlicet id, quod ponit Cin. in d. l. fin. §.

12 licentia. C. de iu. delib. Nam quum in illo tex. detur † licentia creditoribus, & legatarijs probãdi contra inuentarium, & ostendendi hæredem surripuisse, celasse, & amouisse res aliquas hæreditarias, si conuictus fuerit hæres de predictis, punitur; vt duplum restituat hæreditati. Ideò dicebat Oldra. vt refert Cin. quod reprobatur opinio illorum, qui dicunt inuentarium non valere, si hæres res alquas omittat, quia punitur in duplum, & hoc tenet ibi Barto. & sequitur etiam ibi Pau. de Cast. dicens quòd non tenebitur vltra illa bona occultata, & sic non vltra vires hæreditatis. Idem etiam sequitur Sali. in d. l. fin. §. illo proculdubio dicens ita

determinasse consulendo in ardua quæstione sibi cõmissa, licet secundum eum Rai. de Forli. tenuerit, quòd perdat beneficium inuentarij in totum, & ita etiam tenet ibi Alex. & Moder. Imol. in l. Paulus. ff. ad l. Falc. Vnde videtur dicendum, ꝙ si hæres occultans res hæreditarias, & omittens in inuentario ponere, non tenetur vltra vires hæreditarias: ergo multo minus tenetur ille, qui posuit, licet omiserit qualitates earum, quia magis peccat, qui totum omittit, quàm ille, qui ponit illas res, licet cum aliquo defectu ponat. Sed prædictæ difficultati respondetur tripliciter. Et primò,
13 quia præfati Doct. volunt, † quòd occultans res hæreditarias non teneatur vltra vires hæreditarias, quia lex statuit pœnam dupli, & non expressit de alia pœna, quæ pœna dupli potest habere locum in isto casu, quo creditores vel legatarij ostendunt ad oculum quæ & quales res fuerint occultatæ: sed in casu, quo hæres posuit res mobiles sine competentibus signis, non constat quæ & quales res sint illæ, quas descripsit, ideò quum non constet de earum substantia, & per consequens nec de valore, non potest habere locum pœna dupli: Nam duplum habet se correlatiuè ad simplum, de quo non apparet. Secundò respondeo, quòd illud, quod dicitur, quòd quando hęres omisit ponere res aliquas in inuentario, non teneatur vltra vires hæreditarias, procedit quando hæres nullam de solennitatibus inuentarij prętermisit, sed omnia solennia impleuit: sed vbi fecit inuentarium non solenne, tunc frustra quæritur de pœna dupli, quum omnia integra soluat de proprio, ita inquit Sal. in d. l. fi. §. illo proculdubio. C. de iur. delib. & isti propriè sunt termini nostri, quia hæres non describendo rem cum suis signis & qualitatibus deliquit in forma & solennitatibus, vt superius fuit ostensum. Idem etiam tenet Imo. in d. l. Paulus. ff. ad l. Falc. dicens, quòd vbi hæres fecit inuentarium, & omisit vnam rem ponere, non tenebitur vltra vires hæreditatis, sed pœna dupli, de qua habetur in d. l. fin. §. illo proculdubio. C. de iu. delib. si aliàs seruauit formã d. l. fi. & hoc sequitur ibi Alex. Tertiò dici potest quòd illa opinio sit verior, quòd hæres dolo & fraude occultans res aliquas hęreditarias amittat beneficium inuentarij in totum, & per consequens teneatur soluere omnia, quàm opinionem tenet Bar. Bal. Ang. & Roma. vt Alexan. refert in d. §. licentia, & latius ibi Corn. vbi dicit dolum præsumi iux. no. per Bar. in l. tutor. qui repertorium. ff. de admin. tuto. Circa tamen hoc non insisto, quia duæ responsiones præcedẽtes satis superque sufficiunt. Vltimo non obstat, si allegaretur, quod de consuetudine potest derogari solennitatibus inuentarij, & consuetudo habet ita faciendi inuentarium, prout ipse fecit. Quia respondeo prout respondet Abb. in præallegato
14 consil. 37. colum. 3. quòd † hæc consuetudo legi contraria debet probari, & licet adducerentur multa inuentaria sub eadem forma confecta, non prodesset, nisi probaretur, quòd illis fuerit data fides in iudicio tanquàm legitimè cõfectis, & alia interuenerint, quæ requiruntur ad inducendam consuetudinem, vt ibi latiùs per eum. Et idem voluit Abb. pleniùs cons. 53. In prædicta causa lib. secundo. dum dicit quòd productio plurium instrumentorum, in quibus non est seruata solemnitas iuris, non probat consuetudinẽ
15 derogatiuam ad ius commune, quia † vt inducatur consuetudo, quòd scripturæ non autenticæ detur fides, oportet probare, quòd tali scripturæ fides fuerit adhibita in iudicio & extra, vt est tex. secundum eum apertus in cap. cum dile-
16 ctus de consue. Item quia † notarij, vt vnum genus personarum non possunt inducere consuetudinem, qua populus ligetur, vt nota. per Bar. in l. 1. ff. de ll. eius enim est inducere consuetudinem, cuius est legem condere: hæc enim duo æquiparantur vulga. l. de quibus. ff. de ll.

SVMMARIVM.

1 *Inuentariũ, in quo res mobiles non sunt descriptæ cum sufficientibus demonstrationibus, quibus earum qualitas comprehendi possit, non valet.*

2 *Inuentarium mobilia debet habere descripta cum circumlocutionibus, quibus possunt, ne incertitudo circa ipsas res possit generari, & num. 6.*

3 *Dispositio l. si quis intra C. de bon. proscrip. nunquid habeat locum in inuentario ab hærede fiendo, & num. 5.*

4 *Inuentarium tunc dicitur legitimum, vbi continet omnia plenè, distinctè, & clarè.*

7 *Inuentario tutoris debent res inscribi per signa, per latera. & confinia.*

8 *Inuentarij beneficium quare fuerit hæredi tributũ, & eius forma non seruata quare corruat. & num. 8.*

9 *Consuetudine tunc solennitatibus inuentarij derogatur, nõ quando plura producuntur instrumenta sine solennitatibus requisitis confecta, sed quando probatur illis fidem adhibitam fuisse in iudicio, & num. 25.*

10 *Consuetudine tunc demum scripturæ non authenticæ probantur, si fuerit illis in iudicio & extra fides adhibita, & num. 12.*

11 *Notarij soli nõ possunt inducere consuetudinem contra ius, & num. 29.*

13 *Inuentarium factum coram iudice bona fide, citatis citandis nunquid sustineatur.*

14 *Inuentarium sic confici debet, vt si conficiens mentiri velit, redargui possit.*

15 *Consuetudo, non generaliter, sed in specie, de qua agitur, probari debet.*

16 *Probatio debet de necessitate concludere, aliàs non releuat.*

17 *Consuetudo, cum sit stricti iuris, proprios terminos non excedit, & tantum habet de potentia, quantum de actu.*

19 *Consuetudo inducens ad delinquendum & peccandum non valet.*

20 *Consuetudo, per quam homicidia puniuntur pecunialiter, non valet.*

21 *Consuetudo inducens, ne dies & locus in instrumentis apponantur, cum sint de instrumenti essentia, non tenet.*

22 *Inuentarium vbi rusticus, & mulier non fecerunt vel fecerunt, sed minus solenniter, non excusantur.*

23 *Mulieri & rustico in his, quæ pertinent ad solennitatem, & rigorem iuris conseruandum, non parcitur.*

24 *Inuentarium nunquid per hæredem fieri possit, consuetudine loci seruata, in quo inuentarium conficitur.*

26 *Notariorum collegium potest tantum statuere in his, quæ pertinent ad eorum artem, & præiudicium: sed non in his, quæ respiciunt decisionem causarum, & aliorum præiudicium.*

27 *Consuetudo vbicunque non est vniformis, sed varia, tunc standum est iuri communi.*

28 *Consuetudo non incerta, & obscura: sed certa & clara esse debet ad exemplum legis, quam imitatur.*

30 *Inuentarium plenè & fideliter confectum ab hærede, omissa tamen citatione legatarij, vt trium testium loco absentium suppositorum an, & quando valeat.*

31 *Consuetudo & stylus quomodo differant.*

32 *Consuetudo vbi in conficiendis inuentarijs attenditur: intelligendum est de propriè sumpta consuetudine, non autem de stylo notariorum.*

33 *Stylus contra ius induci non potest, nisi ab habente. l. condendæ potestatem, vel nisi sit à Principe confirmatus.*

34 *Populus quando possit obligationi derogare, quàm lex inducit.*

35 *Lex non tollitur per non simplicem vsum, sed per contrarium vsum.*

36 *Consuetudo notoria probatione non indiget.*

37 *Legatarius citatus, vt confessioni inuentarij intersit, nunquid per eius contumaciam sibi præiudicet.*

super

Super eodem facto. Cons. 575.



Vbtiliter & acutè excitata sunt motiua per præstantissimum Do. Auditorem pro sustentatione inuentarij confecti per D. Iulium Agnellum cōtra M.D. Petrum Arrigonem. Et quia aliàs consului d. inuentarium nullitati subiacere, resideo adhuc in priori sententia, & vt resoluantur obiecta, de duobus est videndum. Primò instabimus circa nullitatem inuentarij, Secundò an allegata consuetudo defendere posit à nullitate. d. inuentarij. Circa primum dixi aliàs, & nunc iuuat paucis repetere,
1 quòd† assertum inuentarium fuit nulliter confectum, attēto, ꝙ res mobiles non fuerunt descriptę cum sufficientibus demonstrationibus, per quas earum qualitas comprehendi posit, prout requiritur, & ad hoc adduxi glo. in l. fin. in verbo quantitatem. C. de iu. delibe. quæ adducit ad hoc text. in d. l. si quis intra. C. de bono. proscrip. adduxi etiam glo. in d. l. si quis intra, in quadam additione, cuius etiam recitaui verba formalia, quia passim in omnibus libris nō habetur præfata additio, dixi etiam idem velle Bal. in l. fi. C. de magistr.
2 conuen. dum inquit, quod† saltem res mobiles debent describi cum circumlocutionibus, quibus possunt, ne incertitudo circa ipsas res posit generari. per tex. in d. l. si quis intra, hoc etiam dixi esse de mente Spec. in tit. de instru. edit. in §. dato. col. penul. in forma inuentarij ibi posita, allegaui etiam Abb. expresè hoc dicentem consil. 73. In quæstione, quæ ad præsens vertitur. col. 4. versic. præterea non fuerunt lib. 2. Et super his auctoritatibus gloss. & antiquorum Doct. me fundo. Si qui autem ex modernioribus idem tenuerunt, prout in motiuis dicitur, tantò magis iuuatur intētio huius Magnificę. D. inuentarium oppugnantis, Sed ego (vt dixi) veterum sapientiam sequor. Non obstant modo ea, quæ in contrarium adducuntur, & in primis non obstat,
3 ꝙ † non debemus curare de inuentarijs, quæ fiunt per hæredem, quòd non fuerit seruata forma, quæ requiritur in descriptione bonorum proscripti, de qua habetur in dict. l. si quis intra, quia satis est, quòd hæres seruat formam sibi traditam in confectione inuentarij rerum hęreditariarum ab Imperatore Iustiniano, qui beneficium Falcidiæ ius concessit hęredi adeunti secundum formam, quam ipse tradit, & ad hoc ponderatur tex. in l. fina. in §. & si prefatam. C. de iu. delib. vbi dicitur, quòd si præfatam obseruationem inuētarij faciendi solidauerint, hæreditatem sine periculo habeant, & legis Falcidiæ aduersus legatarios vtantur beneficio, & sic Iustinianus loquutus est de forma per eum tradita, nō autem dixit si solidauerint obseruationem requisitā in bonis proscriptorum, traditam per alios veteres Imperatores, ponderatur etiam ad hoc tex. in d. l. fi. §. si verò postquam adierint ibi, inuentarium secundum formam pręsentis constitutionis, & sic restrictiuè ibi tex. loquitur, de obseruatione illius formæ, & non de alia. Nam ad prædicta facilis est responsio, quia nos non dicimus, quòd forma posita in bonis proscriptorum de qua in d. l. si intra, requiratur per Iustinianum in d. l. fin. C. de iu. delib. sed benè dicimus, quod illa lex prębet argumentum, quòd in inuentarijs heredum debent ita res describi, vt intelligantur quales sint, ne incertitudo in eis versetur: nam vna lex declarat aliam, & in legibus proceditur de similibus ad similia l. & ideò & l. non possunt. ff. de ll. & ita videmus asiduè fieri, quòd Doct. nostri argumento aliarum legum alias leges interpretantur, quę interpretatio admittitur modò iusta sit, & probabilis l. 1. C. de profes. qui in Vrbe Constanti. lib. 12. gl. in l. 1. & ibi Barto. C. de ll. & insistendo in terminis, de quibus agitur, videmus, quòd Cin. in d. l. si quis intra, dicit id quod dicitur in d. l. seruandum esse in inuentario, quòd debet facere Monachi mortuo priore vel Episcopo, & in inuentario tutoris, & Bald. ibi generaliter loquens dicit illum text.
4 esse notandum pro inuentarijs conficiendis, quia † inuentarium tunc dicitur legitimum, vbi continet omnia plenè, distinctè, & clarè, & de inuentario tutoris, ꝙ res debent ibi describi per signa, per latera & per confinia, sicuti in libello ponerentur, ponit Bar. in l. tutor, qui repertorium versi. quero qualiter res debent. ff. de admin. tut. hæc omnia dicuntur
5 per maiores nostros in inuentarijs cęterorū † argu. d. l. si intra, quæ præbet iustam interpretationē ad alias leges, quæ de inuentarijs loquuntur, & pro hoc bonus tex. in l. ita fidei ff. de iu. fisc. vbi quū quidā nominasset fundum nullis adiectis demōstrationibus, ex quibus colligi posset, de quo fundo loqueretur, Iurecōs. ibi dicit maiorē fratrē excogitasse, qui non tm̄ legem circumuenire voluit, sed et legis interpretationem, quum diuersitas rerum obscurum faciat. Ex his patet responsio ad id quod subditur in eodē motiuo, ꝙ si diceremus D. Iulium priuandum esse beneficio introducto à Iustiniano, quia non seruauerit formā traditā ab alijs Imperatoribus circa bona proscriptorū, posset de Iustiniano conqueri, qui decreuit illum hæredem potiri illo beneficio, qui solidauerit obseruationem illius legis: & posset dicere D. Iulius se fuisse deceptum sub Imperiali clypeo contra l. 1. C. de his, qui ven. æta. impetr. & l. meminerint C. vnde vi. Nam dico, ꝙ si Imperator Iustinianus adesset, posset d. D. Iulio respondere, ꝙ de se potius habet conqueri, & vteretur verbis, quæ posuit idem Imperator in §. si verò nō fecerit in Auth. de hæred. & Falc. vbi prædicit hæredi, vt inuentariū faciat secundum formam suæ cōstitutionis, quòd si non fecerit, dabit ei pœnā exactio suæ malignitatis, cur trascenderit leges, ex quibus cautè oīa agens nihil poterat damnificari, sed ex diuerso, quę etiam sunt ex Falcidia lege lucrati. Malignitas autem sua ex eo ostēditur, quia licet seruauerit verba legis suæ imponendo res hæreditarias: tamē eius interpretationem fraudulenter noluit seruare, vt poneret res singulas sub debitis demonstrationibus, nam vt dicitur in l. cōtra legem. ff. de ll. in fraudem legis facit qui saluis verbis legis sententiam eius circumuenit, & ibi Bald. dicit, quòd magis punitur, qui dolosè legem circumuenit, quàm qui facit contra legem expresè, quia maior & latentior est caliditas, ideò punibilior: quamobrem si quæratur an D. Iulius seruauerit legem Iustiniani, dicendum est ꝙ non, quia, vt inquit tex. in l. nominis & rei §. 1. ff. de verbo. signi. verbū ex legibus sic accipiendum est tàm ex legum sententia, quàm ex verbis, ad idem tex. in c. si postquàm ibi sed et ex sui mēte exigit. de elec. in 6. & in l. cum mulier ibi, ex mente sumet quis. ff. solu. matr. & in l. scire leges. ff. de ll. cum sex
6 centis alijs, quæ adduci possent. Preterea, ꝙ † in inuentario debeant describi res cū sufficientibus signis demōstratiuis non probatur tantum ex d. l. si quis intra, sed etiam ex infinitis alijs legibus, per quas ostenditur, ꝙ vbi qui certus debet reddi de rebus, debent poni signa certæ demonstrationis, ne ęquiuocatio propter pluralitatē contingere posit, vt probatur in l. si in rem. ff. de rei vend. & in l. 1. §. si quis argētum. ff. depo. l. in actione. ff. de fur. l. pretor in prin. & §. quod ait. ff. de iniu. l. in tradendis. ff. commu. pręd. l. si non designato. C. de fals. cau. adic. leg. ideò Bar. in d. l. tutor vers. ꝙ repto
7 rium. dum † vult in tutoris inuētario describi res per signa, per latera, per confinia non fundat in d. l. si quis intra. Sed allegat l. si rē in fi. ff. de rei vend. Sed quid opus est cōtendere? ponamus, ꝙ nulla lex esset in mundo, quæ hoc diceret, tamen hoc dictaret naturalis ratio, quæ sufficere pro lege de
8 bet. §. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tut. Nam † Iustinianus ita consultū voluit hæredibus, ne tenerētur creditoribus, vltra vires hereditatis, & aduersus legatarios beneficio legis Falcidiæ vterent, ita tñ, vt cautum ēt voluerit creditoribus, & legatarijs aduersus heredes, ne ipsi posint surripere res hereditarias, & malignari: ideò introduxit formā cōficiendi inuentarij, per quā excludi videt oīs dolus & fraus, quæ ex parte heredis interuenir posset. §. sancimus in Aut. de hered. & Falc. Si igitur dicamus sufficere hæredi ponere in inuentario generaliter res hereditarias, absq; earū specifica demonstratione, nō ne poterit fraudare creditores, & legatarios, & malignari? presertim in rebus mobilibusque facile valent cælari & occultari, supponendo alias res eiusdē generis,

generis, sed minoris pretij, & valoris, sicuti factum est in
præsenti inuẽtario, vbi ponitur monile, nec dicitur aliquid
de pondere, & ex qua materia sit confectum, & similiter
de lectis & tabernaculo, & cæteris rebus, vt ex tenore ip-
sius inuentarij perspici potest. Nam erit in facultate huius
hæredis ostendere res minoris qualitatis, & dicere illas ea-
sdẽ met esse, quas reperit in hæreditate, vnde nõ debet gau
dere beneficio formæ non seruatæ, quia paria sunt non fa-
cere, vel minus perfectè facere. l. furiosum. C. qui testa. fac.
pos. l. quotiens. ff. qui satisda. cog. cum alijs vulga. Ex quibus
concludo firmiter d. inuentarium nulliter fuisse cõfectum,
secundum iura communia.

Restat nunc, vt videamus an de consuetudine, & alijs ad
ductis defendi posit, quod secundo loco differendum pro
9 posueram, & in hoc aliàs in priori consilio dixi, quòd † li-
cet consuetudine posit derogari solemnitatibus inuenta-
rij, non tamen si per aduersarium producantur multa in-
strumenta, in quibus omnia solemnia de iure requisita non
fuerunt seruata, ex his probatur consuetudo, & hoc dixi
preuidẽs id quod aduersarius facturus esset, vel facere pos-
set: nam ad id tempus nondum illa instrumenta produxe-
rat, mouebar ex eo, quod scribit Abb. in præallegato con-
si. 73. col. 3. vbi inquit, quòd hæc consuetudo legi contraria
debet probari, & licet adduceretur multa inuentaria sub ea
dem forma confecta, non prodesset, nisi probaretur, quòd
illis fuerit data fides in iudicio tanquàm legitimè confe-
ctis, & alia interuenerint ad inducendum consuetudinem,
vt ibi latius per eum. Adduxi etiam Abb. plenius loquen-
10 tem consil. 53. In prædicta causa lib. 2. dum dicit. quòd †
productio plurium instrumentorum, in quibus non est ser
uata solennitas iuris, non probat consuetudinem deroga-
toriam ad ius commune, quia, vt inducatur consuetudo,
quòd scripturæ non authenticæ detur fides, oportet proba
re, quòd tali scripturæ fides fuerit adhibita in iudicio & ex-
tra, vt est tex. apertus in c. cum dilectus. de fide. instr. Item
11 quia † notarij, vt vnum genus personarum non possunt in
ducere consuetudinem, qua populus ligetur, vt no. per Bar.
in l. 1. ff. de ll. eius enim est inducere consuetudinem, cuius
est legem condere, hæc enim duo æquiparantur. vulgata l.
de quibus. ff. de ll. & hæc dicta Abb. in præfatis consilijs, se
quitur Roch. de Cur. in repet. ca. fin. in 8. requisito. de con-
suet. dicens quòd soli notarij non possunt inducere consue
tudinem contra ius in conficiendis instrumentis, puta in
omittendo aliquam solennitatem a iure requisitam, quia
requiritur vsus populi vel maioris partis, & cum Abb. te-
net etiã Ias. in l. de quibus. in vltimis verbis. ff. de ll. & dum
12 Abba. dicit quòd † scripturæ non authenticæ probant per
consuetudinem ita demum, si probetur, quòd d. scripturis
data fuit fides in iudicio & extra, hoc comprobari potest
per tex. in l. quædam. §. nummularios, ibi, frequẽtissimè ad
eorum fidem decurritur. ff. de edend. per quem tex. dicunt
ibi Bal. Angel. Alex. & Moder. quòd consuetudo potest tri
buere fidem priuatis scripturis ita, vt eis credatur, quod etiã
dicit Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de instru. edi. §. nunc di
cendum in addi. magna in fin. Bald. in rub. de consue. col. 3.
& in rub. C. de fid. instru. col. fin. & in l. comparationes. col.
3. versi iuxta hoc quæro eo. tit. ex quo colligitur, quòd non
est vis in scribendo, sed in fide, quæ datur scripturæ, ideò
probari debet datam esse fidem, vt Abb. dicit, & habetur
clarè in d. c. cum dilectus, quẽ allegat. Istis firmissimis fun-
damentis, quę pro se adducit Abb. non video in motiuis re
sponsum, sicut nec verè responderi potest, sed tãtum non-
nulla in contrarium adducuntur, ad quorum dissolutionem
13 descendo. Non obstat, † quod scribit Bal. in l. fi. in fi. prin. C.
de iu. delib. dicens post Rolandi. quòd plurimum d. solem-
nitates non seruantur, & tamen inuentarium suis viribus
subsistit, & quòd sufficit inuentarium fieri coram iudice
bona fide citatis citandis in præsentia testium fide digno-
rum, & intra tempus debitum, licet sint omissæ alię solen-
nitates. Nam respondeo, quòd inter cætera Bal. requirit, ꝙ
inuentarium fiat bona fide: sed quam (obsecro) bonam fi-
dem potest habere in inuentario cõficiendo, qui ponit qui
dem res hæreditarias omissa descriptione qualitatum, per
quas res ipsę dignosci poterant? nam (vt dixi) res habentur
pro non positis, si non fuerint rectè positæ, & vt exempli
causa aliquid inserã, pone, quòd hæres scribi faciat in inuen
tario, se inuenisse lineã margaritarum nõ adiecto numero
nec pondere, nõne hoc dolosè omiserit, relinquens sibi fa
cultatem loco magnarũ & multarũ margaritarũ paucas &
14 minimas substituere? inuentariũ † enim sic confici debet, vt
si conficiens mentiri velit, ex ipsa inuentarij confectione
redargui posit, vt habetur in l. fi. C. arbi. tutel. Apparebant
etiam aliæ responsiones ad istam decisionẽ Bal. ex alijs in-
ferius dicendis. Nõ obstat, ꝙ dicit Pau. de Cast. in d. l. fin. §.
cum autem. col. 1. sequẽdo Bal. in loco ante adducto, quòd
quicquid de iure scripto habeatur, de consuetudine non ob
seruatur, quod tanta solemnitas adhibeatur, quia rarò repe-
riretur inuentarium, quod non posset impugnari, ideò ser-
uanda est consuetudo loci, & dicit etiam Ias. in prin. illius. l.
ꝙ tot solemnitates de consuetudine non requiruntur. Nã
ad ista respondeo, ꝙ isti Doc. loquuntur in genere, quòd de
consuetudine tantæ solemnitates non requiruntur, & nõ lo
quuntur specificè, quæ sint illæ solemnitates, quas consuetu
do non requirit, vnde super dictis istorum Doct. nullũ po-
15 test in casu fieri fundamentum, quia † non sufficit probari
consuetudinem generaliter, nisi probetur in specie, de qua
agitur, vt Oldr. scribit cons. 237. Perspectis & diligenter at
tentis. col. 1. Petr. de Anch. consi. 339. Pro maiori intelligen
tia. col. 5. versi. ad secundã rationẽ Alex. consi. 196. Viso te-
stamento. col. 2. vers. 2. respondeo quòd d. testes lib. 2. & po
nit copiosus Doct. modernus Aymo Crau. cõs. 96. Domi
nus Iofredus. col. 2. vbi etiam aliàs auctoritates adducit, &
16 facit euidens ratio, quia † probatio tunc de necessitate non
cõcludit, prout facere debet c. in præsentia de proba. l. neq;
17 natales. C. eo. Item † quia consuetudo est stricti iuris. & pro
prios terminos non excedit Bar. in l. 1. §. si quis hoc interdi
cto. ff. de iti. ac. quę pri. & in l. post dotem. col. antep. ff. solu.
matr. Abb. in c. quòd ad translationem. vlt. not. de offi. leg.
& consuetudo tantum habet de potentia & effectu, quan-
tũ habet de vsu, vt Bal. inquit in l. fi. versi. vnum aliud quæri
tur. C. commu. vtri. iudi. quum igitur præfati Doct. non di-
cant in speciẽ, quas solemnitates consuetudo in confectio-
ne inuentarij non requirat, apparet eorum dictũ frustra ad
præsentẽ casum adduci, nec nullo modo credibile est quòd
Pau. de Cast. & Ias. loquantur de hac solennitate, per quã
18 res debent demonstrari cũ suis qualitatibus, quia † hæc est
solẽnitas substantialis, quæ, si omitteretur induceret hære-
des ad delinquendum, substituendo res malas pro bonis,
quum ea de causa lex voluerit fieri inuentariũ, ne hæredes
aliquid surripere possint & malignari d. §. sancimus in Aut.
de hæred. & Falc. Vnde audeo dicere, quòd si vigeret con-
suetudo, quòd in inuentario sufficeret ponere res generali-
19 ter absque aliqua demonstratione, † talis consuetudo non
valeret, quia inuitaret ad delinquendũ. §. 1. in Auth. de leno
l. 2. C. de indic. vid. tol. & bo. tex in proposito in l. conueni-
re ibi ad furandum mulieres inuitantur. ff. de pac. dota. & di
cit Abb. in c. ex parte 2. & vlt. nota. per illum text. de con-
sue. quòd non valet consuetudo inducens pronitatem ad
peccandum, quia ad instar legis debet esse rationabilis, san
cta & honesta, & dicit idem Abb. in ca. 1. 3. oppo. de fer. ꝙ
non valet consuetudo, quæ inducit propinquitatem ad pe-
candum: vnde ex hoc infert, quòd non valet consuetudo,
ꝙ diebus feriatis liceat mercari, quia licet in se non sit pec-
catum, tamen difficile est inter ementes & vendentes non
interuenire peccatum cap. qualitas de pœni. distin. 5. & pro
hoc etiam bene facit, quia non valet consuetudo, quòd cre
datur omni scripturæ mercatorum, quia daretur materia
falsum fabricandi, ita inquit Bal. in l. vni. col. 4. C. de confes.
quem refert & sequitur And. Sic. in rub. de consue. col. pen.
Alex. consi. 3. In cã & lite vertente. col. pe. 2. lib. Cepol. cõsi.
40. Lucius ciuis consiliarius. 6. dub. Similiter non valet con
suetudo, ꝙ probata affirmatiua delicti per testes idoneos
liberetur

liberetur delinquens, si vellet iurare se non deliquisse. vel si vellet probare per testes leuis famæ negatiuam se non deliquisse.c.ad nostram de proba.tradit Roma.singu.373.valet ne consuetudo, vbi inquit, quòd hæc consuetudo est in Hybernia, & in Saxonia, similiter non valet consuetudo,
20 per quā † homicidia puniuntur pecunialiter, vbi de iure venirent punienda corporaliter, nam inducit talis cōsuetudo pronitatem peccandi, vt Abb.inquit in c.fin.colum.3.vers. & per hoc potest de consue.hinc consultum etiam vidi per doctissimos viros, quòd consuetudo de portando arma ad latus non valet, quia per eam homines inuitantur ad cædes & vulnera, quorum euitandorū gratia ius commune prohibet armorum delationem. Dicit etiam Rota decis.440.
21 Nota vtrū valeat consuetudo in antiquis, † non valere consuetudinem, ꝙ in instrumento non ponatur locus vel dies, quia aperiretur via multis malitijs,& quia aufert defensionem parti,quæ defensionis facultas competit de iure naturali, & dies & locus sunt de essentia instrumenti c. Abbate sanè. de re iudi.in.6.& hāc decisionem Rotæ amplectitur Roma.in.l.in illa ff.de verb. oblig. Andr. Sicu. consil.3.Illud referam in medium colu.2.lib.3. & super hac decisione valde me fundo,quia eædem rationes,per quas voluit Rota,quòd nō valet consuetudo non apponendi in instrumentis locum & diem,militant pariter in casu nostro,quia si liceret describere res in inuētario sine demonstratione qualitatum,parata esset via hæredibus fraudandi creditores,& legatarios: nec possent illi se defendere aduersus improbitatem heredum,si ostenderent rem vnam pro alia,& istud videtur etiam esse contra substātiam descriptionis rerum: si non apponantur distinctè & clarè qualitates, vt discerni possint. Non obstat,quòd Bald.scribit consi.63. In confectione inuentarij lib.3.vbi voluit inuentarium absq; solemnitatibus à iure cōmuni requisitis, sed grosso modo secundùm consuetudinem loci confectū prodesse hæredi. Nam fateor quòd cōsuetudo potest derogare solemnitatibus inuentarij, & in hac consuetudine fundat se Bald. secundùm quàm non requirebatur subscriptio & tres testes adhibiti loco absentium, sed remota cōsuetudine absurdum est dicere,quòd inuentarium grosso modo confectum valeat & aliquid prodesse possit, vt patet ex nota. per eundem Bald.
22 in d.l.fin.q.3.C.de iu.delib. vbi concludit,quòd † mulier,& rusticus,qui non fecerunt inuentariū,vel fecerunt, sed minus solemniter,non excusantur, & in hoc stādum est rigori iuris, nec eis vllo pacto subuenitur, & est communis regu-
23 la, quòd † in his, quæ pertinent ad solennitatem, & ad rigorem iuris conseruandum non parcitur mulieri,nec rustico, quia debent in talibus consulere peritiores, vt per Bart. in.l.1.§.nunciatio.ff.de ope.no.nunc.cum alijs multis concord. adductis per Alex.in.l.iuris ignorātia.C. qui admi.& cons.165. Dubitatur an mulier per totum. lib.6.vbi sequitur id,quod supra dictum est de inuentario: sed in casu nostro negatur vllam esse consuetudinem in specie, quòd res præsertim mobiles debeant poni in inuentario sine descriptione qualitatū,& posito,quòd talis esset consuetudo,non valeret,vt proximè dictum est, Minus etiam obstat,quòd scribit Bald. consi. 147. Inuentarium hæredis. lib.4. Nam ibi Bal. conatur sustinere inuentarium, in quo aderant tantùm quatuor testes: & de iure quinq; requiruntur,vt computentur hi, qui loco absentium adhibentur: nam vult ibi Bald. suppleri defectum testium ex eo, quòd inuentarium fuerat penes acta confectum, vt ibi latius per eum: & licet ibi subdat, quòd secundùm Rolandinum in summa,quam magistratum notariorum vocat,quòd de generali consuetudine non vtimur tot subtilitatibus in inuentarijs, tamen ad hoc responsum est supra, & quæ ibi dicta sunt pro repetitis hic habeantur. Non obstat,quòd Doct. omnes faten-
24 tur in conficiendo † inuentarium per hæredem seruandam esse consuetudinem loci, in quo inuentarium conficitur,vt voluit Bal. in d.l.fin. in fin.prin.C.de iur.delibe.& in Auth. sed quum testator versic. alij dicunt.C.ad.l.Falci. & in addi Spec.in titu.de instru.edi. versi. circa inuentarij confectionem, & in duobus consilijs antea allegatis Ias. in d.l.fin. in princ.col.fin.versi.sed licet Guid. Papæ tract. de inuentar. col.3.versic. an omissio, & vers. sed pone quòd d.cum alijs pluribus modernis, qui diligenter in motiuo collecti sunt. Nam respondetur verum esse,quòd sufficit seruare consuetudinem regionis circa solennia inuentarij conficiendi, licet non seruetur solennia à iure introducta, quia vnaquæq; prouincia abundat in sensu suo ca.certificari. de sepultu.sed negatur vllā consuetudinē extare in specie, per quam ostendatur hæredi licere descriptionem rerum cum suis qualitatibus omittere,& nō sufficit ostendere consuetudinem diuersam à iure communi circa aliàs solemnitates, vel generaliter probare consuetudinem nō requirere tot solemnitates, quot ius commune requirit, prout in superioribus opportunè ostendisse me puto, vbi etiam ostendi, quòd si talis extaret cōsuetudo, ꝙ sufficeret hæredi ponere res in inuentario,absque vlla descriptione qualitatum,talis consuetudo non valeret. Non obstat dum dicitur,quòd quum inuentarium,de quo agitur,fuerit confectum secundùm consuetudinem, & morem notariorū ciuitatis Mantuæ, vt patet ex lectura illius collata in instrumentis notariorū in iudicio productorum,sequitur quòd valet,nec est subiectum ruinæ. Nam ad prædicta respondeo,quòd ad hoc vt derogatum intelligatur in inuentarijs solemnitatibus à iure requisitis, requiritur quòd talis consuetudo, vt sit efficax, & habeat iuris effectum, quòd habeat sua essentialia, & inter cætera requiritur, quòd actus ita fuerint publici & notorij, ꝙ verisimiliter transire potuerint in notitiā populi seu maioris partis, nam tacitus populi cōsensus est causa proxima consuetudinis, vt Bart. dicit in.l.de quibus colum.4.versic. quæro quot actus.ff.de.ll. & sequuntur cæteri in locis vulg. Sed quid scit,aut curat populus,quomodo Lucius aut Sempronius,aut Meuius, aut deinceps cæteri conficiant sua inuentaria in adeundis hæreditatibus,nā non omnes, qui adeunt hæreditatem conficiunt inuentaria,sed hi tantùm,qui dubitant de viribus hæreditatis.l.fin.in prin.vers. sinautem dubius.C.de iu. delibe. ergo non potest reus obtinere non probando notitiam populi. Præterea,vt dicit Abb.in præ-
25 allegatis duobus consilijs, licet adducantur † multa inuentaria sub eadem forma confecta, nō probaretur consuetudo legi contraria,nisi etiam probaretur, quòd illis fuerit data fides in iudicio & extra per tex. in cap. cum dilectus. de fid.instr. Item quia notarij vt vnum genus personarū,non possunt inducere consuetudinem, sicut non possunt legem condere,& hæc vltima ratio,quam adducit Abb.est admodum euidens:quia si non potest minor pars populi inducere consuetudinem in præiudicium aliorum, vt est notoriū. Quid dicendū de notarijs solis, qui sunt exigua pars popu-
26 li Mantuani? Quod confirmatur, quia † collegiū notariorum in vnum congregatum, non potest aliquid statuere in præiudicium aliorum, sed tantùm ipsorum collegiatorum, & in his solummodo,quæ pertinerent ad eorū artem, non autem in his, quæ pertinerent ad decisionem causarum, vt per Bar.in.l.omnes populi.2.q.1.part.princ.& in.l.fin. vers. quæro super quibus.ff.de colleg.illic. Bart.Bal.& Salic. in.l. fin.C.de iurisd.om.iudi. Petr.de Ancha.in repet.cap.canonum statuta.q.9.de constitu.& reliqui Cano.in cap.cū omnes,& ibi Feli.colum.8.eod.titu. Quantò ergo minùs possunt notarij statuere diuersi & separati, & vt singuli, quum secundùm Philosophos, virtus vnita sit fortior, q̄ dispersa. Præterea considerandum est,quia ego non vidi inuentaria, an in exhibitis inuentarijs sit omissa ista solemnitas describendi res pręsertim mobiles per signa,& idoneas demonstrationes: & si reperiantur aliquando in inuentarijs, quòd fuerunt adhibitæ d. demonstrationes, aliquando non fuerunt,non potest fieri super pręfata cōsuetudine fundamen-
27 tum,quia † vbicunq; consuetudo nō est vniformis, sed varia,tunc seruandum est ius commune.l. nemo.§. temporalis.ff.de reg.iu.ponit Bart.in.l.2.in fin.ff.solu.matr. Bald.in.l. non solùm in fin.ff.de iu. dot. Alex. consil.5.si vera sunt ea. col.1.in quarto funda.lib.5.facit bon.tex.in l.quęsitum.§.si quis

quis eodem.ff.de fund.instru.vbi ex difformi vsu testatoris
nõ potest colligi eius intentio, per quem tex. pulchrã quæ-
stionem in simili determinat Barto. in.l.solent.§. non verò
ff.de off.procon.& lega.& ad corroborationẽ accedat etiã,
quòd Hostien.scribit in sum.in tit.de consue.§.fin.in fin.ꝙ
28 † consuetudo nõ debet incerta esse & obscura, sed certa &
clara ad exemplum legis, quam imitatur cap. erit aũt lex.4.
distinct.cap.fin.de constitutio. Et ita in similibus terminis
inuentariorum exhibitorum aliàs cõsului, vt patet in consi
lio meo impresso.330. quod incipit, Perspectis instrumen
tis circa fin. Non obstat quod sit credendum, Doctores lo
qui non de consuetudine populi seu maioris partis, sed eo-
rum dicta debent intelligi de illa cõsuetudine, qua vtuntur
notarij in conficiendis instrumentis iux. not. per Bal.in d.l.
fin.in fin.prin.C.de iure delib.& in d.consi.147. volu.4.vbi
dicit referens Rolandinum in sua arte notariæ, ꝙ vt pluri-
mum notarij non vtuntur tot solemnitatibus in conficien-
dis inuentarijs,& de consuetudine notariorũ clarè dicit Ia-
son in d.l.fin.in princ.col.fin.versic. sed licet, Quia respon-
deo,quòd vbi Docto.loquuntur de consuetudine, intelligi
debet de consuetudine valida & efficaci,& sic de consuetu
29 dine populi, vel maioris partis, quia † soli notarij non pos-
sunt consuetudinẽ inducere,vt Abb.dicit & Roch.de Cur.
& Iason superius allegati,vbi expresè dicunt de consuetu-
dine populi,& hoc expresè voluit Bald.in Auth.sed quum
testator col.2.versi.quæro pone quòd hæres.C. ad l.Falcid.
30 vbi ponit quæstionem de hærede, qui † fecit inuentarium
plenè,& fideliter,nõ tamen citati fuerunt legatarij,nec tres
testes suppositi loco absentium,vtrũ cesset Falcidia,& post
disputationem concludit Bald. hanc quæstionem per hæc
verba formalia. Alij dicunt,quòd in inuentario,ille qui ca-
dit à syllaba,cadet à toto,nisi aliàs sit cõsuetudo loci in cõ-
fectione inuentarij, quia quod secundùm consuetudinem
fit, iure fieri videtur,vt potè,cũ ipsa consuetudo ex iuris au
ctoritate sumat vigorem.§. ex nõ scripto Insti.de iure nat.
gent.& ciui.considero,quòd Bald. posuit hanc opinionem
pro vltima, & sic censetur illã approbasse iux. not.in.l.bona
fides.ff.depo.& loquitur Bald. de consuetudine populi,quæ
descendit ex iuris auctoritate & habet vigorem, quod etiã
patet,dũ allegat d.§.ex non scripto, qui tex.loquitur in con
suetudine ciuitatum. Præterea Bald. in addi. Specu. in titu.
de instru.edit.versi.circa inuentarij confectionem, & alibi
sæpè Doct. dicunt in inuentarijs conficiendis consuetudi-
nem loci & regionis attendi, non autẽ dicunt attendi con-
suetudinem notariorum,quòd facilè facere potuissent,si id
31 sensissent. Vlterius † differentia est inter stylum,& consue-
tudinem: nam consuetudo propriè loquendo inducitur ex
actibus frequentibus interueniente tacito consensu populi
seu maioris partis. Stylus autẽ concernit ordinem scriben-
di particularium personarũ,seu procedendi ordinem vnius
curiæ,vel iudicis,vt inquit Ioan.And.in sum.sua de consue.
col.3.per tex.in cap.quàm graui.de crim.fals.Bart. in repet.
l.de quibus col.5.versi. vltra hoc quæro & Alberi.ibi col.3.
versic.in quo autem differunt.ff.de.ll.Ang.de Aret.in.§.ex
non scripto colum.2.versic. quæro quid de stylo Institu.de
iu.nat.gen. & ciu.& alibi sæpè Docto. vnde quum Docto.
32 dicant, † consuetudinem in inuentarijs esse seruandam,in-
telligendi sunt loqui de consuetudine propriè sumpta, quæ
consistit in tacito consensu & populi approbatione, nõ au-
tem de stylo notariorũ, qui nõ potest dici, secundùm pro-
prium loquendi Iurisconsul. modum, consuetudo. Et licet
Ias.in d.l.fin.dicat de cõsuetudine notariorum,debet intel-
ligi de consuetudine notariorũ,quæ in notitiam populi ve-
nit,& ab eo fuit approbata, vt declarat Roch. de Cur.in d.
ca.fin.8.requisito de consuet. Vlterius aduertatur, quòd id,
quod dicit Rolandi. in sua sum.notariæ, quòd hodiè nota-
rij non vtuntur tot solemnitatibus, nõ officit casui nostro,
quia loquitur in genere, & non loquitur in specie, quæ sint
illæ solemnitates, quas notarij omittunt. Non obstat dum
dicitur,quòd hunc modum conficiendi inuentarij,ne dum
soli notarij approbarũt,verum etiam populus,quia si lege-
rentur omnia inuentaria cognosceretur,quòd interuenerit
in illorum confectionibus, & computato numero eorum,
qui nominãtur in d.inuẽtarijs productis in iudicio duo mi-
lia virorum interuenerunt, qui approbauerũt illum rudem
modum describendi bona in inuentarijs. Respondetur, ꝙ
si capiantur omnia inuentaria hæredum, quæ reperiantur
Mantuæ confecta,necesse est, ꝙ diuersis temporibus fue-
rint confecta, & ad inducendum consuetudinem oportet,
quòd eodem tempore consensus populi seu maioris partis
concurrat. Insuper duo milia hominũ non constituũt ma-
iorem partem populi Mãtuani, qui numerosissimus est, vt
videri potest,& qui vult dicere, quòd constituãt, debet pro
bare tanquàm fundamentum intentionis suæ.l.actor.C.de
prob.Quod si dicamus,quòd notarij inducunt stylum, cla
33 rum est quòd † stylus contra ius induci non potest, nisi per
eum, qui habet potestatem legis condendæ, vel sit confir-
matus à superiore,vt vult notanter Anto. de Butr.in ca.fin.
colum.22.versic. Viso de materia.de consuet.Alexand.vbi
etiam alios adducit consi.36. Viso themate suprascripto in
fin. lib.2. Aret. consil. 102. In causa & quæstione vertente
colum. pen. versic. Ad sextum igitur venio, & consil.114.
Clarissimè & excellentissimè Doctor in princ.vbi.reputat
doctrinam Anto.de Butr.pulchram esse, & singularem, &
idẽ tenet Dec.in rub.de consue.& ibi latius Roch. de Cur.
colum.7.dum tractat de stylo. Non obstat quod hæc nega
tiua dicitur fuisse probata ex inspectione tot instrumento-
rum,& maximè productorum parte d. Petri Arigoni iuxt.
not.in.l.fin.C.de reb.cred.& in.l.Titiæ textores.ff.de leg.1.
quia responsio est plana,quòd per inspectionem instrumen
torum bene probatur, quòd in inuentarijs conficiendis nõ
fuerunt adhibite solennitates iuris in eorum casibus, & sic
interuenisse quendam vsum & obseruantiam facti non au
tem colligitur ex inspectione instrumentorum,quòd præ-
fatus vsus inducat consuetudinem à populo approbatã per
quàm derogare valeat iuri communi, & istud est quòd ve-
nit in quæstionem, vtrũ ex illo vsu & obseruantia facti in-
ducta sit consuetudo legitima & efficax: & dicimus quòd
non,quia notarij consuetudinem inducere nõ possunt,sicut
nec legem cõdere, & vt idem sæpius repetam,dicimus etiã
non probari cõsuetudinem in specie de qua agitur, sed for
tasse in alijs quibusdam terminis. Non obstat quòd nun-
quam fuit illa subtilis solennitas, quam ius requirit in con-
ficiendis inuẽtarijs recepta vsu in ciuitate Mantuę.Respon
deo quòd vbi lex est condita obligat,& præsumitur obser-
uata,& qui contrarium dicit,id probare debet, quũ sit fun-
dam. intentionis suæ, vt scribit excellens inter Modernos
Philippus. Dec. consi.534. Procedendo breuiter. 2.dub.&
probatio debet fieri ab initio illius tẽporis, quo lex fuit con
dita iux.not.in cap.1.de treg.& pac.quis autem possit dice-
re, quòd lex dans formam inuentarijs hæredũ condita per
Iustinianũ,ab eo tempore,quo fuit condita,nunquàm fue-
rit seruata in ciuitate Mantuæ, & propterea nouus modus
est iste loquendi, quòd id, quod iure communi per veteres
Imperatores fuit dispositum nõ sit vsu receptum,sed benè
dici potest contraria consuetudine fuisse abrogatum, & ita
Docto. nostri loquuntur non solùm in alijs, sed etiam isto
casu,nam neminem vidi qui dicat.l.fin.C. de iur. delibe.nõ
esse vsu receptam,sed bene dicunt contrariam consuetudi-
nem loci & regionis esse seruandam, quia per eam disposi-
tioni d.l.fin.fuit derogatum.Præterea non est verum,quòd
forma tradita de iure in inuentarijs conficiendis nõ sit vsu
recepta in ciuitate Mantuæ,imò est recepta,vt patet ex ip-
sis inuentarijs exhibitis;illud tamen negatur, quòd non fue
rit recepta cũ tot solemnitatibus: sed hoc non sufficit,quia
oportebat probare in specie de illa solennitate, de qua nũc
34 agitur. Item † quòd de populi cõsensu & approbatione nõ
fuerit recepta, quia ipse posset derogare obligationi, quam
lex adducit,vt habetur latè per Feli. in d.ca.1.vers.lex noua
& in alio vers.limita.2.de treg.& pac. & ibi etiam vult Feli.
in.4.declaratione, quam ibi ponit, quòd vt lex non dicatur
recepta nec moribus vtentiũ approbata,non sufficit, quòd
homines

35 homines nō ſunt vſi lege,quia † tunc iſta inobſeruantia nō tollit vllo tempore legem, ſed oportet quòd fecerint actus contrarios,vt ibi latius per eum, quem ſolum nūc allego,vt inſeruiā breuitati.Sed in propoſito dato, quòd fuerint omiſſæ aliquæ ſolennitates requiſitæ de iure cōmuni in inuentarijs,nō tamen apparet,quòd aliqui actus contrarij fuerint facti ita,vt dici poſsit legem nunquàm receptā fuiſſe. Non obſtat deciſio Bald.in.l.1.col.pen.verſi.ſed hic quæro.C.ad Velleia. quam ſequuntur plures Moderni cōſulendo, vt habetur in motiuo. Nam dico quòd illa deciſ. Bald.non contrariatur prędictis: nam quum diſpoſitum ſit,quòd mulier intercedens pro alio non obligetur, niſi de d. obligatione cōficiatur publicum inſtrumentum cum ſubſcriptionibus trium teſtium.l.antiquæ.§.ne autē.C.ad Velleia. quærit ibi Bald. quum hodie non vtamur in Lombardia ſubſcriptionibus teſtium ergo hodie non valent renunciationes mulierum. Reſpondet ad hoc Bald.formaliter,quòd conſuetudo facit valere, quòd facit ſecundùm eum in argumētum pro tabellione,qui ſcripſit nomina teſtium, & de conſuetudine ſufficiunt duo teſtes: nam per cōſuetudinē receditur à maiori ſolennitate, & minor ſolennitas ſubrogatur loco ma-
36 ioris.§.oportet in Auth.de inſtr.caut.in fin. & eſt † iſta conſuetudo notoria ex inſpectione omnium publicorū inſtrumentorum,& ideò non indiget probatione, hæc ſunt formalia verba Baldi qui loquitur de cōſuetudine notoria omnium publicorum inſtrumentorum in qua nos non ſumus, quia vario modo habent ſe inſtrumenta inuentariorū, quæ varietas non ita potuit venire in notitiam populi & approbari ſicut quando eodē modo habent ſe omnia inſtrumenta,& clarum eſt quòd illud, quòd eſt notorium nō eget alia probatione,ſed ſufficit allegare,& dū Bald. loquitur de conſuetudine non poteſt intelligi niſi de cōſuetudine legitima & efficaci,quæ ita demum eſt talis, ſi à populo vel à maiori parte cognita fuerit, & approbata, & ita etiam veniunt intelligendi Moder. qui ſequuntur Bald. quia non debet plus eſſe in exēplo,quàm in exemplari auc.ſi quis in aliquo.C.de eden. & hoc ſuadet firma ratio, quia ſi aliter diceremus, ꝗ abſq; populi notitia & conſenſu tacito induceretur conſuetudo,ſequeretur illud abſurdum,quòd communis imperitia notariorum & eorum ſtylus induceret conſuetudinem & faceret ius, & legi ſuperioris derogaret, atque ita magna eſſent in potentia notarij,ſi id poſſent,quod etiam eſt contra deciſiones & auctoritates iam adductas.Poſtremò non
37 obſtat, ꝗ legatarius † qui nunc incumbit deſtructioni inuentarij,fuerit citatus, vt intereſſet in confectione inuentarij, & eo nō comparente fuit accuſata per dominum Iulium contumacia. Nam ad hoc reſpondeo ex verbis Bald. in Auth. ſed quum teſtator col.2.verſ. Item oppono quòd illi.C.ad.l.Falcid. vbi opponendo contra illum tex. dicit, ꝗ qui intereſſe nolunt ſibi præiudicent, quum à iure contradicendo faciant ſe alienos.l.ſi legatario.§.1.ff.de fideico.lib. & contumax habeatur pro præſente Auth. qua in prouincia.C.vbi de crim.agi opor. Soluit Bal.oppoſitionem prædictam,ꝗ ibi eſt ſpeciale in confectione inuentarij, vt qui intereſſe nolunt ſibi non pręiudicent,vt ſubtrahatur materia res hæreditarias intercipiendi. Recolligendo iam dicta, dicimus allegatam conſuetudinem per prædictorū inſtrumentorū exhibitionē hæredi non prodeſſe,primò quia ſoli notarij non poſſunt conſuetudinem inducere; ſed probari debuit, quòd d. inuentarijs adhibita fuit fides in iudicio & extra accedente notitia & cōſenſu populi ſeu maioris partis.Item quia per d.inuentaria forſitan fuit probatum tot ſolennitates, quot à iure requiruntur, non ſeruari,quòd non ſufficit, niſi probetur in ſpecie de omiſsione huius ſolennitatis deſcribendi res per ſigna,& alias idoneas demonſtrationes,& ſi vario modo fuit ſeruatum,quia in quibuſdā inuentarijs res fuerint deſcriptæ ſufficiēter adhibito numero,pondere, & valore, in quibuſdam aūt inuentarijs id non fuerit ſeruatum,in tali deformi cōſuetudine,recurrimus ad ius cōmune, quod poſtulat res hæreditarias præſertim mobiles illo modo eſſe deſcribendas.Poſtremò dicimus,quòd poſito, quòd talis cōſuetudo eſſet non deſcribendi res hæreditarias cum ſufficientibus ſignis, talem conſuetudinem nō valere,quia prona eſſet ad peccatum,& prębe ret materiam delinquendi. Nec mouere debet pręſtātiſsimos d.Iudices, quòd ſeruare tot ſolennitates,quot ius commune requirit, videatur eſſe rigoroſum, quia illa forma tot ſolennitatum fuit iuſta, & ſancta ratione introducta, vt tolleretur facultas hæredi fraudandi creditores, & legatarios; & mediocri diligentia adhibita,poteſt ad vnguē obſeruari,prout nuper ſeruatū vidi in hac ciuitate,& quicquid ſit in alijs ſolennitatibus requiſitis ad formam inuentarij,tamen hęc ſolennitas deſcribendi res cum earum qualitatibus, vt internoſci rectè queant, & ne ſit fraudationi locus, magnā præ ſe fert æquitatem, quia aliter res nō poſſunt dici deſcriptæ, vbi indiſtinctè & obſcurè deſcribantur. Demū dato quòd omnia eſſent rigoroſa,tamen rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ iuxt. not.in.l.placuit.C.de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Princeps ſuperiorem nō recognoſcens, vel habens iura imperij, non alterius inferioris iuriſdictioni ſubiacet,ſed poteſt in propria cauſa iudicare.*

2 *Principis familia nunquid aliorum iuriſdictioni ſubiaceat. declara vt nu.7.& 10.*

3 *Familia clerici nunquid gaudeat priuilegio fori declara vt nume.6.& .12.*

4 *Familia militis nunquid, ſicut vxor, gaudeat militum priuilegijs, dic vt ſub nu.9.*

5 *Familia Principis delinquens in loco nunquid iudicis ordinarij illius loci iuriſdictioni ſubiaceat, dic vt nu.13.*

8 *Prælatus vocatus ab Archiepiſcopo,& à Rege quando teneatur prius ad Regem venire, quàm ad Archiepiſcopū & econuerſo.*

9 *Priuilegium datum ſcholaribus extenditur ad eorum famulos, donec durant in eorum famulatu. Et quid de Bidello dic vt ibi.*

11 *Familiares Papæ quando & qui gaudeant priuilegio fori.*

14 *Muri ciuitatum vel municipiorum an in nullius bonis, aut Principis, vel vniuerſitatis exiſtant. & nu.16.*

15 *Muri ciuitatum ſunt ſancti,non autem in commercio, eosq; violare capitale eſt.*

17 *Ciuitas vel caſtrum de comitatu Principis nunquid poſſit conſtruere muros,& fortalitiū abſq; Principis licentia.*

CONSILIVM. 576.



1 ONSTAT inter omnes, quòd † Princeps,qui nō recognoſcit ſuperiorem, vel habet iura imperij non ſubiacet iuriſdictioni aliorum magiſtratuum inferiorū:ſed poteſt ipſe in propria cauſa iudicare.l.& hoc Tiberius.ff.de hęred. inſtitu.l. proximè & ibi not. hoc Bart.ff.de his,quæ in teſta.delen. ponit Cin.Barto.& alij in l.1.C.ne quis in ſua cau.Bald.in.l.2.C.de ſent. quæ ſin. cert. quan.Cano.in cap.cum veniſſent & in cap.nouit de iudi.& in ca.noſti.de elect.faciunt not.per Bar.in.l.hoſtes.ff.de capti.& in.l.1.§.de qua re.ff.de poſtul. cum ſimil. Modo ciuitas præſupponit,quòd non poſsit Princeps in primis cauſis cognoſcere & ſe intromittere,quū prætendat ſe habere nō à Principe,ſed à ſe ipſa iuriſdictionem. Stante hoc preſup-
2 poſito,dubitatur† nunquid,ſicut Princeps propter eius eminentiam non ſubiacet iuriſdictioni aliorum, ita nec hi, qui ſunt de eius familia ſubiaceant ſed Principem tantùm habeant iudicem,vel eos, quibus Princeps hoc iudicandi munus demandauit: de familia autem Principis exiſtimantur, qui illi ſeruiūt, & in eius negotijs verſantur, vt eſt magiſter domus,magiſtri redituum, cubicularij,pincerna, ianitores, & ſimiles: & pro parte negatiua adducitur, quia videmus quòd

3 quòd † familia clerici, ideſt qui ſunt in eorum famulatu, & eorũ coloni & ruſtici non ſubſunt eccleſiaſtico iudici, nec gaudent priuilegio fori gl. in cap. iudicatum. 89. diſt. Archi. in cap. 2. 11. q. 1. vbi vult, quòd ſerui & liberti eccleſiæ gaudent priuilegio fori, ſi ſint proprij ipſius eccleſiæ, nõ autem ſi ſint conducti. Idem tenuit Spec. in titu. de compet. iudi. adi. §. 1. verſic. vigeſimus ſeptimus, vbi dicit, quòd ruſticorum, & ſeruorum eccleſiæ cauſæ ad eccleſiam ſpectant, & idem in alijs laicis ad forum eccleſiæ ſpectantibus, cap. iudicatum. 89. diſtinc. cap. eccleſiarum ſeruos. 12. q. 2. cap. nullus de for. compe. Idem etiam eſt de colonis eccleſiæ. l. 2. C. de epiſcop. & cleri. l. ſi quis. C. vbi cau. fiſca. ſed illa ſecundùm eũ poſſunt intelligi ſuper rebus, quas ab eccleſia tenent, ſecus aũt ſi conueniantur ex delicto vel contractu, licet prædicta lex, ſi quis indiſtinctè loquatur. Idem tenuit Anto. de Butr. in cap. 2. ſuper glo. in verbo minores de for. compe. & ibi latius Abb. dicens, quòd perſonæ deputatæ ad ſeruitium eccleſiarum non gaudent priuilegio fori, niſi ſint perpetuò, & efficaciter oblati per tex. in ca. per exemptionẽ de priuil. in. 6. & arg. Clem. 1. de deci. in fin. licet gl. in cap. clericũ. 11. q. 1. velit indiſtinctè, quòd familia clericorum gaudeat priuilegio fori: ſed vt ibi no. Arch. poſt alios, & in d. c. eccleſiarum ſeruos non videtur hoc habere locum in conductitijs ſeruitoribus, ideſt qui ſeruiunt pretio: hoc enim non reperitur iure cautum. Adducit etiam Abb. no. per Inno. in cap. ſignificantibus de offi. deleg. & in cap. 2. de maior. & obed. vbi dicit, quòd clerici ſunt exempti à iuriſdictione Imperatoris, quia ſunt res ſpirituales, & ex toto corpus & animam deputauerunt, & dederũt ſe in ſeruitium & ſortem Chriſti cap. cui portio. 12. q. 1. quæ ratio ceſſat in iſtis, qui taliter ſe non mancipauerunt obſequio Chriſti, & cũ prædictis tranſit etiam ibi Aret. vbi vult quòd familia clerici non gaudet priuilegio fori, niſi quando eſſent obligati perpetuò ad ſeruitium eccleſiæ, ſed quãdo eſſet obligatio temporalis vel ad beneplacitum, non videtur tutũ dicere, quòd iſti tales gaudeant priuilegio clericali, quia in contrarium eſt caſus in ca. pen. de priuil. in. 6. & in d. cap. per exemptionem, & iſta opinio videtur verior ſecundũ Feli. ibi quicquid dicat ibi Imo. qui ſub dubia ſorte, vult poſſe dici, quòd interim dum ſerui uiunt cenſentur de foro eccle. Accedat quod ſcribit Alb. de
4 Roſa. in. l. 1. C. de vxor. mili. dicens, † quòd familiares, & ſeruientes militum non gaudent eorum priuilegijs, quia non reperitur iure cautũ, & quia iſti ſeruientes poſſunt recedere quando volunt, & in hoc differũt ab vxore, quia gaudet eorum priuilegijs quia vxor tenetur neceſſariò ſequi virũ, & ad tex. in. l. 1. & . 2. C. de epiſcop. & cler. reſpondet, quòd ibi ſpeciale eſt in clericis ne fraudẽtur ſeruitio, quò magis poſſint vacare diuinis, & ſequitur Pau. de Caſtr. ibi, & fuit hæc opinio originalis Iaco. de Rauen. vt ipſi referunt. Prętereà
5 †, quòd vbi familia Principis deliquit ſubſit iuriſdictioni ordinarij, vult And. de Iſer. Iacob. Alua. & Præpo. in ca. 1. §. ſi miniſtrales de pac. tenen. vbi notant illum tex. quòd familiares, & ſeruitores Principum & Dominorum ſunt ſubiecti iuriſdictioni iudicis ordinarij illius loci, vbi delictũ commiſerunt, adeò quòd poteſt eos pro eorum delictis punire, vt ibi, & in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. & in. l. 1. ibi reatus omnem honorem excludit. C. vbi Sena. vel clariſſ. Ex prædictis colligitur, quòd familia nõ gaudet priuilegio fori, quòd tributum eſt domino, niſi ſint ſerui vel perpetuò obligati; non autem quando ſunt ſeruitores temrales, vel ſeruiunt mercede, prout ſunt hi, qui ſeruiunt Principi, & facit etiam ratio, ꝙ non eſt in illis ea dignitatis prę-eminentia, quæ eſt in Principe, propter quam inferioribus iudicibus nõ ſubditur, vnde ceſſare debet in eis id, quod eſt ſpeciale in Principe propter diuerſitatẽ rationis. In contrarium, quòd hi, qui ſunt de familia Principis, quos vulgo curiales, ſeu aulicos nominamus, gaudeant priuilegio fori,
6 faciunt infraſcripta. Et primò adducitur, quia † licet familia clerici non gaudeat priuilegio fori ſecundùm prædicta, tamen ſpeciale eſt in Epiſcopo, quòd eius familia gaudeat: & ſic quòd nullum alium habeat iudicem, niſi Epiſcopum cap. fin. de offi. Archi. tenet Anto. de Butr. & Abb. in d. c. 2.
7 de for. competen. Ergo idem † dicendũ eſt in Principe ſeculari, quod in eccleſiaſtico reperitur per not. per Innoc. in cap. cum parati. de appel. vbi vult, quòd non modo auctoritas Regis ſit minor auctoritate Archiepiſcopi, ſed etiã ſit
8 maior, vnde † ſi Archiepiſcopus aliquem epiſcopũ vel aliquem alium prælatum ad conciliũ vocauerit, & Rex ſiue ante ſiue poſt vocauerit eundẽ, poteſt vocatus licitè ad Regem venire, & Archiepiſcopi mandatũ prætermittere: Eſt .n. Regi honor habendus: niſi ſecundùm eũ Archiepiſcopus mandaret vocato, quòd corã ipſo cõpareret nõ obſtante Regis vocatione: nam tunc deberet potius obedire Archiepiſcopo, quia potius ſpiritui, quàm carni obediendum eſt cap. ſolitæ de maio. & obedi. refert & ſequitur Alexand. conſi. 124. Omiſsis ſuperfluis circa fi. lib. 1. Secundò addu-
9 ducitur Bald. in. l. 2. C. de epiſco. & cleri. vbi vult, ꝙ † priuilegia, quæ ſunt data ſcholaribus per auct. habita, in declinatione fori, & in alijs ibi contentis extenduntur ad famulos ſcholarium, nõ quòd ſcholares habeant aliquod priuilegiũ per ſe, ſed quia priuilegium ſcholarium ad eos extẽditur, & ſubdit ibi quòd famuli clericorum vel ſcholarium gaudent tali priuilegio, quandiu ſunt in ſeruitio Domini, poſtea nõ, quia nõ habent priuilegium propter ſe, ſed fauore domini, vnde ceſſante cauſa fauoris, ceſſat etiã fauor ſecundùm Iac. Butr. ſequitur ibi Sali. & tenet hoc idem Din. Bal. & Odofred. & ibi etiam Ioan. de Plat. poſt And. de Baru. in. l. viros C. de Comi. Conſiſtor. vbi dicunt quòd illa lex prębet optimum argumentum, ꝙ priuilegium datum ſcholaribus per auct. habita. C. ne fil. pro patre, competit etiam famulis, donec durant in eorum famulatu, & tenet hoc etiam Calcha. conſi. inferius allegando. Amplius dixit Alex. in ſcriniarios C. de teſta. mili. contra Ange. & Pau. de Caſtr. ibi quòd Bidellus vniuerſitatis ſcholarium, habet priuilegium ſcholarium, quo ad forum. Item non poſſunt per repreſalias grauari, allegat tex. in prooem. digeſtorum. §. fi. iuncto. §. pręcedenti & ibi Bald. & ponderat etiam tex. in d. Auct. habita. C. ne fil. pro pat. vbi etiam Bald. idem voluit col. 4. verſi. quòd autem hæc dicitur, & Bart. in tract. repræſalium in. 6.
10 q. 7. q. princ. Tertiò adducitur tex. † in. l. cubicularios. C. de præpo. ſacr. cubicu. vbi cubicularij non poſſunt in foro alterius iudicis conueniri præter quàm corã magiſtro officiorum. Sed reſponderi poteſt, quòd ibi eſt ſpeciale in cubicularijs propter occupationes eorum, vt ibi dicitur. Et non ſolum cubicularij habent hoc priuilegiũ fori, vt duntaxat coram magiſtro officiorum reſpondere teneantur, ſed etiam plures alij officiales palatij Imperialis, veluti Silẽtiarij. l. ne à diuerſa. ff. de ſilentia. Item agentes in rebus. l. ex eo. C. de agen. in reb. Item Decani. l. 2. C. de Deca. Item Fabricenſes. l. eos. C. de Fabricen. Item Caſtrenſiarij. l. 3. & . 4. C. de caſtrenſia. Item proximi ſacrorum ſcriniorum. l. in ſacris la tertia. C. de proxi. ſacro. ſcrinio. Item Duces, & apparitores, & limitanei caſtrorum. l. viros. C. de diuerſ. oſt. Item hi, qui in ſingulis ſcholis militant. l. quotiens. C. de priuil. ſchola. Vnde argumentũ retorquetur, nam ſi in quibuſdam officialibus voluit Imperator deputare ſpecialem iudicem, ſequitur, quòd in cæteris, qui ſeruiunt palatio, noluerit, quia incluſio vnius eſt excluſio alterius. l. cum prætor in princ. ff. de iudi. & exceptio firmat regulã in caſibus non exceptis. l. quæſitum. §. denique. ff. de fundo inſtru. Item ius ſingulare extendi nõ debet. l. ius ſingulare. ff. de. ll. pro quo facit, quòd dicit Pau. de Caſt. in. l. 1. C. quib. cau. mili. for. præſcr. vbi di-
11 cit † quòd familiares Papæ, vt ſunt capellani, cantores, ſcutiferi, cubicularij, & ſimiles, quouſq; ſunt ad tale officium, habent certa priuilegia, maximè circa iudices, vt nõ trahantur coram ordinarijs, ſed coram quibuſdam ſpecialibus iudicibus, & ſic pręſupponit ibi Pau. de Caſt. quòd familiares Papæ non habent priuilegium fori de iure cõmuni, niſi ſpe-
12 cialiter eſſet illis per Papam tributum. Quartò † adducitur Calcha. conſil. 71. Quidam Nicolaus cum duabus ſubſcriptionibus ſequentibus, vbi concluditur, quòd non ſolum familia clericorum & Epiſcopi, ſed etiam ſecularium gaudet priuilegio

priuilegio fori. Adducit tex. in cap. pen. de priuil. in 6. indistinctè loquentem, & text. in l. viros. C. de comit. consisto. lib. 12. & in l. medicos. C. de profess. & medi. lib. 11. & in l. fi. C. eo. tit. & tex. quem dicit optimum in l. in sacris la 3. C. de proxi. sacro. scrinio. lib. 12. & in l. fin. C. de prepo. agen. in reb. & hoc intelligitur procedere nō solùm in ciuilibus, sed etiã in criminalibus per text. in d. l. in sacris & in l. ex eo, C. de agen. in reb. Poterat ad idem allegare tex. in l. ne ad diuersa & l. iubemus. C. de silentia. & in l. 3. C. de Castrensia. Sed hic est aduertẽdum, quòd Imperator in d. l. in sacris & alibi tribuit priuilegium fori non seruitoribus temporarijs, & mercede cōductis, sed seruis, & sic his, qui perpetuò sunt obnoxij seruituti, qui nō est casus noster. Item dum tribuit priuilegiũ colonis, seu ascriptitijs potest intelligi, dum conueniuntur super rebus dominorum, nō autem vbi conueniuntur ex contractu, & delicto, secundũ Spec. superius allegatum, quia ita intelligit tex. in l. 2. C. de episco. & cler. l. si quis. C. vbi cau. fisca. Vlteriùs respōderi potest, ꝙ istud procedit in præfatis iuribus, quia ita fuit specialiter expressum.

13 Tenendo † istam postremam opinionem, quòd familia principis gaudet priuilegio fori. Non obstat text. in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. vbi is, qui delinquit, punitur in loco delicti, non obstante quocunq; priuilegio, quia ille tex. intelligitur de priuilegio ab homine concesso, non autem de priuilegio clauso in corpore iuris, nam tunc requiritur, quòd expresse illi derogetur, quũ excedat naturam ipsius priuilegij, vt vult gl. ibi in verbo illic, quam sequitur ibi Bald. & cæteri, & glo. in l. 2. §. omnes in verbo non cōpelluntur, & in l. hæres absens in princ. in verbo excusantur. ff. de iudi. cum concord. adductis per Feli. in c. fin. colu. 3. de for. compe. & vltra allegata per eum, ponit Ioan. de Plate. in l. cubicularios. C. de præpo. sacr. cubi. Si igitur istud, quòd familia gaudet priuilegio fori, quod tributũ est Domino, reperitur dispositũ secũdùm ius commune, cessat obiectum. illud etiam nō prętermitto, quòd domestici Principis & hi, qui habent officia publica in eius curia fori, præscriptione non vtuntur in publicis functionibus, & priuatis negotiationibus, vt est tex. in l. 1. & ibi Scribentes. C. in quib. cau. milit. fori præscr. hanc tamen postremam opi. veram esse constanter non affirmo, sed super ea sentio diligenter esse cogitandum propter ea, quę in contrarium allegata fuerunt.

24 Alterum fuit quæsitum, in † cuius dominio sint muri ciuitatum & municipiorum. Et primò videtur, quòd sint in nullius bonis, vt dicit tex. in §. sanctæ Institu. de re. diui. & probatur in l. in tantum. §. sacræ, iuncta l. sanctum. §. fin. ff. eod. titu. Secundò videretur, quòd sint Principis, quia sine eius licẽtia nemo potest facere seu reficere d. muros, vel eis aliquid superimponere, aut supponere. l. sacra. §. muros. ff. de rer. diui. l. opus nouum. §. fin. ff. de oper. pubi. l. nemo Iudicum. C. eo. titu. Sali. in l. per prouincias. C. de ædifi. priua. Ioan. Fab. in d. §. sanctæ quoq; res Instit. de re. diui. Tertiò dicitur, quòd sunt vniuersitatis per tex. in l. omnes prouinciarũ. C. de oper. publi. & in d. l. per prouincias. C. de ædifi. priua. vbi glo. hoc expresse declarat, & hoc vltimum tenet Anto. Capic. decis. 27. vbi ex hoc infert, quòd ciues possunt concedere alicui licentiam ponendi sua insignia in muris, si volunt. Non obstat tex. in d. §. sanctæ Instit. de re. diu. & in l. in tantum. §. vniuersitatis. iuncta d. l. sanctum, vbi dicunt quòd sunt in nullius bonis, quia hoc intelligitur, quo ad vio-

15 lationem seu alienationem: nam † non sunt in commercio nostro, sed sunt sancti, & ita exponit Ioan. Fab. in d. §. sanctæ, & videtur esse de mente Bald. in l. etiam colum. 4. vers. modo quæritur. C. de exeu. rei iudi. dum dicit ꝙ muri ciuitatis, vel castri non possunt pro debito vniuersitatis capi, quia sunt sancti, & nō in commercio. l. sanctum. ff. de re. diuis. &

16 eos violare capitale est. l. fin. eo. tit. Non obstat † quòd sine licẽtia Principis nō licet facere vel reficere muros, vt in ll. superius allegatis, quia hæc prohibitio habet locum contra priuatũ, non contra vniuersitatem, ita intelligit gl. in d. l. sacra §. muros in verbo licet. & gl. in d. l. opus nouũ in verbo publico & in d. l. per prouincias in verbo sui dominj & glo. 1. in d. §. sanctæ institu. de re. diui. Idem tenet. Bart. in d. l.

17 opus nouum, vbi dicit, quòd † ciuitas potest muros sibi ipsi facere sumptu suo non sumptu Principis, & quòd non obstante eo, quod notatur in l. omnes. C. eod. tit. glo. ibi communiter tenetur, ex quo infert, quòd castra, quę sunt in comitatu, hoc facere possunt sine licentia, dummodo nō fiat ad æmulationem. & hoc idem tenet Ioan. de Plat. in l. fi. C. de quib. mu. nem lic. se excus. & ibi Lucas de Pen. q. 7. Præterea non valet consequentia, constructio murorũ non potest fieri sine licentia Principis, ergo id, quod fuit constructũ, efficitur Principis, quia videmus quòd in limitrophis quis non potest fabricare fortalicium seu arcem munitam turribus, & fossis circunductam, quæ castellũ vocatur, sine licentia Principis. l. quicunq;. C. de fun. limitro. lib. 11. Bart. in l. ex hoc iure colum. 4. versi. sed contra hoc. ff. de iusti. & iu. & tamen si fiat huiusmodi ædificium cum licentia Principis, nemo dixerit illud esse in dominio Principis.

SVMMARIVM.

1 *Dignitate maiori fultus in sessionibus & honoribus cæteris præfertur, nisi ex consuetudine antiquior familia præferatur. & nu. 4.*

2 *Consuetudo & vsus longeuus maximã habet auctoritatẽ.*

3 *Consuetudo in sessionibus, prælationibus, honoribus, & processionibus attendenda.*

5 *Feudum antiquum sapit nobilitatem, secus feudum nouum.*

6 *Feudum nobile, & antiquum æquiparantur.*

7 *Familia antiquior, vbi de dignitate agitur familiarũ, præfertur.*

8 *Pater non potest præiudicare filijs in his, quæ ipsis quæsita sunt ex persona maiorum.*

9 *Nepos ex filia potest in hæreditate aui succedere, matris renunciatione non obstante.*

10 *Diuitiæ, quum non sint vera nobilitas, non attenduntur in electionibus, nisi vbi circunstantiæ sunt hinc inde pares.*

CONSILIVM. 567.



1 XTANTE consuetudine, quòd in cōsilio Bugellano in sessionibus preferãtur hi, qui sunt † de antiquiori familia, cæteris. Et præfati Magnifici D. de Bertõdanis sint de antiquiori familia, quàm sit magnificus Dom. Alexãder de Scalijs. Arbitror proculdubio ipsos Domi. Bertondanos esse præferendos aduersario in sessionibus præfati cōsilij, & eodẽ modo in alijs honoribus municipalibus, veluti in deferendo vmbraculũ seu baldachinũ in sacratissimo festo Corporis CHRISTI, quod procedit etiam, posito, citra veritatis præiudicium, quòd aduersarius aliunde haberet maiorem dignitatẽ, quia primo loco spectanda est consuetudo seu lex consilij in prælationibus, deinde cōsuetudine cessante, præfertur ille, qui maiori fultus est dignitate, vt est text. clarus in l. 1. in princ. ff. de albo scrib. vbi formaliter dicitur. Decuriones in albo ita scriptos esse oportet, vt lege municipali præcipitur: sed & si lex cessat, tunc dignitates sunt spectandæ, & glos. ibi exponit lege municipali, idest consuetudine, ad quod etiam allegat l. non

2 tantum. ff. de decur. Nam † consuetudo longæuiq; vsus nō est vilis auctoritas: & ne quid contra longam consuetudinem fiat, ad solitudinem suam pręses prouinciæ reuocabit, vt habetur in l. 1. & 2. C. quæ sit lon. consu. & dicit Bald. in titu. de pac. Constan. in prin. in verbo ab antiquo per illum tex. quòd antiquæ consuetudines sunt seruandę, & alibi dicitur, quòd illud, quod est consuetudinarium, non est arbitrarium, ita Bal. in l. quicunque. C. de ser. fugi. Sed quid ista

3 prosequor? nam in terminis, quòd † cōsuetudo attendi debeat in sessionibus & prælationibus, vult glo. in c. legitimus in verbo

in verbo nec altera 93.distinct.& Bald. in ca. cum olim de consue.vbi per illum tex. inquit, quòd consuetudo præbet loca sedendi,& dicit Bald.in l.obseruare.§. antequam.ff.de offi.procon.& leg.quòd in processionibus debet ire primò is,qui prius ire consueuit, & dicit Bald.in cap.1.§.Marchio secunda col. qui feud.da. pos. quòd Barones debent sedere penes Regem ordine consueto, subdens in quadã additione, quòd attenditur consuetudo in quo loco sedere debeat cantor in Choro,& quòd cõsuetudo debeat attendi in honoribus,& dignitatibus, vult Ang.consi.111. Ordo consuetudinis in prin.vbi ad hoc allegat text. in l.& qui originẽ.§. præses & in l.honor.§.gerẽdorum.ff.de mune. & hono. In
4 † casu autem nostro tanto magis ista cõsuetudo est seruanda, quia est rationabilis, & iuri consona. Nam qui de antiquiori est genere & familia, is est nobilior,ideò preferri debet,vt est bon. tex.in.l.vni.§. quæ omnia ibi vir ab antiqua stirpe,vbi Albe.not.C.de vete.iu.enucl.l.prouidendum ibi, aut meritò nobilissimus fecerit, aut vetustate.C. de postul. hinc dixit Rainal.in trac.de nobili.q.3.in prin. nobilitatem tantò maiorem esse,quãtò plus inueterascit, & quòd vetustas generis tribuat nobilitatem, facit optimè, quod scribit Bald.in prælu.feu.col. pen. vbi in decima diuisione feudo-
5 rum, inquit, quòd † feudum antiquũ sapit nobilitatem, sed non feudum nouũ,quia nobilitas non nascitur in ictu oculi l.stemmata.ff. de gradi. dicunt etiam Bald. & Iacob. Alua. & Præpo. in cap.1.§. cæteri, quis dicatur Dux, Com. vel March.quòd nobilitas attribuitur antiquitati. Ita ꝙ omne feudum antiquum potest dici nobile,feudum autem nouũ, qui acquirunt remanent plebei, ex quo insignis inter Mo-
6 der. Dec.consi.53. Placet mihi col.2.dicit,quòd † si aliquis est inuestitus iure nobilis feudi,perinde habetur,ac si dictũ fuisset iure antiqui feudi, quia feudũ antiquũ est illud, quod dicitur nobile, non autem nouum, & istud est etiam, quod voluit Bald.in cap.pen.§.si rusticus de pa.ten.vbi inquit per illum tex.quòd quemadmodum vna hirundo nõ facit ver, ita non intelligitur de nobili genere,nisi qui probauerit,qđ antiquitus maiores eius fuerunt nobiles per not. per glo. in d.l.stemmata, quasi sentiat Bal. nõ satis esse habere patrem nobilem,nisi maiores quoq; huiusmodi fuerint, & sequitur ibi Iac.Alua.& Præpo. Si igitur vetustas generis præbet nobilitatem, sequitur, vt, qui de vetustiori sit familia, reliquis anteponatur,quia præcedere debet, qui est de meliori sanguine,vt Bald.scribit in l.nemini in fin.C. de aduoca.diuer. iudicio,& dicit Abb.in c.1.de dona. quòd si quis sit nobilis moribus & genere, prefertur ei,qui nobilis est moribus tantùm,quia duplex decus fulget in eo,& proprium, & suorũ. Non intendo tamen dicere, quòd aduersarius nõ sit nobilis,sed illud dico, quòd non tantã habet nobilitatem,quantam habent illi de Bertondanis, qui sunt de antiquiori prosapia. Nam vt bono datur melius.l. vbi autem non apparet in prin.ff.de verb.oblig. ita antiquo datur antiquius,& semper venerationi habita fuit senectus.l.semper de iur.immu. l.fin.ff.de fid.instr.l.cũ pater.§.pluribus.ff.de lega. secundo, & not.per Abb.in ca.statuimus.secundo notab.de maio.& obedi.vbi reputat text. in d.l.semper esse singularem,& la-
7 tius tangunt Moder.in l.cum quid.ff.si cer.pet.Nam † sicut inter personas prefertur ille,qui ætate antecedit,vt habetur in locis præallegatis, ita vbi de familiarum agitur dignitate,antiquior videri debet dignior,& preferri. Quum igitur consuetudo præfati consilij sit rationabilis,omninò obseruari debet, præsertim cũ præsupponatur seruatam esse per tempus immemorabile, nam quãtum valeat immemorialis consuetudo adeò est notũ, vt non sit opus alio sermone.
8 Non † obstat,quòd pater aduersarij priorem aliquando locũ tenuerit, & præcesserit patrem præfati Mag. D. Iacobi de Bertondanis nunc contendentis,quia illa tutissima est responsio,quòd pater non potuit præiudicare his,quæ acquisita sunt antiquitùs generi & familie,sed potest filius venire ad ea,ex persona maiorum,vt sunt text. aperti in l.eũ qui.ff. de interdic.& relega.& in.l.emancipatũ ff.de sena. & facit. quòd scribit Bal.in.l.pactum quod dotali. q.18.C. de colla.
9 vbi vult, ꝙ † nepos ex filia succedat in hæreditate aui nõ obstante renunciatione matris, quia hoc nõ habet ex persona matris, sed legis beneficio.l.3.§. si emancipatus.ff. de bon.posse.contr. tab. Bertondani autem habent prælationem non ex persona patris, sed beneficio legis.i.consuetudinis præallegatæ. Nõ obstat quòd aduersarius sit ditior &
10 potentior,quia posito,sed non cõcesso,quòd ita esset,† potentia & diuitiæ non attendũtur in electionibus,nisi vbi circunstantiæ sint hinc inde pares,vt est glo. in.ca. constitutis il.secundo in verbo,impotentiam,quam ibi omnes sequuntur de appel.& nõ sunt diuitię vera nobilitas,vt inquit Luc. de Pen.in.l.mulieres col.2.versic. Septimò de diuitijs.C.de digni.lib.12. Sed in casu nostro circunstantiæ non sunt pares, quia Bertondani eminent nõ solum antiquitate generis,sed etiã multis alijs conditionibus, quę in consilio exhibito continentur. Ex præmissis igitur concludo, quòd vigore præfatæ consuetudinis casus sit clarus, quòd præferri debent præfati D.de Bertondanis, & in his præstãtissimus, Iuriscõsultus D.Ioan. Iacobus, qui in hac controuersia elegantes admodum & copiosas allegationes edidit.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis solenniter facta, nunquid coram duobus testibus possit reuocari. vt in nu.3.& .8.*

2 *Solennitas eadem requiritur in actum destruendo, quæ requiritur in conficiendo.*

4 *Verbum reuocare quid importet.*

5 *Legatum esse factum sicut non probatur nisi per quinq; testium præsentiam, ita nec legati ademptio.*

6 *Instrumentum minus solenne licet probet nudam voluntatem, tamen sufficit ad reuotionem legatorum.*

7 *Donatio causa mortis partim contractui, & partim vltimæ voluntati assimulatur.*

CONSILIM. 568.



Ecit quidam donationẽ causa mortis famulo cuidã pro obsequijs in infirmitate sua & alibi per eum sibi impensis quorundam bonorum, deinde per duos aut tres dies post antequam moreretur instãtibus fratribus reuocauit donationem causa mortis coram testibus duobus. Dubitatur an. d. reuocatio valet, & circa hoc Excel.inter scribentes moder. Phili. Dec. consi.305. Iuri-
1 dicam esse arbitror colum.pen. † tenuit,donationem causa mortis posse coram duobus reuocari, motus ex eo,quia donatio causa mortis per sententiam reuocatur.§.1. Instit. de dona.l.qui mortis causa donauit in fin.ff. de dona. cau.mor. cum simil.ibi in glo. allegatis. & notatur in.l.non omnis.ff. si cer.pet.per quæ iura apparet, quòd etiam nuda voluntate fieri potest, ex quo inferri videtur, quòd licet in donatione causa mortis quinq; testes requirantur.l.fin.C.de dona.cau. mor.l.fin.in fin.& ibi glo. in verbo scriptis.C. de codic. tamen in ista pœnitẽtia duo testes sufficiũt. Ita dicit ibi Dec. nihil aliud allegans,& repetit in d.l.non omnis.ff.si cer. pet. In contrarium,quòd reuocatio non valeat,adducitur, quia
2 † eadem solennitas,quæ requiritur in faciẽdo, requiritur pariter in destruẽdo gl.in l.cum proponeretur in verbo, quęreretur.ff.de leg.2. quæ vult,quòd quot testes requirũtur in probando testamẽtum, totidem requirantur in reuocatione eiusdem,quam gl.reputat not.& sequitur Alex.in rub.ff. de acqu.posse.& in l.inter stipulantem.§.sacram ff.de verb. obli.& pro hoc facit trita reg.quòd omnis res, per quas causas nascitur,per easdẽ dissoluitur cap.1.de reg. iu.l.nihil tam
3 naturale.ff.eo.ti.l.prout quisque.ff.de solu.quũ† ergo in donatione causa mortis requiratur quinque testium numerus de necessitate actus,idem requiritur in reuocatione. Confirmantur præmissa per tex. in.l.Marcellus.§.1.ff. de dona. cau.mor. vbi formaliter dicitur, quòd ad exemplum legatorum

torum donationes causa mortis reuocantur, & sic ibi vult Iuriscon.quòd eo modo,quo reuocantur legata,eodem do
4 nationes causa mortis reuocētur, & hoc † propriè illud verbum reuocātur accipiendo pro eo, quod est actum, iam in esse deductum,irritare & cassare: quasi retrouocare: sin autem accipiatur,prout ibi intelligit glo. reuocantur,idest redigantur: adhuc habetur intentum,quia vult tex.quòd donationes causa mortis regulantur vt legata,quod etiam ex-
5 presse dicitur in.l.illud in prin.ff.eo.tit.sed † legata,quæ non possunt dari, nisi quinq; testibus præsentibus, ita non possunt adimi,nisi eodem quinq; testium numero interueniente,quando ademptio fit clarè per actum verbis,vt vult glo. in.l.fideicommissum.C. de fideicom. nam quum tex.ibi dixisset fideicommissum pœnitentia probata nō deberi glos. ibi in verbo probata subdit per septem vel quinq; testes,& sequitur ibi Bart. Bald.& reliqui, idem dicit glo. in.l.hæredes palam.§.si quid post.ff.de testam.quam in hoc sequuntur ibi omnes,& maximè Pau. de Cast. qui vult, quòd expressa ademptio legati debet per quinq; testes probari,quia est actus vltimæ voluntatis iux.not. in.l.cum proponeretur ff.de lega.secundo: ergo virtute æquiparationis idem dicendū in donatione causa mortis,vt in eius ademptione quinque testes requirantur. Nec facit aliquid, quòd nuda voluntate possit reuocari,quia ad hoc respondet ex eo,quod Bar. dicit in d.§.si quid post, quòd hæc nuda voluntas debet plenè & solenniter probari, & idem est de mente Bal. in.l.fin. col.pen.vers.restat quærere.C.de fideicom. vbi vult, quòd
6 † licet per instrumētum minus solenne probetur nuda voluntas testatoris, tamen hoc non sufficit ad reuocationem legatorum, nisi ope exceptionis, & dicit idem Bald. in.l.2. circa prin.C. de bon. posse. secundùm tabu. quod veniens ab intestato,potest confiteri testamentū sic factum,sed nō solenniter factum, & tunc institutus habet probare per te-
7 stes solennitatem interuenisse.Non obstat † quòd donatio causa mortis quo ad productionem sui in esse & ordinationem accedat magis contractui, quàm vltimæ voluntati,vt Bal. scribit in.l.2.ff.de leg.1. cuius doctrinam omnes ibi sequuntur, & eandem doctrinā repetit consi.248. An cęcus possit lib.5. nam donatio causa mortis debet fieri à præsente præsenti.l.inter mortis.ff.de don.cau.mor.Itē in ea requiritur traditio vel stipulatio.l.mortis causa donatio &.l.Senatus.§.fin.ff.de don.cau.mor. quorum nihil requiritur in vltima voluntate: hinc etiā fit,quòd donare causa mortis potest filiusfam.cum consensu patris,quia contractus possunt pendere ab alterius consensu.l. tam is.§.1.ff. de dona. cau. mor.l.filiusfa.ff.de dona. Nam respondetur,quòd licet quo ad prędicta donatio causa mortis assimiletur cōtractui,tamen quo ad præsentiam quinq; testium,de qua nūc agitur, assimilatur vltimæ voluntati, vt est tex. clarus in.l.fin.C.de dona.cau.mor.vbi dicitur, ꝙ quum inter veteres orta esset dubitatio vtrum donatio causa mortis aggregāda esset contractibus an legatis, Imperator ibi hac sublata dubitatione statuit, quo ad præsentiam quinq; testiū & insinuationem non faciendam sortiri eum effectum,quem vltimę habent
8 liberalitates, & sic † quum in ordinatione eius requirantur quinq; testes, prout requirunt vltimæ voluntates, sequitur quod in destructione eius eadem solennitas testium requiratur. Præterea licet velimus dicere, ꝙ donatio causa mortis sortiatur naturam contractus etiam quòd in ea interuenire debeat quinq; testium solennitas, quia in contractibus quandoq; quinq; testes requirūtur, Auth. sed nouo iure.C. si cer.peta. tamen adhuc in reuocatione interuenire debuit par testium numerus, quia regula, quòd ea solennitas, quæ requiritur in conficiendo actū, requiritur etiā in destruendo, militat etiam in contractibus.l. nihil tam naturale.ff.de regu.iu.Auth. contra si filij in fin.& ibi Bar.C. de repud.l.si ad resoluendam.C. de præd. mino. Repertum postea fuit, ꝙ Dec. improbat nouissimè Andr. Alci.in.l.2.ff.de lega.1. Allegata etiam fuit pro contraria opinione,quia dato,quòd reuocatio sit inutilis & nulla,tamen reuocatio inducitur ex actu ipso ademptionis inutili.l.& si transferam, &.l.legatū sub conditione.§.pater hortos.ff.de adim.lega.Bal.in.l.filia legatorum.3.q.C.de lega.& in rub.C. de verbo.signi.versi. sed quid si testator, Roma.singu.107.Soci.consi.104. Q̄m præsens cōsultatio circa fin.lib.3.Sed respōdetur vnico verbo, ꝙ in præfatis iuribus cōstabat solenniter testatorem ita voluisse, ꝙ non est in casu nostro.Et ita sentio in pręmissis.

SVMMARIVM.

1 *Lex vbicunq; procedit per modum regulæ, tunc id repetitū intelligitur in alijs legibus.*
2 *Beneficij collatio sicut potest per testes probari sublata scriptura,ita & eius renunciatio.*
3 *Legatum vbi ex forma statuti probatur per duos testes, eodem modo poterit reuocatio probari.*
4 *Legatum ad pias causas sicut corā duobus testibus fieri potest,ita & adimi.*
5 *Donatio causa mortis sicut, vt valeat, requirit quinque testium præsentiam, ita & eiusdem donationis reuocatio, & nume. 8.*
6 *Solennitas in destruendo actum, nō minor quàm in faciendo,sed eadem & quandoque maior requiritur.*
7 *Testamentum inter liberos factum coram duobus testibus licet sustineatur,tamen eius reuocatio non valet,nisi facta coram septem.*
9 *Voluntas sola non sufficit ad actus validitatem, nisi solennitas requisita intersit.*
10 *Testes in contractibus recepti, quomodo differant à testibus in vltima voluntate adhibitis.*
11 *Confessio partis dicentis voluntatem testantis interuenisse, sed non solennitatem,ei non præiudicat,nisi per aduersarium probato solennitatis interuentu.*
12 *Donatio causa mortis quomodo differat ab eius reuocatione.*
13 *Donatio causa mortis, quòd nuda voluntate possit reuocari, quomodo intelligatur.*

De eadem causa. Cons. 579.



SCRIPSI aliàs donationē causa mortis factam coram quinq; testibus,non posse coram duobus reuocari, & in eadem sentētia adhuc permaneo, & vltra iā dicta & allegata moueor ex infrascriptis.Primò per tex.in.l.fin.C.de dona.cau. mor. iuncta.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iu.c.pen.eo.tit.in antiquis,vbi dicitur,quòd omnis res,per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur:
1 † vbicunq; enim lex procedit per modum regulæ,id intelligitur repetitū in alijs legibus.l.regula.§. fin.ff.de iu. & fac. igno.ponit Bart. in.l.prætor.§. eritque differentia.ff. vi bo. rapt.Bald.in.l.quemadmodum.§.fin.ff. ad.l.Aquil. Imo. in Clem.prima de supplen. negli. præla. ergo quæ dicuntur in d.l.fin.C.de dona. cau. mor. habent pariter locum in reuocatione per reg.d.l.nihil tam naturale. Secūdò adduco Bal. in l.testium 5.nota.C.de testib.vbi per illū tex.inquit,quòd eodem modo, quo probatur aliquid, eodem modo debet probari resolutio eius,vel per æquipollens. Tertiò facit, ꝗa cōtrariorum eademmet est dispositio, & statutum in vno, intelligitur statutum in alio.l.secundùm naturam.ff.de reg. iu.l.pen.& ibi Bald.in fin.ff.de solu.l. si ex toto in prin. & ibi Imo.ff.de leg.primo c.frequens in fin.de resti. spolia.in 6.c. hospitiolum in fin.32.distin.Bal.in c.cum venissent col.fin. de iudi.& dicit Bald.in.l.ab emptione per illū tex.ff. de pac. quòd contrariorū non solum eadem est disciplina, sed etiā potentia. hinc videmus, ꝙ si tenuta fuit data de facto per Iudicem parte non citata, similiter non citata parte poterit reuocari,vt dicit Bal.in.l.si pacto quo pœnam.C. de pac.cū
2 concord. de quibus ibi per Alex.vlti. nota. Et sicut † collatio beneficij nō requirit scripturam, sed potest probari per testes,similiter potest renunciatio,vt Bald.not.in c.sollicitę in fin.

in fin.de restit.spolia. videmus etiam, quòd sicut hodie donatio pacto nudo fieri potest.l. si quis argentū.C. de donat. sic etiam pacto nudo dissolui potest, vt not.per gl.& Doct. in.l.ab emptione.ff. de pac. Quartò magis proximè vrget, quod Bal.determinat in.l.fin.col.fin.versi. ex hoc infero.C.
3 de fideicom.dicens, quòd † si ex forma statuti legatum poterit probari per duos testes, eodem modo poterit reuocatio probari per gl.in.l.cum proponeretur.ff.de lega.2.sequitur Alexan.in.l.quemadmodum circa prin.ff.de acq. posse. & dicunt etiam Cardi.& Imo. in.c.relatum il primo de te-
4 sta. quòd † quum legata ad pias causas possint fieri coram duobus testibus, ita etiam possunt adimi, & hoc etiā tenet Alex. in rub.ff.de acq.posse.& latius consi.209. Statutis accuratè perspectis col. fin.lib.2. Quum igitur vbi solennitas testium diminuitur in vltima voluntate intelligatur etiā diminuta in eius reuocatione, nescio videre, si augeatur, cur non debeat aucta videri in reuocatione, quoniā quod operatur detractio, quo ad diminutionem, idem operatur adiectio,quo ad augumentū,l.si ex toto in prin.& ibi not.Moder.ff.de leg.1.Quintò accedat,nam quādo in vno contrariorum statutū aliquid fuit, id procedit proculdubio in altero,vbi eadem militat ratio.l.fin.§.fin.versi.contra quoq;.ff. de leg.3.l.& si contra.§.fin.& ibi gl.ff. de vulga. & pupil.tradit Bar.in.l.in fundo col.1.ff.de rei vend. & in.l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de verb.oblig.Bald.in.l.vnica.§.pro se-
5 cundo 7.oppo.C.de cadu.tollen.Sed ratio,quare † in donatione causa mortis requiratur præsentia quinq; testium,alia assignari nō potest,nisi vt euitetur falsitas, quam rationem in legatis assignat Imper. in.l.fin.C. de fideicom. quæ ratio etiam militat in reuocatione, per quam voluntas donantis causa mortis,vel legantis non potest locū habere,quod benè venit ponderandū in casu proposito,in quo exhibita reuocatio non caret magna suspicione falsitatis, vt patet ex actis,& deducitur latè per patronum causæ.Et istud funda.
6 (si benè consideretur) tollit omnem difficultatē, quia † nō debet requiri minor solennitas in destruēdo actum, quàm in faciendo, imò plerunq; maior requiritur in destructione,quàm in constructione, vnde videmus benè ad propo-
7 situm, quòd † licet pater possit testari inter liberos cū duobus testibus,vt not. in.l.hac consultissima.§.ex imperfecto C.de testa.tamen eius reuocatio nō potest fieri, nisi coram septem testibus Auth. hoc inter liberos.C. eod. titu. Sextò
8 † donatio causa mortis, quo ad reuocationem (vt nouissimi rectè scribunt in.l.2.ff. de leg.1.) assimilatur magis vltimæ voluntati,quàm contractui,quia per pœnitentiā quandocunq; reuocatur, & vbi donatarius præmoritur.§.1. Institu.de dona.l.non omnis in prin.ff.si cert. pet.quod etiam fit in legatis,quæ semper possunt adimi (vt est notū) & deficiunt legatario præmoriente.l.vnica.§. pro secundo.C.de cadu.tollen.Cōtractus verò sunt irreuocabiles.l.sicut.C.de actio.& obliga.l.perfecta.C.de dona. quæ sub mo. & transeunt actiuè & passiuè ad hæredes etiam si essent conditionales.§.ex conditionali Instit.de verb.oblig.ergo donationes causa mortis non possunt minori testiū numero reuocari,quàm vltimæ voluntates,quibus æquiparantur. Septimò non debet mouere Iudices, ꝗ constare videtur de voluntate reuocantis per illos duos testes in d. donatione de-
9 scriptos,quia † respondeo, quòd talis voluntas non sufficit, nisi etiam sit solennis, vnde si etiam per cōfessionem partis constaret reuocationem fuisse factam,sed diceretur nō solenniter factam,aduersarius non potest obtinere, quia voluntas non sufficit ad actus validitatē, nisi solennitas requisita intersit.l.nec nudo consensu.C.de emancip.liber.Et ibi Bald.not. Et clarum est, quòd ex minus solenni voluntate fideicommissum nō debetur.l.si veritas.C. de fideicom. &
10 † hæc est differentia inter testes, qui requiruntur in cōtractu, & testes qui requiruntur in vltimis voluntatibus: nam qui requiruntur in contractu,requiruntur tantūmodo probationis gratia; vnde si reus confiteretur contractū esse sic celebratū,proculdubio condemnaretur, etiam si vnus tantùm testis vel nullus interuenisset: sed testes,qui requiruntur in vltimis voluntatibus, nō tantùm interuenire debent ad probandum, sed etiam solennizandum actum, & ideò
11 † pars potest sine præiudicio dicere voluntatem testātis vel legantis interuenisse,sed nō solennitatem ob defectum testium,vt per gloss.Bar. & alios in.l.2.C.de bon.posse.secun. tab.Itaque si dicta reuocatio donationis careret suspicione falsitatis,imò quod est amplius, si eius veritas appareret seu per confessionem partis,seu alio quouis modo,tamen quia non fuit solenniter facta coram legitimo numero testiū ad solēnitatem requisito,sequitur, vt nullitatis vitio subiaceat, & ea non obsit donationi causa mortis antea solenniter factæ. Nec prædictis obesse potest, ꝗ Illustris Senatus iudicet sola facti veritate inspecta; quia debet intelligi de veritate,cui ius patrocinatur. ideò ille, cui sic committitur,non admittit agentem ex pacto nudo, quia huic actioni ius nō patrocinatur secundum Bal.in.l.nemo. circa fin.C. de sent. & interlocut.omn.iudi. Non obstat etiam prædictis,quòd non valet argumentū de confectione donationis ad reuo-
12 cationem; quia † donatio causa mortis non potest fieri,nisi interueniente stipulatione, vel saltem præsentia donatarij acceptantis,secùs est in reuocatione, quia potest fieri donatario absente: nam respondeo, quòd est dare inter ista differentiæ rationē; quia donatio causa mortis,quo ad sui ordinationem æquiparatur contractui, ideò requiritur stipulatio,vel præsentia donatarij: sed quo ad reuocationē, sortitur naturam vltimæ voluntatis,quæ non requirit præsentiam eius, cui legatur, vel adimitur.l.cū pater.§. surdo.ff.de leg.secundo.l.3.§.fin.ff.de adim.leg. Non obstat etiā, quòd
13 † donatio causa mortis nuda voluntate reuocatur; quia respondeo,ex hoc non fieri, quin in reuocatione requirantur quinq; testes, sicut in confectione: nam legata quoq; nuda voluntate possunt adimi, vt ad literā inquit tex. in d.l.3. §.fin.ff. de adim. lega. & tamen in reuocatione legatorum quinque testes requiruntur, vt not.in.l.hæredes palàm.§.si quis post.ff.de testamen. Nuda autem voluntate reuocatur donatio causa mortis, nuda scilicet à stipulatione, & præsentia donatarij, vel nuda à verbis,quia tacitè reuocari potest,puta propter superuenientem inimicitiam, vt in d.l.3.§. fin.&.l.ex parte in fin.ff.eod.titu.

SVMMARIVM.

1 *Princeps potest in terris feudatariorum citare homines ibidem existentes, & examinari facere testes in causis coram se, vel Illustri Senatu vertentibus, sine licentia Vasalli habentis iurisdictionem in primis causis, & num.3.*
2 *Papa potest directè citare Laicos in terris Imperij.*
4 *Princeps an & quando possit exercere actus iurisdictionales in subditos Vasalli habentis merum & mixtum imperium.*
5 *Archiepiscopus, vt iudex appellationis, non potest exercere iurisdictionē in subditos Episcopi nisi appellatione interposita, & coram ipso debitè introducta.*
6 *Pœna, quā incurrit subditus vasalli citatus à Principe propter inobedientiam & ex crimine læsæ maiestatis, Principi est applicanda. & nu.12.& 17.*
7 *Pœna delicti cedit lucro eius, qui principaliter læditur, nec alteri confertur & nu.9.*
8 *Verbum obuentionum est generalissimum.*
10 *Feudum, quod Vasallus delinquendo in dominum amittit, non ad proximos, sed ad Dominum reuertitur.*
11 *Verba generalia sunt ciuiliter intelligenda, & prout ratio dictat, non autem abusiuè.*
13 *Iudex in summa administratione constitutus potest punire per contumaciam in omnibus causis.*
14 *Publicatio bonorum quando Principi, & quando feudatario pertineat etiā ex Principis cōdemnatione & nu.16.*
15 *Condemnatio quælibet, & multæ sunt fructus iurisdictionis.*
18 *Contumax & inobediens mandato Principis largo modo dicitur rebellis, dic. vt nu.21.*

19 Rebellis

19 *Rebellis est quilibet contradicens superiori in quolibet dicto vel facto.*
20 *Excommunicationis pœna quas habeat vires.*
22 *Vasallus inuestitus simpliciter de mero & mixto imperio, non potest cognoscere causas appellationum.*
23 *Sermo simpliciter prolatus intelligitur de primo actu, non de secundo.*
24 *Appellatio est de reseruatis supremo Principi, quod nunquam praescribitur.*
25 *Principi reseruata in signum supremae potestatis non veniunt in generali concessione, nisi specialiter expressa.*

CONSILIVM. 580.



1 RIMO queritur vtrum † Illustrissimi Principes possint citare in terris feudatariorum homines ibidem existentes, & examinari facere testes in causis corā se, seu Illustri eius Senatu vertentibus absq; licentia Vasalli inuestiti de mero, & mixto imperio, & per consequens, qui habet in territorio iurisdictionem in primis causis: Et ad hoc respondeo, quòd sic, vt vult Are. cons. 58. Diligenter consideratis omnibus.
2 colum. 2. vbi vult, quòd † summus Pontifex possit directè citare Laicos in terris imperij, atteto, quòd imperium dependet ab ecclesia: allegat ad hoc Bart. in extrauag. ad reprim. in verbo. per edictum colum. penul. & sic ibi est decisio in terminis; pro cuius confirmatione faciunt multa, quæ cumulaui in quodam meo consilio, quod incipit, non transit sine difficultate. vbi doceo, quòd homines, qui subsunt vasallo inuestito à Principe cū omnimoda iurisdictione, magis sunt homines Principis, quàm vasalli, & ei magis tenētur obedire, & vbi eodē tempore concurrunt Princeps, & vasallus, ita vt vni tantum parere possint, præferendus est Princeps, vt ibi doceo, vbi etiam latè respondeo ad regulam, quòd vasallus vasalli mei non est vasallus meus.
3 Considero † etiam quòd magna esset indignitas, & magnū dedecus Principi, qui habet altum, & supremū dominium in territorio vasalli, & est Dominus ipsius vasalli, pro citatione & alijs actibus iudicialibus faciendis in territorio infeudato requirere licentiam vasalli, vnde cū non possit sine verecundia hoc facere, dico ad hoc eum non teneri iux. gl. vulga. in l. nepos Proculo. ff. de verbo. significa. & pro hoc etiam adduco id, quod decidit And. de Iser. in cap. 1. col. 1. qua. vasal. iura. debe. domi. fideli. vbi quærit. Pone in castro Titij Baronis quidam habet bona burgensatica seu allodialia, quę bona publicata sunt fisco Regio vel Ducali pro crimine læsę maiestatis propter clausulā solitam apponi in infeudationibus, & priuilegijs reseruatiuam iuris Principis ratione maioris dominij. Queritur an Rex teneatur prestare iuramentū Titio Baroni propter bona sita in iurisdictione Baronis, Respondet, ꝙ non, propter maioritatem dignitatis Principatus, allegat in argu. tex. optimum in l. interdū in fin. ff. de oper. lib. vbi si libertus, qui ad operas tenebatur, ad eam dignitatē peruenerit, vt ei inconueniens sit operas pręstare, operæ intercidunt; & istam decisionem sequitur ibi Præpo. non obstat id, quod ponit Ioan. Fabri. Insti. de Attilia. tuto. in princ. col. 3. versi. sed an superior † vbi dicit, non
4 posse Principē in terra Baronis sibi subiecti habentis merum, & mixtum imperiū tutorem dare pupillo, nec alium actum iurisdictionalem exercere, nisi in defectum iustitię, per ea, quę habentur in c. pastoralis de offi. ordin. & in cap. Romana. cod. titu. in 6. vbi habetur, quòd Archiepiscopus sit superior Episcopo, tamen non potest exercere iurisdictionem in dioceſi Episcopi: Nam predictis respondeo, fatendo, ꝙ Princeps non potest aliquem actum iurisdictionalem exercere in subditos vasalli habentis merū, & mixtum imperium, vbi vasallus potest illum actum exercere propterea inquit Bald. in l. prima quæs. 43. ff. de rer. diuisio. quòd dominus directus non potest cognoscere in primis causis rusticorum, quam decisionem vbiq; sequuntur Docto. sed vbi sumus in casu, in quo Vasallus non habet cognitionem inter subditos, nec aliquem actū iurisdictionalem in eos exercere: & interest Principis aliquē ex subditis Vasalli citari, vt quia vult ab eo de re aliqua informari, vel vult citare subditos vasalli, vt veniant ad testimonium ferēdum in causa, quæ coram ipso vertitur, vel si inquiritur, vel accusatur Vasalli subditus, quòd crimen læsæ maiestatis admiserit, istis casibus dico posse Principem citare Vasalli subditum, & in feudo Vasalli iurisdictionē exercere propter vniuersalem iurisdictionem, quam habet in territorio, & quia etiam proprium vasallus ab eo recognoscit. Illud autem de archiepiscopo, vt non possit exercere iurisdictionē in dio-
5 cesi Episcopi, ideò procedit, quia † Archiepiscopus, non est nisi iudex appellationis respectu subditorū epscopi: & iudex appellationis, etsi habeat iurisdictionem in territorio iudicis ordinarij, ipsam tamen habet ligatam, quia non sortitur effectum, nisi appellatione interposita, & coram ipso debitè introducta. Ita inquit Guid. Pap. quæstio. 436. quū materia. conclus. 3. per d. cap. pastoralis & cap. 1. de appella. in 6. Idem etiam voluit Bald. in l. eleganter. §. si quis post. colum. penul. ff. de condic. indeb. vbi inquit, quòd vbi minor iurisdictio subalternatur maiori, vt iurisdictio episcopi iurisdictioni Archiepiscopi, & iurisdictio iudicis à quo iurisdictioni iudicis ad quem; tunc superior nō intromittit se de iurisdictione inferioris prohibendo, sed agnoscendo suo modo, idest per viā appellationis vel nullitatis, allegat tex. in l. absentem. C. de accusa. & Archi. in ca. de persona. 11. q. 1.
6 Secundò quæritur, quid † si contigerit Principem citare subditum Vasalli, vt coram eo compareat sub pœna, & eo non comparente pœnam incurrisse declaret, vel si contra subditum Vasalli pronunciet in crimine læsæ maiestatis, & publicet eius bona, is autem habeat bona in territorio Vasalli, cui d. pœna, & bonorum publicatio debeat applicari, vtrum vasallo vel Principi; & teneo quòd istis casibus pœna pertineat ad Principem, qui cōtemnitur, vel offenditur;
7 nam regu. est, quòd † pœna delicti cedit lucro eius, qui principaliter læditur, vt is iniuriæ suæ vltionem habeat. l. cum emancipati. §. emancipatus filius. ff. de colla. bon. tradit Bar. in. §. & hanc in primis verbis in Auth. quo. oport. episcop. Ioan. de Ana. in cap. ad liberandum. 4. nota. de Iudæis. & in ca. de hoc in fi. de simo. & videtur etiam hoc esse de mente Bald. in cap. 1. colum. pen. versi. formatur etiam alia. de cap. qui cur. vend. vbi ponit q. Comes concessit militi in feudū castellaniam cum quarta omnium obuentionum: queritur cum quidam debeant amittere bona, quia offenderunt comitem, an castellanus de illis bonis debeat habere quartā, & primò arguit, quòd sic, nam socius socio communicat, quæ ob delictū consequitur. l. si quis societatem. ff. pro soc: Sed isti sunt socij. Item verba generalia hoc suadent, quia
8 † verbum obuentionum est generalissimum, vt nota. in l. si vrbana. ff. de condict. indeb. Contrarium concludit Bald.
9 post Oldrad. quia illud, quòd † alicui in vindictam propriæ iniuriæ debetur, alteri non confertur. l. secunda. §. emancipatus. ff. de colla. bono. l. at vbi. ff. de petit. hęred. l. bouem. §. si quis seruo. ff. de ædil. edic. adducit etiam plura alia iura, & præcipue tex. in cap. 1. §. denique, quæ fue. prim. cau. benef.
10 amit. vbi † si vasallus amittit feudū eo quia in dominū deliquerit, feudum nō ad proximos sed ad dominū reuertitur, vt hāc saltem habeat dominus iniuriæ suæ vltionem. Et ad l. si quis societatem. ff. pro soc. respondet Bald. ꝙ loquitur in societate omnium bonorū; quia omnia tunc veniunt communicanda. Et ad illud de verbis generalibus, respondet,
11 quòd † verba generalia ciuiliter sunt intelligenda, & prout ratio dictat, & non abusiuè. l. si cui. ff. de serui. l. obligatione generali. ff. de pigno. l. creditor §. Lucius. ff. manda. Ita residet ibi Bald. quem sequitur Iaco. de S. Geor. in sua inuesti. in verbo de castro col. 3. In eandem sententiam facit, quod scribit And. de Iser. in ca. 1. col. 1. vers. Item si dono Regio
12 qual. Vasal. iura. debe. Dom. fideli. vbi vult, quòd † si bona confiscantur

confiscátur pro crimine læſę maieſtatis,hec bona licet po-
ſita ſint in terra comitis vel baronis, pertinent ad fiſcũ Re-
gium per clauſulam formæ cõmunis priuilegiorum reſer-
uantem Principi ea,quę ſibi cõpetunt ratione maioris do-
minij ; & hoc ſequitur ibi Præpo. propè ſin. quod optimè
facit in propoſito , quia Illuſtriſsimi Principes noſtri reſer-
uant ſibi de more in qualibet infeudatione ſuperioritatem,
& ius alti Dominij . Accedat quod ſcribit Andr. de Iſer. in
c.1.§.quicunq; iudici in verbo,hæreditatem de pac.tenen.
13 vbi dicit, quòd † iudex in ſumma adminiſtratione conſtitu
tus poteſt punire propter contumaciam in omnibus rebus
l.ſi ad magiſtratum.C. de decur. li.10. ergo multo magis id
14 poterit Princeps,& ibi dicit Andr. de Iſer.quòd † cõdem-
nationes pecuniariæ & publicatio bonorũ pertinet ad co-
mitem vel baronem inueſtitum de mero , & mixto impe-
rio cum eorum iuribus & pertinentijs,de quo etiam tangit
idem And.ſupra in d.cap.1.§.ſi verò violator, tangit etiam
Iacob.Alua.in d.cap.1.§. ſi quis aliquem col.2.cum ſeq.ſed
non loquuntur iſti Doct.in præallegatis locis, quãdo Prin-
ceps punit in crimine læſę maieſtatis,vel vbi punit ob con-
tumaciã ſubditi non parentis eius præceptis , ſed vbi Prin-
ceps punit pro aliquo communi crimine, propter quod bo
na publicantur,nam tunc videretur tenendum, quod bona
ſita in territorio Comitis vel Baronis ad eum pertineant.:
quia tũc vnuſquiſq; fiſcus bona ſui territorij occupat.l.qui-
cunque.§.vniuerſi. verſi.quòd ſi fecerint.C.de hæreti.l.tu-
tores.§.hæredes & ibi Bart.ff.de admi. tuto. Bart. in.l.cun-
ctos populos colum.fin.C.de ſum.trin.& fi.catho.Anto.de
Butr. & Abb.in cap.poſtulaſti de for.compe. Bald.& Imo.
in.l.ex facto proponebatur.ff.de hæred.inſtit.& plenè An-
ge. de Aret. in tracta. malefic. ſuper verbo.& eius bona pu
blicamus. colum.2.cum ſua additio.& ita tenendum,quic-
quid dicat Pau. de Caſt.conſi.319. Primum dubium.col.1.
lib. 1. ſecundùm nouiſsimam impreſsionem ; nam vt dicit
Iacob.Alua.in d.§.ſi quis aliquem,huiuſmodi Comites vel
Barones in terris ſibi immediatè ſubiectis ſunt iudices or-
dinarij , quam iuriſdictionem ordinariam Princeps ſibi po
tuit concedere; conceduntur enim in priuilegijs eorũ terrę
& oppida cum iuriſdictionibus , & fructibus prouenienti-
bus; vnde omnia, quæ proueniunt ex re ipſa, ſunt ipſorum,
non autem quæ ſunt extra rem iux. not. per Inno.in cap.cũ
15 ad ſedem. de reſtitu.ſpolia. & quòd † omnis multa & con-
demnatio ſit fructus iuriſdictionis,tenet Alexand. latè in l.
diuortio.§.ſi fundum. verſicu.& faciunt hæc.ff. ſolu. matr.
16 ſed, vt dixi, præfati † Docto. loquuntur , vbi publicatio fit
pro alio crimine,quàm læſę maieſtatis,ſed vbi fit ea de cau
ſa,quia leſit Principis maieſtatem,tunc publicationis pœna
applicatur ipſi Principi,vt iniuriæ ſuæ habeat vltionẽ,quod
vltra præfatos Docto. tenet Guid. Pap.q.341. licet idem
Guido in crimine hæreſis teneat bona cõfiſcata ad feuda-
tariũ pertinere vbi bona ſint ſita in eius territorio, per text.
in ca.cum ſecundum de hereti.in.6.ita tenuit ipſe q.76.quę
17 incipit in terra &c. Idem quòd † de crimine læſæ maieſta-
tis dictum eſt,videtur dicendum de cõtumacia , & inobe-
dientia,vt ſi quis reſiſtat præcepto Principis, pœna Princi-
cipi debeat applicari , vt iniuriæ ſuæ habeat vltionem licèt
18 † enim inobediens & contumax non poſsit propriè,& ſtri-
ctè dici rebellis,niſi vbi facit contra proſperitatem imperij
& eius ſtatum, tamen largo modo dicitur rebellis, vt Bart.
dicit in extrauag.qui ſint rebel.in verbo rebellãdo, per tex.
in cap. ſanè il 2.vbi etiam Cano.not.de offic.deleg. & pro-
batur in ca.2.in fi.de oper.nou.nunc. & in c.ea, quæ.§.1.ibi
cõtumaces & rebelles.de ſta.monacho.& dicit Ang.in.l.2.
§.fin.ff.de iudi.quod intelliguntur rebelles omnes exiſtẽtes
in proteruia,& notoria inobedientia,quod ſentit etiã Bald.
in.l.ſi verò.§.quid ergo.ff. de teſta. mili. vbi dicit, quod di-
19 ctio † rebellis eſt vocabulum generale in quolibet ſubdito
cõtradicente dicto & facto ſuperioris,& videri debet gra-
ue delictum inobedientia, & contumacia,quia pro contu-
macia in non veniendo, & parendo infertur excõmunica-
tio. c.certum.11.quæſt.3.ca.1.in fin.vt lite non conteſta.&
nota in Cle.1. de do. & contum. & excommunicatio non
infligitur, niſi pro mortali. cap.nemo, & c.nullus.11.q.3.&
20 † excommunicatio non ſolum ſeparat à cõmunione homi
num & ſacramẽtorum , ſed etiam à gratia & cuſtodia Dei,
vt Inno.dicit in c.ſi quis presbyterorum,& ibi Abb.3.not.
de reb.eccle.non alien. Præterea hęc dicitur multa,quæ in-
fligitur propter cõtumaciam.l.1. in princ.ff. ſi quis iuſdi.nõ
ob temp.& multa applicari debet Principi, qui eam impo-
nit,vt dicit Iacob. Alua.in d.c.1.§. ſi quis aliquem.1. oppo.
de pac.tenen. vbi ad hoc allegat tex.in.l.multarũ.C.de mo.
21 multa. Non intendo tamen dicere,ꝙ † omnes,qui nõ obe-
diunt mandatis Principum, incurrant pœnã læſæ maieſta-
tis,niſi ex tali cauſa inquiratur,& appareat ex actis,vt Bald.
inquit conſil.271. Quæritur vtrum hi, qui indignationem
lib.2.vbi ſubdit ꝙ dixerunt antiqui, ꝙ contemptor mãdati
Principis punitur pena extraordinaria,pro motu Principis
22 per iura ibi per eum allegata. Tertiò quæritur † vtrum va-
ſalli inueſtiti de mero & mixto imperio poſsint cognoſce-
re cauſas appellationũ.Reſpondeo nõ poſſe.hoc vult Inno.
in cap.Romana.§.debet. de appella.in.6.Ioan. And.in ad-
ditio. Specu.in tit.de iuriſd.om.iudi.verſi.quæ autem meri,
in addit.magna in fin. Inno.& Abb.in ca.cæterum col.fin.
de iudi.& clariùs cæteris Ange.in.l.1.§. qui mandatã in fin.
ff.de offic.eius. Præpo.in ca.Imperialem.§. præterea col.1.
de prohib.feud.alien.per Fede. Iacob. in ſua inueſtitura . in
verbo. cum mero col.2.& videtur accedere ratio; quia de-
bet intelligi conceſsio facta imperij in cauſis primę inſtan-
23 tiæ,non autem ſecundæ ; quia ſermo † ſimpliciter prolatus
intelligitur de primo actu non de ſecundo.l. boues.§. hoc
ſermone.ff.de verb.ſigni.l.dotis promiſsio.ff.de iu.dot.cap.
non poteſt.§.1.de præben.in.6.& facit, quod dicitur de eo,
cui cõceſſæ ſunt vuæ vel roſæ viridarij,quę fructificant bis
in anno,vt intelligatur cõceſsio de primis vuis, & roſis, nõ
autem de ſecundis,vt dicunt Cin. Bald. & alij ſcrib. in.l.di-
uortio.§.quod ſi in anno.ff.ſol.matrimonio. Sed adhuc me-
24 lius facit ratio aliàs non adducta,quia † appellatio eſt de re-
ſeruatis ſupremo Principi,vt Bal.inquit in Auth.quas actio
nes. col.pe.verſ. Ex his apparet.C. de ſacroſan.eccl.per tex.
in cap. venientes de iureiu.ex quo infert,ꝙ non poteſt prę-
ſcribi, ne appelletur ad ſupremum Principem, quod etiã pa
tet ex eo , quia ſolus Princeps poteſt cauſam delegare appel
latione remota. cap.ſuper quæſtionum in princ. verſic. nos
25 autem. de offi.deleg.l.1.in fin.ff.quib.appell.non licet,† re-
ſeruata autem Principi in ſignũ ſupremæ poteſtatis, non ve
niunt in generali cõceſsione, niſi ſpecialiter exprimantur c.
quod tranſlationem. de offic.lega. cap. cum in generali. de
off.vicar.in.6.l.1.ff. de off.eius l.Pomponius & l.mandat.ff.
de procu. nõ enim veriſimile eſt, ꝙ in ſpecie talia voluiſſet
concedere,ergo generali ſermone non includuntur.l. obli-
gatione generali.ff.de pign.l.qui peculij.ff.de pecul.Ex iſtis
non probo,quod Iaſ.ſcribit conſ.161. Circa primum lib.2.
vbi vult,quòd ei, cui conceſſa eſt omnimoda iuriſdictio,vi
detur conceſſa cognitio primarum appellationum propter
illam dictionem omnimoda, quæ eſt dictio vniuerſalis &
geminata iux. glo. in Clem.1. in verbo omnimoda. de for.
compe.quia dico, quòd propter hoc nõ eſt conceſſa appel-
latio,quæ debet exprimi ſpecificè,& non ſub verbis gene-
ralibus,& ſub quodam inuolucro . Ad tollendũ autem diffi
cultatem ſolet Princeps reſeruare ſibi in inueſtituris ſupre-
mum dominium,& per conſequens appellationes .

SVMMARIVM.

1 *Nepos ex ſorore de iure communi ſuccedit vnà cum auunculo, vbi de alterius hæreditate tractatur.*

2 *Statutum vel lex requirens actum qualificatum non habet locum niſi qualitas requiſita probetur.*

3 *Argumentum à contrario ſenſu ex ſtatutis validũ ſumitur.*

4 *Mulier dotata , vt excludatur ex forma ſtatuti , nunquid etiam debeat probari dotata tempore delatę ſucceſsionis, & nu.10.dic vt nu.12.*

5 *Argumentum ab aſſuetis eſt firmiſſimum.*
6 *Pater filiam dotare tenetur ex officio & legis neceſſitate.*
7 *Actus, vbi factus reperitur, preſumitur geſtus ab eo, qui ad id tenebatur.*
8 *Probatio debet de neceſſitate concludere.*
9 *Probatio vbi eſt à ſtatuto requiſita, nunquid ſufficiat legis præſumptiua, dic vt nu. 16. & 18.*
11 *Præſcriptio vbi à ſtatuto requiritur cũ bona fide, tunc bona fides debet ſpecificè articulari, & probari.*
13 *Scriptura licet non faciat regulariter fidem pro ſcribente, tamen vbi facta eſt à mortuo facit præſumptionem.*
14 *Confeſſio teſtatoris dicentis ſoluiſſe dotes filiabus ſi reperitur uera in earũ aliquibus, vera etiã preſumitur in alijs.*
15 *Confeſſio mariti de dote recepta, ſi pro vna parte probatur vera, pro alia vera etiam eſſe præſumitur.*
17 *Preſumptiones iuris veris et legitimis probationibus ęquipollent, & dicuntur probationes liquidiſſimæ.*
19 *Præſumptiones violentæ etiam in criminalibus ſufficiunt.*
20 *Statutum vbi concedit vel permittit cum aliqua qualitate, debet illa qualitas probari, nec præſumptio ſufficit generalis.*
22 *Satutum excludens filias dotatas in fauorem agnatorum, ſiue loquatur in rem ſiue in perſonam, nunquid proſit forenſibus. dic vt nu. 23.*
24 *Statutum, vbi agitur de bonorum ſucceſſione, attenditur illius loci, in quo defunctus habet domicilium, licet ſuccedere volens ſit forenſis.*
25 *Statutum excludens filiam dotatam à ſucceſſione fratris, nunquid excludat & nepotem ex ea. dic vt nume. 26. & nume. 28.*
27 *Filij appellatio poteſt attribui nepoti, quaſi generalis deſcendentium appellatio.*
29 *Filia vbi eſt excluſa, omnis eius poſteritas etiam maſculorum excluſa cenſetur, fallit, vt nu. 32.*
30 *Conſuetudo vbi non admittit filiam in regni ſucceſſione, pariter non admittit eius nepotes.*
31 *Hæres grauatus reſtituere hæreditatem alicui, & eius hæredibus maſculis, non dicitur grauatus reſtiture nepotibus ex filia illius.*
33 *Diſpoſitio quælibet etiam in exorbitantibus trahitur ad caſum, qui ſublata ſignificatione vocabuli comprehendi poteſt.*
34 *Filij mulieris excluſæ per ſtatutum, quando excluſi vigore d. ſtatuti non dicantur.*
35 *Succeſſio vbi ex delicto patris amittitur, tũc filij vel nepotes quod ſibi à lege prouenit non amittunt, ſecus in alijs.*

CONSILIVM. 581.



ETIT Antonius Perotus de loco Creſcentini bona, quæ quon. Antonius Patarolius decedens ab inteſtato ſine liberis, ſita in territorio Tridini in eius hereditate reliquit, à Bernardino Roſigniolio, aſſerens d. Perotus ſe eſſe filium Margaritæ ſororis d. Antonij Patarolij. Et licet tempore delatæ ſucceſsionis ſupereſſet Nicolaus Patarolius frater d. Antonij Patarolij, tamen d. Perotus prætendit ſe debere ſuccedere vnà cum d. Nicolao d. Antonio Patarolio, quum teneat locum Margaritę matris,
1 & tractetur de hæreditate auunculi, quo caſu † ſecundùm iura communia nepos ex ſorore ſuccedit vnà cum auunculo, vbi tractatur de hęreditate alterius auunculi. §. quum filius. Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. auth. ceſſante. C. de legit. hæred. Defendit autem ſe d. Bernardinus Roſignolius hæres Nicolai, ſeu ab eo habens cauſam, ꝙ ſolus Nicolaus frater debuit ſuccedere d. Antonio Patarolio, excluſo d. Peroto nepote ex ſorore Margarita; quia Margarita, quę iam prædeceſſerat, fuerat dotata à Ioanne Patarolio patre; & vigore ſtatuti Tridinenſis diſponitur, quòd fœmina dotata à patre, vel à matre, vel ſimul à parentibus, aut à fratre conſanguineo, ſeu à patruo, cuiuſcunq; quãtitatis dotes exiſtant, nullum amplius habeat regreſſum ad petitionem hęreditatis tam paternæ, quàm maternę cõtra fratres vel cõſanguineos, aut alios propinquos, neq; cõtra hæredem defunctorum, & ibi poſtea dic. ſtatuto fuit additũ, quòd nullum habeat regreſſum ad petitionem hæreditatis, tam fratrum agnatorum, quàm cognatorum. Iſtis ſic ſtantibus de tribus videndum eſt. Primò an dic. Margarita cenſeri debeat dotata ad effectũ, vt à ſtatuto excluſa eſſe intelligatur. Secundò an dic. ſtatutũ includat d. Bernardinum Roſignolium forenſem in bonis ſitis in territorio ſtatuẽtium. Tertiò an quũ filia dotata excluſa ſit à ſtatuto à ſucceſsione fratrum, intelligatur pariter eſſe excluſus d. Perotus nepos ex filia. Circa primum videtur prima conſideratione dicendum, quòd non conſtet d. Margaritam matrem d. Peroti fuiſſe dotatam, quod requirit ſtatutũ, vt excludatur à ſucceſsione perſonarum ibi nominatarũ: eſt enim trita & vul-
2 gata regula, quòd quando † lex requirit actum qualificatũ, non habet locum, niſi qualitas requiſita probetur. l. 1. §. ait Prætor, & ibi Bar. ff. de flumi. l. fin. §. docere. ff. ne quis eum & ibi latè moder. & quum ſtatutum vnico cõtextu verborum dicat, quòd filia dotata excludatur, hoc totum eſt vnũ capitulum indiuiduum, ita quòd dotatio ab excluſione ſeparari non poteſt; vt per Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſijt
3 ff. de libera. lega. & hoc etiam oſtenditur † vi argumenti à contrario ſenſu, quod eſt validũ à ſtatutis. l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius, nam ſi filia dotata excluditur, ergo non dotata non excludetur, & in terminis huius ſtatuti hoc ponit Bart. conſi. 21. Quidam deceſsit inteſtatus, Bal. in l. ſi plures col. antepen. verſi. iux. prædicta. C. de cond. inſer. Roma. conſ. 442. Vt deciſionem accipiat. in princip. vbi plus volunt, ꝙ
4 † non ſufficit, quòd fuerit dotata, vt excludatur, niſi etiam reperiatur dotata tempore delatæ ſucceſsionis, quod etiam tenet Alexan. conſi. 151. Viſo themate ſupraſcripto col. 1. lib. 2. nec aliquid facit ſi dicatur, ꝙ d. Margarita fuit maritata, ergo pręſumi debet, quòd fuit dotata, vt vult Io. Campeg. in tract. de dot. vlt. articu. prin. q. 57. vbi vult poſt Petr. de Anch. quem adducit, quòd in dubio non debemus pręſumere, quòd matrimonium ſit ſine dote quia vxores ac-
5 cipi ſolent dotatæ, & ita cõmuniter obſeruatur, & à † conſuetis validum eſt argumẽtum. l. certi conditio. §. nummos ff. ſi cert. pet. & l. quòd ſi nolit. §. qui aſsidua. ff. de ædil. edic. idem tenet Matthæ. de Afflic. in cap. 1. 13. nota. de prohib. feud. alien. per Feder. vbi tamen limitat in muliere admodum pulcra, quaſi pro dote geſſerit pulchritudinem in domum viri, & ſi dicatur, quòd non conſtat à quo fuerit dotata, quia ſtatutũ excludit dotatam à patre, vel ſimul à parẽtibus, aut à fratre cõſanguineo, ſeu à patruo, potuit enim ab aliquo extraneo aut ab alia perſona ibidem non nomi-
6 nata dotari. Reſpondetur † quòd præſumendum eſt fuiſſe dotatam à patre, qui ad id tenetur ex officio & legis neceſſitate. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. l. fin. C. de do. promiſ. &
7 † actus vbi de eo apparet, videtur geſtus ab illo, qui ad id tenebatur. l. fin. C. de aliment. pupil. præſtan. l. quum ſeruus, & ibi Bart. & alij. ff. de verb obligatio. Iſta, quæ videntur eſſe colorata pro parte d. Bernardini refelluntur per Perotum, quia non ſequitur maritata, ergo dotata. Nam licet dos non poſsit eſſe ſine matrimonio, tamen matrimoniũ poteſt eſſe
8 ſine dote, & † probatio debet de neceſsitate concludere c. in præſentia. de proba. l. non hoc. C. vn. legi. & hoc etiam patet ex eo, quia etiam ſi mulier habeat bona, non præſumitur illa in dotem dediſſe, gloſ. & Barto. in l. mulier bona ff. de iu. dot. & Barto. in diſputatione mulier habens amplum patrimo. cum alijs adductis per Moder. in Authen. præterea. C. vnd. vir. & vxo. & ita tenet Alber. Bru. in tracta. excluſiuo fœminarum 6. articu. princ. 8. q. Corn. conſi. 94. Circa primum hoc dubium. colu. ſecunda lib. ſecundo. Præterea quum ſtatutum excludat dotatã debet verè probari

bari fuisse dotatam non præsumptiuè, vt vult Roma.in l.1.
9 C.de testa.mili.vbi vult, quòd † statutum requirens probationem non habeat locum in probatione, quæ fit per præsumptionem legis, quia nō est vera, & propria probatio, sed impropria, & consequenter non cadit in statutis.l.vni.ff. si tab.testa.nullæ exta. iuncta.l.3.§.hæc verba.ff. de neg.gest. & in.l.fi.C.de his, qui ven.eta. impetr.& sequi videtur Alexan.in.l.licet Imperator col.1.ff.de lega.1.& latius Ias.in.§. præiudiciales circa fin.Insti.de actio.vbi ad hoc etiam allegat Bart.& Imo.in l.Lucius.ff.de conditio.& demon.& id, quod Bart.scribit in.l.1.C.de fid.instr.& iu.hast.fisca.lib.10. dum dicit, ꝙ qui habet iuris presumptionem pro se, ipse nō probat, sed est lex ipsa, quæ probat: vnde nō satisfieret statuto. Quod etiam cōfirmatur, quia si volumus iudicare ex præsumptionibus, quòd fuerit dotata, non ex hoc sequitur, quòd sit dotata, vt statutum requirit, sed habeatur pro dotata, & aliud est esse talem, aliud haberi pro tali l.merces ap pellatione, & ibi glo.ff.de verb.signi. Bart.in l.si maritus.§.
10 legis Iuliæ.ff.de adult.Insuper quum † statutum requirat filiam esse dotatam, talis qualitas debet probari etiā quòd de iure præsumatur: vnde si statutum punit abducentem mulierē honestæ vitæ, & bonæ famæ, istæ qualitates erunt specialiter probandæ, quamuis de iure quis semper esse bonus præsumatur.l.cum quidā.ff.de lega.2.Ita determinat Cepo. cons.58. Franciscus de Bissarijs col.pen.vers. Postremò dico fortius &c.Similiter pœna cap.1.de homic.in 6.loquens de occidente Christianum locum non habet, nisi probetur occisum fuisse Christianū, vt ibi dicit Ioan.Andr.quem sequitur Bal.in l.si quis non dicam rapere col.3.C. de episc.& cler. & tamē in terris Christianorum quilibet præsumi debet Christianus, quia communiter ibi sunt Christiani; pauci autem sunt alterius religionis. Similiter † statutū requi-
11 rens in præscriptione bonam fidem non procedit nisi specificè bona fides articuletur, & probetur, quāuis regulariter bona fides præsumatur. ita Andr. Sicu.inter consilia Calca. cons.28. Illud afferam in mediū col.3.Ex hoc tollitur illud, quod præsumitur dotata fuisse à patre, qui ad id tenebatur, quia hęc pręsumptio nō potest procedere in statuto requirente aliquem actū, nam tunc debet clarè, & non præsumptiuè probari.Preterea hic inducerentur duæ præsumptiones, vna, quòd ex matrimonio fuerit dotata, altera, ꝙ fuerit à patre dotata, & duæ præsumptiones non admittuntur, seu improprietates etiā in materia dotis l.1.C. de dot. promis. Quibus tamen nō obstantibus contrariū puto de iure esse verius præmittendo id, quod scribit Ioan. Campeg. in suo
12 tracta. dot. q.56. vbi vult, ꝙ † vbi per statutum filia dotata excluditur à successione, tunc aliquādo fuisse dotatam, potest etiam probari ex cōiecturis, nec requiritur, ꝙ probetur realis, & vera numeratio dotis, vt est bona glo.in l.cū circa, & ibi Bald.C.de iu.dot. & istæ coniecturæ possunt summi, vel ex tempore, vel patrimonij diminutione, vel confessione mariti, eiusdemque taciturnitate, & alimentorum vxori præstitorū, & ex dote data sequenti filiæ. Nunc cōcurrunt in præsenti casu præsumptiones, ex quibus censeri debet d. Margaritam fuisse à patre dotatam. Nam in primis quum Ioannes Patarolius haberet tres filias, videlicet d.Margaritam, Magdalenam, & Catharinā, instituit in eius testamen to particulariter vnamquamq; in dotibus suis solutis, & vltra dotes, easdem instituit in solidis quinq;, ita se habēt ver ba testamenti; vnde claram habemus attestationem patris non solùm dotem fuisse promissam, sed etiā solutam, quæ quidem attestatio, quū processerit à patre præsumitur verè emanasse, quia nullus præsumitur capere melius consilium pro liberis, q̄ pater l.nec in ea ff.de adult.& nullus amor vin
13 cit paternum gl.in l.fin.C. de cura. furio. † & licet scriptura non faciat regulariter fidem pro scribēte l.exemplo & l.rationes.C.de prob.tamen vbi facta est à mortuo, facit præsumptionem, vt Bar.dicit in l.admonendi.ff.de iureiu. Ant. de Butrio in c.fin.eod.titu. Pau.de Cast. consi.301.ad bene examinandum 3.dub.lib.1. quia non est verisimile, ꝙ immemor fuerit salutis æternæ.l. fin.C. ad l.Iul, repe. & dicit Bal.in l.comparationes col.pen.C.de fi. instru. quòd maior fides adhibetur mortuis, quàm viuis, quia mortui sunt incorruptibiles. Accedit alia vehemēs & grauis pręsumptio, quia probatum est per documenta publica, ꝙ dotes fuerūt solutæ per d. Ioannem reliquis duabus filiabus iunioribus, ideò præsumendum est, ꝙ fuerit etiam soluta d. Margaritæ, quæ primogenita fuit, & prima venit ad nuptias, & quū
14 d.Ioannes † attestatus fuerit in vltima eius voluntate, quòd soluerit dotes d. eius filiabus, sicut reperitur fuisse verus in dotibus duarum filiarum, ita etiam præsumitur fuisse verus in dote primæ filię, & hac coniecturā bene ponderat Ioan. Campeg.in loco pręallegato, pro quo facit, ꝙ dicit in simili Soci.consi.82.super quæstionibus præpositis col.1.lib.3. ꝙ
15 † cōfessio mariti de dote recepta si pro vna parte probatur esse vera, pro alia parte præsumitur etiam esse vera, & non simulata. Similiter si in libro rationum verificantur multæ partitæ ibi descriptæ per scripturas publicas, vel per libros aliorū, reliquæ etiam præsumuntur esse verę, vt inquit Pau. de Cast.in præallegato cons.101.3.dub. Ang.de Aret.in §. actionum autem.col.19. In materia tutelarum q.13.Instit. de actio.Si enim semel malus semper præsumitur esse malus in eodem genere mali, vt habetur in reg.iur. quanto fortius semel bonus præsumi debet semper bonus in eodē genere boni, quum facilius præsumatur bonum quàm malū c.fi.de præsump.l.meritò.ff. pro soc.l.omnimodo.C. de inoffi.testa.l.quotiens.§.qui dolo ff.de proba.& hoc maximè videtur procedere in connexis seu habentibus eandem rationem: nō enim dici potest cur præfatus Ioannes maluerit reliquas filias esse dotatas, & vnam Margaritam esse indotatam, imo lex præsumit, quod pater voluerit æqualitatē inter filios seruare l.cum pater.§.euictis.& ibi glo.ff.de leg. secundò, & huic æqualitati lex fauet, ne inter filios crescat inuidia.§.illud. Auth.de æqual.dot.vbi secūdum Ang.probatur ꝙ pater non debet facere vnum filium, & alium spurium. Vltima est præsumptio, ꝙ Stephanus maritus.d.Margaritæ nunquàm est conquestus de dote non soluta, & alimenta ei præstitit, quo casu præsumitur dotem solutā fuisse accedentibus alijs coniecturis, vt Bald. inquit in rub.C. de priuile.dot.col.3.quem sequitur Feli. in cap.si cautio de fid. instr.Soci.in præallegato cons.182.& Ioan.Campeg.in suo tracta.de dote in loco antedicto. Quum igitur in casu nostro hæc concurrant, ꝙ pater in eius testamento attestatus est dotes.d.Margarite fuisse solutas, & cōstat etiam realiter ipsum soluisse dotē reliquis duabus filiabus posterioribus, & maritus d.Margaritæ nunquàm conquestus fuerit de prædictis dotibus, & eam aluerit: Istis sic stantibus nō videtur posse aliud dici, & credi, nisi d.Margaritam, seu eius maritū dotem à patre recepisse, & subsequenter dotatā fuisse. Non obstat, quod scribit Roma.in.l.1.C.de testa. mili. in cōtra-
16 rium adductus, quia † Roma.ibi loquitur quando statutum requirit probationem alicuius rei, vel actus, sed statutū nostrum nō requirit probationem, sed simpliciter dicit, quòd filia dotata nō succedat, & sic sufficit probare esse dotatam per præsumptiones iuris, sicut de iure cōmuni sufficit iuxt. not.in.l.cum citra.C.de iu.dot.Amplius dico, quòd si etiam statutum diceret, quod filia, quæ probetur dotata, non succedat, tamen sufficerent probationes iuris, quia communis conclusio Doct. se habet, quòd vbi statutum requirit probationem, sufficit probare per pręsumptiones iuris, q̄m vbi casus verus & fictus à iure æquiparātur, casus fictus proce-
17 dit etiam in statuto, & † præsumptiones iuris veris & legitimis probationibus æquipollent, & dn̄r liquidissimæ probationes l.licet Imperator.ff. de leg.1.l.si quis locuplex.in fin. ff.de manumis.testa.l. quodam testamēto in fi.ff.de vulg.& pup.gl.ordi.in l.si tutor C.de peric.tuto.tradit Bar.in l.fin.ff. de publ.iud.& Bal. in.l.ciues.C.de appel. Abb.in c.1.2.not. de cler.non residen.& in c.cū dilecti. primo nota.de donacū alijs cumulatis per Filip.Dec. in rub.extra de prob.char.
18 pen. vbi † tn̄ limitat nisi statutum requireret manifestam, claram, euidentem, apertam probationem, quia istis casibus, vt hæc verba aliquid operentur, præsumptiones iuris excluduntur.

excluduntur. Sed statutum nostrum nihil horum requirit, quũ simpliciter loquatur de filia dotata, vnde præsumptiones iuris debent admitti, præsertim, quando sunt violentæ,
19 prout videntur esse in casu nostro, quoniam † præsumptiones violentæ etiam in criminalibus sufficerent cap. afferte. de præsump. l. si quis adulterij, & ibi Bald. C. de adulte. cum simil. quæ nota sunt. Benè fateor, quòd illa præsumptio, per quam quædam dicitur dotata ex eo, quod sit maritata, mihi non satisfacit, quia hec est nimis generalis, sed hic adsunt præsumptiones valdè speciales superius enumeratæ, & ita
20 tenendum videtur, quòd † vbi statutum concedit vel permittit cũ aliqua qualitate, debet illa qualitas specificè probari, & non sufficeret generalis præsumptio; vnde si statutum punit maleficium dolo commissum, debet dolus probari per speciales coniecturas, de quibus habetur in l. dolũ C. de do. non autem sufficeret illa generalis præsumptio, ꝙ committens maleficium, videatur dolo fecisse iux. not. per
21 glo. & alios in l. 1. C. ad l. Corn. de sica. Similiter, si † statutũ requirit bonam fidem, debet bona fides in specie probari, per proprias coniecturas, non aũt sufficit illa generalis presumptio, quòd quilibet præsumatur in dubio esse bonæ fidei, iux. not. in c. si diligenti de præscrip. Si enim statutum fuisset contentum istis generalibus præsumptionibus, non eas requisiuisset, quum à iure essent inductæ, nunc autem requirit, vt in specie probentur, & ita, quæ in oppo. adducta fuerunt, sublata videntur.

Circa secundũ dubium: videretur prima consideratione dicendũ quòd d. Bernardino tanquàm forensi non debeat prodesse statutum Tridini, nõ obstante, ꝙ bona sita sunt in
22 territorio Tridinensi: nam † vtrum statuta excludentia filias dotatas in fauorem agnatorum prosint forensi, quo ad bona sita in territorio statuẽtium, distinguendum est, quia si statutũ loquitur in rem, vt quia statutum dicat. ꝙ vbi filię sunt dotatæ, bona decedentium veniant ad filios masculos vel ad agnatos, tunc iudicandũ est de bonis secundũ statuta locorum, vbi bona sunt sita, quia statutũ afficit res ipsas, & ideò transeunt etiam ad extraneum. l. rescripto. §. fin. ff. de mune. & hono. aut statutũ disponit in personam, vt quia dicat filia dotata nõ excludat fratres, aut alios agnatos, sed ipsi eo in casu admittãtur, & tunc statutũ ad forenses non porrigatur, quia persona principaliter fuit in cõsideratione, ideò forenses statutum non comprehendit, ita distinguit Bart. in l. cunctos populos col. 16. versic. Sed posset dubitari. C. de sum. trin. & fid. Catho. & sequuntur plures relati per Roch. de Cur. in c. fi. 12. q. prin. 2. limita. de consue. sequũtur etiam plures alij Moder. vt Feli. in c. postulasti col. 2. versi. & adde de fo. compe. Soci. consi. 71. Circa præsentem consultationem colum. 3. lib. 4. & latius cons. 128. quod incipit eodem modo lib. 4. Corn. cons. 152. licet in hac cõsultatione col. 2. versi. confert etiam lib. 1. & consi. 94. Circa primum dubiũ certum est lib. 2. Dec. cons. 76. Proponitur quòd Dominus col. fin. Sed in proposito statutum Tridini loquitur in personam, quia exclusis filiabus dotatis, videtur vocare fratres vel agnatos ad bona defuncti. Sed istis minimè refragan-
23 tibus † cõtrarium puto verius: quia, si vbi statutum loquitur in rem includit forenses, vt omnes loquuntur, quia principaliter in mente statuẽtium fuit disponere de bonis, ideò forenses includuntur, non video cur idem dici non debeat vbi loquitur in personam: nam & si loquatur in personam, tamen militat eadẽ intentio disponendi principaliter de bonis, & hæreditate defuncti, quid enim interest vtrum dicatur bona vadant ad agnatos, vel agnati in bonis succedant, negari non potest, quin vtroq; casu mens statuentium non feratur ad bona, de quorum dispositione considerant, & si distinctio Bart. valeret, lex imposita esset verbis & non rebus contra l. 2. in fi. C. cõmu. de lega. Vlterius quòd lex vel statutum loquens in personã includat forenses, est text. qui allegatur per Docto. antiquos in l. pupillo. ff. de tuto. & cura. dat. ab his, & ad idem tex. in l. Titium. §. tutores. ff. de admini. tuto. & secundum hanc opin. late aliàs consului, vt patet in consi. 148. impresso. & in cons. sequen. vbi etiam allego idoneas auctoritates, & aliquos Docto. attestantes hanc esse communem, & ita etiam reperio cõsuluisse Maria. in Cons. inferius allegando, & vt dicamus hunc articulum esse ambiguum, quia opiniones Doc. faciunt rem ambiguam, vt per Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres 6. oppo. ff. de verb. oblig. tamen quia d. Bernardinus forensis possidet & est reus, ideò pro eo pronunciandũ est, quia in ambiguis opinionibus rei sunt partes fauorabiliores, & absolutio locũ habere debet c. cũ partium de reg. iu. in 6. l. fauorabiliores. ff. eo. tit. Hoc eo magis dicendum, quia statutum Tridini disponit, quòd fœmina dotata à parentibus nullũ habeat regressum ad petitionẽ hæreditatis tam paternæ, quàm maternæ cõtra fratres vel cõsanguineos, vel alios propinquos, & eodem modo nullũ habeat regressum ad petitionem hęreditatis fraternæ, & sic statutum tãtum disponit de exclusione filiarum; & dato, quòd intelligerentur vocati fratres & consanguinei, & alij propinqui, quorum contemplatione facta fuit exclusio iuxt. l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. 1. l. fideicommissa. §. interdum. ff. de leg. 3. tamen ignoratur, an statutum vocet eos in rem vel in personã, quia statutum de hoc nihil dicit, ideò super eo nõ potest fieri fundamentum. Preterea Antonius, de cuius hæreditate agitur, effectus est ciuis Tridinensis, & ad ciuilitatem ibi receptus, & insuper domicilium ibi suũ collocauit, & etiam decessit,
sed † vbi agitur de successione bonorũ, tunc attenditur statutum loci, vbi defunctus habet domicilium, licet succedere volens sit forensis, ita scribit Roch. de Cur. in d. c. fin. 12. q. prin. 4. amplia de consue. allegat Albe. de Ros. qui hoc dicit in d. l. cunctos populos. col. 7. versic. Ex prædictis insurgit: adducit etiam ibidem Bald. in repe. magna col. 32. ver. Quintò quæritur, & Salic. etiam ibidem latè allegat etiam Pet. de Anch. in c. 1. car. 17. versi. cauetur statuto Turdeti de const. addo vltra eum, ꝙ idem tenet Albe. de Ros. in tract. statu. q. 46. Item quero quidã mercator. in prima par. Idem tenuit Alex. cons. 16. Viso titulo quæstionis. circa prin. li. 1. Maria. inter. consi. filij cons. 36. Rectè ac maturè ponderatis. col. 3. lib. 1. Idem voluit Ruin. Moder. Doctor cons. 39. Visis & benè intellectis colum. antepen. lib. primo. dicens, quòd si statutum loquatur in rem, habet locũ in forensi, si persona, de cuius hæreditate agitur, sit subiecta statuẽtibus, & bona sint in territorio. Alij quidã voluerunt, inter quos dicitur fuisse Iaco. Butr. quod inspiciendus esset locus aditę hæreditatis, quia cum in eo loco, quasi contractus videatur initus. l. apud Iulianum in fin. ff. quib. ex cau. in posse. ea. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de actio. & obligatio. debet materia successionis secundũ statuta illius loci regulari respectu bonorum vbique existentium, sicut respectu validitatis contractus inspicitur locus contractus. l. si fundus. ff. de euictio. Alij autem dixerũt attendi debere statuta illius loci, in quo ille, de cuius hæreditate agitur, decessit. argu. l. secundæ. C. quemad. testam. aperia. iuncta l. cõficiuntur & l. si quis quũ nullum. ff. de iu. codicil. quęcunq; autem harum opinionum esset vera, adhuc Bernardinus haberet intẽtum, vt ex narratis in themate apparet.

25 Circa tertium, vtrum † vigore statuti Tridinensis excludentis filiam dotatam à successione fratris intelligitur etiã excludere d. Perotum nepotem ex filia. Et primo aspectu videretur dicendum, quòd non: per tex. in l. 2. §. videndum ff. ad Tertul. vbi filia exclusa à successione, non intelligitur exclusus filius ex ea. Item hoc decidit Bald. in l. scimus. in prin. in vltimis verbis. C. de inoffi. testa. vbi vult, quòd vbi statutũ excludit filiam à successione patris propter dotem, & prędefuncta filia superstit nepos ex ea, nõ intelligitur nepos ex ea exclusus, quia in nepote nõ habet locum dotatio, vnde quum verba statuti non verificentur, non procedit eius dispositio, sed ius cõmune seruari debet. l. ita autem in princ. ff. de admini. tuto. l. constitutiones. ff. ad municipia. & in filia dotata, quæ superuixit patri, idem dicit Bal. in l. maximum vitium. colum. 5. versic. ego concludo. C. de liber. præte. & videtur hoc etiam esse de mente Bald. in l. illã colum. secunda. C. de colla. Accedit etiam, quia ea solũ, quę ad filios

filios peruenire possunt prouisione patris, adimuntur filijs
per casum in patre contingentem, non ea, quæ prouisione
legis veniunt.l.si arrogator.ff. de adopt.l.eũ qui.ff. de inter-
dic.& releg.l.emancipatum.§.fi.ff.de sena.Sed sucesio aui,
seu patrui defertur sibi à lege vbi ab intestato decedũt.l.le-
ge obuenire.ff. de verbo. signifi.l.fin.ff. de su. & legi. & per
hæc dicitur,quòd Franc. Tigri.in quodam eius consi.inci-
piente,super quæstione,quæ oritur,consuluit nepotem ma
sculum ex filia non excludi à successione aui, imo præteri-
tum posse rumpere testamentum, nõ obstante statuto ex-
clusiuo fœminarum. Nec obstat, quòd sicut fauore agna-
tionis conseruandæ filia excluditur, ita nepos ex ea debeat
excludi, quia militat eadem ratio exclusionis, quæ militat
in matre,quũ nepos ex filia non sit de agnatione & familia
l.familiæ.§.1.ff.de verb. signi.& §.1. Institu. de legit.agna.
tutel. mulier enim familiæ suæ caput & finis est.l.pronun-
ciatio in fin.ff.de verb. signi.nam respondetur prædictis, ꝙ
statutũ Tridinense non considerauit decus & fauorẽ agna-
tionis,quod patet, quia exclusa filia dotata vocat ad succes-
sionem parentum fratres vterinos. Et ista sunt, quæ diffi-
cultatem ingerere videntur. Contrarium tamen verius, ꝙ
26 † statutum excludens dotatã filiam intelligatur etiam exclu
dere nepotes ex ea, vt Bart. tenet in.l.2.§.videndum in fin.
ff.ad Tertul.& latiùs in.l.liberorum colum.6.versic. Quæ-
ro, quid si filia.ff. de verbo. significa. vbi quærit quid si filia
dotata decesit relicto filio masculo an talis nepos exclud a
tur à filio,& arguit primò,quòd non: quia statutum loqui-
tur de filia fœmina excludenda: sed ad istum nepotem nõ
transit ista qualitas quòd sit fœmina. Item nõ reperitur iu-
re cautum, quòd appellatione filię cõtineatur nepos ex ea,
Contrarium dicit Barto. esse veritatem,quia aut iste nepos
vult succedere ex persona sua,& tunc ipse excludetur à pa-
truo, quum ipse teneat secundum gradũ, & filius teneat pri
mum,aut vult succedere in locum matris suæ, & tunc sicut
mater excludebatur, ita & ipse.l. illam.C. de colla. & arg.l.
Pomponius.§.cum quis.ff. de acqui. possess. Eandem opi-
nionem tenet Bal.in l.maximum vitium. col.2.C. de liber.
præte. vbi inquit quòd quando statutũ disponit de filia ex-
cludenda fauore agnatorum, tale statutum habet duo ca-
pita, vnum caput est inclusiuum masculorũ, aliud caput est
exclusiuum fœminarum. Ex primo ergo capite, quo ma-
sculi includuntur,cæteri videntur exclusi. Ita quod descen-
dentes ex filia siue masculi, siue fœminæ nõ possunt succe-
dere, quia inclusio vnius est omniũ aliorũ exclusio.l. quod
in rerum.§.si quis post.ff.de lega.primò. Præterea cum ra-
tio statuti sit fauor agnationis,quinimò fauor publicus con
seruandarum familiarum, & eadem ratio sit in excludenda
nepte, imò maior, quàm in filia, ergo idem debet intelligi
statutũ in nepte,quod in filia argu.l.filium habeo.ff.ad Ma-
cedo. nec debet esse melioris conditionis neptis,quàm filia
l.si viua matre.C.de bon.mater.Preterea ista neptis descen
dit ex persona inhabili,ergo non succedit, nam si statutum
excludit radicem,ergo quicquid ex ea oritur,videtur exclu
sum cap.1.§.hoc autem notandum,qui feu.da. pos. & sub-
dit Bald.quòd idem sit dicendũ si ex tali filia superesset ne-
pos masculus,nam licet mutetur sexus,non tamen mutatur
ratio exclusiua,quum non possit venire, nisi tanquàm ma-
tris imago.l.illam.§.penul.C.de colla. & licet Bald. ibidem
colum.5. in alia q. videatur tenere contrarium, vbi filia su-
peruixit patri, tamen non respondet rationibus præallega-
tis, vnde Sali. ibi in 1.q.adducens rationes Bald. tenet cum
eo, ꝙ nepos excludatur,quanuis filia prædecesserit,& idem
ibi tenet Corn. Peru. idem sensit Bald. in l.quòd vero.ff.de
ll.qui licet loquatur in nepte ex filia,tamẽ rationes suę con-
cludunt etiam in nepote, & mouetur ijsdem fere rationi-
bus, quas adduxit in d.l.maximum vitium; nam quærit ibi
vtrum statutum, quòd filia dotata non succedat, compre-
hendat neptem,& primò dicit quòd non, quia istud statu-
tum in personã filiæ scriptum est, ergo non includit neptẽ,
quia neptis abusiuè dicitur filia non secũdum proprium si-
significatum seu diffinitionem.l.filium.1.responso.ff.de his

qui sunt su.vel ali.iu.§.manifestum in Auth. de restit.fidei-
com. In contrarium adducit,quòd istud statutum est factũ
fauore agnationis,ergo inspecta ratione statutum est reale,
& non personale.Item maior ratio statuandi est in nepote.
Item statutum prouidet generi masculino, vnde licet non
esset filia, durat prouisio.§. si quis ancillas Institu. de lega.l.
cum quis.C.de natura.libe.nam in persona,quę excluditur,
nunquàm est causa fauoris,sed in persona,quæ includitur fa
uore,ergo ipse debet attendi tanquàm causa principalis,ar-
gu. eorum,quę notan.in.l.sed si hac.§.fin.ff.de in ius voc.&
hanc opinio.tenent secundum eum Cin.Rizar.& Bar.quis
istud statutum non dicitur extendi, quum includat agnatos
dispositiuè,& sic ex parte agnatorũ nulla est extensio.Item
27 nec in quantũ extendit,est extensio,nam † nomen filij po-
test attribui nepoti, quasi generale descẽdentium nomen.l.
Lucius.ff.de hære. institu.l.liberorum.ff.de verbo. signifi.l.
filium habeo.ff. ad Macedo. Item verisimile est, statuen-
tem hoc censisse argu.l.tale pactum.§.fi.ff. de pac. nam vbi
est eadem ratio, non dicitur extensio, sed proprius intelle-
ctus statuti.l.nominis & rei.§.verbũ ex legibus.ff. de verb.
signi.ergo quia verba omnino non repugnant,standum est
menti.l.talem in fin.in ratione literæ.ff.de hæred.institu.&
ita transit ibi Bald. idem tenet Bal.in.l.si verò.§. de viro.ff.
28 solu.matr. per illam † rationem, quòd statutum non habet
solum caput exclusiuum fœminarum, sed etiam inclusiuum
masculorum, & istud sufficit, quòd solum filij masculi ad-
mittantur,quam rationem etiam cõsiderat Bart. in d.l.2.§.
videndum.ff. ad Tert. & cum Bald.in d.l.si vero.§. de viro
transit ibi Imo.Idem tenet Bal.in.l.venia in fin.C. de in ius
vo. quem sequũtur ibi omnes per rationem, quia nepos ex
filia repręsentat filiã,quæ excluditur,& quia non debet esse
melioris conditionis nepos ex filia,quàm ipsa filia. Adduco
etiam Pau.de Cast.in.l.qui exceptionem.ff.de cond. indeb.
29 vbi idem amplectitur ex eo, quòd † vbi ipsa filia est exclu-
sa, omnis eius posteritas etiam masculorũ censetur exclu-
sa,& quia ratio etiam statuti sibi locum vendicat. Idem te-
net Ang.in.§.neq; in Aut.de trien.& semisse. Petr.de An-
cha. in Cle.1.col.fin. de baptis. Aret. in.l.Gallus.§.nunc.de
lege.in fi.ff.de lib.& posthu.vbi dicit istud procedere,quan
do filius ex fœmina vellet succedere vnà cum patruo,quo-
niam succederet ex persona matris suę. Idẽ sequitur Rom.
consi.40. Visis ac discussis. circa prin.vbi dicit idem tenere
Cin.in.l.1.C.quæ sit lon.consu.sequitur etiam And.de Iser.
in cap.1.de nat.succe. feu.col.5.In quadam additione. Re-
perio etiam quòd idem sequutus est Bald. per suprascriptas
rationes consi.171. Inter Illustrem Principem.lib.2.Con-
firmantur præmissa ex eo, ꝙ no. Cin.in Auth. post fratres
30 la 2.C.de legit.hær. Bald.in Aut.cessante.C.eo.tit.vbi † di-
cunt,quòd si consuetudo est,quòd filia non succedit in Ba-
ronia, & Baro habebat fratres, & nepotẽ ex filia præmor-
tua,& Baro decedat, ꝙ non admittitur nepos ex filia ad suc
cesionẽ in Baronia, quia nepos venit ex persona filiæ.§.1.
in Aut. de hær.ab intesta.Similiter dicit Bal.in.l.1.ff.de Se-
na.post Ioan.Andr. in c.ad Apostolicæ de re iu. in 6.in no-
uella,quòd cum filia Regis Francorum non succedat in re-
gno ex rationabili cõsuetudine,filius eius in regno Franco-
rum nullum ius pretendere potuit,quia in causato non po-
test esse plus virtutis, quàm procedat ab influenti potentia
causę,& ita est expressum in d.c.1.§.hoc quoq; notandum,
qui feu.da.poss.pro hoc etiam facit, quod tenet Ioan. And.
in addit. Spe.in tit.de testa.super rub.in fin.post Rizar.Ma-
31 lumbre, ꝙ † grauatus restituere hęreditatẽ Titio & eius hæ
redibus masculis,non intelligitur grauatus restituere nepo-
ti Titij nato ex filia,quia per d. verba erat exclusa filia, vn-
de absurdum esset dicere, ꝙ veniret nepos ex filia,per d.l.si
viua matre,& per d.ca.1.§.hoc autem notandum, sequitur
Alexan.in.l.Gallus.§.etiam si parente colum.3.ff.de libe.&
posthu. Vltimò accedat regula, quòd vbicunq; per legem
proximus excludatur, tunc sequens in gradu, & remotior
censetur exclusus gl.est nota.in.l.1.in prin. in verbo fisco.ff.
si quis aliqu. testa. prohib. facit tex. in.l.Publius.§.fin.ff. de
condi.

condi.& demon.& regula l.de accessionibus.ff. de diuer.& temp. præscri. Ex præmissis ergo concluditur, ꝙ quum d. Perotus nepos ex sorore cōcurrat in successione d. Antonij cum auunculo sit exclusus, quia sicut si mater viueret, non posset succedere, ita nec ipse qui venit ab ea.§. si igitur defunctus. in Auth.de hæred.quæ ab intest. & d.§. neque. in Aut.de trien.& semis. Restat modò, vt ad allegata in contrarium respondeatur. Et primò non obstat tex.in d.l.2.§. videndū.ff.ad Tert. quia respondet ibi Bar.quòd ideò matre à successione ibi exclusa admittunt alij sequētes in gradu,quia ibi erat facta exclusio nullius cōtemplatione, quod secus in casu, de quo agitur, quia filia exclusa admittuntur alij,quorū contemplatione facta fuit illa exclusio. Prǫterea
32 † ibi mater excluditur ex delicto, quia non petijt tutorem filijs, & vbi quis excluditur ratione delicti,sequens in gradu admittitur, vt Bald. dicit in d.l.maximum vitium col.2. quia, vt ibi ipse dicit, videtur odiū esse personale, & ita intelligit tex.in l.3.§.si emancipatus.ff.de cōtratab. Non obstat,quòd iste casus sit omissus in statuto,quia respondeo,ꝙ non fuit omissus, quia saltem includitur ex capite inclusiuo agnatorum,nam illorum inclusio,aliorū est exclusio, Item dum statutum excludit filiam, censetur tota linea exclusa, quæ ab ea descendit,vt dicunt Docto.in præallegatis locis, & maximè Bal.in d.l.maximum vitium. colum.2.quia nisi in capite initiū summat, vlterius produci non potest.l.quęcunq; gerimus.ff.de actio.& oblig. Præterea potest dici,ꝙ ex vi vocabuli nepos censeatur exclusus, quia appellatione filij saltem largè venit nepos,& istud est,quod dicit Bald.in locis præallegatis, dum adducit ad hoc text.in l.liberorum. ff.de verbo. signi. & in l.filiam habeo.ff. ad Macedo. clarū
33 autem est,quòd † etiam in exorbitantibus dispositio trahitur ad casum, qui sublata significatione vocabuli comprehendi potest d.l.filiū habeo & in l.senatus conf.ff.de ri.nup. glo.in.§.1. in verbo ad curationem in Auth. vt hi qui obli. & in Cle.auditor. in verbo beneficio.de rescrip. cum simil.
34 Non obstat, ꝙ † in nepote non cadit dotatio, quia respondeo,quòd sufficit,quòd filia cōsequuta fuerit dotem,& per eam non solum ipsa, sed tota eius linea exclusa intelligitur. Vnde dicebat Iac. Butr. in quadam eius disputatione, quæ incipit. Quidam nomine &c. quòd si illa dos non remansit penes filios mulieris,sed fuit per patrem recuperata,quia pater fuerat eam sibi stipulatus,vel erat locus,in quo seruabatur ius commune iux. not. in l.dos à patre.C.solu.matri. tunc filij mulieris non excludentur à d. statuto, quia cessat causa exclusionis, quæ fuerat in muliere, refert & sequitur Alexan. consil. 75. Visis & diligenter perspectis propè fin.
35 lib. 1. Non obstat, quòd † ea, quæ peruenire possunt ad filios prouisione patris, adimuntur filijs per casum cōtingentem in persona patris, non autem ea, quæ veniunt ex prouisione legis,sicut est hæreditas ab intestato.l.3.ff.de interdic. & relega. cum alijs iuribus simil.quia respondeo,quòd successio amitteretur odio vel delicto patris, tunc nō amitteret nepos,quod sibi à lege proueniret,& ita loquūtur iura in contrarium allegata, & in his terminis loquitur etiā tex. in.l.1.§.quidam filium.ff.de bon.poss. con. tab.& in l.3.§.si emancipatus.ff.eod.titu.Sed in proposito filia non excluditur à successione odio, vel ex aliquo suo delicto, sed fauore masculorum, qui cum eam excludant, excludunt quoq; in consequentiam omnes ex eo prouenienties, & ita declarat Bald.in d.l.maximum vitium,quem adduxi superius in responsione ad primum obiectum,& Alexan. in pręallegato consi.75.iux. fin. Non obstat,quòd in isto casu non militat fauor agnationis, qui nō consideratus fuit à statuto, ex quo filia exclusa admittit etiam fratres vterinos, quia Respondeo,quòd militat etiam alia ratio,quę excludit hunc nepotem ex filia, nam cum concurrat in successione cum auunculo non potest venire, nisi tanquam matris imago: vnde quum mater si viueret excluderetur, ipse quoque intelligitur exclusus,ne plus habeat fictio, quàm veritas,quod esset absurdum.l.filio, quem pater.ff.de liber.& posthu.& quum statutū filia exclusa vocet fratrem ad successionem fratris & frater sit prior in gradu, & nepos ex filia nō possit esse in eodem gradu, nisi repræsentatiuè & fictè; nō potest statutum in hoc casu ficto sibi locum vendicare.l.3.§. hæc verba.ff.de neg.gest.l.fin.C.de his,qui ven.æta.impe.vnde etsi in casu nostro non militet fauor agnationis,militant tamen alię rationes excludentes istū nepotem: vbi enim duo adsunt impedimenta, si vnum tollatur, alterū, quod superest, rem impedit, nec sinit effectum suum sortiri, §.affinitatis Institu. de nup.l.si non lex.ff. de hæred. institu. Ex quibus, quæ opposita sunt pro parte contraria,sublata videntur.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ accessoriæ, & executiuæ non habent mutare, nec alterare, vel ampliare principalem dispositionem.& nu me.7.& 8.*

2 *Verba ad executionem prolata non alterant vim primariæ dispositionis, sed solum in suo primo intellectu confirmant.*

3 *Verba à Principe rescribēte prolata,auctoritate nostra recognoscat,faciunt de ordinario delegatum; secus verba, ratum habebimus quicquid auctoritate nostra factū erit.*

4 *Fideicommissum non intelligitur remissum per verba de nō cōtraueniendo diuisioni inter fratres diuidētes apposita.*

5 *Clausula, amoto quolibet illicito detentore, apponi solita in rescriptis Pontificijs gratiosis, si est apposita in executiuis gratiæ, non purgat vitium subreptionis insurgens ex eo, quòd non fuerit facta mentio de colorata alterius possessione.*

6 *Alienatio vbi est prohibita bonorum immobilium,& cæterorum, nunquid per illam dictionem cæterorū etiam mobilia comprehendantur.*

9 *Vasallus inuestitus de feudo sub verbis,quòd possit disponere & ordinare,prout ipse Princeps ante contractum poterat,nunquid possit illud feudum sine Principis licentia alienare,& nu 15.& 22.*

10 *Vasallus,per verba pro se,& quibus dederit posita in principali actu constitutionis feudi, habet potestatem alienandi,secus si sint accessoria & executiua.*

11 *Verbum disponere secundum eius propriam significationē, idē denotat quod ordinare, vel suo quidq; loco collocare.*

12 *Clausula posita in fine, refertur ad præcedentia, maximè quando non stat principaliter per se,sed accessoriè & continuato sermone prolata.*

13 *Verba generalia,quæ dispositionem sequuntur,ad pręcedentia referuntur.*

14 *Appellatio rei est generalis, & sub ea veniunt iura & actiones.*

16 *Verba debent accipi secūdum naturam actus, super quo interponuntur,etiam quòd nihil operentur.*

17 *Verba contrahentium in dubio debent intelligi, ne dispositioni iuris communis derogetur.*

18 *Feudum vbi conceditur pro se & filijs masculis, & fœminis,receptum intelligitur ordine successiuo, videlicet, vt deficientibus masculis, fœminæ admittantur.*

19 *Copula,&,de sui natura æqualiter determinat.*

20 *Verba etiam clara & specifica non trahuntur ad casum extraordinarium.*

21 *Verbum idem vbi duas exprimit sententias, ea potissimum accipienda, quæ rei gerendæ aptior est.*

23 *Copulæ natura est copulare, quæ sunt eiusdem generis, non autem dissimilia.*

24 *Verborum plenitudo, quæ solent apponere notarij ex consuetudine vel ex suo capite, non debet esse præiudicialis partibus, maximè ad sui iuris renunciationem.*

25 *Feudum vbi per verba generaliter & simpliciter prolata permittitur alienari, tunc nō potest alienari in fœminam feudi incapacem.*

26 *Feudum vbi conceditur pro se & quibuscunque hæredibus, tunc veniunt personæ feudi incapaces. & nu. 28.*
27 *Maritus vbi promittit soluto matrimonio dotem restituere, intelligitur sibi reseruasse, quod vigore statuti lucrari debuit, secus si promittat restituere totam dotem.*

CONSILIVM. 582.



ERBA inuestituræ sic habent. Nam post concessionem quorundum prædiorũ in feudum, sic subditur. Cedens præfatus Illustriss. D. Marchio dicto vasallo recipiẽti &c. in præfatis bonis oĩa sua iura realia, personalia, & mixta, omnesq; suas actiones &c. ponens d. vasallum in locum suum &c. ex causa feudi præsentis. Ita & taliter, quòd d. vasallus omnibus iuribus, rationibus possit & valeat contra quascunq; personas, collegia, ac vniuersitates tã ecclesiasticas, quàm seculares agere, prosequi, experiri, excipere, replicare, defendere, & cum modis omnibus se iuuare. & de rebus suprascriptis sibi infeudatis disponere & ordinare cum integritate, quemadmodũ ipse Illustris. D. Marchio potuisset ante præsentem contractũ, iure tamen ipsius feudi, & suæ superioritatis, & cuiuscunq; personæ semper saluis. Constituensq́ue præfatus D. Marchio præfata bona tenere &c. Deinde subsequit clausula de euictione. iuramentum fidelitatis à vasallo præstitum, & aliæ clausulæ generales apponi cõsuetæ in similibus. His sic stantibus, quæritur an vasallus possit d. feudum alienare propter illa verba superius adiecta; quòd de supradictis bonis possit disponere, & ordinare, quemadmodũ ipse Princeps ante præsentem cõtractum facere potuisset. Et circa hoc intrepidè cõcludo, ꝙ non possit; nam posito citra veritatis præiudiciũ, quòd illa verba disponere, & ordinare importarent alienationem, de quo etiam inferius aliquid dicetur, tñ ista verba sunt posita in clausulis executiuis ipsius cõtractus, vn
1 de succedit vulga. reg. quòd † clausulę accessoriæ, & executiuæ non habent mutare, nec alterare, nec ampliare principalem dispositionem, vt est tex. notab. in Cle. 1. de præben. vbi illa verba; prouiso, ꝙ cura animarum nullatenus negligatur, posita in executiuis gratiæ, nõ faciunt, vt videatur super curato beneficio dispensatum, & illũ tex. reputant omnes Can. singularem, & per eũ dicit Ant. de Butr. consi. 29.
2 Visis puncto & quæsitis &c. quòd verba † ad executionem prolata non alterant vim primariæ dispositionis, sed solùm in suo primo intellectu confirmant, hinc etiã dicit Card. & Imo. allegantes eundem tex. in c. qm̃ Abbas. col. pe. de off.
3 deleg. ꝙ illa † verba prolata à Principe rescribente, auctoritate nostra recognoscas, ex quo apponuntur principali dispositioni, faciunt de ordinario delegatũ; secus si apponantur in executiuis, vt quia dicatur, ꝙ ratũ habebimus quicquid auctoritate nostra factũ erit, refert & sequitur Alex. in l. more. col. 4. vers. & in quantũ. ff. de iurisd. om. iud. simi-
4 liter † illa verba apposita inter fratres diuidẽtes, de nõ contraueniendo diuisioni, nõ operantur, ꝙ fideicõmissum videatur remissum, quod erat inter ipsos fratres, ex quo sunt accessoriè apposita, & respiciunt executionẽ contractus vt Imo. dicit in l. qui Romæ. §. duo fratres & ibi Alex. refert col. 12. ff. de verb. obli. allegãdo tex. in d. Cle. 1. de præben. & vlteriùs, quantùm verba in executiuis apposita nihil valeant, ostendit Abb. in c. cũ nostris. col. pen. de conces. pręb.
5 vbi vult post Lac. & Cald. quòd † illa clausula, amoto quolibet illicito detentore, quę apponi solet in rescriptis Pontificijs gratiosis, nõ purget vitium subreptionis, quod insurgit ex eo, ꝙ non sit facta mẽtio de colorata alterius possessione, si est apposita in executorialibus, vel in executiuis gratiæ. Adduco etiã quòd scribit Domi. in c. 1. §. confirmatos
6 in fi. ff. de relig. domi. nam † ibi tex. prohibet alienationem bonorum immobilium, deinde ponit decretũ annullatiuũ, & cæterorum, quæritur ibi an sub illo verbo, cæterorũ, intelligatur etiam prohibita alienatio bonorum mobilium, & cõcludit quòd non: quia clausula, quæ apponitur ad validandum, vel firmandum actum præcedentem, dato etiam ꝙ loquatur latiùs, quàm dispositio præcedens, non cõprehendit, nisi tantum præcedentia d. Cle. 1. de præb. Accedat quod scribit Phil. Dec. cons. 305. Iuridicã esse arbitror. col. fin. quòd verba, quæ apponuntur in ipsis verbis substantialibus contractus donationis, non reuocando, faciunt, vt videatur esse donatio inter viuos. iux. tex. in l. vbi ita donatur ff. de do. cau. mor. Sin autẽ sint apposita in clausulis accessorijs, quæ respiciunt executionem cõtractus, tunc est dona-
7 tio causa mortis, † quia clausula, quæ accessoria est, & respicit executionem, nõ alterat dispositionem iam factam per tex. in d. Cle. 1. & per id, quod Bal. scribit in addi. Spe. in tit. de instru. edit. col. fin. quem refert & sequitur Alex. in l. quę dotis col. 4. 7. fallen. ff. solu. matr. vbi dicit, ꝙ ad iudicandum donationem esse causa mortis, nõ attenditur, quòd in verbis executionis sit facta mẽtio mortis. Istorum aũt omniũ illa videtur esse ratio, quã assignat Imo. in d. Cle. 1. 2. no. vbi loquens iux. terminos illius text. videlicet in dispensatione Pontificis dicit, quòd tales clausulæ executiuæ apponuntur à Cancellaria præter scientiam Papæ, quia Papa nõ exprimit nisi dispositiua fundantia gratiam, ergo illa sola debent esse in consideratione. Hoc etiã expressè scribit Ias. cons. 6. Primum dubium redditur admodum. col. 6. versi. Quintò
8 principaliter facit lib. 3. vbi vult, † ꝙ in istis clausulis executiuis posita nõ immutant, nec alterant dispositionem, quia communiter apponũtur de consuetudine, & ex capite notariorũ per illud, quod Bar. scribit in l. 1. 6. q. ff. de iu. codicil. & Abb. in c. cum cõtingat. 20. col. post Ant. de Butr. ibi de iureiu. de prędictis etiam latè scribit Feli. in c. licet in corrigendis. de off. ordi. vbi respondet ad id, ꝙ verba debent aliquid operari: quia id toleratur potius, quàm ꝙ principalis dispositio per accessorias clausulas immutetur, & à iure communi recessum esse intelligatur. Videmus hoc contingere ex quotidiana rerũ experientia, quæ est efficax magistra, ꝙ partes principaliter inter se conueniunt, & pacta inter se specificè formant, clausulas verò accessorias, & generales confirmatorias cõtractus relinquunt notarijs, in quibus si continetur aliud, quod alteret principalem dispositionem, illud non debet attendi, tanquàm notario non commissum; quia actus agentiũ non operantur vltra eorum intentionem. l. nõ omnis. ff. si cer. pet. Illud etiam mouere debet, ꝙ non conuenit, vt accessorium regulare habeat principalem dispositionem, sed benè cõuenit, ꝙ principalis dispositio regulare habeat accessorium iux. reg. iuris accesso-
9 rium &c. Modo † reducendo hæc ad propositũ, dico ꝙ d. verba, possit disponere & ordinare, quemadmodum Princeps ante pręsentem contractũ poterat, sunt posita in clausulis executiuis contractus; nam Princeps, iam concessione feudi facta, cedit vasallo, vt ex his possit agere, & se defendere; vnde posito, sed non cõcesso, ꝙ d. verba, possit disponere & ordinare, importarent potentiam alienandi; tñ non sunt attendenda tanquàm contraria principali dispositioni, secundũ quã feuda alienari non possunt sine Domini consensu, iuribus vulga. nõ enim specificè fuit actũ, & conuentum in substantia principali contractus, ꝙ feudũ possit alienari, sicut vidi in multis inuestituris fieri, vbi ex aperto, & directo datur talis potestas alienandi vasallo cũ amplissimis verbis: sed hic datur potestas alienãdi (si tñ datur) ex obliquo & quodammodo furtiuè in duobus verbis, quũ aliud ageretur, neq; de hoc principaliter tractaretur; nec tamẽ d. clausula cessionis iurium erat necessaria, quia satis cõstat, ꝙ vasallus vtilis dominus feudi põt vti iuribus directi absque cessione tanquàm procurator in rem suam constitutus iux. not. in l. qui stipẽdia. C. de procu. Ex prædictis patet respon
10 sio ad c. 1. de feu. non haben. propr. natu. feu. vbi † qñ conceditur feudũ pro se & quibus dederit, intelligitur data potestas alienãdi; nam hoc procedit ibi, quia illa verba, & quibus dederit, posita fuerunt in ipso actu cõstitutionis feudi, non autẽ in accessorijs, & executiuis. Non obstat id, quod Bald.

Bal.scribit.l.eam quam col.10.vers.sed pone quidam. C.de fideicom.vbi vult,quòd licet clausula executiua nó augeat, tamen declarat intentionem concedentis,quia in præsenti casu nullum est in præcedentibus ambiguum verbũ, quod egeat declaratione ; nam qui declarat nihil de nouo facit.l. hæres palam.§.si quid post.ff. de testa.hic autem concederetur alienatio,de qua nihil antea fuerat dictum.Imò contrarium intelligitur actum ex natura ipsius feudi,quod non potest alienari.Reperi his iam scriptis,Excellẽ.Philip.Dec. in eandem sententiam concedere consil. 193.Et pro tenui facultate.versus fin.nam ibi vult, ꝙ illa verba concedentis feudum, pro se & quibus dederit, non operentur effectum alienationis, quandò fuerunt posita in clausulis executiuis, & sic est ibi decisio in terminis, quæ si non esset,tamen q̃d de iure in proposita facti serie responderi debeat,abũdè ex prædictis liquere potest. Veniendo nunc ad aliud principa
11 le fundamentum,dico,ꝙ † verbum, disponere, secundum veram & propriam significationem, nihil aliud significat, quàm ordinare, seu in ordinem suo quidq; loco redigere, & collocare,nec alia penes grammaticos huius verbis reperietur significatio. Hinc artis theoricæ tria illa principalia ponuntur,inuentio,dispositio,& elocutio,quorum dispositio media respicit ordinem,&(vt breuiter dicam)quicquid tempore & loco suo collocatur,dispositum nũcupatur. Propterea legitur apud Mantuanum Poetam in tertio Aeneidos. Tectosq; per herbam disponunt enses, & disponere diem,& disponere otium, & similia penes idoneos linguæ Latinæ auctores inueniuntur;vndè veniendo ad rem, dicẽdum est,ꝙ dum in inuestitura dictum fuit, posit disponere,intelligitur ordinare,secũdùm propriam sui significationem,& ꝙ ita acceperint partes seu notarius, patet ex sequẽti verbo,posit disponere & ordinare,idem enim per idem repetitur: & est sensus istorum verborum, iungendo ea cũ præcedentibus,ꝙ vasallus posit respectu iurium cessorum agere,& excipere,& se defendere, & eodem modo disponere,& ordinare, quemadmodum ante præsentem cõtractum Princeps facere potuisset, & sic vult Princeps, quòd respectu iurium cessorum posit vasallus eo modo, forma & ordine vti,in agendo & excipiendo, quo magis expedierit: omnia enim ista referuntur ad principalem clausulam cessionis iurium,de qua tunc agebatur, & vt res melius intelligatur.Finge,quòd tãtùm dictum sit, quòd posit ordinare,quemadmodum Princeps antea poterat, nec appositum fuisset verbum, disponere: certè neminem tam supinum esse arbitror,qui dicat per illud verbum ordinar̃, feudi alienationem vasallo fuisse concessam. Idem ergo dicẽdum est posito, ꝙ fuerit additum verbum disponere, quia vt dictum est,disponere & ordinare eiusdem sunt significationis,& quòd prædictus intellectus sit sumendus, adduco
12 vulga.reg.quòd clausula † posita in fine, refertur ad omnia precedentia,maximè quando non stat principaliter per se, sed est accessoria,& continuato sermone prolata l.fin.& ibi Bar.no.ff.de reb.dub.l.filium,& ibi etiã Bar.ff.quan. di. leg. ced.glo.in §.item lapilli.Insti.de rer.diuis.& gl.Bar. Pau.de Ca.& reliqui in l.si idem cum eodem.§.fi.ff. de iurisdi.om. iud.ponunt Cano.in c.secundò requiris.& in ca. inquisitioni.de appella.& adduco etiam magis in specie Alb.de Rosa.in l.1.col.antep.ff. de offi.procu.Cæsa. vbi inquit, quòd
13 † verba generalia, quæ sequuntur dispositioné,restringuntur ad præcedentia.l.quoties in fi.C.famil. hærcis.& est secũdum cum quędam inculcatio verborum,quę nihil operatur.l.sed si adijciatur.ff.pro soc.l.pediculis.§.Labeo. ff. de au.& argen.lega.& hoc in contractibus, licet secus dicat in vltimis voluntatibus.l.si quando.in prin.ff.de leg. 1.Ecce ꝙ Alber. de Ros.ibi vult,ꝙ verba generalia restringantur ad præcedentia;& sic in casu nostro.posit disponere,& ordinare, restringuntur ad cessionem iurium, de quibus antea loquutus fuerat;nec obstat, ꝙ illa verba nihil operarentur, quia respõdet Alb.quòd hæc est inculcatio verborum,quæ nihil debet operari,&non obstat quòd dictum fuerit,ꝙ de
14 supradictis rebus posit disponere, & ordinare, quia † appellatio rei est generalis,& sub ea veniunt iura & actiones,
15 vt Bal.dicit & Ange. in l.1.ff.de sta.hom.nec etiam nocet † illa verba, quemadmodũ ante præsentem contractũ Princeps facere potuisset, imò maximè adiuuant intentionem nostram;quia illa verba referuntur ad omnia præcedentia, videlicet,vt de iuribus cessis posit vasallus agere,excipere, experiri, se defendere & replicare, quemadmodum ante præsentem contractum Princeps facere potuisset; & eodẽ modo posit disponere & ordinare quemadmodum ante præsentem contractũ Princeps facere potuisset:hæc enim vltima verba claudunt superiora omnia;vnde non tantum debent referri ad proxima, sed etiam ad præcedentia omnia,quia non est dare rationem cur ad vnum casum magis, quàm ad alium referantur,vt inquit Impera.in l.1.C. de libe.præte.& ibi hoc latè tangunt omnes,& repetunt in l.talis scriptura.§.fi.ff.de leg.1.& in d.l.si idem cum eodem. §. fi.ff.de iurisd.om.iudi.Considerent ergo Illustres iudices,si d.vltima verba referantur ad præcedentia omnia,ꝙ etiam d.clausula,quòd posit disponere & ordinare,quę proximè antecedit,debet referri. Summatim autem loquendo dico quòd illa verba omnia respectu cessionis iuriũ posita sunt, nec eius terminos egrediuntur. Aduersarius autem vult, ꝙ illa verba,posit disponere,comprehendant, quòd vasallus posit feudum alienare in quamlibet extraneam personã, qui intellectus est absurdissimus.Primò quia res tota posita est in vnico illo verbo,disponere:cogitãdum autem est, quòd si Princeps voluisset dispensare cum Vasallo, vt feudũ posset alienare, istud latioribus, & pinguioribus verbis fuisset expressum: hoc enim erat speciali dignum nota, & specifico pacto; non autem ita res posita fuisset transeunter in vnico verbo,& ita communiter fieri videmus; nam in his,quæ ex coniecturis iudicantur, huiusmodi argumentum est validum iux.l.neque natales.C.de proba.& scrib.in
16 l.non hoc C.vn.cogna.Deindè† verba debent intelligi secundùm naturam actus super quo interponuntur,etiam ꝙ verba nihil operentur,vt est celebre Inno.dictum in ca.ex literis de iu.patr.quem refert & sequitur Bald.in rubr.C.de contrah.empt.q.9.Sed aduersarius tantùm abest, vt hoc faciat; vt potius contrarium moliatur, nam vult interpretari verba contra propria naturam feudi; nam vbi conceditur alienandi facultas,alteratur natura feudi,vt est casus in c. 1. de feu.non habe.propr.nat.feu.Pręterea intellectus aduersarij habet contra se dispositionem iuris communi, secun-
17 dùm quam feuda alienari non possunt; & † verba contrahentium debent in dubio accipi,ne derogetur dispositioni iuris communis l.si serui vestri.C.de noxa.gloss. in d. l.talis scriptura §.fin. vndè prouisio hominis non tollit prouisionem legis,quia nemo præsumitur renunciare iuri iam quæsito,vt Bal.inquit in l.fi.C.de pac.conue. quod adeò procedit,vt si etiam verba impropriare oporteat,id sit faciendũ, ne videantur pariter à iuris dispositione discedere; vnde vi
18 demus in materia feudali,de qua agitur,si † cõcedatur feudum alicui pro se & filijs masculis, & fœminis, intelligitur receptum ordine successiuo,videlicet,vt primò admittantur masculi,& his deficientibus fœminæ.c.1.§.quinetiam.
19 Episco.vel.Abb.c.1.de eo,qui sibi vel hæred.suis,†& tamẽ de natura copulæ est æqualiter determinare.l.vni.§. his ita. C.de cadu.tollẽ.l.duobus.ff.de leg. 1.Et si dicatur,quòd aliquando Princeps concedit in inuestituris facultatem alie-
20 nandi. Respondetur,quòd hoc fit rarò, & † verba etiã clara,& specifica,non trahuntur ad casum extraordinarium l. Seia §.medico,& ibi Barto.ff.de annu.lega.quantò minus, quando verba sunt ambigua & obscura, trahi possunt ad alium sensum,quo casu fit interpretatio contra eum, qui se fundat in verbis l.veteribus ff.de pac.l. stipulatio ista habere §.in stipulationibus ff.de verb.oblig.Ex quibus concluditur,quòd intellectus aduersarij est abijciendus, veluti,qui consistat in aucupio vnius verbi generalis contra naturam actus,qui gerebatur,& contra dispositionem iuris communis,& est somnium (vt ita dixerim) somniorum.Illud autẽ est verissimum respectu cessionis iurium, de quibus fiebat sermo,

sermo, d. verba prolata fuisse, vt superius latè comprobaui: verba enim secundum subiectã materiam accipienda sunt l. si vno. in princip. & ibi Bartol. not. ff. loca. l. si stipulatus
21 in princip. ff. de vsur. † & quoties idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum accipiatur, quæ rei gerendæ aptior est, vt inquit Iuriscon. l. quoties idem sermo ff. de reg. iu. & vbi plures dantur intellectus, is est melior, per quẽ minus iuri communi derogatur, vt Abb. scribit in c. cum dilectus col. fi. de consue. Etenim secundum intellectum aduersarij, duo essent capitula: vnum cessionis iurium, quod est secundum ius, alterum permissiuum alienationis feudi, quod est contrarium iuri. Nos autem dicimus, ꝙ est vnum tantum capitulum scilicet cessionis iurium, quod fit ex causa ibi expressa, dum dicitur ex causa præsentis feudi: hæc autem causa bene operatur cessionem iurium, sed non permissionem alienationis: imò contrariũ; quia ex quo d. prædia erant concessa in feudum, non debebant posse alienari,
22 ideò dicendum est, quòd † illa verba, posit disponere & ordinare, non inducant permisionẽ alienationis, quia non inferunt ad causam ibidem expressam, & clarum est, quòd verba generalia restringuntur ad rem & causam specificatam. l. si de certa. vbi Bar. & omnes C. de transactio. l. si pluribus §. fi. ff. de solu. l. emptor §. Lucius, vbi etiam Bar. ff. de pac. & dicit Ang. in l. obligatione generali. ff. de pign. quòd dictum generale limitatur & restringitur per rationem secundum suam causam, allegat tex. quem dicit notabilem & meliorem in corpor. iuris in l. cum pater §. dulcissimis ff. de
23 leg. 2. Considerandum est etiam, quòd † natura copulæ est copulare, quæ sunt eiusdem generis; non autem dissimilia, vt Bal. scribit, & ibi Pau. de Cast. & Alex. in l. si Auiæ. C. de succes. edic. & est optima glo. in §. Item lapilli Institu. de re. diui. & no. Bal. in l. omnes populi col. 10. versi. modo quæro vtrum statutum. ff. de iusti. & iu. cum pluribus alijs adductis per Iaso. consil. vlti. Videretur prima consideratione circa. prin. lib. 4. vnde illa verba copulatiuè posita, & de prædictis bonis posit disponere, debent intelligi agendo & excipiendo, non autem quòd posit disponere alienando per viam contractus vel vltimæ voluntatis, quia hęc sunt valde dissimillima, & ista est quædam inculcatio verborum, quæ est familiaris notarijs, quum per plura verba idem significant, & tunc intelliguntur superfluere, vt dixi antea post Alb. de Rosa. & de hac inculcatione verborum meminit gloss. in l. certi conditio, in prin. in verbo ex causa ff. si cert. pet. & alia glo. in l. si ex pluribus in verbo. & habere. ff. de solu. Spec. in tit. de procura. §. hoc autem versi. sed opponitur de illa clausula, fecit, constituit, creauit, ordinauit suum procuratorem, ponit etiam Pau. de Cast. in l. testamentum C. de testa. Arc. consi. 163. Verum est, quòd comicus. col. pen. versic. potest etiam responderi, vbi adducit Bar. in l. fi. in prin. ff. de cond. ob cau. qui tenet, quòd illa verba, quæ ponuntur hodiè à notarijs, dedit, vendidit, & tradidit, non plus important, quàm si dictum fuisset, vendidit, & tradidit; & sic illud verbum, dedit apponitur superfluè: & dicit Fel. in c. fi. col. 8. de cõstitut. quòd huiusmodi inculcationes verborum fiunt sæpius causa maioris expressionis, & nihil addunt, multa allegando, de quibus ibi per eum, vnde non valet argumentum in hiusmodi multiplicatione synonymorum, quòd vnum nõ comprehendatur sub alio, quia aliàs esset superfluum: nam istud fit gratia maioris expresionis & ad effugiendum sophisticas interpretationes, vt Fel. scribit in c. eam te. col. 13.
24 versi. ex his infertur. de rescrip. & † de plenitudine verborum, quæ solent apponere notarij ex consuetudine, vel ex suo capite, quòd non debeant esse præiudicialia partibus maximè ad renunciationem iuris sui, ponit idem Feli. in c. solitæ. col. penult. de maio. & obedi. vbi videndum. & dicit Dec. in l. 2. §. ff. fi. si cert. pet. quòd superfluitas tolerat̃ in instrumentis, quia tabelliones sępè numero ex consuetudine vtuntur inculcatione verborum, allegat Spec. & Alb. in locis antea adductis. Sed iam tandem orationi modus imponatur: nam si recensere vellem singula, quæ maiores nostri dicunt de verbis, quæ notarij ex consuetudine, vel ex suo capite solent apponere, vt non sint attendenda, quum effugiant deliberatam mentem contrahentium, magnum efficerem volumen, & tedio afficerem lectorem.

Repilogando breuiter ea, quæ dicta sunt rem arbitror esse in tuto pro petente consilium, ex duobus fundamentis, quorum primũ est, quòd d. verba, posit disponere, sunt apposita in exequutiuis contractus, quæ non ampliant, nec alterant principalem dispositionem: Secundum fundamẽtum est, quòd d. verba non plus important, quàm superiora respectu cessionis iurium, de qua tunc agebatur, & est quędam inculcatio verborum, quæ nihil operatur.

Non omitto etiam aliud tertium fundamentum. Nam
25 posito, quod d. verba, posit disponere † & ordinare, importarent potentiam alienandi, tamen posita sunt generaliter & simpliciter, non enim dicitur in quas personas feudũ valeat alienari, vnde dicendum est, quòd non posit alienari in fœminam feudi incapacem, quia verba debent intelligi secundum naturam actus, super quo interponuntur l. damni infecti stipulatio. ff. de dam. infec. cum alijs vulg. Item in generali sermone non continetur id, quod non est verisimile concedentem specialiter concepisse l. qui peculij. ff. de pecu. & l. si pater. ff. quæ in frau. credi. l. obligatione generali ff. de pig. sed fœmina regulariter non succedit in feudis, & non est verisimile de ea concedentem sensisse, quia non est apta ad pugnam, nec potest Dominum sequi in bello: cessat enim in fœmina causa feudi, ideò cessat etiam causatum, vt Bal. inquit in c. 1. §. & quia vidimus col. 6. versi. deinde nota, qui feu. da. pos. & ita per prædictas rationes tenet Signo. iam adductus &c. Ex quibus patet responsio, si
26 diceretur, quòd † vbi feudum conceditur pro se & quibuscunq; hæredibus veniunt personæ feudi incapaces, vt per Bal. in l. 1. q. 34. ff. de re. diuis. & in ca. Imperialem col. penul. versi. Sed quid si concessum de prohi. feu. alie. per Fede. Nã istud ideò ibi procedit, quia apparet concedentem voluisse discedere à propria feudi natura propter illam dictionem vniuersalem quibuscunq;, quod non est, quando vtitur generali & simplici sermone, quia non apparet, quòd voluerit feudi naturam relinquere, ideò secundum eam verba sunt intelligenda, & ad hoc adduco, quod Raine. scribit in l. post
27 dotem. ff. solu. mat. vbi † vult, quòd si maritus promittat restituere soluto matrimonio dotẽ, intelligitur promisisse reseruata parte, quã ex forma statuti lucrari debebat; qa cõtractus partium debet interpretari secundum dispositionẽ iuris communis l. quæro §. inter locatorem ff. loca. l. quidã cum filium ff. de verbo. obliga. secus si promittat restituere totam dotem, quia videtur renunciasse statuto & hanc decisionem sequitur Alex. in d. l. post dotem. in fi. lectu. & latius consi. 183. Super quæsitis, de quibus in themate col. 1.
28 lib. 5. Sic dicam in proposito, quòd † vbicunq; ponuntur illa verba, quibuscunque hæredibus, veniant personæ feudi incapaces, quia verba sunt vniuersalia nihil excludentia; sed vbi simpliciter datur potestas alienandi, nec dicitur in quã personam, tunc verba debent intelligi secundum naturam actus, vel secundum iuris dispositionem, vt dicit Raine. & sic non veniunt personæ prohibitæ infeudari, & ita etiam intelligo tex. in d. c. 1. de feu. non haben. propr. nat. feu. quia ibi fuerat dictũ, pro se, & cui dederit, & sic indefinitè fuerat designata persona, in quam poterat fieri alienatio, quod non est in casu nostro, & hoc etiam habeo pro claro, & indubitato fundamẽto. Et ita sentio in præmisis, saluo semper iudicio rectius sentientis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in remedio possessorio Canonis reintegrandæ nunquid impediat sententiæ executionem & nu. 3. dic. vt nu. 4. & 13.*

2 *Appellatio ab interlocutoria non impedit interlocutoriæ executionem, nisi iudex à quo detulerit, vel prohibeatur per superiorem, aut appellatio postmodum iustificetur.*

5 *Appellatio ligat & suspendit iurisdictionem primi iudicis.*

6 Appellatio

6 *Appellatio licet recepta nõ fuerit per iudicem à quo rationabilibus ex causis, tamen interim nihil debet innouari.*
7 *Appellans in possessorio pendente appellatione non debet commodo suæ possessionis priuari, sed gaudere, & spoliatus debet restitui per viam attentati.*
8 *Appellatio à sententia lata super mero possessorio de iure ciuili non admittitur, secus de iure Canonico, vt nu. 10.*
9 *Sententia vbi vigore statuti debet executioni mandari, tũc à tali sententia non potest appellari.*
11 *Interlocutoria quælibet dici potest momentanea aptitudine, quia potest reuocari.*
12 *Sententia lata in possessorio nunquid sit interlocutoria vel diffinitiua.*

CONSILIVM. 583.



1 FRATRES isti de Pauesijs proponunt, ꝙ † & si in remedio possessorio Canonis reintegrandæ 3. q. 1. sit dare appellationem, prout aliàs fuit scriptum & iudicatum, tamen, non obstãte appellationis pendentia, debet sententia lata in eorum fauorem contra partem aduersam de Casalibus mandari executioni, per id quod Barto. scribit in l. 2. col. 3. versi. possumus etiam dicere. ff. de appella. recip. vbi vult ꝙ a possessorio possit appellari, per tex. in l. vnica C. si de momen. posse. fue. appel. vbi dicitur, ꝙ si appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortiatur effectum: & sic apparet ibi, ꝙ non obstante appellatione, sententia lata super possessorio mittitur executioni; mouetur etiam in simili, quia hoc reperitur in appellatione, quæ ab executione interponitur, nam tunc appellatio non impedit executionem in totum, vt nota. in l. ab executione. C. quo. appel. non recipit. Item quia sententia lata in possessorio videtur esse interlocutoria, vt est etiam tex. clarus in c. sunt etiam quorum in versi. de posse. 2. q. 6. & gl. in
2 d. l. vni. sed † appellatio ab interlocutoria non tollit effectũ interlocutoriæ, nec impedit eius executionem, nisi iudex a quo detulerit, vel nisi prohibeatur per superiorem, vel nisi appellatio postmodum iustificetur. cap. non solum de appel. in 6. & traditur per Bar. & alios in d. l. 2. ff. de appella. recip. vbi etiam Ange. sequitur præfatam decisionem Bar. Eandem opinionem tenet Alb. de Ros. in d. l. vnica, vbi inquit, ꝙ rectè intuenti illa lex non inhibet appellationem, imò cõcedere videtur, ibi dum dicit, appellatio interposita fuerit, licet gloss. exponit de facto, sed videtur solùm inhibere,
3 ꝙ † talis appellatio non impedit executionem per verba illa, sententia tamen sortiatur effectum, contra rub. ff. nil noua. appella. pend. simile est in supplicatione, Auth. quæ supplicatio. C. de prec. Impera. offer. & in restitutione in integrum. c. suscitata. de in integr. restit. & in sententia excommunicationis. c. licet. de sentent. excommu. in 6. Et si dicatur quid ergo operatur appellatio, quum executio sententiæ fiat? dic quòd multum, vt no. Spec. de appella. §. in quibus. versi. 17. Idem tenet etiam Archi. in c. sunt etiam quorũ. 2. q. 6. vbi dicit, ꝙ appellatio procedit in possessorio, sed non impedit executionem; tamẽ si retractatur postea sententia, retractatur etiam executio; vnde nõ habet per omnia vim appellationis, quia non retractatur per viam attentati, sed solummodo per viam appellationis à diffinitiua, & Archid. refert Bald. in l. 2. vlt. col. C. de episco. audien. Idem tenet Abb. in c. cum ad sedem col. pen. versic. vlterius excipiendo. de restitu. spolia. quia hoc modo intelligendo, minus derogatur dispositioni iuris Canonici, & ita secundum conclusionem Bar. dicit se de facto consuluisse, nec mentitur, vt patet eius consi. 55. In causa, quæ ad præsens vertitur lib. 2. Idem etiam voluit Ange. consi. 107. dicta constitutio, propè fi.

4 Contrarium puto verius, ꝙ † quum appellatio interposita à sententia lata in possessorio super remedio d. Canonis reintegrandæ teneat, non possit d. sententia mandari exe-
5 cutioni, quia † regulariter per appellationem ligata est & suspẽsa iurisdictio primi iudicis. c. dilectus filius Saracenus, de rescrip. quem tex. ibi ponderat Anto. de Butri. vlti. nota. & cum eo transit ibi Ioa. de Imo. ergo non potest per eum mitti executioni sed impediri debet interim executio, & ita clarè disponitur per iura communia, ꝙ appellatione pẽdente nihil debet innouari. l. 1. & ibi glo. & Bart. ff. nil noua. appel. pend. l. 3. & ibi Doct. C. de appel. l. Chirographis. §. fi. ff. de admin. tuto. c. bonæ, & c. dilecto. de appel. c. venientes in fi. de iureiu. Amplius dicit Paul. de Castr. & benè ad pro-
6 positum nostrum, ꝙ posito, ꝙ † iudex à quo noluerit recipere appellationem, quia dicit non potuisse appellari eo, ꝙ appellans verè fuit contumax, vel est causa, in qua non admittitur appellatio, vt in d. l. vnica. C. si de momen. possess. fu. appel. nihilominus non debet aliquid innouari, & innouata indistinctè reuocantur, quando appellatio de iure tenet, licet non fuerit recepta, quia talis innouatio saltem inhibetur à iure d. l. 3. & toto titu. nil noua. appel. pen. Et vlte-
7 rius, ꝙ victus † appellans non debet commodo suæ possessionis orbari, sed ea gaudere, est tex. in l. sciendum. §. pen. ff. qui satisd. cogan. & no. glo. in l. Imperator. §. fi. in verbo. ab aduersario. ff. de appella. & si contingat eum spoliari, debet restitui per viam attentati. c. quum teneamur. de appel. Non obstat, quod Bar. dicit in d. l. 2. ff. de appel. recipi. quia opinio Bar. non est vera, & communiter contra eum tenetur: nam
8 † quòd de iure ciuili à sententia lata super mero possessorio non appelletur, est tex. in l. quisquis. C. quo. appel. non recip. & in d. c. sunt etiam quorum versi. de possessione. 2. q. 6. & hoc etiam tenet ibi glo. in summa glo. & Docto. in ca. cum ad sedem. de restitu. spolia. Inno. in capit. significantibus. de oper. nou. nunc. Spec. in titu. de appella. §. in quibus. versi. 6. Feder. de Sen. consi. 76. Domino auditori. Fulgo. consi. 145. Quoniam plurimæ. in 2. dub. & contra Bar. expresè tenet Bal. in d. l. vnica aliter intelligendo illum tex. quàm Bart. faciat, & inducit eum pro d. conclusione, dum dicit, ꝙ sentẽtia sortiatur effectum: nam sententiam sortiri effectum nihil aliud est, quàm in rem iudicatam trãsire, ergo nulla admittitur appellatio, & idem ibi sequitur Salic. 5° oppo. quia tantum reseruatur ibi quæstio proprietatis, ergo videtur ꝙ super possessione non debeat amplius disputari, & contra Bart. tenet etiam Pau. de Cast. dicens, ꝙ iste intellectus ad illam legem est communis, & cõtra Bar. tenuit etiam Cuma. in d. l. 2. ff. de appella. recipien. col. 6. vbi dicit, ꝙ sententia Barto. est contra d. l. vni. C. si de momen. posse. fu. appel. quæ vult appellationem non impedire quin sententia sortiatur effectum, & reseruat solùm quæstionem proprietatis, ergo non possessionis; adducit ad hoc etiam tex. in l. fin. ff. eo. titu. vbi in casibus, de quibus ibi non appellatur, vt nõ impediatur executio, ergo si fiat executio, ex hoc apparet prohiberi appellationem, aliàs Imperator ibi omitteret illud, quod principaliter quærebatur, quia non responderet ad quæsitum, nam cũ ibi sit in materia appellationis, principaliter debuit terminari valor, & effectus appellationis;
9 & per hoc infert ibi semel dixisse in quæstione facti, quòd † quum statutum disponeret, ꝙ si fuerit lata sententia inter quasdã personas, & talis sententia mandaretur executioni, non poterat à tali sententia appellari, per dict. l. vni. vbi lex mandat executionem fieri, ne impediatur executio, vt ibi habetur. Reperio etiam, ꝙ contra Bart. tenet Are. in l. fi. §. iussus. ff. de appell. & communem esse opinionem, quòd in terris Imperij à sententia lata super possessorio non possit appellari, testatur Alex. consi. 2. consideratis his, de quibus in themate, propè fi. lib. 3. Inuenio etiam, ꝙ Bal. consi. 217.
10 Verba libelli propè fi. 2. lib. dicit, ꝙ † appellatio à sententia possessorij, est temeraria secundum leges, licet de iure canonico sit secus, quod secundum eũ valdè est æquius, corrigens in hoc seueritatem iuris ciuilis. Ratio autem cur à sententia lata super possessorio non possit appellari, redditur

tur per Cin. & Alber. Bal. & alios in d. l. vnica, hoc esse non propter vtilitatem causæ, quia obstat tunc tex. in §. commodum Insti. de interdic. & quia possessio potest esse magni pretij, & multò æstimari. l. si duo in fin. ff. vti possid. Sed quia iura intendunt, quòd lites non protrahantur. sed quantùm fieri potest abbreuientur, & quia grauamen illatum in possessorio, potest reparari in petitorio; propter ꝙ momentanea dicitur esse possessio, hoc etiam tradit Bald. in l. post sententiam col. 2. C. de senten. & interlocu. omni. iudi. vbi quærit de ratione quare à possessorio non appelletur, & respondet, ne petitorium nimis suspēdatur. Item quia possessorium respectu petitorij redigitur ad instar interlocutoriæ,

11 quoniam † omnis interlocutoria potest dici momentanea aptitudine, quia potest reuocari. Non obstat auctoritas Bal. in d. l. 2. C. de Episco. audien. quia facit pro ista parte, nā licèt referat opinionem Archid. & Barto. tenentium, quòd posit appellari, non impedita executione, tamen dicit, ꝙ Doct. communiter tenet, quòd de iure ciuili appellari non posit. Similiter Alber. in d. l. vnica, refert opiniones, & illā, quæ habet, quòd appellari posit, neutiquam firmat. Non

12 obstat ꝙ † sententia lata in possessorio sit interlocutoria; & appellatio ab interlocutoria non impediat eius executionē, quia respondetur, ꝙ imò est diffinitiua, quia diffinit negotium principale, licet in quibusdam seruet naturam interlocutoriæ, prout tenent Bar. & omnes Scrib. reprobata glo. ibi, in d. l. vni. glo. in l. quod iussit ff. de re iud. Stante hac co-

13 muni conclusione, ꝙ † vbi in possessorio non appellatur, mittatur sententia executioni, sequitur ecōtrario, quòd vbi appellari potest, executio non procedat, quia contrariorum contraria est iuris dispositio l. & si contra §. fin. & ibi glo. ff. de vulga. & pupil. l. si qui negotia & ibi glo. ff. de nego. gest. & habetur per Barto. in l. inter stipulantem §. sacram. ff. de verbo. obliga. & in l. in fundo. ff. de rei vendica. & per Moder. in rub. ff. de acqui. posse. Sed in casu præsentis possessorij admittitur appellatio, vt aliàs latè deductum fuit, ergo suspenditur executio. Præterea considerandum est, ꝙ ideò in remedio canonis reintegrandæ intentato admittitur appellatio, quia est remedium iuris canonici, & consequenter censeri debet intentatum cum omnibus suis qualitatibus, inter quas est facultas appellandi: quia de iure canonico ab omni possessorio licita est appellatio, sed de iure canonico appellatio à possessorio non tantum operatur effectum deuolutiuum, sed etiam suspensiuum cle. 1. vbi Docto. de sequestr. posse. & fruc. & sentit Bart. in l. secunda ff. de appella. recipien. volens secundùm opinionem suam, ꝙ istud tantùm de iure ciuili sit inductum, vt non obstante appellatione sententia mittatur executioni, & istud tollit omnem difficultatem.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrari fructus nunquid & quando debeant sequuta appellatione ad sententiam latam in fauorem actoris ad restitutionem rei cum fructibus dic. vt numer. 5.*

2. *Fructus quando à reo depopulari dicantur, & numero 40.*

3 *Fructus naturales qui dicantur, & qui ciuiles.*

6 *Sequestratio rerum, quæ seruando seruari non possunt, qualiter fiat.*

7 *Sequestrarius non habens domum sufficientem pro custodia rei sequestratæ, potest vnam conducere expensis fructuum vel rerum.*

8 *Sequestrum quando à Iudice à quo, & quando à Iudice ad quem fieri possit.*

9 *Sequestrum nunquid fieri debeat super fructibus lata sententia super instrumento publico, quod vigore statuti debet executioni mandari, à qua sententia fuit appellatum.*

CONSILIVM. 584.

1 

SAEPIVS contingit, vt lata † sentētia in reos ad restitutionem rerum cum fructibus, petat actor, in cuius fauorē lata est sententia, fructus sequestrari non obstante appellatione per reum interposita. Quæritur an de iur. id fieri debeat, & de hoc est tex. in c. fi. de sequestr. poss. & fruc. & in l. Imperatores §. fin. ff. de appel. vbi dicitur fructus agri, de quo sit disceptatio post appellationem, apud sequestrum debere deponi, quum depopularētur ab aduersario, & Bar. ibi dicit, ꝙ post appellationem sequestrantur fructus, si timetur de dilapidatione; & est casus specialis, in quo permissa est sequestratio, licet regulariter

2 sit contra l. 1. C. de prohib. seque. & dicuntur † depopulari fructus nedum, quum baratantur, sed etiam quum per possessorem in suum vsum conuertuntur, secundùm Ange. ibi qui allegat Inno. in c. fi. de sequestr. posse. & fruc. & sequitur Cuma. & Imol. ibi per text. in l. is cui §. qui legatorum ff. vt in posse. lega. idem tenet Bald. in c. 1. col. 1. quo tempo. mili. vbi inquit, ꝙ dilapidare dicitur, & si consumat in suos vsus conuertendo maximè prodigaliter, secundùm Archi. in c. quia res 11. q. 1. & ibi etiam Bald. dicit. hoc etiam procedit in re mobili, quia si suspecta sit persona, ne eam consumat vel permutet, deponetur l. ab executore C. quo appell. non recip. & hoc casu contra reg. iur. innouatur aliquid appella-

3 tione pendente. Et istud, quod † dicitur de fructibus, procedit non solum in fructibus naturalibus, sed etiam in ciuilibus, vt tenet Abb. in d. c. fi. 2. notab. dicens, ꝙ quando non agitur de re fructus naturales producente, sed prædijs vrbanis, vel de mancipijs, vel nauibus, seu equis, vel similibus, tunc fit sequestratio fructuum ciuilium scilicet pensionum mercedis, vecturæ. cap. quotiens il 2. 2. q. 6. Ad illud autem,

4 quod superius dictum est, ꝙ † dilapidare dicitur etiam ille, qui fructus in vsus suos conuertit, secundùm Inno. in d. c. fi. & Bald. in d. c. fin. col. 1. quo tempo. mil. addo ꝙ idem tenet Bal. in l. si fideiussor. §. fi. in fi. ff. qui satisda. cogan. Ang. in d. l. diuus in fi. ff. de petit. hæred. Bal. Ang. & Imol. in l. si seruū §. prætor ait per illum tex. ff. de acqu. hæred. & licèt Roma. ibi teneat oppo. quasi ille, qui consumit in suos vsus, non sit in dolo; tamen respondet Aret. ibi quòd imò est in dolo, si pendente lite cōsumit fructus, quos debebat reseruare vsq; in euentum litis, vult tamen Are. ibi post Roma. ꝙ quando ille, qui conuenitur, non posset aliunde viuere, tunc etiam pendente sequestro potest diminuere de fructibus, quando prius erat in possesione rei l. fi. in fi. & ibi Bal. C. de ord. cogni. Aduertendum est etiam, ꝙ Card. in d. c. fi. tenet oppo. dicens, ꝙ si possessor vtatur fructibus, sicut prius, & sicut solet prudens paterfam. non dicitur tūc depopulari fructus, prout requirit tex. in d. l. Imperatores §. fi. ideò fieri nō

5 debet sequestratio; Sed contra † hoc facit secundùm Abb. ibi, quia si cōuertit in suos vsus, sicut prius, nō poterit postmodū ipsos restituere in casu, quo confirmetur prima sententia: Ipse autem distinguendum putat, ꝙ aut iste appellās est aliter soluendo, & tunc si vtitur eo modo, quo prius, non fit sequestratio; cessat enim tunc præsumptio contra eum ex dilapidatione: aut verò dilapidat, dissipat, depopulatur, & sic non vtitur eo modo, quo prius, & fiet sequestrū quātumcunque sit soluendo propter præsumptionem sententiæ, quæ est pro actore & contra appellantem, & propter sinistram suspicionem, quæ oritur ex dilapidatione vltra morem solitum; nec sufficit dicere, ꝙ est soluēdo, quia ipsi fructus principaliter debentur, de quibus magis contentabitur Dominus, quàm de ipsa æstimatione. Et si dicatur ꝙ hæc ratio militat etiam in causa principali. Respondet, ꝙ licet militet, tamen cum adhuc non sit tanta præsumptio contra reum, quanta insurgit ex prolatione sententiæ, non debet impediri vti sua possessione lite pendente. Aut iste possessor non est aliàs soluendo, & ex eo, ꝙ cōuertit in suos vsus

vsus fit sequestrum, sed tunc secundũ eum non est speciale in causa appellationis, quia idem est in causa principali, vt asserit se dixisse in c.antecedenti. Reperio etiam, quòd Io. de Ana. in d.l.Imp atores §.fi.tenet ꝙ non fiet sequestratio, si reus fructus conuertat in suos proprios vsus, quia, quum appellans non desinat esse possessor, debet fructibus posse perfrui, tanquàm commodo suæ possessionis. sed Ange. de Are. ibi eum referens distinguit, ꝙ aut appellans est soluẽdo, & homo diligens, & nõ fiet sequestratio, quia satis cautum est appellato pro fructibus in casu victoriæ: Aut non diligens, nec soluendo, & tunc sequestratio fieri debet, vt cautum sit aduersario, quæ distinctio satis concordat cum doctrina Abb. de qua supra. Quæri etiam potest, ꝙ si iste possessor non dilapidat, nec conuertit in vsus proprios, sed
6 distrahit, dicit Inno. in d.c.fi.† ꝙ fiet etiam sequestratio, nisi sint fructus, qui seruando custodiri nõ poterant arg. l. diuus ff. de pet. hæred. & Inno. sequitur ibi. Bald. Abb. & Ang. de Are. in d.l.Imperatores §.fi. vbi post Io. de Ana. dicit ꝙ de pretio redacto idẽ fieri debet, sicut de fructibus, quia pretium succedit loco rei l.si rem & pretium ff. de petit. hæred. & quando fructus dicantur posse conseruari notat. glo. ordinaria in l.1.C.si aduers. vsuca. Vlteriùs, ꝙ vbi fructus, vel aliæ res, quæ seruãdo seruantur, sunt sequestratæ, vendi debeant & pretium in sequestro teneri, vult Sal. in l.vnica col. pen. versi. Item scito. C. de prohi. sequæstr. pecu. per text. in l.litibus C. de agrico. & censi. lib.9. & in l.is cui §.qui seruã-
7 dorũ ff. vt in posse. lega. & l.fi.ff. de acqui. re. do. addens, ꝙ si† sequestrarius non habet domum sufficiẽtem pro custodia rei sequestratæ potest vnam conducere expensis fructuum vel rerum d.§.qui seruandorum in fi. quod reputat notandùm. Alia est quæstio, per quẽ Iudicem fiat ista sequestratio fructuum & Bar. in d.l.Imperatores Respondet, quòd per Iudicem appellationis l.si cuius §.sed si quis ff. de appel. recip. Sed pleniùs loquitur Hostien. Anto. de Butr. & Abb.
8 in d.c.fi. de sequestr. posse. & fruc. dicentes, ꝙ † hæc sequestratio fiet per eum, à quo appellatur, antequàm appellatio sit superiori præsentata & recepta: postquàm autem fuerit à superiore recepta, fiet per Iudicen ad quem est appellatũ l.ab executore C. quo appella. non recip. l. generaliter §.sin autem C. de iureiu. cum alijs simil. iuribus, dicunt etiam ꝙ, si recepta appellatione fieret per Iudicem à quo, illud valeret, quia hoc tendit ad faciliorem exitum appellationis, & expeditur citra cognitionem appellationis iux. not. in c. ex literis de matri. contrac. con. interdic. eccle. & in ca. cum teneamur de appell. & c. qua fronte eod. tit. & cum prædictis videtur etiam transire Ang. de Aret. in d. l. Imperatores §.
9 fin. Vltimò † dubitatur, si statuto cauetur, ꝙ instrumenta publica executioni mandentur, & fuit pronunciatum in instrumentum exequendum, & à sententia appellatum, vtrũ debeat fieri sequestrum fructuum rei promissæ, de hoc tãgit Bal. in l.ab executore col. pen. C. quo appella. non recip. vbi etiam ponit quid si non sit appellatum à sententia, sed dictum de nullitate, an sequestratio procedat, & ad dicta per eum ibi me remitto. Non omitto, ꝙ vbicunq; in causa principali procedi potest ad sequestrationem, multo magis in causa appellationis, vbi possessor victus appellat, quum iã diffinitiua sit contra eum, & ob hoc facilius est contra eum procedendum ad sequestrationem, quàm in principali, ita inquit Io. And. in reg. locupletari circa fin. in Mercuria.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus à Principe cum clausula sola facti veritate inspecta, nunquid possit ex probationibus non concludentibus, sed verisimilibus & persuasiuis iudicare, declara, vt nu. 4. & nu. 10.*

2 *Probatio debet de necessitate concludere, alias non est probatio, & venit contra producentem interpretanda.*

3 *Vniuersitas, quæ vigore statuti tenetur ad pœnam pro homicidio commisso in eius territorio, non obligatur nec condemnari potest ex eo, quòd aliquis ibi occisus reperiatur.*

5 *Prælatus, qui non potest iuribus ecclesiæ præiudicare, non potest compromittere de iure & de facto.*

6 *Tutor, curator, & Reipub. administrator; ex quo arbitrator potest auferre de iure domini, de facto compromittere non possunt.*

7 *Princeps per priuilegium & rescriptum nunquàm censetur ius alterius tollere, nec tertio præiudicare, etiã quòd diceretur se illud facere motu proprio, & cum clausula non obstante.*

8 *Clausula sola facti veritate inspecta tantùm operatur, vt ordo iudicarius sublatus intelligatur, non vt possit importare præiudicium aliquod circa merita causæ, & probationes, & nu. 11.*

9 *Rescripti verba, vbi possunt aliquid operari, restringuntur, vt minus derogent Iuri communi.*

12 *Statutum vbi disponit, quòd in tali negotio procedatur de facto, tunc intelligitur manu regia omissa omni iuris solemnitate, non vt iura alterius vllo modo tollantur.*

CONSILIM. 585.



Rebrò adducitur in allegationibus & consultationibus præstantis. Doctorũ,
1 ꝙ vbi † committitur à Principe cognitio causæ cũ clausula sola facti veritate inspecta, Potest is, cui sic committitur iudicare, ex probationibus non cõcludentibus, sed verisimilibus & persuasiuis, ita inquit Are. cons. 84. Diligenter ponderatis col.2. versic. sed quum iste effectus. allegat Bal. in l. solam vlt. q. C. de testib. sequitur Ias. in l. certi conditio §. si nummos ff. si cer. pet. Dec. in c. dilecti filij col.2. de iudic. & alibi sæpè Moderni. Ego semper dubitaui de ista decisione, &
2 videtur non posse de iure subsistere. nam trita est reg. † ꝙ probatio de necessitate debet concludere l. neq; natales C. de proba. l. non hoc C. vn. legit. & l. multis rationibus vbi Bal. C. de liber. cau. c. in præsentia de proba. & dicit Bald. in l. matrem in summario C. de proba. ꝙ probatio non concludens non est probatio, dicit etiam Idem Bald. in l.2. col. fin. C. de bon. posse. secundum tab. circa fin. quòd probatio non concludens rem dubiam reddit. Amplius est dicendũ, quòd vbicunq; probatio necessariò non concludit, semper fit interpretatio contra producentem, vt inquit Bar. in l. inter stipulantem §.1. & ibi scriben. ff. de verb. oblig. & Bar. in l. si quis intentione ambigua ff. de iudi. & hoc procedit etiam in materia fauorabili, quia tunc probatio non concludens non iuuat, vt tradit Alex. consil. 52. Viso processu col.2. lib.5. vbi reprobat Bal. aliter tenentem in titu. de pac. Constan. in verbo die Lunæ. Hinc probatio simpliciter facta de minori ætate in ingressu monasterij non probat, qa non concludit, quandoquidem minor ætas duobus modis intelligi potest, vt habetur in d. cap. in præsentia, & idem in excommunicatione, quæ si opposita sit, & probata simpliciter non probat intentionem opponentis, quia potest intelligi de minori excommunicatione iux. no. in c. 1. de excep. in 6. Idem est in absolutione, quia si probetur aliquem absolutum fuisse, non sequitur ipsum excommunicatum fuisse, quia potuit absolui ad cautelam vt no. Car. in ca. perpendimus in fin. de senten. excommu. Similiter si munici-
3 pium † ex forma statuti tenetur ad pœnam pro homicidio commisso in eius territorio, non obligatur, nec condemnari potest ex eo, quòd aliquis ibi occisus reperiatur, quia hæc probatio non concludit: attento, quòd potuit alibi occidi & postea ibi portari secundùm Pau. de Cast. in l. fin. §. docere ff. ne quis eum. ex quibus apparet, quod de peculiari natura probationis est, quòd necessariò concludat. Nam probatio fit ad veritatem habendam, & ne eius, quòd multipliciter

tipliciter intelligi potest, veritas ignoretur, vt Bal. inquit in
4 l. scire leges ff. de ll. & † propterea is, cui causa committitur decidenda sola facti veritate inspecta, non potest admittere probationem non concludentem, quia huiusmodi probatio veritatem non ostendit. Non obstat id, quod scribit Bal. in d. l. solam vlt. quæstione, per quod mouetur Are. quia Bal. loquitur, quando arbitro, seu arbitatori commissum est arbitriū de iure, & de facto à partibus, quia tunc potest inhærere conscientię ratione huiusmodi arbitrij, & credere probationi persuasiuę per not. in ca. statutum §. assessorē de rescrip. in 6. possunt enim partes sibi præiudicare, & hāc potestatem tribuere arbitris seu arbitratoribus, vnde vide-
5 mus, ꝙ † prælatus, qui non potest iuribus ecclesiæ præiudicare, non potest compromittere de iure, & de facto; quia posset arbiter lædere ecclesiam admittendo probationem non legitimam, vel idoneam repellēdo, vt Abb. inquit post Lap. in c. cum tempore col. pen. versic. an autem possit. de
6 arbitr. Et non solum † prælatus, sed nec tutor, curator, & reipub. administrator possunt compromitterre de facto, quia conceditur tunc arbitratori potestas gratis auferendi de iure Domini secūdùm Ang. in l. Imperatores. ff. de pac. Sed istud, quod dicitur de partibus, vt possint hanc potestatem concedere arbitris cognoscendi de iure & facto, & ita secundum verbi sonum censeantur concessisse exceptis superioribus personis interuenientibus alieno nomine, nō potest extendi ad Principem, qui committit aliorum cau-
7 sam sola facti veritate inspecta, quia Princeps † per rescriptum suum vel priuilegium nunquam censetur ius alterius tollere, & tertio pręiudicare l. 2. §. meritò, & §. si quis à Principe ff. ne quid in lo. pub. l. nec auus cum glo. & ibi Bal. C. de eman. libe. l. impuberibus ff. de admini. tuto. ca. super eo. de offi. delega. c. quamuis. de rescrip. in 6. quod procedit etiam quando tractaretur de modico præiudicio, quia adhuc non intelligitur illi modico præiudicatum glo. sing. in c. cū olim in verbo pręiudicium, quam ibi Domi. no. de consue. Item istud procedit etiam si Princeps diceret se illud facere motu proprio & cum clausula non obstante, quia adhuc nō videretur velle tertio præiudicare. Ita tenent Hostien. Anto. de Butr. Imo. & Abb. in c. causam il 2. de testib. Abb. in c. 1. col. 13. de iudi. post Calder. in c. mandatum de rescrip. Sed negari non potest, quin præiudicaretur iuri tertio competenti, si probatio aduersarij non concludens, per d. clausulā,
8 pro legitima, & perfecta haberetur, † licet enim clausula sola facti veritate inspecta operetur, vt ordo iudiciarius intelligatur sublatus, quem Princeps non tenetur seruare, vt Bal. dicit in c. 1. §. inuestitura circa fi. de no. for. fidel. & in l. fi. in prin. col. 2. C. de iu. delib. & tradit Roma. cons. 20. Viso puncto circa fi. cum alijs multis auctoritatibus, quæ adduci possent; attamen istud, quod concernit qualitatem, & modum probationis nō respicit ordinem iudiciarium, sed decisoria, vt ferè in terminis ponit Bald. in l. 1. in fin. C. quæ sit lon. consi. dicens, ꝙ statutum vel consuetudo, quòd causæ debeant compromitti de iure, & de facto, non videtur de ordine iudiciario disponere, sed respicit decisoria, & in simili statuto disponente circa probationem, quòd non tantum processum, sed etiam respiciat decisoria, vult Bart. in l. ictus fustium vlt. q. ff. de his, qui not. infam. Sequitur Feli. in d. c. dilecti filij col. 4. de iudi. Feli. in c. quòd clericis in fin. de fo. compe. Confirmantur præmissa, quia cum clausula, sola facti veritate inspecta, possit operari, vt ordo iudiciarius videatur remissus iux. dicta in præcedentibus, non debet
9 etiam operari circa merita causæ; quia† verba rescripti, vbi possunt aliquid operari restringuntur, vt minus derogent iuri communi, quàm possint cap. 1. & ibi plenè traditur de rescrip. c. cum dilectus de consue. Aduertatur etiam, quòd illa decisio Bal. in d. l. solam, quam sequitur Aret. in præfato consi. 84. & in l. cum qui §. filius 2. nota. ff. de acquir. hæred. potest in dubium refricari ex eo, quod scribit Imo. in capit. Quintauallis. 3. differentia. de iureiur. vbi inquit, quòd illa verba posita in cōpromisso, quòd procedat de facto, important naturalem æquitatem iux. no. per Bar. in extrau. ad reprim. in verbo videbitur, sed æquitas non dictat, quòd arbitrator possit admittere probationem non concluden-
10 tem, quia illud esset auferre de iure partis, ergo istud † multò minus debet posse delegatus à Principe cum clausula, sola facti veritate inspecta, quia, vt dictum est, non potest Princeps ita præiudicare alteri, sicut potest quis sibi ipsi.
11 Et vltra superiùs dicta, quòd d. † clausula, sola facti veritate inspecta, non possit importare præiudicium aliquod in meritis causæ, facit quod scribit Bald. in l. nemo. circa fin. C. de sentent. & interlocu. omn. iudi. vbi inquit, quòd ille, qui habet cognoscere secundùm veritatem, debet amplecti illam veritatem, cui ius patrocinatur, ideò non admittet agētem ex pacto nudo, quia huic actioni ius non patrocinatur, accedat quod scribit Bal. in l. nequicquàm. §. de plano. 2. colum. ff. de offic. procon. & lega. dicens, quòd si Princeps committat causam cum clausula, quòd in ea procedatur summariè & de facto; licet delegatus non teneatur seruare per hęc verba ordinem ciuilem vel statutarium iudiciorum: tamen benè ius tenetur reddere in conclusione, & exitu controuersiæ: vnde per ista verba, non potest ius alicuius partis tollere sua sententia, sicut nec olim fiebat, quando omnia manu regia gubernabantur; sed quod non est magni pręiudicij, benè potest facere. l. quotiens. C. de prec. Imperato. offe. Ad idem facit, quod no. Bartol. in extrauagan. ad reprimen. in verbo videbitur cir-
12 ca fin. penulti. quæst. vbi signanter dicit, quòd † si in statuto dicatur, quòd in tali negotio procedatur de facto, certè intelligitur manu regia, omissa omni solennitate iuris ciuilis. l. secunda in princip. ff. de orig. iu. non autem, quòd iura alterius vllo modo tollantur, nec lædantur contra naturalem æquitatem, & idem per quæcunque verba concipiantur; non enim quis potest esse solutus magis legibus, quàm Imperator, & tamen libertas sua, ad hoc non extenditur, & Bartol. sequitur Roma. consil. 248. Hæc sententia duplici respectu. in fin. post Lap. allega. 128. Et idem pleniùs tenet Roma. in repet. rub. ff. de arb. colum. 12. versicu. Item si statutum dicit, vbi inquit post Bald. in l. prima in fin. ff. de euic. & in quodam suo consil. & Lap. in allega. de qua supra, quòd si ex forma statuti iudex possit de facto procedere, potest vigore istorum verborum facere præter legem, non contra, vt ibi latiùs per eum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus venditionis celebratus cum pacto de retrouendendo, quo sequuto, res vendita locatur ipsi venditori, promittenti dare tertiam partem fructuum & onera occurrentia soluere, nunquid vsurarius censeatur. & nu. 7.*

2 *Vsurarius contractus, vt dicatur, quæ requirantur.*

3 *Vsurarum crimen, vt puniatur, requirit dolum.*

4 *Rusticus citatus personaliter, non comparendo dici non potest verus contumax; ideò si condennatur, appellari potest.*

5 *Rusticus contrarius in suo testimonio repertus, non potest puniri de falso, nisi appareat, quòd dolosè deposuerit.*

6 *Rusticus excusatur à præsumpta vsurarum fraude propter iuris ignorantiam, quod procedit etiam in minore, & muliere, vt sub nu. 8.*

8 *Rustico in his, quæ inducta sunt ad rigorem iuris conseruandum, tunc parcitur, vbi agitur de pœna, quæ dolum requirit, aliàs secus.*

9 *Vsurarius actus dici non potest, qui communiter existimatur licitus, & in regione, & inter mercatores bonos frequentatur, etiam si sapiat vsurariam prauitatem.*

10 *Consuetudo etiam iniusta, et inualida excusat à pœna, quòd limita vt ibi.*

CONS.

CONSILIVM. 586.



1 EX instrumentis exhibitis patet, quòd quidam † Laurentius vendidit cuidam de loco Vaglij, septem staria vineæ pretio inter eos cõuento, deinde præfatus emptor dedit d. septem staria vineę d. Laurentio venditori ad laborãdum & d. Laurentius promisit dare tertiam partem fructuum, & soluere onera occurentia cũ pacto de retrouendendo: vnde oritur dubitatio an d. contractus sit vsurarius, & potest dici quòd non, quia licet in d. contractu interuenerit pactum de retrouendendo, tamen non apparet de iniustitia pretij, non constito de valore rei emptæ. Item quia non apparet de immoderato reditu, non edocto ad quantum ascendat d. tertia pars fructuum, & quantum importare possint onera, & istis non interueniẽtibus non video qualiter d. contractus possit iudicari vsu-
2 rarius; quod procedit adhuc manifestiùs, si teneremus, ꝙ † ad iudicandum contractum vsurarium non solùm sufficiat pactum de retrouendendo, & iniustitia pretij; sed etiam requiratur illud tertium, quòd persona sit solita fœnerari, vt dicunt Iaco. de Are. Cin. & Sal. in l. emptione. C. plus valere quod ag. Bal. in c. 1. col. 2. versi. quæro de quibusdam pactis. de feu. da. in vi. l. commiss. Cardin. in Clem. 1. 18. qu. de vsu. cum simili. adductis per Socin. in consil. 148. Nunquid de duabus præsumptionibus lib. 2. & per Ludo. Gozad. Doct. moder. in l. 2. C. de pac. in. emp. & vend. Sed vtcunque ista se habeant. Dico contra d. Laurentium ex d. cõtractu procedi non posse ad aliquam pœnam, quum sit homo opere,
3 & conuersatione rusticus. Nam † vsurarum crimen requirit dolum ad effectum puniendi, & vbi dolus requiritur, rusticitati parcitur. l. si quis id quod, & ibi not. omnes. ff. de iurisd. om. iud. l. 2. §. pen. ff. si quis in ius voc. non ie. l. fi. C. de
4 testam. Hinc est, quòd † si rusticus citatus personaliter non compareat coram iudice sedente pro tribunali, non dicitur verus contumax; ideò si condemnatur, potest appellare, vt not. Bar. in l. fi. vlt. col. ff. de in integ. restitu. Bald. in d. l. 2. ff. si quis in ius uoc. non ie. & in l. 1. §. fi. per illum tex. ff. de eden. & tradit Alex. in l. vbi in prin. per glo. ibi ff. eod. titu. Simili-
5 ter si rusticus in suo testimonio reperiatur contrarius, non potest de falso puniri, nisi appareat, ꝙ dolosè deposuerit; ad quod iudices multùm habent aduertere secundùm Ange. in §. & licet col. 2. de testibus, quem sequitur Soci. in l. si is, qui ducenta. §. vtrum. col. fin. ff. de reb. dub. Sed non eundo
6 per mendicata suffragia, quòd † rusticus excusetur à præsumpta fraude vsurarum propter ignorantiam iuris, est gl. in l. cum allegas. C. de vsu. quam glo. Bal. ibi in 4. oppos. val-
7 dè notat, & in terminis dicit ibi Fulgo. ꝙ † si rusticus emat fundum cum pacto de retrouendendo, non censetur contractus vsurarius, sequitur Ias. in l. iuris ignorantia. C. qui admi. & in d. l. si quis id quod. 5. notab. ff. de iurisdi. omn. iudi. Curt. Iun. in l. si quis maior col. 4. versi. secũda dubitatio. C.
8 de transacti. vbi respondet ad id, quòd † in his, quæ inducta sunt ad rigorem iuris conseruandum, non parcitur rustico: nam hoc nõ procedit vbi agitur de pœna, quæ requirit dolum, idem tenet Cepo. in trac. de simula. contract. in 6. casu principali, col. 6. dicens, ꝙ istud est multum notandum in practica, vt deducas & probes emptorem esse rusticum, & simplicem personá, vt ad hoc tollatur in eo suspicio fraudis, idem etiam tenet Matthæ. de Afflict. in d. c. 1. col. 9. de feud. da. in vi. l. cõmisso. vbi idem dicit in minore, & mulie-
9 re. Prædicta tantò magis procedunt, eo quòd † huiusmodi cõtractus frequẽtantur valde in regione, vnde succedit id, quod scribit Barto. in l. quis sit fugitiuus §. apud Labeonem per illum tex. ff. de ædil. edic. ꝙ si quis facit aliquem actum, qui æstimatur communiter licitus, contrarium tamen sit in veritate, quia sapiat vsurariam prauitatem, ex hoc non dicitur vsurarius, & illud dictum Barto. reputat esse notan. ibi Sali. propter leges imponentes pœnam vsurarijs, & sequitur etiam Cæpo. cons. 13. Stante quodam decreto, col. pen. quod corroboratur ex eo, quod Bald. scribit in l. vni. 2. q. C. de his quæ pœn. nom. quòd contractus, quamuis sit suspectus, tamen non debet fœneratitius iudicari, si in regione communiter frequentatur, & inter bonos seruatur, & apud mercatores. Nam quia verisimile, ideò permissum. l. 3. §. fi. cum sua gloss. ff. de eo, quod cer. loco. Ad quod etiam facit,
10 quia † consuetudo etiam iniusta & inualida excusat à pœna, vt per glo. in c. denique in verbo consuetudine. 4. distinctio. in ca. cum venerabilis & ibi Anto. de Butr. & Abb. de consue. cum alijs infinitis concor. adductis per Ias. in l. de quibus col. 2. ff. de ll. & in terminis vsurarum ponit Alex. consi. 107. Pro inuestigatione prędictorum circa fin. lib. 2. Credo tamen quòd si manifestè appareret ex forma contractus, vsuram esse commissam, consuetudo non excusaret a pœna; vt puta, quia soluerentur decem annua pro cẽtum, vel pro vndecim denarijs soluerentur duodecim, & ita loquitur tex. in c. inter dilectos in prin. de exces. præla. & in Cle. 1. de vsu. Postremò adduci potest illud vulga. quòd quælibet iniusta causa & temeraria excuset à pœna. l. igitur, §. potest. ff. de liber. cau. glo. in l. Plagij criminis C. ad l. Flau. de Plag. & ibi Ange. Bar. in l. 1. in fi. ff. de abig. Bal. in l. 2. C. vbi de cau. sta. allegatur autem pro causa, contractus frequẽtia, & consuetudo per tex. ponderatum à Bar. in d. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem in illis verbis, quia id faciat, quòd publicè facere licere arbitratur.

SVMMARIVM.

1 Donatio causa mortis reciproca vbi est facta inter fratres de omnibus bonis, cum clausula, quòd in eo, qui liberos post se reliquerit, non habeat locum d. donatio, nunquid superstes ex d. fratribus excludat nepotes ex fratre præmortuo, in bonis alterius fratris sine prole decedentis. nume. 6.

2 Donationi causa mortis competit ius accrescendi sicut in legatis, & fideicom.

3 Donata vbi causa mortis est res duobus cõiunctim, per stipulationem, vel nudum pactum, nunquid portio prædefuncti viuo donatore accrescat superstiti.

4 Donatio causa mortis licet dum in esse deducitur æquiparetur contractibus, tamẽ postquàm est in esse deducta adæquatur vltimæ voluntati, quo ad effectum et efficaciam.

5 Legatarius seu fideicommissarius vbi viuo testatore decedit, tunc fideicommissum vel legatum non transmittitur ad ipsorum liberos, sed accrescit coniũcto, vbi nullus datus fuerit substitutus.

CONSILIVM. 587.



EXTITERVNT fratres quinq; Ioan. Baptista, Marcus Antonius, Thomas, Georgius, Octauianus, qui de anno. 1543. cupientes eorum bona per cuiuslibet ipsorum mortem remanere inter ipsos fratres, & non ad
1 alios peruenire, Fecerunt † inter se mutuis stipulationibus interuenientibus reciprocam donationem causa mortis de eorum iuribus, & bonis corporalibus & incorporalibus, mobilibus & immobilibus præsentibus, & futuris. Ita tamen, quòd præsens donatio non procedat, nisi secuta morte ipsorum, vel eius, qui decederet sine liberis ex legitimo matrimonio procreatis, & non aliter, nec alio modo, quia quo ad eum vel eos qui liberos post se reliquerit, noluerunt præsentem donationem tenere, quinimo sit & habeatur, ac si nũquàm facta fuisset, vt de prædictis patet instrumento publico recepto per Petrum Vachetam de loco insulæ cum clausulis gñralibus. Modò contigit, vt primo loco decederet Octauianus

uianus sine liberis, & de eius hæreditate, & bonis nulla est quæstio, quia reliqui quatuor fratres superstites successerũt. Deinde decesserũt Thomas, & Georgius, qui post se reliquerunt liberos: demum decesit Ioan. Baptista sine liberis superstite d. Marco Antonio. Quæritur nunc an Marcus Antonius consequi posit vigore suprascripte donationis bona d. Baptistæ exclusis eius nepotibus susceptis ex d. Thoma & Georgio; & breuiter concludo quòd sic, quia d. Thomas & Georgius decesserunt viuo d. Ioan. Baptista donatore, & per consequens donatio causa mortis fuit effecta irrita, & caduca. l. si mortis causa res donata in fi. & l. si filiofamilias, & l. vlt. ff. de dona. causa mor. Vnde
2 d. bona donata accreuerunt d. Manco Antonio, nam † in donationibus causa mortis habet locum ius accrescendi sicut in legatis, vt Bar. dicit in l. si mihi & Titio versi. quæro an habeat locum ff. de verb. oblig. vbi dicit de hoc esse casum in l. vni. §. fi. ibi nec non in mortis causa donatione. C. de caduc. tollen. vbi etiam Bar. notat illum tex. qui non reperitur alibi in iure, secundùm Bald. in §. quum autem. eadem lege, idem tenet Bar. in l. re coniuncti in fi. ff. de lega. 3. & ibi sequuntur cæteri, & latiùs omnibus tangit Bald. in l. vni. in fi. C. quan. non peten. partes, vbi ponit quæstionem
3 in terminis. Pone † (inquit) donata est eadem res duobus coniunctim causa mortis, per stipulationem, vel nudum pactum, vt no. in l. cum pater. §. Meuio. ff. de lega. 2. vel per traditionem l. inter mortis ff. de dona. cau. mor. Modò vnus istorum decesit viuo donatore, Quæritur nunquid eius portio accrescat superstiti, & videtur quòd non; quia donatio causa mortis maiorem habet similitudinem cum contractibus inter viuos, quàm cum testamẽtis, vt no. in l. 2. ff. de dona. prælega. & ideò interdictum quorum lega. non habet locum in ea, l. 1. §. si quis ex mortis. ff. quo. lega. sed in contractibus inter viuos non habet locum ius accrescendi, ergo nec in eius simili. l. 1. §. si quis seruum ff. depos. nam quotiens propriam naturam actus non habemus, recurrimus ad id, cui magis asimilatur. Contrarium concludit ibi Bal. quòd in donatione causa mortis habeat locum ius accrescendi, quia tenet naturam fideicommissi & legati. l. 1. & l. fi. C. de dona. cau. mort. & hoc dicit tenuisse ibi Nicol. de Matarel. adducit etiam tex. in d. l. vni. §. fi. & ibi Bart. C. de caduc. tollen. transit etiam cum d. opinione Alex. in l. 2. col. pen. ff. de lega. 1. & facit clara ratio, quia † licèt donatio
4 causa mortis, dum in esse deducitur, equipparetur contractibus; tamen postquàm est in esse deducta, æquiparatur vltimæ voluntati quo ad efficaciam, & effectus. l. fi. C. de dona. cau. mor. l. fi. C. de codic. & est doctrina Bald. quam omnes sequuntur in d. l. 2. ff. de lega. 1. & idem Bal. tradit. cons. 248. An cæcus posit lib. 5. Non obstat si dicatur, quòd d. Thomas & Georgius transmiserunt illud ius sibi competens vigore d. donationis ad eorum liberos: quia respondetur hoc non esse verum; nam cum decesserint viuo donatore, donatio quo ad eos fuit effecta caduca, ideò transmittere non potuerũt, sed accreuit donatio superstiti, sicut fit in legatis,
5 & fideicommissis, quia † si legatarius vel fideicommissarius decedat viuo testatore, fideicommissum vel legatum etiã cõditionale non transmittitur ad liberos fideicommissarij vel legatarij, sed legatum vel fideicõmissum accrescit cõiuncto, vbi nullus datus fuit substitutus. l. vni. §. pro secundo, & §. sinautem sub conditione C. de caduc. tollen. l. si in personam cum ibi no. C. de fideicom. & firmat gl. in l. vni. in verbo de relectis. C. de his, qui an. aper. tab. & est casus expressus in l. hæredes mei. §. cum ita & ibi no. ff. ad Treb. quicquid dixerit glo. contraria, quæ communiter reprobari consueuit in l. is cui. ff. de actio. & oblig. Non obstant illa verba posita in instrumento, quòd quo ad eum seu eos, qui liberos post se reliquerit, noluerunt præsentem donationẽ tenere, quinimo sit & habeatur, ac si nũquam facta fuisset: nam respondetur, ꝙ nunc non agitur de bonis Thomæ & Georgij: nam ad eos fateor, qui reliquerunt liberos, donationem fuisse extinctam: sed agitur de bonis Io. Batpista,
6 qui nullos reliquit liberos, & cuius donatio tenet. Ex † his colligitur, iura & actiones, & bona mobilia spectantia d. Baptistæ effecta fuisse per eius mortem d. Marci Antonij exclusis dictis nepotibus ex d. Thoma, & Georgio. Quò verò ad bona immobilia non audeo istud firmare propter instrumentum rogatum inter ipsos fratres de anno 1521. receptum per no. Bernardinum de Zoijs de Feliciano. Nã circa hoc maiori esset opus consideratione.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura falsò fabricata in libro rationum, nunquid, & quando sit potens ad inquirendum, & puniendum conficientem de falso, declara vt nu. 4. & 8.*

2 *Notarius instrumentum sibi falsò conficiens habens formam & solennitatem publici instrumenti, licèt non valeat eò, quia ipse debet esse persona diuersa à contrahente, tamen potest de falso puniri. & nu. 19.*

3 *Scriptura priuata falsa nunquid operetur, vt conficiens de falso puniatur, dic vt nu. 5. 16. & 21.*

6 *Falsitatis pœna non imponitur ei, qui deliquit circa testamentum non signatum, & inualidum; modò ex eo nullũ alteri præiudicium parari posit.*

7 *Falsitas quando sit punibilis & quando non. & nu. 15.*

9 *Mandacium etiam fraudulentum ex quo alius non læditur, censetur nugatorium & sine pœna. & nu. 13.*

10 *Procurator se asserens alicuius, quum non sit, liberans eius debitorem, & ea de causa fuit in aliquo locupletatus, vtrum furti vel stellionatus crimine teneatur.*

11 *Cedens tanquàm creditor, quum non sit, nunquid pœna falsi teneatur.*

12 *Contractus vbi est nullus, ita vt ex eo nulla nascatur obligatio, tunc in eo non datur actio de dolo, nec criminis stellionatus accusatio.*

14 *Crimen stellinnatus pro quo imponitur pœna extraordinaria non datur, nisi quotiens ex eo daretur actio de dolo ciuilitor.*

17 *Falsitas in scriptura non solùm, quę nocet, est punibilis, sed etiam si apta est nocere.*

18 *Scriptura publica vel priuata, vbi per comparationem literarum, vel alio modo alteri præiudicium affert, falsitatis punitionem inducit, & nume. 20. aliàs secus. vt nume. 21.*

CONSILIVM. 588.

1 

Ste, qui † conscripsit plura capitula falsò in libro rationum per eum confecto, videtur prima consideratione inquiri, & puniri posse de falso per tex. in l. 1. §. qui in rationibus. ff. ad l. Corn. de fals. vbi, qui in rationibus aut tabulis falsum conscribunt, perinde ex hac causa atq; falsarij puniuntur, ad idem tex. in l. qui veluti. C. eo. titu. vbi, qui scripsit præsentem res suas suscepisse, cum esset absens, falsi crimine illigatur, & illum tex. dicit esse mirabilem ibi Ang. quia scriptura priuata pro scribẽte nil probat, vnde licet falsitatem contineat, non deberet puniri, ex quo illa scriptura nemini præiudicium potest afferre: idem dicit Sal. in l. 1. col. pen. versi. 2. casu, quãdo vitium. C. de sepul. viol. vbi dicit, ꝙ quando quis falsò in libro rationum suarum alium sibi fecit debitorem, quo casu scriptura illa non probat. l. exemplo. C. de proba. l. instrumẽta. C. de fid. instrumen. Similiter si quis † tabellio & persona publica fal-
2 sò sibi conficiat instrumentum habens formam, & solennitatem publici instrumenti: nam non valet, quia tabellio debet esse persona diuersa à contrahente, etiam si narrata essent vera, vt. l. falsus. §. 1. ff. de fals. Tñ isto casu etiã pœna falsi punitur, quia quantùm ad eum fuit, validius falsitatem consumare

consumare non potuit, & de hoc dicit esse casum in l. damus C.de fal. Ad idem facit tex. in l.si quis decurio, ibi vel
conscribendis publicis,& priuatis instrumentis C.eo.tit.&
probatur etiam in l.damus in verbo.Chirographa,& in verbo.priuatas rationes.C.eo.tit.& istud est, quod dicit Bal. in
rub.de fid.instrum.col.10.vers.quæritur si scripsit,vbi quęrit,si aliquis scripsit falsum in rationibus,an puniatur; & videtur ꝙ non, quia est priuata scriptura, & non facit fidem
præcisam per se;contrarium tamen determinat, quia facit
adminiculum,nisi reprobetur,allegat tex.in d.l.damus& in
d.l.1.§.qui in rationibus. Ad idem facit,ꝙ scribit Bal.in d.l.
3 si quis decurio in verbo, priuatis, vbi dicit, ibi expressum,†
ꝙ pro scriptura priuata falsa imponitur pœna falsi, & hoc
apparet in testamento facto in scriptis,quod est priuata scriptura,vt no.in l.2.ff.quemad.testa.aper.& tamen scriptor tenetur de falso. Item apparet supra eadem.l. qui veluti, licet
ibi scriptura priuata contineret falsi nominis mutationem,
quia erat formata in persona eius, qui nunquàm scripserat,
adducit etiam tex.in d.l.damus,& in l.fi.C.de fid.instr.subdit tamen, ꝙ istæ duæ vltimæ leges loquuntur in scriptura
priuata,& in iudicio producta, & secundum istam partem
videtur consuluisse Socin.consi.62.In præsenti consultatione.1.dub.lib.1.vbi consuluit, ꝙ quidam Elias Hebreus,qui
conscripserat falsum in libro rationum suarũ veniebat secundum omnium scribentium opinionem de falso puniendus.
4 dus.Præmissis tamen† non obstantibus contrarium est cõcludendum,quia d. liber rationum pro ipso scribente nullã
penitus facit fidem, saltem quando ipse, qui scripsit adhuc
viuit.l.exemplo.C.de proba.ponit Bar.in l.admonendi versi.circa secundum.ff.de iureiu.& in l.nuda ratio.ff. de do. &
hoc procedit secundùm iura communia,nec reperitur, ꝙ
ex forma statutorum aliter sit dispositum,vnde quando ex
scriptura non potest aliquod præiudicium generari,quia nihil probat,licet in tali scriptura sit commissa falsitas, nõ potest aliquis ex tali falsitate puniri,vt sentit glo.in l.damus in
verbo priuatas in 2.solu.& sequi videtur ibi Cin.Bar. Ang.
& Sal.& pro hoc facit gl. in c.quanto in verbo patris de iureiu.ex qua colligunt ibi Ant.de But.Imo.& Abb. ꝙ falsificatio scripturæ,quæ non probat,non inducit pœnam falsi;& in hoc reputant illã gl.esse bene notandã, ad idem tex.
in l.impuberum.§.1.& §.seq.& in l.si quis legatũ.2.respon.
ff.ad l.Corn.de fal.& in l.1.C.de his,qui in testa. sibi ascrib.
5 & dicit Bar.in d.l.1.§.qui in rationibus. Quòd† ita demum
confisciens scripturam priuatam falsam punitur de falso,vt
ibi habetur,si talis scriptura aliquam fidẽ faciebat, vel probationem saltem semiplenam,vel indicium, aliàs secus,vt
no.in d.l.damus,& dicit etiam Bar.in d.l. si quis legatum.3.
6 col.ꝙ†non incidit in pœnam falsi ille, qui deliquit circa testamentum non signatum & inualidum,quando ex eo nullum poterat alteri præiudicium parari,& sequitur Imo.in l.
1.§.testamentũ ff.quemad.testa.aper.Similiter Bal.in l.fi.ff.
quod fal.tuto.auct.summando illũ text. dicit ꝙ mendaciũ,
quod nemini nocet,non punitur,secus si alteri noceat;& loquitur illa lex secundum eũ, si quis iudici mẽtiatur & subdit, ꝙ si nemini nocet illud quod dicitur a teste vel ab alio,
iudex non habet facere punitionem.Decidit ẽt in terminis
quæstionẽ istam Pau.de Ca.conf.130. Videtur dicẽdum ꝙ
7 d.presbyter li.1.vbi consuluit,ꝙ†quis potest scribere in libro rationum falsum absq; aliqua pœna;quia liber priuatus
nullam fidẽ facit,non plenam, vel semiplenã,aut etiam indiciũ,quando ipse viuit iux.no.in l.quædam.§.nummularios.
ff.de edendo,& ad illud quod obijci posset,ꝙ facit aliquod
indicium post mortẽ,respondet,ꝙ istud non sufficit, vt puniatur;quia præsumitur, ꝙ non debeat immemor esse suæ
salutis,& sic ꝙ ante mortem talem falsitatem remouebit l.
fi.C.ad l.Iul.repet.& ibi concludit,ꝙ nec ordinariè nec extraordinariè venit puniendus, quũ quilibet rei suæ sit moderator,& arbiter;vnde potest quis in libro suo priuato mille mendacia scribere,nec venit puniẽdus,quia posset ipsum
in ignem proijcere, & ex tali mendacio nullus potest lædi,
quia ei non creditur in aliquo,vt no.gl.in l.fundũ in fi. ff.de
euic.quę dicit,ꝙ ex mendacio quis non punitur,quãdo aliquis non lęditur,adducit etiam in simili tex.in l.2.§.aduersus.ff.ne quid in lo.pub. Mouetur etiã,quia scriptura fuit inuenta vt sortiretur iuris effectum, idest vt faciat probationem.l.contrahitur.ff.de pig.sed quando est talis,quæ probationẽ non facit,& sic talem iuris effectum non sortitur, nõ
venit puniendus.l.1.in fi.ff.quod quisq; iu.adducit etiã alias
rationes ibi Pau.de Ca.quæ videri possunt, nunc breuitatis
8 gratia omittuntur. Vlteriùs † ꝙ scribens falsum in libro rationũ,non sit aliqua pœna plectendus, consuluit late Alex.
consi.145.Visis narratis in themate lib.6.vbi plura ex prędictis adducit,& inter cætera etiã mouetur, ꝙ non punitur
quis propter mendaciũ,quando alium non afficit damno.l.
fundum cuius.§.fi.cum gl.ff.de euic.cui addo Sali.ibi; & in
Auth.contra qui propriam q.7.C. de non nu. pecu. vbi in-
9 quit,ꝙ†mendaciũ,ex quo alius non lęditur,censetur nugatorium & sine pœna,ad quod facit,quod Bal. scribit consi.
10 14.Filiusfamilias liberauit.lib.1.vbi voluit,ꝙ†qui falsò asserens se procuratorem alicuius,liberauit eius debitorẽ, &
ea occasione fuit in aliquo locupletatus, quidã dicũt,ꝙ tenetur furti,tanquam fur illius summæ,quam recepit:alij dicunt,quod etiam si non tenetur tanquàm fur, teneretur crimine stellionatus, quia est in dolo, & deficit titulus criminis.vt.l.1.ff.de pign.actio.Sinautem liberauit eũ ex causa lucratiua,vel ex vana causa, & tunc nullo modo punitur criminaliter,quia neminem lædit,nã non intelligitur esse crimen vbi nemini damnũ infertur,vt not. in l.nec exemplũ,
& l.damus.C. de Fal. & licet nõ faciat secũdùm bonos mores,tamen nulla lex est,quæ puniat eũ, & erubescimus sine
lege loqui.§.consideremus in Auth.de trien.& semis.Quę-
11 rit etiam Bal.ibi de alia quæstione.Quidam†liberauit debitorẽ suum solenniter,postea asserens se creditorẽ, cessit iura Sempronio,Sempronius accusat eum, quia mẽtitus est,
& falsum verbum,asseruit, cedendo iura tãquàm creditor,
quum non esset,quæritur an veniat puniendus.Respondetur eodem modo,quo supra: nam si cessionarius circumuẽtus aliquid dedit pro cessione, debet cedẽs puniri,aliàs nõ,
quia cessionarius ex causa lucratiua nullum damnũ passus.l.
ad res donatas ff de ędil.edic.& facit etiam quod Bal.scribit
12 ibi consi.15.quod sequitur,vbi inter cætera dicit,ꝙ†quando contractus est ipso iure nullus, ita ꝙ ex eo nulla nascitur
obligatio ipso iure,neque ex contractu principali,neque ex
accessorio, non habet locum actio de dolo, nec accusatio
stellionatus, neque aliud remedium, si res stant in finibus
contractus.l.ad res donatas.ff.de ædil.edic. & subdit etiam
ibi Bal.ꝙ quum materia, ex qua agitur,non sit apta nec ordinata ad crimen committendũ, sed potius ad nulliter cõtrahendum, nec non fraus debeat intelligi cum effectu dãni vt in l.1.ff.de statu.libe.nulla pœna criminalis imponi potest:nec est nouum,ꝙ quædam inhonestè fiant, & temẽ vltionem non habeant,quia non omne punitur illicitum,sed
id demum,quod lex statuit esse delictũ. l. at si quis §. diuus
autem Marcus,vbi est tex.singu.ff.de relig. & sumpt. fune.
13 Ex istis decisionibus Bal.colligitur,ꝙ † mendacium etiam
fraudulẽtum nullo modo subiacet pœnę legali, quando nõ
est alteri damnosum, quod etiam voluit Pau. de Ca. consi.
411.Visis facto & dubijs mihi traditis circa fin. versic. sed
nunc queritur li.1.vbi vult,ꝙ vbi remissio est nulla,vel ope
replicationis annullando non competit actio de dolo.l.eleganter in prin.& in l.cum à te.ff. de do. ideò non competit
14 etiam accusatio ex crimine stellionatus,quia† crimen stellionatus pro quo imponitur pœna extraordinaria, non datur,nisi quotiens ex eo daretur actio de dolo ciuiliter l.3.§.
15 1.ff.de crimi. stellio. Vltimò † quòd falsitas nemini nociua
non puniatur,tenet Pet.de Anch.conf.24. Visa inquisitione.2.dub.Motus firma ratione, quia vbi falsitas nemini nocet,cessat ciuilis actio de dolo propter deficiẽs interesse,ergo & per consequens criminalis.l.qui nomine.ff.de fals.Idẽ
tenet Io.de Ana.in c.1.de crimi.fals.Ange.de Are.in tract.
malefi.in verbo.falsario,col.2.Alex.conf.70. Viso processu
inquisitionis col.pen.li.1.& conf.78.Viso testõ vlt.dub.eo

lib. quibus in locis adducit Tanchredum de Corn. in sua compendio.rub.8.vbi plus voluit, quòd si quis scienter dictauerit notam, ex qua instrumētum est redactum falsum; non punitur de falso,quia talis nota est scriptura, sed priuata,quæ probationem non facit,allegat no.in d. l. damus.

Restat vt respondeatur ad allegata in contrarium. Et primò non obstat text. in d.l.qui veluti, quia secundum Iaco.
16 Butr. ibi † intelligitur, quando illa scriptura producebatur in forma scripturæ publicæ manu tabellionis, vel etiam si erat in forma scripturæ priuatæ solennis, vt quia habebat subscriptionem testium,vt no.in d.l.damus,aliàs non incurreret in crimen falsi producens vbi non est solennis, & ita dicit Ang.in d.l.qui veluti & est etiam de mente Bal.& Sal. ibi dum respondent ad no.in d.l.damus,vel aliud respōdeo
17 ad d.l.qui veluti† assumendo ꝙ falsitas in scriptura non solum,quæ nocet,sed quæ apta est nocere aliquo modo, punitur,vt quia scriptura falsificata faciat semiplenam probationem, vel aliquod indicium, vt not. in d. l. damus & tradit
18 Bar.in d.l.1.§.qui in rationibus,& eodem † modo punitur, si posset facere præiudicium per comparationem literarum,vt Barto.tradit in l.si quis legatum col.3.ff.ad l.Corne. de fals.vnde dicit Bal.in l.si falsos.C.eo.tit.ꝙ licet in termi-
19 nis illius tex.ex quo ille † nolebat vti instrumento, nemini faceret præiudicium, & consequenter falsitas non videretur punienda;tamen contrarium deciditur,secundùm eum ibi,quia potuit damnū dare si fuisset vsus,l. 3. ff. quod quisque iu.& sic consideratur damnum non solum in actu, sed etiam in potentia,ideò ille, qui scripsit creditorem absentem res suas suscepisse, punitur de falso, vt habetur in d.l.
20 qui veluti,quia† illa scriptura poterat afferre damnum creditori per comparationem literarum, & ita respondet Soci. in consi.inferiùs allegando,& eodem modo non obstat tex. in d.l.1.§.qui in rationibus,quia vt ibi dicit Bar.intelligitur, quando illa falsitas afferebat,vel afferre poterat præiudiciū alteri,& dicit Bald. in d. l. si quis decurio in verbo.priuatis, quòd tex.in d.l.1.qui in rationibus loquitur de scriptura priuata probatoria,quæ poterat induci ad probandum, & eodem modo respondetur ad d.l.si quis decurio:nam vna lex per aliam terminatur & declaratur c.cum expediat.de elec. in 6.l.sed & posteriores ff.de ll.Non obstat,ꝙ scribit Sal. in l.1.C.de sepul.viola.quia dictum Salic.non videtur verum, & eum improbat Soci.consi.104.Post redditum à me præcedens &c.lib.1.in secundo casu, quem ibi considerat, dicens,quòd ista sua opinio est contra gloss.in d.l.damus in 2. solutione,quam omnes ibi approbant,& sic est contra cōmunem opinionem: adducit etiam contra Salic. id, quod Bar.scribit in d.l.1.§.qui in rationibus.& Pau.de Cast. in d. consi. 130. Et sic omnia contraria remanent sublata. Sed
21 hic potest † dubitari an veniat puniendus saltem pœna extraordinaria,& Cin.in l.1.in fi.C.de sepul.viola.dicit, quòd tenetur crimine stellionatus, & per consequens venit puniendus pœna extraordinaria,sed aduertēdum, quòd Cin. ibi loquitur in notario, in quo maius est crimē propter officium.Præterea Docto. supra allegati dicunt, quòd falsitas nemini nociua nec actu nec potentia,non punitur tāquàm scribens commiserit stellionatum,& quidam dicunt,quòd nullo modo punitur, & Pau. superius adductus dicit clarè, quòd nec pœna ordinaria,nec extraordinaria venit puniendus,& ostenditur etiam ex ratione, quam adducit Petr.de Anch.in d.consi.24. quem superius retuli, & ita resideo in præmissis.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas,vbi Princeps eam infeudauit, quam ex pacto alienare,pignorare, nec obligare poterat, nunquid contra Principem,vel contra inuestitos experiri debeat,& qua actione & nu. 3.*

2 *Actio personalis non datur contra singularem successorem.*

4 *Alienans prohibita alienari ex pacto, tenetur parti ad interesse.*

5 *Hypothecaria,qui agere vult contra tertios possessores,principalem prius excutere debet.*

6 *Actus positiuus vbi accedit ad scientiam,& patientiam, tunc sciens & patiens videtur consentire.*

7 *Vasallus vbi alienat feudum domino sciente & patiente, dominus censetur consentire.*

8 *Consensus ad actum requisitus,sicut qualibet alia solennitas extrinseca, ex diuturnitate temporis interuenisse præsumitur.*

9 *Vniuersitas in feudum alienata,ex pacto tamen prohibita alienari parendo inuestitis per longum tempus, videtur consensum infeudationi præstitisse,nec amplius dissentire potest,& nu. 14.*

10 *Feudi concessio denuò fieri potest illius rei, quæ solita fuit infeudari,etiam si antea non potuisset.*

11 *Metus illatus esse non probatur,ex sola aduersarij dignitate,nisi aliter probetur oppressio,imò pro dignitate valde præsumitur,vt nu. 13.*

12 *Metus iustus quomodo probetur.*

15 *Consensus maiorum quando posteris noceat,& quando non & num. 19.*

16 *Populus vbi est interdictus, illud interdictum durat etiam vltra centum annos.*

17 *Vniuersitas si fecit compromissum, durat compromissum etiam extinctis illis,qui compromiserunt.*

18 *Vniuersitas nunquàm moritur,nec habet hæredem, sed continuè viuit in semetipsa.*

20 *Princeps sicut non potest tollere inuestituras, ita nec consensum hominum secutum post ipsas inuestituras.*

21 *Princeps potest constitutionem suam & suorum antecessorum iam factam,pro infecta habere.*

22 *Principis confirmatio derogans inuestituris, & in tertij præiudicium tendens, non valet, nisi causa cognita, & parte vocata.*

23 *Citatio illorum,qui interesse prætendere possunt,non solùm in iudicialibus,verum etiam in extraiudicialibus requiritur.*

CONSILIVM. 589.



IDI allegationes exhibitas,& magna cum copia & diligentia elaboratas in fauorem d.hominum: Attament contra d.homines quędam obstare videntur,quorum resolutio ex allegatis non
1 benè percipitur. Nam intendunt † d. commune & homines,vt patet ex pręfatis allegationibus,& verbo etiam fuit relatum,agere cōtra inuestitos,quia in submissione,quam fecerunt antecessoribus Ill.Principum,actum fuit quòd non possint alienari in perpetuum, pignorari, & obligari. Nam posito citra veri præiudicium, quod appareret de isto pacto sicut præsupponitur, videtur quòd d. homines nō possint agere aduersus d.inuestitos:nam actio, quæ illis competit virtute d. conuentionis videtur esse,vt obseruentur sibi promissa,vel vt rescindatur contractus;& eis competit actio ex stipulatu. vel ex pacto nudo,vestito coherentia contractus: nam tunc parit actionem l. in bonæ fidei,& l.peten.C. de pact. l. iurisgentium §. quinimò ff. eod. titu. possunt etiam forsitan agere præscriptis verbis prætendentes contractum esse innominatum, facis,vt facias: & istis casibus negari non potest, quin sit actio personalis, ex quo nihil fuit gestum in d.subiectione inter d.commune & homines, & d. inuestitos.l. si in arca ff. de condi. inde. l. actionum genera
2 ff.de actio.& oblig.§.in personam Instit.eo. titu.& † actio personalis

personalis non datur contra singularem successorem l. fi. §. m. ff. de contrah. empt. l. 1. §. si hæres ff. ad Trebel. & pro hoc ... bon. tex. in l. cum precibus C. de re. permu. vbi si dedi tibi fundum, vt tu mihi dares domum, & tu accepto fundo vendidisti eum Titio, & postea non vis mihi dare domum, & sic non obseruare promissa, quamuis ego possim agere cōtra te cōdictione ob causam, vel actione præscriptis verbis, vt fundum reddas, vel vt obserues promissa, tamen ad hoc non possum agere contra d. Titium, ad idem tex. in l. dolus C. de rescind. vendi. vbi similiter quando dolus primi emptoris est causa propter quam potest rescindi venditio sibi facta, non propterea d. venditori competit actio contra al-
3 terum, qui emit ab illo primo emptore. Sic † dicam in proposito, quod bene competit actio d. hominibus cōtra Principem ad obseruantiam premissorum, vel contractus rescissionem; nō autem potest cōmpetere actio in d. inuestitos, in quos Princeps alienauit, & tenetur hoc casu tantū Princeps ad interesse, alienando prohibita ex pacto alienari, vt no. glo. & Doct. in l. ea lege C. de condi. ob cau. & probatur in l. si ita quis §. ea l. ff. de verbo. obliga. & istud procedit re-
4 gulariter, quod vbi † quis obligatur ad factum, tenetur ad interesse, quando nō habet facultatem rei tradendę l. si quis ab alio. in princi. ff. de re iudi. in l. stipulationes non diuiduntur. versi. Celsus, & ibi plenè Bar. 7. & nona. q. ff. de verbo. obliga. Et docto. in l. 1. in prin. ff. de actio. empt. & in l. si traditio C. eod. titu. Et si diceretur, quòd d. homines possunt intentare hypothecariam pro obseruantia d. contractus, dicentes se velle retinere castrum cum emolumentis, & reditibus iure pignoris, donec sibi d. contractus impleatur iux. l. rem alienam, cum ibi no. ff. de pigno. actio. & in l. cum res C. si res alie. pigno. da. sit. Respōdetur, quòd si videatur scripturæ exhibitæ, nulla interuenit obligatio hypothecæ parte
5 te Principis, & vlteriùs †, agendo contra tertios possessores oportet excutere principalem, vt habetur in locis vulg. Nō obstat si ageretur ex æquitate l. si me & Titium ff. si cert. peta. quia posito quòd dispositio illius legis adaptaretur in casu nostro, tamen ea non competit, nisi in subsidium, vide licet quando contra alium agi non possit, vt Bar. ibi & cæteri dicunt, sed hic agi potest contra Principem saltem ad interesse, vt superiùs dictum fuit, & istud est primum fundam. quod impugnare potest intentionem d. hominum, & quo etiam vtitur Socin. consi. 4. dicens tutissimum. Super quęstione quæ vertitur col. 2. lib. 3.

Alia ratione etiam non videtur procedere intentio d. hominum, quia ipsi d. infeudationibus per spacium octuaginta annorum consenserunt parendo d. inuestitis, vt habentibus vtile in ipsos dominium feudi, nam non solum verbis, sed etiam facto datur voluntas intelligi l. Paulus respondit ff. rem ra. habe. l. de quibus. ff. de ll. Ad quod benefacit, quia
6 † vbi ad scientiam & patientiam accedit aliquis actus positiuus, tunc sciens & patiens videtur consentire l. si filius. ff. ad Macedo. Clem. 1. de proc. & tradit Bar. in l. quo enim. in prin. ff. rem ra. habe. & in l. cum tabernam §. 1. in fi. per illū tex. ff. de pigno. & in l. Titius Seio ff. de constit. pec. Bal. in l. si absentis col. 2. C. si cert. peta. & in l. fi. C. ad Macedo. Abb. in c. non iniustè col. 2. de procura. Et istud est quod forsitan voluit dicere Bal. in c. 1. §. si quis. quo tempo. mil. dicens quod si Dominus velit terram suam subijcere alieno domino, admittitur contradictio hominum suorum; quasi sentiat, quòd si non contradicunt, sed acquiescunt, sibi præiudicāt;
7 sicut etiam econuerso videmus, quòd † quando Vasallus alienat feudum Domino sciente & patiente, Dominus cēsetur consentire gl. in c. 1. in verbo permissu, & ibi Andr. de Iser. Iac. Alu. & Mart. Laud. de prohib. feu. alien. per Lotha.
8 Præterea ex diuturnitate temporis † sicuti quælibet alia solennitas extrinseca præsumitur interuenisse, ita etiam præsumitur interuenisse consensus ad actum requisitus c. ea noscitur. secundùm verum intellectum. de his, quæ fi. a præla. si. consen. c. l. si filius C. de peti. hæred. l. qui in aliena. in prin. versi. quòd si adierit ff. de acqui. hæred. Ange. Imo. & Ale-
9 xand. in l. sciendum ff. de verbor. obliga. Et dato quòd † in infeudationibus non appareat de consensu hominum, tamen ex hoc non sequitur quòd nullo modo interuenerit, quia ex post potest sequi l. si autem plures & ibi Barto. ff. de acqui. pluu. arcen. l. ratum ff. de solu. & nota. per scriben. in c. 1. de reb. eccle. non alien. in 6. & plenè in l. si quis mihi bona §. iussum ff. de acqui. hæred. & in ca. cum consuetudinis de consue. & ita declarat Alex. consi. 219. Ponderatis his, quæ in themate col. 4. li. 6. Vnde quum d. homines consenserint verè vel præsumptiuè d. infeudationibus, nō possunt amplius dissentire, per regu. iuris quòd semel placuit &c. Et
10 † cum soliti sint infeudari, hæc consuetudo facit, vt denuò concedi possint in feudum, etiam quòd antea non potuissent, vt in simili habetur in c. 1. in prin. qui feu. da. pos. & in cap. 1. Episco. vel Abb. & in cap. 2. de feu. & per regu. l. pater §. quindecim ff. de lega. 3. Non obstant modo quædam responsiones traditæ ad istud fundamentum de consensu in præfatis allegationibus. Et in primis non obstat, quòd d. homines non cotradixerunt, nec reclamarunt, quia fuerant in feudum concessi magnis & potentibus summa officia gerentibus, quibus si restitissent, timebant ne ab eis male haberentur. Nam ad prædicta replicatur ex his, quæ scribit Io. And. in c. insinuante, qui clerici vel vouentes, vbi inquit
11 quòd † dignitas aduersarij non inducit metum, vt est text. in l. ad inuidiam C. de his quæ vi vel met. cau. quem glo. ibi allegat, nisi aliter probetur oppressio, & ita loquitur tex. in l.
12 pen. C. eo. tit. subdit tamen, quòd † si Rex conuenit tyrannicè tractare non parentes suis pręceptis seu precibus, tunc satis probatur iustus metus & hoc sequitur ibi Abba. post alios, & idem Abb. in ca. fin. de appel. & ponit Bart. in l. si de pupillo. §. si quis ipsi prætori. 5. q. ff. de oper. nou. nunc. vbi vult quòd ab officialibus probatur illatus metus si consueuerunt non acquiescentes suis gestis in carcerem mittere, vel vim seu iniuriam inferre argu. sumpto ex qualitate personæ l. si bonæ fidei in princi. ff. de rei vendi. l. argentum ff. commo. Eodem modo si minas adhibent atroces iux. not. in l. metus C. quòd met. cau. & in l. 1. ibi ex personis dicta
13 pensamus C. si quis Impe. maledix. Sed † in proposito nihil aliud deducitur ad probationem metus, nisi summa dignitas & potentia eorum, quibus per varia tempora id feudum fuit concessum, quę non debent illis esse inuidiæ, sed potius gloriæ, si maxima officia administrarunt, vt rectè prouidit Impera. in d. l. ad inuidiam. C. quod met. cau. vbi gloss. dicit, quòd ille, qui est in dignitate, non præsumitur vim inferre, sed nec etiam pati. l. non est verisimile ff. eo. & dicit Sal. ibi, quòd dignitas non debet alicui esse nociua, vt ibi & l. si longius in fi. ff. de iudi. Item, quod dignitas non est pręsumptio alicuius mali agēdi, vt ibi probat, sed boni sic, & l. 1. ff. de offi. præfec. præto. Debet ergo delictum probari, quo probato quandoq; grauius punitur in dignitate positus, vt l. presbyteri C. de Episco. & cler. inferunt etiam Bart. & Ang. in d. l. ad inuidiam, ad maritum, qui contrahit cūm vxore, vt vir in dignitate, etiam constitutus non præsumatur vim & metum intulisse, nisi minæ & verbera præcesserint, & ita intelligitur tex. in l. 1. §. quæ onerandę ff. qua. re. actio non de. & prędicta sunt etiam de mente Bar. in trac. de Tyran. q. 1. versi. quādoq; fiunt, vbi etiam ponit qualiter probetur impressio. Miror etiam, quod pro contraria parte adducatur Are. consi. 24. Quatuor dubia potissimè 2. dub. Nam licet ipse conetur ostendere, quod auctoritas vel dignitas personę absq; alia comminatione tribuat iustam causam metus reuerentialis; tamen subdit se hoc nō firmare, quia communis opinio habet se in oppositum. Non obstat secunda responsio,
14 quod stante † pacto, quod d. castrum nō possit alienari vllo modo, poterit alienari etiam hominibus cōsentientibus, vt pactū aliquid operetur vltra ius commune, quo disponitur alienationem fieri non posse inuitis hominibus, & ad hoc allegant Crot. & Ferd. Doc. Moder. in l. filiusfamilias §. diui. ff. de leg. 1. licet Rip. ibi teneat contrarium. Nam ista secunda responsio non subsistit, quia hic tantùm concurrit vna prohibitio scilicet hominis, non autem legis; quia teneo, quod de iure cōmuni alienatio possit fieri inuitis hominibus, vt dixi



in consi.367. Non obstat q; tertio loco dicitur pro responsione, q; esto, q; d.homines † non solum tacitè, sed etiam expressè & spontè consensissent d. alienationi, potuissent præiudicare sibi ipsis, illi duntaxat, qui consenserunt l. pen. C.de pac.l.nihil §.hominibus ff.de lega. 1. & l. cũ quædam C.de admin.tuto.Sed non suis posteris;hoc enim ius, quod competit d.hominibus ex pacto cum Ill.Principibus, non sunt habituri ab illis consentientibus, sed à primogenitoribus,qui deditionem fecerunt, ideò eorum consensus non potest posteris nocere per tex.nota.in l.eum qui in fin.ff.de interd. & releg. & in l. si arrogator §. sed an impuberi ff. de adop. Non enim possunt parentes auferre posteris suis, quod ipsi non dederunt, sed à maioribus suis habuerunt l. emancipatum in fi.ff.de sena.& ita decidit Pau.de Ca.consi. 70.Quia frustra disputaretur col.5.versi.Item non obstant literæ lib.1.vbi per prædicta cõsuluit quod quidam populi, qui se submiserant cuidam regi,potuerunt suo consensu sibi præiudicare,non autem posteris. Nam aduersus prædicta dicitur, q; decisio Pau.de Ca.non videtur esse vera,quia iura per eũ allegata loquuntur in personis singularibus,quæ moriuntur,& habent sanguinis,& generis successores, vnde quæ maiorum beneficio & industria assequi valent,non possunt sibi à patribus auferri,nos autem sumus in vniuersitate,quæ semper dicitur durare eadem omnibus mortuis per alios sibi subrogatos l.proponebatur in fi.ff.de iudi.vnde dicit ibi Bal. q; † si populus est interdictus,illud interdictum durat etiam vltra centum annos, quia populus non moritur,licet sint mortui illi, qui causam præstiterũt interdicto,similiter dicunt ibi Ang. & Pau.de Castr. q; † si vniuersitas fecit compromissum, durat compromissum etiam extinctis illis,qui compromiserunt,quia attenditur, q; eadem est substantia licet accidens mutetur, & hoc est quod voluit Bald.consi.159. Super eo,quod quæritur col.2.lib.3. vbi inquit, q; contractus gestus nomine reipublicę semper perseuerat,quia† respub.non moritur,nec habet hæredem, sed continuè viuit in semetipsa iux.no.in l.1.§.fin.ff.si quis iusdi.non obtem.Itaq;† si d.homines vt vniuersi consenserunt d.infeudationibus de se factis, parendo & obediendo inuestitis, vt vtilibus Dominis castri & loci, proculdubio hic consensus præiudicat etiam posteris in demortuorum locum subrogatis, quia vniuersitas est eadem licet corpora mutentur l.si grege ff.de leg.1.l.peculium.in prin.& §.1. ff. de leg.2.l.3.in prin.ff.de rei vend.l.si grege in prin.ff.de pigno.l.si cum testamento §.si petiero.ff.de excep.rei iudica. & egregiè scribit Calde.consi.21.In ecclesia fuit.sub.tit. de præben.vbi loquens de capitulo canonicorum dicit, q; præteritum,præsens, & futurum capitulum est idem,ideò fructus distributionum qui sunt de annis præcedentibus, quia debentur capitulo,vt capitulo,& non vt singulis, debentur etiam Canonicis nouis, vt ibi ipse latiùs prosequitur. Non obstat quod respondetur quarto loco, q; Ill.quon.Marchio G.in confirmatione d. pacti de non alienando facti per antecessores suos cum clausulis amplissimis ordinauit omnia, & singula gesta & gerenda per d. homines secundùm formam d.capitulorum de cætero valere,& quicquid gestum & factum contra prædicta reperiatur illud totum fore & esse irritum,& inane,& a nemine obseruandum, vnde videtur Princeps voluisse tollere consensum d. hominum, si qui interuenisset in pręfatis infeudationibus,quia Princeps potest facta habere pro infectis glo.in Cle. 1.in verbo.pro infectis.de immu.eccle.c.is qui fidem.de sponsa.& non scitum pro scito Cle.1.in fi.de conces.pręben.Hęc responsio non videtur subsistere,quia† sicut Princeps non potest tollere inuestituras c.1.de nat.feu.c.1. de feu. si cul. non amit. ita non potest tollere consensum hominum, qui sequutus est post. d. inuestituras parendo & accipiendo eos vt Dominos vtiles ratione d.infeudationum;nam ea, quæ respiciunt contractus,& sunt de iure gentium,non sunt sub absoluta Principis potestate iux.no.in l.fi.C.si con.ius vel vtilit.pub.& iura allegata in cõtrarium non faciunt:nam text. in Cle.1.de immu.eccle.loquit̃ de his, quæ sunt de iure positiuo,vt ibi declarat glo.& ideò † potest Papa constitutionem suam, & antecessorum suorum iam factã habere pro infecta, vt ibi dicitur,& in c.is qui fidem de sponsa.Papa habet secundum matrimonium pro non matrimonio, quia erat inualidum, & erat tantùm matrimonium secundùm formam & corticem verborum propter præsumptionem iuris,& de iure,quæ stabat pro primo matrimonio, & non recipiebat probationem in contrarium.Eodem modo respondetur ad Cle.1.de conces.pręben.nam ibi Papa habet, quod non erat scitum pro scito, ex causa ibi allegata. Non videtur etiam fieri posse fundam. in d. † confirmatione, quia cum deroget inuestituris, & tendat in præiudicium tertij,non valet,nisi causa cognita, & parte vocata, vt voluit Rota decisi. 230. Papa confirmando in nouis allegans Specu.in titu.de lega.§.nunc ostendendum versi.15.quam decisi.Rotæ sequitur Alex.consi.215. Incipiente,non obstat si dicatur &c. prope fin.lib.7.Soci.consi.174.Visa Bulla.col.4.versi.Sed ad ista dicta respondetur lib.2.vbi adducit alias auctoritates, & eandem decisionem sequitur Insignis Doctor Moder.Philip. Dec.consi. 407. Visis & diligenter consideratis in fin. Et confirmantur præmissa per tex.in l.nam ita diuus ff.de adopt. & in l. in concedendo. ff. de aqu.plu.arcen.& in l.fin.C.de aucto.præstan.& in c. humilis de maio. & obed. † non enim solum in iudicialibus, sed etiam in extraiudicialibus,requiritur citatio eorum,qui interesse prætendere possunt, vt probatur in d. iuribus, & tradit Bald.in capi.2. §.sancimus col.2.versiu.Sed hic incidenter quæritur. quo.temp.mil.& specificè in confirmatione habetur in d.l.nam ita diuus in fin.ibi qui læderentur ex confirmatione adoptionis.

Margin numbers (left column): 15, 16, 17, 18, 19, 20; (right column): 21, 22, 23.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium fori datum viduis & pupillis in l.1.C. quan. Imper.in pup.& vidu. nunquid diuitibus viduis competat.dic vt nu.3.& 7.*

2 *Disiunctiuæ natura est militare inter diuersa.*

4 *Dictio præsertim implicatiua posita in dispositione aliqua, denotat idem esse in contraria.*

5 *Alimenta priuilegiata esse dicuntur,etiam quòd diuiti relinquantur.*

6 *Dos etiam si diuiti detur,tamen gaudet ijsdem dotis priuilegijs.*

8 *Pupilli gaudent priuilegio l.1.C.quan. Imper. in pup.& vid.etiam si locupletes existant,quod procedit etiam in alijs personis,qui propter debilitatem rebus suis superesse non possunt.*

9 *Vidua quando de foro ecclesiæ dicatur, & quando de seculari.*

10 *Pupilli & viduæ habitu dicuntur personæ miserabiles.*

11 *Vidua omnis quo ad effectum fori dicitur indistinctè miserabilis.*

12 *Alternatiua,vel,ponitur inter diuersa substantia,& similia qualitate.*

13 *Dictio,alia,est repetitiua similium.*

14 *Pauper non solum dicitur is,qui non habet necessaria ad sustentationem vitæ,sed etiam qui non habet conuenientia ad conditionem sui status.*

15 *Vidua & pupillus fori priuilegio ipsis concesso in l. 1. C. quan.impe.in pup. & vidu. renunciare non possunt, & eo vti possunt non tantum in initio litis, sed etiam post litem contestatam.*

16 *Vidua vbi habet causam communem cum alijs personis non miserabilibus, tunc personæ ille propter communionem eodem fori priuilegio gaudere possunt.*

17 *Præscriptio centenaria tantum currit contra priuatum habentem rem communem cum ecclesia Romana, non autem minor.*

18 Clericus

18 *Clericus vbi simul cum alijs non clericis inquiritur à seculari pro eadem causa, si petit se remitti ad ecclesiasticũ, tunc omnes remitti debent.*

19 *Immunis ab oneribus ob numerum 12. liberorum, hanc eandem tribuit immunitatem fratribus, socijs in communione bonorum persistentibus & simul habitantibus.*

CONSILIVM. 590.

1 

IRCA præsentem articulum, vtrum† priuilegium fori, quod competit viduis, de quo habetur in l. 1. C. quã. Imper. in pupil. & vidu. competat viduis diuitias posſidentibus, & dubitationẽ non leuem facit, quod scribit Paul. de Castr. in rub. illius tituli in fin. vbi vult tunc quòd viduę & pupilli dicantur miserabiles personę, & habeant priuilegium illius legis, quando sunt impotẽtes, & non habent defensores iux. no. plenè per Inno. in c. significantibus de offi. deleg. ad quem se remittit. idem est de mẽte Spec. in ti. de instr. edit. §. nunc verò aliqua. char. 10. ver. quòd inter relicta, vbi dicit, quòd pupilli & viduæ, & miserabiles personæ habent multas prærogatiuas in iure, quod verum est in viduis & pupillis miseris & pauperibus, nõ de diuitibus, & potentibus c. significantibus. de offi. deleg. c. ex tenore. de foro comp. & ꝙ viduę diuites non dicantur miserabiles personæ, tradit Alex. in l. 1. col. 5. versi. nec obstet, ꝙ ibi ff. solu. mat. & consi. 121. Viso processu circa fin. lib. 1. vbi pro hoc adducit quia in rub. C. quan. Imper. in pup. & vidu. vel misera perso. videtur Imperator habuisse pupillos

2 & viduas inter personas non miserabiles propter † illam dictionem vel, quæ ponitur inter diuersa, prout est de natura disiunctiuæ l. hæc verba ff. de verbor. signi. Contrarium puto verius per tex. in d. l. 1. C. quã. Imper. in pupil. & vidu.

3 dũ† dicitur ibi, ꝙ si pupilli vel viduæ, aliæq; fortunæ iniuria miserabiles iudicium nostræ serenitatis orauerint, cogantur aduersarij examini nostro sui copiam facere. Considerandum est namque quod Imperatur vocat ibi viduas fortunæ iniuria miserabiles, quia vidua amisit virum, pupillus amisit patrem seu exiuit patriã potestatem intra quartum decimum annũ, & hæc est fortunæ iniuria, quia ex hoc fit, quod neuter sibi posſit in causis opem ferre, vidua propter sexũ, pupillus propter ętatem. Hoc enim miseratione est dignum, vxores & filios videre maritorum, & patrũ subsidio orbatos, quod procedit etiam si non timeant oppresſionẽ, vt probatur in d. l. 1. ibi præsertim quum alicuius potentiã

4 perhorrescant: illa † enim implicatiua, præsertim, ostendit idem esse in casu cõ trario, vt etiam si diuites sint, & nullius potentiam formident, tñ respectu viduitatis & pupillaris ætatis gaudeant fori priuilegio, quia Imperator vult esse in eorũ litibus specialis protector, facit pro hoc text. in l. cũ hi

5 §. nihil ff. de transac. vbi † alimenta sunt priuilegiata etiã ꝙ relinquantur diuiti, quia attenditur illud tantum quid sint ipsa alimenta pro sustentatione vitæ, & hoc consideratur; nec dicatur, ꝙ ideò illud est, quia qui nunc est diues potest fieri in posterum pauper, nam contra hoc iura præsumunt l. si defun. C. arbi. tut. l. cura §. deficientium ff. de mu. & ho-

6 no. Similiter dos † multis abundat priuilegijs. l. 1. ff. sol. mat. c. fi. de re iudi. & ea habet siue dos detur diuiti, siue pauperi, quia causa ipsius dotis inspicitur, non persona cui datur. Sic

7 in proposito, † non diuitiæ viduæ, aut pupilli, sed conditio viduitatis & pupillaris ætatis consideratur: nam huiusmodi personæ, in quibus illa inest, solent cõmuniter premi, vt experientia docet, & probatur in c. Regum 23. q. 5. vbi dicitur Regum proprium esse officium peregrinis pupillis, & viduis auxilium ferre. Accedat efficax ratio, nam sola paupertas efficit miserabilem, ideò pauper vtitur priuilegio fori: Itaq; si diceretur ꝙ vidua vtitur priuilegio fori ita demũ si sit pauper: conditio viduitatis nihil efficeret, ex quo sola paupertas sufficeret, & tamen viduæ & pupilli nominatim excipiuntur, vt sint extra communem regulam fori, & ad tribunal Imperatoris quemcũque trahere posſint, vbi eorum iura audiantur & protegantur. Et vt ad auctoritates ve-

8 niatur, † hoc voluit Azo in summa illius tit. in fi. vbi inquit ꝙ pupilli, licet diuites, habent priuilegiũ illius legis, & eodẽ modo reliqui, qui propter debilitatem corporis vel mẽtis, rebus suis superesse non posſunt, sicut pupilli, hoc idem voluit Alb. de Ros. in l. 1. col. 2. versi. Sed nunquid si tales, & in tract. stat. q. 112. Quid ergo si prædictę. 1. par. Non obstat, quod Inn. no. in d. c. significantibus, quia loquitur in iudice

9 ecclesiastico: nam † viduę non sunt principaliter de foro ecclesiæ, nisi in defectũ secularis iustitiæ c. ex tenore de fo. cõpe. vel nisi accedat, ꝙ sit paup vel spoliata vel oppresſa, istis autem remotis vidua est de foro Iudicis seculari c. regũ 23. q. 5. & c. ab Imperatoribus ea. cau. & q. declarat gl. 1. in d. c. significantibus, & ita meo iudicio distingui debet inter Iudicẽ ecclesiasticũ, & secularem, vt ecclesiasticus sit competens, quando vidua est pauper, & ideò isto casu vidua repetens dotes suas, si sit pauper, potest adire Iudicem ecclesiasticum, non si sit diues, & ita loquitur Alex. in l. 1. ff. sol. mat. & ita loquitur ẽt tex. in c. ex parte B. de for. cõp. vbi vidua diues, imò & Regina ratione spolij, de quo conqueritur, est principaliter de foro ecclesiastico, & corã ecclesiastico Iudice experitur, vt ibi etiam no. Inn. & Alb. de Rosa. in rub. C. si à nõ compe. iudi. in fi. Sin aũt sit diues, & velit causam suam agi corã tribunali Cæsaris, tunc potest, quia viduitas, quo ad d. priuilegium, facit eam miserabilem; quia in controuersijs earum maius imminet periculum, ne opprimãtur, quam in controuersijs cæterorũ, ideò sancta scriptura cõmendat Iudicibus aduenas, pupillos, & viduas & ore prophetarum conqueritur Deus nõ reddi iudicium pupillo, & viduæ, vt patet Exod. c. 22. ꝙ Esaiæ ca. 1. Vnde Geruasius Pontifex in c. licet, 88. distinct. dicit formaliter, plus tamen viduarum, & orphanorũ causas duximus exequendas, quas tueri à nobis vel ab omnibus diuina manifestat assertio. Prædicta sunt etiam de mente Cardi. Anto. de But. Imo. &

10 Abb. in d. c. significantibus post Inn. ibi† dum dicunt, ꝙ viduæ, & pupilli diuites sunt habitu tantùm miserabiles, ideò sunt de foro iudicis secularis, nec adire posſunt ecclesiasticũ, sed si habitu & actu sint miserabiles, vt quia sint pauperes vel opprimantur, tunc sunt de foro ecclesiæ principaliter, & adire posſunt ecclesiasticũ. Non obstat decisio Spec. in loco pręallegato, quia procedit quantum ad effectum de quo ibi, scilicet quando legatum eis factum dicatur ad pias causas; sed quantum ad effectum fori, omnis vidua dicitur indistinctè miserabilis, & ita respondet Bal. Nouel. in trac. dot. 9. part. princ. 16. priuileg. vel aliter responderi potest, ꝙ Specu. ibi loquitur de iure Canon. vt quantum ad forum ecclesiæ requiratur in viduis paupertas, quod patet, quia allegat tex. in d. c. significantibus, & in c. ex tenore. de for. compet. Non obstat fundamentum Alexand. quòd Imperator videtur habuisse viduas, & pupillos inter personas non miserabiles propter illam dictionem, vel, quæ ponitur in rub.

12 C. quan. Imper. in pupil. & vidu. vel miser. per. quę dictio † vel, quum sit alternatiua, ponitur inrer diuersa; quia respondeo, quòd dictio, vel, ponitur inter diuersa substantia, & similia qualitate, vt voluit Bald. in l. filiæ dotem. 1. oppo. C. de colla. Cardin. in Clemen. vt hi, qui. secunda quęst. de ęta. & quali. ex quo colligitur contra id, quod voluit Alexand. quòd illa qualitas miserabilitatis militat etiam in viduis, & pupillis, sicut etiam apertè ostenditur in nigro, prout superius declaraui, & illud etiam ostendit, dum ibi dicitur, pu-

13 pilli, viduæ, aliæque † fortunæ iniuria miserabiles: nam dictio, aliæque, est repetitiua similium gloss. in l. si fugitiui C. de seruis fugit. Præterea in proposito casu fundamentum hoc retorquetur, quia si Imperator ibi non habuit pupillos, & viduas in numero miserabilium, & tribuit illis nihilominus fori priuilegium, hoc ostendit eum sensisse de pupillis, & viduis diuitibus, vt eodem gaudeant priuilegio illis concesso, quia sunt pupilli, & viduæ, non quia sint miserabiles.

Illud autem est notandum, ꝙ quia secundùm omnium
14 opinionem vidua pauper gaudet fori priuilegio, ꝙ † non solum dicitur pauper ille, qui non habet necessaria ad sustentationem vitæ, sed etiam qui non habet conuenientia ad cōditionem sui status, vt Bal. dicit in l. si quis ad declinandam col.2.versi.circa tertium.C.de Episco. & cleric. Idem vult Bar. in l.si constante.2.q.1.prin.ff.solut.matrimo.dum allegat l.nepos Proculo.ff.de verbo.signifi.& not.per gloss.in l. condemnatione.ff.de reg.iur.& in l. sed & si susceperit.§.1. ff.de iudi.nam egere dicitur, qui non potest viuere è conditione, & dignitate personæ suæ vt Bald.tradit in l.2.in prin. C.quod cum eo.Ang.& Imo.in l.Nesennius. §. fin.ff.de re iud.Alex.in l.si maritus.ff.solut.matri.Aret.consi.17. Consideratis diligenter. 5. dub. Et debet tunc inspici quantum ex sui patrimonij fructibus potest redigi, non quantum ex venditione rerum redigeretur pretij.l. qui bonis & ibi Bar. notat.ff.de cessi.bo.Bald.in l.fina.§.ipsum autem.per illum
15 tex.C.de bon.quæ libe.Secundò est etiam notandum, ꝙ † vidua, & pupillus huic priuilegio fori renunciare non potest gloss.in l.1.in verbo excedere, quam ibi omnes sequuntur.C.quan.Imper.int.pupil.& vidu.Bald.in capi. de causis. colum.6.versi.quæro nunquid miserabiles.de offic.delega. vbi ex hoc infert, quòd non possunt iurisdictionem prorogare. Vnde dicendum venit, quòd præfatæ personæ miserabiles non solùm initio litis, sed etiam post litem contestatam, & in progressu causæ possunt aduersarios ad tribunal Principis ab alijs auocare, quod etiam dicitur scripsisse Thomam Parpaliam, quem sæpius audiui in Taurinensi gymnasio docentem in l.penul. C. de pact. Tertiò videndum
16 est, † si vidua habeat causam communem cum alijs personis non miserabilibus, an omnes gaudeant eodem priuilegio, & videtur dicendum quod sic: nam propter communionem vel societatem inhabiles gaudent priuilegio habilium l.si communem. ff. quemadmo. seruit. amitt. l. si is qui duos, & ibi Bart.ff.de liber. lega. & voluit Abb. in capi.
17 ad audientiam.de præscrip. dicens † quòd contra priuatum habentem rem communem cum ecclesia Romana currit tantum præscriptio centenaria, & bene facit in proposito,
18 ꝙ si plures † simul sunt capti & inquisiti, quorum vnus sit clericus, & ipse petat se remitti ad ecclesiasticum iudicem iux.cap.si iudex de sentent.excommu.in 6.tunc omnes debent simul remitti, ne causæ continentia diuidatur, & ne sequatur absurdum, si variæ proferantur sententiæ, & fortè etiam contrariæ.Ita singulariter dixit Anto.de Pratoue. in l.1.§.fi.quæ sentent.si.appella. rescin. quem sequitur & extollit Maria.Socin.in cap.2.col.16.versi.8.fallit de mutu.peti.& inter consilia filij consi.12.Quoniam in pręsentia col. 5.versi.Et est adeo potens lib.1.Felin.in capi.placuit.col.5. de præscrip.Bart.Socin.in l.quum Senatus in fin. ff. de reb. dub.vbi refert genitorem suum ita consuluisse, & ita etiam tenuisse in cap.1.de for.compet. quia maius dignum, trahit ad se minus dignum, cap.quod in dubijs.de consecra. ecc le.vel.alta.& per no.per Barto.in l.præcipimus primus. §. ea obseruanda.C.de appella.Sequitur etiam prædicta Hippo.de Marsi.doctor moder. singul. 180. vbi etiam addit se
19 vidisse consultum per Excellen.Doct. quòd † immunis ab oneribus ob numerum.12.liberorum, hanc immunitatem tribuebat fratribus socijs in communione bonorum persistentibus, & simul habitantibus, de quo aliàs latè scripsi in consil.meo primo impresso.

SVMMARIVM.

1 *Induciæ an possint à Principe ad soluendum debitori concedi, & vbi concedantur, an debitor teneatur satisdare de soluendo in termino.*

2 *Induciarum tempus à Principe debitori concedendarum quantum esse debeat declara prout in nu. 17.*

3 *Tempus modicum in dilatione quinquennij consistit, & vltra n.n porrigatur.*

4 *Perpetuum illud esse dicitur, quod spacio. xxx. annorum durat.*

5 *Tempus longum dicitur durans vsque ad decennium.*

6 *Princeps rescribendo potest alteri in modico præiudicare etiam sine clausula non obstante, nec tunc requiritur specialis citatio. Limita in nu. 15.*

7 *Princeps potest statuere, vt, vbi agitur de possessorio, si fiāt probationes in petitorio, super vtroque pronuncietur.*

8 *Princeps potest committere causam appellatiōe remota eo, quia per viam quærelæ potest haberi recursus.*

9 *Princeps sicut non potest contractum tollere, ita nec imminuere.*

10 *Imperator non potest mutare statum, nec honorem veterū vasallorum minuere.*

11 *Damnum, quod potest creditori contingere, ex inducijs debitori ad soluendum à principe concessis, vide ibi & nume. 16.*

12 *Creditoribus incipit iniuriari debitor, qui lapsis terminis solutionum non soluit.*

13 *Princeps secularis non potest tollere legem superioris.*


14 *Princeps vbi vult contra ius diuinum aliquid statuere, debet exprimi causa rationabilis.*

18 *Princeps quando longiori tempore, quàm biennij inducias concedere possit debitoribus.*

19 *Falsi pœnam incurrit, qui leges correctas ad causarum decisionem allegat, secus si gratia instructionis.*

CONSILIVM. 591.

1



OLET vulgo dici, ꝙ † Princeps debitori possit inducias concedere, idest dilationem ad soluendum per tex.in l. quoties, secūdùm vnum intellectum. C.de preci.Imper.offer.in illis verbis, moratoria pręscriptio emittet, & probatur etiam in l.vniuersę.C.eodem ti. vbi qui habet dilationē a Principe, tenetur satisdare de soluendo in termino, aliàs nō potest gaudere dilationis commodo, & est dispositio illius l.Canonizata.25.distincti.q.2.
2 ca.vniuersa.Sed hic dubitatur, quanti † temporis dilationē Princeps possit concedere, glo. in d. l. quoties, sentit quòd modicum tātùm tempus debeat concedi, quia non magnū damnum est mora modici temporis.l.si debitori. ff.de iud. Paul.de Castr.ibi mouet quæstionem, & dicit quòd modicum tempus debet cōcedi per rationem gloss.ibi quia mora modici temporis &c. & quia hoc ostenditur ex secunda parte illius.l.ibi, sine graui alterius partis dispendio à cōtra-
3 rio sensu.Putat autem † modicum tempus esse in dilatione quinquennij secundùm quod determinatur in l.fina.C.qui bon.cede.poss. & est de mente Sali.etiam ibidem vbi vult, quòd si per debitorem impetretur dilatio temporis longi decem, viginti, triginta annorum, nō tenet dilatio, quasi cōtineat graue partis dispendium contra illum tex.& rationē ibi per gl.assignatam, & sic sentit ꝙ dilatio impetrata infra longum tempus, videlicet infra decenium valeat. Amplius sentit ibi Cin.quęst.3.quod valeat vltra decem annos, modò non impetretur exceptio dilatoria vsque ad xxx.annos, quia tūc huiusmodi dilatoria reputaretur quodámodo pere-
4 ptoria, cum † dicatur perpetuum esse quod annorum.xxx. spacio durat, vt Insti.de perpetu.& tempora.actio.in princ. Vlterius ꝙ dilatio quinquennij valeat, videtur ibi tenere Bald. in versicul. iuxta ergo primam partem, nihil tamen allegat, nec quæstionem discutit. Nec ab istis discrepat Alex.consi.216.Nec arguendi sumus in primo fundam. 2. par.li.2.vbi in terminis d. l. quoties vult † modicum tempus esse quod non est decē annorū, quia illud dicitur longū.l.fideicōmissa.§.Aristo ff.qui & a quib.l.1.§. qđ ait cū ibi not. ff.de

ff.de superfi.& patet in rub.C.de præscrip.lon.temp.& alijs
6 locis ibi per eum adductis. Et allegatur d.l.quoties, ꝙ † Princeps potest alteri rescribendo nocere etiam sine clausula non obstante, vel alia simili clausula derogatoria, vt est de mente glo.& Doct.ibi tradit Pau.de Ca.in l.nec damnosa, & in l.rescripta.C.eo. tit. nec riquiritur specialis citatio vbi Princeps concedit priuilegium, quod modicè lædit secundùm Bartol.in l.2. C. de temp. appella. & sine causa potest Princeps ius alterius tollere, vbi modicè lędit, vt Abb.dicit post Innocen.in cap.quæ ecclesiarum.de constitut.Bart. in l.fi.C.si con.ius vel vti.publi.& ꝙ Princeps in modicis possit lædere, ponit gloss.in l.nec auus.C. de emanc. liber. & in l.seruitutes.§.publico.in verbo. incommodo. ff. de seruitu. & in l. 2. §. si quis a Principe, in verbo, impetrauerit. ff.ne quid in loc.public.& in l.sed quum ab hærede.in verbo alterius.ff.ad Trebel.& ex ibi dictis possunt tolli exempla, &
7 potest poni exemplum † in Principe, qui quamuis possessorium tantum tractetur, rescribit, si factæ sint probationes in petitoris, vt super vtroque pronuncietur; nam tale rescriptum valet, quia leue infert præiudicium, vt Alex. concludit cons.54. Viso processu col.1.lib.5. vbi ad hoc etiam adducit Bal.in l.fi.C.quo.appella.non recip.Ant.de But.in c.fi. de transact.in nota.eodem modo potest Princeps committere causam cognoscendam & terminandam summariè, & sola facti veritate inspecta, quia leuis est præiudicij ordi
8 nem iudiciarium tollere, Similiter † potest Princeps causam committere appellatione remota, quia hæc clausula modicum infert præiudicium, quum possit ad eum per uiā querelæ haberi recursus iux.nota.in cap.pastoralis de appella.& ita scribit Felin.in cap.nonnulli in princip.colum. 25. versi. fallit octauò.de rescript.Sed quicquid sit in cęteris casibus, mihi semper visum fuit mirabile, ꝙ Princeps possit solutionis diem differre: nam dies pars est summę.l.1.§.diem ff.de edend.& qui tardius soluit, minus soluit.§.plus autem. Inst.
9 de actio. vnde sicut † Princeps non potest tollere contractum, ita non potest partem imminuere l.si optio.ff.qui. & a quib.per quem tex.inquit Bald. in titu. de pac. Consta.in §.Opizoni Marchioni, in verbo. successorum, ꝙ nec per contractum, nec alio modo Princeps potest regalia cōcedere in præiudicium successorum, quia sicut nō potest eorum iura subuertere, ita nec minuere, eodem modo dicit Bald.consi.327.Pridiè consului col.2. versic. videtur igitur
10 lib. 1. ꝙ † Imperator non potest mutare statum, nec minuere honorem veterum vasallorum.§.præterea in Auth. de referen.sac.pala.Et hoc tanto magis procedit in casu no
11 stro, quia † pendente dilatione concessa à Principe interim non currunt vsuræ, & decidit Cin.in d.l.quoties, & sic negari non potest, quin ex d. dilatione non accedat incommodum non vulgare creditori cessantibus vsuris, damni emergentis, vel. lucri cessantis. Est bene verum, ꝙ si non esset expressum in rescripto de vsurarum solutione, vsuræ deberentur, vt vult Sali. in d.l.quoties versicu.extra quæro, pro quo facit, quod dicitur de ciuitate, quæ cogit ciues ad mutuum, vt ex huiusmodi mutuo, possint vsuras moderatas percipere, vt tradit Pet.de Anch. in sua disputatione incipiente.antiquis, & modernis temporibus, Cano.in c.in ciuitate de vsu.Pau.de Ca.in l.si quis nec causam & ibi etiam Socin. ff. si cert.peta.cum alijs vulga.concordan.de quibus per Alex.in l.si maritus in id.ff.solu.matr.Pręterea moueor, quia non soluere creditori tempore conuento, videtur esse, & est contra diuinum præceptum, cui contraueniendo incurritur peccatum mortale, vt probatur in c. sæpè de restitutio.spoliato.in illis verbis, eo ꝙ non multum intersit, quo ad periculum animæ iniustæ detinere, ac inuadere alienū, ad tex.in ca.decimę.16.q.1.vbi dicitur, ꝙ si tardius dare peccatum est, quantò magis non dedisse, & dicit Io.Scotus, & diuus Thomas, quos refert Frater Angelus in sua summa in verbo, restitutio q̄n in princip.totiens mortaliter peccat quis, quotiens scit restituere se debere, aut satisfacere proximo, & nō vult, quū possit: nam licet præceptum de restituendo videatur affirmatiuum, tamen cadit sub illo præcepto negatiuo, nō furtum facies, quæ pręcepta negatiua obligant, & pro semper, & ad semper, pro quo facit, ꝙ reperiēs rem alterius & non restituens, tenetur furti perinde ac si ab alio subtraxisset c.si quid inuenisti.14.q. 5. l. falsus §.qui alienum ff.de fur.Accedat prædictis quod Specu. scribit in tit.de instrum.edit.§.nunc verò aliqua.char.antepen. versi.
12 de hoc autem quæritur, † vbi inquit, ꝙ lapsis solutionum terminis debitor incipit iniuriari creditoribus non soluendo, quia ex præcepto diuino debiti solutio est facienda c. si res.14.q.6.c.magnum 11.q.1.c.1.de solutio.Item quia peccat in termino non soluendo, tum quia frangit promissum, c.1.& 3.de pac. tum quia termino elapso retinet inuito domino alienum l.2.§.circa.ff.de do.excep. & Spec.refert, & sequitur Archid.in d.ca.si res. 14.q.6.Quum igitur de iure diuino teneatur debitor soluere statim creditori, non vide-
13 tur ꝙ Princeps possit dilationem concedere, quia † non potest Princeps secularis tollere legem superioris.l. nā & magistratus.ff.de arbit.l.ille à quo §.tempestiuum.ff.ad Treb. & ita vult.gl.in l.1.ff.de constitu.Princip.& gl.in l.fi.C.si cōtra ius vel vti.publi.Cin.in l.rescripta.q.3. C. de preci. Imper.offer.Bar.in l.omnes populi.2.q.3.q.princ.ff.de iustit.& iu.& in proœ.ff.col.3.versi.Item quæro, quid de rescriptis. & in l.fin.C. si cont. ius vel vtil. pub. in quibus locis vult, ꝙ quum Imperator habeat iurisdictionem à Deo. §. 1. Aut. quomo. opor. Episcop. non potest generalem legem condendo, & multo minus rescribendo venire sine causa contra legem diuinam in his, quæ concernunt peccatum; quia Deus non dedit ei iurisdictionem peccandi, & auferendi alienum, & legem iniquam, & inhonestam condendi, & idem voluit Bal.in Auth.ad hæc colum.1.C.de vsu.& dicit
14 Abb.in c.quæ in ecclesiarum, de constit. ꝙ † quando Princeps vult aliquid constituere contra ius diuinum, debet exprimi causa rationabilis, quamuis enim aliàs in Principe præsumatur causa, vt Cin.dicit in d.l.rescripta.q.4.post Iac. Butr.tamen hoc casu non præsumitur, quia non debet inferior violar̄ statutum superioris sine aperta causa allegat no. per Inno.in ca.quanto. de consuet. vbi idem dicit in Papa, nedum quando statueret contra diuinum, sed etiam quando statueret contra vniuersalem statum ecclesiæ, & istud etiam est de mente Bal.in l.1.versi.sed hic dubitatur. C. de iu.aur.annu. Non obstat, ꝙ Princeps modicum præiudiciū
15 potest inferre. Quia respondeo, quod ne † in modico quidē potest contrauenire diuino præcepto, vt patet ex nota.per Bald.in d.Auth.ad hæc col.1.C.de vsu.vbi vult, ꝙ Princeps ne in vno quidem nummo potest vsuram concedere. Præ-
16 terea non reputo hoc † modicum damnum, si à debitore tempore suo non possit creditor debitam pecuniam recipere, quam si haberet, empturus erat fortasse fundum, vel filiam nubilem collocaturus, vel si erat mercator ex mercium emptione lucraturus, vel aliàs suis necessitatibus & vtilitatibus prouisurus, & hoc tāto magis procedit, si tenemus quòd Princeps possit concedere inducias quinquennij, & vsq; ad decennium, nam non video quomodo hoc possit esse sine magno incommodo creditoris, si tanto tempore solutionis diem expectare cogitur, quum ad retardandam creditoris solutionem id, quod supra est biennium, dicatur esse multum tempus, vt patet in §.fina.Institu.de liter.oblig. Dicet aliquis, quid ergo tu concludis? Ego
17 autem † existimo, quòd Princeps possit concedere dilationem solutionis per modicum tempus, voco autem modicum tempus, prout facit Iureconsul.in l. si debitori. ff. de iudi.illud scilicet tempus, quod post condemnationem datur reis ad soluendum, quod olim erat duorum mensium.l. debitoribus.ff.de re iudi.hodie quatuor.l.2.C.de vsu.rei iudic. & in tali dilatione debet interuenire satisdatio, si petatur, vt habetur in d.l.si debitori & in l.vniuersa.C.de preci.Imperato. offer. aliàs dilatoria efficeretur peremptoria, si reus interim efficiretur non soluendo, vel effugeret, & res suas exportaret, vt tradunt Doc.in præallegatis locis, & Canonistę in c.quo ad cōsultationē.de re iud.& hęc opinio videtur esse de mente gl.in d.l.quotiēs, dū fundāt se in d.l.si

18 debitori, quæ sit loquitur. Illud † autem est certum, ꝙ Princeps posset concedere dilationem longiori tẽpore ex causa, puta si direpta à militibus ciuitate, quã bello obsidebant, statuat Princeps, ne creditores infesti sint debitoribus per annum, vel biennium: hæc enim legitima est causa concedendi inducias in foro, quia hoc efficitur, per legem generalem, & ob vniuersalẽ paupertatem omnibus manifestã, quæ ad miserendum cõmoueri potest, laudo autem in hoc Illustr. Principes huius ditionis qui huiusmodi dilationes debitoribus non concedunt, sed iura cõmunia & decreta seruari volunt. Non omitto ẽt, quod d.l. vniuersa prænotata titulo trium Imperatorũ, Gratiani, Valentiani, Theodosij ad Florum Prætorij præfectum habet se alio modo in Codice Theodosiano sub rub. de diuers. rescrip. quàm nũc legatur in Codice Iustiniani: neq; † tamen allego nunc d.l. vniuersa in d.C. Theodosiano ad decisionem causæ, sciens esse prohibitum sub pœna falsi aliquam constitutionem ex d. C. Theodosiano in iudiciali certamine proferre, l. 1. §. hanc igitur. C. de Iustini. Cod. confir. vbi etiam Iustinianus concedit compilatoribus sui codicis licentiam mutandi, & corrigendi constitutiones veterum Imperatorem, sed ad hoc allego d.l. vniuersa prolatam è dicto Codice Theodosiano, vt intelligatur quantopere veteres Imperatores, qui legem illam condiderunt, horruerint à se huiusmodi dilationes in fraudem creditorum impetrari: Nam licet adducere legem correctam gratia instructionis non exercitij, vt Ioan. de Ana. inquit in rub. de sortilegis col. 2. quem sequitur Fel. in cap. 1. col. 4. 2. fallen. de consti. Verba igitur d.l. sic olim se habebãt: nam, ne quispiã ea desideraret, supponere libuit. Vniuersa rescripta, quæ in debitorẽ causis super præstandis dilationibus impetrata sunt, rescindãtur, quum sint acerbius perurgendi, qui mansuetudinis nostræ pondere fatigato, non quod vtilitatibus publicis, sed, quod fraudibus suis conuenerit, aspexerint. Ita se habent verba illius legis, in qua considerandum est, quod voluerũt illi Imperatores rescripta continentia dilationem esse inualida, tãquàm extorta contra ius ob importunitatem petentium, vt indicãt illa verba, mansuetudinis nostræ pondere fatigato, & idem habetur in l. 1. C. de petit. bon. subla. li. 10. & per Pau. de Ca. in l. rescripta in primis verbis. C. de preci. Imper. offe.

SVMMARIVM.

1 *Princeps vel eius delegatus licet possit citare aliquem, vt coram se compareat, sub certa pœna, etiam causa non expressa, tamen vt pœnam comminatam infligat, causa vera apud eum subesse debet.*

2 *Contumaciæ solius causa nemo potest condemnari, nisi de delicto vere constet.*

3 *Contumax vbi per statutum in criminalibus habetur pro confesso & conuicto, illud intelligi debet, si per veras, & legitimas probationes constet de delicto.*

4 *Reus contumax in ciuilibus condemnari non potest, nisi actor de credito probet.*

5 *Mulcta non imponitur nisi pro scelere admisso.*

6 *Contumax verus licet non appellet, tamen iudex debet iustè iudicare aliàs tenetur in syndicatu.*

7 *Delictum an committat, qui dicit Principem errasse & nume. 9.*

8 *Imperator licet præsumatur habere omnia iura in scrinio pectoris, tamen in facto sæpius errat.*

10 *Princeps potest ex causa tollere, & imminuere priuilegia concessa etiam non subditis.*

11 *Conatus potest intelligi cum violentia, & sine nu. 14.*

12 *Verbum auferre habet duplex significatum videlicet cum violentia, & sine.*

13 *Probatio dubia trahibilis ad plures sensus debet contra producentem interpretari*

15 *Vindictam vbi quis minatus est facere, intelligitur de vindicta iuridica.*

16 *Principis officium est potius Imperium hominum adiectione ampliare, quàm pecuniarum copia.*

17 *Consilium, quod in delictum non sonat, sed datur in ciuilibus negotijs neminem obligat. & nu. 19.*

18 *Hortatio liberam voluntatem excitat.*

20 *Consilium in ciuilibus negotijs non punitur, vbi id quod cõsulitur non fuit sequutum, secus in delictis, quod alio etiam modo declaratur. in nu. 22.*

21 *Dolus nemini nocens secundùm leges non punitur.*

23 *Principi maledicens nũquid delictum punibile committat.*

24 *Testium discrepantia vbi versatur, tunc hi præferuntur, qui pro non delicto deponunt.*

25 *Iudex saltem per violentas præsumptiones certus esse debet de delicto, priusquàm ad tam mordaces ictus pœnæ deueniat.*

CONSILIVM. 592.



N causa Magnifici Do. Petrini Belli percurram, quæ mihi facere videntur pro ipso Do. Petrino, vt condemnari
1 non mereatur. Et primo † præmitto, quod licet Princeps vel eius delegatus intendens inquirere in aliquem ratione delicti possit citare, vt coram eo compareat sub pœna publicationis bonorum, etiam causa non expressa, tamen causa vera apud eum subesse debet, vt
2 pœnam comminatam infligat, ratione † namq; solius contumaciæ nemo puniri potest, nisi vere constet de delicto Spec. in titu. de accu. 4. par. §. fin. 7. col. versi. sed pone A, fuit accusatus per tex. in l. raptores ibi, per legitimas probationes iuri cognatas. C. de Episco. & cleri. idem tradit Oldra. consil. 65. Hic agitur. col. 1. vbi allegat tex. in d.l. raptores & tex. in l. d. diuus Adrianus, ibi non pro condẽnatis, sed quasi re integra quæratur. ff. de custo. reo. & l. 2. ibi & conuicti pœnas subeant competentes. C. de his, qui latro. occult. sequitur prædicta Hippo. de Marsi. in practica crimi. in §. postquam vidimus colu. 7. vbi alia plura iura adducit & ad idem allegat opti. tex. in ca. Deus Omnipotens, ibi nullum ante veram iustamque probationem iudicare, aut condem
3 nare debemus. 2. q. 1. & ex hoc infert † ꝙ statutum, ꝙ contumax in criminalibus habeatur pro confesso & conuicto, intelligi debet, si per veras & legitimas probationes de delicto constat, & vltra eum adduco text. in Clem. pastoralis. §. denique de re iudic. vbi Papa sententiam Henrici Imperatoris latam contra Regem Robertum contumacem irritam decernit, quia dicta erat ex causa, quæ veritatis sub-
4 stantiam non habebat. Quod confirmatur, quia † in ciuilibus similiter non potest condemnari reus ex contumacia, nisi probet actor de credito. l. properandum. §. sinautem ex gestis. C. de iudi. & facit. l. & si non defendatur. ff. de pac. & faciunt etiam, quæ de delicto non inquisibili scribit Barto. in l. seruus. C. de his, qui ad ecclesi. confu. Bald. in l. decuriones. C. ex qui. cau. infa. irro. cum alijs relatis per Ias. in rub.
5 C. vt ne priua. Demùm † ꝙ mulcta non imponatur nisi pro scelere admisso probatur in l. Illustres cum duab. ll. sequen. C. de mo. mulcta. Accedat etiam predictis, quod eleganter scribit Imo. in l. ex consensu. §. fi. col. ante. ff. de appel. dicens
6 ꝙ † licet verus contumax non appellet, tamen si iudex eum iniustè condemnauit, tenetur in syndicatu, quia licet esset contumax, debet iudex iustè iudicare, & sic etiam pro eo ferre sententiam, si ferri debebat. l. & post edictum. ff. de iudic. vbi hoc tenuit Bal. & hoc etiam alia ratione, quia contumacis absentia Dei præsentia suppletur. l. properandum. §. sinautem. C. de iudi. Quum igitur d. Petrinus cõdemnari non debeat ratione solius cõtumaciæ, nisi delictum subsit, videndum est an deliquerit, & mihi videtur defendi posse, quod non deliquerit. Nam fiscus fundat se in duabus epistolis, quarum vna ab eo fuit composita, altera, cuius dicitur fuisse particeps.

Obijcitur

Obijcitur igitur, quòd in literis scriptis ad Illustrissimū D. Alexandrum, videtur taxare Principes iniustitia ex eo, quòd transmiserint milites in Ciuitatem Albe, quum esset tantum contentio de scutis mille, quos recusabant Albenses soluere, & ꝙ pro leuatione tam leuis vulneris non oportebat vti tam properanter ferro,& igni. Respōdetur,quòd
7 † nullum est crimen, si quis assensu suo gesta Principis non amplectatur,sed ea improbet, quia Principes etiā in consilijs capiendis,& exequendis, & rebus gerendis errant sicut cæteri,vt patet in.l.1.C.de petit.bon.subl.lib.10.vbi Imperator dicit se ad importunitatem petentium nō concedenda concedere,& tamen ob hoc non excusatur, quia debuit importunitati petentium resistere,& idem probatur in.l.fi. C.si con.ius vel vtili.pub.& in.l.rescripta.C.de preci.Impera.offer. vbi rescripta contra ius præcipiuntur ab omnibus iudicibus refutari,ergo ibi apparet,quòd Imperator contra ius quandoq; rescribit; ea enim, quæ faciunt Principes non semper laudāda sunt,sed semper ferenda, vt probatur in ca. in memoria.26.distinc. vbi si Princeps imponit iugum vix ferendum, illud dicitur esse tolerādum, Pondero quod tex.
8 dicit tolerandum,non autem laudandum, & † licet Imperator præsumatur omnia iura in scrinio pectoris habere.l. omnium.C.de testa. tamen in facto sæpius errat, vt Ange. de Are.dicit in.§. suspectus autem. Institu. de suspec. tuto. per tex.in.l.3.§.fin.ff.de suppel.lega. per quem tex.dicit etiā Bald.in.l.1.circa princ.ff.de constitu. Princip. quòd nō licet cū Principe disputare de potētia, sed bene de scientia, quia Princeps quandoq; errat. Quinetiam Papa præterquàm in articulis fidei, vbi facit quicquid potuit, & quantum in eo fuit,vt perueniret ad veritatem; in reliquis errare potest secundùm Theologos,& probatur in c.si quando.de rescrip.
9 & in ca.ex parte il 1.de offi.delega.non igitur † incurrit crimen,qui dicit Principem errasse; sed qui obijcit dolo malo aliquid fecisse; sicut erat in casu decisionis Matthæ.de Afflict. vbi ille obiecerat Regi crimen ingratitudinis. Et ne egrediamur terminos quæstionis propositæ,licet illud consilium de mittendo milites in ciuitatem Albensem, visum fuerit Illustrissimis Principibus, & Dominis eius consiliarijs necessarium,& vtile ad contundendam Albensium arrogantiam & superbiā; sunt tamen quibus displicet, dicentes faciliori & leuiori modo Albenses coercendos;quod in idem recidit cū eo quod affert dominus Petrinus,non oportuisse ob sanationem tam parui vulneris ferrum & ignem arripe; varia enim iudicia sunt hominum & procliues natura sumus ad dissentiendū.l.Item si vnus.§.fin.ff. de recep. arb.Intelligēda ergo sunt verba d.D.Petrini de errore Principis, præsertim cum subdat rationem, quòd ad sanandum tam leue vulnus,non oportebat statim ad ferrum & ignem properare,& quòd ista dixerit non animo iniurandi sed dicendi id quod sentiebat, patet ex illis verbis, per quanto al poco intelletto mio, mi pare molto piu si conueneua &c.

Obicijtur etiam, quòd in eisdem literis scribitur, ꝙ anti qui Marchiones conati sunt tollere, seu imminuere priuilegia ciuitatis; sed respondetur,quòd d.verba sunt accipienda sano modo,scilicet, quòd conati sunt tollere, seu immi-
10 nuere † ex causa, nam Princeps potest tollere & imminuere priuilegia concessa etiam non subditis ex causa, iux. not. per Inno. in c.in nostra de iniur. Ant. de Butr. & alios in c. nouit de iudi.potest etiam intelligi,ꝙ conati fuerint imminuere cum eorum consensu,quum quilibet iuri suo renunciare possit: non enim dicitur quòd per vim,& impressio-
11 nem id voluerint facere. Vnde cum † conatus possit intelligi in bonum & in malum,debet intelligi de bono conatu, & non de malo, ad quod bene facit quod scribit Ange.in.l. postquàm in fin.ff.de peti. hære. vbi dicit, se semel euasisse accusatum de rapina,nam quum testes dicerent, quòd viderunt rem auferri de manibus accusantis, nō probabatur ex
12 d.verbis rapina; nam quum † verbū auferre habeat duplex significatum cum violentia & sine,vt habetur ibi,& in.l.cū
13 multi.ff.eo.& in l.qui vas.de fur. † dubia probatio trahibilis ad plures sensus debet contra producentē interpretari, quia probatio debet esset concludens, & maximè in maleficijs
14 cap.in præsentia de proba. iuncta.l.fin.C.eo. Sic † dicam in proposito, quòd, quum conatus esse possit cum violētia,& sine,non cōcludit probatio delictum, tanquam dubia fundata in verbo habente duplicem sensum, imò (vt dixi) debet interpretari in meliorem partem,quia vt inquit Bald.in l.precibus colum.6.C. de impub. & alijs substi. semper pro eo præsumitur, quod excusat à delicto l.merito.ff. pro soc. Ad hoc etiam bene facit. quod dicit Guli. de Cu. in l.1.C. de his quib.vt indi.quem sequūtur ibi Pau.de Cas. & Alex.
15 vbi voluit per gl.ibi,quòd † si aliquis sit minatus,de faciendo vindictā,debet intelligi de vindicta iuridica. pari ratione si obijciatur clerico eum esse venatorem,intelligitur de venatione causa recreationis & exercitij suscepta, sicut licitè facere potest,vt not.Card. in c.qui venatoribus. 86. dist. Alex. consi.72.Inspecto diligenter processu circa fin.lib.1. similiter si testes deponant electum esse irascibilem, intelligitur zelo iustitiæ Abb. in c.dudum il 2.post Inno.ibi col. penul.de elect. & quòd ita intellexerit Petrinus, ostendunt etiam subsequētia verba earundem literarum, dum ibi dicitur quòd ciuitas semper defendit priuilegia omni modo possibili, sed tanta fuit prudētia, & bonitas Illust. Principū, quòd nunquam voluerunt vim adhibere, vt ea frangerent, quinimò multoties confirmarunt, & iusserunt obseruari.

Objciuntur etiam minæ in eisdem literis scriptæ, quæ in veritate non sunt minæ,sed est admonitio quædam,qua ostēditur ius,quod finitimi Principes prętendunt super statu Montisferrati & in specie super ciuitate Albæ,& hortatur Illustr. Principes nostros, vt retineant populi Albensis beneuolentiam, hoc qui diceret esse delictum, ipse potius meo iudicio delinquit.

Venio nūc ad alteram epistolam scriptam per Vincentium fratrem, quæ dicitur communicata fuisse cum d. Petrino; & in hoc videtur nullū crimen elici posse ex his scriptis contra d.Vincentium,& multo minus contra d. Petrinum, nam finis d.epistolæ tendit ad consilium, vt patet ex conclusione, quæ ibi ponitur post procemium & longā orationem in illis verbis,sono di parere &c. Consulit autem Principi, vt diminuat de summa donatiui secundū voluntatem populi,& declaret, quòd in posterum onus aliquod nō imponet; Hoc consilium non sonat in delictū, si Vincentius Principem hortatur, vt magis quærat populorum be-
16 neuolentiam,quàm pecuniam;nam † illud videtur esse firmius munimentū ad regni tutamen exemplo Imperatoris, qui vult potius ampliari imperium hominum adiectione, quàm pecunierum copia posthabita fisci ratione.l.cum ratio.§.si plures.ff.de bon.damn.& dicit Bal. cons.310.Queritur vtrum Dominus col.3.lib.5. quòd nō debet Princeps cupiditatem auaritiæ thesauris explere, quia thesaurus suus non est fiscus suus,sed subditi sui se bene habentes.§. cogitatio in Auth.vt iudi. si. quo. suf.& subditi pingues nerui di
17 cuntur Principis.l.2.C.de om.ag. deser. lib.11.nullus † autē ex consilio,quod non sonat in delictum, sed datur in ciuilibus negotijs,obligatur,l.consilij.ff.de reg. iu.c.nullus.eo.tit. in 6.vbi glos.rationem adducit, quia consilium non necessitat c.quod precipitur 14.q.1.c.cū olim de arb. & explorare tunc quis apud semetipsum debet, vtrum consilium sibi exequi expediat.l.2.§.fin.ff.mand. exhortatur enim ille qui
18 dat consilium,& † exhortatio liberam voluntatem excitat, 4.distinct. in fi. ex quibus respondetur ad illud obiectum, quod voluit incutere timorē Principi ostendendo iura populi & eius volubilitatem: nam pro responsione dicitur, ꝙ d.Vincentius non dicit in literis, quòd Princeps timere vel non timere debeat sed benè proposuit causas timoris,vnde debet videre Princeps an sibi timēdum esset nec ne, & suis examinare ponderibus,quid sibi expediret,& proprijs con duceret rationibus, ex quo consilium necessitatem nō imponit,& nullum delictum est, si proponantur timendi causæ: Nam qui timet rarò decipitur.Non obstat ꝙ in eisdem literis narrantur mendacia, quia hoc negatur: Nam quod Albenses prætendant extincta linea masculina Paleolorum

gorum se esse liberos ex eorum priuilegijs, & posse alium eligere rectorem, istud non est murmur de hoc in populo, vt scripsit Vincentius, sed aperta loquutio, quod maxime ostenderunt eo tempore, quo defuncto Ill. Ioan. Georgio vltimo Marchione ex linea Paleologorũ dediderũt se Marchioni Salutiarum, & id iure factum coram Cæsare defendebãt, prout etiam deponit Vincentius in suo examine dicens se ex illis gestis motum ad hoc scribẽdum. De impotentia etiam non soluendi integram summam donatiui nõ mentitur, nam hoc ipsum Albenses prędicant, & onus illud deprecantur, vt patet ex legatione Mantuam missa, de qua constat in actis. Apparet etiam eos dicere, se ex eorum priuilegijs grauari nõ posse ex pactionibus initis cum Ill. olim Principibus tempore submissionis ciuitatis, & hæc sæpius ab ipsis legatis audiuit Senatus, quapropter nulla in re comperio Vincẽtium mentitum fuisse, sed ea tãtum memorasse, quæ notissima ipsis iam erant Principibus. Vlteriùs si de

19 † malo consilio quis in ciuilibus actionibus non tenetur, nõ est dicendum eum teneri, si falsas exprimit causas. Nam si veræ essent causæ, non malum esset consilium, sed bonum. Accedat quod d. Vincẽtius dixit, se bono animo & zelo illas literas scripsisse, & in his, quę consistant in animo, statur dicto declarantis, iux. gl. vulga. in. §. sed istæ instit. de actio. quod maxime procedit in consilio, quia, qui dedit consiliũ, quod potest se habere ad bonum & ad malum, potest illud interpretari: Imo sine interpretatione hominis lex interpretatur in melioré partem. l. meritò. ff. pro soc. Ita inquit Bald. in. l. 1. col. 4. versi. & nota. C. de seru. fugi. sequitur Alex. consil. 128. Quoniam abundè li. 4. Præterea facit efficax ratio, quia consiliũ non habuit effectum, nam nec de summa donatiui quicquam fuit diminutum, nec declaratio, quæ petebatur fuit impetrata, & † consiliũ non punitur, vbi id, quod

20 consulitur, non fuit sequutum loquendo in ciuilibus negocijs; non enim tunc potest cõpetere ciuilis de dolo propter deficiens interesse. l. ab arbitrio in princ. ff. de do. ergo nec criminalis accusatio; & fuit ratio adducta per Petr. de Ancha. consi. 24. Visa inquisitione colum. 1. Quod confirmatur, quia consiliũ in delictis, quod caruit effectu, per se consideratum ideò punitur, quia in ipso cõsilio inest delictũ, & persuasio specialis, est titulus criminis l. 1. §. persuadere. ff. de ser. corrup. tradit Bart. in. l. non solum. §. si mandato in fin. ff. de iniur. Bald. in l. data opera char. pen. C. qui. accu. non pos. Ang. de Are. in tracta. malefi. in verbo Sempronium man datorem in fin. quæ ratio cessat, vbi consilium non sonat in delictum; sed datur in ciuilibus negocijs, quia ex quo non habet causam annexam delicti, per se principaliter considerat ũ non potest puniri, & dato quòd diceremus dolosè da-

21 tum, ex quo non habuit effectum, nemini nocet; & † dolus nemini nocens nõ punitur secundùm leges, vt scribit Ioan. Andr. in reg. nõ est sine culpa in Mercuria. per no. in. l. quod si venditor. ff. de do. & in. l. fundum. §. si. ff. de euic. & in. l. de ętate. post prin. ff. de inter. actio. refert & sequitur Maria. in ca. 1. de crim. fals. So. consi. 103. In facto præsupponitur circa fin. lib. 1. Amplius voluit And. de Iser. in ca. 1. §. si voluerit. de capi. qui cur. vend. quẽ ibi sequitur Matthæ. de Affli.

22 quòd † si etiam consilium versaretur in delicto, & effectus non sit sequutus, quia ille, cui consulebatur nõ credidit, nec fecit, quod consulebatur, tunc cõsulens iure fori non punitur, quia nullius interest, vt detur actio ciuilis vel criminalis pro consilio dolosè dato, necesse est, quod alterius pecunialiter intersit; respondet ad tex. in l. 1. §. persuadere. ff. de ser. corru. quòd ibi persuasio erat de se crimen, quia fecerat seruum deteriorem, & intererat Domini seruum nõ fuisse corruptũ. Casus autem noster est extra omnem aleam dubitationis, quia non sumus in delictis, sed in ciuilibus. Po-

23 stremò si viderem † in his duabus epistolis Principem vocari aperte raptorem, extortorem, inuasorem aliorum bonorum, & (vt semel dicam) tyrãnum, commouerer magis, & ne tum quidẽ censerem talem posse per hanc maledicẽtiam puniri, per tex. clarũ in l. vni. C. si quis Imper. maledi. cuius legis rationem, & cur ita fuerit cõdita, paulò altius repetam sed breuibus tamen. Quum amissa populi Romani libertate esset ferè omnium potestas ad Imperatores translata, & vt inquit Iurisc. in l. 2. ff. de orig. iu. necesse esset per vnum Reipub. consuli, hi Imperatores, qui in bonorum numero computantur, non admodum has maledicorum voces curabant, sicut de Augusto, & Vespasiano, & alijs legimus, quos cõstat ex historia aduersariorum maledicta patienter tulisse. Mali autem Imperatores diuerso itinere ingrediebantur: nam vbi reditus Imperij consumpserant, & in libidinem suã effuderant, conuertebant se deinceps egestate coacti ad rapinas, & locupletũ fortunis insidiabantur. Inde magno erant delatores in pretio, quorum ingens erat copia. Inter cetera verò delationum genera illud frequenti erat in vsu duobus aut tribus testibus comparatis accusare summos viros & diuites, quòd Imperatori maledixissent, & maiestatem imperij læsissent, hinc alij deportabantur in insulas, alij relegabãtur, alij necabãtur, omnes fortunis omnibus spoliabantur: vigebant tunc (vt veteres historiæ loquuntur) Maiestatis iudicia, nam, etiam quod turpissimum dictũ est, lachrymæ mulierum in crimen trahebantur. Si qua enim mulier virum supplicio affectum luxisset, Maiestatis rea habebatur, & dotibus omniq; alio patrimonio nudabatur, atq; ita, quę paulò ante alium luxerat, se deinceps ipsam magis lugere cogebatur, & hæc aliquando fiebant. Successerũt deinde in imperio Theodosius & Archadius, & Honorius, qui primi inter Imperatores Romanos Christi fidẽ amplexi sunt, hi meliori consideratione videntes plurimos ex hoc crimine maledicentiæ innocẽtes puniri, totum hoc genus accusationis sustulerunt, adijcientes illam pręclaram vocem: Si ex leuitate, contemnendũ est: si ex insania, miseratione dignissimum: si ab iniuria, remittendum. iusserũt tamen ad se referri, vt ex personis dicta pensarent, & ita se rem habere indicat tex. in. l. 1. C. ad. l. Iul. maie. vbi Imperator Alex. ita formaliter rescripsit. Etiam ex alijs causis maiestatis crimina cessant meo seculo, nedũ etiam admittam te paratum accusare, iudice, propterea crimine maiestatis, quod contra constitutionẽ meam, eum dicis pronunciasse. Pondero illud verbum meo seculo, quo indicatur aliud alijs seculis seruatum fuisse. In summa non comperio in his duabus epistolis aliquod, quod nõ possit sumi in meliorem partem, & id velle sumere in deteriorem nõ conuenit, nec hęc hominis, nec ad hominem est vox, & est contra illud quod scribit Iuriscon. in. l. factum meũ. §. in pœnalibus. ff. de reg. iu. vbi formaliter dicitur, in pœnalibus causis benignius est interpretãdum & istud est etiam, quod voluit dicere Bald. in l. moueor per illum tex. C. si ser. expor. vene. quòd nemo in dubio præsumitur delinquere, quia intellectus hominis

24 debet esse benignus, ex quo etiam fit, quòd † in discrepantia testium præferantur hi, qui deponunt pro non delicto, quia natura magis facit pro ipsis, & quilibet pręsumitur facere bonum, & nõ malum, vt Bal. inquit in. C. in nostra de

25 testib. Abb. in c. cum P. circa fin. de accu. Pœna † nanq; asperitatem, afflictionem, dolorem, & ignominiã continet, vnde vt ad tam mordacem ictum veniatur, debet certus esse iudex, saltem per violentas præsumptiones, de delicto, iux. not. per scrib. in c. afferte, & in c. quia verisimile de præsum. aliàs sequi debet absolutio, quia melius est, & c. iux. l. absentem. ff. de pœn. Ad quid enim oporteret in criminibus probationes luce esse merediana clariores. l. sciant cuncti. C. de proba. si delictum admitteretur ambiguum. Vlterius quũ hic agatur de nudis verbis, & quæratur quo animo fuerint prolata conditio, & qualitas personarũ, & mores spectandi sunt, vt Bal. inquit in l. 1. colum. 4. C. de ser. fugi. & habetur etiam per Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori q. 5. ff. de ope. nou. nunc. per tex. in d. l. vni. C. si quis Imper. maledix. ibi ex personis dicta pensamus, sed non constat, nec vnquã fuit auditum, quod d. fratres aliquid admisserint contra dignitatem, statum & decus imperij, imò pręsumptio est pro eis, quum quilibet præsumatur dignus & idoneus. l. omnimodo. C. de inoff. testam. l. cum quidam in princ. ff. de leg. 2. Ang. in. l. Imperator. ff. de pa.

SVMMA-

SUMMARIUM.

1 *Princeps vel eius delegatus potest imponere testi, ut veniat ad deponendum sub pœna bonorum publicationis, fallit vt in nume.7.*
2 *Citatio continens pœnam publicationis, feudalium & allodialium, quando non teneat respectu feudalium, & quando sic.*
3 *Vasallus non priuatur feudo propter eius contumaciã in nõ respondendo nisi trina citatione intercedente.*
4 *Vasallus etiam de crimine capitali condemnatus feudũ non amittit, nisi tale sit crimen, per quod remoueatur à seruitio domini, & tunc si est antiquum ad agnatos transfertur.*
5 *Contumax nunquid ex impositione pœnæ inconsuetæ excusetur.*
6 *Publicationis bonorum pœna nunquid ab aula discesserit, et quando admittatur.*
8 *Delegatus sicut non potest aliquem beneficio mulctare, ita nec omnibus bonis.*

De eadem materia. 593.



Dubio de quo dubitatur, breuiter respondeo, quòd licet Princeps, vel eius delegatus possit precipere subdito, sub pęna publicationis bonorũ, vt aliquid faciat, vt per Azo. in summa.C. vt ne lic.si iu.iudi.& Bal.in c.2. de testib.co-
1 gen. vbi † dicit quod potest imponere testi, vt veniat ad deponendũ sub pęna publicationis bonorũ, sequit Ias.in l.1.in prin.col.pe.ff.si quis iusdi. non obtem.
2 Attamen d. præceptum † factum d. Petrino sub pœna publicationis bonorũ feudalium & allodialium non tenet respectũ feudalium, vt voluit Ioan. Blanc.in summa feudorũ in ti.qui.mo.feu.amit.circa fin. versic. quæro de quæstione quotidiana dicens, quòd si tale præceptum sub pœna amissionis feudi fiat cum causa seu ob causam ad naturam feudi pertinentem, puta, quia Dominus pręcepit subdito suo sub pœna prædicta, quòd vasallus veniat ad faciendũ recognitionem, vel ad exhibendum seruitium, vel ad præstandum iuramentum fidelitatis, vel homagium, tunc nisi præcepto pareatur, incurritur pœna, secus si præceptum nõ pertineat ad naturã feudi, & hãc decisionem refert & sequitur Iaco. de S.Geor. in sua inuestit. feuda. in verbo. dictique Vasalli promiserunt recognoscere col.4.versicu. Insuper quæro de alia &c. Sed in casu nostro præceptum nõ pertinet ad feudi naturam, ergo d. pœna amissionis feudi non potest imponi. Confirmantur præmissa, qui si Dominus conquera-
3 tur de culpa vasalli. † Vasallus non priuatur feudo propter eius contumaciam in non respondendo, nisi trina intercesserit citatio, cap.1.de milit. Vasal. qui contu. est, vbi Iacob. Alua. dicit ꝙ vna citatio pro omnibus sufficit propter formam traditam, & vult etiã ibi quod causa exprimi debeat in citatorio, vt vasallus sciat an debeat cedere vel cõtende-
4 re. Videmus etiam in fortioribus terminis, quòd † si vasallus condemnatus sit de crimine capitali, non amittit feudũ, nisi tale sit crimen, propter quod remoueatur à seruitio Domini, & tunc feudum antiquũ vadit ad agnatos, vt not.scriben. in cap.1.an ille qui interfe.frat.Domi.sui, & latè Alex. in l.si finita.§.si de vectigalibus col.10.vers. & iuxta predicta.ff.de dam.infec. Alia ratione videretur dicẽdum, quòd dato, ꝙ esset in vsu apponi pœna generaliter publicationis
5 bonorũ, non † tamen est in vsu, quòd imponatur pœna publicationis bonorũ, tam feudalium, quàm allodialium, vnde quando imponitur pœna inconsueta, excusatur aliquis à contumacia per id, quod scribit Ang. in l.fin.C. de can.largitio.lib.10.dicens, quòd quando in pręcepto esset apposita pœna inconsueta, excusatur non cõparens, & propterea nõ potest mulctari, puta cũ in causis ciuilibus in præcepto solitum sit dici, quod compareat sub pęna decem florenorũ, & in præcepto diceretur sub pœna æris & personę sequit Ias. in d.l.1.§.is videtur col.1.ff. si quis iusdicen. non obtempe. Feli.in c.ex parte col.8.versic. stylus curiæ de rescrip. & ibi Dec.3.nota. Fran.de Cur.consi.17.Viso puncto & subtilibus dubitationibus 2.dub.col.4. vbi multa afferũt ad comprobationem, quæ videri possunt. Amplius dixit Andr. de Iser. in c.1.in verbo cõtrahentiũ incestas nuptias in 2.add.
6 quæ sint rega. quòd † pœna publicationis bonorũ discessit ab aula, & quòd iure expressum nõ reperitur, quòd propter cõtumaciam talis pęna imponatur vt patet.C. de mo.mulcta. per totum, & pœnis legalibus contenti esse debemus.l. si stipulatio.ff.de verb. oblig. subdit tamen quòd ex magna causa, & enormi, & inconsueta non debet huiusmodi pœna prohiberi, quia insolita exigunt insolitã pęnam, & enormia enormem sicut magnum meritum magnã indulgentiam l.fin.ff.de sena. & ibi inuehitur And. de Iser.contra illos qui suadent Principibus, vt per hunc modum inuadant bona subditorum, quia non est fas prauis exhortationibus eorum cupiditatem laudando augere, & è malis facere deteriores.l.1.§.persuadere.ff.de seru.corrup.& sequitur prędicta Matthæ. de Afflict. in cap.1. quæ sint rega. in verbo
7 condemnatorum colu.3. vers. Item quærit &c. Non † obstat quod Bal.dicit in cap.2.de testib. cogen. in primis verbis, quod Iudex potest imponere testi contumaci pœnam confiscationis, quia tex. ille, per quem mouetur Bald. non probat, quia ille tex.non loquitur in confiscatione propriorum bonorum, sed in priuatione beneficij vel officij, quod facilius fieri potest, & ita contra Bald. tenet Clau. Aquen. Cur.Iuni.& nouissime Hiero. Cagno. in d.l.1.in princ.ff.si quis iusdic. non obtem. Nos autem non sumus in delicto enormi, atroci, & inconsueto, imò potius in nullo delicto, vt dictũ est in alijs allegationibus, non ergo pro contumacia nuda imponi potuit pœna publicationis bonorũ, quod tanto magis procedit, quia sumus in iudice non ordinario,
8 † sed delegato, & delegatus sicut non potest mulctare aliquem beneficio, ita non potest omnibus bonis secundùm Bald.in cap.1.colum.pen.de offic. deleg. quem sequitur ibi Dec. circa fi.vbi etiam subdit quòd in generali arbitrio, nõ venit potestas confiscandi bona, vt not.Bald. in c.1.in prin. colum.5.versic. sed hic quæro de pac. tenen. & idem Bald. post antiquos in l.1.per illũ tex.C.ne si ius Prin. quos Alex. sequitur consi. 116. Animaduersis statutis colum.4.lib.2.

SUMMARIUM.

1 *Contumax non constante de delicto condemnari non potest, etiam quod statutum habeat cõtumacem pro confesso; & quare vide in num.8.*
2 *Contumacia sola quando sufficiat ad aliquem mulctandum, dic vt in nume.7.*
3 *Iudex cui nihil est probatum, nihil mandare potest.*
4 *Contumacia, quum non inueniatur posita inter delicta publica vel priuata, sed inter ciuiles tractatus, crimen dici non potest.*
5 *Mulcta, nisi pro delicto, non imponitur.*
6 *Iudex potest testem coram se falsò deponentem sine accusatore mulctare.*
9 *Mulcta in causa criminali indici non potest, stante statuto terrarum, quod possit procedi contra absentem contumacem ad diffinitiuam.*
10 *Reus post litem contestatam se absentans, quando à Iudice possit pecunialiter mulctari, & etiam relegari.*
11 *Iudex quare non possit reum contumacem pro crimine capitali, mulctari omnibus bonis.*
12 *Delegatus non potest citare personaliter, nisi habeat speciale mandatum vel causam, quæ causa exprimi debet, alias citatio non tenet.*
13 *Citatio nisi sit per causam iustificata nõ arctat citatum vltra vel præter ius commune.*

14 Iudex

14 *Iudex non potest citare personaliter, nisi indicia prius legitimo ordine probata & ad torturam sufficientia accesserint.*
15 *Citatio facta generaliter super crimine, non addita criminis specie, nunquid valeat, uel nunquid sufficiat reum citari ad respondendum cuidam inquisitioni contra eum formatæ.*
16 *Citatio facta pro interesse fisci non tenet, tanquam facta in genere generalissimo, nisi iustificaretur per subsequentem accusationem, vel inquisitionem.*
17 *Interesse appellatione sicut non venit res ipsa, ita & multo minus crimen.*
18 *Citatio causæ ciuilis continens pœnam confiscationis bonorum vel mortis, potest contemni, etiam quòd Principi sit concessa.*
19 *Citatio continens formam inconsuetã de iure sperni potest.*
20 *Delegatus non potest bona confiscare sine iussu Principis.*
21 *Publicatio bonorum, cum sit de maximo mero Imperio, & de Principi reseruatis non venit in concessione generali, nisi expressa, & nume. 24.*
22 *Principi reseruata in signum supremæ potestatis nunquàm intelliguntur concessa, nisi exprimantur.*
23 *Publicatio bonorum extraordinaria, quæ non fit à lege, sed ex Iudicis pendet potestate, conceditur tantum Illustribus in summa potestate positis.*
25 *Delegatoria rescripta sunt stricti iuris, & ad alia quàm expressa non extenduntur.*

Super eodem casu. Cons. 594.



VOD exequi non debeat contra d. Petrinum Bellum sententia mulctæ faciunt infrascripta. Primò quia nõ con
1 stat de delicto ex dictis literis, vt aliàs plenius deduxi, † & vbi non cõstat de delicto non potest contumax puniri, etiam quod statutũ habeat contumacem pro confesso & conuicto, secundùm Spec. & alios antea adductos. Ad hoc fundamẽtum respondetur ex aduerso, ꝙ illud procedit vbi Iudex vult pronunciare super crimine, & deuenire ad diffinitiuam sentẽtiam, quia tunc debet ei de delicto cõstare, vt habetur in l. consentaneum & in Auth. qui semel ibi perquisita veritate. C. quo. & quan.
2 iud. secus † vbi intendit tantum mulctare ob cõtumaciam non venientis, quia tũc potest hoc facere ratione solius contumacię iux. no. in l. 1. §. is videtur. ff. si quis iusdicen. nõ obtem. per Bar. & omnes, vbi dicitur, quod Iudex potest mulctare in principio, medio, & fine causæ, & prout patet per totum illum titulum si quis iusdi. nõ obtem. qui ad hoc introductus fuit. Sed hæc responsio mihi non videtur subsistere, quia sicut Iudex non potest deuenire ad sententiã diffinitiuam, quando non constat de delicto; ita videtur, quòd non possit deuenire ad sentẽtiam mulctæ interloquutoriã: nam sequeretur absurdũ quòd Iudex sine causa posset homines vexare, nec vexare tantum, sed etiam plectere; &
3 † tamen Iudex cui nihil est probatum, nihil mãdare potest l. hęc autem. §. 1. ff. quib. ex cau. in posse. ea. & est celebre dictum Innoc. in c. solet de sent. excom. quod refert & sequitur Bald. in cap. 1. §. sancimus il 2. circa prin. quo temp. mil. & in addi. Spec. in titu. de iudi. in fi. Pro hoc bene facit quia
4 † contumacia per se nõ est crimen, sed causa propter quam quis incidit in contumaciam, vt Sali. inquit in rub. C. de cri. stellio. & ibi ante eum Cin. dicit, ad hoc ostendẽdum, quòd cõtumacia nõ inuenitur posita inter priuata & publica delicta, sed inter ciuiles tractatus, vt patet. ff. si quis iusdi. non obtemp. sequitur Alexan. in l. si mora colum. 6. super gl. 2. ff. sol. matr. Felin. in ca. super eo in fi. de testib. non ergo iudex potest mulctare vbi sibi non constat de delicto, quum non
5 subsit causa contumaciæ. Et vlterius, ꝙ † mulcta non imponatur nisi pro delicto, probatur in l. Ill. ibi quum peccatũ grauissimum erit. C. de mo. mul. & in l. mulctarũ ibi ad pœnam admissi facinoris. C. eo. tit. probatur etiam in l. eos eo. ti. ibi, quos culpa reddit obnoxios, & circa fin. eiusdem legis, in illis verbis, nec putẽt factu faciles esse, ita vt aut præcipiti festinatione condemnent, quę culpa nõ ingrauat &c. & hoc etiam sentit Alex. cons. 35. Viso themate & dubijs. colum. fi. lib. 2. dum allegat glo. in l. nullum. C. de testib. vbi
6 dicitur, † quòd Iudex potest testem corã se falsò deponentem sine accusatore mulctare, & elegans exemplum ponit Bald. in cap. 1. colum. pen. vers. nota. quod iurisdictio. de off. deleg. dum inquit, quòd si quispiam veniẽtem ad iudicium inimicum suum sola occasione inimicitiæ, & non in contemptum iusdicentis carcerauit vel occidit, poterit illũ Iudex punire nõ l. Cornelia de sica. sed quasi ex edicto. si quis iusdi. non obtem. vel ex, quòd cõtempta maiestas superioris debet vindicari. l. nullum. C. de testib. l. si familię. ff. de iurisdic. om. iu. l. obseruandũ. ff. de off. præsi. Ex prædictis pa-
7 tet † obiecta nõ obstare, quia ea quę habentur in tit. Si quis iusdi. non obtem. loquuntur in ciuilibus secundum Cin. & alios sequaces vt dictum est, quod etiam patet in. §. fi. eiusdem legis, in illis verbis, quanti ea res est, quę sunt verba illius edicti, & quę verba nõ possunt cadere in criminalibus, vbi principaliter non agitur ad interesse, sed ad vindictam
8 publicam. Ideò † autẽ in criminalibus non potest mulctari contumax, quia non præsumitur venire, non quia contemnit Iudicem, sed quia se ipsum non contemnit. i. quia non vult obijcere se carceri & pœnis, conscientia forsitan sceleris ductus, vel etiam sine scelere recusat in discrimen venire. Pręterea in ciuilibus Iudex mulctat cum causa instante parte, vt sibi ius dicatur, sed in criminalibus, quando non constat de delicto Iudex sine causa ad mulctã contra contumacem non procedit.

Secundò quum mulcta sit remedium extraordinariam, non potuit per D. delegatum ad illud deueniri, sed debuit procedere via ordinaria, quæ patebat contra contumaces, vel per annotationem bonorum sequendo ius commune, vel secundùm decreta habendo eum pro confesso, & con-
9 uicto, & † ita quòd mulcta nõ possit indici in causa criminali, vbi prouidetur per statuta terrarum, quòd possit procedi ad diffinitiuam cõtra absentẽ contumacem, vult Bart. in l. pen. versi. circa istam lecturam. ff. de quæstio. quem sequitur Egid. Bos. Doc. Moder. in suo tractatu criminal. sub. rub. quomodo proceda. per præcep. & hoc etiã videtur esse de mente Gandi. in tract. suo malefi. sub rubri. quid si agen. reo absente, vbi quærit quid si accusatus sit cõtumax, & nõ habeat bona, quę possint annotari, qualiter procedat cõtra eũ. Respondet, quod forte Indicet mulcta per illud edictũ, si quis iusdi. nõ obtem. & hoc proderit, quia licet pauper, tamen si postea capietur pœnas in corpore luet. l. 2. ff. de pœn. & subdit, quòd hodie de generali consuetudine potest procedi contra contumacem ad sententiã, & istud posuit Spec. in titu. de accusa. §. sequitur versi. quid si accusatus cũ versi. sequen. Pondero, quòd pręfati Docto. volunt per verbum fortè, quod mulcta poterit indici, vbi deficit remediũ ordinarium, quod si verũ esset, quòd iudex pro arbitrio posset mulctam indicere ob cõtumaciam, fatua esset dubitatio an illo casu posset; dicit etiam Spec. in d. §. sequitur vers. cæte-
10 rum si reus, quòd si † reus post litem contestatam se absentet, quia tunc non potest habere locum annotatio bonorũ, nec potest secundùm leges causa nondum liquidata perueniri ad diffinitiuam sententiam, tunc pecunialiter à iudice mulctabitur, vel si in cõtumacia persistat sæpè a iudice monitus, relegabitur, & hanc decisionem refert etiam Sali. in l. absentem quæsti. 7. C. de accusa. & sic pariter vult ibi Spec. quòd nõ possit deueniri ad mulctam vel relegationem, nisi vbi aliter non potest iudici esse consultum ad criminis pœ-
11 nam. Accedat efficax ratio, quia si diceretur, quòd † iudex posset reum contumacẽ pro crimine capitali mulctari omnibus bonis, sequeretur, quòd derogaret Auth. bona damnatorum. C. de bon. proscript. per quam damnatorũ bona

reseruantu

reseruantur descendentibus, vel ascendētibus & collateralibus, vsq; ad tertium gradum, quod nō est dicendum, quia quòd vna via prohibetur, non debet alia concedi. cap. cum quid vna. de regu. iur. in. 6. Præterea si reus non amittit bona nisi post annum post quàm fuerint annotata, non video cur ratione mulctę ea statim posit amittere, quia hoc modo fieret per indirectum, quod directò fieri prohibetur; & istud, quod iura voluerunt in pœnam cōtumaciæ bona tantùm annotari, ostendit, quòd ratione solius cōtumaciç nemo posit mulctari.

12 Tertiò adducitur, Nam † delegatus nō potest citare personaliter, nisi habeat speciale mandatum; vel nisi ex causa. cap. 1. de iudic. in. 6. l. fin. C. de procura. gloss. in. l. si actor. ff. eod. & in cap. querelam eo. tit. & in ca. fin. de maio. & obed. & quando id fit ex causa, debet causa exprimi in citatione, aliàs citatio non valet, vt tenet Ioan. Mona. & Ioan. Andr. & ibi etiam Domi. in d. cap. 1. de iudic. in. 6. Bald. in. l. 1. §. 13 vsus. in fin. ff. de procura. adducens rationem, † quia citatio non arctat vltra vel pręter ius commune, nisi iustificata per causam, secundùm not. per Inno. in cap. præterea. de dilat. & sequuntur prædicta Alex. & moder. in d. l. fin. C. de procura. Maria. in tractat. citationum articu. 20. quæstio. 15. 8. fallen. & causa dicitur esse iusta, quādo alterutra partium est legalior, vel scit melius veritatē, vel citatur pro crimine graui pro quo venit imponenda pęna supra relegationem, quia tunc natura causæ desiderat personalem cōparitionem, & non procuratoriam, l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iudi. & ita not. gl. & Doct. in locis præallegatis, sed in casu nostro nulla fuit expressa causa, cur debeat reus comparere personaliter, nam illud quòd compareat pro interesse Principis potest expleri per procuratorem specialem re intellecta.

14 Quartò accedat, quia † iudex nō potest citare personaliter, nisi indicia prius legitimo ordine prolata accesserint, vt voluit Petrus de Ancha. in cap. 1. de iudic. in. 6. Bal. & Ang. in. l. fin. C. de procurat. quinimo requiruntur indicia ad torturam sufficientia, vt Bald. scribit in. l. seruum quoq;. §. publicè prope fin. ff. de procura. Sequitur Alex. in d. l. fin. quia aliter absens non potest damnari. l. absentē. ff. de pœ. l. sciant C. de proba. sequitur Augu. in additio. Ange. in tracta. malefic. super verbo, qui iudex videns inquisitos non comparuisse vers. quæro quid si citatus. in fin. & Maria. in d. tract. citatio. articu. 20. quęstio. 15. in fin. Sed hic nulla adsunt indicia, quum dic. literæ super quibus fundari dicitur mulcta, nullum contineant crimen.

Quintò facit, quod scribit Bar. in extrauag. ad reprimen. 15 in verbo super d. crimine in princip. vbi † vult, quòd citatio facta generaliter super crimine non valeat, sed debeat addi super crimine læsæ Maiestatis, vel homicidij, vel similium, licet non sit necesse, quòd apponatur persona, locus, & tempus, sequitur Petr. de Anch. in Clem. 1. colum. 3. versic. Sed hic post eum quæritur. de for. competen. Amplius dixerūt quidam, quòd in criminalibus citatio requirit locū & tempus, vt videtur velle gl. in cap. præterea. de dila. dicens, quod in criminali debet apponi in literis citatorijs, quicquid reo obijcitur, vt paratus veniat ca. si primates. 2. quæst. 5. & hoc etiam sentit gl. magna in cap. si episcopus. 3. quæst. 2. & Bal. in l. nullus. C. de exhib. reis. dum se remittit ad not. in d. c. 2. de dilat. Idem tenet Card. in Clem. 2. vt lit. pend. Gandi. in tract. malefic. sub rub. de cita. dum ponit formam citationis, vt reus veniat responsurus tali inquisitioni. Quidam tamen alij, dixerunt, ꝙ sufficiat, si in citatorio exprimatur, vt veniat ad respondendum cuidā inquisitioni cōtra eum formatæ, quā opinio. tenet Bart. in. l. inter accusatorū, vers. pro declaratione quæro, ff. de publi. iudi. & Imo. ibi & Salic. in. l. absentem. q. 3. C. de accusa. hūc articulum latè tangit Abb. Aret. & Ioan. de Ana. in cap. licet in beato Petro versic. de notab. de accusa. Feli. in cap. 1. colum. 3. de libel. obla. Ang. de Arc. in tracta. malefic. in verbo iudex cōmisit. Sed quęcunq; istarum opinionum sit vera, ea non officit casui nostro, quia citatio fuit facta pro interesse Principis, vnde in 16 terminis dicit Egi. in loco præallegato, quòd † citatio facta pro interesse fisci nō tenet tanquàm facta in genere generalissimo: nisi secundum eum talis citatio iustificaretur per subsequentem accusationem, vel inquisitionem, quia tunc specificato crimine, si reus esset contumax, posset ad vlteriora procedi his remedijs, quę cōpetunt contra contumacem, & licet ipse non allegat, tamen quod interesse sit in genere generalissimo tradit Bart. in. l. vnica. 1. q. C. de sentent. quæ pro eo, quod inter. profe. dicens quòd continet sub se plures species, & diffinit illud, quòd sit iusta alicuius vtilitas, ꝙ si in casu nostro capiamus etiam interesse propriè, pro vt est damnum emergens, & lucrum cessans, ex eo, quòd aliquid fieri çessatur prout ponit Barto. in d. 1. q. adhuc citatio 17 esset nulla, quia nō est facta pro crimine, nam † sicut appellatione interesse non venit res ipsa, vt Alex. tradit cons. 68. Requisitus, vt breuiter dicam. col. 1. lib. 2. Ita etiam & multò minus venit crimen, & est sanè absurdum, quòd aliquis citetur pro interesse ciuili, & mulctetur pro crimine obie-18 cto; & hoc etiam ex alio capite ostenditur † citationē nullam, quia si in citatione causę ciuilis apponitur pœna confiscationis bonorum, vel mortis, poterit contemni, etiam si motu proprio Principis fuerit concessa; quia nō est consuetum apponi, vt scribit Clau. Aquen. in d. l. 1. §. is videtur. ff. si quis iusdic. non obtemp. iux. not. per Bal. in. l. fideicommissa. §. si quis seruo. ff. de leg. 3. Non obstat, quòd regulator criminaliū vtatur clausula pro interesse fisci, quia reis nō comparentibus, regulator format seruatis seruandis inquisitionem, & procedit contra contumacē virtute decreti, & posito, quòd vnus regulator criminalium aliquid faceret ineptè, & cōtra ius, id non esset trahendum in consequentiā. l. ius singulare & l. quod verò. ff. de. ll.

19 Sextò, quia † citatio facta fuit sub pœna confiscationis bonorum feudaliū, & allodialiū quod fieri non solet: nam posito quod aliquādo fiat sub publicatione bonorum, non dici consuetum est sub pena amissionis feudalium, & allodialium; & citatio, quæ continet formam inconsuetam, iure spernitur, vt aliàs deductum fuit.

Septimò, quia lata fuit sententia publicationis bonorum feudalium & allodialium, & respectu feudalium non valet, vt aliàs dictum fuit, præsertim non seruata forma cap. 1. de milit. vasal. qui contu. est, nec fortasse etiam valet respectu allodialium, per tex. in. l. certa ratione. C. quan. prouo. nō est neces. vbi mulcta, quæ est lata supra modum traditum à lege, in totum vitiatur, quod tamen non firmo, quia hoc pendet ab illo articulo, an sententia nulla in parte, vitietur in totum, de quo per glo. & Doct. in. l. 2. C. de re iudi. & latè in. l. fin. ff. de iurisdi. om. iu.

20 Octauò non † potest delegatus cōfiscare bona sine iussu Principis, vt Bald. inquit in cap. 1. colum. fin. versic. & nota quòd iudex. de offic. delega. per tex. in. l. vni. C. ne sine iussu Princip. & vt Bald. dicit in. l. fin. ff. de offic. præfe. vig. Prin-21 ceps consueuit concedere publicationem bonorum verbis specialibus per d. l. vnica. C. ne si. ius. Prin. ideò nō venit, nisi dicatur expresè; quod cōfirmatur ratione, quia publicatio bonorum est de maximo mero imperio, & de Principi reseruatis, vt Bal. dicit in cap. 1. de pac. tenen. Roma. cons. 59. Ad discutiendum veritatem secundo dub. Iason in. l. Impe-22 rium. colum. 12. ff. de iurisdict. om. iudi. Sed † ea, quæ reseruata sunt Principici in signū supræmæ potestatis, nunquam intelliguntur concessa, nisi specialiter exprimantur in capi. quo ad translationem, & ibi Scriben. de offic. lega. cap. sicut vnire. de excess. præla. & quāuis Roma. in præallegato cōs. consultat contrarium, tamen quædam ibi militabant, quæ non militāt in pręsenti casu, sequitur etiam Cepol. cons. 17. Visa commissione secundo dub. Ang. de Aret. in trac. maleficio. in verbo, & bona publicamus colum. 6. versi. quęro quis iudicum Ias. consi. 46. Pro fisco Regio. primo dub. li. 3. vbi consuluit, proclama Magnifici Capitanei iustitiæ Mediolani, quòd omnes deberent præsentare tormenta bellica, sub pœna publicationis bonorum, non valere per prædicta, quamuis mādatum haberet regium de fieri faciendo dic. præsentationem, cum prædictis etiam sentit Andr. de Isern.

Isern. in c.1.§.hæreditatem. de pac. tenen. Oldr. conf.17. Thema tale est, quidam clericis. colum.3. versi. Item atten
23 datur, vbi vult, quòd † confiscatio extraordinaria, quæ non fit à lege, sed ex iudicis pendet potestate, ista tantùm concedatur Illustribus in summa positis potestate, per d.l.vni.
24 C.ne si. ius. Prin. & † quòd in generali arbitrio non veniat potestas confiscandi bona nota. Bald. in ca.1. in prin.col.5. versi.sed hic quæro de pac.tenen. Bald.Ang. & Salic.in d.l. vni.C.ne si.ius. Princ.quos Alex. sequitur consil.116.col.4. lib.2.Animaduersis statutis, sed in proposito sumus in mulcta, quæ pro arbitrio iudicis imponitur, & in hoc differt à pœna, quæ imponi solet à iure certa & determinata.l.aliud §.inter mulctam &.l.si qua pœna.ff. de verbo. signifi. & in tantum mulcta est arbitraria, q etiam si comminatio fuerit facta sub certa pœna, tamen iudex possit augere, vel im minuere, vt ei visum fuit conuenire, vt tradit Bart. in.l.1.in princip.circa fin.ff.si quis iusdi.non obtemp. Non obstat, q videtur datum mandatũ speciale à Principe publicandi bo
25 na, si expedierit, quia respondetur, quod † illud mandatum loquitur in his, quæ pertinent ad statum prouinciæ, & regimen ciuitatis Albensis, & his, quæ concernunt beneficium publicum, & contra Vasallos, qui ad præceptum D.delegati recusarent aperire arces, nec obedirent, & ilud mandatũ publicandi bona emanauit pro grauibus causis: non autem contra singulares personas delinquentes, contra quos esset per accusationem, vel per inquisitionem procedendum, & qui non turbarent publicum statum ex eorum inobedientia, nam rescripta delegatoria sunt stricti iuris, nec ad alia quàm expressa extenduntur cap. cum olim Abb. de offic. deleg. cap.cum dilecta. de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Citatus à Principe, si compareat non vt citatus, sed sponte, nunquid delictum punibile committat & nu. 4. & 11.*

2 *Interpretatio in dubio semper est capienda, vt excludat delictum.*

3 *Appellans licet dicat sententiam iniustam & iniquam: tamen iudex à quo, non potest agere iniuriarum cõtra eum, licet sententia confirmata fuerit.*

5 *Contumaciæ pœnam sicut prætor remittit, quando non interest non venisse, ita & multo magis quando venitur.*

6 *Dolus nemini nocens secundum leges non punitur.*

7 *Actio ciuilis vbi non competit propter deficiens interesse, ibi nec etiam competit criminalis.*

8 *Contractus vbi est ipso iure nullus vel resolubilis, non habet locum actio de dolo, neq; accusatio stellionatus, neq; aliud remedium.*

9 *Pœna non imponitur, nisi à lege expresse caueatur.*

10 *Procurator falsus, qui liberauit aliquem nomine creditoris, non punitur criminaliter.*

12 *Delictum nemo tenetur reuelare ex scientia, & alteri benefacere, nisi crimen læsæ maiestatis.*

13 *Delictum ratum habere quis non dicitur ex scientia superueniẽte, præsertim vbi nullũ præcessit mandatũ, vt n.15.*

14 *Ratificatio, vt obliget ad pœnam, duo requirit, quòd maleficium sit meo nomine gestum, & sciens meo nomine commissum ratificem.*

16 *Consilium etiam malum, vbi nõ in delictis, sed sumus in ciuilibus negotijs, neminem obligat.*

17 *Hortatio liberam voluntatem excitat.*

18 *Consilium fraudulẽtum, vbi in alterius datũ est perniciem, consulentem obligat.*

19 *Legatarius potest esse testis in testamento, etiã quòd in consequentiam commodum reportet.*

20 *Delinquere parui lucri gratia nõ præsumitur, homo grauis, annis maturus, & habens sufficientia secundum conditionem sui status.*

21 *Consilium, quod potest verisimiliter se habere ad bonum, & ad malum, à consulente potest interpretari.*

22 *Consilium in ciuilibus negotijs non punitur, vbi quod consulitur sequutum non fuit, vel non habuit effectum, secus in delictis.*

23 *Persuasio specialis in delictis est titulus criminis.*

25 *Delinquens ad quid principaliter, licet id incidat in aliam speciem delicti, ad quam non tendebat, tamen nõ tenetur ad id, quod postea sequutum fuit.*

26 *Culpa præcedens casum, quando non fuit ordinata ad illum casum, non obligat aliquem de casu.*

CONSILIVM. 595.



EX duobus capitibus iniquiritur cõtra D.Vincentium Bellũ per Mag.Delelegatum, & ab vtroque capite censeo absoluendũ ex infrascriptis. Et in primis, quo ad primum caput, quòd sciuerit, viderit, & legerit literas, in quibus scriptum, non sicut citati, quia hoc esset de directo contra priuilegia, sed sicut citati, quia hoc esset de directo contra priuilegia, sed sicut missi, &c.& quòd d.literis consenserit. Dico quòd non solùm d. Vincentius, qui inquiritur de scientia, & consensu dic.literarum, sed nec
1 etiam Franciscus Cerratus Syndicus, qui dictauit dic. literas, & si qui alij fuerant compositores, & † illi etiam, qui attulerunt d.literas Principi, & comparuerunt, veluti missi à ciuitate non cõmiserunt aliquod crimen, propter quod eis veniat pęna imponenda; quia dum dicitur, quòd non vt citati veniunt, sed vt missi, addunt rationem, quia hoc de directo esset contra priuilegia ciuitatis, ideò antequam fuerit cognitum de priuilegijs, & pronunciatum, nõ possunt dici contumaces iux.nota.in.l.2.ff.si quis in ius voca. non ie.nemo enim tenetur ius suum indiscussum relinquere.l.illud.ff. de petit.hæred.& tantò magis prædicta procedunt, quia apparet quòd peritos consuluerunt, vtrum citatio esset cõtra priuilegia, qui periti discrepabant, & peritorũ discrepantia reddit ius dubium, & errorem probabilem, vt nota.per scribent. in.l. cum prolatis.ff. de re iudic. ideò vt euitarent Albenses has difficultates, elegerũt quandam mediam viam. Nam vt satisfacerent Principi à quo fuerunt citati, venerunt spontè, & se ipsos exhibuerunt, & vt conseruarent priuilegia, dicunt se venire, non vt citatos: non enim credibile erat velle Principem eorum priuilegia lædere, cap.decet.de regu.iur.in.6. Pro hoc facit, quòd scribit Deci.cons.256.In causa inquisitionis &c. Nam in casu suo Illustrissimus Dux Mantuæ iusserat quosdã incarceratos Asulæ adduci Mantuam, & quidam Domi. Paris prætor ægrè id ferens, dixit in publico Principem malefacere, & quòd hoc facere non poterat, quia separatæ erant iurisdictiones, & quòd hoc nõ erat tolerãdum, vnde inquisitus fuit de crimine seditionis, tanquàm illa verba apta essent ad tumultũ excitandũ, consuluit Deci. reum esse absoluendum, quia ad illud, quod dixerat, quòd Princeps non poterat facere subdit rationem, quia separatæ erant iurisdictiones, vnde intellexit, quòd de iure non poterat facere, & rescripta contra ius pręcipiuntur ab omnibus refutari.l. rescripta.C. de precib. Imper. offer. neq; ob id factũ Princeps indignatur cap. si quando de rescript.ibi patienter sustinemus, si nõ fecerit, quòd praua nobis fuerit insinuatione suggestum, & vt Bal.& Pau.de Cast. dicunt in dicta.l.rescripta, est defectus nõ potestatis, sed voluntatis; & ad illud verbum, quod non erat tolerandum, respondet Dec.quòd intelligitur de iure, vt in simili nota. per glo.in.l.1.C.de his quibus, vt indig.& ibi Guli. de Cu. Pau. de Castr.& Alexan.tradit, sic dicendum in proposito, quòd non vt citati veniunt, quia de iure id facere arbitrantur non posse Principem propter priuilegia, veniunt tamen spontè, vt satisfaciant Principis voluntati, Reperio etiam, quòd in eodem casu Domi.Paridis Mantuani consuluit Iason consi.167.In istis inquisitionibus &c.vbi scribit multa ad propositum

2 positum facientia,& inter cætera dicit,quòd † capienda est
interpretatio vbi fieri potest, quæ est exclusiua delicti,quia
intellectus hominis debet esse benignus secundùm Bal. in
l.moueor per illum tex.C.de seru. export. vene. & quòd in
delictis semper præsumitur pro eo,quod excusat, secũdum
Bald.in.l.precibus colum.7.C.de impuber.& alijs substitu-
tio. Inuenio etiam, quòd in eadem causa Domini Paridis
consuluit Præstantis. Caro. Ruin. vt patet eius consil.145.
Absq; multiloquio videtur. lib.quinto,vbi inter cætera in-
quit,quod quamuis verba videantur contra honorem Prin
cipis prolata,hoc non est in cõsideratione,nec debet atten-
di; quia hoc prouenit in consequentiã, nec principaliter ad
hoc fuerint ordinata, sed propter aliud honestum proposi-
tum fuerint prolata,l. si conseruo.ff. de furt. & argum.l.ro-
gasti in princ.&.l.si quis nec causam.ff.si cert. petat.&.l.1.in
princ.ff.de aucto.tuto. & probatur ex nota. in.l.1.C. si quis
Imperat. maledixe.in verbo iniuria vbi gloss.exponit,idest
iniuriosè,& ex animo, & sic nõ sufficit, quòd re ipsa verba
sint iniuriosa, sed etiam gloss. copulatiuè requirit animum,
3 & propositum iniurandi. Hinc videmus, † quòd qui à sen-
tentia appellat,dicit eam iniustam,& iniquam.l.præfecti.ff.
de mino.& tamen nõ reperitur iure cautum, quòd iudex à
quo possit agere iniuriarum contra appellantem, licet sen-
tentia eius tanquã iusta fuerit confirmata, & hoc quia præ-
sumitur, quòd quis appellauerit causa iuris sui prosequendi,
& cõseruandi; & nõ animo,& intentione iniurãdi, quam-
uis iudici obijciatur,quòd iniuste iudicauerit,quod est deli-
ctum,vel quasi,l.fin.ff.de var.& extraor. cogniti. Sic infer-
4 tur † in proposito, quòd non fuit dictum animo iniuriandi,
& minuendi honorem Principis per illa verba,non vt cita-
ti &c. Sed ob cautelam priuilegiorum suorũ conseruando-
rum: Finge enim, quòd comparuissent corã Principe citra
præiudicium priuilegiorum suorum, certè nõ potuissent d.
Albenses,vt cõtumaces,& inobedientes puniri,ergo idem
esse debet si comparuerunt, non vt citati, sed vt missi, quia
idem vtrobiq; resultat effectus.Pręterea est considerandũ,
quòd quum nõ intersit Principis,quomodo comparerent,
an vt citati, vel vt missi, quia intellexerunt causam pro qua
fuerant citati,& quid ab eis ille vellet,qui erat effectus cita-
5 tionis, sequitur † quòd cessare debeat pœna contumaciæ;
nam si quando non interest non venisse, Prætor pœnã con
tumaciæ remittit,vt inquit Iurisconsl. in.l.2.in fi.ff.si quis in
ius vocatus nõ ie. multò magis remitti debet si venitur, &
hoc inducat naturalis ratio: quomodo enim pœnam con-
tumaciæ cõuenit sustinere eos, qui sui copiam Principi fe-
cerunt, quamuis non venerint, vt citati: nulla namq; opus
esset citatione si homines sponte venirẽt,admoneri eos sa-
tis esset,non igitur curandum est de pœna, vbi effectus ha-
betur: nam frustra de pœna laborat,qui rem est consequu-
tus.l.2.post prin.ff.si quis caut.quem tex. allegat Bal. ad hoc
consi.250. In quæstione Domini. col.2.versi. præterea,ex
quo creditores. lib. primo, vbi similem quæstionem deci-
9 dit. Accedat, † quia dolus nemini nocens nõ punitur secun
dùm leges,vt dicit Ioan.And.in reg.non sine culpa,col.fin.
in Mercuria. per nota.in.l.quòd si venditor.ff.de dolo,& in
l.fundum.§.fin.ff.de euic.& in.l.de ætate post prin.ff.de in-
terro. actio. quam decisionem refert & sequitur Maria. in
cap.1.de crim.fal. Socin.consi.103.In facto pręsupponitur
7 in fin.lib. primo, & facit efficax ratio; quia † si nemini no-
cet,nulli competit actio ciuilis, propter deficiens interesse:
ergo nec criminalis: hanc rationẽ assignat Petr. de Ancha.
consil.24. Visa inquisitione formata.col.prima, vbi infert,
quòd si testis deponit illud esse verũ, quod ignorat, tamen
in veritate dicit verum,non sit de falso puniendus,vt ibi la-
8 tius per eum. Hinc etiam fit,quod quando † contractus est
ipso iure nullus,vel resolubilis,non habet locũ actio de do-
lo,neq; accusatio stellionatus,neq; aliud remedium,vt Bal.
scribit in consi.15.Ad euidentiam præmitto,quod quædã.
lib.primo & tenet hoc etiam Pau.de Castr.consi.411.Viso
facto & dubijs mihi traditis, versic. sed nunc quæritur lib.
primo: quum igitur in casu proposito nullum nocumẽtum
inferatur Principi ex eo,ꝙ non vt citati, sed vt missi com-
paruerint, succedit quòd nulli pœnæ sit locus. Vlterius mo
9 ueor quia † pœna nõ imponitur,nisi à lege expressè cauea-
tur.§.quum igitur. ibi, nec est lex tale quid dicens in Auth.
de non eligend. secundo nuben.l.at si quis.§.diuus aũt Mar
cus ibi, pœnam autem statutã non esse.ff.de relig. & sump.
fun.l.2.§.diuus tamem Marcus.ff.de sepul.viola.gloss.in ca.
fin.de iur.patro. Bald.in Auth.ex testamento col.pen.C.de
secun.nupt.cum alijs multis adductis per Felin.in c.2.col.1.
de rescript. & bene facit,quod scribit Bald.cons.14. Filius-
10 familias liberauit. lib.primò,exemplificans in † falso procu
ratore,qui liberauit aliquẽ nomine creditoris,vt nullo mo-
do puniatur criminaliter. Nam licet non faciat secundùm
bonos mores tamen nulla lex est, quæ puniat eum, & eru-
bescimus sine lege loqui.§.consideremus in Auth.de trien.
& semis.& istud etiam prosequitur in cons.15. quod sequi-
tur,dicens non esse nouum,quòd quędam inhonestè fiunt,
& tamen vltionem non habeant,quia nõ omne punitur il-
licitum,sed id demum,quod lex statuit esse delictum, alle-
gat tex.in d.l.at si quis.§.diuus autem Marcus, quam repu-
11 tant singularem, quicunq; ergo vult dicere, quòd † citatus
à Principe,si comparet,vt nõ citatus,sed vt spontè veniens
incurrat pœnam,alleget legem hoc dicentem: nam.l.1.ff.si
quis iusdi.non obtem. punit eum, qui nullo modo compa-
ret,& si quis vult dicere, quòd d. cõparitio sit illicita, & in-
honesta, tamen adhuc non meretur pœnã secundùm Bald.
in locis pręallegatis: mihi tamen videtur,quod sit magis ex
auctoritate Principis, & dignitate, ꝙ homines spontè ve-
niant, quàm coacti, sicut quilibet regnãs optare magis de-
bet beneuolentiam subditorum,quàm timorem. Nam illa
vox est Tyrannorũ, oderint dum metuant, vt habetur per
Ciceronem lib.2. off. Sed quid opus est istis insistere? con-
cedamus per suppositionem, ꝙ deliquerint hi, qui scripse-
runt,& dictauerunt d.literas, & ꝙ illis consenserint. Vnde
si scientia ponderatur ad hoc ꝙ non prohibuit nè illo mo-
12 do literæ scriberentur. Respondetur, quòd † non constat,
quod habuerit prohibẽdi potestatem.l.culpa caret,qui scit,
sed prohibere non potest.ff. de regu. iur. Item quòd nemo
tenetur obuiare delicto,& alteri benefacere,vt per Bart.&
omnes in.l.vt vim.ff. de iusti. & iur. & scientia non obligat
ad pœnam, nisi in crimine læsæ maiestatis ad reuelandum
tenendo opin.Bar.quam tamen multi improbant in.l.vtrũ
ff.de parici.Sinautem ponderatur scientia, quòd consense-
rit d.literis,hoc argum.nõ procedit, quia posito, quòd esset
delictum in scribendo d.literas: tamen non sequitur,sciuit
ergo consensit,vt de se patet,& probatur per gl.in d.l.vtrũ,
vbi ad illud verbum conscij, addit, & participes. Præterea
quum nõ probetur,quòd ipse fuerit auctor d. scripturæ,aut
dictator,imò ostenditur ex actis,ꝙ eo ignorante fuit con-
13 fecta; non † potest dici, quòd ratum habuerit delictum ex
sola scientia superueniente,per id, quod scribit Aret.consi.
14 165. Sicut dicit Ioannes.colum.4.dicens, quòd † vt ratifi-
catio obliget ad pœnam duo requiruntur secundùm com-
munem sententiam.Primò,quòd maleficium fuerit com-
missum nomine meo, secundo, ꝙ sciens commissum meo
nomine ratificem tanquàm meo nomine gestũ c. cũ quis.
de sentent.excommu.in.6.gl.in.l.1.§.deiecisse & ibi Bar.ff.
de vi & vi arma.Sali.in.l.non ideò minus vlt.char.C.de ac-
cus.dicit etiam ibi Aret.colu.pen. post Ioan. And. in d.cap.
15 cum quis, ꝙ † quando nullum præcessit mandatum in ge-
nere,sola scientia superueniens,& non contradictio,non fa
ciunt,vt delictũ videatur haberi ratum;quod procedit etiã
si de illo delicto postea gaudeat & lætus sit,quia tunc nõ vi
detur ratificare,vt suo nomine gestum, secundùm Bal.in.l.
obseruare.§.fin.colum.2.ff.de offic.procon. & lega.& cum
prædictis tenet Ange. de Aret.in tracta. malefic.in verbo,
Sempronium mandatorem. q. 15. & faciunt etiã optimè,
quæ idem scribit Aret.in.l.1.§.pupillus.ff.de acq. posse.vbi
vult,quòd rem retinens, non videtur ratificare eius acqui-
sitionem factam cum delicto,etiam quòd sciat delictũ in-
teruenisse,vt ibi ipse plenè prosequitur. Ostenditur etiã de
bono

bono animo d. Vincentij ex eo, ꝙ deponit Cerratus examinatus pro parte Fisci, dum deponit d. Vincentiũ dixisse vnà cum D. Ioanne de Serralonga, se nolle defendere priuilegia ciuitatis contra Principem, sed tantum contra oppida finitima, puta Guarenam &c. Idem etiam Frãciscus Cerratus deponit, d. Vincentium dixisse, ꝙ licet excusatio, quæ fiebat respectu alterius Syndici, qui citatus non veniebat, ne relinquerẽt rempu. sine administratore, esset valida & sufficiens: tamen respectu dic. Petri Pergami, qui pariter fuerat citatus, non erat bona, & ideò curauit apponi in fine literarũ illa verba; quòd si expediret, omnes venirent. Quæ sanè omnia ostendunt d. Vincentiũ bono & sincero animo erga Principẽ fuisse, & sine fraude, & dolo omnia gessisse.

Venio ad secundum caput, in quo d. Vincentius inquiritur de literis ad Arriuabenem, quòd in eis scripserit, Principem parum iuris habere in ciuitate Albæ extincta linea masculina Paleologorũ, & potuisse Albenses alium eligere rectorem, & quòd propter priuilegia ciuitatis non poterat exigere donatiuum, & quòd de his non deerant murmurationes in populo, & quòd populus erat facilis ad explẽdum suas cupiditates, & prædicta scripsit ad Arriuabenem, vt incuteret timorem Principi, & extorqueret ab eo, vt caperet donatiuum vsq; ad summã à populo oblatam, & faceret declaratoriam à populo petitam, videlicet quòd declararet Princeps, quòd in posterum nullum grauamen imponeret ciuitati; ita se habent in effectu verba inquisitionis, ex quibus colligitur, quòd pro consilio inquiritur d. Vincentius, quod prætenditur fuisse malum & dolosum: nam conclusio d. literarum post longam orationem sonat in cõsilium, patet ex illis verbis. Sono di parere che sara seruicio di sue Eccellenze cõpiacere alla citade &c. Sed mihi videtur non
16 posse pro hoc condemnari: Nam † pro cõsilio etiam malo quando non sumus in delictis, sed in ciuilibus negotijs nullus tenetur, l. consilij. ff. de regu. iur. in cap. nullus eo. tit. in 6. vbi glo. rationem adducit, quia consiliũ non necessitat cap. quod pręcipitur. 14. q. 1. cap. cum olim. de arbi. & explorare quis apud se ipsum debet, an consilium expediat. l. 2. §. fi. ff.
17 man. exhortatur enim ille, qui dat cõsilium, & † exhortatio liberam voluntatem excitat, vt dicitur 4. distinct. in fin. Ex his respõdetur ad obiecta, & in primis ad illud, quod voluit incutere timorem Principi ostendendo iura populi, & eius volubilitatem. Respondetur, quòd d. Vincentius non dicit in literis, ꝙ Princeps timere vel non timere debeat, sed bene proposuit causas timoris: vnde debuit videre Princeps an sibi timendum esset, nec ne, & istud suis examinare ponderibus, quid sibi expediret, & suis conduceret rationibus, ex quo consilium necessitatem nõ imponit, & nullum delictum est, si proponuntur timendi causæ. Similiter respondetur ad illud, quod suadet, quòd Princeps nõ exigat donatiuum, nisi ad summam oblatam, & quòd declararet quòd in posterum non grauaret aliquo onere ciuitatem: quoniã, qui hæc suadet nõ delinquit, si vult Principem quærere, & venari potius populorum amorem, quàm pecuniam, quoniam ex exactionibus etiam iustis generatur odium populorũ, & populus Albensis palàm & apertè prætenderet impotentiam soluendi, ad quod bene facit, quod scribit Deci. consi. 256. iam allegato, vbi quum, ad querelam hominum Asulæ dicentium sibi impositum onus magnum pecuniarum, dixisset d. D. Paris verbis geminatis, ruina, ruina, & de huiusmodi verbis inquireretur, dicit Dec. ꝙ etiam si intelligerentur d. verba de ruina Principis, tamen ex hoc nõ esset puniendus, quia ad ita dicendum, potuit bono zelo moueri molestè ferendo huiusmodi exactiones propter affectionem erga Principem, cogitando ꝙ sępe numero Principes propter exactiones pecuniarum perdunt statũ, & eodem argumẽto vtitur etiam Rui. in pręallegato consil. 145.
18 quod in eadem causa fuit editum. Non obstat, quod † quis teneatur de consilio fraudulento, vt habetur in d. l. cõsilij. ff. de regu. iur. & causę, quas adducit ad dandum pręfatũ consiliũ, vt minuatur de summa donatiui, & fuit declaratio de non aggrauando ciuitatem in posterum, & maximè illa de murmure populi sunt falsæ, & contra mandantẽ præsumitur, quia respondetur, quòd id, quod dicitur de fraudulento consilio, procedit vbi malum est consilium datũ in alterius perniciem, vt ipse aliquid lucretur, quia tunc tenetur ei, quẽ circũuenit ciuili actione de dolo ad interesse. l. quòd si cum scires & l. si quis affirmauerit. ff. de do. Sed d. Vincentius nõ dedit malum consilium Principi, si hortatus eum, vt exerceat liberalitatem, quod est propriè munus Principum, & quærat amorem populorum, quod maximè est stabile ad tuendum regnũ. Pręterea non potest dici, quòd istud principaliter faciat causa sui lucri, si minuatur de summa donatiui, & in posterum ciuitas non grauetur, sed id faciat gratia publicæ vtilitatis, quæ magis non respicit D. Vincentium, quàm omnes ciues, & dato quòd in consequentiam ipse aliquod reportaret commodum si imponeretur collecta pro prædijs, quæ ibi possidet, quia minus solueret, tamen id nõ venit in consideratione, quia attenditur id, quod principaliter agitur. l. si quis nec causam. ff. si cer. peta. l. 1. ff. de aucto.
19 tuto. vnde videmus, quòd † legatarius potest esse testis in testamento. §. legatarijs Instit. de testam. l. qui testamento in prin. ff. eo. l. si quis ita. ff. de reb. dub. quia non agitur principaliter de eorum legato, sed de causa heredis licet in consequentia reportet commodum pro cõsequendo eorum legata ex validitate testamenti pro qua deponunt, vt dicunt glo. Bart. & omnes in locis prællegatis, & magis proximè videmus, quòd testes de vniuersitate admittuntur in causa vniuersitatis, quia causa ad ipsos propriè non pertinet tanquàm ad singulos, sed tanquàm vniuersos, nec illud inspicitur, quòd ex victoria vniuersitatis aliquod reportent commodum. vt Bart. tenet in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de re. diui. & in l. si hac lege. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. Alex. consi. 68. Viso & dudum discusso. colum. 4. lib. 2. & illud, quod dicitur, quòd contra mendacem præsumitur, procedit si ex mendacio lucrum cõsequitur, vt probatur in d. l. quod si cum scires cum l. seq. & tradit Bart. & Alex. in l. dolum. C. de do. Feli. in c. si n autem colum. 1. de rescrip. vbi pro hoc addit bon. tex. in c. Nicena 85. dist. Item considerandum est, quòd etiã si de summa donatiui mille aurei detracti fuissent d. Vincentius parũ quid lucri fecisset pro rata
20 sibi cõtingente, & † homo grauis, & maturus annis, & habens sufficientia secundùm conditionẽ sui status, non pręsumitur parui lucri gratia delinquere, & aliquid dolo malo præferre, & qui aliter saperet desiperet; nam quod non est verisimile præfert imaginem falsitatis. Præterea dicitur, ꝙ nihil mendaciter d. Vincentius commemorauit; nam clarum est, quòd populus recusat soluere integram summam donatiui allegans impotentiam soluendi; clarum est etiam, quòd populus Albensis prætendit, ꝙ prima subiectio ciuitatis fuit facta Marchionibus pro ipsis & masculis descendentibus ab eis, & circa hoc producunt quoddã instrumentum vetus per copiam, & ꝙ propterea possunt eligere sibi aliũ Rectorem extincta linea masculina Paleologa, & vlteriùs patet per exhibitionem cuiusdam certi priuilegij per quendam prędecessorem Illustrissimorum Principum nostrorũ promissum d. Albensibus non grauandi aliquo onere ciuitatem, & de his non solum erat murmur in populo, sed etiam apertæ loquutiones, vt ostenditur ex mandatis, quæ ciuitas dedit legatis Mantuam missis, vt deprecarẽtur aliquod tolli de summa donatiui, vnde censendũ est d. Vincentium bono animo, & zelo, quæ prædicto in facto versabantur, scripsisse, prout ipse etiam interpretatus est, & declarauit in examinatione de eo facta: nã in his, quæ in animo consistunt, statur dicto declarantis cum iuramento gl.
21 vulga. in §. aliæ. Institu. de actio. & quòd † consilium, quod potest verisimiliter se habere ad bonum & ad malum, ille qui dat consilium possit illud interpretari tradit Bald. in l. 1. col. 4. versic. & nota. C. de seru. fugi. vbi etiam subdit, quod etiã sine interpretatione hominis lex interpretatur in meliorem partem. l. merito. ff. pro soc. sequitur Alex. cons. 128. Quoniam abundè lib. 4. dicit etiam ibidem Bald. in eadem col. 4. quòd ex personis, causis, & moribus, & animositate loquentium

loquentium dicta pensamus.l.metum non iactationibus.ff. quod met.cau.l.1.ibi,ex personis dicta pensamus.C. si quis Impe.maledix.quẽ tex.ad hoc etiã adducit Bar cũ pluribus alijs iuribus in l.de pupillo.§. si quis ipsi prætori.ff. de oper. nou.nunc.Sed nõ constat d. Vincentiũ aliquid vnquam molitum esse contra Imperium & statũ Illustrissimorũ Principum,imò literæ,de quibus arguitur, ostendunt summã affectionem erga Principes; & regulariter quilibet presumitur dignus & beneuolus.l. omnimodo.C. de inoff. testa.l. cum quidam in prin.ff.de lega.2. Velle aũt iudicare aliquid malo animo prolatum sine sufficientibus signis determinatè nõ licet,& est peccatum mortale, secundùm Theologos. Postremò respondeo, & hæc responsio tollit omnem amari-
22 tudinem,ꝙ† consilium nõ punitur,vbi id,quod consulitur, nõ fuit sequutum,nec habuit effectũ,loquendo in ciuilibus negotijs: nam tunc nõ potest cõpetere ciuilis actio de dolo propter deficiens interesse.l.ab arbitrio in prin.ff. de do.ergo nec criminalis accusatio,vt tradit Pet.de Anch.in d.consi.24. superius allegato, quod confirmatur; quia consiliũ in delictis,si caruit effectu, per se consideratum ideò punitur,
23 quia in ipso cõsilio inest delictũ † & persuasio specialis est titulus criminis.l.1.§.persuadere.ff.de ser.corrup. tradit Bart. in.l.non solùm.§. si mandato in fin.ff.de iniur. Bal.in.l.data opera.char.pen.C.qui accu.non pos.Ang.Are.in tract.malefi. in verbo Semproniũ mandatorem in fi. quæ ratio cessat,vbi consilium nõ sonat in delictũ, sed datur in ciuilibus negotijs, quia ex quo non habet causam annexam delicti,
24 principaliter consideratũ non potest puniri,& † dato ꝙ diceremus dolosè datũ consilium, tamen ex quo non habuit effectum, nemini nocet, & dolus nemini nocens nõ punitur secundùm leges, vt dictum est in præcedentibus,sed in casu isto consiliũ d.Vincentij caruit robore & effectu, quia summa donatiui nõ fuit imminuta,nec declaratio, quæ efflagitabatur,est sequuta. Dum etiã obijcitur, ꝙ attenta resistentia d.hominũ Albę in soluendo donatiuũ,& superuenientibus literis d. Vincentij fuerũt immissi milites in d.ciuitatem,ex quo magna iactura ciues sunt affecti; & innuitur ipsum teneri ad restitutionem damnorũ.Respondetur, ꝙ d.immissio militũ fuit facta ob resistentiam,& cõtradictionem Albensium in non soluendo: non aũt ob literas d. Vincentij,quæ nihil valuissent, si Albenses paruissent & soluissent,& d.literæ nihil aliud operatæ sunt, nisi ꝙ ostenderunt magnã resistentiam Albensium, quæ Principi erat no-
25 tissima.Pręterea† d.literę nec de directo,nec per indirectũ ad hoc tendebant, & ideò id, quod postea succedit ex occasione non proxima sed remota,nõ attenditur, gl.in d.c.cæteris.de homic.Bal.in.l.de pecoribus.ff.ad.l.Aquil.Floria.in l.qua actione.§.Celsus.ff.eo. facit quod scribit Bal.in.l.1.§. huius aũt studij.ff.de iusti.& iu.vbi vult, ꝙ si statutũ esset factum contra omnes facientes aliquid ex quo possit turbari status,intelligitur principaliter nõ secundariò,& occasionaliter.l.si quis ingenuã.§.hi ciuilibus.ff. de capti. vnde si quis occideret aliquem causa inimicitię & ex ea cæde fuerit sequutus tumultus,nõ punitur pœna statuti,quia ille actus nõ fuit ad hoc principaliter ordinatus, nec attenditur ꝙ venit in consequentiã d.l.si quis nec causam.ff.si cer.peta.& prædicta sequunt̃ Dec.& Rui.in cõs.antea adductis,& Thom. Gramma.voto eius.19.& vltra benefacit,ꝙ Bart.dicit in.l. diuus in fin.ff.ad.l.Corn.de sicca.vbi vult,ꝙ si id, ꝙ principaliter delinquitur, incidit in aliam speciem delicti, ad quã nõ tendebat principaliter delinquens, nec de ea verisimiliter cogitare poterat,non tenetur ille, de eo quod postea secutum fuit & euenit.l.verũ.ff.de fur.l.qui iniurię.ff.eo.tit.& idem etiam tradit Bal.in.l.si quis seruo.1. oppo.C.de fur.& facit etiam,quod scribit Bal.in l.1.ff.de in lit.iuran. in lectu. antiq.vbi per illum text. notat ꝙ non inspicitur illud, quod casualiter accidere potest. Amplius est dicendum, quòd si etiam Vincentius fuisset in aliqua culpa, tamen non potest
26 puniri, quia † vbi culpa præcedit casum nemo tenetur de casu, quando culpa non fuit ordinata ad illum casum.l.non omne.ff. de statulib. l.si alius.§. est & alia causa.ff. qđ vi aut clam.tradit Bart.in.l.si vt certo.§.sed interdum.ff. commo. Bal.cons.145.Casus talis est in quodam instrumento col.3. vers.præterea quũ quæritur li.3. Et hæc quidem dicta sunt ex abundanti,quia nihil illicitè fecit Vincẽtius scribẽdo d.literas, neq; illicitè aliud sequutũ est, quia Principes iure suo potuerũt cõpellere Albẽses cõtumaces militibus immissis.

SVMMARIVM.

1 *Citatus à Principe, si comparet non vt citatus, sed spontè vel vt missus, nunquid dici possit rebellis, vel crimen læsæ maiestatis commisisse.*

2 *Contumacia sola non est reatus læsæ maiestatis.*

3 *Principis pręcepto non parens quasi sacrilegij crimen committit, pro quo vbi certa pœna est statuta, imponitur pœna extraordinaria, & arbitraria pro qualitate personæ, & rei conditione.*

4 *Contumacia in non parendo, vel comparendo, quoniam inter ciuiles tractatus ponitur, impropriè dicitur delictum.*

5 *Crimen læsæ maiestatis est atrocissimum delictum, & inter tractatus criminum ponitur publicorum.*

6 *Rebellis quis dicatur propriè, & qui impropriè.*

7 *Crimen læsæ maiestatis non incurrit, qui non paret Principi etiam in his, quæ causam publicam respiciunt.*

Super eadem facti specie. Cons. 596.



1 Vpposito ꝙ illi, qui † cõparuerunt corràm Principe non sicut citati, sed tanquã missi, deliquerint; cõtingit dubitari, vtrũ possint dici rebelles & crimen læsæ maiestatis cõmisisse: & ad hoc respõdeo ex verbis Bar.in extrauag. qui sint rebelles in verbo rebellãdo, vbi dicit ꝙ ille proprie dicitur rebellis, qui aliquid contra prosperitatem Imperij molitur, secùs si non paret pręceptis Principis, vel eius iudicis & esset cõtumax, vel alio modo resisteret, tunc largo modo dicitur rebellis ca.sanè de offic.deleg. & talis nõ patitur pęnas rebellibus impositas per illã constitutionem. Vlteriùs, ꝙ isti non cõmiserint crimen læsę maiestatis, facit quod scribit Bal. cons.271. Quæritur vtrũ hi, qui indignationem.lib.2. vbi dicit ꝙ omnes, qui non obediunt mandato Principis, nõ incurrunt pœnã læsę maiestatis, nisi ex tali causa inquiratur & ex actis appareat, & subdit, ꝙ antiqui dixerunt, ꝙ contemptor mãdati Principis punitur pœna extraordinaria pro motu Principis per iura ibi per eũ allegata. Et ex hoc subdit, ꝙ ille, qui nõ iuit ad confinia sicut Princeps iusserat, nõ punitur crimine læsę maie-
2 statis, quia † sola cõtumacia non est reatus læsæ maiestatis, quandoquidẽ talis titulus criminis soli cõtumacię nõ inuenitur impositus, ergo nec nos imponere possumus nec debemus, iux.not.in rub.ff.de extraordi.crimi. Addo Bal.cõs. 159. Super eo ꝙ quæritur col.pen.vers.superest videre li.3.
3 vbi loquens de† eo, qui contempserat pręceptũ Regis, quo iussus fuerat mittere filium suũ pro obside, concludit pœnã esse arbitrariam, vbi certa pœna non fuisset statuta per tex. in.l.1.in fin.C.de primice.lib.12. Idem etiã vult Bald.cons. 367. Venerabilis in Christo pater col.2.lib.3.vbi inquit, ꝙ contemptor mãdati Regij, quasi sacrilegij crimen cõmittit l.sacrilegij.C.de diuer.rescrip. & per alia iura ibi adducta, & sacrilegij pęna est extraordinaria, & arbitraria pro qualitate personæ, & rei conditione.l. sacrilegij pœnam in princ.ff. ad.l.Iul.pecul. facit etiam pro hoc bona gl.in.l.1.in verbo legis.C.de peti.bono.subla.li.10. Et vltra predicta hoc osten-
4 ditur ratione, quia † contumacia in nõ parendo, vel comparendo, impropriè est delictum, vt per Scrib.in.l.1.§.fin.ff.si quis iusdic.nõ obtem.& per Bart.in.l.omne delictũ.ff.de re mili. & per Alex.in.l.si mora col.6.super glo.2.ff.solu.matr. Nam, vt ibi ipse dicit, cõtumacia non ponitur inter tractatus de publicis & priuatis criminibus, sed ponitur inter tractatus ciuiles, videlicet in l.1.ff.si quis iusdi. non obtem. sed si ex contumacia incurreretur crimen læsę maiestatis, verè

5 & propriè esset delictũ, quia † crimen læsæ maiestatis ponitur inter tractatus publicorum criminum, & est atrocissimum delictum, vt patet in. l. quisquis. C. ad l. Iul. Maie. deniq; qui vult hoc dicere, ostẽdat legem hoc dicentem: nam erubescimus &c. in toto enim titulo. ff. & C. ad. l. Iul. maie. non reperitur cõtumacia inter crimina illius tituli enumerata fuisse. Ex his diluitur id, quod † opponitur in contrarium, ꝙ rebellis dicitur largo modo quando quis non paret præceptis Principis pro interesse priuatarum personarũ, & ita loquitur Bart. in extrauag. qui sint rebel. in verbo rebellando, secus si nõ paret præceptis pro interesse ipsius Principis, quia respondetur ꝙ in casu nostro erãt vocati pro interesse pecuniario Principis, vt ostenditur ex relatione legatorum inserta in actis, & non est dicendum, ꝙ pro interesse pecuniario Principis, si sit cõtumax, dicatur propriè rebellis, & incurrat crimen læsæ maiestatis; esset enim absurdum si aliquis iussus soluere Principi quoddam debitũ, puta, censum ordinariũ, & id soluere recusaret, haberetur pro rebelli: Ad hoc enim, vt quis dicatur proprie rebellis, requiritur vt aliquid fiat contra statum & prosperitatem Imperij, dicitur autẽ fieri contra statum, quando id agitur, vt mutetur forma & regimen Imperij, quia status descẽdit à verbo sto stas &c. vt declarat Bald. in. l. 1. §. huius studij colu. 3. vers. Item nota quod arbitrium. ff. de iustit. & iu. Item dicitur fieri contra prosperitatem Imperij, quando id agitur, vt subditi Imperio amittantur, vel alij, qui non subiacent, non acquirãtur. Sin autem aliquid fiat in damnum patrimonij, quod habet Princeps, non potest dici propriè rebellis, nec offensa propriè Imperij maiestas, quod sentit Bart. in d. extrauag. qui sint rebel. in verbo rebellis vbi dicit, ꝙ licet is, qui furtũ fecit Principi, dicatur infidelis, quia omnis fidelitas debetur Principi; nõ tamen ea infidelitate est infidelis, de qua loquitur tex. in d. extrauag. qui sint rebel. qui loquitur de eo, qui est infidelis, & rebellis Imperij. Amplius est dicendum quòd non incurrit crimen læsæ maiestatis, quicunq; non paret Principi in his, quæ respiciunt causam publicam, vt in eo, qui iussus fuit dare pro obside filium, nec paruit: nam, secundum Bal. in consi. antea allegato, non incurrit crimen læsæ maiestatis, & tamen obsides non dantur pro causa priuata, sed publica, vt per Inno. in cap. ex rescripto de iureiu. Bal. in. l. ob æs. 4. oppo. C. de actio. & obliga.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia præcedens purgatur, vbi citatus legitimo tempore comparet.*

2 *Citatus vbi iuris sui conseruandi gratia aliquid facit, pœnam aliquam non incurrit.*

3 *Delictum sine dolo non committitur.*

4 *Scientia alieni delicti non operatur, vt quis illud ratihabitione suum faciat, nisi fuerit eius nomine commissum.*

5 *Consilium etiam malum in ciuilibus negotijs consulentem non obligat, præsertim si effectum non sortiatur, secus vbi sonat in delictum. & nu. 6.*

7 *Consilium fraudulentum quando dicatur.*

8 *Delictum non committit, qui Principi causas timendi proponit secus si terrorem incutiat.*

9 *Pœna etiam pro illicito, & inhonesto nõ imponitur, nisi expresse à lege caueatur. & nu. 11.*

10 *Falsus procurator liberando debitorem creditoris nomine criminaliter puniri non potest.*

12 *Vasallus magnum bonum paratum Domino, per mendacia & discordiarum semina disturbare non debet.*

13 *Vasallus iuramento fidelitatis contrauenire nõ dicitur, nisi magnum damnum inferat.*

14 *Vasallus in dominum omni ingratitudine nõ dicitur delinquere, sed tantùm egregia.*

15 *Maleficij appellatione non venit propriè male dictum, nec malè scriptum.*

16 *Vasallus feudũ nõ amittit, nisi in casibus à iure expressis, secus in omnibus capitulis contentis iuramẽto fidelitatis.*

17 *Probare nemo tenetur ea, quæ dicuntur Principi per viam simplicis admonitionis, secus si per viam accusationis.*

18 *Mendacium non punitur, vbi neminem damno afficit.*

19 *Patriæ quis potius obedire tenetur, quàm parentibus, & eius charitas supra liberorum charitatem esse debet.*

20 *Patriæ tantum debemus, quod, sicut Imperator, ab omni iuramento fidelitatis intelligitur excepta.*

21 *Personarum qualitas attenditur, vbi quid boni, & mali iudicandum, & an aliquid erroneè sit factum, vel dolosè.*

22 *Verba ab aliquo prolata, vel scripta vbi dubia existunt, tũc an malo vel bono animo sint dicta vel scripta statur interpretationi proferentis.*

23 *Indicia ad probationem doli debent esse perspicua nõ autem vt possint interpretari in bonam, & in malam partem.*

24 *Presumptionibus ad pœnã nemo dãnatũ, nisi fuerint uiolẽtę.*

25 *Principis grauitati cõuenit verba nuda cõtemnere, quamuis in apertam eius sonant iniuriam.*

Super facto præmisso. Cons. 597.



Rætermisso multiloquio, & allegationum copia, qua docti viri non admodum indigent. Quo ad primum caput inquisitionis, qđ consistit in literis scriptis ad Illustrissimam Marchionissam Piscariæ, in quibus scriptũ erat non sicut citati, quia esset de directo contra priuilegia, sed sicut missi gratia intelligendi &c. & arguitur d. Vincentium sciuisse & legisse d. literas, fuit dictũ aliàs, ꝙ qui attulerant d. literas nõ poterant damnari ratione cõtumaciæ, ex quo comparuerant, & copiam sui fecerant, nam
1 † contumacia etiam præcedens purgatur, si quis comparet legitimo tempore, vt Bal. inquit in. l. 1. C. de postul. & Bart. in. l. 1. §. fi. ff. de requi. reis, & de eo, qui prius fuit cõtumax, mox mutato proposito venit iudice adhuc sedẽte pro tribunali, scribit Bar. in. l. fin. col. pen. versi. redeamus ad primũ ff. de in integ. resti. & dicit eleganter Bal. consi. 250. In quęstione Domini col. 2. vers. præterea, ex quo creditores li. 1. ꝙ frustra de pœna laborat, qui rem est cõsequutus. l. 2. post prin. ff. si quis cautio. Quo autem ad illa verba non sicut citati &c. quæ videntur malo more prima fronte sonare, fuit
2 dictum, ꝙ, ex † quo illa verba fuerant prolata gratia priuilegiorum conseruandorũ, poterant excusari, & pœnam nõ incurrit, qui iuris sui conseruandi causa aliquid agit. l. at qui natura. §. quũ me absente, ff. de nego. gest. l. si quis libertũ. ff. de bon. lib. l. 2. §. quod ait prætor, ff. de incẽd. rui. naufrag. & dato etiam ꝙ iniustè mouerentur, tñ quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo l. igitur. §. potest. ff. de libe. cau. cũ suis concord. & in terminis benè scribit Cald. consi. 11. Qui di-
3 catur sub tit. de verb. signifi. dicens † quod nõ sine dolo delictum cõmittitur, cap. in lectum. 33. q. 3. vnde non dicitur contemnere, qui ex aliqua causa non facit, licèt etiam causa sit iniusta, sequiť Feli. in c. 2. col. 3. de maio. & obedi. Quod si hi, qui cõscripserũt & detulerũt literas merẽtur excusari, multo magis excusandus est Vincẽtius cui tantùm loco criminis obijcitur scientia, quũ ipse neget se d. literas in ea par
4 te approbasse: nõ † enim sequiť sciuit, ergo approbauit gl. in l. vtrũ. ff. de parrici. vbi ad verbũ, conscij, in textu positũ, addit & participes. Pręterea oportet ꝓbare, ꝙ habuerit prohibendi potestatẽ, ne d. literę illo modo scriberenť l. culpa caret, qui scit, nec ꝓhibere potest. ff. de reg. iu. Amplius dictũ fuit, quod ex sciẽtia alieni delicti, quis nõ efficit illud ratihabitione suũ, etiam, quod de eo lętus sit, & gaudeat, quũ non fuerit eius noĩe gestũ, & de hoc dedi aliàs cõpetẽtes auctoritates in allegationibus primo loco transmissis, nõ repeto.

Venio nunc ad secũdum caput inquisitionis, ꝙ consistit pariter in literis ad Riuabenem, & dictum fuit, quòd ex illarum conscriptione non erat d. Vincentius pœna dignus, nam in d. literis post procemium, & subsequentem narrationem venitur ad cõclusionem, quę respicit consilium, vt patet

patet in illis verbis, sum huius opinionis, quod tendit ad vti
5 litatem suarum excellentiarum &c. nam † nullus ex consi-
lio obligatur in ciuilibus negotijs, etiam si consilium sit ma
lum, & cõtrarius sequatur euentus cap. nullus de regu. iu. in
6. l. cõsilij. ff. eod. titu. & ratio, quia consilium nõ necessitat,
& debet tunc quis, calculis suis ponderare, quid sibi magis
expediat, & congruum sit vtilitatibus suis, vt inquit Iurisc.
in l. 2. §. fi. ff. man. secùs tamen vbi consilium sonaret in de-
lictũ, vt puta, quia quis hortaretur sodalem ad vim, cędem,
rapinam, & cætera eiusdem generis, quia tunc talis consul-
tor ad pęnam posset vocari, vt notatur in prædictis locis, &
per Bart. in. l. non solũ. §. si mandato. ff. de iniur. & per Bald.
in. l. ob hæc verba. ff. de his, qui not. infam. cum alijs vulga.
cõcorda. Sed in proposito d. Vincentius nõ consuluit Prin-
cipibus aliquid, quod sonet in delictum; nam suadet, vt ca-
piatur donatiuum nõ ad eam summam, quæ petitur, sed ad
eam, quæ à ciuibus offertur, minorem scilicet aureis mille
& hoc nullũ habet crimen, si suadet Principibus, vt aliquid
de iure suo concedant ciuitati, liberalitatẽ exercendo, quod
est propriè Principum munus cap. 2. de dona. l. filiusfam. ff.
eo. titu. non etiam incurritur crimen dum suadet, vt decla-
ret in posterum, ꝙ nullo onere grauabit ciuitatẽ ad exem-
plum priuilegiorũ sibi priùs concessorum: nam potuit mo-
ueri ad ita consulendũ, quia sæpius expedit Principibus ma
gis quærere beneuolentiam populorum, quàm pecuniam,
& vt dixi in alijs allegationibus, subditi pingues, & bene ha
bentes sunt verus thesaurus Principis, & eius nerui dicun-
tur; Et dato ꝙ ego, vel quilibet alius cõsuleret Principibus,
vt talem non faceret declarationem: quia multa incumbe-
re possunt fortuitò imperio, ad quę repellenda opus esset pe
cunia, tamen si quis contrarium daret consilium, non puta-
rem eum pœna dignum, sicut nunc agitur: non enim nunc
agitur an d. Vincentius sit laudandus, sed num plectendus,
& vt dicebat prestantiss. D. Rolandus, si talis postulatio es-
set habenda loco criminis, essent omnes ferè plectendi feu
datarij, qui similes declarationes postulabant, vt paterentur
eorum subditos ad huius donatiui collationem cõcurrere,
6 & tantò † magis dicendum dic. consilium non obligare ad
pœnã, quia d. consilium nõ habuit effectũ, nam neq; immi
nutũ est aliquid de summa donatiui; nec cõcessa declaratio,
quę flagitabatur, & per cõsequẽs d. cõsilium fuit vanũ, nec
aliquod attulit interesse Principibus, & vbi nullius interest,
nõ datur actio ciuilis de dolo, nec accusatio criminalis, quũ
vtraq; sit subsidiaria, vt dixi aliàs allegando Petr. de Anch.
consi. 24. Visa inquisitione colum. 1. Est bene verum, quòd
vbi consilium sonaret in delictum, tunc cõsilium per se ip-
sum cõsideratum esset puniendum propter malum animũ
consulentis nullo etiã sequuto effectu, & ita loquuntur, quæ
adduci possunt in cõtrarium, prout etiam tetigi in secundis
7 allegationibus. Non obstat, quòd † consilium sit fraudulen
tum, quia respondeo, quod qui allegat fraudem probare de
bet & de nulla fraude hic apparet, diceretur autem fraudu-
lentum consilium, quando id ageret, vt ipse aliquid lucrare
tur cum alterius damno, & ita procedit tex. in. l. elegãter. §.
fin. cum duabus. ll. sequentibus, & quod ibi not. Barto. ff. de
do. Et si diceretur quòd d. Vincentius hic aliquid lucraba-
tur, tanquã vnus ex ciuibus, qui tenebatur conferre ad do-
natiuum, & lucrabatur etiam ex declaratione de non aggra
uando ciuitatem in posterũ, quia respondetur, quòd d. Vin-
centius non agebat principaliter suum negotiũ, sed vniuer-
sorum, & considerandum est, quòd id, quod ad ipsum pro-
priè pertinebat, erat quid modicũ comparatione facta ad
vniuersos, vnde maior summa, quæ versabatur in eius cogi
tatione, & pro qua obtinenda laborabat, debet attendi iux.
8 l. quæritur. ff. de homi. & quæ ponit Bar. in. l. Arist. ff. de do.
Non obstat etiam † quòd voluit incutere terrorem Princi-
pibus, vt extorqueret ab eis d. declaratoriam, allegãdo iura
populi & eius volubilitatem, & in hoc fundat se principali-
ter inquisitio, quia ad hoc aliàs fuit responsum, quod d. Vin
centius non dicit in suis literis, quòd Principes debent ali-
quid timere, sed bene proponit causas timendi, & Princeps
debet tunc apud semeipsum excutere, vtrũ sibi esset timen
dum nec ne, & si inueniret aliquid timendum, cauere; non
enim sonat in delictum proponere causas timendi, nec re-
perio voluẽdo capita læsæ maiestatis, de quibus habetur. ff.
& C. ad. l. Iul. maie. & rursus euoluendo causas propter quas
Vasallus amittit feudũ, de quibus habetur in iuribus feudo
rum, quòd si quis proponat aliquid Principi ad cautelã siue
etiam ad terrorem mereatur aliquam pœnam tanquam sit
9 in culpa, & † pœna non habet locũ, nisi expresse dicatur. §.
quum igitur ibi, nec est lex tale quid dicens, in Auth. de nõ
eligen. secun. nuben. & in. l. at si quis. §. diuus autem Marcus
ibi pœnam à lege nõ esse statutam. ff. de relig. & sump. fun.
plura ponit Felin. in cap. 2. col. 1. de rescrip. & dicit Andr. de
Iser. in cap. 1. §. si voluerit col. 2. de cap. qui cur. vendi. quod
lex humana omnia delicta punire non potest, & rationem
adducit sumptam à diuo Augustino, vt ibi ipse latiùs prose
quitur, & elegans exemplum ponit Bald. consi. 14. Filiusfa-
10 milias liberauit lib. 1. vbi vult quòd † si falsus procurator li-
berauit debitorem nomine creditoris, nullo modo punitur
criminaliter, ex quo neminem lædit, & non intelligitur esse
crimen vbi nemini damnũ infertur, vt not. in. l. damus. C.
de fals. & licet nõ faciat secundũ bonos mores, tamen nulla
lex est, quæ puniat eum, & erubescimus sine lege loqui. §.
consideremus in Auth. de trien. & semis. & inquit Bal. con-
si. 15. quod sequitur, & incipit Ad euidentiã præmitto &c.
quòd fraus non intelligitur, nisi cum effectu damni. l. 1. ff. de
statu lib. & eo in casu nulla pœna criminalis imponi potest,
nec est nouum, ꝙ quędam inhonestè fiant, & tamen vltio-
nem non habeant, quia non omne punitur illicitum, sed id
demùm, quod lex statuit esse delictum, allegat tex. in. l. at si
quis. §. diuus autem Marcus. ff. de relig. & sump. fun. quem
11 tex. facit singularem. Ecce † quòd Bal. ibi vult, ꝙ pœna nõ
imponatur etiã pro illicito & inhonesto, nisi lege expresè
caueatur, presertim quum nullum damnum fuerit sequutũ:
nam id ne fingi quidem in casu nostro potest, quum consi-
lium (vt dixi) non habuerit effectum. Non obstat, quòd d.
Vincentius est homo ligius fidelitatis, & dicit And. de Iser.
12 in c. 1. de for. fideli. quòd Vasallus † non debet magnum bo
num paratũ Domino disturbare per eius mendacia, & se-
mina discordiarum. Nam respondeo, ꝙ Andr. de Iser. re-
quirit duo, videlicet ꝙ magnum fuerit bonũ, & quòd fue-
rit paratatum, quorũ neutrum cõtingit in casu nostro: nam
negatur illud primò ꝙ esset paratum, quia Albenses recusa
bant soluere donatiuum integrum, ergo non erat paratum:
deinde requirit aliud, ꝙ esset magnum bonũ, quod distur-
batur: sed mille aurei, quos detractabant illi ad solutionem,
nõ essent respectu Illustrissimorum Principũ magnum bo
13 num; & † Vasallus non dicitur contrauenire iuramento fi-
delitatis; nisi magnũ intulerit damnum, vt est tex. in ca. 1. §.
præterea si vasallus ibi, grandem iacturã facere moliẽtem,
quæ fue. pri. cau. benefi. amit. ad idem tex. in d. c. 1. §. sed nõ
est alia co. tit. in illis verbis, grande dispendiũ sustinere fece
rit, & in. §. porrò eo. ti. ibi, graues vel inhonestas iniurias &c.
14 non enim † omnis ingratitudo facit, vt dicatur vasallus de-
linquere cõtra Dominũ; sed ea tantùm, quę est egregia in-
gratitudo ca. 1. ibi egregię ingratitudinis, quem tex. ad hoc
ponderãt ibi Scrib. in quib. cau. feu. amit. quem tex. etiã ad-
ducit gloss. in cap. primo. in verbo, periurium de alien. feu.
pater. & dicit Matthæ. de Afflict. in c. 1. §. licet. 3. notab. si
de feud. defun. fuc. controu. in. Domi. & agna. ꝙ vasallus nõ
amittit feudum, sicut nec pro modico excessu Dominus
amittit proprietatem. Quòd autem Andr. de Iser. subijcit
de semine discordiarum, nihil ad Vincentium. Non obstat
etiam, ꝙ Vasallus iurat non facere Domino difficile, quod
est facile; & impossibile, quod est possibile c. 1. de nou. for.
fidel. quia text. ibi loquitur per verbum, faciet, non aũt per
15 verbum, dixerit. Aliud enim facere, aliud dicere, vnde † ap
pellatione maleficij non venit propriè maledictũ, nec malè
scriptũ, vt per Bart. in. l. aut facta in prin. ff. de pœn. Ang. de
Are. in tract. malefi. super glo. verba cõtumeliosa vers. quid
aũt si statuto; & sanè absurdum esset, si quis ob eam causam
amitteret

amitteret feudum, quòd diceret domino, quòd illud, quod quærit, est difficile, imò impossibile; & tamen esset facile
16 & possibile. Præterea si volumus sequi iura feudorũ, † Vasallus non amittit feudũ, nisi in casibus à iure expressis; non autem in omnibus capitulis contentis in iuramento fidelitatis cap. 1. §. illud enim, quæ fu. pri. cau. benef. amit. tradit Andr. de Iser. in d. cap. 1. super verbo. Item honestũ de for. fidel. Alexan. consi. 103. Videtur prima consideratione. col. pen. lib. 1. Ias. in l. cum quidam col. 4. ff. de lib. & posthu. & latè Curt. Iun. cõsi. 137. Habita diligenti. col. 3. licet isti omnes And. de Iser. corruptè allegent; sed non reperitur ꝙ de huiusmodi casibus, de facili, & possibili, Vasallus contrauenie͂s priuetur feudo, quod habet à Domino; ergo multò minus priuabitur proprio patrimonio. Mihi etiã videtur, ꝙ impertinenter adducantur iura feudorum, quæ loquuntur vbi ciuiliter agit Dominus ad amissionem feudi; nam criminaliter non potest Dominus Vasallum punire, considerando eum, & Dominum feudi; sed hic criminaliter agitur, vt patet ex inquisitione, & carcere. Nõ obstat, quę obijciuntur de mendacio, & in primis, ꝙ scripserit ad Riuabenem, ꝙ murmur erat in populo, quòd extincta linea masculina Paleologorũ, poterant Albenses alium sibi eligere Rectorem, & interrogatus in examine a quibus audiuerit, dicit se à nemine audiuisse; quia Respondeo, ꝙ neminem te-
17 nebatur ipse nominare, quia † nemo tenetur probare illud, quod dicitur per viam simplicis admonitionis Principi, secus si per viam accusationis, vt nouissimè scribit Hier. Cagnõ. in l. culpa caret, circa fin. ff. de regu. iur. sequutus Andr. Alcia. in l. quarta. §. Cato, quartò nota. ff. de verb. obli. nihil allegant, sed pro his, est tex. in capit. licet in beato Petro. de accusatio. Nam ibi quidam Canonici scripserãt Papæ Archiepiscopum Bisuntinum periurium, simoniam, & incestum cõmisisse, vnde quum fuisset citatus d. Archiepiscopus, vt veniret responsurus obiectis, & ille comparuisset, & nemo instaret, excitauit Papa dic. Canonicos, vt proponerent quicquid vellent, & quòd scripserant legitimè demonstrarent; ipsi autem responderunt, quòd non proposito accusandi scripserãt, sed tantùm sedi Apostolicæ intimarent, & Papa hoc audito d. Canonicis in perpetuum imponit silentium, vnde elicitur ex illo tex. per gloss. & Docto. quòd d. Canonici potuerunt desistere, nec tenebãtur probare crimina, ex quo nõ animo accusandi, sed denunciandi id scripserant; ad idem facit tex. in l. si quis obrepserit in prin. ff. ad l. Corne. de fals. vbi ita quis tenetur de falso, si quis obrepit Principi per dationem libelli vel accusationem secundùm quod etiam ibi prosequitur Bart. Nec iuuat dicere, quòd & si non tenebatur probare, saltem debet aliquos nominare, quia dico, quòd sicut nõ tenebatur probare, ita nec debuit nominare, vt per Felin. & Deci. in cap. primo de off. deleg. dum discutiunt decisionem Bart. in l. vtrum. ff de parricid. Alias responsiones tradit Domi. Petrinus Bellus frater inquisiti, ad quas me refero. De cæteris autem, quę scripsit de populi mobilitate, & de priuilegio prius concesso de eis nõ grauãdo, nihil est mentitus; nam de priuilegio immunitatis, apparet, quod prima facie pro his concludit non apparente aliter de iure Principis. De mobilitate autem populi, seu potius furore, latè scribit D. Petrinus Bellus in suis alle-
18 gationibus. Non omitto, † quod mendacium non punitur, quando neminem afficit damno, vt probatur in l. fundum cuius. §. fin. cum gl. fin. ff. de euic. & ibi not. Sali. Bal. in l. fin. per illum tex. ff. quod fal. tuto. aucto. & tradit Alexan. consi. 145. Visis narratis colum. 1. lib. 6. & tradit Bald. in præallegato consil. 14. dum loquitur de falso procuratore. Socin. consi. 114. Post redditum col. fin. lib. 1.

Faciunt autem plura ad excusandum d. Vincentium, vt nihil dolosè actum videatur. Et primò quia laborabat pro patria, vt minus, vel nihil grauarentur, amor autem patriæ, exhaurire potest omnẽ suspicionẽ doli, si nixus est prodesse patriæ apud Principẽ in re in qua non erat imminutio Imperij, & dignitatis suę. Nam Principes solent immunitates concedere subditis, imò hoc est de reseruatis illorum pote-
19 stati, & si licet hoc tentare pro se ipsis: quanto † autem magis pro patria, quisq; non solum parentibus, sed etiam patriæ nascitur. l. 1. §. & generaliter. ff. de ven. in posse. mitten. & data paritate terminorum, quis debet potius obedire patriæ, quàm parentibus, vt per Bald. & Ang. in l. veluti. ff. de iusti. & iu. & dicit tex. in l. postliminium. §. filius. ff. de capti. ꝙ Romanis parentibus antiquior semper fuit patria, quàm charitas liberorum, quod etiam expressit Cicero lib. primo offic. Vnicuique (inquit) cari sunt liberi, cari parẽtes, propinqui, familiares, sed omnes omnium charitates vna patria est complexa, pro qua nemo bonus dubitauit mortem oppetere, & facit illud Ouidianum. Nescio qua natale solũ dulcedine cunctos Afficit. Hinc exiliũ, per quod cogitur à patria abesse, inter pœnarum genera enumeratur, eodem
20 numero habetur relegatio, & † tantùm debemus patriæ, ꝙ ab omni iuramento fidelitatis intelligitur excepta, quemadmodum Imperator; vt ponit gloss. in cap. primo. §. contra omnes, hic fini. lex Conrad. Bal. & cæteri in cap. primo, de nou. for. fidel. excusare etiam eum à dolo debet, ꝙ nihil vnquàm contra Principes in tantis Albensium reuolutionibus inuenitur molitus, & ex personis dicta pensamus, vt benè considerat Imperator in l. vni. C. si quis Imperat. maledix. quem tex. ad hoc adducit Bald. in l. 1. col. 3. C. de seru. fugit. Bart. in l. de pupilli. §. si quis ipsi prætori, quæst. 5. ff. de oper. nou. nunc. non enim animum inspicere possumus; sed quo animo quid sit factum, qualitas personarum id iudicat, vt Doct. sepissimè dicunt tam legendo, quàm consulendo, quos infiniti operis esset enumerare, pro hoc bonus text. in l. famosi. §. primo, ibi spectandum est, an quid fecerit, vbi gloss. exponit, quid simile. ff. ad l. Iul. maiest. & si volumus etiam regulam inspicere, quod valere debet plurimùm, reguraliter omnia ex personarum qualitate iudicantur, vt latissimè supra omnes tradit Matthæ. de Afflict. in cap. primo colum. 3. ex quibus cau. feud. amitta. & ibi inter cætera
21 in proposito dicit, † quòd ex qualitate personarum iudicamus bonum & malum, & aliquid sit erroneè gestũ, vel dolosè per iura, & auctoritates ibi per eum adductas. Accedat etiam ætatis maturitas, quæ non permittit facilè fraudem suspicari. Accedant etiam honestæ diuitiæ: nam (vt Satyricus inquit) cõtemnere fulmina pauper, creditur atq; Deos: diuitiæ autem timidæ sunt, nec facilè, quis eas habens exponit se periculis, & maleficijs.

Scripsit etiam ad fidelem Principis, ad quem verisimiliter talia non scripsisset, si cogitasset lædere, & dicere Principi aduersa. Nonne præterea primę, & postremę d. literarum plenę sunt affectionis, & deuotionis erga Principem? ergo idem censendum de medijs, quia vna pars scripturæ aliam declarat. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de lega. 1. l. hæredes palàm. §. sed & si notã ibi ex vicinis scripturis. ff. de testamen. maximè autem postrema expectanda sunt, in quibus pollicetur se curaturũ, vt addatur ad eam summam, quã populus obtulerat, qua in re videtur partes pacificatoris assumere, nec omnia Principi, nec populo concedere; quod
22 nemo dixerit maleuoli esse animi. Vltimò † quia fatentur omnes, quòd si bono animo scripsit, non est dignus pœna, secùs si malo; dicendum est, quòd in his, quæ pendent ex animo, standum est dicto proferentis verba. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. glo. in. §. sed istæ Instit. de actio. cap. si verò de sentent. excommu. Ipse autem interpretatur se bono animo scripsisse, imò sine hominis interpretatione lex interpretatur in meliorem partem, vt Bal. inquit in l. 1. col. 3. versic. & nota. C. de seru. fugi. vbi propriè loquitur in consilio, & dicit Paul. de Cast. in l. dolũ. C. de do. circa prin-
23 cip. quod † indicia ad probationem doli debent esse perspicua, idest quod non possint interpretari nisi in malum; secùs si in malum, & bonum, quia tunc pręsumptio fieret potius in bonam partem. Propterea aliquid obesse nõ potest, quod iudicatur ex pręsumptionibus; quia tales præsumptiones debent esse perspicuę, vt dicit tex. in d. l. dolus. C. de do. hic aũt non modò perspicuas, sed ne vllas quidem præsum-
24 ptiones video. Vlterius non debet † quispiam ex præsumptionibus

ptionibus

ptionibus ad pœnam damnari, sed opus est luculenta probatione.l.fin.C.de proba.& ista est ratio, quare ius commune absentem in criminibus prohibeat damnari, ne suspicionibus cōtingeret damnatio.l.absentem in princ.ff. de pœn. vbi glo.exponit illud verbum, de suspicionibus, idest de hominis presumptionibus; fallit tamen hoc si violentæ essent præsumptiones, vt dicitur de eo, qui in quodā conclaui inuentus est mortuus, & visus est statim hinc quispiam exire cum gladio euaginato, & sanguinolento, pallida facie, & cū tremore: nam tunc bene potest damnari; nam iudices videntur ante oculos habere crimen, & illud inspicere, veluti in tabella depictum, iux. not. in cap. afferte de præsump. & per Ioan. Andr.in addit.Spec.in tit.de proba.§.fin.vers.13. & per Abb.in ca.3.loco. de proba. Sed ex alijs presumptionibus, quæ incerte sunt, & possunt esse fallaces, quemquam damnare ad pœnam, longè ab humanitate est plurimùm, nam vt scribitur in d.l. absentem. Sanctius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm nocentē damnare. Et considerando processum istius, videtur à cæteris differre, quia in cæteris, vt plurimùm quæritur, vtrùm quod est delictū, sit probatum; hic econuerso qȩritur, vtrùm quod est probatum, sit delictum; & quum istud reddatur ambiguum, iudicandum est potius istud non esse delictū; quia homo præsumitur potius facere bonum, quàm malum, quum sit animal rationale, secundùm eius diffinitionem, ca.fin.de præsumpt.l.omnimodo.C.de inoff.testa.l.cum pater §.rogo.ff. de lega.secundo tradit Bart.in.l.nō solùm.§. sed vt probari ff.de oper.nou.nunc. natura enim est bona à suis principijs, & qualia sunt principia, talia præsumuntur principiata, ideo quilibet præsumitur bonus, vt Bald. inquit in.l.1.circa fi.C. si quis omis.cau.testa. Ex his censeo reum absoluendū esse, & hoc valere debet, tum quia id est tutius, tum etiā quia benignius.l.factum.§.in pęnalibus causis benignius est inter-
25 pretandum.ff.de reg.iur. Postquàm † autem finem dicendi facturus sum, nolo pretermittere argumentum quod semper maximum in hac causa arbitratus sum: Nam quia hic agitur remoto facto de nudis verbis, posito quod d. verba sonarent in apertam iniuriam; tamen ad Principis grauitatem pertinere arbitror talia cōtemnere, vt docet Imperator in.l.vnica, ibi si ab iniuria remittēdum.C.si quis Imper. maledix. Quanquàm enim temerarij pœna sint digni, tamen illis vt insanis parcendum, vt egregiè inquit Iurisc. de hoc ipso loquens in.l.famosi.§.1.in fin.ff.ad.l.Iul.maiest.

SVMMARIVM.

1 *Citatus non parendo magistratui facit contra ius naturale, & diuinum, in quo iure errans à pœna nō excusatur etiā si mulier sit, vel rusticus.*
2 *Error iuris nunquid non parendo excuset, & quando, & nume.6.*
3 *Accusare vel agere in criminibus nemo compellitur, præterquàm ad reuelandum crimen læsæ maiestatis vbi probationes habeat.*
4 *Error iuris quando est tolerabilis semper præsumitur potius, quàm malitia.*
5 *Iudicis appellatione venit etiam Princeps.*
7 *Rustico contumaci in non parendo præcepto iudicis subuenitur, secùs in alys casibus.*
8 *Verbum, impotentia, est ambiguum, quod non solum refertur ad factū impossibile, sed etiam ad id, quod commodè fieri non potest.*
9 *Verba super quibus fundatur inquisitio vbi sunt dubia, interpretatio semper fit, quæ excludit delictum.*
10 *Iuramentum fidelitatis trifariam præstatur.*
11 *Iuramentum assecurationis continet quatuor, vitam, membrum, mentem, & rectum honorem, & quomodò differat à iuramento, quod præstatur ratione feudi, vide ibi.*
12 *Iuramento iurisdictionis contraueniens licet sit periurus, tamen non patitur pœnam, vt amittat iura ciuium.*
13 *Iuramentum vbi ciuitas præstat per syndicum, tunc reatus periurij non transit in singulos de vniuersitate.*
14 *Periurus ratione contractus non punitur criminaliter.*

De eademmet causa. Cons. 598.



VDIO obijci in causa Domi. Vincentij circa primum caput inquisitionis,
1 quòd nō parere † magistratui est contra ius naturale cap.notandū.23. quæstio.4.cap. solitæ de maio. & obedien. facit regula non videtur dolo carere, qui magistratus Imperio non obtemperat, imo est contra ius diuinum iux. illud Pauli ad Romanos. Omnis anima subdita sit potestatibus sublimioribus; si aliter in præsenti casu diceretur, q. si Princeps citaret aliquem pro suo interesse, ille nollet venire, sequæretur absurdum, quòd superior deberet accedere ad inferiorem, quum tamen reuerentia natura ipsa docente debeatur superiori, vbi autem quis errat in iure naturali, seu quasi naturali nō excusatur à pœna, etiam si sit rusticus, vel mulier.l.1.& ibi Bald.C.de interdic.matrim.l.venia.C. de in ius vocan. Din.in cap.ignorantia de reg.iur.in.6. Bal. in.l.leges sacratissimæ prima quæstio.C. de.ll.nec iuuat dicere, quòd ipsi merentur excusari ratione priuilegiorū suorum, quia priuilegia de hoc non loquuntur, sed tantùm loquuntur in cōtrouersijs, quæ verterentur coram iudicibus, vt non possint ipsi Albenses occasione dic.cōtrouersiarum iudicialium trahi extra suum forum ad aliud tribunal. Pre-
2 tereat† error iuris, ita demum excusat si appareret illos consuluisse peritiores, à quibus erroneū retulissent responsum secundùm Bart.in.l.in bonorum.ff.de bon.possess.gl. Bald. Salic.& ibi latè Alexan.in.l.iuris ignorantia.C. qui admitti. & in terminis dicit Bal.in d.l.venia secundo nota.quòd vbi quis nō est certus de crimine, tamen ratio naturalis est contra eum, tunc imputet sibi si errauit, quia debebat consulere peritiores, vt in illo tex.habetur. Sed respondetur ista nihil facere ad d. Vincentium, qui non inquiritur ex eo, quòd nō obtemperauit imperio magistratuum, sed quòd sciuerit, & legerit d.literas. in quibus scriptum erat, non sicut ci-
3 tati, sed vt intelligant &c.&† scientia alieni delicti nō contrahit reatum præterquam in crimine maiestatis, vbi quis tenetur ad reuelandum si probationes habeat.in cæteris verò criminibus nemo agere vel accusare compellitur, vt in rubro & nigro C.vt ne.inui.age.vel accu.coga.& hęc latius aliàs deducta fuerunt. Præterea defendendo etiam eos, qui citati fuerunt, & cum d.literis venerūt, dicitur eos obtemperasse imperio Principis, ex quo copiā sui fecerunt & intellexerunt quid vellet, & illa verba, non tanquā citati, fuerunt apposita gratia priuilegiorum conseruandorum, propterea nullū crimen incurrerunt. Nec releuat dicere, quòd in d.priuilegijs hoc nō continebatur, quia replicatur, quòd hoc ipsi putabant ad hoc ipsum extendi præsertim, quum
4 hoc audiuissent ab vno iurisperito, &† error iuris magis prȩsumitur, quàm malitia, secundùm Cuma. in l.nō fatetur.ff. de confes. per text.in l.secunda.§.si à pupillo.ff.pro empto. quam refert & sequitur Alexand.consi.160. Visis narratis colum. fin.lib.7. & idem voluit etiam Fulgo. in.l.iubemus. C.de testamen. dicens, quòd si notarius in confectione instrumenti omittat solennitatem de iure requisitam, non punitur de falso, excepto casu, de quo in illa lege; quia id factum potius præsumitur per imperitiam, & iuris errorem, quàm per malitiam, allegat in argumen.l. post legatum.§. primo.ff.de his, quib. vt indig.& idem vult Sali.ibi & Alex. qui ad hoc allegat concordan.& dicit Bald.in.l.penul.C.de his, qui sib. adscri. in testa. per illum tex.quòd vbi error iuris est tolerabilis semper prȩsumitur potius error, quàm ma-
5 litia: † Sed appellatione iudicis venit etiam Princeps, qui in propria causa potest iudicare.l.& hoc Tiberius.ff.de hęred. institu.l.proximè.ff.de his, quæ in testa.delen. & dato, quòd

diceretur, ꝙ illa verba non possint comprehendere Principem ratione præeminentiæ, & quòd verba non intelligantur comprehendere loquentem. l. inquisitioni. C. de solut. tamen satis est, ꝙ ipsi Albenses haberent causam ita credendi, præsertim quum citarentur imperiosè, & sub pœna, & quælibet causa etiã iniustã excusat à dolo. l. igitur. §. potest
6 ff. de liber. cau. Vlteriùs † quòd excusarentur ex causa qualibet iniusta, etiã quòd non consuluissent peritiores in non parẽdo magistratibus, adduco in terminis Ang. in l. ex consensu. §. fin. ff. de appel. vbi inquit, quòd si citatus dicit non comparui, quia talis procurator dixit mihi, quòd non habebam necesse, quum potuerit consulere peritiores, sed stetit contentus dic. procuratoris, vel si nuncius, qui citabat per schedulam dixit, iudex dixit nobis, de citatione non curetis, licet non debuisset tantùm esse credulus: tamen hęc est quædam causa colorata, exclusiua omnis doli, vnde potest appellare, veluti fictus cõtumax quantumcunq; potuerit in termino comparere. Ecce ꝙ Ang. ibi vult, quòd cõtumax in comparendo excusetur à pœna nõ appellandi, quam lex imponit cõtumaci, vbi causa colorata interuenit non comparendi, quamuis fuerit nimis credulus, & deberet cõsulere peritiores, & pro hoc benè facit; quia non parere iudici est delictũ, quod non consistit in cõmittendo, sed in omittendo, quod facilius remittitur; vnde † videmus ꝙ rustico con-
7 tumaci in nõ parendo pręcepto iudicis, subuenitur. l. 2. §. 1. in fi. ff. si quis in ius voc. non ie. l. 1. §. fin. ff. de eden. quamuis in alijs casibus non subueniatur, quia debet consulere peritiores, vt Bald. scribit & cæteri in d. l. iuris ignorantia. C. qui admit. Alex. in l. si id quod. ff. de iurisd. omn. iud. Et hęc dicta sunt ex abundanti, quia priores responsiones sufficiunt.

Descendo nũc ad aliud inquisitionis caput de literis scriptis ad Ariuabenem, in quibus arguitur, quòd cõtrauenien do iuramento fidelitatis, quòd id, quod erat facile & possibile, ipse fecerit Domino difficile, & impossibile: scripsit enim quòd nõ poterat populus soluere donatiuum integrũ propter paupertatem, & tamen quòd poterat, soluere indicatur ex eo quòd per plures menses sustinuit onera militum immissorum, quæ longè erant maiora; & vlterius pollicitus est populus solutionẽ integri donatiui. Respondi ad hoc obiectum aliàs, & ad illas responsiones me refero, & vltra eas respondeo, quòd nihil imputari potest Vincentio si asseruit populum impotentem esse ad soluẽdum integrè donatiuum: nam communiter homines, vbi imponitur sibi graue aliquod onus, loquũtur se non posse; & dato quòd ostendatur eos posse, non ideò puniuntur, nec puniri pos-
8 sunt, propterea quòd † illud verbum, impotentia, est ambiguum, quia non solum quis dicitur nõ posse, quod sibi est impossibile factu, sed etiam quod cõmodè facere non potest. l. nepos Proculo. ff. de verb. signifi. glo. in l. in condemnatione. ff. de regu. iur. & in cap. 1. in verbo, liberare de aliena. feud. pater. Bald. in l. 1. col. 3. C. de seru. fugi. & in cap. 1. col. 4. versic. deinde ista glo. quo. temp. mil. Sed non ostenditur quòd Albẽses potuerint commodè soluere, idest deducto ære alieno, & salua sua dignitate, vt dicitur in d. l. ne-
9 pos Proculo: & vbi † verba sunt ambigua, super quibus fundatur inquisitio, interpretatio fit semper, quæ excludit delictum, vt per Bart. latè in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de oper. nou. nunc. cum concor. ibi traditis per Alexand. & Moder. in ca. in pręsentia de proba. Potest etiam dici, quòd
10 † quum sit triplex species iuramenti, vnum quod præstatur Domino ratione feudi, aliud quod præstatur ratione domesticitatis, & familiaritatis, tertium quod præstatur ratione iurisdictionis: istud, quod pręstitit Vincentius Principi, quũ
11 non teneat feudum ab eo, nec sit eius domesticus, est † iuramentum ratione iurisdictionis, quod propriè appellatur iuramentum assecurationis, & præstatur à subditis Regi, & alijs Principibus & Dominis, qui habẽt iurisdictionem in territorio ab originarijs, & habitatoribus, & continet tantùm illa quatuor vitam, membrum, mentem, & rectũ honorem; nec istud iuramentũ suppletur per alia, quæ habentur in c. 1. de forma fidelit. quia legislator voluit facere differentiam inter iuramentum, quod præstatur ratione feudi, & aliud iuramentum, quod præstatur ratione iurisdictionis, & istud est de mente gloss. in cap. 1. quali. vasal. iura. debe. fidel. & tenent hoc ibi contra And. de Iser. qui oppositum tenuit Iacob. Aluaro. & Præpo. & Iacob. de Sancto Georgio in tract. de homag. col. 9. vers. sed hic cadit. Gramma. in decis. inferiùs alleganda, quibus accedat, quod scribit Bald. consi. 327. Pridie consului. col. 3. versic. illud etiam constat lib. 1. vbi inquit quod ista duo iuramenta, quorum vnũ præstatur tanquàm feudatarius, & Vasallus, aliud tanquam ciuis & subditus ratione originis & domicilij, & ꝙ proculdubio tenẽtur Marchiones & Comites prestare Duci Mediolani, differunt formaliter, & nõ sunt eiusdem speciei, imò valde differunt, quia, qui iurat vt ciuis, licet incurrat periurium non desinit esse ciuis, nec perdit iura ciuium, sed qui iurat vt Vasalllus perdit feudum, & reuertitur ad superiorem, saltem per sententiam: quia hæc est natura feu-
12 dorum. Ecce quòd Bald. ibi vult, quòd † contrauenĩens iuramẽto, quod præstatur ratione iurisdictionis, licèt sit periurus, tamen nõ patitur pœnam, vt amittat iura ciuium. Ex quo infertur, quòd Vincentius non contrauenit iuramento de facili & possibili, quoniam illud tantùm cõtinetur in iuramento feudatarij, ipse autem præstitit iuramẽtum iuris-
13 dictionis. Et istud ita dicerẽ, si Vincẽtius præstitisset † personaliter, & manu propria iuramentũ, sed si ciuitas per Syndicum iurasset, tunc reatus periurij nõ transit in singulos de vniuersitate, vt scribit Matthæ. de Afflict. in d. cap. 1. quali. Vasal. iura. debeat fideli. & nouissimè Gramma. decis. 105. col. 7. & quum non doceatur in actis qualiter præstitũ fuerit d. iuramentum, intelligendum est, quòd præstitum fuit illud, quod minus obligat per reg. l. semper in obscuris. ff. de regu. iur. vnde non posset etiam procedi stante hoc vltimo fundamento, de periurio, quod etiam comprobatur, quòd
14 † de periurio, quod incurritur ratione cõtractus, nemo punitur criminaliter, nisi alter circumueniatur, quod hic non contingit, vt Bar. not. in l. de periurio. ff. de crimi. stellio. qui ita intelligit illum tex. & Bald. in l. 2. C. de reb. credi.

Vltimò non obstat, quòd dicit Bart. in extrauag. qui sint rebel. in verbo machinantur, quia loquitur ibi Bart. de eo, qui dolosè aliquid ordinat facto sub aliqua verborum arte, vt patet in exemplis ibi per eũ positis, sed iste arguitur tantùm de verbis quibusdam prolatis sine vllo opere & facto, quę tamen ipsa verba non constat dolo fuisse emissa, & nullum præterea damnum intulerunt.

SVMMARIVM.

1 *Valor quanti plurimi non debetur, nisi à tempore moræ. & nume. 3.*
2 *Causa iusta litigandi excusat à mora, & ab interesse.*
4 *Valor quanti plurimi vsque ad quantum tempus peti possit.*
5 *Aestimatio quanti plurimi tunc per totum tempus moræ debetur, cum frumentum debetur in genere, secùs si in specie debeatur.*
6 *Aestimatio rei nunquid & quando cessat re perempta, & quando non.*

CONSILIVM. 599.



SI habuisset Sempronius iustã, & probabilem causam litigandi tenerẽ proculdubio, quòd valor quanti plurimi non deberetur Cæsari pro annuo frumento, quod ei d. Sempronius soluere
1 tenebatur; quia † valor non debetur, nisi à tempore moræ; & iusta causa litigandi excusat à mora: nemo tenetur enim ius suum indiscussum relinquere. l. illud. ff. de petit. hæred. & de hoc est glo. in terminis in l. vinum in verbo quum esset. in princ. ff. si cert. pet. & in l. in hac. in verbo, moræ. ff. de tritica. & Bald. in capit. si quis inuestitus. colum. fin. versicu. pone quòd

quòd hæres. qui successio. teneantur, vbi per glo. in d.l.in
2 hac, quam dicit nõ esse alibi, vult † quòd iusta causa litigan
di excusat ab interesse, sequitur Alexand. consil.135.Circa
primum dubitationis. col.4.lb.6. Sed quoniam in thema-
te præsupponitur, ꝙ d. Sempronius fuit condemnatus per
sententiam ad præstandum Cęsari frumentũ, quod per an-
nos septem soluere cessauerat, vnà cũ expensis litis, illa con
demnatio expensarum ostendere videtur, quòd nullam ha
buerit causam probabilem litigandi, sed temerè litigauerit
3 iux.l.eum quem temerè.ff.de iudi.vnde tenetur † ad valorẽ
quanti plurimi valuit frumentum à tempore moræ, in qua
fuit constitutus per lapsum diei absque vlla hominis inter-
pellatione.l.magnam.C.de contrah.& cõmit. stipu.l.traie-
ctitiæ.§.de illo.ff.de actio.& oblig.& in specie tradit Alex.
4 consi.64. In causa & lite circa princ.lib.7.Solùm † superest
videre vsq; ad quod tempus valor quanti plurimi peti pos-
sit. Et videtur prima consideratione dicendum quòd peti
tantùm possit vsque ad triennium, non vltra; nam frumen
tum & similes fructus non possunt durare vltra trienniũ gl.
in.l.1.C.si aduer. vsucap. cum concor. adduc. per Alex.in.l.
procuratorem.C.de procura.& in.l.1.§.fuit quęsitum.ff.ad
Trebel. & re perempta valor quanti plurimi amplius non
crescit, vt vult gl.magna in d.l.vinũ circa medi.quam sequi
tur ibi Bart.& cæteri & istam opinio. tenet Ang.de Are.in
§.si quis à non Domino circa fin.Institu.de re.diuis. Sed in
casu nostro contrarium est verius, quia prædicta procede-
rent, si frumentũ deberetur in specie, puta quod natũ esset à
tali aruo, vel frumentum aliquod esset commendatum de-
positario, vel negociorum gestori; sed vbi frumentum de-
betur in genere, tunc crescit æstimatio per totum tempus
moræ, quia qui debet genus omni tempore restat debitor,
vsque quo satisfaciat, nam genus perire non potest, & hoc
vult etiam, Bart. & clariùs Bal. in.l.diuortio.§.ob donatio-
5 nem.ff.solut.matrimo. vbi inquit, quòd † postquàm est fa-
cta consumptio fructuum, non potest ammodo crescere,
aut decrescere æstimatio ex mora, non obstat.l.vinum.ff.si
cert.peta.quia fructus ibi debebantur in genere, hic in spe-
cie, quod est menti tenendum secundũ eum. Corroboran-
tur præmissa ex his, quæ dicit Bar.in.l.cũ qui.ff. de his, quib.
vt indig.& in.l.ex diuerso.§.1.in fin.ff.de rei vendi.vbi vo-
luit, quod vbi fructus debentur in specie, tunc ipsis cõsum-
ptis debetur æstimatio; sed si debentur in genere, tunc ipsi
fructus semper debentur, & pro fructibus non datur æsti-
matio, quia genus non extinguitur; debetur tñ valor quan-
ti plurimi, secundùm tempus moræ, iuræ, iuxt.materiam.l.
6 vinum.ff.si cer.peta. Nec † obstat, quòd re perempta cessat
æstimatio, quia hic res perire non potest, ex quo fructus in
genere debentur, & Bart. in d.l.vinum col. pen. qui dixit re
perempta nõ crescere ampliùs æstimationem, intelligitur
necessariò loqui de re, quæ debetur in specie, ex quo nõ est
dare generis peremptionem, & ita eũ loqui patet, quia fun-
dat se in.l.3.§.in hac.ff.commo.qui tex.in istis terminis lo-
quitur, & ita secũdùm prędicta tenuit Cur.Iuni.post auun-
culum suum in d.l.vinũ. Hunc doctorem quadriennio au-
diui adhuc adolescentulus, dũ in Ticinensi gymnasio ma-
xima cum gratia, & gloria iura ciuilia interpretaretur, quo
tempore etiam docebant Iason Mainus, & Philippus De-
cius, qui duæ columnæ iuris putabantur.

SVMMARIVM.

1 *Monachus & clericus quando feudi, & de quo, capaces esse possint & nume.5.*

2 *Feudum vbi non requirit seruitiũ personale, tunc in eo monachus, mutus, & surdus succedere possunt.*

3 *Seruitia personalia per substitutum præstari nõ possunt, secùs realia, & nu.13.*

4 *Feudum pro certo personali seruitio cõcedi potest, ita vt ad aliud feudatarius non teneatur.*

6 *Feudum vbi pro incerto seruitio datur, tunc monachus ingrediendo monasterium à fidelitatis iuramẽto liberatur.*

7 *Feudum franchum, & liberum à quolibet seruitio est immune, & in eo ex persona monachi succedit monasterium.*

8 *Feudum esse franchum quando dicatur.*

9 *Feudum vbi cõcessum est monacho vel fœminę scienter, tunc seruitium personale monachus & fœmina præstare possunt per substitutum, aliàs secus, vt nu.14.& nu.16.*

10 *Feudum concessum secundùm propriam sui naturam, in quo iuratur ea seruari, quæ continentur in veteri. & noua forma fidelitatis, non admittit clericum religionem ingredientem ad successionem, imò quod habebat clericus, amittit.*

11 *Feudalis causa quo ad clericum nõ admittit quæstionem an possit seruire per substitutum.*

12 *Feudi vbi quis in possessionem missus est ex secundo decreto, nunquid debeat præstare seruitia Domino.*

15 *Iuramẽtum fidelitatis præcisè obligat, nec potest per æquipollens impleri.*

17 *Vasallus ex fidelitatis iuramento consiliũ Domino præstare debet, & ei contra eum offendentes auxilium dare.*

18 *Consuetudo habens quòd clerici de feudo inuestiantur, nunquid teneat Domino contradicente.*

19 *Feudum vbi ex consuetudine potest quibuscunq; emere volentibus alienari, talis consuetudo inhabiles & incapaces non comprehendit, & nu.21.*

20 *Consuetudo generaliter probata nõ proficit probãti, nisi probetur specialiter in casu, de quo agitur.*

22 *Feudum alienabile ex pacto vel consuetudine retinet propriam naturam feudi, nisi alienari possit sine voluntate Domini.*

23 *Feudum ab ecclesia susceptum vbi Princeps alienat. nunquid in eo, monachus & clericus succedere possint. & nume.26.*

24 *Vasallus secundus infeudatus vbi ex delicto in dominũ mediatum commisso perdit feudum, in eo non mediatus, sed immediatus Dominus succedit.*

25 *Causa mediata, & immediata vbi concurrunt, tunc causa immediata magis attenditur.*

27 *Feudorum iura clericum & monachum repellentia procedunt etiam in feudo ecclesiastico.*

28 *Feudi ab ecclesia concessi dominium vtile spacio xxx. annorum præscribitur, directum verò spatio. xxxx.*

29 *Vasallus tenetur Dominũ in bello sequi, & ei contra quemcunq; excepto Imperatore auxiliari.*

30 *Fœmina, clericus, & monachus quare à feudo excludantur.*

31 *Monachus, & clericus non potest arma per alios tractare.*

32 *Feudi concessio facta in inhabilem vt seruiat per substitutum, nunquid ad alium diuersi generis inhabilem protrahatur.*

33 *Dispensatio facta super vno defectu, ad alium defectum non extenditur.*

34 *Feudum concessum ob remunerationem non desinit esse rectum feudum, præsertim, vbi merita non sunt condigna: & quid differat ab empyteusi.*

35 *Donatio remuneratoria in quantum excedit merita donatarij, dicitur propriè donatio, & debet insinuari.*

36 *Donatio reciproca inter coniuges in eo, quod est inæqualis, dicitur propriè donatio, & non valet.*

37 *Donatio inter patrem. & filiũ valet quatenus merita sunt æquiualentia non abinde supra.*

38 *Donatum id intelligitur pro remuneratione, quod rei donatæ æquipollet.*

39 *Feudum emptum non desinit esse rectũ, vbi beneficium pretio dato præponderat, & in eo non succedunt clerici & monachi, secùs si iusto pretio emptum existat.*

40 *Venditio & emptio tunc dicitur, si pretium rei præponderet, sed vbi res præponderat dicitur permutatio.*

41 *Gratia illud fieri dicitur, ad quod quis iure naturali tenetur*
42 *Vasallus seruitium personale, quod domino præstare tenetur, nunquã præscribit, nisi à die requisitionis, & in casu recusationis requirens acquieuerit.*
43 *Clericus, & monachus ad hoc vt sit feudi capax, non solùm requiritur, quòd non sit electa industria personæ, sed etiã quòd sit datum ad certum seruitium, quod honestè præstari possit.*
44 *Metus illatus vbi probatur quando dicatur purgatus, & quando purgationi illius conquæstio non officiat.*

CONSILIVM. 600.



Iso themate antescripto, & multiplicibus allegationibus additis per præstantis. Aduocatũ fisci in presenti controuersia, in quibus etiam respondet ad motiua mag. D. Iudicum subtiliter excitata: sum eiusdẽ sententię videlicet d. Federicũ feudi esse incapacem; & quoniam præclare per ipsum D. Aduocatum scriptum est, & vlterius plures Docto. moderni, quorum scripta sunt vulgatissima, hunc articulum latissimè attigerunt, nõ vtar iurium & allegationum copia, sed vt res clariùs perspiciatur, puto distinguendos esse aliquos casus, in quorũ discursu
1 apparebit † qualiter monachus, vel clericus feudum acquirere successione, vel retinere possit.

Primus igitur casus sit quando pro feudo debetur seruitiũ reale, vt quia pro feudo soluitur pecunia annuatim nullo habito respectu ad seruitium personale; vt inquit Cin. in Auth. ingressi, q. antepen. C. de sacros. eccle. argu. Institu. de acquis. per arroga. §. 1. & l. Aretusa. ff. de stat. hom. & istud est quod voluit Bal. in l. liberti libertæq; vlt. col. C. de oper. libert. dicens, quòd vbi feudum cõceditur pro annua præstatione frumenti non est feudum, sed potius emphyteusis vel contractus innominatus, & ideò non tenetur talis recipiens præstare iuramentum fidelitatis secundùm formam traditam in cap. 1. de nou. for. fideli. & idem voluit Bald. in titu. de pa. Constan. in verbo, libellarię, circa fin. vbi inquit, quòd ecclesię Lombardiæ non curant de seruitijs armorũ,
2 sed de redditibus bursalibus, & ibi subdit, quòd † in talibus feudis succedat mutus vel surdus etiã à natura qui aliàs ad feudum non admittuntur capit. 1. an mut. vel surd. sequitur Alexan. prædicta in l. vtrum. ff. de verb. oblig. & cons. 136. Viso & examinato processu. col. 2. lib. 1. In isto igitur casu cõcludendum est, quòd monachus vel clericus admittatur
3 ad feudum, quia † obligatio realis potest per alium præstari, vt inquit Barto. in l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tollen. vbi inquit, quòd seruitia personalia præstari nõ possunt per substitutũ, sed quæ ex patrimonio debentur, & bene probatur in d. l. Aretusa ibi, si per alium conditionem impleuerit.
4 Secundus casus est † quando pro feudo debetur certum seruitium personale, ita ꝙ ad aliud feudatarius nõ teneatur, quod fieri potest cap. fin. de cap. qui cu. vendi. cap. 1. §. præ-
5 terea, quid sit inuestit. & † tunc si esset tale seruitium, quod per monachũ vel clericũ honestè præstari posit, ipsi exhibebunt, & feudum non reuertetur ad Dominũ, & si superueniat iustum impedimentum seruiet per substitutũ. l. nullus. C. de decurio. lib. 10. ita inquit Cin. in Auth. ingressi loco præallegato, & exemplum potest poni per id, quod habetur in d. cap. 1. §. præterea, vbi feudum fuerat datum sub cõditione, vt Vasallus festiuis diebus vadat cum vxore sua ad ecclesiam, quod seruitium an conueniat clerico vel monacho non est præsentis speculationis. Pondero autẽ quod Cin. vult, quòd clericus nullo modo potest seruire per substitutum, nisi iustum superueniat impedimentum, puta absentiæ vel infirmitatis, vel alterius rei.
6 Tertius casus est, † quando pro feudo debetur incertũ seruitium, tunc secundùm Cin. in loco præallegato, liberatur à sacramento fidelitatis ingrediendo monasterium cap. 1. de benefic. fœmi. nec potest seruire per substitutum, quia videtur specialiter electa fides Vasalli arg. l. 1. ff. de offic. eius cui man. est iurisdi. In contrarium tamen allegat id, quod nota. in l. antiquitas. C. de vsufru. & id, quod habetur in l. ad similitudinem, & in l. quisquis. C. de episc. & cler. & in l. agentes C. de agen. in reb. lib. 12. & l. pen. ff. de oper. lib. & licet Cin. ibi nihil aliud videatur firmare, tamen credo, quòd teneat primam opinionem per rationem, quam adducit, quia vbi incertum seruitium est præstandum arbitrio vasalli, videtur eius fides electa, nec alij committi potest.
7 Quartus † casus poni potest in feudo francho, & libero, quod licet ad reliqua retineat naturã feudi, tamen immunis est à quolibet seruitio, & tunc in eo succedit monasterium ex persona monachi, & clerici, ita signanter Bal. in ca. inter dilectos col. 4. de fide. instrum. & idem Bald. in Authen. nisi rogati colu. fin. C. ad Trebel. & in l. si plures. 2. colum. C. de condi. inser. Calde. consi. 2. in titu. de feud. refert & sequitur Andr. Sicu. in rub. de feud. colum. 3. Alexan. consi. 98. Viso
8 instrumento inuestituræ lib. 6. & † intelligitur esse franchũ, quando ex pacto vel cõsuetudine remittitur iuramentum fidelitatis, vt habetur in locis preallegatis, & vt dicatur franchũ, oportet ꝙ expresè, & nominatim hoc dicatur in inuestitura, quia excedit naturam recti feudi, vt tenet Ioan. And. in addi. Spec. in rub. de præscrip. col. fin. Bald. in d. cap. inter dilectos col. 4. Alex. cons. 30. Quoniam omne datum colum. fin. lib. 1. Ias. in prælu. feu. char. pen. 8. decisione.
9 Quintus casus est quando † feudũ fuit concessum scienter monacho, quia videtur id actum fuisse, quòd seruitium personale præstare habeat per substitutum, & ideò clericus vel monachus poterit feudum retinere, vt inquit Andr. de Iser. in d. cap. vni. de mili. Vasal. qui belli. ar. depo. in fin. & in cap. 1. de feu. fœmin. in fin. & ita intelligitur tex. in c. 1. §. Item si clericus de capit. Conrad. & in cap. verum de for. compet. & omnia alia iura, quæ dicunt ecclesiam vel monachum feudi esse capacem, sicut dicimus in simili de feudo, quod concessum est fœminæ, quia tunc potest seruire per substitutum iux. not. per Specu. in titu. de feud. §. quoniam versic. 21. & ibi Ioan. Andr. in addit.
10 Sextus casus est, quando † feudum conceditur rectum secundùm propriam sui naturam, & iuratur in eo seruari expresè ea, quæ cõtinentur in ueteri, & noua forma fidelitatis, & iste est casus noster omissis superioribus casibus, qui non faciũt ad propositum, & hic dicendum est, ꝙ vbi quis ingreditur religionem, vel efficitur clericus non succedit in feudo, vel si quod habuerit antea, tunc amittat, vt sunt tex. aperti in c. qui clericus si de feu. fu. contro. inter D. & agna. & in cap. 1. de mili. Vasal. qui belli. ar. depo. & ca. 1. an mut. vel surd. vel ali. imperf. & in cap. 1. §. fi. de benefi. fœmi. nec ad ista iura tam clara, & aperta valet responsio illorum, qui dicunt illa procedere, quando monachus vel clericus nollet vel non posset seruire per substitutum, quia istud est violare literam, & diuinare, quòd legislator ita voluerit loqui & ꝙ lex non dicit, nec nos dicere debemus. l. si seruum. §. nõ dixit prætor. ff. de acqui. hæred. & hęc opi. confirmatur auctoritate excellentium Doct. nam hoc tenet Hostien. in tit. de feu. dum tractat quibus modis feudũ amittatur, paulò post princ. versic. post religionem verò amittitur, eandem opi. tenuit expresè Barto. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de
11 dam. infec. vbi dicit, quòd † in causa feudali quo ad clericũ non admittitur illa quæstio an possit seruire per substitutũ, quũ statim eo ipso, quòd clericus efficitur, cadat à sua causa, & feudum illud sit apertum Domino, idem tenet Barto. in l. 1. & ibi etiam Pau. de Cast. C. de ll. And. de Iser. in d. ca. qui clericus & in d. cap. 1. de mili. vasal. qui belli. arma depo. vtrobiq; Bald. & Aluaro. Alberi. de Rosa. & Bald. in l. quisquis. C. de episco. & cleri. & tenuerunt etiam plures antiqui feudistæ, quos refert Cur. Iuni. in tract. suo feud. 3. par. prin. q. 10. vbi refert etiam Specu. idem tenentem. Hoc etiã voluit Cuma. consi. 167. Iosephus & Antonius col. 1. & Matthæ. de afflic. vbique in lectura sua feud. & decis. 320. vbi dicit ita fuisse votatum per omnes de sacro concilio & iudicatum,

dicatum, & sententiam per iudices Regios confirmatam.
12 Non omitto etiam † quod Alexan.in d.l.si finita.§.si de vectigalibus. colum.7.versic.Circa quod tamen, dum tractat illum articulum, an immissus in possessionem feudi ex secundo decreto debeat præstare seruitia domino, dicit post Roma.in l.eorum eo. titu. quòd Vasallus tenetur præstare, quia si aliter diceremus sequeretur absurdum, scilicet ꝙ saltem per viam indirectam posset Vasallus seruire per substitutum, quod non est clarum, imò secundum ipsum gloss. communiter tenet contrarium, de quo in c.si quis decesserit si de feud.fue.contro.in dom.& agn.& in c.1.§.fi. Episco.vel Abb.in c.1. an mut. vel sur. & indubitatum est hoc
13 secundum ipsum † in feudo concesso a Principe, quia Vasallus non potest seruire per substitutum l.si quis ex corpore.C.de murileg.lib.11.& in l.quisquis & in l.ad similitudinem cum ibi no.C.de episco.& cleri. Ecce quod Alex. ibi sentit, ꝙ in feudo concesso à Principe, prout in casu nostro
14 non admittatur seruitium per substitutum, & per † consequens monachus vel clericus à tali feudo repellantur, quia non possunt seruitia personalia feudi, nec per se, nec per alium præstare, quibus addo Bal.in d.cap.1.§.mutus.col.2. Episco.vel Abb.vbi vult, ꝙ quicquid sit in alio feudo; tamen quando seruitium debet fieri Principi, non potest fieri per substitutum, nisi de voluntate Principis, allegat tex.in d.l.si quis ex corpore.C.de murileg.lib. 11. Præterea idem Alex.in d.§.si de vectigalibus col.11.ver. sed puto sic posse, tenet expresse in Vasallo quando efficitur clericus vel monachus, ꝙ priuetur feudo. Demum & si nonnulli tenuerunt contrarium, tamen si enumerentur Doctores, qui pro ista parte steterunt, quos adducit Curt. Iuni. in suo tracta. feud.dici potest, ꝙ plures sunt nobiscum, quàm cum illis, vnde meritò dicit Ruin.in loco adducto per D.Patronum causæ, communem opi. ita se habere. Et quum aliquoties hæc quæstio occurrisset mihi de facto, semper ita sensi, tũ propter iura feudorum clara & aperta, tum quia Doctores melioris notæ id sequuntur, & præcipuè feudistæ, quibus magis est credendum tanquam in opere, in quo magis versantur peritiores, iuxta illud Salustianum, Nam vbi intenderis ingenium, valet, sicut in simili videmus, ꝙ creditur magis Canonistis in materia ad eos spectante, puta in matrimonio, baptismo, & voto, & similibus, quàm Theologis, quorum præcipua est opera circa articulos fidei versari: vt inquit Petr. de Anch. in disputatione incipiente antiquis, & modernis temporibus, quem sequitur Alex.consi. 1. col. 3. versi. vltimò pro hoc adduco lib. 2. & de vulnere magis creditur Chirurgico, quàm medico, quia licet id ad vtrumque pertineat, tamen Chirurgicus in ea facultate magis versatur, vt Felin.tradit post Domi.in c.ne innitaris. in fi. de constitu. Mouebar etiam quia Dominus non debet compelli habere alium in Vasallum, quàm illum, quem elegit c.2.de duo.fratr.de no.benefi. inuestitu. quod fieret, si per substitutum sibi seruitium exhiberetur. Itẽ quia interest magis Domini habere in suis seruicijs vasallum, quia in eo maior presumitur affectio propter beneficium, quod ab eo immediatè suscepit, quàm si sibi seruiatur per substitutum, qui ab eo nihil consequutus est, & sumptu vasalli
15 operam præstat. Item † considerandum est iuramentum fidelitatis: nam iuramentum præcisè obligat, nec potest per æquipollens impleri glo.in l.si pecuniam in verbo, necesse ff.de condi.ob cau.cum alijs adductis per Alex.in l.stipulationes non diuiduntur.col.9.ff.de verb. oblig. Are.in l.si ita quis.§.ea lege.col.pen.ff.eo.tit.& Feli. latè in c. ad nostram il primo de iureiur. Fateor tamen ꝙ vasallus potest seruire per substitutum, quando adest iustum impedimentum, veluti valetudinis, vel ætatis, vt ante dictum est, quod intelli-
16 gendum est de habilibus. nam † inhabilis qualis est fœmina, clericus, vel monachus non habet cogitare de substituto, quia statim ipso iure & facto cadit à causa, prout deductum est per Domi. Aduocatum fisci, & latè scribit Matthę.de Afflict.in c.si quis decesserit, si de feud. fu. controuer. in Domi. & agna.reprobans Alex.contrarium tenentem & istud pluribus comprobat Curt.Iuni.in loco prealle
17 gato. Considerandum † etiam ꝙ Vasallus debet ex iuramẽto fidelitatis præstare consilium Domino, ad id, quod magis videbitur expedire, quod sane consilium est opus personale, nec expediri potest per substitutum, & si monachus personaliter agit in consilio Domini, implicat se tunc negotijs secularibus, & eodem modo clericus, quod sibi est interdictum, vt inferius dicam. Item in iuramento fidelitatis promittit vasallus si scierit Dominum iustè velle aliquem offendere, auxilium suum sicut poterit, præstabit. Istud autem velle offendere aliquem præsertim in persona gratia alterius ob prætextum beneficij, non videtur cõuenire monacho, & religioso viro, quum scriptum sit ab Apostolo; non defendentes vos carissimi &c. Et pro istis bonus text. in l.Stichum §.fi.ff.de statulib. vbi seruus iussus præstare alicui operas, non potest per alium præstare. Frustra igitur petit d.Federicus se reintegrari ad possessionem d.feudi à quo cecidit facto suo suscipiendo monachatum. Nam qui factus est miles Dei, desinit esse miles seculi, vt dicitur in d.c. 1.de mili.Vasal.qui belli.ar.depo.ad quod etiam facit illud, ꝙ nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus ca. placuit &c. Cyprianus 21.q.3.c.1.ne cle.vel.mona. & cessante officio cessare debet beneficium d. ca. vnico de mili. vasal.qui belli.ar.depo.c.1.de renuncia.in 6.l.generaliter C. de episcop.& cleric.l.Nesennius cum l. sequen. ff. de excusa. tuto.

Superest nunc, vt quædam spinæ euellantur, de quibus in motiuis per pręstantis.iudices excitatis, & primò dicitur,
18 ꝙ † consuetudo habet, ꝙ clerici inuestiantur, nam ad hoc respondetur rectissimè per D.Patronum causæ, ꝙ non est probata consuetudo dato, ꝙ ostenderetur plures clericos fuisse inuestitos: quia id potest fieri Domino volente, & consentiente, qui potest monachum vel clericum inuestire, vt supra tactum fuit in quinto casu: vnde non potest dici consuetudinem inductam, quando dominus contradicit, & ad hoc induco, quod Oldr.scribit consi. 237. Perspectis & diligenter attentis col.1.vbi vult non esse probatam cõsuetudinẽ, quòd feuda Ducatus, & Marchionatus possint diuidi contra dispositionem iuris cõmunis, si probetur factam fuisse diuisionem pluriès d.feudorum, quia potuit diuisio fieri inter consortes volentes, vnde non inducitur consuetudo, vt possit fieri diuisio inter consortes inuitos, & ita sedundùm præfatam decisionem Oldr.consuluit consi. 227.Alex.consi.6.Visa inuestitura lib.5. & sequitur Feli. in d.c.auditis col. 8. de præscrip.

19 Secundò obijcitur alia consuetudo. Nam † dicitur esse consuetudo regionis, ꝙ feudum quibuscunque emere volentibus soluta decima Domino vendi solet. Sed respondetur, ꝙ etiam, ꝙ feuda possint alienari de consuetudine, non tamen sequitur, quòd alienari possint in personas inhabiles & in capaces, vel ꝙ talis incapax feudum retinere possit, nisi probetur quòd talis consuetudo fuerit inducta, vt etiam
20 feudum in personas inhabiles alienari possit, quia† consuetudo nihil proficit si probetur generaliter, nisi etiam probetur specialiter in casu, de quo agitur, vt per Oldr.consi.227. quod proximè allegaui, & istud idem voluit Petr.de Anch. consi.239.Pro maiori intelligentia col.5.versicu.ad secundam rationem Alex.consi.196.col.3.& pen.versi.quia vbi testes nihil probant li.2.& eleganter tradit Cur.Iuni.consi. 26.col.pen.versi.ex præmisis puto, vbi propriè loquitur in quadam consuetudine, secundũ quam feuda poterant alienari, & vult ꝙ non sufficit allegare & probare consuetudinem simplicem, & informem, nisi etiam probetur, ꝙ consuetudo fuerit inducta in terminis illis, de quibus agitur, quum consuetudo sit stricti iuris, & proprios terminos nõ excedat c.quo ad traslationem & ibi Abb. vlt.nota. de offi.lega.Bal.in l.post dotem col.antep.ff.solu.mat.& consuetudo tantùm habet de potentia, & effectu, quantum habet de vsu secundùm Bal.in l.fi.versi.vnum aliud scias C.commu.vtri.iudi.& tantò magis debet fieri ista probatio, †quia
21 consuetudo est lex non scripta, & dispositio legis loquens etiam

etiam cum signo vniuersali, vbi respicit iuris noui concessionem, recipit restrictionem de habilitate l. vt gradatim §.1.ff.de mune.& hono.l.1.C.de sacrosan.eccle.glo. in l. & si instrumenta in verbo,& quibuscunq; C.de fid. instru. & iure hastæ fiscal.lib.10.& ibi Bar.& Bald.in l.fin.paulò post prin.C.si cen. vel reliq. vbi dicit in hoc esse differētiam inter dispositionem legis,& hominis dispositionem,ad quod bene facit,quod tenet Io.And.in addi.Spec. in titu. de senten.§.vt autem.circa prin.vbi vult, ꝙ si statutum disponit, ꝙ contra instrumentum confessionatum nulla possit opponi exceptio, semper tamen potest opponi exceptio resultans ex inhabilitate personæ contentæ in instrumento,quā decisionem comprobat Ias.in l.1.§. nunciatio. col. 5. ff. de ope.nou.nunc.vbi latè tangit de materia post Bar.ibi & ratio prædictorum est, quia quando conceditur ius nouum, debet semper restringi,vt minus lædat ius cōmune, quàm sit possibile c.cum dilectus.de consue.l.2. C. de noxa. cum

22 similibus. Præterea † si feudum sit alienabile ex pacto, vel consuetudine; tamen adhuc retinet propriam naturam feudi,nisi possit alienari sine licentia Domini,vt in c.1. de feu. non haben.propr.nat.feu.& ita sentit,Alex.post Imol.in d. l.si finita §.si de vectigalibus col.7.versi.nec secundùm eū. ff.de dam. infec. sed in casu nostro præsupponitur d. feuda non alienari sine Domini consensu.Et ex his sequitur d.cōsuetudinem nihil prodesse monachis vel clericis, vt feudū habere possint.

23 Tertiò non leuem scrupulum inijcere videtur, quia † istud feudum dicitur esse ecclesiasticum; attento quòd Illustrissimus Princeps ipsum recipit ab Episcopatu, & ipse deinde inuestiuit istos de Brolio. Vnde in feudo ecclesiastico monachus,& clericus succedit, quia non est verisimile, ꝙ ecclesia suos excludere voluerit,vt Ias.inquit consi. 117. In causa & lite 2.funda.prin.Sed respondetur, ꝙ Ias. loquitur quando feudum immediatè suscipitur ab ecclesia.In casu autem nostro,isti de Brolio nihil suscipiunt ab ecclilesia, sed suscipiunt ab Illustrissimo Principe feudum, & eum in Dominum recognoscunt & licet Princeps recognoscat ecclesiam:tamen respectu vltimi vasalli immediatus Domi-

24 nus attenditur:non autem mediatus. Vnde† videmus quòd, vbi secundus Vasallus subinfeudatus committit offensam in personam Domini superioris & mediati, feudum eius applicatur secundo Domino immediato & infeudanti, nō autem primo Domino mediato,vt est tex.clarus & rotundus in ca. imperialem §.illud,de prohib.feu.alie.per Feder. quod etiam tenet Imo.& Roma.d.l. si finita §. si de vectigalibus.ff.de dam.infec. quos ibi refert & sequit Alex. col. 17.circa tertiam quæstionem,Bar.reprobato,ibi Barto.qui aliter videbatur sentire.& latè prosequitur istud Matthę.de Afflict.decis.282.2.dub.vbi adducit And. de Iser. in pluribus locis & Luc.de Penna,vbi etiam dicit,ꝙ vasallus subinfeudatus si decedit sine liberis feudum redit ad proximum

25 Dominum,& facit pro hoc vulga.reg.ꝙ † vbi causa mediata, & immediata concurrunt, tunc attenditur magis causa immediata,quia potentius afficit,vt Bal. inquit in l. ex placito 1.q.C.de re.permu.& in l.sub prętextu la 1.col.2.C.de transac.allegans vtrobique tex.in l.si mulier ff.re.amot.melius facit tex.in l.si cum emptore in princi.ff. de pac. & in l. procuratore in rem suam dato ff.de procura.Hinc etiam videmus in proposito,ꝙ si sum feudatarius Regis,& de meo feudo acquisiui plures Vasallos,orta inter eos controuersia, cognoscam ego & non Rex, quando à me recognoscunt feudum,secundùm Bal.in c.cæterum ad fi.de iudi.quam refert & sequitur Feli.in c.quæ in ecclesiarum col. 27. versic.

26 sexta declaratio.de constitu.Ex prædictis †, colligitur solutio ad id, quod dicitur, ꝙ licèt feudum proueniat ab Illustrissimo Principe laico, tamen satis est, quòd à principio esset ecclesiasticum, quemadmodum etiam fœmineum iudicatur feudum,quod à principio prouenit à fœmina, licet postea deueniat ad masculum secundùm Doct. communiter in c.1.de feu.fœmi.Quia ad prædicta respondeo, quòd inter ista maxima est differentia, quia quando feudum suscipitur à fœmina,licet postea ambulet deorsum in masculos per plures gradus, tamen vnum & idem est semper feudum, & semper respicit suum stipitem, & vltimus est successor primi, & ab eo dicitur habere causam, à quo habet radicem Ang.consi.110. Sanctissima, & Illustrissima col. pen.ideò meritò appellari potest semper fœmineum inspecta origine,sed hic duo sunt feuda, quorum vnū subalternatur alteri.Primum est, quod suscipit Princeps ab episcopatu,alterum,quod suscipiunt isti de Brolio à Principe: vnde ad inspiciendum qualitatem huius feudi subinfeudati respici debet persona Principis proxima, qui illud concedit, non autem domini superioris. Præterea quod Ias. dicit in præallegato consi.videtur esse contra mentem Docto.volentium indistinctè monachum & clericum à feudo repelli,nec distinguentium inter feudum ecclesiasticum & seculare & tamen sciebant, quòd aliud est feudum ecclesiasticum, & aliud seculare, quia de hoc faciunt mentionem in diuisione feudorum, & rectè non potest fieri talis distinctio,quia rationes,quas adducit tex.in c.1.de mili.vasal.qui belli. ar. depo. per quas repellitur monachus vel clericus à feudo,ita militāt in feudo ecclesiastico sicut in seculari:vnde quum rationes vtrunque comprehendant, debet haberi, ac si legis verbis fuisset expressum l. nominis & rei

27 §.verbum ex legibus ff.de verbo. signi. Nam clarum est, † ꝙ iura feudorum procedunt etiam in feudo ecclesiastico, vbi canones non contradicunt iux.nota.in ca. cæterum de iudi.& ita in terminis, quòd iura repellētia monachum vel clericum à feudo procedant in feudo ecclesiastico, scribit Feli.in c.præsentia colu. 23. q.5. de proba.vult etiam Rui. consi. 168. Ex inuestitura facta lib. 1. nam ibi vult, quòd quādo emphyteuta,qui suscipit ab ecclesia emphyteusim, & alium facit emphyteutam,ista secunda emphyteusis nō dicatur esse de iure ecclesiæ, sed de iure priuati & laici per quasdam decisiones Pet.de Anch.in consilijs suis ibi deductas,quas auctoritates adducit vigilanter D. Aduocatus fisci.Et confirmantur prædicta;quia vbi separatum est interesse ecclesiæ à iure laici,iudicatur de isto, vt de iure competenti laico, & subijcitur huiusmodi interesse statutis laicorum;vt scribit Dec.in Auth.cassa 2.nota.C.de sacros. ec

28 cle.motus ex eo,quod tradit Spe.in tit.de cleri.coniug.ver. quid si clericus;sed vltra eum melius adhuc facit; quia si † ecclesia concessit feudum laico,potest tertius præscribere vtile dominium laico competens spacio 30.anno.c.1.§.si quis per triginta.si de feu.fue.cōtro. in domi.& agna:Si autem velit præscribere directum dominium competens ecclesiæ,requiritur spacium.40.anno.c.illud, de præscrip. Auth. quas actiones C.de sacrosan.eccle.Alex.consi.118.In causa & lite,col.4.versi.Item non obstat lib.2.Sed in proposito non potest negari ꝙ ecclesiæ non intersit, vtrum Federicus habeat feudum,vel sit reuersum ad dominum,ergo nō potest iudicari,quòd ad hoc habeat vim feudi ecclesiastici, quum de interesse tantùm vtilis dominij ab ipso Principe concessi tractetur,non autem de iure ecclesiæ,quod est ꝗd separatum.

Quartò mouetur difficultas,quia dicitur, quòd in capitulis seu forma fidelitatis veteris & nouæ non comprehenditur hoc,quòd Vasallus debet accedere ad bellum:quia respondendo dico, quod imò istud continetur in iuramento

29 fidelitatis secundùm veterem & nouam formam,nam † ibi dicitur,quòd Vasallus præstabit auxilium Domino contra omnem hominem excepto Imperatore, vnde nullo tempore auxilium magis est opportunum & vtile,quàm quum belligerandum est cum hoste, & ita iura feudorum interpretantur,quòd Vasallus debet sequi Dominum in bello, si vult esse saluus ca.1.§.si.de pac.iura.fir.ca.1.§. Item qui dictum,quæ fuc.pri.cau.benefi.amit.c.1.§. 1. de capi. Conra

30 Et si inspiciamus † originem huius contractus feudalis,videtur ea potissimùm ratione introductus, vt Domini haberēt plures sequaces in bello,& ista est causa præcipua cur fœminæ repellantur à feudi successione,quia iuuare Dominum in bello,& pugnam facere non possunt, vt gloss. dicit in c.

in c.1.§.hoc autem notandum, qui feu.da.poss. & istud pariter militat in monacho, & clerico, vt ea de causa incapaces sint feudi, quia non possunt bella gerere, & arma tractare: arma enim sacerdotum sunt lachrymę & orationes, quibus vacare debent, & non bellis. Vnde dictum est Petro à Domino, vt conuerteret gladium suum in vaginam, vt habetur in c.1.& 2.& c.reprehensibile & ca.conuenior 23. q. vlt.& c.fi.distinc.36.& cap.porrò 16.q.3. & dicit eleganter tex.in c.propositum 20.q.3.quòd non debet monachus relicta monachatus professione ad militiam se cõferre, quia & si innocens militia est, electionem tamē meliorem deseruisse transgressio est, & hoc etiam est, quod vult dicere tex.in propo.in d. c. 1. de feu. fœmi. ꝙ clericus non potest habere feudum, etiam si habitum antea assumptum postposuerit. Et si dicatur, quòd poterunt tractare arma per substitutum. Respondetur, quòd istud honestè facere nõ possunt, quia qui per alium facit per se ipsum facere videtur, vt in regula iuris qui per alium & l. 1. §. deiecisse ff.de vi & vi
31 arma. & in † specie: quòd monachi, & clerici non possunt per alios arma tractare, est text. in cap.2.de cleri.pugnan.in duel.ad quod etiam bonus tex.in ca.his à quibus 23. q.vlti. ibi aut inferendas præcipiant, vbi glo.dicit, quod non possum per me, nec per alium, c.fi.46.distin.l.2.§.1.ff.de admi. rer.ad ciui.perti. Vnde Doctores, qui dicunt, quòd monasterium ex persona monachi potest feudum capere, dummodo seruitium sit tale, quod per monasteriū honestè exhiberi possit, rectè & sanctè loquuntur, non tamen iuuant partem monasterij, vbi seruitium est tale, quod oporteat mittere pro se armatos ad prælium, vt in bello seruiatur Domino secundùm naturam regularem feudi, quia honestè facere non possunt, vt superiora demonstrant. Intelligendi ergo sunt Doctores loqui de seruitio certo, honesto, ita quod feudatarius ad illud tãtùm teneatur, quia tunc monasterium illud poterit habere, sed non in seruitio indeterminato, vel etiam determinato secundùm naturam regularem feudorum.

Quintò adducitur in contrarium, quia istud feudum fuit concessum pro se & hæredibus vtriusq; sexus, & sic fœminæ expressè admittuntur, & sic non videtur electa industria personæ, immo censentur habilitatæ, vt possint seruire per
32 substitutum. Sed ad hoc respondeo, quòd dato † sit dispensatum cum fœmina, vt possit seruire per substitutum in bello; tamen non videtur dispensatum cum monacho, vt succedat in feudo, quia de monacho nulla facta est mentio, & nimis absurdū esset, quòd si feudum fuisset concessum alicui inhabili, id protrahatur ad diuersi generis inhabiles, quum dispensatio etiam facta alicui, strictè quo ad eandem personam intelligatur licet etiam in alio casu maior esset ratio dispensandi c.fi.de postul.præla.c.is cui de non sacerdotali.de præben.in 6.& est celebre dictum Hostien. in c. postulasti de rescrip. cum multis cumulatis ibi per Feli. & Ias. in l.beneficium col.7.versi.circa dispensationem. ff. de cõstitu.Prin.vnde benè in proposito dicit Matthæ. de Afflic. decisi.320. circa fin. quòd si fœmina fuerit inuestita & per consequens sit habilitata, vt seruiat per substitutum, non in
33 telligitur dispēsatum cum ea, vt si effecta sit monacha possit retinere feudum seruiendo per substitutum, quia† dispensatio super vno defectu, non trahitur ad alium defectum, secundùm Ioan.And.in c.fi.de fili.presby.in 6.& Barto. in l.quum propter.ff.de lega.præstan. & per alia plura ibi allegata per eum, & hoc etiam voluit idem Matthæ.de Afflic. in c.si quis decesserit, si de feud. defun. fue. controuer. int. Domi. & agna. Si igitur super hoc defectu religionis non intelligitur dispensatum manente eadem persona, multò magis id dicendum est vbi persona mutatur.

Sextò opponitur, quod istud feudum fuit concessum in remunerationem, sed in tali feudo succedunt monachi & clerici, secundùm Franc.de Cur. consi. 62. Supposita concessione circa prin. Sed aduertatur, quia Franc. de Cur. ni-
34 hil ibi allegat, & contrarium videtur verius, quia † feudum concessum ob remunerationem, non desinit esse rectum feudum, vt colligitur ex eo, quod scribit Specu.in tit. de loca.§.nunc aliqua ver.quartò quæritur in fi. vbi ponens differentiam inter emphyteusim & feudum, dicit, quòd feudum gratis, & liberè ob remunerationem conceditur, sed in emphyteusi ab initio quandoq; pretium interuenit, & annua pensio assignatur. Et id magis dicendum, quando merita non sunt condigna, quia tunc dicitur adhuc durare
35 gratia, & liberalitas, vnde videmus quòd † donatio remuneratoria in quantum excedit merita donatarij, dicitur propriè donatio, & debet insinuari, vt Bal.scribit in l.illud.4. q. & ibi etiam Sal.C.de sacros.eccle. Similiter videmus, quòd
36 † reciproca donatio inter coniuges in eo, quod est inæqualis, est propria donatio, & non valet, vt not.Sali.in l.1. C. de
37 dona.an.nup.& sicut etiam dicimus, quòd † donatio inter patrem & filium valet quatenus merita sunt æquiualentia, non abinde supra, vt tradit Bar.in l.frater a fratre col.fin. ff. de condi.indeb.& in l.si quis pro eo.§.1.in fin. ff.de fideius. & in Auth.vnde si parens, & ibi etiam Bal.C.de inoff.testa. & alij plures relati per Alexan.in l.si donatione col.3. C.de colla.facit tex.in l.si sponsus.§.circa venditionem ibi quatenus locupletior facta est.ff.de dona.in uir.& vxo. & in c. relatum ibi iuxta seruitij meritum, de testa.& ponit etiam de hoc Oldra.consi.226. Quidam episcopus col.pen. Alexan. consi.101. Visis instrumentis col.3.lib.1.& consi. vlt. Visis narratis lib.3. Hinc in terminis dixit Fran.de Cur. consi.49. Memoriæ recolendæ col.6.versi.Ex quibus omnibus, secundùm nouissimam impressionem, quòd licet feudum datum fuerit ob benemerita, seu quælibet alia seruitia: tamen fœminæ excluduntur, quia beneficium præponderat seruitio, vt sic dicatur beneuola concessio, & denominatio
38 fit à potẽtiori.l.queritur.ff.de stat.homi. Oportet igitur† vt aliquid pro remuneratione datum, illud æquipolleat rei donatæ, vt quia redemptus sit ab hostibus: nam tunc appellatur merces eximij laboris, vel quid aliud fuerit præstitum, quod pretio nummario dignè æstimari non potest, iuxt. l. si pater.§.1.ff.de dona. vt Alexan. scribit consi.21. Attentis his, quæ in instrumento col.1. lib. 3. Et istud, quòd merita æquipolleant, debet probari per d. Federicum, qui fundat se ex verbis, & est fundamentum intentionis suæ.l.ei qui dicit ff.de proba.l.veteribus ff.de pact. Prędicta tantò fortius procedunt, quia merita nõ sunt in specie, sed in genere expressa, & cum hodie fiant donationes de consuetudine generaliter pro benemeritis, resultat, quòd talis mentio meritorum nihil operetur secundùm Roma. in l. Aquilius Regulus.ff.de don.quem refert & sequitur Matth.de Afflic.in c.1.in verbo potestas, quæ sint rega.

Septimò fit aliud obiectum simile ferè superiori, quòd
39 † pro isto feudo fuit enumerata pecunia, & præsupponitur, quòd in feudo empto monachi & clerici succedant, quod tamen presuppositum apud me est dubium, sed tamen vtcunq; sit, præfata conclusio procederet vbi feudum esset emptum iusto pretio, sed in casu nostro asseueratur, quòd magna terrarum spacia fuerunt concessa modico pretio. Vnde non cessat, quin feudalis contractus esse dicatur, & sic sapiens gratiam, & liberalitem & beneficium, gaudium tribuat capienti iux. tex. in c.1.in primis in quib.cau.bene. amit.& circa hoc multa allegari possunt, tamen hoc benè deciditur per Socin.consi.4. Super quæstione quæ vertitur col.3.li.3.per id, quod singulariter dicit Bal.in prælud.feud. col.4.vers.circa primum quæro, vbi proponit quæstionem vtrum feudum possit dici gratia, & concludit quòd si comparentur adinuicem concessio feudi, & receptio beneficiorum, quia præponderat beneficium, feudum habet plurimum gratiæ, & ideò feudum rectè beneficium appellatur. l.Titius.ff.de obseq.liber.vnde preualet extremum potentius, & sic dicitur beneficium.l.quæritur.ff. de sta. homi. &
40 in simili si tradatur res & pretium, si pretium præponderat, dicitur venditio & emptio: si res, permutatio, vt in c.ad quęstiones & ibi Io.And.& alij de re. permu. & sic Bal.cõcludit, ꝙ quando conceditur gratia recepta pecunia: tamen si gratia preponderat non desinit esse gratia, & propterea refert

refert Socin. consuluisse aliàs præceptorem suum Alex. de Imol. in ciuitate Vulterana, quæ fecerat quandam concessionem fodiendi mineras recepta certa pecunia, & recepto aliquo fictu singulis annis, & erat statutum in ciuitate, quòd non possit gratia fieri alicui, nisi interueniret certus numerus consiliariorum, concludit, ꝙ concessio non valuit, quia præponderabat pecuniæ solutæ, & soluende singulis annis, & istud consilium Alex. quòd Soc. adducit, reperitur hodie impressum in consilijs Alex. consi. 7. Attentis & ponderatis 7. lib. reperio etiam, ꝙ in simili casu super eisdem statutis ciuitatis Vulteranę consuluit And. Sicu. consi. 56. Sapienter scribit col. 6. vers. assumo modo hanc prouinciam lib. 2. vbi
41 dicit, ꝙ † illud dicitur fieri de gratia, ad quod quis tenetur naturali ratione secũdùm Bal. in c. 1. §. ad hoc col. 5. de pa. iura. firman. Accedat, quod Bal. scribit in l. 1. 3. nota. C. de pac. vbi post. Cin. ibi vult, ꝙ si quis vendit bona omnia vel meliorem partem modico pretio, habet locum id, quod de donatione dicitur in l. si vnquam. C. de reuoc. donatio. & ratio est secundùm eum, quia propositum est donare, & fit illud gratia solius recipientis, & dicit Bal. in l. ex conuentione. C. de pact. quod vbi fit mentio de pretio, intelligitur esse emptio, si tale pretium est condignum ipsi rei, aliàs secus per glo. quam ad hoc reputat singularem. l. 1. §. 1. ff. de superfic. ad hoc etiam est bonus tex. in l. in ratione la secunda. §. vendere ff. ad l. Falcid. vbi si hæres grauatus est a testatore fundum vendere alicui certo pretio, & ille fundus plus valeat, dicitur illud plus esse in causa legati, & sic donationis. Ad quod bene facit quod scribit Alex. consi. 55. Consideratis verbis d. statuti. col. 2. versic. quod non expedit. lib. 1. in illis verbis, quando facta esset venditio vel alia alienatio pro non competenti pretio, vel recompensatione &c. Ex quibus omnibus colligitur istud feudum non esse emptitium, sed gratiosè cõcessum, quod etiam suadet persona Principis, quæ facit præsumi donationem cap. 1. de dona. & clarè Bal. in l. 1. in fi. C. ad Velle. & in l. 2. C. de iu. dot. & in l. si paterno. C. de nego. gest.

Octauò mouetur dubitatio, ꝙ non reperitur, ꝙ Vasalli habentes feuda in regione Mantuanę, vnquam iuerint ad pugnandum. Hęc dubitatio facillimè tollitur, quia hoc po-
42 tuit contingere, quia † nullum bellum, de quo extet memoria, successit in regione; vel forsitan, quia Dominus nõ egebat auxilio Vasallorum, copijs suis contentus, quibus casibus Dominus etiam si stetisset per mille annos, quod non requisiuisset Vasallos, non amittit ius suum, trita est decisio Bar. in l. cum scimus. C. de agrico. & censi. lib. 11. & in l. in filijs. C. de decur. lib. 10. Bal. & Ange. in l. malè agitur col. fin. C. de præscip. 30. anno. nam iura negatiua, prout est istud non eundi ad bellum, nunquam præscribuntur, nisi à die requisitionis, & in casu recusatiõis is, qui requisiuit, acquieuerit. l. hæc autem iura & in l. qui luminibus, & ibi glo. ff. de serui. vrba. prædio. Et vlteriùs, ꝙ vasallus non teneatur præstare seruitia Domino, nisi fuerit requisitus, est text. in c. 1. §. licet Vasallus, si de feud. defun. fue. controuer. in Dom. & agna. & in c. 1. §. ad hæc. hic fin. lex Conra. c. 1. §. fin. an ille, qui interfe. fra. Dom. bene facit tex. in cap. 1. §. firmiter ibi, vocatus. de prohib. feud. aliena. per Feder. & in c. 1. ibi, fuero requisitus, cum gloss. de no. for. fide. & hoc etiam voluit And. de Iser. in c. 1. §. sed nec est alia iustior, circa prin. quæ fuæ. prima causa benefici. amittit. vbi inquit, ꝙ quia seruitia personalia non debentur, à Vasallo ad diem certum, necessariò requiritur interpellatio, & sic concluditur, ꝙ ex nõ præstatione seruitiorum, non videtur facta remissio, nec vl la currit præscriptio contra Dominum: vnde non potest succedere in feudo clericus vel monachus si remanet adhuc feudum in sua natura, & consilium allegatum Socin. in oppositum non officit casui nostro, prout deducit prestantiss. Dominus Aduocatus fisci.

43 Nonò obijcitur, ꝙ † in feudo isto nõn est electa industria personæ, quia est perpetuum & transitorium ad hæredes, & vbicunque non est electa industria personæ, monachus vel clericus succedit in feudo. Hoc est leue obiectum, quia vt monachus, vel clericus feudi sit capax, non solùm requiritur, ꝙ non sit electa industria personæ, sed etiam ꝙ sit datum ad certum seruitium, quod honestè prestare possit, sed hic datum est ad incertum, & indeterminatum seruitium, & ad omnia, quæ continentur in iuramento fidelitatis, quorum nonnulla honestè per monachum nequeunt explicari, vt superiùs est ostensum.

Vltimò vehementer facit pro Illustrissimo Principe, nã nemo dicit ꝙ feudum transeat in monachum, qui est mortuus mundo per ingressum religionis, sed benè dicunt Docto. tenentes aliam partem, ꝙ feudum ex persona monachi transit in monasterium, & manet apud ipsum, durante naturali monachi vita, vnde d. Federicus effectus iam monachus, repetens nunc feudum seu eius possessionẽ ineptè agit, & sine actione experitur, vnde venit repellendus à iudicio. Non obstat habilitatio, quia respondetur, ꝙ est nulla propter subreptionem: fuit enim impetrata, si minis, & verberibus attinentium coactè ingressus fuerit religionem; & de hoc metu non est probatum, vt prosequitur patronus fi
44 sci. Deinde posito † citra veri præiudicium, ꝙ fuisset probatus. tamen purgatus est metus per cohabitationem annalem in monasterio c. 2. & ibi gl. in verbo, permaneat. de regula. & ibi etiam no. Ant. de But. tanquam per lapsum tanti temporis sit inducta ratificatio. Iste autem vltra decennium perseuerauit in religione celebrando, & prædicando; nec iuuat eum ꝙ aliquando fuerit conquestus, dum ageret in monasterio, quia debuit probari, ꝙ fuerit facta conquestio ante ratificationem: nam si post ratificationem fuisset facta nihil prodesset iux. c. quam virum. de regula. & debuit etiam reclamare à vi, & metu quàm primùm potuit, nec sufficit reclamasse ad quemlibet, sed debuit reclamasse ad iudices superiores, vt habetur in d. ca. 2. de regula. Est igitur d. Federicus tractandus vt monachus, & esse debet in deteriori causa, quia apostatauit à religione, & habitum spontè susceptum deseruit, ad quem redire compellendus esset ca. procliuius, & ca. eos. 20. q. 3. & d. c. cum virum. de regula. & (quod est valdè dolendum) non mansit etiam in habitu clericali, sed ad conuersationem, & habitum redijt laicalem, armatus incedendo, & minus honestam vitam ducendo, prout testibus asseritur esse probatum. Nõ enim debet monacho apostatæ & impuro concedi, quod vero monacho negaretur.

Post quàm autem claudendus est sermo, reassumendo breuiter, quæ superius dicta fuerunt: facio tres conclusiones. Prima conclusio est, ꝙ monachus vel clericus est incapax feudi, quando datum est ad incertum & indeterminatum seruitium, & ad quęcunque contenta in iuramento fidelitatis secundùm veterem, & nouam formam. Secunda conclusio est, quòd istud multò magis procedit in feudo concesso à Principe, quia tunc nullo modo licet seruire per substitutum. Tertia cõclusio est, posito salua veritate, quòd isto casu feudum non rediret ad Dominum, deberetur tũc monasterio, in quod ingressus fuit Federicus, & suscepit habitum religiosum, & istud est efficacissimum fundamentũ ad repellendum Federicum, qui nunc petit. Ex istis accedo sententiæ præstantiss. Do. Aduocati fiscalis, qui in præsenti controuersia multum doctè & eleganter allegauit.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta is, qui reuendere tenetur, nunquid consequi possit ab eo, qui vult reemere, & quæ.*

2 *Melioramenta quando ad perpetuam rei vtilitatem facta dicantur.*

3 *Damnum proueniens casu fortuito in re, quam reuendere quis ex pacto tenetur, cuius periculo contingere dicatur, & nunquid is, qui reemere volet, minus prestare teneatur, & nu. 5. & 9.*

4 *Venditio pura, & conditionalis quomodo inter se differant.*

6 Molendinum

6 *Molendinum qui restituere tenetur in termino certorum annorum, quare ad deteriorationem molendini, quæ contingit ex vetustate & assiduo vsu, non teneatur.*
7 *Dotales res vbi fortuito casu sunt factæ deteriores, illa deterioratio cedit damno mulieris, & non mariti.*
8 *Fideicommissa res vbi est tradita fideicommissario, casus fortuitus non ad hæredem, sed ad fideicommissarium spectat.*
10 *Vendita res citra dimidiam iusti prætij, si pereat nunquid periculo venditoris, qui poterat agere rescissoria, vel emptoris perire dicatur.*

CONSILIM. 601.



1 MOVENTVR duę dubitationes in cōtrouersia, quam Iustiniani habēt cum fisco. Prima † est an is, qui tenetur reuendere, possit melioramēta per eum interim facta ab eo, qui vult reemere, consequi, seu sumptuum, quæ pro illis fecit, refectionem; & concludendum est, ꝙ sic, si facta sunt ad perpetuam rei vtilitatem, secùs si fructuum tantùm quęrendorum gratia, ita in terminis Bal. cons. 167. Titius vendidit. in fi. lib. 1. per tex. in l. intra vtile. §. vendentibus. ff. de mino. & per id, quod legitur & not. in l. ꝙ si domus & l. domos. ff. de lega. 1. & in l. qui exceptionē. §. si pars. ff. de condic. indeb. & in l. emptor. ff. de rei vendic.
2 & vult ibi Bal. ꝙ † melioramenta dicantur facta ad perpetuam rei vtilitatem, quando qualitas rei est mutata, & bonitas aucta. l. 1. C. de allu. & palu. & quod nota. in l. si inter. C. de iur. doti. Reperio etiam, ꝙ eandem conclusionem tenuit Bald. consi. 303. Ad euidentiam præmittendum est ꝙ
3 creditor eo. lib. 1. Secunda est dubitatio, † an ad incommodum eius, qui tenetur reuēdere, pertineant damna data casu fortuito, puta impetu fluminis, vel hostium incursu, & sic is, qui vult reemere, teneatur minus pręstare, quum minus reperiat in prędio, quod reuendi debet, & in hoc videtur tenendum, ꝙ sic, quia trita est reg. ꝙ res perit periculo eius, qui rei est Dominus. l. quæ fortuitis, & l. pignus C. de pignor. actio. sed tempore damni dati emptor erat Dominus. Item in casu isto venditio fuerat perfecta, quia res fuerat in specie consistens vendita, solutum pretium, traditio etiam fuerat sequuta. vnde damnum tunc, ꝙ accidit in re empta pertinet ad emptorem. §. cum autem Instit. de emptio. & vendi. l. cum inter & l. cum speciem. C. de pericu. & commod. rei vendi. l. necessario. ff. eo. tit. Sed quid plura? de
4 hoc est tex. optimus in l. 2. ff. de in di. adiec. vbi † fit differentia inter venditionem puram, & conditionalem: Nam primo casu, quando est pura, licet resolubilis sit sub conditione, emptor lucratur fructus, & accessiones, & periculum ēt ad eum pertinet, & ibi glo. in verbo, periculum, adducit rationem, quia interim est dominus. Secundo autem casu, quando esset conditionalis, neutrum pertinet ad emptorē. Clarum est autem, ꝙ qui tenetur ad reuendendum interim est Dominus, & lucratur fructus. l. 2. C. de pact. int. em
5 pto. & vendit. Corroborantur præmissa. Nam † si melioramenta casu fortuito oblata puta per alluuionem, cedunt lucro emptoris, pari ratione detrimenta cedere eius damno debent, quia quem sequuntur commoda, eum sequi debēt incommoda, & econuerso. l. secundùm naturam. ff. de reg. iur. §. fi. Institu. de legi. patro. tutel. & ista est ratio, quam assignat tex. in l. id quod. ff. de pericu. & commod. rei vendi. dū ibi dicitur, nam si totus ager post emptionem flumine occupatus esset, periculum esset emptoris, sic igitur, & commodum eius esse debet, & eadem ratione vtitur Imperator in §. cum autem Institut. de emptio. & venditio. non enim debet cuiquam licere rem diminutam tradere, quum augumentum non esset concessurus, argum. tex. in l. pen. C. de solut. Non obstat, quod scribit Cagno. Docto. moder. in repet. l. secundæ q. 84. C. de pac. int. empt. & vendi. de eo,
6 † qui promisit restituere molendinū in termino certorum annorum, ꝙ non tenetur ex deterioratione molendini, quę contingit ex vetustate, & assiduo molendini vsu, quia illa deterioratio fit ex rei natura: & quam ab initio contrahentes peruidere poterant & consumptio etiam cōtingit propter vsum, ad quem molendinum fuerat destinatum. Vnde posito, ꝙ illa decisio esset vera, tamē termini illius quæ-
7 stionis non sunt pares. Non obstat, ꝙ † si res dotales casu fortuito deteriores sint factę istud cedit damno mulieris & non mariti. l. si inter virum. C. de iur. dot. l. plerunq; in prin. ff. eo. tit. Quia respondeo, ꝙ licet maritus subtilitate quadā iuris sit dotis dominus. l. doce ancillam. C. de rei vendic. tamen naturali ratione vxor adhuc remanet domina l. in rebus in prin. C. de iu. dot. ideò sumus adhuc in regula, ꝙ res meliores vel deteriores efficiuntur Domini. Præterea est considerandum, ꝙ vxor non debet numerare pecuniam pro restitutione dotis. Nam istud est, quod iniquū dicimus in præsenti casu, ꝙ is, cui debet res retrouendi, teneatur soluere pretium idem, pro re, quæ deteriorata restituitur. Simi
8 liter respondeo ad id, ꝙ obijcitur, ꝙ res † fideicommisso subiectæ si tradantur fideicommissario, casus fortuitus pertinet ad fideicommissarium, non ad hæredem. l. cum res. §. fi. ff. de lega. 1. l. domos hæreditarias cum l. seq. ff. eo. tit. nam istud ideò est, quia fideicommissarius semper est, post acceptationem fideicommissi fingitur retrò fuisse dominus à die aditæ hæreditatis. l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de lega. 1. l. seruum filij. §. 1. ff. eo. titu. ideò ei res, vt domino pe-
9 rit, vel deterior redditur. Sed † in casu nostro antequàm res retrouendatur non est Dominus ille, cui retrouendi debet, sed ille, qui antea emerat, ideo manet eius periculo. Insuper fideicommissarius non tenetur aliquod pretium exoluere, sicut, hic, vbi is, qui rem redimit, tenetur pretium numerare, quod debet esse condignum rei ipsi, non autem maius pretium soluere, quàm res tempore restitutionis valeat.
10 Non obstat † etiam, ꝙ si quis vendidit citra dimidiam iusti pretij, ita quod venditor poterat rescindere contractū, si res perit fortuito casu, perit periculo venditoris, & sic ei, qui agere poterat ad rescisionem, non autem emptori, qui interim erat dominus, vt tenet glo. Bar. Bal. Salic. & Pau. de Cas. in l. 2. C. de rescin. vendi. Nam contrariū tenet, Barth. Brixi. quæsti. sua veneriali, 62. Pone quod res empta. Guid. de Suza. in d. l. 2. C. de rescind. vendi. & ibi Alber. de Rosa. col. 3. versi. Item quærit glo. Abb. in c. cum dilecti in fin. & ibi etiam Anto. de Burgo, de empt. & vend. Fran. Cremen. singu. 84. Volo te docere. Sed quæcunque harum opinionum sit vera, nihil refert, quia habet separatam rationem à præsenti casu, vt patet ex notatis in præfatis locis.

SVMMARIVM.

1 *Conditio apposita per testatorem si sine liberis ex legitimo matrimonio procreatis decesserit, verificatur etiā quòd decesserit cum filio legitimato.*
2 *Legitimatus per subsequens matrimonium non potest dici esse natus ex legitimo matrimonio.*
3 *Legitimationis natura licet fingat retro, & ad initium natalium protrahatur, tamen ista fictio excluditur per verba ex legitimo matrimonio procreatis.*
4 *Substitutus filio, si sine liberis decesserit ex suo corpore natis, excludit monasterium, quod habetur loco filij.*
5 *Legitimati per subsequens matrimonium, & legitimè nati æquiparatio quomodo intelligatur.*
6 *Matrimonium sequens, quod purget omnia pręcedentia, & legitimatus pro legitimo sit habendus, quomodo intelligatur, & nu. 11.*
7 *Fideicommissum vbi relinquitur proximiori à testatore, frater excludit filium fratris, secus in legali successione.*

8 Legitimatus

8 *Legitimatus per rescriptum licet non succedat in feudo, nec in emphyteusi ecclesiastica, tamen legitimatus per subsequens matrimonium in eo succedit, vbi feudum sit concessum sibi & filijs legitimis & naturalibus, quod est secus si habita esset mentio de filijs ex legitimo matrimonio procreatis & nu. 10.*

9 *Substitutus hæredibus & eorum cuilibet, si decederet sine liberis ex legitimo matrimonio procreatis, excludit filios legitimatos per subsequens matrimonium.*

12 *Substitutio facta in filium nunquid trahatur ad nepotem, & nu. 15. & 19.*

13 *Filij appellatione quando veniat nepos & quando non, & nume. 16.*

14 *Prohibitio facta filijs de non alienando, ad nepotes non extenditur.*

17 *Statutum disponēs, quòd filij masculi ab intestato filias excludant est fauorabile, & odiosum.*

18 *Testatoris dispositio quando est collata in futurum euentū, in quem dubium verisimiliter esse potest, an tunc extent filij vel nepotes, tunc appellatione filij venit nepos.*

CONSILIVM. 602.



ERA arbitror, quæ superius conclusa sunt per præfatos præstantissimos Doctores consultores in præfatis duobus dubijs,
1 & veniendo ad primum, ꝙ illa † conditio apposita per testatorem, si sine liberis ex legitimo matrimonio procreatis decesserit, sit verificata, etiam ꝙ decesserit cum filio legitimato per subsequens matrimonium, ostenditur efficaci ratione; quia qualitas iuncta verbo intelligitur secundùm tempus verbi l. Titius & ibi Bar. ff. de testa. mili. l. ex facto §. si quis autem ff. ad Trebell. in
2 delictis §. si extraneus ff. de noxal. Sed † legitimatus per subsequens matrimonium non potest dici esse natus ex legitimo matrimonio; nam ordo est hic posterus, quia matrimoniū, quod est causa legitimitatis, debebat præcedere, quod in casu isto subsequitur, & sic effectus præcurrit suam causam, vt Bal. benè considerat in c. innotuit de electio. Vnde hoc non potest fieri per naturam; fit tamen per fictionem legis, qua inductum est, ꝙ subsequens matrimonium efficiat filios ante natos legitimos, perinde ac si nati ex præce-
3 denti matrimonio fuissent, ꝙ † est de natura cuiuslibet legitimationis, vt fingat retrò, & ad initium natalium protrahatur l. fi. ff. de natali. restit. Bar. in l. 2. in prin. versi. quæro quid si aliquis filius naturalis tantum ff. de vulga. & pupil. tradunt omnes in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de libe. & posth. istam fictionē vt excluderet testator, addidit illa verba ex legitimo matrimonio procreatis, sicut in simili dicimus, ꝙ
4 † si testator substituerit filio, si sine liberis decesserit ex suo corpore natis, excluditur monasterium, quod habetur loco filij, quia verba adaptari non possunt, imò refragantur: & vbi habemus clarum sensum testatoris ex verbis, non admittitur voluntatis quæstio l. ille aut ille §. cum in verbis ff. de leg. 3. & ita concludit Bal. in Auth. nisi rogati col. 2. vers. & per hoc soluitur C. ad Trebel. & ibi Sal. in fi. & Bald. in l. Deo nobis col. 1. C. de episco. & cleri. & in l. si ita quis §. is cui in fi. ff. de lega. 2. Imol. in c. in præsentia. de proba. & in l. Lucius Titius, qui fratrem ff. de hæred. institu. Fulgo. consi. 53. Quoniam superius allegatum. And. Sicu. consi. 13. Clementissimi Dei patris. lib. 1. & licet nonnulli teneant contrarium, tamen eorum potissimum fundam. est, quia lex supplet voluntatem testatoris, quasi si cogitasset de monasterio, illud fauore religionis non exclusisset, vt latius ibi Feli. & Dec. prosequuntur, quæ sanè ratio cessat in præsenti ca-
5 su. Ex prædictis colligitur responsio, ad id, quod † legitimè natus, & legitimatus per subsequens matrimonium æquiparantur: vnde virtute æquiparationis, quod dictum est de vno, debet intelligi dictum de alio; quia respondetur, ꝙ ista æquiparatio de legitimè nato ad legitimatum per subsequens matrimonium, non fit propter similitudinem casuum, & rationis identitatē, sicut dicimus de filio, qui æquiparatur seruo, vt quæ dicta sint de seruo, intelligantur dicta de filio, propter similitudinem, & identitatem rationis, vt ponit glo. fi. in l. si quis seruo C. de fur. Sed ista æquiparatio fit virtute fictionis legalis, vt probatur in d. c. tanta, vbi dicitur, ꝙ pro legitimis habentur, aliud est enim esse talem, & aliud haberi pro tali, vt per glo. in l. mercis ff. de verb. significa. & hanc fictionem excludit testator, dum retulit se expressè ad initium natalium: macula enim impressa est origini, vt inquit Bal. in d. c. innotuit. Similiter respōdetur ad id, quod dicitur, ꝙ testator videtur voluisse dispositionem suā esse conformem dispositioni iuris communis: nam argumentum procederet, nisi verba testatoris apertè repugnarent, quibus standum est etiam cōtra mentem l. si alij in fi. ff. de vsufru. lega. Cæterum nemo existimandus est dixisse, ꝙ mente non agitauerit, vt inquit Iuricon. in l. Labeo ff. de suppelle. lega. Non obstat etiam quod recitat. glo. in c. innotuit in verbo coniugata de elec. quam ibi sequitur Anto. de Butr. & Abb. & idem Abb. in d. c. tanta, dum dicit, ꝙ licet ordinari in episcopum nemo posit, qui non sit de legitimo matrimonio natus, c. cum in cunctis de elec. tamen legitimatus per subsequens matrimonium poterit ordinari, quia
6 matrimonium † sequens omnia præcedentia purgat, & ille tanquàm legitimus est habendus: nam respondetur, ꝙ militant ea in dispositione legis, secùs in hominis dispositione, vt respondet Anto. de But. in c. per venerabilem, qui fil. sint legit. & sequitur Alex. qui latè defendit istā parte consi. 5. Attentis narratis in themate lib. 7. quia lex faciliùs moderatur, & ampliat suam dispositionem, quàm dispositionem hominis glo. magna in l. assidui C. qui poti. in pign. habea. vnde dicimus agi magis cum legis dispositione, quàm cum dispositione hominis l. Celsus in prin. ff. de arbi. quod
7 vltra eum confirmatur, quia † in simili videmus, ꝙ in legali successione filius alterius fratris concurrit cū fratre, quod fit secundum fictionem legis, per quam filius fratris ingreditur paternum gradum §. cum filius Institu. de hæred. ab. intesta. secùs in dispositione testatoris, qui vocauit ad fideicommiss. proximiores, nam solus frater admittitur, qui est proximior testatoris, quàm filius alterius fratris, quia verba testatoris accipi debent, sicut expresè sonant, & non est tunc locus interpretationi iuris secundùm Bal. in l. cum ita §. in fideicommisso ff. de lega. 2. cuius decisio magis à Scriben. approbatur, vt latè ostendit Dec. consi. eius 1. cuius caput est, memini me aliàs consuluisse. Non etiam obstat, ꝙ
8 † licet legitimatus per rescriptum non succedat in feudo, nec in emphyteusi ecclesiastica, succedit tamen ille, qui legitimatus est per subsequens matrimonium, quia istud procedit, vbi facta est mentio de filijs legitimis & naturalibus secùs vbi facta est mentio de filijs ex legitimo matrimonio procreatis, videtur enim tunc testator illegitimos natales abhorruisse: & veram tantum & naturalem filiationem considerasse, quæ ex iustis descendit nuptijs l. filium diffinimus ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. & ita declarat Bal. in c. naturales. si de feu. defun. su. contro. in dom. & agna. Sed quid plura? istam questionem in terminis decidit Bal. cons. 367. Quidam tres hæredes lib. 5. nam in casu pariter suo,
9 testator substituerat suis hæredibus & eorum cuilibet, si decederet sine liberis ex legitimo matrimonio procreatis, & ibi Bal. concludit, non excludit substitutum per filios legitimatos per subsequens matrimonium, nec dici potest quod Bald. hoc decidat ibi persunctoriè, nam discutit articulum arguendo vtrinque & tandem concludit pro hac parte, asserens istam meram esse veritatem, idem est de mente Luc. de Pen. in l. eos 4. q. maximè in ver. Preterea Dominus, qui locauit. C. de his, qui spontè mune. public. suscip. li. 11. dum
10 vult, ꝙ † legitimatus per sequens matrimonium non succedat in feudo concesso pro se & hæredibus ex legitimo matrimonio descendentibus, quia hoc est contra mentem & sensum

& sensum contrahentium; nam impossibile est (vt ipse inquit) legitimatum ex legitimo matrimonio descendere, oportet ergo, ꝙ legitimè descenderint, non quòd legitimi
11 fiant, vt dispositio partium locum habeat, & † ibi Luc. de Pen. respondet ad id, quod dicitur, ꝙ sequens matrimoniũ purgat omnem præcedentem maculam l. cum quis & l. nuper C. de natu. liber. §. fi. Institu. de nupt. quia hoc procedit, quo ad officia & honores: non autem quo ad successiones, in quibus ius alteri fuit quæsitum, vt ibi ipse latius prosequitur, & ita tenendum videtur, quicquid dicat Pau. de Cast. in l. fi. C. de his, qui veni. æta. impe. vbi voluit, quod nedum legitimatus per sequens matrimonium, sed etiam legitimatus per oblationem curiæ, vel alio quocunq; modo, secundùm iura communia, de quibus habetur in Auth. quib. mo. natu. effic. legi. comprehendatur sub verbis legitimè nati prolatis à statuto, vel à testatore: nam ipse non benè loquitur, vt ex superioribus liquere puto.

12 Circa secundum, quum † testator decedenti filio sine liberis ex legitimo matrimonio procreatis substituit Rufinum fratrem, & filium, contingit dubitari, an veniat in d. substitutione Rufini nepos, & in hoc teneo cum superioribus Do. consultoribus, quòd sic, quia † regulariter appella-
13 tione filij nepos continetur l. filij & l. iusta ff. de verbo. signi. & hoc maximè dicendum est in vltimis voluntatibus, in quibus lata fieri debet interpretatio c. cum dilecti de dona. l. in testamentis. ff. de reg. iur. & est hæc doctri. Bar. communiter approbata in l. liberorum ff. de verbo. sign. vbi distinguit inter prohibitionem odiosam, & fauorabilem: nam si agitur de prouisione filiorum, tunc appellotione filiorum venit nepos, vt probatur in l. Lucius ff. de hæred. instit. ideò si pater instituit filios, intelligitur etiam instituere nepotes l. Gallus §. instituens secundum vnam lectu. ff. de libe. posthu. Si autem agitur de grauando filios, tunc sub vocabulo filij non venit nepos, ideò si exhæredo filios, non videor
14 exhæredare nepotes, vt ibi Bar. prosequitur, † vnde prohibitio facta filijs de non alienando, non extenditur ad nepotes, est enim odiosa, vt no. gl. singu. in §. nos igitur in Auth. de restitutio. fideicom. Bar. in l. Lucius §. Semproniæ ff. de lega. 3. & in l. filiusfam. §. diui ff. leg. 1. cum concordan. quæ ibi tradi solent Cin. & Bal. in l. voluntas C. de fideicommi. & super hac doctri. Bar. in d. l. liberorum fundat se Alex. qui
15 in pluribus consilijs tenuit, quod † in substitutione facta de filijs venit nepos, vbi etiam refert Docto. antiquos cum Bar. tenentes, & eandem opini. tenuerunt etiam consulentes. And. Sicu. Corn. Ias. Dec. Rui. vt in precedentibus alle-
16 gationis ostensum fuit. Vnum † videbatur obstare, quia fideicom. dicitur onus continere, & grauamen l. cohæredi §. cum filię ff. de vulg. & pupi. l. ex tribus C. de inoffi. testa. vnde videtur quod secundùm prędicta, ex quo sumus in materia odiosa, appellatione filij veniant tantùm filij primi gradus, & non vlterioris. Sed respondetur, quòd argumentum procederet vbi verbum, filij, apponeretur ex parte eorum, qui tenentur restituere fideicommissum, quia si grauarentur filij ad eius restitutionem, posset dubitari, an nepotes ad id teneantur: Sed in casu nostro verbum, filij, ponitur ex parte eorum, quibus restitui debet fideicom. & sic qui honorantur, vnde latè verbum, filij, venit accipiendum, vt comprehendat nepotes; non enim inconuenit, quòd vna & eadem dispositio ex parte aliquorum sit fauorabilis, & ex parte aliorum sit odiosa, vt per glo. in l. venia C. de in ius
17 vocand. ex qua inferunt ibi Bald. & Salic. quòd stante † statuto, quòd filij masculi excludant ab intestato filias fœminas, illud statutum habet duo capita, vnum inclusiuum masculorum, aliud exclusiuum fœminarum, & in eo quod excludit fœminas est odiosum, in eo quod includit masculos est fauorabile, vnde concludunt ibi, in proposito, quòd appellatione filiorum masculorum venient nepotes, & sic nepotes ex filio excludent filias fœminas testatoris, & hoc sequuntur ibi latè modern. Nec huic conclusioni obstat text. in l. quòd si nepotes ff. de testa. tutel. vbi si testator dat tutorem filijs non videtur dedisse nepotibus, quia ad illum tex. respondet Bar. in d. l. liberorum, quòd ex parte tutoris, qui datur, est onus l. tria onera ff. de excusa. tutor. & est tutela munus publicum, vt no. Insti. de excusat. tutor. in prin. ex parte autem filiorum, quibus datur, non est fauor considerabilis, quia licèt nepotibus tutor non intelligatur datus, est modicum præiudicium, quoniam superest prouisio legis, & iudicis dantis tutorem legitimum vel datiuum.
18 Prædicta tantò magis procedunt, quãdo † dispositio testatoris est collata in futurum euentum, in quem verisimiliter potest esse dubium, an tunc extent filij vel nepotes; tunc appellatione filiorom veniunt nepotes, quia præsumitur, ꝙ tali casu par affectio fuerit erga nepotes, vt concludit Imo. in d. l. Gallus §. instituens, propè fin. vbi ex hoc decidit casum
19 nostrum, & † vult, ꝙ si testator instituit fratrem, & si decesserit sine filijs substituit filios Sempronij; si postea contingat fratrem mori sine liberis, & extent nepotes Sempronij, illi tunc videntur vocati ad fideicommissum, & sequitur Alex. consi. 26. col. 2. lib. 3. vbi dicit isto casu saltem procedere opini. Bar. supra relatam. Nec iuuat dicere, quòd decisio Imo. non procedit, vbi per nepotes substituti excluderetur aliquis ex descendentibus testatoris per l. generaliter §. cum autem C. de insti. & substit. & l. cum auus ff. de condit. & demon. nam iste Innocentius, qui dicitur esse de descendentibus testatoris, est legitimatus per sequens matrimonium & à testatore exclusus per illa verba ex legitimo matrimonio procreatis, per quæ videtur testatori illegitimos natales exosos fuisse, vt latè tetigi in præcedenti dub. Vnde huius illegitimè descendentis nulla in præsenti casu habenda venit ratio, & ita in præmisis concludo.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in casu omisso à decreto potest arbitrio suo pœnam statuere.*
2 *Bannum pro vulnere non mortali etiam illato ex proposito, nunquid imponi possit & nu. 4.*
3 *Relegatio propriè & strictè intelligendo dici non potest pœna capitalis, secus largè, & impropriè.*
5 *Vulnus vbi infligitur non mortale, bannum temporale imponi potest causa inspecta, & personarum qualitate, aliàs imponenda est pœna pecuniaria vt sub nu. 6.*
6 *Matrimonium quibus modis probari possit.*
7 *Interesse ratione vulnerati per sententiam iudicis declaratum quomodò præstandum.*
8 *Actio ciuilis & criminalis vbi pro eodem met facto competunt ad vindictam, tunc vna electa, altera tollitur.*

CONSILIVM. 603.


VIDAM iuuenis mulieris cuiusdam (vt existimatur) amore captus dissidio deinceps interueniente, seu riualis dolore tactus mulierem ipsam cũ incisorio quodam instrumento vulnerauit in facie sub mento in parte sinistra. Postea confessus crimen in iudicio, & conuictus per testes damnatus fuit per sententiam primi Iudicis in bãno. Nunc in causa appellationis quæritur an benè: nam dicitur quod decretum marchionale non determinat istum casum: nam ponit pœnam pecuniariam pro vulnere, vbi non tractatim idest in rixa vulnus fuit illatum, sed hic videtur illatum ex
1 proposito, & animo deliberato: vnde † quum casus iste fuerit omissus à decreto, sequitur vt arbitrio suo iudex pœnam statuere potuerit l. 1. §. expilatores ff. de effrac. l. hodie ff. de pœ. glo. & Docto. in l. nemo martyres C. de sacrosan. eccle-
2 cle. & in c. super his in verbo, arbitrium. de accusa. Mihi † tamen videtur, quòd pœna banni pro d. vulnere imponi non potuerit: nam licet banniti nostri temporis sine amissione bonorum

bonorum æquiparentur relegatis iuxt. gloss. communiter approbatam in §. relegati. Institut. quib. mod. ius patr. pote.
3 solui. de qua latè per Alex. in l. ex facto ff. ad Trebel. & † relegatio propriè, & strictè loquendo non possit dici pœna capitalis l. 2. & l. capitalium in prin. ff. de pœn. l. edicto §. rei ff. de bono. possess. l. 2. & ibi Ang. & Imo. ff. de publ. iudi. tamen largè & impropriè dici potest pœna capitalis l. hos ac cusare §. omnibus ff. de accusa. gloss. in l licet capitalis ff. de
4 verbor. significa. vnde † inconueniens videtur, quòd pro vulnere non mortali imponatur pœna capitalis, quod confirmantur, quia decretum pro vulnere, per quod amittitur membrum, imponit bannum pro pœna: nec mirum, quia mutilatio membri æquiparatur morti Bart. in l. Imperator ff. de sta. homi. & in l. 2. col. penul. ff. de publ. iudic. Bald. in l. transigere 2. opposi. & ibi Alexand. latè C. de transac. & qui alicui abscindit membrum, punitur secundùm quosdam lege Cornel. de sica. quia partem hominis occidit, vt Bart. refert in c. 1. §. iniuria col. 4. versicu. quæro qualiter debet, de pa. iur. firm. licet postea ibi concludat quòd sit pœna arbitraria, aliàs erat pœna talionis, iuxta illud oculum pro oculo, dentem pro dente §. pœna. Institut. de iniur. Si ergo in mutilatione membri decretum statuit pœnam banni ergo in alijs casibus, in quibus non est tanta ratio, censetur prohibuisse l. maritus C. de procu. l. quòd Labeo ff. de compen.
5 gloss. in l. cum prætor in prin. ff. de iudi. Fateor † autem quòd ex causa & persona imponi posset bannum temporale ex officio iudicis extra ordinem, vt quia plebeius percuteret virum insignem. l. fina. ff. de iniur. Sed in casu isto fuit percussa mulier plebeia, & quàm humile facit delictum iuxt. not. in l. 1. C. vbi Sena. vel claris. stetit enim diu in concubinatu, & licèt vir, qui eam habebat pro conubina, dicatur eam duxisse in mortis articulo, tamen de hoc matrimonio nihil constat: nam illa verba posita in testamento, quòd declarabat ex nunc eam esse vxorem, non probant matrimonium; quia vt inquit Bald. in ca. innotuit de elec. colum.
6 penul. † matrimonium habet substantiam in consensu, formam in prolatione verborum, probationem per testes & instrumenta, sed hic non apparet per testes, aut per instrumenta de forma prolatorum verborum. Præterea sequens matrimonium non tollit peccata præcedentia, vt inquit eleganter Luc. de Pen. in l. eos q. 4. C. de his, qui sponte mun. publ. suscip. quia hoc est speciale in sacramento baptismi, vt ei omnia nequiter admissa condonentur. Ex præmissis igitur concludo d. iuuenem malè fuisse condemnatum pœna banni, & reformando sententiam condemnãdum solummodo esse in pecunia: poterit tamen pœna pecuniaria, quæ pro simplici vulnere in alia parte corporis solet imponi, aliqualiter augeri, attento quod vulnus in os illatum fuit cicatrice remanente, quo casu atrocior illata dicitur esse iniuria
7 l. prætor §. atrocem in fin. ff. de iniu. In alio etiam † reformanda venit d. sententia, quia per eam condemnatus fuit iuuenis d. mulieri ad interesse ratione cicatricis & deformitatis, nam tantum consequi potest mulier impendia, quæ procuratione fecit, operarum autem amissarum, quasque deinceps amissura fuisset, nulla haberi valet ratio, quia nullas amisis, nec de vulnere inutilior facta: Item cicatricis & deformitatis nulla habenda est ratio, quia liberum corpus æstimationem non recipit l. ex hac. ff. si quadr. paupe. fecisse dicatur. l. fin. ff. de his, qui deie. vel effude. gloss. in capit. 1. de iniu. & dam. dat. Roma. consi. 278. Hic Dominicus age
8 re. Istud † est etiam certum, quòd hæc mulier, ad cuius querelam & instigationem processum est criminaliter, non potest amplius agere actione ciuili iniuriarum l. quòd senatus ff. de iniur. qui text. propriè loquitur in istis terminis, & ex eo, ibi dicit Ang. clarius probari quàm alibi, quod vbi pro eodem facto agi potest & criminaliter & ciuiliter ad vindictam. si est actum vno iudicio, non potest agi alio, ad idem est tex. in l. prętor. §. 1. & ibi Bar. ff. de iniu. & glo. in §. in summa Insti. eo. tit. vnde quũ hęc mulier pro iniuria sibi illata elegerit vltionem publicam, non potest amplius assumere priuatam, & ita resideo.

Summarium.

SVMMARIVM.

1 *Venandi facultas competit de iure naturali, & gentiũ quæ non potest prohiberi & nu. 6.*
2 *Venationem ex causa potest Princeps prohibere.*
3 *Clerici & monachi quare venari prohibeantur.*
4 *Venationis prohibendæ causa, quando rationabilis, & iusta dicatur.*
5 *Ius naturale & gentium ex causa licet limitare, distinguere, & temperare.*
7 *Venatio quando sit improbata, & quando licita.*

CONSILIVM. 604.

1 SAEPE numero interrogatus respondi nõ posse venationes prohiberi, quia † facultas venandi competit de iure naturali, & gentium, quod quidem ius immutabile est, §. sed naturalia Instit. de iu. nat. gen. & ciu. naturalis namq; dictat ratio, vt, quę in nullius bonis sint, occupanti concedantur, sicut lapilli & gemmæ in littore maris iacentes: nam apprehendenti quæruntur §. Item lapilli. Instit. de rer. diuis. huiusmodi etiam sunt feræ bestiæ, & volucres cælo, terra, mariq; vagantes, §. feræ. Instit. eo. & ita aliàs scripsi contra communitatem Albæ, quæ edicto suo conabatur prohibere venationes, eam id facere non posse, vt patet in cõsi. meo iampridem impresso, quod est in ordine. 375. per iura & auctoritates ibidem adductas. Illud nunc non omitto, quòd vetustas tantùm tribuit venationibus ferarum, quòd licet non liceret tela, & arma domui suæ in agro villaue congerere, nec seruuos aut liberos homines in armis habere, id tamen in vsum venationis concedebatur l. 1. in prin. & l. qui dolo. §. exceptus est ff. ad
2 l. Iul. de vi publ. Fateor † tamen ꝙ ex causa Princeps potest prohibere venationem, vt probatur in ca. 1. §. nemo retia, de pac. tenen. vbi prohibentur venationes cum laqueis & retibus: nisi ad vrsos, & apros, & lupos capiendos, & hoc ibi ita disponitur causa pacis conseruandæ, secũdùm vnum intellectum, quem ibi tradit Iaco. Alua. & Præpo. medio. & sic ibi ostenditur, ꝙ ex causa prohiberi venatio potest, ꝙ etiam ostẽditur ex alio, quia videmus, quod clericis interdicitur venatio, & eodem modo monachis c. 1. 34. distinc. c. qui venatoribus, cum pluribus seq. 86. distinc. c. cum apostolus de censi. c. 1. ne cleri. vel. mona. ca. 1. & 2. de cler. ve-
3 nat. vbi gloss. adducit rationem, quia † clerici sunt in sorte Dei ad eius obsequia specialiter assumpti, c. cleros & clericos 21. distinc. c. cum secundùm apostolum. de pręben. vnde non debent huiusmodi ministerijs vacare, per quæ cõtingit eos vagari, & à diuinis officijs retrahi, vt ibi latiùs prosequitur Anto. de Butr. dicens contrariam consuetudinem non valere. Quum igitur ex causa prohiberi possit ve-
4 natio, iustam † causam esse arbitror, quę proponitur, quum non tollatur indistinctè venatio, sed pro certo tantùm tẽpore, & certo quodam modo, videlicet ne quis in altissima niue lepores venetur, & ne quis perdices capiat cum certis instrumentis, quæ gregatim incedunt, & apprehenduntur: hoc enim factum videtur ex rationabili causa concernente publicam vtititatem, ne scilicet sequatur horum esculentorum animalium totalis ferè consumptio, & destructio; li-
5 cèt † enim ex causa ius naturale & gentium limitare, distinguere, & temperare, etiam si dominium rei suæ alicui auferatur l. item si verberatum ff. ad l. Aquil. l. Lucius ff. de euict. glo. & Docto. in l. fin. C. si cont. ius vel vtilit. publi. Barto. & Bal. in proœm. digestorum & Bald. in l. rescripta 3. q. C. de prec. Imper. offeren. Cano. in c. quæ in ecclesiarum de cõstitu. Quantò ergo magis prohiberi potest, ne capiantur feræ, quæ in nullius bonis sunt, adeò vt si quis etiam venando bestiam insequutus fuerit & vulnerauerit, nondum tamen est sua, donec eam cęperit: multa enim contingere possunt, vt eam

vt eam non capiat. §. illud quæsitum Instit. de rer. diuis. l. naturalem §. 1. ff. de acqu. re dom. quod procedit etiam, si in laqueum meum inciderit, quia non efficitur mea, donec
6 manualiter capiatur. l. in laqueum ff. eod. titu. Et † quoniam dictum est superius venationem esse de iuri naturali & gentium l. 1. in fin. cum duabus ll. sequ. ff. de acq. re. dom. §. feræ Instit. de re diui. c. ius naturale 1. distinc. addo, quod huic sententiæ videtur accedere Aristoteles, qui in Politicis inquit, homini naturaliter concessum esse dominatum in beluas, ideò licitè, tanquàm dominio suo subiectas capere eas posse venando, quod conuenit etiam cum sacris literis, concesśit nanque Deus post diluuium æsum carnium homini, vt habetur Gen. cap. 9. Vnde censetur etiam concesśisset, vt venando capi valeant, quia qui concedit cõsequens, videtur concedere, quod necessario antecedit capitu. præterea de offi. deleg. l. illud & l. ad rem mobilem ff. de procu. & istud est, quod voluit gloss. in d. capi. qui venatoribus 86. distinc. quòd licet venari pro pellibus & carnibus, non ad voluptatem, quam gloss. sequitur Abb. & Ioan.
7 de Ana. in cap. 1. de cleri. vena. Cæterum † venari frequenter ob voluptatem, & non aliquando relaxandi animum causa, & à curis releuandi, vel alia de causa licita, est improbatum, & ita intelligitur illud Diui Hieronymi, de quo in cap. Esau. 86. distinct. Esau peccator erat, quoniam venator erat, & penitus non inuenimus in scripturis sanctis sanctũ venatorem, piscatores inuenimus sanctos. Hæc adnotasse libuit, quoniam de his existant, sæpius de facto questiones, & memoratu digna credidi.

SVMMARIVM.

1 *Vxor indotata viro defuncto, quando succedat in quartam bonorum viri in vsufructu tantùm, & quando in plena proprietate, & nu. 4.*

2 *Vxor relicta domina massaria, & vsufructuaria à testatore filijs extantibus, ipsis defunctis non plenum vsumfructũ, sed tantùm à substitutis vel venientibus ab intestato alimenta consequitur, fallit vt ibi.*

3 *Vxor, cui relictus est vsusfructus extraneis hæredibus instituti, plenum consequitur vsumfructum, aliàs secùs, & nu. 5.*

6 *Vxor indotata viro defuncto qua actiõe cõsequi possit quartam bonorum viri.*

7 *Mater transeundo ad secunda vota in filiorum bonis, qui alijs fratribus superstitibus decedunt, habet tantùm vsumfructum, secùs vbi nulli supersint.*

8 *Vxor indotata ratione quartæ in bonis viri sibi debita, in feudalibus non succedit.*

9 *Vxor indotata siue quartam consequatur iure hęreditario, siue vt quotam bonorum, tenetur respondere creditoribus, & nu. 11.*

10 *Bona vbi sub nomine vniuersitatis ex l. dispositione transferuntur, intelliguntur transferri cum suo onere, secùs in contractibus.*

12 *Maritus quando locuples decessisse dicatur, vt tunc vxor quartam consequatur, & vt diues vel pauper quis dicatur, nunquid inspici debeat quantum ex fructibus patrimonij reddigi possit, an quantum ex rerum venditione redigeretur.*

CONSILIVM. 605.



1 MANIFESTA est iuris nouisśimi dispositio, quòd si quis accipit vxorem indotatam, eo defuncto † coniux superstes laborans inopia succedit in quarta parte bonorum mariti, si liberi extant quo ad vsumfruct. proprietate liberis seruata, si verò non extant, succedit etiam in dominio, & proprietate. §. quoniam verò in Auth. vt lice. ma. & au. vnde sumpta est Authen. præterea. C. vn. vir & vxor. Sed quæritur, quid si tempore mortis mariti extent liberi, deinde contingat eos decedere, an succedat in vsufr. tantùm d. quartæ, an etiam quo ad proprietatem. Et mihi videtur dicendum, quòd succedat quo ad
2 vsumfruct. duntaxat. Nam videmus in simili, quòd † si testator relinquit vxorem dominam, massariam, & vsufructuariam quo casu extantibus filijs non debetur vsusfructus, sed tantùm alimenta, secundùm consuetudinem, quæ ita interpretatur, vt per gloss. & omnes in Authen. hoc locum. C. si secun. nup. mul. sic etiam defunctis filijs, qui prius extabant non debet consequi, nisi alimenta ab illis, qui succedunt filijs ex pupillari substitutione, seu ab intestato; quia quum viuente filio, legatum cœperit habere vires, & sic alimenta tantùm deberentur, non debet in plus teneri hęres, quàm teneretur filius l. si fundum §. filium. ff. ad l. Falcid. & hoc procedit vbi testator simpliciter est loquutus, secùs si esset apposita dictio donec, vt quia testator reliquerit vxorem vsufructuariam, donec castè & honestè vixerit, quia tunc videtur annuum legatum. l. legatum. ff. de annu. lega. & pro primo anno est purum, pro sequentibus verò conditionale, & per consequens incipit deberi ex persona
3 substituti, l. si fundum §. si pater ff. de leg. 1. & † sic existente substituto extraneo vxor habebit plenum vsumfruc. ita inquit Barto. in l. Titia §. Titia. q. penul. ff. de leg. 2. dicit se ita consuluisse, & ita reperitur consuluisse. consi. 56. Bartolus fecit testamentum 2. dub. & consi. 171. Nicolaus Ser Amati instituit &c. & sentit hoc etiam Bart. in l. qui in annos ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. Ange. in Authen. hoc locum. C. si secun. nups. muli. & consi. 97. Viuianus de monte Feliciano. circa fin. & consi. 109. In dicto testamento versicu. fina. & sequitur hoc latè Roma. consi. 516. In casu propositæ consultationis. 1. dub. Imo. Alexa. & Are. in l. & si contra ff. de vulga. & pup. & Alexan. consi. 40. Viso themate in
4 prin. lib. 1. Sic † dicendum in proposito, quòd ex quo d. pars quarta substantiæ mariti cœpit deberi viuis filijs, quo ad vsumfructum duntaxat, non possunt extinctis filijs hæredes mariti cõueniri, nisi ad prestationẽ vsusfructus in dic. quarta, ex quo ex propria persona nihil debent, sed tantùm vt hæredes ex persona filiorum, vt apparet ex superiùs dictis, quod cõfirmatur ex trita reg. quæ habet, quòd ex persona hæredum non mutatur qualitas obligationis. l. 2. §. ex his ff. de verbo. obli. l. in executione. §. pro parte & ibi Pau. de Cast. ff. eod. l. cui fundus. ff. de condit. & demonst. & per hoc tollitur illud si diceretur, ꝙ vxor debeat habere vsumfructum tantùm, ex quo fuit inductum fauore filiorum: vnde cessantibus filijs, illud quod est inductum fauore filiorum, nõ debet prodesse extraneo, & trahi ad aliam causam etiam connexam. l. hac consultisśima §. ex imperfecto & Authen. hoc inter liberos C. de testamen. l. si seruus liber. ff. de statulib. l. si ita scriptum fuerit cum Titius. ff. de manumis. testamen. & ibi Barto. nam istud procederet, si hi, qui volunt succedere, succederent ex propria persona marito, vt quia filij non fuissent hæredes, & succederent marito ex vulgari substitutione filijs facta, vel illis repudiantibus per successorium edictum §. placebat Institutio. de le-
5 gi. agna. succes. vel extranei pariter essent instituti cum filijs: nam pro parte extraneorum deberetur proprietas mulieri, vel si filij instituti viuo testatore decederent, quo casu loquitur Alexander consil. 42. Viso processu libr. secundo. Sed vbi viuis filijs cœpit deberi successio quorum respectu tantùm debetur vsusfructus, & isti, qui succedunt filijs ab intestato, non teneantur, nisi vt hæredes filiorum: dicendum est mulieri non deberi, nisi vsumfructum; absurdum enim esset, quòd in plus teneretur hæres, quàm defunctus d. l. qui fundum. §. qui filium. ff. ad l. Falci. quem tex. adducit Bar. subrogatur namque heres loco defuncti, adeò vt eadem persona esse censeatur. §. 1. in Authen. de iureiur. à mori. præst. ideò eodem iure censeri debet. l. si donatæ. §. 1. ff. de donatio. int. uir. & vxo. l. si eum. §. qui iniuriarum, ff. si quis cautio. Confirmantur præmissa, quia illud,

illud, quòd dicitur, quòd cessante causa, cessat effectus. l. generaliter. C. de Episcop. & cleric. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro. non procedit vbi alteri iam ius fuit quæsitum, & effectus consumatus; quia remota causa non remouetur effectus. l. fi. in prin. ff. vn. lib. per quem tex: ita inquit Bar. in in l. 2. §. fi. ff. de dona. & in l. Titia. §. Imperator. col. pen. ver si. quæro pone quòd filij. ff. de leg. 2. & tradit Dec. in c. cum
6 cessante col. 1. de appella. Sed † in proposito ius quæsitum fuit vxori succedẽdi in hac quarta, & effectus consumatus, etiam quòd non petierit, & actualiter non habuerit, quia dicta quarta debetur sibi conditione ex lege, vt est debitum necessarium, quum debeatur contra voluntatem mariti, vt tenet glo. in §. si verò expreſsim in verbo, heredem in Auth. de hæred. & Falcid. & sequitur Pau. de Cast. Bald. Roma. & Alexan. in d. Auth. præterea: vnde quantum ad effectum iuris fuit actus consumatus, perinde ac si solutio realiter facta fuisset, quum paria sint quòd solutum sit, vel debitum fuerit. l. fina. C. ad l. Falcid. & qui actionem habet, rem ipsam habere videtur. l. qui actionem. ff. de regu. iur. tunc est quòd habens plures actiones contra debitores, releuatur ab onere satisdandi, sicut si res ipsas poſsideret Bal. & Imo. in l. facere poſse. ff. solu. matr. Ang. & alij in l. sciendum ff. qui satisda. cogan. & ita quòd effectus sit consumatus, etiam quòd vxor d. quartam non petierit nec realiter habuerit, consuluit præstantiſ. Deci. conſ. 24. Pro virili mea facultate, vbi ex hoc decidit pulchram quæstio. vt ibi per
7 eum. Non obstat † tex. in l. fœminę. §. illud in fi. C. de secun. nup. vbi quod dispositum est in matre transeunte ad secundas nuptias, vt tantùm habeat vsumfructum in bonis filiorum, qui decesserint alijs filijs ex eodem matrimonio superstitibus, hoc procedit tantum viuẽtibus dic. filijs superstitibus, quòd si ipsi pariter decesserint, tunc mulier habet dictorum bonorum plenam proprietatem: nam ad istum tex. Respondet Barto. in d. l. Titia. §. Imperatorem circa. fi. quòd ideò ibi cessante causa, cessat effectus quamuis consumatus: quia lex ita ibi disposuit vlteriùs procedendo. Non obstat tex. in d. Authen. præterea in illis verbis, his verò nõ extantibus, vel si nullos habuerit &c. nam dum tex. ibi loquitur de liberis non extantibus, intelligitur, non extantibus tempore mortis, quum prius eos suscepiſset; nam in succeſsionibus tempus mortis semper inspicitur. l. si in alienam. §. in extraneis. ff. de hæred. instit. §. sui. & §. in hæredibus insti. de hæred. quali. & differen.
8 Circa secundum dubium † concludendum est, quòd vxor ratione di. quartæ non potest succedere in bonis feudalibus c. 1. in fi. de inuesti. de re alie. fac. per quem text. ita dicit Roma. se consuluisse contra multos in d. Auth. præterea, & sequitur ibi Alex. in fi. ad quod etiam facit tex. in c. 1. an mari. succe. vx. Item quia fœmina incapax est feudi c. 1. §. hoc autem notandum. qui feud. da. poſſ. ca. 1. in fi. an Imper. vel muli. & dispositio legis continens viui iuris conceſsionem restringitur ad habiles. l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de mune. & hono. Bal. in l. fina. in prin. C. si cen. vel reliq. cum alijs concord. adductis per Alex. in l. 1. §. numeratio ff. de nou. ope. nunc. quod procedit etiam si feudum esset receptũ pro se, & quibuscunq; hæredibus: nam tunc fœmina vxor non posset venire, ne sequantur duæ improprietates, vna quòd feudum transiret ad eos, qui non essent de agnatione, altera ꝙ transiret ad fœminam contra propriam feudi naturã secundùm Bal. in c. 1. §. donare, qual. olim. feu. po. alie. quæ decisio vbiq; a moder. approbatur. Circa tertium quæsitũ
9 † vtrũ mulier percipiens hanc quartam teneatur respondere creditoribus, & in hoc concludo ꝙ sic, quia hanc quartã habet iure hæreditario, quia tex. in d. Aut. præterea loquitur per verbum succedat, & eodem modo facit text. in §. quoniam verò in Auth. de exhiben. reis, vnde d. Auth. sumitur, & hæreditas continet debita & credita. l. hæreditatis. ff. de verbo. signi. l. si hæreditatem ff. man. adducitur etiã ad hoc tex. clarus in §. fi. qui incipit si verò quasdam res proprias in Auth. de exhib. re. & ita dixit Corn. in d. Auth. pręterea, & latè prosequitur ibi Franc. Popus Floren. repetens solenniter d. Authen. præterea in 3. q. extra glo. & cum hac opinione videtur etiam transire Curti. Iuni. ibi respondẽdo ad tex. in l. fi. C. de repud. quæ videbatur aliqualiter ob-
10 stare quod optimè cõprobatur vltra eos quia posito, † ꝙ iura non vellent mulierem habere hanc quartã iure hæreditario, sed vt quotam bonorum, & licet appellatione bonorũ non veniat id, quod alteri debetur, quia bona intelligũtur deducto ære alieno, attento ꝙ bona dicuntur à beãdo. l. bonorũ, & l. subsignatum. §. bon. ff. de verb. signi. l. mulier bona. ff. de iur. dot. tamen hoc procedit in contractibus; sed vbi ex dispositione legis bona transferuntur ad alterũ sub nomine vniuersitatis, vel sub nomine quotæ, vt in casu, tũc intelliguntur transferri cum suo onere glo. in l. 1. ff. de bon. poſse. quam sequitur Bal. in l. 3. ff. eo. tit. & idem vult Bar. in d. l. mulier bona. ff. de iu. doti. Bar. Bal. & Salic. in l. tutoris. C.
11 ad l. Iul. de vi publi. Postremò † non videtur esse in hoc differentia in effectu, an mulier capiat hanc quartam iure hæreditario, an vt quotam bonorum, quia si capit iure hæreditario, tenebitur respondere creditoribus, siautem capiat, vt quotam bonorum, filij tradent d. quotam bonorum deducto ære alieno, & sic minus habebit; idem ergo sequitur effectu: nam aut ipsa soluet debita, aut soluentur a filijs pro rata eius partem tangente, & istud videtur esse de mente Bar. in l. cogi. ff. ad Trebel. dum inquit quod hæres grauatus restituere bona deducto ære alieno, habet in potestate, vel ipse soluere, vel restituere ad soluendum.
12 Circa quartum articulum, vtrum † iste maritus dicatur decesſisse locuples adeò ꝙ posſit esse locus dispositioni d. Auth. preterea, & circa hoc glo. ibi verbo, locuples, positis duabus opinio. residet optimè in hoc, ꝙ arbitratur ex officio iudex quis sit locuples per tex. in l. tam dementis. C. de Episcop. audi. arbitrium autem moderari debet secundùm conditionem personarum, secundùm Bal. & Ang. ibi, vnde dicebat Iac. But. relatus per Corn. ibi, quod nobilis, qui nescit operari non dicitur diues de eo, quo diceretur diues esse rusticus & artifex, & ꝙ iudex habeat arbitrari diuersimode secundùm qualitatem personarum vult Barto. in l. si constante 2. q. 1. par. prin. ff. solu. matr. vbi etiam vult idem, quod Iac. But. dum inquit, ꝙ vnus miles vel nobilis homo habens mille in bonis est pauper, vnus rusticus minus habens est diues. Item inspici debent bona, quæ reperiuntur tempore mortis mariti: & considerandum etiam ꝙ patrimoniũ vnius sepiùs diuiditur inter plures filios, debitis etiã plerumq; inuolutos & idem prosequitur Corn. Deniq; vt dicit ibi Sali. q. 4. debet inspici, vtrum substantia præmorientis sit sufficiẽs ad victum & vestitum hæredum, & coniugis superstitis inopis computatis semper illius inopis bonis. Modò in proposito iste maritus non solum ipse, sed ẽt duo filij, quos reliquit, sunt nobiles, quibus dedecus esset operari, & demptis bonis feudalibus, quæ non sunt in hereditate morientis, ex prædiorum reditibus non colligunt fructus plusquàm aureorum centum, & clarum est, ꝙ centũ aurei vix sufficiũt ad annùum victum, & vestitũ duorum nobilium, imò maiori opus esset pecunia, vt ex eorum dignitate, & conditione viuerent iuxt. nota. in l. nepos Proculo. ff. de verbor. significatio. & in l. in condemnatione. ff. de regul. iur. Et si diceretur, quòd ex venditione proprietatum magna redigeretur pecunia, Respondetur quòd nemo tenetur vendere proprietatem vt se ipsum vel alios alat, sed id de fructibus præstandum est. l. qui bonis. ff. de cesſi. bono. l. ius alimentorum. §. primo ff. vbi pupil. edu. deb. vel mora, quæ iura adducit Bad. consil. 30. Sicut dixi lib. secundo & tradit Bartol. in l. penulti. ff. de alimen. & cib. lega. & in l. Imperator. ff. ad Trebellia. cum alijs adductis per Alexand. in l. si maritus in id. ff. solut. matrimo. & dicit apertè Iaſ. in dict. l. si constante, dum tractat materiam paupertatis, quòd ad inspiciendum an aliquis sit diues vel pauper, inspicitur quantum ex fructibus sui patrimonij potest redigi, non quantum ex venditione rerum redigeretur per tex. in d. l. qui bonis & quod ibi not. Bart. ff. de cesſi. bono.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis extraiudicialis vim tunc demum habẽt destinatio nuntij, & arreptio itineris ad superiorem, si seruantur ea, quæ in appellatione seruari debent, aliàs secus, & nu. 4.*

2 *Appellatio expressa si hodie non tenet, nisi causæ exprimãtur, & apostoli petantur, tantò minus tacita.*

3 *Appellatio vbi est nulla, attentata non reuocantur; imò nomen appellationis non meretur.*

5 *Appellatio extraiudicialis vt teneat, siue verbo siue facto appelletur, debet interponi intra decendium.*

6 *Appellatio, vt attentata cõtra vel post appellationem extraiudicialem reuocentur, oportet, quòd sit interposita ex verisimilibus, & probabilibus causis, aliàs non iustificatur, nec attentata reuocantur, nisi de veritate causæ doceatur, & nu. 8.*

7 *Iurisdictio non solet esse penes vniuersitates, sed penes earum rectores, & nu. 9.*


10 *Princeps vbi gerit actum iuri communi conformem puta visitando subiectos, vel eis præcipiendo, & ipsi timeãt se grauari, fortè quia exempti, non sufficit eos allegare causam a principio verisimilem, sed de vera causa constare debet, & nu. 12.*

11 *Appellatione pendente attentasse non dicitur, qui de iure communi possidere præsumitur, imò sua vti possessione censetur.*

13 *Innouare non dicitur qui ius suum prosequitur, sed totum quicquid facit, id facit ad iuris sui ante quæsiti tuitionem & conseruationem.*

14 *Appellatio extraiudialis prouidet tantum, & succurrit aduersus futura grauamina; non autem ad præterita, & in hoc differt a iudiciali.*

CONSILIVM. 606.



PPROBO conclusionem superius factam per præstantis. Iuriscon. D. Paulum Aemilium, pro cuius corroboratione pauca infrascripta subijcio. Et primò circa primum fundamentum considerandum est, quòd ciuitas non interposuit appellationem expressam
1 extraiudicialem, sed tacitam. i. id, quod† habet vim appellationis extraiudicialis videlicet nuncij destinationẽ, & itineris arreptionem ad Cæsaream maiestatem: sed destinatio nuncij, & arreptio itineris ad superiorem ita demũ habet vim appellationis, si seruantur ea, quę seruari debent in appellatione, ideò sicut appellans extra iudicium, vel in iudicio ante sentẽtiã tenetur exprimere causas in scriptis & petere apostolos: ita iste, qui vult arripere iter, debet hæc omnia facere: Dicet namq; superiori, Domine vos grauastis me in tali articulo, & tali, nolo amplius litigare corã vobis: sed volo ire ad Papã, & apostolos peto, tunc enim licet non exprimat verbum appello itinerando ad Papã habetur pro appellante, quia non refert quid ex æquipollentibus fiat ca. licet ex quadam de testibus, hęc ad literam ponit Abb. in c. dilecti filij il 2. de appel. & sequitur hoc ibi Dec. in fin. quia
2 † si non procedit hodie appellatio expressa, nisi causæ exprimantur, & apostoli petantur c. vt debitus de appella. ergo à fortiori minus valebit appellatio tacita, quæ ex arreptione itineris insurgit, & probatur secundùm eum expresè in d. c. vt debitus: vbi dicitur ꝙ per impetrationem literarũ non suspenditur iudicis à quo iurisdictio, ergo multò minus per solam itineris arreptionem. Sed in proposito ciuitas in sua supplicatiõe porrecta Principi, licèt dicat se destinasse Syndicos ad Cæsarem, non tamen apostolos petit, ergo habetur pro non appellante, & per consequens non potest esse remedium reuocationis attentatorum, quia illud procedit, vbi quid contra appellationem vel post appellationem fuit
3 attentatum. Et ita † quòd vbi appellatio est nulla, attentata non reuocentur, tenet Socin. consi. 45. Visa appellatione. 8. dub. lib. 1. allegat ad hoc gloss. ordin. in l. 1. ff. nil. noua. appella. penden. Inno. in cap. pastoralis de officio. delegat. & quia appellatio nulla, ne appellatio quidem nuncupari meretur, ideò etiam effectu carere debet. l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iudic. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. posse. contra tab. & consentit etiam cum prædictis Rota decis. 357. Nota, quod vbi attentata, in antiquis; vbi dicit formaliter, quòd attentata post inhibitionem, vbi constat de nullitate appellationis, non sunt reuocanda, propter verbum
4 Canonicè positum in c. non solum de appella. Vlteriùs † ꝙ non sufficiat iter arripere ad superiorem, nisi etiam in huiusmodi intimatione petantur Apostoli, patet efficaciter, quia hoc idem requiritur in qualibet appellatione extraiudiciali, expressa, videlicet vbi appellatio interponitur a iudice super grauamine extraiudicialiter illato, secùs si ab aduersario, quia eos dare non posset, & tunc tamen tutiùs est, vt petantur apostoli sub ea forma, peto apostolos, si quis mihi tradere possit, ita voluit Innocen. in c. cordi de appellati. in 6. & sequitur ibi Ioan. Andre. Ioan. Monach. Archid. & Domi. super gloss. in verbo vel extra, est etiam de hoc bona glo. in cap. super in verbo, ille eod. titu. in 6. & est etiam hoc de mente Anto. de Butri. & Abb. in capi. bonæ de appella. in quarta differentia appellationis iudicialis & extraiudicialis, & ibi Philip. Franc. colum. 6. Sed in casu nostro interposita fuit appellatio, vt a Principe, & superiore. Confirmantur pręmissa, quia nisi in his, quę vim habent extraiudicialis appellationis, vt in arreptione itineris, vel in submittendo se protectioni superioris, omnia seruarentur, quę in appellatione sunt necessaria, lex imposita esset verbis, & non rebus, quod esset absurdum capit. commissa de electio. in 6. l. 2. in fi. C. commu. de lega. quid enim interest, an dicatur appello, vel iter arripio ad Papam, vel submitto me protectioni superioris, certè nihil: non ergo vis esse debet in verbis, postquàm constat de intentione partis cupientis reuocari grauamen per superiorem, ad quem causam deducit, & ita declarat Abb. in ca. ad audientiam super glo. in verbo nostræ protectioni de appell. vbi ex hoc vult, quòd in talibus ad instar veræ appellationis necessaria sit causæ expresio, & apostolorum petitio.

5 Circa aliud fundamentum quòd † in appellatione extraiudiciali debuit etiam intra decem dies appellari à die illati grauaminis, quod hic non fuit factum; circa hoc nõ est insistendum, quia de hoc est tex. clarus in cap. concertationi de appell. in 6. & dicit Anto. de Butri. in capit. vt debitus colum. 4. versic. oppono secundùm hoc de appellati. quòd siue quis appellari velit verbo, vel facto, debet id fieri intra decendium à die grauaminis illati, c. cum dilectus in fin. de elect. ca. quod ad consultationem. de re iudi. & subdit ibi in specie, quòd arreptio itineris, quando habet vim appellationis, debet infra dies decem fieri post illatum grauamen.

6 Circa vltimũ fundamentũ quo† vtitur præfatus D. Cõsultor arbitror illud esse firmũ: nam vt attentata contra vel post appellationem extraiudicialem reuocentur, oportet, quod dic. appellatio fuerit interposita ex verisimilibus, & probabilibus causis; & dicĩ causa verisimilis, de qua ex indicijs suspicari possumus, causa verò dicitur probabilis, quę sit rationabilis, & quæ si probata fuisset, legitima reputaretur, & istis duobus copulatiuè interueniẽtibus appellatio iustificaĩ, quo ad reuocatiõẽ attentatorũ, vt explicat Dec. in
7 d. c. bonę col. pe. Sed hic verisimilis cã non concurrit, quia† iurisdictio non est penes vniuersitatẽ, sed penes eius rectores, secundũ celebre dictũ Inno. in c. cum accessissent circa mediũ ver. & est notandũ. de consti. vndę cessante verisimilitudine, debet veritas causæ ꝓbari, vt iustificeĩ appellatio, & attẽtata reuocẽtur, & ad hoc adduco Rotã decis. 234. Si
8 rector in nouis vbi inqt, ꝙ si rector † parrochialis ecclesię appellat è visitatiõe Episcopi allegãs se exẽptũ ꝑ priuileg

vel prescriptionẽ tanti tẽporis &c.non sufficit ad reuocãdũ medio tempore attentata,docere de appellatione, & postmodum attentatis:nisi etiam doceat de veritate causæ scilicet exemptionis,allegat no.in c.dilecti de maior.& obed. & in c.Rodulphus & in c.significauit de rescri.& in c.nõ solùm.§.fi.de appel.in 6.hæc enim appellatio non erat probabilis & verisimilis, quum ius commune faceret pro Episcopo,& contra appellantem;& præfatam Rotæ decis. sequitur Abb.in c.1.col.pen. de rescrip. Sic dicam in proposito, quòd quum ciuitas præsupponat acquisiuisse iurisdictionẽ per temporis immemorialis præscriptionem, non potest obtinere reuocationem attentatorum,quum non appellauerit ex probabili & verisimili causa:quum † iurisdictiones
9 non soleant esse penes vniuersitates,sed penes rectores earum,maximè ab Imperatore constitutos, prout contingit Principibus nostris,& tanto magis id,quod dicunt, non est verisimile,imò falsitatis imago,quum in eadem appellatione subditos se vocãt Illustriss.Principum : quomodo igitur penes eos residet iurisdictio,nisi passiua, & tunc vera faterentur,in eandem sententiam transit Feli.in c. 1.col.3.ver-
10 si.modò hoc vltimum.de appella. dicens † quòd vbi actus, de quo quis timet,est conformis iuri communi, puta visitare subiectos,quia timet grauari fortè quia exemptus,non sufficit, ꝙ alleget causam à principio verisimilem, sed debet allegare veram secundùm Rotam & Abb.ibi.Sed principes nostri gerunt actum conformem iuri communi precipiendo subditis,ne exerceant iurisdictionem:ergo si volunt dicere se non esse sub iurisdictione Principis: sed exẽptos & liberos,debet de hoc verè constare,vt appellatio iustificetur.Cum prædictis concordat Inno. in ca. dilecti de maior.& obedi.vbi vult, ꝙ in remedio attentatorum satis sit probare possessionem,& simplicem statum, in quo erãt tempore appellationis interpositæ, & ꝙ nunc reperiatur possessio penes aduersarium,nec requiratur, ꝙ appellans aliquid probet de iure suæ possessionis:tamen Inno.dicit, ꝙ hoc fallit,nisi ille,contra quem petuntur,attentata reuocari præsumatur possidere de iure communi, ex causa verisimili,quia tunc non reuocarentur attentata,nisi ille,contra quẽ est attentatum,probaret se verè possedisse tempore atten-
11 tationis,quia † vbi alius de iure communi præsumitur possidere,non videtur pẽdente appellatione attẽtasse, sed vsus fuisse possessione,quam habebat,arg.no.in ca. ad decimas. de restitu.spoliat. in 6.& hoc dictum Inno. refert & sequitur Feli. ibi col.fi. & sunt hæc verba formalia Rotæ, à qua id sumpsit,decis.mihi.89.nota ꝙ vbi post appellationẽ &c. in antiquis,& de his satis sit dictum.Et ita sequendo prędicta concludo ꝙ tenetur ciuitas probare de veritate causæ, propter quam appellarũt,videlicet se fuisse, & esse in quasi possessione iurisdictionis per tempus immemoriale, quod existimatur probari non posse, vt deducetur latiùs in alle-
12 gationibus meritorum: nunquam † pro veritate causarum in appellatione extraiudiciali expressarum præsumitur, nisi earum veritas probetur,vt inquit Rota in decis.mox adducenda per c.non solum,& c.Romana §. cum verò . de appel.in 6.Sed posito ex abundanti,ꝙ nõ tenerentur probare veritatem illius causæ: tenentur tamen probare, quod ipsi possidebant tempore interpositæ appellationis : vt omnes dicunt in d.c.bonæ, negatur ergo ꝙ ciuitas tempore appellationis possideret iurisdictionem, imò & antea, & tunc Princeps possidebat, & nunc cõtinuando in sua quasi possessione nil noui dicitur attentare,vt optimè declarat Rota
13 decis.344.licet in causa,in nouis,vbi inquit,ꝙ † quãdo quis ius suum prosequitur, puta apprehendendo possessionem, absq; violentia fructus percipiendo, & alia huiusmodi iura sua exercendo,& in eis continuando,non innouat, sed totùm quicquid facit,hoc facit ad tuitionem,& conseruationem iuris sui ante quæsiti,c.2.vt lit.pend. Nullus enim tenetur,nec debet ius suũ dimittere,vel desistere à prosequutione & continuatione iuris sui ante quæsiti, seu possessionis propter aliquam contradictionem seu appellationem,imò desiperet,qui hoc faceret,vt no.Inno.in c. dilecti de maio. & obedien.& in c.venerabili de censi.ratio,quia nulli facit iniuriam,qui iure suo vtitur.c.cum nobis olim,& c.cum ecclesia Vulterana.de elect. poterit enim appellatio esse friuola,cui deferendum non erat c.cum appellationibus friuolis de appella.in 6.hæc ibi, Rota, cuius verba non possent esse magis notabilia.Et licet hoc alijs auctoritatibus & medijs posset comprobari:tamẽ quia hoc est clarũ, omitto. Quòd autem Princeps esset, & fuerit semper in quasi possessione iurisdictionis patet,quia ipse deputat Vicarium,qui est in loco ordinarius magistratus, & iura ciuibus pro tribunali in primis causis reddit.Item quòd ab eius sententijs ad Principem appellatur, & ꝙ Princeps collectas ab eis exigit, & cõtra sontes ciues per se seu delegatos suos procedit, & sententiam dicit,& statuta eorum confirmat, & alios denique exercet actus,qui nequeunt, nisi per habentem iurisdictionem exerceri,vt latiùs in meritis causæ deducetur.

14 Vltimò aduertatur,ꝙ † appellatio extraiudicialis prouidet tantùm,& succurrit aduersus futura grauamina;non autem præterita,& in hoc differt a iudiciali,vt Bart. scribit in l.fi.ff.de appella.recipi.Abb.in d.c.bonę.9.differentia,& ibi Philip.Franc.quæsti.13.Vnde bannum, quod dicitur illatũ proconsuli,& alia grauamina, de quibus ciues conqueruntur,& deplorant fuisse illata,non reuocabuntur.

SUMMARIUM.

1 *Donatio facta alicui causa mortis adiecta promissione iurata de non reuocando,nunquid reuocari possit.*

2 *Actus vbi de sui substantia est reuocabilis,non potest quis etiam cum iuramento, à se facultatem eum reuocandi remouere.*

3 *Iuramentum quando operetur, vt actus ex pœnitentia reuocabilis,irreuocabilis reddatur,& quando non.*

Reuocandi facultas est de substantia donationis causa mortis, quæ pactum etiam iuratum in oppositum non recipit.

CONSILIM. 607.



1 VAESTIO proponit pulchra & quotidiana. Quidam † dixit se donare amico causa mortis prędium adiecta promissione iurata de non reuocando: vtrum reuocare efficaciter possit nõ obstante d.promissione iurata, habui in facto, & distinguebam. Aut non constat liquidò, sed in dubio relinquimur, vtrum partes celebrare voluerint donationem inter viuos an causa mortis;& tunc si verborum significatio nõ repugnet sumenda est interpretatio, vt sit donatio inter viuos,vt actus in totum valeat,exemplum patet in themate, in quo fuit dictũ,ꝙ donabat causa mortis, ita vt non possit reuocari:nam potest intelligi causa mortis. 1. propter causam mortis moueor ad donandum inter viuos adeo, ꝙ nõ possit reuocari, & sic illa verba causa mortis sunt magis significatiua causę contractus,quàm quod significent nomẽ contractus,& ita intelligitur tex. in l. vbi ita donatur. ff. de dona.cau.mor.secundùm quod declarat ibi Bar.1.oppo.& est de mẽte Ang.& Pau.de Ca.ibi,& Christoph.de Castelli.latè hoc etiam explicat in repetitione illius.l. col.1.Idem tenet Imo.in c.cum M.Ferrariensis col.antep.ver. circa secundum de consti.post Card.Floren.Fran.de Rãpo.quos allegat, & dicendũ est hoc casu, ꝙ donatio sit irreuocabilis, quia inter viuos iux.eius naturã,& in his terminis loquitur Pau.de Ca.qui ita cõsuluit cõs.61.Notandũ est li.1.& Are. consi.74.Diligenter & maturè cõsideratis. Aut constat ꝙ partes voluerint celebrare donationẽ causa mortis, q̃a fuit dictũ ꝙ donabat titulo donatis causa mortis, & sic expressum est nomen contractus,vnde nullo modo trahi possunt verba ad donationem inter viuos, & per cõsequens cessat dispositio

dispositio d.l. vbi ita donatur, & tunc dicendum reuocatio-
2 nem tenere, licet reuocans periuriū incurrat, quia † in actu, qui habet pro sui substantia, vt sit reuocabilis, non potest quis etiam cum iuramento remouere a se facultatem reuocandi, vt est glo. notabilis in c. fi. in verbo reuocatus de procu. in 6. ponit Io. And. & Anto. de Butr. in c. pen. de offi. vica. Ange. in l. & in perpetuum. ff. de procura. Imol. in l. Stichum. §. vsumfruct. ff. de solut. & in casu no. Alex. consi. 18. Visis capitulis initis. lib. 2. & in terminis huius quæstio. cōsuluit Corne. consi. 126. licèt in hac consultatione lib. 1. Ar-
3 guebatur † tamen in oppo. quia iuramentum, actum ex pœnitentia reuocabilem, reddit irreuocabilem: nam in prorogatione iurisdictionis iudicis non sui, licèt ante litem contestatam liceat pœnitere, non sic vbi inter positum est iuramentum, vt per Ang. Pau. de Ca. & Alex. in l. si conuenerit ff. de iurisdict. om. iudi. Imo. in c. 1. de iudic. Item in contractibus innominatis in quibus re integra admittitur pœnitentia, tamen vbi iuratum est excluditur pœnitentia Bal. in c. quæ in ecclesiarum col. 5. de constit. tangit Imo. in l. 2. §. sed si quis. ff. de dona. Sed respondetur, ꝙ in istis duobus casibus reuocandi facultas non est de substantia actus, quod patet, quia potest fieri pactum, tam in prorogatione iurisdictionis, quàm in contractu innominato, quod non liceat pœnitere vllo tempore, vt per Doct. in d. l. si conuenerit, & in l. si pecuniam. ff. de condit. ob cau. ideo ibi iuramentum operatur irreuocabilitatem quum habeat vim expressi, & faciat valere actum omni meliori modo, quo fieri possit,
4 vt in superioribus sæpius est dictum. Sed † in casu nostro facultas reuocandi est de substantia donationis causa mortis, adeò ꝙ pactum in oppo. non valeret. l. cum precario ff. de preca. & impossibile est iuramentum operari cōtra substantiam, sine qua actus esse non potest.

SVMMARIVM.

1 *Imperator licèt absolutam eius potestatem, quæ est supra ius, & omnia regna, à se in totum non possit abdicare, eā tamen potest in certis terris, & ciuitatibus alicui communicare, & nu. 8.*

2 *Princeps ex speciali priuilegio vti potest plenitudine potestatis.*

3 *Princeps feudum habens, vel superiorem recognoscens potest iuri derogare, & ea in suis terris, quæ Imperator in imperio potest.*

4 *Appellari sicut a sententijs Imperatoris non potest, ita nec ab his, qui de iure, vel de facto superiorem non recognoscunt, amplia vt nu. 7.*

5 *Sententia diffinitiua Regis in territorio suo pro lege habetur, & ab ea non appellatur.*

6 *Princeps supremus non potest suspectus recusari.*

9 *Appellari vbi non potest, si supplicari possit, illa supplicatio non operatur, quin sententia executioni demandetur.*

10 *Appellationis probibitio a Principe habente iura imperij à Cesare, nunquid procedat in eius senatu, & si appellatur à senatu, ad quem sit appellandum & nu. 12.*

11 *Senatus nunquid principi æquiparetur.*

CONSILIVM. 608.



1 Ro decisione presentis quæsiti præmitto, quòd † licet Imperator solus habeat illam supremam, & absolutam potestatem, qua est supra ius, & omnia regna, nec eam posit à se abdicare, nec euellere de corpore imperij: potest tamen aliquibus in certis terris & ciuitatibus communicare, adeò ꝙ in illis possunt vti plenitudine potestatis: sicut Imperator in vniuerso potest, vt scribit Bal. in consi. incipiente Præsupponendum, & in alio incipiente Rex Romanorum, quę cōsilia refert & sequitur Io. Bap. de S. Seue. in repet. l. imperium q. 14. ff. de iurisd. om. iudi. & quod etiam possit communicare Imperator huiusmodi potestatem alteri, in quibusdam locis particularibus, non in totum à se abdicando, tenet pariter Ang. in l. si certarum ff. de testam. mil. quem ipse non allegat, & dicit Bal. consi. 267. Ad euidentiam præmitto, ꝙ concubi-
2 natus lib. 1. ꝙ † licet plenitudo potestatis in temporalibus competat soli Imperatori, vel libero Regi, inferioribus autem non competit iure ordinariæ potestatis; possunt tamē habere ex speciali priuilegio, puta si Vicariatus est eis collatus cum plenitudine potestatis, & subdit, quod quia omnes D. Lombardiæ de consuetudine vsuali, & quasi ex quadā theorica ponunt hæc verba de plenitudine potestatis, & sunt in quasi possessione verbi & facti, putat credendum esse eorum sermoni, etiam si de priuilegio non doceatur, quia non est verisimile, ꝙ falsa voce vterentur, l. fin. C. ad l. Iul. repe. & voluit Io. And. in addi. Spec. in titu. de instrum. edi. §. porrò in addi. incipiente hæc subscriptio in fin. quòd
3 quum † hodiè Reges in terris suis vicem obtineant Imperatoris, possunt iuri derogare; & contractus eorum pro lege habentur, & eo amplius dicendum in his, qui non recognoscunt Imperium. Et fuit hæc decis. Oldra. quem more suo non allegat consi. 231. Vt eius de quo quæritur col. 1. Vlterius de Comite virtutum, qui præerat ciuitati Mediolani, & eius territorio, quòd possit omnia in terris suis de plenitudine potestatis, & quicquid sibi placet, ponit Ange. consi. 217. In causa quæstionis productæ col. 2. & idem de Duce Mediolani scribit Pau. de Ca. consi. 34. Super primo dub. videtur dicendum lib. 2. secundùm nouissimam impressionem, vbi facit differentiam inter officium ecclesiasticum & seculare, temporale & perpetuum; & vult, quòd qui habet officium seculare perpetuū, habeat in terris suis per omnia vim Principis, vt ibi latiùs per eum. & Pau. de Cast. sequitur Alex. consi. 1. Ponderatis his, quæ in thæmate col. 7. lib. 5. accedat quod benè scribit Bal. in proœ. ff. col. 2. vbi inquit, quòd licet Rex teneat regnum, vel Principatum in feudum seu superiorem recognoscat: tamen habet plenitudinem potestatis, & potest ea, quæ potest supremus Princeps: nam licèt respectu totius regni sit vtilis Dominus, & directum dominium existat penes eum, qui recognoscitur c. 1. per quos fiat inuestiti c. 1. §. re autem. de inuesti. de re ali. fac. tamen respectu singulorum hominum regni, & quo ad singula generum habet plenitudinem potestatis & directam iurisdictionem, quam suo nomine exercet, & pleno iure commodæ iurisdictionis sibi acquirit.

His ita suppositis veniendo ad quæsitum dico, quòd si
4 essemus in Rege, Duce, Marchione. Comite, & † similibus alijs, qui de iure vel de facto non recognoscunt superiorē, clarum est, quòd ab eorum sententijs non posset appellari, sicut nec à sententijs Imperatoris l. 1. in princi. ff. à quib. ad quos appel. & istud dicit Oldr. cons. 52. Quęstio talis est an
5 tutela in fi. dum inquit, quòd à † sententia Regis non appelletur, quia superiorem non habet, qui eius errorem possit emendare argu. text. in ca. & si necesse de dona. inter. vir. & vxo. & c. Adrianus cum ibi no. 63. distinc. hoc idem scribit Bal. in proœ. ff. col. 2. versi. Item nota quòd Imperator, vbi vult. quod à sententia regiæ maiestatis non appelletur, nec mirum: quia eius diffinitiua sententia in regno suo pro lege habetur, & sic nemo posset in melius reformare. Item in regno suo ipse habet supremam iurisdictionem, & manu regia oīa gubernat l. 2. in prin. & §. initio. & §. exactis ff. de orig. iu. & beneplacitū nulli legi subiacet l. fideicōmissa §. quamquàm ff. de leg. 2. Sunt autem, qui dicāt, quod ideò à sententia Regis non pōt appellari, quia non præsumitur ꝙ Princeps per diffinitiuā sn̄iam aliquem grauet l. præfecti
6 ff. de mino. & l. 1. ff. de offi. præfec. pręto. & hac ratione supremus Princeps non pōt supectus recusari, vt Abb. dicit post. Hostien. & Io. And. in c. querelā col. 2. in gl. 1. de elec. quia non præsumitur, ꝙ supremus Princeps contra iustitiā procederet arg. c. 1. 40. distin. & c. cuncta per mūdum & c.

per principalem 9. q. 3. Illa tamen ratio videtur firmior, quia non est alius superior, qui cognoscat, pro quo facit, quod Bal. scribit in l. fina. in princi. C. commu. de lega. dum inquit, quòd à iudicio sortis non appellatur, quia sors, cuius Deus est dux, non habet in mundo superiorem. Sed nos
7 † non sumus in istis terminis, quia quæritur de Illustrissimis Marchionibus Montisferrati, qui pro superiore recognoscunt Imperatorem, & ex priuilegio speciali Caroli quarti habeat in terris suis sibi infeudatis à sacro Romano Imperio omnia iura d. Romano Imperio spectantia, & tam ipsi, quàm eorum Illustrissimi antecessores vsi sunt & vtuntur assiduè plenitudine potestatis secundùm indigentiam negotiorum, & dico quod ab eorum sentẽtijs appellari non potest ad Imperatorem, quod voluit Bald. in d. procœ. ff. loco superius allegato: nam dum dixisset Bal. quòd à sententia Regis non possit appellari, subdit quòd istud procedit etiam si vnus Rex teneat in feudum regnum suũ ab alio Rege, nam eo ipso, quòd intitulatur Rex, habet supremam potestatem in subditos, neque enim minor est Rex præfecto prætorio, à cuius sententia non appellatur l. 1. C. de offic. præfect. præto. hoc expressius voluit Bald. in l. 1. ff. de offi. præfec. præto. in fin. vbi inquit quòd à Regibus non appellatur etiam si sint subditi Romano Imperio, quia Reges vel pares, vel maiores sunt præfecto prætorio, & allegat Gulliel. de Cun. hoc ibi voluisse. Et si dicatur quod Bald. in locis prædictis loquatur de Rege, non autem de Duce, Comite, vel Marchione. Respondeo ex verbis eiusdem Bald. consi. 328. Quæritur si Rex Romanorum colum. 2. versi. quo ad quintum in fin. lib. 1. vbi disputans de potestate Ducis Mediolani, dicit quòd vtrum vocetur Rex vel vocetur Dux, nihil ad rombum, quia non est facienda vis in nomine, sed in qualitate regiminis & magnitudine potestatis l. pater Seuerinam §. conditionum ff. de condi. & demon. Sic dicam in proposito non esse faciẽdam differentiam in nomine, sed illud inspiciendum, quòd Imperator istis Illustrissimis Marchionibus supremam illam suam & absolutam potestatem communicauit, vnde sicut à sententia Imperatoris non appellatur, ita nec ab eorum debet posse, propter amplitudinem potestatis eis collatæ. Et vlteriùs quòd à sententijs istorum Ducum vel Marchionum non appelletur, vt veniam ad auctoritates Moder. voluit Dec. in ca. pastoralis de appell. Albert. Brut. ciuis meus consi. 45. In causa castri col. penul. & cumulatè tradit D. Georgius Natta patruus meus à quo Brut. videtur sumpsisse in Clem. sepè in prin. super glo. mandamus col. 72. de verbo. signi. Non obstat, si in contrariũ adduceretur, quod scribit Io. And. in addi. Spec. in tit. de iurisd. om. iudi. §. 1. versi. quæ autem sunt meri imperij in addi. magna ante fi. vbi inquit quòd in donatione valida, quæ per Imperatorem facta fuit, vel fiet Romanæ ecclesiæ, per quam transeant expressè vel tacitè merum & mixtum imperium, nulla ipsorum iurium adhæsio remanet penes donatorem vel imperium, Sed si donatio fiet in laicum vel inferiorem ecclesiæ, quod licet transeant, tamen hærent ossibus imperij iure superioritatis, ita quòd delata causa ad ipsum per appellationem poterit iura imperi exercere. Nam respondeo, quod Io. And. ibi loquitur quando donatur merum vel mixtum imperium simpliciter inferiori: non autem quando donatur Duci, Comiti, vel Marchioni, cum quo Imperator cõmunicat imperij potestatem. Non obstat etiam si dicatur,
8 quòd † Imperator non potest donare ius omne sibi competens, in aliquod oppidum vel terram nullo sibi reseruato, vt per Alex. latè in l. filio, quem pater in fi. ff. de lib. & posthu. cum alijs multis, quæ addi possent: Quia respondetur, quòd dato, quòd à sententijs Ducum, Comitum vel Marchionum appellari non possit ad Imperatorem, tamen in reliquis ius superioritatis, vel supremæ potestatis remanet saluum, quæ autem sint iura supremæ potestatis, ponitur per glo. & alios in c. quod ad translationem de offic. deleg. & Bal. in l. rescripta C. de precib. Imper. offer. est etiam aduertendum ad id, quod dicit Bal. in d. l. 1. in fi. ff. de offi. præfec. præto. vbi inquit, quòd licet à Regibus non appelletur, etiã si sint subditi Romano Imperio, quia Reges vel pares vel maiores sunt præfecto prætorio: tamen à sentẽtia Regum potest supplicari ad Cæsarem, & vacante imperio ad Apostolicum, cap. pastoralis ad fin. de re iudi. ista tamen decisio Bal. videtur dubitabilis, quia Duces, Comites, vel Marchiones, quibus Imperator suam communicauit potestatem, maiores sunt prætorio præfecto, & ideò de vno ad aliud
9 nõ potest inferri: Sed† posito citra veri præiudicium quòd posset supplicari, tamen remanet vtilitas, quòd eorum sententia, non obstante supplicatione, mandabitur executioni iux. Authen. quæ supplicatio C. de preci. Imper. offer. Hæc
10 quæ † de Principibus diximus habentibus iura Imperij à Cesare. procedere etiam videntur in eorum Senatu, vt ab eorum sententijs appellare non liceat, nam à senatus sentẽtia appellare non licet l. 1. §. sciendum ff. à quib. appella. non li. glo. in l. non ambigitur ff. de ll. gloss. in ca. ecclesia 16. q. 1. Spec. in tit. de appella. §. videndum restat, versi. Item quod
11 dixi. Et † senatus Principi æquiparatur l. quominus vbi glo. expresse hoc dicit ff. de flu. l. quòd Principis ff. de aq. plu. arc. l. 1. §. de qua autem ff. de postul. istud tamen fundam. non benè firmo: illud enim quod dicitur ꝙ senatus equiparatur Principi, procedit tantum in senatoribus antiquis vrbis Romæ, qui magnam habebant potestatem, quum aliquid simul decernebant: Sed in modernis Senatoribus hoc non procedit, secundùm glo. Bar. Bal. in l. non ambigitur ff. de ll. & Bar. in l. fi. C. eo. tit. Io. Fabr. & Are. in §. sed & quod Prin
12 cipi. Instit. de iu. nat. gen. & ciu. Teneo† autem quod à sententia Senatus, qui cõstituitur ab ijsdem inferioribus Principibus, appellari possit ad Principẽ, qui eum cõstituit, tanquàm ad proximum immediatè superiorem, non autem ad Imperatorem, qui gradatim, & non per saltum adiri debet l. Imperatores ff. de appell. vbi glo. adducit concord. Et si opponatur de tex. in d. l. 1. §. sciendum ff. à quib. appel. nõ licet, vbi dicitur, ꝙ à sententia Senatus ad Principem non appellatur. Respondetur, quòd ille tex. procedit in antiquis Senatoribus, qui parem habebant Principi potestatem, quemadmodum supra dictum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter viuos per patrem filio in potestate facta, si modo contrahat matrimonium cum certa persona, nunquid teneat & nu. 3.*

2 *Donatio filio in potestate per patrem facta contemplatione futuri matrimonij, quomodo differat à dote, & donatione propter nuptias.*

4 *Solennitas probatoria à statuto in donationibus requisita ob fraudes euitandas, aliàs ea deficiente instrumentum donationis non teneat, nũquid procedat in donationibus impropriè sumptis. & nu. 28. & 39.*

5 *Instrumentorum probatio non naturalis, sed est iuris positiui.*

6 *Donatio per patrem facta filio in potestate contemplatione futuri matrimonij, an dicatur ob causam, & in statuto loquente de donatione contineatur dic, vt numero 8. & 14.*

7 *Insinuatio de iure communi, vel municipali requisita in donationibus pro solennitate probatoria, nunquid in donationibus propter nuptias, & ob causam futuri matrimonij factis procedat, & numero 20. 31. & sub. numero 40.*

9 *Donatio vbi ex aliquo iure insinuari debet, tale ius non habet locum in donatione reciproca, & remuneratoria & nu. 41. nec in statuto loquente de donatione comprehenditur. vt nu. 38.*

10 *Donatio ob causam & impropria quæ dicatur & nu. 19.*

11 *Causæ finalis & impulsiuæ definitio.*

12 *Causa finalis ex proœmio contractus indicatur.*

13 Donatio

13 *Donatio ob causam respiciens non solum commodum donatarij, sed etiam tertij, tunc illa causa dicitur finalis; & debet impleri, aliàs si esset solutum repeti posset.*

15 *Donatio est contrastus nominatus, donatio vero ob causam est innominatus, do vt facias, vel do vt des.*

16 *Statutum loquens de contractu nominato, non militat in contractu innominato, licet talis contractus reguletur secundùm naturam contractus nominati, cui assimilatur; quod etiam procedit in contractu mixto. vt ibi, & nume. 18.*

17 *Dispositio quælibet stricti iuris loquens in casu simplici, nō habet locum in casu mixto.*

21 *Instrumentum vbi vitiatur ratione alicuius solennitatis omissæ, vel alterius requisiti, tunc obligatio in ipso instrumento contenta firma manet, & per testes probari poterit, idem si deperditum reperiatur. vt numero 23.*

22 *Instrumentum & eius substantia in his consistit, quæ notario incumbunt, & ad eum spectant; sed contractus & eius substantia consistit in his, quæ voluerunt partes & eis incumbunt.*

24 *Donatio vbi per instrumentum probari non potest ob defectum solennitatis omissæ à statuto requisitæ, potest probari per testes.*

25 *Notarij depositio se referens ad contenta in instrumento inualido, ratione alicuius requisiti, & per eum rogato valet.*

26 *Iuramentum suppletiuum etiam in causis magnis in defectum probationis deferri potest, vbi plusquàm semiplenè extitit probatum.*

27 *Probatio instrumenti vbi per statutum reprobatur, ea tūc instrumenti probatio neglecta non dicitur, quæ testibus coadiuuatur.*

29 *Donatio facta ob aliquam causam donatario onerosam, licèt tale sit onus impositum in eius commodum tantùm, tamen ob causam dicitur, & in statutum loquente de donatione non comprehenditur, & nume. 36. quod limita vt ibi.*

30 *Donatio causa mortis, & quæ reuocari potest causa non secuta, in donationis appellatione non continetur, & nume. 32.*

33 *Donatio vera & propria dici non potest, quæ partim lucrum, & partim onus continet. secus si apponatur conditio extrinsecus, quam impleri nullius intersit, vt nume. 35.*

34 *Verba statutorum non secundùm quid, vel in casu mixto, sed simpliciter sunt interpretanda.*

37 *Donatio facta filio ob præmium emancipationis dicitur simplex, & non ob causam.*

40 *Donatio propter nuptias hodie insinuationem non requirit.*

42 *Renunciare quis non potest iuri suo, vbi renunciatio inseparabiliter concernit tertij præiudicium.*

43 *Donatio facta filio ob causam futuri matrimonij quum teneat, non potest eam pater absque filij consensu reuocare.*

44 *Contractus innominati pœnitentia non rescinduntur re non integra, præsertim si stipulatio & iuramentum interuenerit.*

45 *Notarius cum teneatur diligenter custodire suum protocolum, aliàs illum non exhibendo parti læsæ ad interesse teneatur, ei soli non creditur vbi examinatus dicat instrumentum ab alio laceratum.*

46 *Testi, vbi potest opprobrium adscribi vel damnum de eo, quod fecit, non creditur tanquàm suspecto.*

CONSILIVM. 609.



EX instrumento apparet producto, qualiter olim Magnificus D. Euasius Bellonus affectās, quòd filius eius primogenitus copularetur matrimonio D. Bartholomeę de Salla locupleti, & vnicæ hęredi sui patris, dono dedit d. Paulo Aemilio inter cætera bona, quandam domum in ciuitate Casalis, & econuerso d. Donna Bartholomea dedit omnia sua bona in dotem præfato D. Paulo Aemilio cum præfatione, ꝙ nisi dictis interuenientibus matrimoniū non contraheretur. Insurgunt post mortem d. Euasij Io. Petrus & Carolus conantes impugnare d. donationem. Vnde de quinq; cōtingit dubitare. Primò an præfata donatio de iure subsistat. Secundò an instrumentū exibitum vigore statuti Casalensis sit nō solenne, ita quòd nullam faciat probationem. Tertiò vtrum saltem donatio probetur per testes. Quartò numquid sit probata reuocatio d. donationis facta per d. Euasium, & si sit facta an de iure valeat. Quintò vtrum si probatum, ꝙ d. Paulus Aemilius lacerauerit instrumentum d. reuocationis.

1 Circa igitur primum dubium, vtrum † præfata donatio valeat, hāc quęstionem decidit in terminis Gui. Pa. q. 145. Fuit etiam alia orta quęstio &c. nam in casu suo pater quoque donauerat filio, vt matrimonium contraheret cum certa persona, fuit dubitatum an d. donatio valeret, & arguit primò quod non: quia donatio facta per patrem filio in potestate regulariter non valet l. 2. C. de inoffi. dona. l. donationes C. de don. in vi. & vxo. & licèt valeat in aliquibus casibus specialibus enumeratis per gl. in d. l. 2. tamen iste casus non est de illis; esto enim quod excipiantur casus dotis &

2 donationis propter nuptias; tamen † longa videtur esse differentia inter eos, & donationem de qua supra, quia dos nō residet in persona filiæ, sed transit in maritum, & occultatur vnus actus. l. 3. §. sciendum ff. de dona. in vir. & vxo. & ideo valet, vt ponunt Iac. Butr. & Bal. in d. l. 2. non sic est in casu nostro, quia donatio, de qua agitur, residet in persona filij, & nō transit in personam vxoris, & ita videtur ꝙ non valeat. Est etiam differentia inter istum casum, & donationem propter nuptias; quia donatio propter nuptias est, quā do vir vel alius pro eo ad securitatem dotis dat vxori, vt ei optimè sit consultum, quandocunq; soluatur matrimoniū, iux. no. per Azo. in summa in ti. C. de don. prop. nup. & Hostien. in sum. eo. ti. §. qualitas in prin. & idem etiam si donatur viro, vt donet vxori propter nuptias, vt in Auth. vt spōsa. larg. in prin. & in Auth. eo decursum C. de dona. an. nup. & ita iura loquentia de donatione propter nuptias, intelliguntur in donatione propter nuptias quæ fit vxori, vt l. vt liberis. l. illam, & l. illud C. de colla. & in Auth. de ęqua. do. in prin. & de hoc etiam loquitur gl. in d. l. 2. & Doct. illam sequūtur, hæc autē donatio differt à donatione de qua supra, quia prima non residet in personam filij, sed transit in eius vxorē, ideò ad instar dotis meritò iudicaē, & ista donatio, de qua agitur, residet in personā filij, & sic apparet, ꝙ l. Pōponius Philadelphus ff. famil. hercis. & l. dedit dotem ff. de colla. bon. nihil faciunt, quia loquuntur in dote vbi est cau-

3 sa dissimilis. † Istis tamen non obstantibus concludit Gui. Pa. istam donationē validā esse & efficacem, licet enim nō sit sponsalitia largitas, nec donatio propter nuptias, tamen est donatio inter viuos facta contemplatione matrimonij, per patrem in filium collata, & quæ facta extitit in contractum matrimonij, & est pars dicti contractus, & confunditur cū toto ipso contractu dotali & fingitur esse vnus contractus, iuxta no. per Bal. in d. l. 2. & in l. petens C. de pac. vnde quum contractus dotalis valeat matrimonij fauore, idē censeri debet de donatione facta per patrem filio in cohęrentijs contractus matrimonij, cuius etiam contractus retinet naturam iux. no. in l. etiā ff. de inoffi. testa. & l. Marcellus ff. de do. cau. mor. per Bar. & per eundem in l. post dotē

in l.contrario 3.lecturæ ff.solu.matri.& præsertim cum donatio fuerit conditionata, quia aliàs pater & vxor non cõsensissent d.matrimonio, & ita valuit saltem tanquam pactum conditionatum per l. cum donationi iuncta gloss. C. de transac.quam ibi sequitur Cin.& Bald. aliàs si diceretur inefficax,remaneret vxor decepta, nec seruaretur æqualitas,vbi valeret, quod pater daret ex causa dotis fauore matrimonij,& non valeret, quòd pater daret filio matrimonij contemplatione,quam tamen æqualitatem iura voluerunt seruari l.illud §.ad hæc aũt C.de colla. & l.fi.C. cõmu. vtri.iudi.& præsertim in cõtractibus dotalibus,vt in Auth. de æqua.dot.& donat.prop.nup. in rubro & nigro in princ.

Præterea generalis consuetudo,& communis obseruantia fouet huiusmodi donationes,quę quidē consuetudo pro lege debet attendi, vt no.Bal.in simil.in l.pactum, quod dotali.2.oppo.C.de colla.Et ad allegata in contrarium respondet ibi Gui.Pa. quod quum in pluribus casibus filius sit capax acquisitionis maximè de iure nouissimo, ita quod hodie habet hæredem §.si quis igitur & in §. consequens, & §.si vero in Auth.de hæred. ab intest. debet inter istos casus etiam enumerari, quando fit donatio filio contemplatione matrimonij ad instar dotis, vt ibi ipse latius prosequitur,eandem etiam opinio.tenet Gui.Pa.licet non ita latè loquatur consi. 12. Ex facti narratione 1.dubio. & consi.87. Pro declaratione iuris col.3.versic. non potest dici,& inter Moder.hoc tenet Dec.cons.239. Primò non dubitandum in casu col.1.Paris.consi.16. Circa præsentem consultationē col.2.lib.2.licet non faciant mentionē de Gui. Pa.Reperio tamen quod Pau.de Ca.consi.245.Circa bona,quæ fuerunt col.2.versic.Primò quia filiusfa.iuncto alio versic.Sed huic similiter obstant lib.1.secundũ nouissimam impressionē,refragatur aliqualiter pręmissis,dũ vult ꝙ donatio propter nuptias differat à donatione, vt matrimoniũ contrahatur cum tali persona in eo, ꝙ donatio propter nuptias facta filio in potestate valet, sed non donatio facta gratia matrimonij contrahendi,motus in effectu ex eo, quia non reperitur iure cautũ, ꝙ talis donatio valeat, cui rationi satis patet responsum ex his,quæ superius dicta sunt in præfata decisione Gui. Pap.Sed quicquid sit,certum est eã donationē valere,quia in ea fuit interpositũ iuramentũ,vt patet ex instrumento super hoc confecto,quod facit fidem, vt dicetur in sequenti dub.& iuramentũ operatur ꝙ donatio facta filio in potestate tenet,Et vlterius ꝙ non requiratur insinuatio:prout de vtroque sunt decisiones tritæ, quas breuitatis gratia omitto.

4 Venio ad secundũ dubium,in quo quæritur, vtrum† pręfata donatio sit probata per instrumentũ exhibitũ,& difficultatem facit statutũ Casalense, quod in donationibus requirit numerum quinq; testium, aliàs nõ adhibeatur fides instrumento,quod quidem statutũ tenet,quum sit factũ ad fraudes euitãdas,& videmus ēt,ꝙ iura requirunt quandoq; in contractibus numerũ quinq; testium, vt patet in l.testiũ C.de testib.& in l. fi.cum Auth.sequen.C.si cert.pet.multò
5 magis potest statui, vt adhibeatur in instrumentis,quũ† probatio instrumentorũ non sit naturalis, sed iuris positiui, vt per Inn.& alios in c.cũ P. de fi.instr. & sic numerus quinq; testium non reperitur adhibitus in præsenti instrumento,
6 ideò deficit solēnitas.Nec obest si† dicatur,ꝙ statutũ loquitur in donationibus,& ista sit donatio ob causam, quia fuit facta filio ob cãm matrimonij contrahendi,& donatio ob causam non est propriè donatio l.1.ff.de donat.vbi Bar.no. illum tex. ad statuta loquentia de dona. vt non procedãt in donationibus impropriè sumptis,& idē vult Bar.in l. filiusfa.2.oppo.eo.tit.Bald.in Auth.eo decursum C.de dona.an. nup.Nam prædictis respondetur, ꝙ vbi donatio fit ob causam,quæ concernit cõmodum donantis,tunc verum est,ꝙ non est propriè donatio; sed vbi donatio cõcernit causam, quæ respiciat commodum donatarij, tunc iudicatur de ea vt de simplici donatione, quum non excludat liberalitatē; vt si quis donet alicui centum, vt emat sibi prædium, vel vt ædificet villam, vt scribit Imo.in l.Aquilius Regulus in sua distinc.ff.de donat.vbi ex hoc infert, ꝙ huiusmodi donatio eget insinuatione,tanquàm quælibet alia donatio simplex, & idem vult Io.Fabr.in §.idem est si quis.Institu.de actio. vbi ponit exemplum in extraneo, qui dotem dedit mulieri:nam licet talis datio sit ob causam, tamen pura est donatio, ex quo causa concernit commodum mulieris donatariæ,non autem donantis,vnde ex hoc infert, quod donans non tenebitur, nisi in quantum facere potest per l.si extraneus ff.de iu.dot.& facit etiam quod scribit Pau.de Cast. in l.vt liberis col.pen.C.de colla.dicens,quòd donatio facta filio ob præmium emancipationis debet conferri, ac si esset simplex donatio, quum pater ex emancipatione nullum commodum consequatur, sed ipse filius, & dicit Pau. de Cast.in l.1.Circa princ.ff.de don.quòd si quis donet ob casum pendētem à fortuna, hoc non facit quominus dicatur propriè donatio; quia non censetur moueri ad donandum contemplatione illius casus, sed ex sua liberalitate, non tamen vult donare,nisi casus eueniat,& cum prædictis concordat Are.consi.17.Consideratis diligentissimè colum.4. Alex.consi.113.Perspectis his,quę narrantur circa fi.Fran. Rip.in l.si vnquam q.13.C.de dona. & ibi etiam Tiraq.in verbo donatione largitus in sua repet.vbi volunt dispositionem d.l.si vnquam,procedere in huiusmodi donatione ob causam,quæ respicit commodum donatarij.

Sed in proposito donatio facta filio ob causam futuri matrimonij nullam causam in se habet, quæ commodum & vtilitatem patris donantis respiciat, sed solum fauorem & commodum filij continet,ideò vt simplex, & gratuita, & ex liberalitate procedens haberi debet,non enim cogebatur pater aliquo iure præfatam facere donationē,& ideò
7 subiacet statuto. Præterea † sicut ius commune requirens pro solennitate probatoria in donationibus insinuationem ad fraudes euitandas l.data & l.sancimus C.de dona. habet locum in donationibus propter nuptias l.fi.§.simili; modo & ibi Bar.C.de iu.dot.& ponit Paris.in præallegato cõsilio 16.vbi improbat Bar.aliter loquentem in l.fin.in prin. C.de dona.an nup.Sic videtur dicendum in casu nostro, ꝙ ex quo statutum requirit solennitatem probatoriam quinque testium ad fraudes euitãdas habet etiam locum in præsenti donatione facta ob causam futuri matrimonij, quia statuta recipiunt interpretationem passiuam à iure communi l.1.§.lex Falcidia & ibi nota ff.ad l. Falci.l.secunda C. de noxal.actio. Accedat pro confirmatione, quod scribit Oldra.consi.5.Titius dedit duobus coniugibus, vbi consuluit, quòd si quis donat duobus coniugibus ratione matrimonij contracti,talis donatio dicitur esse simplex,non autem ob causam; quia quandocunque apponitur causa talis, videtur in dubio impulsiua.l.Titio in princi.ff. de condi. & demon. l. Sed & si mors in fin.ff. de dõ. int.vi.& vxo.& l.si mulier & ibi not.C.de iur.dot.& ista sunt,quæ ingerunt dubitationem.

8 Sed pręmissis† non obstantibus contrarium arbitror de iure verius,videlicet d.statutũ loquens de donatione in pręsenti casu sibi locum non vendicare. Primò moueor quoniam non est simplex donatio,sed reciproca,& remuneratoria: nam D. Bartholomea dat in dotem omnia bona sua d.Paulo Aemilio ob causam matrimonij.Et D. Euasius pater d.Pauli Aemilij donat d.eius filio ob cãm eiusdem matrimonij.vnde non potest dici propriè donatio, quũ sit facta reciprocè à duobus eidem ob eandem cãm:quum hæc donatio contineat vtrinq; grauamē, & potius debeat dici, quædã permutatio l.sed & si lege §.cõsuluit,& ibi Bal.ff.de
9 peti.hæred.vnde videmus.† ꝙ iura,quę disponũt, ꝙ donatio insinuari debeat, nõ procedunt in huiusmodi donatione reciproca, tanquã nõ sit vera & propria donatio à mera munificētia,& liberalitate ꝓcedēs, vt scribit Old.cõs.139. Ad habēdã aliquã notitiã 9.fundã.& Io.And.in addi. Spec. in ti.de instr.edit.§.porrò.vlt.col.Bar.& plenius Io.đ Imo. in l.Aquilius ff.de dona.& probat in l.fi.in prin.iuncta gl.parua & ibi Ang. ad hoc not.C.de iu.dot.idē tradit Ang. in l. sancimus C.de dona.Bal.in l.si cũ mihi ff.de do.& in l. si pr

C.qui

C. qui bo. ced. pos. cũ multis alijs concord. relatis per Alex. in præfato cõsi. 113. Perspectis verbis circa fi. lib. 6. Secun-
10 dò moueor: nam † donatio ob causam dicitur ea; quæ mouet donantem ex toto nõ aliter donaturum, & hæc dicitur causa finalis. Sed quando aliter esset donaturus, nõ dicitur, nisi impropriè donatio ob causam, sed propriè donatio simplex, & hæc dicitur causa impulsiua, hoc patet ex his, quæ ponunt Doc. & maximè Pau. de Cast. in l. 2. §. fin. ff. de do. & patet etiã ex diffinitione causæ finalis, & impulsiuæ, quã ponit Abb. in ca. post translationem col. 5. de transla. præla.
11 & ostenditur † etiam ex alia diffinitione, quam ponit Bald. post Petr. in l. generaliter col. 5. C. de episc. & cler. dum inquit, quòd causa finalis est illa, propter quam aliquid principaliter conceditur. Causa autem impulsiua est illa, quę occasionem aliquam remotam præstat, in qua non fundatur effectus, vnde propriè non est de genere causarum, modo in proposito pater donat d. filio primogenito, vt contraheret matrimonium cũ d. D. Bartholomea locuplete, & benè dotata, quæ aliter non fuisset cõtractura matrimonium cũ
12 d. Paulo Aemilio, quod † dicitur expressum in procemio d. cõtractus, quod quidem procemium indicat causam finalem. l. fi. & ibi Bar. ff. de hæred. instit. Præterea d. donatio d. Paulo Aemilio fuit facta nõ solum in commodum d. Pauli Aemilij, sed etiam in commodum d. Bartholomææ, cuius
13 intererat habere virum diuitem, & locupletem: & † vbicunq; fit donatio non solùm in commodum donatarij, sed etiam tertij, tunc illa causa dicitur finalis, & debet impleri, aliàs si esset solutum daretur repetitio, vt vult Cin. in d. l. generaliter circa fi. C. de episco. & cleri. Bart. Ang. & Paul. de Cast. in d. l. 2. §. fin. ff. de do. & Abb. in d. ca. post translationem col. 5. per tex. in l. Titio in fin. ff. de condi. & demon. & in l. quibus diebus in fi. eod. tit. & in l. si tibi purè. ff. de leg. 3. & in l. si tibi legatum, & in l. cum pater. §. Tusculanus. ff. de
14 lega. 2. Cum † igitur sit propriè donatio ob causam, sequitur quod impropriè vocetur donatio, quia non simpliciter, sed ob causam; & vbi aliquid profertur cum aliquo adiuncto, impropriè dicitur esse tale, secundùm Bart. in l. Lucius §. quæsitum. ff. de lega. 3. si ergo donatio ob causam est impropriè donatio, sequitur quod ista donatio facta ob causam futuri matrimonij nõ comprehendatur in statuto loquente de donatione, quia verba statutorum propriè debẽt accipi. l. non aliter. ff. de lega. 3. l. 1. §. si is qui nauẽ. ff. de exercito. ponit Bar. in l. omnes populi. 6. q. princ. vers. iuxta prędicta. ff. de iusti. & iu. Bart. & alij in l. nõ dubium. C. de ll. & idem Bart. in l. apud Iulianum. §. fin. ff. qui. ex cau. in pos. ea.
15 cum suis solitis concord. Tertiò † accedat, quia donatio est contractus nominatus, cum habeat specificũ nomen & elegans, vt Bart. & alij tradũt in l. iurisgen. in prin. ff. de pac. Sed donatio ob causam dicitur contractus innominatus, do, vt facias; vel do, vt des, & licet partes appellent eum donationem, tamen dicitur potiùs datio, quàm donatio vt Bar. tradit in l. 2. C. de dona. ob cau. Pau. de Cast. Roma. & Alex. in
16 l. fi. ff. eo. † statutum ergo loquens in contractu nominato, non potest procedere in cõtractu innominato, quia ista, vt diuersa in diuisione inuicem opponuntur, quia sunt diuersę speciei & naturæ, vnde statutum loquens de contractu nominato non potest extendi ad contractum innominatum, quia ex diuersis nõ fit illatio l. Papinianus exuli. ff. de mino. & in terminis tradit Alex. consi. 76. Visis dubitationibus. 1. dub. lib. 5. vbi vult, quòd licèt contractus innominati regulenter secundùm naturam cõtractus nominati, cui assimilantur. l. 1. §. si quis seruum. ff. depo. l. eũ qui §. 1. ff. commo. l. naturalis. §. fin. ff. de prescrip. verb. tamen statutum loquens de contractu nominato non extenditur ad contractũ innominatum, etiam quòd cum illo habeat similitudinem, prę-sertim si statutum sit iuris cõmunis correctorium per plura, per quę ostendit ibi, quòd in statutis non habet locũ extensio de contractu ad contractum etiã similem. Amplius dicit Alex. ꝙ quando contractus innominatus est mixtus cum contractu nominato, non comprehenditur in statuto
17 loquente simpliciter de contractu nominato, quia † statutum & quęlibet dispositio stricti iuris loquens in casu simplici, non habet locum in casu mixto. l. vim passam. §. præscriptione. ff. de adult. cum alijs pluribus ibi per eum adductis. Sed in pręsenti casu potest dici celebratum fuisse contractum innominatũ, nam ex parte D. Bartholomæę, quæ dedit omnia bona sua in dotem Paulo Aemilio, vt D. Euasius eius pater donaret d. Paulo Aemilio domum, & alia bona de quibus in instrumento, aliàs non contractura matrimonium, potest dici contractus innominatus, do, vt des; & ex parte Do. Euasij donantis filio dicta bona, vt contrahat matrimonium cum dicta Bartholomæa, potest dici cõtra-
18 ctus innominatus do, vt facias. Mihi † tamen verius videtur, quòd sit cõtractus nominatus mixtus cum innominato, dotis datio per D. Bartholomæam facta, vt Do. Euasius donet filio futuro eius sponso, vnde cũ statutũ loquatur de contractu nominato, videlicet de donatione, nõ habet locum in huiusmodi cõtractu innominato, vel etiã si sit nominatus, quũ sit ei mixtus contractus innominatus. Quar-
19 tò ad † ostendendum, quòd hæc donatio ob causam nõ sit propriè donatio, adduco tex. in l. 1. ff. de do. vbi dicitur impropriam esse donationem, quum datur, vt aliquid fiat, vel non fiat, ad idem text. in l. hoc iure. §. fin. ff. eo. vbi formaliter dicitur, sed & hæ stipulationes, quæ ob causam fiunt, nõ habent donationem. Sed in proposito d. Euasius donauit d. Paulo Aemilio, vt contraheret matrimonium cum d. Bar-
20 tholomæa, & sic ob aliquid ab eo faciendum. Quintò † ad idem facit, quod sentit Signo. consi. 8. Quæstio proponitur, vbi vult, quòd stante statuto, quòd nulla donatio inter viuos valeat, nisi insinuata coram magistratibus & præsentibus quinq; testibus, nõ habet locum statutum, nisi in pura, mera, simplici, & irreuocabili donatione; non autem in eo quæ reuocari possit causa nõ secuta, & quæ sit facta ob causam, seu ob rẽ, allegat Iac. Butrig. & Cin. in l. vt liberis iuxta fin. C. de colla. Sed in casu nostro nõ modò est ob causam, & ob rem; sed etiam erat reuocabilis causa nõ sequuta, vi-
21 delicet non cõtracto matrimonio. Sextò adducitur † quia statutum annullans instrumentum videtur tantùm annullare scripturam, nõ autem obligationem, ideò talis obligatio poterit probari per testes, prout tenet Pau. de Cast. Cuma. & Imol. & ibi etiam Alex. & Are. in l. seruum filij. §. eũ qui chirographum. ff. de leg. 1. quia secũdùm eos de mente statuti fuit inualidare probationem, quæ fieret per instrumentum; illa enim facilior est, quàm probatio, quæ fit per testes. l. cõtrahitur. ff. de pig. & sic debet firma manere obligatio, si debitum probatur per testes, sicut quãdo deperditũ esset instrumentum. l. sicut. C. de fi. instr. l. testium. C. de testib. c. cum olim de priuileg. & respondent ad illum tex. qui videbatur facere in oppo. & improbant opinionem Bald. tenentis oppo. ibi & in l. huiusmodi. §. si ita. ff. eo. titu. idem tenuit Pau. de Cast. consi. 75. notandũ est ꝙ præfatum statutum lib. 2. secundùm nouissimã impressionem, vbi vult quòd stante statuto, quòd si instrumentũ non reperitur insinuatum, nullam fidem faciat & nullas habeat vires, quòd donatio carens insinuatione probata per testes suũ habebit effectum, quia statutum tantum disponit de instrumento, non autem de cõtractu ibidem contento, & clarũ est quod ista sunt diuersa, quia in instrumento non consistit substantia contractus, nisi in casibus enumeratis per gl. in cap. 1. de
22 censi. in. 6. & patet hoc, quia † instrumentũ, & eius substantia cõsistit in his, quæ incumbunt notario, & quæ ad ipsum pertinent; sed contractus, & eius substantia in his consistit, quæ incumbunt partibus, & quæ ipsæ partes voluerunt, vt patet ex plenè no. per Bart. in l. si librarius. ff. de regu. iur. ex his sequitur, quòd potest esse instrumentum nullum, & tamen contractus, de quo ibi fit mentio, est validus, & econuerso; quia in separatis, & diuersis de vno ad aliud non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. adducit etiam illud si-
23 mile Paul. de Cast. de † instrumento perdito, quod propter hoc non annullatur contractus, imò potest per testes probari, vel per aliud instrumentum cõfectum de eodem. l. 1. l. sicut iniquum. C. de fid. instru. & l. non idcirco, quæ loquitur de

tur de instrumento donationis eod.titu. iuncta.l.vnum testamentum.ff. de testam. Similiter vitiato instrumento ratione alicuius solennitatis omissæ,seu alterius requisiti,quia paria sunt non reperiri instrumentũ, vel reperiri & esse nul
24 lum arg.l.1.§.quibus in fi.ff.quod cu. vniuer. nom. Sed † in proposito ista donatio dato quod nõ possit probari per instrumentum propter omissionem solennitatis requisitæ à statuto, potuit tamen probari per testes, ex quo statutũ annullat instrumentum non autẽ obligationem; deponit autem de dic. donatione Frãciscus Rolla notarius rogatus de d.donatione, & licet referat se ad instrumentum inualidũ, tamen propter hoc eius probatio non infringitur, vt in terminis concludit Alex.consi.184. Viso processu causæ ver-
25 tentis col.2.lib.7. nam † in casu suo statutum disponebat, ꝙ non adhiberetur fides alicui instrumẽto, nisi accederet subscriptio secũdi notarij, fuit deinde examinatus notarius de contractu per eum rogato, vult ibi Alex. ꝙ eius dispositio valeat,etiam, quòd referat se notarius ad contenta in d. instrumẽto inualido,per not.per Bal.in.l.alia circa med. versi. sed pone quod quis cõfitetur.C.de his,quib.vt indig.& per not.per Bart.in.l.1.col.pen.ff.si cer.pet.deponit etiam de d. contractu donationis factæ d.Paulo Aemilio Mag. Iurisc. D.Conradus de Mola, item de eodem deponit Franciscus de Aratio,nec iuuat dicere, quòd d. testes non deponant d. donationem fuisse iuratam & insinuatã, quia quo ad iuramentum pertinet,satis de eo deponit dic. Franciscus Rolla notarius,referens se ad instrumẽtum suum, & eodem modo dicendũ est de alijs duobus testibus, qui deponunt contenta in instrumento fuisse, & esse vera. Præterea donatio inter patrem & filium valet facta ob causam futuri matrimonij,etiam nullo accedente iuramento, vt latius tactum est in præcedenti dub. Non etiam potest fieri fundamentũ non valere defectu insinuationis,quia non apparet ex actis d.donationem excedere summam legitimã,de qua in.l.san
26 cimus.C.de don. & vlterius potest † dici, ꝙ potest deferri iuramentum suppletiuum in defectũ probationis d. Paulo Aemilio, quod defertur in causis etiã magnis vbi est plusquàm semiplenè probatũ, vt volunt Scrib.& maximè mo
27 der.in.l.admonendi.ff.de iure iur. posset etiam dici,ꝙ † statutum reprobans probationem, quę fit per instrumentum, non videtur reprobare probationem instrumẽti, quod coadiuuatur testibus, quia ista est mixta probatio, quæ fit per scripturam & testes simul,quam statutũ non reijcit,de quo per Bar.& alios post eum in.l.certi cõdictio.§. quoniam.ff. si cert. peta. & ponit in terminis Alex. in præallegato cons. 184. colum.2. versic. Accedat vltra depositiones lib.7. tamen circa istud fundamentum non insisto, quia puto plenè probatum fuisse d.donationem per testes.

Restat modo vt ad contraria respondeatur.Et in primis
28 † non obstat statutũ Casalense requirens solennitatẽ quinq; testium in donationibus, quia respondetur in primis,quòd non potest fieri fundamẽtum super d. statuto, licet enim in præsenti casu non interuenerint quinq; testes, tamen contractus d.donationis fuit probatus per testes,& statutũ annullat tantùm probationem instrumenti, nõ autem testiũ, vt in proximo fundamento pro alia parte deducto ostẽdi. Præterea respondeo, quòd statutum loquitur in donationibus,& præsens donatio fuit facta,ob causam finalem futuri matrimonij, vt latè deductum fuit in fundamentis con-
29 trarijs, Nec † debet distingui,an causa respiciat commodũ donatarij,aut donantis, quia imò etiam, quòd causa respiciat solum commodum donatarij est impropriè donatio, nec venit in statuto loquente de donatione,vt vult Bar.in.l. filiusfam.2.oppo.ff.de do. vbi reprobans gl. ibi & sequens
30 Iac.de Are.† concludit,ꝙ appellatio donationis non comprehendat donationem causa mortis, quia verba debẽt intelligi secundùm propriam significationem.l. non aliter.ff. de leg.3.l.1.§.si is, qui nauem.ff.de exerci. Sed donatio causa mortis, non est propriè donatio.l. ergo. supra eod. & sic apparet ibi, quod etiam quòd donatio solũ respiciat commodum donatarij, tamen non comprehenditur in verbis statuti,quando facta est donatio ob causam, non enim potest dici, quòd donatio causa mortis respiciat cõmodũ donantis,sed donatarij tantùm,hoc etiã voluit Bald. in Auth.
31 eo decursum.C.de do.an.nup.quærens vtrum † statutũ disponens quod quicunque habuerit instrumenta donationis insinuet intra semestrem, aliàs nõ valeat; an habeat locũ in donatione propter nuptias, vel in pacto lucrandæ dotis,& primò arguit quòd sic propter verborum generalitatem.l. in fraudẽ.§.fin.ff.de testa.mili.tamen ibi concludit ipse contrarium, quia verbum donatio simpliciter prolatum intelligitur de simplici donatione, sed ista non est simplex donatio.l.cum multa vers. simplices.C.eo.& sic Bal. sentit quòd in donatione propter nuptias, quæ fit solummodo ob commodum donatarij, statutũ loquens in donatione insinuanda non verificetur. Ponderandum est etiam,quòd Bald.ibi loquitur quãdo statutum requirit solennitatem ad fraudes
32 euitandas. Accedat etiam † prędictis auctoritas Sign.cons. 8.supra allegato,qui negat, statutum loquens de donatione habere locum in donatione, quæ reuocari possit causa non secuta,prout in casu nostro,quia si matrimonium non esset secutum donatio nõ habuisset effectũ, & loquitur ibi Sign. quando donatio concernebat tantùm commodum donatarij: Prędicta tantò fortius procedunt quãdo notarius grauatur aliquid facere ob donationem, & donatio ipsa habet
33 onus annexum, quia † non potest dici vera, & propria donatio,quæ partim habet lucrum, & partim onus, vt decidit in terminis subtilis Doc.Car.Rui.cõsi.116.Circa duo prin
34 cipaliter colum.fi.lib.3.quia† verba statutorum debent intelligi simpliciter nõ secundum quid,vel in casu mixto, secundum Bar.in.l.certi conditio.§.quoniam.ff.si cert.pet.& per moder.in.l.2.in princ.ff.de verbo.oblig. Imol.& Alex. in.l.si dignum.ff.ad.l. Falci. hoc etiam sentit Dec. in.l.1.col. pen.ff.si cert.peta. vbi concludit, quòd vbi conditio apponitur,quæ sit onerosa creditori,nõ dicitur donatio facta ex
35 liberalitate, sed facta ob causam: secùs † autem si apponatur conditio extrinsecùs,quam impleri nullius intersit,vt si nauis ex Asia venerit,licet donans mentẽ adaptauerit velle in eo tantùm casu donare,prout loquitur Pau. de Castr.qui in contrarium allegabatur in.l.1.ff.de dona.Sed in proposi-
36 to est † facta donatio filio, vt contrahat matrimonium, & sic cogitur onera subire matrimonij, & in hoc grauatur ad subeunda d.onera,sicut videmus in d.l.2.§. Titio.ff. de dona.vbi dicitur,donatio ob causam, quę facta est ob cõmodum solum donatarij,& tamen non dicitur simplex donatio,quia donatarius non permittitur vti re donata liberè,& quemadmodum vellet,sicuti etiam si poneremus,quòd aliquis donaret Sempronio, vt incumbat disciplinis & demũ iuriscon.efficiatur, dicemus ne quòd hæc donatio sit merè liberalis ob hoc, quòd cõtineret tantùm commodum donatarij,& quòd non potius sit parte onerosa,& quòd nõ sit facta ob causam,& quòd causa non secuta non detur repetitio? Ex his igitur patet responsio ad id, quod obijcitur,ꝙ non imminuitur liberalitas, vbi causa respicit commodum donatarij, quia imò imminuit vbi causa importat aliquod onus donatario,dato quòd in eius cõmodum tale onus fuerit impositum. Benè fateor quòd vbi aliquod onus minimum,vel leue,donatario imponeretur,si statutũ requireret aliquam solẽnitatem adhiberi, in donationibus, vt fraudes euitarentur,tunc sub verbis statuti comprehenderetur donatio, quæ parum onerosa esset donatario respectu rei donatæ, ne fraudibus esset locus, Et in his terminis loquitur Corne.consi.45. licet in hoc iudicio secundo dub.lib.4.eodem modo dicendum est,quòd vbi fit donatio sub conditione,quæ pendeat à fortuna, est simplex donatio, vt supe-
17 rius dictum fuit. Similiter dicendum,quod † donatio facta filio ob præmium emancipationis,sit donatio pura,& simplex, quia licet partes dicant ob pręmium emancipationis, tamen illa nõ est causa sufficiens, quòd donatio dicatur ob causam,quia quãdo pater emancipat filium, meretur à filio præmium,nõ econtra,quia filius vbi erat suppositus patriæ potestati emancipatione liberatur,vt Bar. dicit in.l.vt liberis in

ris in fi.C.de collat.& in.l.1.§.nec castrense.ff. de colla.bono.& Bald.in.l.data.C. de donat. in Auth. ex testaméto.C.
38 de colla. Vlterius † ad obiectum respondetur, quòd statutũ nõ potest habere locum quia hęc donatio est reciproca, & quodammodo remuneratoria,& quędam videtur permutatio potius, quàm donatio, ideò statutum loquens de donatione, in hac reciproca,& remuneratoria nõ procedit, vt deductum est latè in primo fundamento. Respondetur vlterius quòd in casu nostro non fuit donatio, sed contractus innominatus, vel si fuit contractus nominatus, fuit mixtus cum contractu innominato, vt dixi supra in tertio funda-
39 mento. Non obstat, † quòd iura requirentia aliquam solennitatem in donationibus, vt fraudes euitentur, procedunt etiam in donationibus ob causam, & allegatur simile, quia iura requirẽtia insinuationem in donationibus ob fraudes euitandas, procedunt etiam in donatione propter nuptias, quę quidem donatio dicitur ob causam.l.fi.§.similiq; modo.C.de iu.dot.quia respondeo, quòd imò iura requirentia aliquam solennitatem in donationibus, procedunt tantùm in donationibus, quæ fiunt ob meram munificẽtiam, & liberalitatem: non autem in his, quæ fiunt ob causam, quia hæ non sunt propriæ donationes, præsertim vbi habent aliquod onus annexum, vel dandi, vel faciendi, prout superius latè deductũ fuit: & licèt in donatione propter nuptias requiratur insinuatio, vbi fit ab extraneo d.l.fi.§.similiq; modo, tamen istud est speciale, vt dicit Sali.in d.l.fin.in prin.legis, ergo in contrarium est ius commune.l. ius singulare,& l.quod verò non ratione.ff. de.ll. Amplius dicit Bald.in d.l.
40 fi.colum.2.versic.extra oppono, quòd † cum donatio propter nuptias non sit mera donatio, sed sit contractus distinctus de per se propriam naturam habens, non requirebatur insinuatio, qua ratione motus Iustinia. statuit postea secundum ius Auth.quòd talis donatio propter nuptias nõ egeat insinuatione in Auth. vt sponsa.largi.in prin. & in Auth.eo decursum.C.de dona.an.nupt.& quòd tex. in d.l.fi.§. similique modo, sit hodie correctus, tenet gl.in dic.Auth.eo dicursum & glo.in.l.sancimus,& ibi Sali.C.de donat. Prætere-
41 rea ad obiectum† aliter respondetur, quòd sumus in donatione reciproca,& remuneratoria, quę nõ requirit insinuationem,& sic non requirit solennitatem, quę fit ob fraudes euitandas. Vlterius hic est propriè cõtractus innominatus, vel, si est nominatus, est mixtus cum innominato, vt deductum est in tertio fundamento, & in huiusmodi contractu non loquitur statutum Casalense, sed in donatione. Postremò non obstat, quod scribit Oldrad. consi.5.de donatione duobus coniugibus facta respectu contracti matrimonij, quòd hęc causa dicatur impulsiua,& nõ finalis; quia respondeo, ꝙ in casu nostro hoc dici non potest, propter expressam mentem contrahentiũ, quia donatio fuit facta ob causam futuri matrimonij, ita quòd nisi mediante dic.donatione dictum matrimonium nõ contraheretur. Prætereà hęc donatio tendebat etiam in commodum tertij, quo casu dicitur causa esse finalis, vt prædicta omnia latè fuerunt deducta in secundo fundamento. Præterea ista donatio fuit reciproca & remuneratoria inter partes contrahentes. Et vlterius non potest dici donatio, sed magis contractus innominatus, vel nominatus mixtus cum innominato, vt superius fuit ostensum, quo casu non loquitur Oldrad. Posset etiam alijs modis responderi consilio Oldra. sed prædicta satis superq́ue sufficiunt.

Nunc descendo ad quartum dubium, vtrum sit probata reuocatio d.donationis factæ per patrẽ,& circa hoc omittendo longiorem disputationem, quum non expediat, dico non fuisse probatam,& de hac reuocatione non cõstat, nisi per depositionem Magnifici D. Cõradi, & licet de eadem deponat notarius Galonus, qui de instrumento d. reuocationis dicit fuisse rogatũ, tamen eius dicto nõ videtur adhibenda fides, tum propter eius varietatem, & incõstantiam deductam in actis, tum quia dictum eius est imperfectũ, adeò ꝙ non potest coniungi cum depositione d. D. Conradi: nam D.Conradus deponit, fuisse tantummodo factã reuocationem de domo, non autem de alijs bonis: interrogatus autem Galonus de quibus bonis fuit facta reuocatio, dicit se non recordari: Non videtur etiam, quòd reuocatio d. bonorum fieri potuerit per patrem donantẽm etiã cum consensu filij donatarij, absque eo, quod interueniret consensus d.D.Bartholomæę vxoris in cuius commodum fuit facta pariter d.donatio,& ius iam quæsitum, quoniam ius nostrum sine facto nostro auferri nõ potest, secundùm
42 iuris reg.& † quis non potest renunciare iuri suo vbi renunciatio concernit inseparabiliter præiudicium tertij, vt vult Anto.de Butr.& ibi Abb.in cap. si diligenti de for.compe. Bald.in.l.pen.4.oppo.C.de pac.& ibi Paul.de Cast. per tex.
43 in.l.de die.ff.de pac.dota. Et † clarum est etiam quòd absq; consensu filij pater nõ potuit reuocare, vt decidit Gui.Pap. d.q.145.circa fi.vbi vult, quòd quũ d.donatio facta filio ob causam futuri matrimonij teneat, non licuit patri donatori eam reuocare l.si quis argentũ.§.fi.C. de do. in certis enim casibus donatio valida inter viuos reuocatur, de quibus habetur in.l.fi.C.de reuo.do. inter quos casus iste de quo agi-
44 tur non enumeratur. Item † iste contractus est innominatus, vt superius est conclusum,& in cõtractibus innominatis non est locus pœnitentiæ re non integra, vt in casu, quia matrimonium, propter quod fiebat contractus, secutũ fuit l.si pecuniam.ff.de condi.ob cau.& tantò minus in pręsenti casu est locus pœnitentię, quia interuenit stipulatio,& iuramentum, vt per moder. in d.l.si pecuniam. Idem si dicimus, quod fuit contractus nominatus mixtus cum innominato, quia nec tunc pœnitentia habet locum.l. Aristo. in princ. versic. denique.ff. de do. ponit Paul. de Castr. & ibi Alex. in.l.fin.ff.de condi. ob cau.

Circa quintum & vltimum dubium, vtrum sit probatũ,
45 quòd d.Paulus Aemilius † lacerauerit d. instrumentum reuocationis,& breuiter concludo quòd non, tum quia de d. instrumento reuocationis non fuit legitimè probatum, vt ante dictum fuit, tum etiam quia de d. laceratione solus d. Galonus notarius deponit, cui non videtur credendũ: quoniam quũ notarius teneatur diligenter custodire suũ protocolum, aliàs illud non exhibendo teneatur parti læsæ ad interesse.l.argentarius.§.cum autem.ff. de eden. Barto.in.l.3. col.2.versi. & ideò pro huius declaratione.ff.de tab. exhib. deponit ad sui exonerationẽ, & sic tractat de proprio com modo. Et dicit Spec.in tit.de teste §.1. vers.sed pone quòd
46 administrator, quòd † vbi testi potest adscribi opprobriũ, vel forsitan damnũ de eo, quod ipse fecit, non creditur tan quàm suspecto. Nec iuuat dicere, quòd videns instrumentum lacerari acclamauerit, & conquestus fuerit coràm D. Cardinali,& alijs magistratibus, ex istis enim nõ potest inferri, quòd sufficiẽter fuerit probatum de laceratione, quia hoc modo querela offensi faceret probationẽ, quod esset absurdum.l.nulllus.ff.de testib.l.omnibus.C. eo. tit.l.si quis in graui §.si quis moriens.ff. ad Syllani. & videmus in simili, quod acclamationes, quæ fiunt noctu ad vicinos, vt veniant,& succurrant propter aduentum furum, nõ probant furtum commissum.l.metum.C. quod me. causa Alioquin multæ fraudes possent confingi, verba sunt Spec. in titu.de pign.§.1.colum.5. versic. Et nota quod si creditor.

SVMMARIVM.

1 *Conductor propter molestias & damna sibi à militibus illata in rebus conductis, potest à conductione migrare,& mercedis consequi remissionem. & nu.3. etiam si omnibus exceptionibus renunciasset, vt nu.10.*

2 *Damnum contingens ex re, & quod occasione rei contingit æquiparantur.*

4 *Conductor, qui pro persona sua & rebus saluandis res deserit alienas, est tantum in culpa leui, & ad mercedem non tenetur.*

5 *Tutor præferens res suas rebus pupilli est tantùm in culpa leui,& pupillo non tenetur.*

6 *Conductor, cui impeditur vsus rerum propter quas principaliter*

paliter fuit facta conductio, liberatur etiam à pensione rerum principaliter, & propter se non locatarum, dato quòd vsus earum ei non prohibeatur. & nu. 7.

8 *Conductor vbi impeditur re locata frui ex facto tertij, quē prohibere locator non potest, siue factum sit iustum, siue iniustum, debet fieri mercedis remissio pro rata, quod intellige, vt in nume. 9.*

11 *Belli timor, & suspicio, ipsi bello adæquantur, ideò in timore belli debet mercedis remissio fieri conductori.*

CONSILIVM. 610.



TRVM † conductor, qui multipliciter molestatur in vsu rerum locatarũ à militibus Cæsareis, qui non permittunt eum liberè habitare in domibus conductis, nec in stabulis tenere boues, & armenta vaccarum, quia ipsi cũ equis suis ibidem hospitātur expensis conductoris, & fœnum cõsumunt, & asportant à capsinis, multasq; alias molestias inferunt, & qui timet periculũ personarum, & bonorum sibi imminens ab hostibus, qui notoriè incurrunt regionem istam, eam depredando, & homines captiuando, & aliquando interficiendo, licitè possit renunciare locationi, & migrare ab ipsis rebus locatis, & eas deserere. Et conclusiuè loquendo sine dubio videtur quòd possit, quia hoc facere ex iusta causa ius sibi permittit, per l. si in lege. §. si domus. ff. loca. l. 1. §. si pensio. ff. de migr. Et iusta causa declaratur à iure, ne dum quando conductor ex vsu rerum locatarum cũ effectu patitur damnum, sed etiã quando habet iustam causam credendi periculũ subesse patiendi damnum, vt habetur in. l. habitatores. §. idem interrogatus, vbi Docto. not. ff. eod. Non enim debet ex vsu rerum locatarum percipere damnum, siue hoc procedat vitio rei locatæ. l. sed addes. §. si quis dolia. ff. eod. siue eius occasione.
2 Idem enim † iudicium est de damno, quod percipitur ex re, quod de damno, quod percipitur occasione rei: sicut idem est iudiciũ de lucro, quod percipitur ex re, quod de eo, quod percipitur occasione rei, secundùm Barto. qui hanc æquiparationem facit in. l. cũ in plures. §. 1. versi. examinemus ergo hoc. ff. eod. dum æquiparat fructus, qui percipiuntur ex re, fructibus, qui rei occasione percipiuntur.
3 Et ideò † quandocunq; cõtingat eum molestari in vsu rerum locatarum, vel ipsum affici iniuria, seu pati damnũ in rebus suis licitè pōt migrare, Et ne videamur ire per mendicata suffragia: hoc expresse vult Bar. in. l. si quis, & in. l. cũ satis in. 2. colum. versicu. nota quod si statutum dicat. C. de agricol. & censi. vbi hoc etiam extendit, quando esset statutum, quod prohiberet migrare. Nec interest, vtrũ ista patiatur à domino vel ab alio, quem dominus prohibere nõ potest, quantum ad hoc vt possit migrare, & amplius non teneatur ad mercedem, licet intersit quantum ad hoc, vt dominus non teneatur conductori ad interesse, quod cõsistit in lucro, secundùm doctrinam Bart. communiter approbatam in. l. ex conducto. §. item cum quidam, & in. l. si fundus, & in. l. si quis domum. §. hic subiungi. ff. eo. & facit optima
4 † ratio, quia qui pro saluando personam & res suas deserit res alienas non est in culpa, vel saltē leui. l. si vt certo. §. quod vero vbi nota. ff. commod. Et ideò conductor nõ tenebitur, qui tantùm de leui tenetur, quum cõtractus conductionis celebretur gratia vtriusque iux. nota. per Bart. & Doct. in dicta l. si vt certo, §. nunc videndum, & in. l. quod
5 Nerua. ff. depo. Sicut nec † tutor, qui tantùm de leui tenetur l. quicquid. C. arbit. tuto. l. contractus. ff. de regu. iur. non tenetur, si preferat res suas rebus pupilli. l. tutor secundùm dignitatem. §. nõ est ferendus, & ibi Bar. ff. de administ. tuto. Et quis sanæ mentis est, qui dixerit, quod cõductor, qui passus est maxima damna ex vsu rerum locatarum, debeat ad commodũ locatoris, vt sibi teneatur ad mercedē, persistere in rebus locatis, & præbere se iniuriandũ, & bona sua consumenda militibus: & non dixerit potius, quòd si præfert personas, & res suas rebus alienis benefaciat, & ex ordine charitatis, secundùm regul. l. præses. C. de seruitu, & aqu.
6 Nec † est audiendus locator si dicat, quòd non prohibetur conductor vti rebus locatis, quia nõ prohibetur recolligere fructus, & secare prata, & potest ipsos fructus, & fœnum vendere, quia licet hoc esset verum, nihilominus dicitur, ꝙ hoc non obstāte potest recedere à rebus locatis, & se à mercede liberare, quia d. res non sunt locatæ simpliciter, sed ad certum & determinatũ vsum, videlicet, vt possit in ea tenere armēta, hoc est boues, vaccas, & pecudes, vt valeat ex eis fructus percipere. Et hoc deprehenditur, & ita esse actũ inter dominum & conductorem præsumitur, tam ex qualitate rerum locatarum, in quibus consuetum est teneri similia armenta, quàm ex personis conductorum, qui huiusmodi exercitijs semper intenderunt, nec vnquàm aliter d. rebus vsi sunt: Et ideò nisi ille vsus præstetur, de quo actũ esse inter partes ex d. coniecturis præsumitur, tanquàm ex re locata fructus nõ percipiantur, remisio mercedis facienda est, nec aliter, quàm pro vsu, pro quo conduxit, vti tenetur; ex quo de fructibus percipiendis ex illo vsu cogitauit, aliàs non conducturus, quia maior esset impensa, quam faceret in armento vaccarum, bobus, semine, famulis, & alijs pluribus vtensilibus ad d. vsus necessarijs, quàm esset commoditas, quæ percipi posset ex venditione ipsius fœni, & aliorum fructuum: Ista sunt quæ voluit Bart. quem alij se-
7 quuntur in d. l. cum in plures. §. 1. dum loquitur † in conductore domus, qui eam conduxit pro hospitando, & dicit, ꝙ hoc deprehenditur, & actum esse inter partes præsumitur ex qualitate domus conductæ, in qua consuetum est teneri hospitium, & ex qualitate personæ conducentis, qui est hospitator, & si d. vsus hospitationis prohibetur, ꝙ non tenetur ad pensionem, licet domo vti posset pro habitando, ex quo maior impensa esset fienda in famulis, & fulcimentis pro tenendo hospitio, quam commoditas hospitationis, & ideò non dicitur fructum aliquem percipere ex re locata. Fortius voluit Paul. de Cast. in d. l. cum in plures. §. 1. quòd sufficit, quòd impediatur vsus rerum propter quas principaliter fuit facta locatio, ad hoc, ꝙ quis liberetur etiam à pensione aliarum rerum principaliter & propter se nõ locatarum, dato quòd earum vsus non prohiberetur. Et dicit ꝙ hoc sibi contingit in facto proprio, quia, quum conduxisset domum pro habitando, & scholas pro legendo, quòd quia propter nouitatem non potuit legere, nedũ tenetur ad pensionem pro scholis, sed nec etiam pro domo conducta pro habitando, licet vsus habitationis nõ prohiberetur; ex quo principaliter & propter se non fuit locata, sed pro legendo, nec conducturus, nisi potuisset legere, quia ibi non habitasset. Et dicit quòd principaliores Docto. cõsuluerunt idem, & ꝙ ita obtinuit. Sicut igitur hospitator non cogitur persistere in locatione domus locatæ, & remittitur sibi pensio, si non potest percipere vtilitates, quę percipi solent ex hospitatione, nec tenetur ea vti ad alium vsum, puta pro habitando: Ita nec iste conductor debet cogi persistere in locatione & pensionem soluere, si ista locatio est sibi inutilis, quo ad vsum, pro quo principaliter facta est conductio, & non tantùm desinit deberi pensio pro domibus, stabulis, capsinis, pascuis, quibus vti prohibetur, sed & pro terris & pratis, dato quòd non prohibeatur fructus recolligere, & eos vendere, quia simpliciter & propter se non fuerunt locata, sed pro vtendo ipsis temporibus congruis, pro alimentando se & familiam, & boues & vaccas in d. rebus locatis, & aliter quàm pro d. vsu vti non tenetur secundùm suprascriptas decisiones Bart. & Paul. de Castr. quæ maximam in se continent æquitatem. Ex quo conductor locationem fecit pro vtendo fructibus rerum locatarum pro vsu suo, boum, & vaccarum cogitãdo de fructibus percipiendis ex rebus conductis, & propter hoc maximas fecit expensas in bobus, armento vaccarum, famulis, & pluribus vtensilibus, ad suprascripta tenenda necessarijs, alias non facturus. Et non pro vendendo ipsos fructus vili & qualicunq; pretio, quod solet

solet offerri vendentibus incongruo tẽpore ex necessitate cum damno expensarũ, quas facere oportebit pro illis conducendis ad vendendum vbi emptores reperiri possint, cũ magno periculo personarum, & iumentorum, pro eis conducendis necessariorum, propter prædones, & hostes, qui itinera obsident, vt euntes intercipiunt. Et postea pro alijs emendis pro vsu suo & vaccarum pretio immodico, quod solet exigi ab emptoribus, qui noscuntur esse in emendi necessitate, cum damnis expensarum fiendarum causa códucendi tam magnum numerum vaccarum in locis, vbi fœnum reperiatur, & commoditas stabulorum, cum magno labore, & impensa fienda in hospitijs & vectigalibus, & damno fructus vaccarum, qui percipi nõ potest in itinere eundo huc, & illuc. Ex quibus concluditur cóductorem locationi posse renunciare, & mercedis petere remissionem.

Quoniam plenè & eleganter conclusum est per præstantissimum Iurisc. D. Ioan. Baptistam Nattam fratrem meũ, quòd conductores possunt de conductione migrare, & eis fienda sit mercedis remissio, transeo in eius sñiam per allegata per eum, & addo Bar. in l. si vno. §. idem cum quidã. ff.
8 loca. vbi in 3. casu principali ibi posito cõcludit, ꝙ† vbi conductor est impeditus frui re locata ex facto tertij, quẽ prohibere locator non potest, siue illud factum sit iustum, siue iniustum, debet fieri remissio mercedis pro rata, vt l. si fundus, & l. si quis domum. ff. eo. & in terminis nostris, vbi impeditur facto hostium allegat tex. in l. ex conducto. §. si vis ibi incursus hostium fiat. ff. eo. & Bar. sequitur Roma. cons. 178. in casu propositæ consultationis: adduco etiam quod scribit Ci. in d. l. ex códucto. §. si vis in addit. vbi distinguit,
9 quòd † aut tempore rei cóductæ vigebat guerra, & tunc tenetur soluere conductor pensionem, quia imputet sibi, qui non sciret qualitatem rei, & temporis conditionem, vt ait glo. in l. habitatores in fin. ff. loca. aut tempore rei conductę guerra, & timor iustus in loco, vbi erant sitæ res locatæ, nõ suberat, & tunc superueniente guerra, & iusto timore hostilitatis debet fieri mercedis remissio, vt dicit tex. clarus in d. l. ex conducto §. si vis, & in l. si fundus. §. fin. ff. eod. & in l. Item quæritur. §. exercitum & ibi glo. ff. eo. Et hanc decisionem Cin. refert & sequitur Bald. ibi & in l. si in lege colpen. C. de vsu. & idem Bald. vbi etiã refert verba Cin. cons.
10 247. Si propter guerras lib. 3. vbi † dicit hoc procedere, etiã quòd in contractu conductionis fuerit renunciatũ quibuscunque exceptionibus. Prædicta etiam sequitur Alexand. consi. 139. Quia consultatio paruam, aut nullam. Accedat
11 † prædictis quod scribit Petr. de Anch. consi. 88. Præmissa facti serie, vbi concludit, quòd nõ solum in casu, in quo inuasio territorij, deprædatio personarum & rerum, combustio bonorum, & vulnera hominum interuenerunt, debet fieri remissio mercedis conductoribus, sed etiam si immineat suspicio de prædictis pro futuro tempore, vsque ad finem conductionis: quia timor & suspicio haberi debent pro tempore guerræ argu. l. Pedius in princ. ff. de incen. ru. nau. & quod not. in l. 1. §. si suspicio ff. eod. Hinc dicitur qđ sufficit terror armorum l. 3. §. armis deiectum. ff. de vi & vi arm. allegat etiam illud Sene. in tragœd. peior est bello timor ipse belli, & plura alia, quæ videri possunt. Sed in proposito casu bellum aderat, & per consequens casus non habet probabilem dubitationem.

SVMMARIVM.

1 *Collectæ solutio vbi non sit, per habentes prædia pro collectis obnoxia, tunc statim potest communitas vel fiscus prædia subhastare & vendere irreuocabiliter, si seruata sit forma data à iure municipali.*

2 *Collecta habet nouũ, & veterem possessorẽ obligatũ electione data cõmunitati, quem velit cõuenire. & nu. 4. & 6.*


3 *Aestimum prætextu alicuius alienationis de parcella venditoris eleuari non debet, nisi ponatur ad ęstimũ alicuius idonei emptoris, qui ad soluendum collectas cogi possit.*

5 *Aestimum, & non possessio, in collectis soluendis attendi debet, tanquam sit causa finalis & nu. 8.*

7 *Venditor pro re vẽdita & tradita soluens collectas, vt quia res sit adhuc in eius æstimo, potest, quod soluit ab emptore repetere, licet fiscus contra quem velit agere possit.*

9 *Ecclesia faciens sibi æstimũ cõueniri potest ad collectas tanquàm ex promisso, et suó cõsensu, nõ tãquã munus ciuile.*

CONSILIVM. 611.



VAERITVR vtrum ritè & rectè fuerit processum ad venditionẽ quorundam prædiorum propter cessationem solutionis collectarum, nõ citato illo, qui se asserit eorundem Dominum & possessorem. Præsupposito quod fuerit citatus ille, qui reperitur habere d. prædia in suo æstimo, & seruatus ordo iuris municipalis. Et in hoc dubio conclusiuè loquendo, quia satis amplè allegatum fuit per præstantem D. aduocatum cõmunitatis: addendo aliqua pro maiori declaratione, Dico d. possessorem necessariò citandum nõ fuisse, & pro clariori dicendorum intelligentia aliqua præmittam, per quæ apparebit etiã so-
1 lutio ad dubia, quæ mouentur. Et primò † præmitto quòd exactor seu fiscus vel cõmunitas possunt vendere possessiones non soluentium collectas, pro ut not. Bart. in l. creditor in princ. ff. de actio. emp. & Bald. in l. 1. q. 1. versic. Nicolaus de Matharellis. C. si prop. publ. pensit. Et hæc venditio potest fieri statim quod cessatum est, quãdo solui debuit, Bal. vbi supra & in l. ignorare colum. 1. versi. idem dico quòd si bona, C. de restitu. milit. & erit irreuocabilis si seruata fuit forma data à iure municipali, vt per Bald. vbi supra, qui etiã dicit d. theoricam Nicolai esse veram & notab. Præmitto
2 † etiam ꝙ collecta habet obligatum antiquum, & nouum possessorem ad electionem fisci secundùm Pau. de Cast. in l. si negotium. C. de neg. gest. & de nouo possessore non fit dubium: de antiquo autem etiam non videtur dubitãdum saltem, quando reperitur adhuc habere rem in suo æstimo: quia in datijs, & collectis onus pertinet ad illum, qui habet æstimũ, vt per Bald. in l. inter debitorem 2. notab. ff. de pac. Idem sentit in l. 2. C. pro soc. & in d. l. si negotium, vbi dicit, ꝙ si emptor nõ fecit ponere in catastro suo rem sibi traditam, & ideò venditor cuius nomẽ reperitur in æstimo soluit collectam, quod eam potest repetere ab emptore, quod non posset facere, si nõ teneretur, & cogi nõ potuisset, quia soluendo spontè & scienter indebitũ videretur donare l. 1. ff. de condi. indeb. l. indebitum. C. eo. Et hoc maximè procedit si nouus possessor idoneus nõ reperitur per l. imperatores. ff. de publica, tenet gl. in d. l. inter debitorem in verbo quantum ad fisci, vers. hodie tamen, qui alienat. Idem sentit Bart. in l. incola. 2. q. ff. ad municip. quem refert, & sequi-
3 tur Bald. in Auth. sed periculum. C. si. cen. vel reliq. vbi † dicit quòd res positę in æstimo seu catastro non possunt prętextu alicuius alienationis de æstimo eleuari. nisi ponantur ad æstimum alicuius idonei, & qui ad soluendum collectas cogi possit, sequitur Pau. de Cas. in d. l. inter debitorem, qui etiam dicit, quod quando quis non potest compelli personaliter semper res debet manere in æstimo vẽditoris, quousque emptor se obligauerit taliter, quod fisco sit cautũ pro futuro tempore. Istis sic præmissis clara patet solutio ad du-
4 bia, quæ mouentur, quia illud, quod dicitur, quòd † onus soluendi collectas incumbit possessoribus, fateor intelligendo tamẽ tam de antiquo possessore, quàm de nouo electione etiam data fisco in exigẽdo, si antiquus possessor habeat adhuc rem in æstimo, & nouus sit idoneus, ita ꝙ cogi possit, aliàs dico, quòd antiquus possessor solus tenetur, maximè si collecta imponatur pro libra & ęstimo, prout pręsupponitur in facto ita esse, quia isto casu non habet locũ illud, quod dicitur, ꝙ possessor teneatur licet alius sit descriptus in æstimo: quia † possessio non attenditur, sed ęstimum ita decidit Ang. in l. fin. in prin. C. si. cen. vel reliq. quæ decisio videtur ponere gladiũ ad radicem huius dubitationis, quia per eam ostenditur, ꝙ superuacua fuisset citatio noui possessoris,

sessoris, qui non tenetur, & sponte comparens, & non soluens, neq; cauens de soluendo in futurum nõ potuit impedire executionem talearum fiendam cõtra antiquum possessorem descriptũ in æstimo per suprascripta, & etiã, quia communitas, quæ est in antiquissima possessione iuris exigendi collectas à quibuscunque habentibus æstimum in ea conseruari debuit, antequàm audiatur nouus possessor, & defensio sua examinetur, vt per Barto.in.§.coges autem in Auth. de man prin. & ob hoc non potuit appellari, ex quo nullum grauamen fuit illatũ, quia non grauatus non appellat l.ait prætor §.permittitur.ff.de mino. latè per Alexan.in l.2.in apostilla in verbo puto verum.ff. de appella. recip. & ita in præmissis concludo.

Viso eleganti consilio Magnifici D.Baptistę Nattæ fratris mei plurimum honorandi reddito in fauorem commu
6 nitatis. Accedo † in eandem sententiã videlicet, quod communitas potest agere pro collectis pręteritis, siue cõtra veterem possessorem, siue cõtra nouum, & vltra adducta per eum adduco Paul.de Castr. in l.ea conditione.C.de rescin.
7 vend.vbi not.ex illo tex.quòd † si venditor post venditionem & traditionem soluerit publicas functiones, quia fortè res non fuerat eleuata de libra vel æstimo suo, nec posita in æstimo emptoris, potest quod soluit repetere, ad quem pertinet commodum & incommodum: fiscus tamen potest agere contra quem vult, etiam contra emptorem, licet non sit posita in æstimo l.fi. in fi.C.si. cen. vel reliq. vbi est tex.notab.secũdum eum. Præterea pro cõprobatione eius, quod scribit Ang.in d.l.fin.C.si.cen.vel reliq. quem allegat præfatus D. consultor adduco Bald. in l.1.§. quod si nemo col.antepen.versi.super 3.puncto.ff.quod cuius.vniu.nom.
8 dum dicit, quòd † quicunq; habet æstimum in communi, potest grauari pro collectis, siue sit subditus, siue non, licet ille, qui non habet æstimum non possit grauari, nisi sit subditus, ex quo datur intelligi, ꝙ prescriptio æstimi præcisè attendatur, & dicit etiam Bald. in l.etiam colum.pen.versi. item habentes æstimum.C.de execu.rei iudi.quòd habentes ęstimum, pręcisè grauari possunt, quia æstimum ad hoc tendit, & dicit etiam Bal.in l.1.colum.6.de senten.quæ pro eo, quod inte.quòd causa fin.est ipsum æstimum, & cũ prędictis concordat pariter Bald. in Auth. sed periculum.C.si.
9 cen. vel reliq. vbi † inquit quòd si ecclesia faceret sibi æstimum, conueniretur ad collectas tanquam ex promissione, & consensu suo, nõ tanquàm ad munus ciuile, & secũdùm prædicta procedit, quod scribit Bart.in l.1.per illum tex.C. de exacto.tribu.lib.10. quòd ille, qui est grauatus, vt soluat collectas potest dicere exactori, ostende mihi si sim descriptus in quaterno, & vbi non reperiatur, iniustè grauatur; quod tamen intelligendum est, nisi possideat. Ex præmissis firma manet cõclusio superius habita, ꝙ d.venditor pro prædio, quod adhuc reperitur in eius æstimo, potuit grauari; & per consequens tale prædium tanquam pro collectis obligatum Reipub.potuit subhastari iux. not. in l.Imperatores.ff.de publica.

SVMMARIVM.

1 *Expensis actoris nunquid iurium copia contentorum in libello, sicut & libelli tradi debeat & nu.3.*
2 *Actor mentionem faciens in libello de iuribus; quando ea omnia sint eius sumptibus edenda, & tradenda & quando non.*
4 *Verbum offerre & verbum edere quid importent.*

CONSILIVM. 612.

1 DVm quæritur † cuius expensis debeat tradi copia iurium nominatorũ in libello in causa fratrum beatæ marię Magdalenæ contra D.Antonium de Marro. Prima facie videretur dicẽdum, quòd expensis actoris, quia eius expensis traditur copia libelli secundùm Bart.in l.edita in prin.C.de eden.cuius quidẽ libelli d.iura pars esse censenda sunt, quũ veniant ad eius declarationẽ, & ideò quod de toto dicitur, idem debet dici de eius parte.l. quæ de tota ff.de rei vendica.l.an pars.ff.pro derelic. Cõtrarium tamen in isto casu puto esse dicendum, Primò quia non est expeditum, quòd copia libelli debeat tradi expensis actoris & cõtrariũ tenuerunt Docto. magnæ auctoritatis videlicet Bal. in 7.notab.Ang.in §.edere, & Alex.in 3.notab. omnes in l. edita C.de eden.& clarissimè Bald.in Auth. offeratur.C.de lit.contesta.& pleriq; alij de quibus per D. Georg. Nattam in Cle. sæpè in §.non sic tamen in gl. in verbo formam de verbo signif. Secundò quia non est absolutè verum, quod
2 † d.iura exhiberi debeant ante litem cõtestatam, sed solum quando reus non potest esse instructus ex narratione libelli secundùm Bart. in d.l.edita colum.9.versi. & per hoc facit ad quæstionem, & in l.postquam.§.si dies.ff.vt lega. no. caue.Cano.in ca.1. de proba. & etiam isto casu non omnia iura in libello nominata, nec integraliter edenda sunt. Sed tantum ea & in illis partibus, quæ pertinent ad instructionẽ causæ.l.argentarius.§.edi, vbi per Bald.ff.de eden.Sed in casu isto, quum ita lata facta fuerit expositio in libello de tenore ipsorum iurium exponendo modum & formam obligationis, & narrando clausulas instrumenti necessarias, nec nõ & exceptiones, & alias defensiones, quas fecit pars rea, quæ obtinuit sententiam pro se, non est verisimile, ꝙ pars rea per talem expositionem non fuerit instructa, & taliter certificata, vt deliberare potuerit, & dato quòd ex suprascriptis nõ esset instructa plenariè, declarare debuit, in quo nõ sit instructa, & quæ sint illa iura, quę possent ea instruere, & illa tantùm petere, aliàs petitio sua generalis reddit calumniosa, & non admittenda. Et maximè in casu isto, in quo etiam respondit libello, per quam responsionem saltem tacitè videtur fateri se esse instructam, secũdùm quod etiam præsumitur ex suprascripta lata expositione de tenore iuriũ facta in libello. Et si parti instructę nõ debent edi iura, tanquam sint pars libelli ante litem contestatã. Postea illis edi-
3 tis † nõ est danda copia sumptibus actoris, quia in illis cessat ratio, per quam mouentur Docto.qui tenent, quòd copia libelli debet dari sumptibus actoris, quæ est, quia libel-
4 lus debet offerri, † quod verbũ videtur importare gratuitã concessionem. Sed nullibi reperitur, vel dicitur, quòd iura debeant offerri, Sed edi tantùm, quod verbũ de eius propria significatione, nil aliud importat, quàm copiam describendi facere, vt de hoc est tex.clarus in.d.l.1.§.edere. Censeo igitur partes Domini iudicis esse in declarãdo copiam instrumenti & sententię dandam esse parti sumptibus actoris, non quia hoc sit de iure: Sed ex eo quia pars eam spontaneè obtulit, Reliquorum aũt iuriũ nõ esse concedendũ d.sumptibus, quia sibi non constat, ꝙ ad instructionẽ & ad deliberandum petantur, imò potius cõtrarium, ex quo pars rea tanquàm instructa, & deliberata respondit libello.

SVMMARIVM.

1 *Legatum speciale per donationem omnium bonorum nunquid extinctum esse dicatur.*
2 *Donatio specialis facta vxori reuocata non intelligitur per generalem bonorum obligationem, secus si res donata specialiter fuerit obligata.*
3 *Alienatio generalis omnium bonorum ita valet & transfert dominium, sicut specialis.*
4 *Legata res piæ causæ vbi à testatore est alienata, & postea redimitur, tunc legatum reuiuiscit, secùs in cæteris legatis.*
5 *Alimentorum legatum piam causam non continet, sed in generali legatorum ademptione comprehenditur, nisi pauperi pro anima relinquatur.*
6 *Dos licet largo modo dicatur causa pia, tamen propriè & strictè loquendo causa pia non dicitur, nec piæ causæ priuilegijs gaudet, nisi pauperi pro anima tribuatur.*

7 Dispositio

7 *Dispositio generalis quando causas priuilegiatas includat, & quando non.*
8 *Similitudo ut ex ea argui possit, debet esse in eadem materia.*
9 *Argumentum à simili non procedit, vbi correctio iuris inducitur.*

CONSILIVM. 613.



1 Idetvr dicendum, quòd † legatū factum de vinea fratribus S. Crucis pro missis celebrãdis sit reuocatū vel extinctum per donationem omniũ bonorum postmodum factam in personam. D. Ioan. Guacij stante regula, q̃ vbi testator spontè alienat rem legatã titulo lucratiuo censetur legatum reuocare l. fideicommissa §. si rem. ff. de leg. 3. l. rem legatam. ff. de alim. lega. §. si rem Instit. de lega. Non obstat quod dicitur istud non procedere, quando fit alienatio in genere omnium bonorum, quia tunc legatum factum in specie non videtur reuocatum secundum Ias. in l. qui post colum. pen. C. de lega. vbi probat per simile: nam donatio inter virum & vxorem, quæ valet de iure singulari, ita demũ reuocatur per pignorationem, si est facta pignoratio illius rei in specie, secus si in genere obligando omnia bona, vt singulariter determinat Bart. in d. l. rem legatam circa fi. sequitur Bald. in l. si non virum in fin. C. de dona. in. vi. & vxor. nam aduertendũ est quòd Ias. ibi dicit hanc limitationem nullatenus firmare, & contrarium sentit Alexan. consil. 169. Inspecto & maturè considerato lib. 6. nam in casu suo testator legauerat fundum in specie, deinde facit donationem alteri de dimidia immobiliũ suorum, concludit ibi Alex. tale legatum pro dimidia fuisse reuocatum, & simile quod adducit Ias. non concludit sed est
2 dissimile, quia ideò † maritus obligando generaliter omnia bona non videtur reuocare donationem vxori factam, secus si specialiter, quia obligatio generalis nõ afficit ita rem, sicut specialis. l. est differentia. ff. quib. ex cau. pig. tac. con. ita dicit Bart. in d. l. rem legatam: sed ista ratio non procedit in
3 alienatione, quia † ita alienatio generalis omnium bonorũ valet, & transfert dominium bonorũ, sicut specialis, & non est in hoc differentia inter generalem alienationem, & specialem, nam tantum valet genus, quo ad omnia, quantum valet enumeratio specierum. l. omnes & ibi Ange. in summario. C. de præscr. 30. vel 40. anno. l. si duo in fin. ff. de admi. tuto. vbi Bart. dicit, quòd tantùm valet generalis prouisio, quãtum specialis, vt ibi & l. si chorus in princ. ff. de leg. 3. & d. l. omnes. Non obstat aliud, quòd illud, quod dicitur, q̃ legatum extinguitur per alienationem spontè factam, non extinguitur vbi legatum fuit factũ piæ causæ propter eius fauorem, & ad hoc allegatur Bart. consi. 26. Testator in testamento disposuit in fin. quem sequitur Ias. in d. l. qui post & Catel. Cotta in memorab. & Tiraq. Doct. Gallica. in tractat. de priuile. piæ causæ priuile. 41. nam respondeo, quod Ias. loquitur valdè truncatè, & Bar. quem allegat in d. consi. sentit oppo. nam in casu suo testator disposuerat ecclesiam fieri sub nomine beatæ Mariæ in domibus suis, mox illas alienauit, & alias emit, dicit ibi Bart. q̃ ecclesia debet fieri in alijs domibus postea emptis, & si fieri ibi commodè nõ possit fiat alibi, & sic Bart. ibi sentit, quòd in domibus alienatis fieri nõ possit, siquidem fieri debeat in domibus postea emptis vel alibi, quasi alienando domos suas priores testator videatur voluisse quo ad illas extinctum esse legatũ.
4 Confirmantur premissa, quia † speciale est, quòd si testator alienat rem legatã piæ causę, & deinde eam redimat, quòd in hac re redempta legatũ reuiuiscit, & hoc fauore pię causæ. l. verum. ff. de manu. testa. quod secus est in cæteris legatis. l. cum seruus. ff. de adimen. lega. ita volunt Bald. Ang. & alij in d. l. qui post Bald. & Imo. in l. quotiens. §. seruus cum libertate per illum tex. ff. de hæred. instit. Ang. de Are. in. §. si rem Institu. de lega. Roma. in Auth. similiter 23. Speciali C. ad l. Falc. ergo si speciale est in casu redemptionis, sequitur vt si nulla sequuta sit redemptio, legatum remaneat extinctum. l. si ius singulare, & l. quod vero nõ ratione. ff. de. ll. His iam scriptis fit fundamẽtum aliud per præstantiss. Ad-
5 uocatum fratrum ineuitabile, vt ipse dicit, nam † legatum alimentorũ dicitur continere piam causam. l. mella ibi pietatis intuitu ff. de alim. & ciba. lega. Sed in generali ademptione legatorum non venit ademptio eorum quæ sunt legata pro alimentis. l. libertis. §. posthumus. ff. de alim. lega. & ibi gl. in verbo non videri dicit hoc procedere fauore alimentorum, & vult hoc etiam ibi Albe. de Rosa. & Roma. in l. sed & si quis. §. quęsitum. ff. si quis cau. quam refert & sequitur Matthæ. de Afflictis decis. 111. Mihi autem videtur hoc fundamentum euitari posse, quia nõ videtur verũ, quòd argumentum valeat de alimentis ad piam causam: nã alimenta non dicuntur cõtinere piam causam, nisi propriè loquendo legẽtur pauperi pro anima, vt Bart. scribit in tracta. alimen. col. 3. vbi quærit an legatum alimentorum dicatur ad pias causas, & allegat glo. quòd sic in l. si quis à Titio ff. de lega. 2. & in l. scimus. C. de sacrosan. eccle. circa fin. vbi glo. exemplificat legatũ ad pias causas in legato alimentorum, quod est verũ secundum eum quando legatur pauperi §. aliud quoque capitulum ibi egenis alimenta impendant Auth. vt cum de appel. cogno. & est gl. in l. si cum annum. ff. de annu. lega. & probatur in l. cũ hi §. si in annos. ff. de transac. & hoc soluit quæstionem an de legato alimentorum detrahatur Falcidia, idem dicit Bart. in l. alio colum. 3. vers. oppono dicitur hic. ff. de alim. & ciba. lega. & in l. diuus & ibi etiam Ang. ff. ad l. Falci. & vult hoc etiam Alex. in l. si constante super 9. q. Barto. ff. solu. matri. & nouissimè Bald. Noue. in suo eleganti tract. dot. 5. q. prin. vbi apertè firmat quòd priuilegium piæ causæ non competit legato alimentorum, nisi legentur pauperi pro anima ratione paupertatis per gl. in d. l. si quis à Titio, & ex his respondetur ad tex. in d. l. mella dum dicit pietatis intuitu, quia legatũ alimentorũ dicitur pium largo modo etiam quòd relinquatur diuiti, si-
6 cut † etiam dos dicitur causa pia l. cum is. §. si mulier ibi pietatis causa ff. de cond. indeb. & tamen dos non est causa pia propriè & strictè loquẽdo, nec ei competunt priuilegia pię causæ, nisi detur pro anima pauperi, vt Alexan. concludit & Bald. Nouel. in locis præallegatis. Quòd si dicatur, si in generali ademptione legatorum nõ debent censeri adempta legata pro alimentis, quę non sunt pia, multo magis nõ debent censeri adempta legata, quæ verè, & propriè sunt pia. Respondetur hoc argumentum non procedere, quia priuilegia & specialia non debent multiplicari, & à regula communi non est recedendum, vt per glo. in l. omnis diffinitio ff. de regu. iu. & in rub. eo. titu. in. 6. vnde cum sit generaliter statutum, quòd per alienationem voluntariam intelligatur reuocatum legatum, istud debet etiã militare in legatis piæ
7 causæ, nam † generalis dispositio cõprehendit etiam personas priuilegiatas, quãdo in illo casu specialiter non reperiuntur habere priuilegium, vt est tex. nota. quem Bald. ad hoc ibi not. in l. in fraudem. §. fin. ff. de testa. mili. & ex hoc respondetur ad id, quod dicitur, quòd generalis dispositio non includit causas & personas priuilegiatas glo. in l. decurionibus & ibi Bart. & Ioan. de Plat. C. de silentia. lib. 11. gl. in l. sciendum. ff. qui satisda. cogan. & Bald. in Auth. habita C. ne fil. pro patre in solut. contrarij de l. vnica C. quan. Imper. in pupil. & vidu. quia ista procedunt vbi generalis dispositio loquitur in materia, in qua persona, vel causa sit priuilegiata, aliàs secus, vt Dec. scribit post alios in c. sedes de rescri. Sed in proposito nõ reperitur quòd in reuocatione legatorum pia causa sit priuilegiata, nisi in casu, in quo res alienata esset redempta, vt supra dictum fuit, pro quo etiam fa-
8 cit, quia † similitudo debet esse in eadem materia, vt ex ea
9 argui possit, vt Ias. ostẽdit in l. vt nemini. C. de colla. & † argumentũ à simili non procedit, vbi induceretur correctio iuris, vt Bald. dicit in c. inter cæteras col. fin. vers. & scias de rescrip. & Abb. in c. translato. de constit. per not. per in Authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Princeps inuestiens aliquem cum pacto de non admittendo appellationes nec illis consentire, nec audientiam præstare, nunquid eo non obstante in prima instantia possit cognoscere.*
2 *Oratio eadem vbi plura complectitur, quæ ab eodem verbo reguntur, tunc dictũ in vno intelligitur in alio repetitũ.*
3 *Appellatio vbicunque prohibetur propter priuilegium & fauorem personæ, non intelligitur prohibita supplicatio, quæ fit Principi.*
4 *Appellatio vbi remota extitit ex pacto, paciscens nõ potest supplicare, secùs si remota sit ex priuilegio & nu.6.*
5 *Appellatio de iure communi à sententijs Vasalli ad Principem est dirigenda.*
7 *Citatio, licet prohibita sit ex pacto Principis inuestientis, tamen cum tale pactum non teneat, adhuc fieri potest.*
8 *Pactum quòd superior non possit reddere ius subditis suis, in citando Vasallos ad subditorum querelas, non valet, & sub nume.12.*
9 *Subditi vbi grauantur ab eorum immediatè superiore, possunt recurrere ad mediatum gradatim procedendo.*
10 *Iudex non potest esse quis in causa propria.*
11 *Subditi vbi grauantur à Domino iniustè, possunt officium iudicis implorare, ne inquietentur*
12 *Princeps non tenetur ad obseruantiam pacti facti in præiudicium suæ auctoritatis, & superioritatis, quamuis minimum ex eo sequatur præiudicium, & nu.17.*
13 *Iudicis vbi copia deficit, tũc iudex incõpetens adiri potest.*
14 *Subijciens se alicui Potenti cum certis capitulis & pactis, ea capitula & pacta sunt ei seruanda, nec quo ad ea subiectus sed liber esse censetur, secus vbi se submittat nihil sibi reseruato.*
15 *Clausula, motu proprio spontaneam importat concessionem.*
16 *Contractus duo facti eodem tempore, seu paulò post nunquid habeantur pro vno, & inuicem sint correspectiui.*

CONSILIVM. 614.



DVAE sunt clausulæ inuestituræ, quibus asserunt Illustr. D. de Carretto se non posse conueniri coram Principe seu eius Senatu per homines Milesimi eorũ subditos petitiones seu querelas contra dominos offerentes. Vna
1 est, quòd Princeps† inuestiens nõ debeat appellationes admittere, nec illis cõsentire, nec audientiam prestare. Sed ex aduerso asseritur hanc clausulam non obstare, quia vbi vnum presupponitur in aliqua dispositione, illa dispositio non habet locum, nisi præsuppositum verificetur gl. est trita, in l. mancipia in verbo aduocãdum. C. de seru. fugi. sed d. clausula loquitur in causis appellationum, & sic in his casibus in quibus ipsi domini seu eorũ officiales possunt in prima instantia sentẽtiam ferre: Vnde si deinceps cõtingat ab eorũ sententijs appellari ad Principem tunc secundum tenorem dictæ clausulæ Princeps non potest se intromittere in causis appellationum. Sed in proposito non agitur de appellationibus, sed ipsi Domini conueniuntur in prima instantia, qui non possunt in propria causa ius sibi dicere, vt inferius dicetur. Ex hoc sequitur ꝙ iste casus non est in d. clausula comprehensus, & in contractibus quicquid est omissum remanet in dispositione iuris cõmunis. l. si extraneus. ff. de condit. ob cau. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obli. Clarum est autem quòd isti D. de Carretto habent Principem immediatũ superiorem vt ex ipsa inuestitura clare iudicatur. Nec iuuat si dicatur, quòd in eadem clausula dicitur, quòd non debeat audientiam præstare & vbi denegatur audiẽtia processus ipso iure non tenet, & omne remedium videtur sublatum, vt tenet Imo. in l. 1.
§. sublata & ibi latè Alexan. ff. ad Trebel. post Iaco. de Are. in disput. quam refert Ioan. Andr. in addi. Spec. in titu. de prola. senten. §. iuxta vers. Item est nulla ratione litigatoris, & est etiam optimum consi. Bald. quod non allegat consi. 128. Statuto cauetur quòd non soluens lib. 5. quia respondetur, quòd illa verba nec audientiam præstare, debent intelligi in causa appellationis, de qua fuerat facta mentio in præcedẽtibus, pendent enim d. verba à superioribus, & re-
2 guntur ab eodem verbo non debeat, & † vbi plura in eadẽ
oratione proferuntur, ita quòd ab eodem verbo regantur,
dictum in vno intelligitur in alio repetitũ. l. 1. iuncta. l. 3. §.
ꝙ ait prætor. ff. de incen. rui. nau. & tradit Imo. post Ant. de
Butr. in Clem. 1. versus fi. de supplen. negli. præla. & ante eũ
hoc voluit Bar. in. l. prætor. §. eritq; differentia. ff. vi bo. rapt.
vbi etiam allegat bonũ tex. in. l. Seio. §. Gaio. ff. de fun. instruc.
vbi etiam oppo. Bart. & idem Bart. in. l. in repetendis
colum. 2. ff. de leg. 3. ea autem, quę adducuntur in contrariũ
possent procedere, vbi generaliter nullo alio adiuncto au-
3 dientia præstari nõ deberet. Secundò † respondetur, quòd
vbicunq; prohibetur appellatio propter priuilegium & fa-
uorem personæ, prout in casu nostro, non intelligitur pro-
hibita supplicatio, quæ fit Principi. l. 1. C. de senten. præfec.
præt. l. si quis aduersus cũ Auth. seq. C. de preci. Impe. offer.
& ibi gl. & omnes & tradit Bald. in. l. 1. §. fin. in fin. ff. de off.
præfe. præt. vbi inquit, ꝙ licet à sententia Regis non possit
appellari. l. 1. in prin. ff. quib. appella. non li. tamen bene po-
test supplicari, idem tradit Imo. in. l. ex consensu. §. fin. col.
pen. ff. de appel. & idem Imo. in cons. 142. In casu prēmisso
aduertendum cum tribus consi. seq. & dicit Abb. in cap. ex
literis colum. 2. per glo. ibi in verbo supplicauit de in integ.
restit. quòd siue in instrumento, siue in rescripto, siue in ali-
qua iuris parte sit remota appellatio, potest nihilominus sup
plicari, nam ista sunt duo remedia separata, quorum vnum
est ordinarium, aliud extraordinarium, ideò ad remotionẽ
vnius non sequitur remotio alterius, quia ex separatis non
fit illatio, vt in ca. 2. de transla. præla. qua ratione vtitur etiã
4 Imol. in præallegat. cons. 142. Nec † iuuat dicere, quòd vbi
per pactum remouetur appellatio, intelligitur etiam prohi-
ta supplicatio, vt voluit Pau. de Cast. d. l. si quis aduersus. C.
de preci. Imp. offer. quia hoc quod dicit Pau. de Cast. non vi
detur verum, & contrarium sentit Abb. in d. cap. ex literis
dum loquitur de instrumento, & etiam dictũ Pau. de Cast.
impugnat Claris. Doct. moder. Caro. Rui. consi. 157. De
tribus per ordinem quæritur. 2. dub. lib. 5. respondens ad gl.
in d. l. 2. C. vt lit. penden. per quam mouetur Paul. de Castr.
prout etiam respondet Imo. in d. l. ex consensu colum. pen.
quòd illa gl. loquitur in contumace, qui prohibetur appel-
lare adducens rationem; quia non est conueniens quòd ex
sua contumacia cõsequatur præmium. l. siue hæreditaria. ff.
de neg. gest. & cõtumacia censetur esse delictũ. l. omne de-
lictum. §. cõtumaciam. ff. de re mili. & sic sentit Imo. quòd
vbi cessat culpa & dolus prohibitus appellare potest suppli
care. Item considerandum est quòd Pau. de Cast. loquitur
vbi ille qui fecit pactum de nõ appellando vult supplicare,
quia secundum eum non potest, sed nos sumus in subditis,
qui non consenserunt, nec vllum pactum fecerunt & nunc
supplicarunt. Item potest dici, quòd licet ita fuerit conuen
tum inter Principem inuestientem, & vasallum; istud dici-
tur priuilegium, quia cõcessum à Principe contra ius com-
mune ad priuatam vtilitatem c. priuilegia. 3. distin. ca. Ab-
bate de verb. sign. no. Bart. in. l. 2. ff. de consti. Princ. cũ alijs
similibus adductis per Alex. l. quia tale. ff. solu. mat. Clarum
5 est autem, † quòd de iure communi à sentẽtijs Vasalli ap-
pellatur ad Principem inuestiẽtem, vt colligitur in not. per
Ang. in. l. 1. §. qui mandatum. ff. de offic. eius, & ponit Iaco.
de S. Geor. in sua inuesti. in verbo cum mero & mixto im-
perio col. 2. quòd maximè procedit si Princeps superiorita
tem sibi reseruauit, vt in casu isto secundum Ioan. Andr. in
addi. Specu. in titu. de iurisd. om. iudi. §. 1. versic. quæ autem
sunt meri imperij in addi. magna ante si. quam decisionem
ad hoc allegat Ias. consi. 161. Circa primũ articulum, col. 2.
lib. 2.

6 lib.2.Si igitur † hoc est priuilegium,sequitur,ꝙ remota appellatione non intelligitur remota supplicatio, vt superius fuit conclusum. Alia clausula est in inuestitura,super qua fit
7 funda. parte D.de Caretto, ꝙ D.Marchio non † teneatur, nec possit præcipere,nec citare ipsos ad se præsentandũ coram ipso Domino Marchione,nec ad respõdendnm alicui ad alicuius instãtiam pro aliqua quauis causa, & si citati fuerint,& nõ venerint non sibi imputetur: sed ad istam clausulam respondetur, ꝙ d.pactum non valuit, vt Bal. dicit cons. 483. Mag. D.Nanus lib.1.dum in casu suo quidã D.Nanus Marchio Cæuę vendiderat,nõnulla oppida ciuitati Astẽsi, deinde per aliud instrumentũ recepit d. oppida cum iurisdictione in feudum à d.ciuitate, & inter cætera appositũ fuit pactum, ꝙ si aliqua persona agere vellet contra d.D.Nanũ vel eius descẽdentes, ꝙ d.D. Nanus vel eius successores nõ possint seu debeant vllo modo compelli vel constringi per potestatẽ vel capitaneum d.ciuitatis, & ꝙ non teneatur stare iuri, seu respõdere de iure in ciuitate Astẽsi in aliqua causa ciuili vel criminali, Accidit ꝙ aliqui Marchiones de successoribus d.D. Nani multa cõmiserunt contra iustitiam in personas & bona hominũ d.oppidorũ,pro quo volebãt habere recursum ad Gubernatorẽ Astensem: vnde fuit quęsitum,an hoc facere possent propter d. pactũ,concludit ibi Bal.post disputationem, eos posse per multas rationes,quæ videri possunt, & inter cætera vult illud pactum nõ valere: quia nõ potest ille qui habet iurisdictionẽ non audire querelas debitas,quia in d. pacto nõ consenserunt subditi,quibus erat quæsitum ius implorãdæ iurisdictionis in ciuitate
8 Astensi: item quia † huiusmodi pactũ,ꝙ superior nõ possit reddere ius subditis suis nõ valet,quia est cõtra ius publicũ, & contra vim & auctoritatem legũ, sicut nõ valet pactum ne maleficia puniantur. Item non potuit transferri in Dominos Marchiones dicendi ius in causa propria, ergo,cum non fuerit translatũ in alium,remanet penes transferẽtem. Item quia omnia iura clamant, ꝙ propter defectũ iustitiæ superioris aditur maior potestas, vt not.in.l.1.§.vlt.de mili.
9 vasal. qui contu. est, quapropter † subditi, qui grauantur ab immediatè eorũ superiore, possunt recurrere ad mediatum gradatim procedendo. Hæc Bal. decisio videtur, vt dixi, in proprijs terminis: nam primus auctor istorũ nob. de Caretto,habens dominium & iurisdictionem d.oppidi Milesimi,& in eius homines, eos transtulit liberaliter in Domi. Marchionem Montisferrati: deinde d.Marchio illũ inue-
10 stiuit cum illo pacto, ꝙ nõ possit citari &c. quod † quidem pactum decidit Bal.nõ valere,quod etiã ostenditur propter iniquitatẽ,& impossibilitatem: nam vt dicit tex.in.l.vnica. C.ne quis in sua cau. iniquũ est cuiquam licentiã sententię in propria causa concedere, & dicit etiã Iurisc. in.l.Iulianus.ff. de iudi. ꝙ iniquum est in re propria iudicem fieri. ostenditur etiam impossibilitas d. pacti, quia nemo potest sibi ipsi præcipere & imperare.l.pe.ff.de arbi. vbi ex hoc dicitur, ꝙ nemo potest in sua causa arbiter esse iuris: & illud etiam est expeditum, ꝙ nemo potest sustinere vicem duorũ cogentis scilicet & coacti.l.ille à quo.§. tempestiuũ.ff.ad Trebel.
11 & patet hoc ad sensum: quia † subditi vbi grauãtur à domino iniustè, possunt implorare officiũ iudicis, ne inquietentur, vt per Bar.in l.1.C.commu.de manumiss.ridiculum aũt esset, si quis cõpareret corã domino iudicialiter, & peteret ab eo, vt se ipsum condemnaret ad desistendũ ab inquietatione, & in damnis expensis & interesse, & istud est etiam quod dicit Sali.in d.l.vni.C.ne quis in sua cau. ꝙ nemo potest coram se ipso litem contestari.Itaq; si non possunt domini de Carretto iudicare in causa propria, reliquum est, vt adeatur superior immediatus, qui non potest esse alius, quã Illustr.Marchio Montisferrati, qui in ipsa feudali inuestitura reseruauit expresse sibi ius superioritatis. Accedat prędictis, ꝙ scribit Tho. Gram. voto.28. vbi loquens de quodã priuilegio Regis Ferdinandi cõcesso Principi Salernitano,
12 quòd † non possit comminari, nec per viam retardatæ aut denegatæ iustitiæ causas ab eius officialibus auocare, concludit istud pactum non valere,& mouetur inter cætera, ꝙ pactum factũ à Principe in præiudiciũ suæ auctoritatis & superioritatis ad voluntatem reuocabit, nec ad eius obseruantiam tenetur, nõ modò si enorme præiudiciũ sequatur, sed etiã si in minimo pręiudicet, per id, quod scribit Andr. de Iser.in ca.Imperialem versi. circa hoc videtur de prohi. feud.alie.per Fede. & Abb.in ca.sicut il.2.de iurei. & Cald. cons.3.eo.tit.& ibi subdit in proposito, quod Imperator Federicus reuocauit priuilegia, quæ cõcesserat ciuitatibus regni, vt homines ipsarũ non possent citari per iustitiarios,& si citarentur non tenerentur cõparere, consentit cum prædictis Bru.cõs.68.si insistamus in possessorio vbi approbãs consi.Bal.in causa D.Nani superius relatũ, tenet etiã huiusmodi pactũ non valere, quia præberet materiã delinquendi, ex quo domini inuitarentur ad tractandũ male subditos suos,& quia tendit ad tollendũ defensionem, si non liceret
13 appellare & recurrere ad superiorem: & † cũ per hoc diceretur subditis deficere copia iudicis, si liceret sibi ipsis ius dicere propria auctoritate, quo casu multò magis põt adiri iudex incompetẽs & multò etiã magis superior Dominus partiũ, saltem ex capite defectus primi iudicis, vt ibi ipse latius prosequitur. Et si dicatur ꝙ primus auctor illorum de Carretto non erat subiectus, sed sponte se subiecit, & vbi-
14 cunq; † aliquis subijcit se alicui potẽti cũ certis capitulis & pactis, capitula & pacta debent sibi seruari, quia quo ad illa non intelligitur esse subiectus, sed liber.l.& secũda.ff. de iu. immu.l.nõ dubito.ff.de capti.tradit Bart. cons.59.cõmune Spoleti cũ alijs adductis per Soci.cons.74. In presenti consultatione.2.dub.li.1.& per eundem in.l.si ex toto in fi.ff.de lega.1.Respõdetur ꝙ prædicta procedunt qñ aliquis in ipso actu subiectionis submittit se cum certis capitulis & pactis. Sed in casu nostro d.primus auctor istorũ de Carretto nomine Bonifacius submisit se d. D. Marchioni Mõtisferrati transferendo in eum omne ius, quod habebat, vel sibi cõpetere poterãt in ipsis hominibus nihil penitus retinendo, sed à se abdicando,& in d.D. Marchionẽ eiusq; successores transferendo cũ clausula cõstituti:& d.Marchio ante prædictã infeudationem, d.oppidũ Milesimi & alia, de quibus ibi, tam vigore Imperialis concessionis, q̃ virtute d.remissionis vniuit & annexuit Marchię,& subditur etiam, ꝙ d.remissio fuit facta, ita & taliter, ꝙ d.D. Marchio, & quicunq; eius hæres & successor in d. Marchia possit de d.castris, locis,& hominibus disponere,& ordinare, transferre, & alteri donare simul, & diuisim, aut aliter facere ad ipsius Dñi Marchionis & successorũ liberam voluntatẽ. Ex quibus verbis colligitur, ꝙ omnino se subiecit d.Marchioni liberè nullo sibi reseruato, hoc etiã ostẽditur ex ipsa infeudatione, quę dicitur facta ex interuallo eodem tñ die, & testi-
15 bus ijsdem presentibus, † vbi proprio motu cõcedit in feudum prædicta loca d.Bonifacio,& sic patet, ꝙ D.Marchio spontè fecit d.infeudationem, siquidẽ eam fecit motu proprio nõ ad alicuius instantiã & propterea remouet id, quod
16 dicit Bal.in.l.petens col.pe.C.de pac.de duobus † cõtractibus factis eodem tpe, seu paulo post, vt habeãtur pro vno, & inuicem sint correspectiui, cũ multis alijs cõcordãtibus, quia apparet de mente partiũ fuisse ex tenore prędictorum verborũ, ꝙ fierent duo cõtractus separati,& vnus nõ haberet dependentiã ab altero, & in cõtractibus inspicitur ante omnia, quid actũ fuerit inter partes.l. semper in stipulationibus.ff.de regu.iu. Ex prædictis colligitur responsio ad id,
17 quod dicitur cõuentũ in inuestitura, vt si † d.pacta nõ obseruentur, ipsi Do.de Carretto sint in eodem statu, quo antea erant, quia istud debet intelligi de pactis validis, nõ autẽ de his, quæ sunt nulla,& quę pp honestatem, & iustitiam non debent seruari; quia secundũ regulã iuris, quod nullũ est nõ præstat impedimentũ, & nõ potest imputari aliquid Dñis Marchionibus si nõ seruant ea, quę seruari nõ possunt, quũ dicamur id posse, quod honestè possumus, vt habetur in l. nepos Proculo in glo.ff.de verb.signi.& gl.in.l.in condemnatione.ff.de regu.iur.Item aduertatur, quòd illa cõuentio, quòd sint in pristina libertate seu statu, loquitur in casibus specialibus, videlicet in casu, in quo D. Marchio admitteret appel-

ret appellationes hominum, vel si vellet ipsum aggrauare, & aggrauaret in effectu, imponendo taleas in d. terris vel si D. Marchio acquireret in consortio terrarum prædictarũ: sed quãdo citaret ipsum in causa propria ad querelas hominum, nihil de hoc ibi fuit conuentum, & quod non fuit expressum in contractibus subintelligi nõ debet, iuribus vulga. & ista dicta sint per modũ dubitandi, quorum resolutio expectatur. Fuit prædictis motiuis responsum latè per præstantissimos Domi. Aduocatos illorum de Carretto, nihil tñ fuit iudicatum propter quoddam rescriptũ Cæsareum.

SVMMARIVM.

1 *Feudi antiqui renunciatio facta in manibus domini licet agnatis non præiudicet, tamen, vbi feudum per competentes inuestituræ clausulas est alienabile, ex quo potest etiam in extraneos alienari, fieri potest etiã in agnatorũ præiudiciũ, ita vt renuncians inuestiatur de feudo nouo.*

2 *Feudi antiqui refutatio vbi fit ab aliquo, vt deinceps inuestiatur, operatur vt feudum antiquum nouum efficiatur, præsertim si noua pacta fuerint apposita.*

3 *Feudum nouũ vbi quis eius secuta refutatione suscepit pro se, & descendentibus, tunc finita linea descendentium, feudum reuertitur domino.*

4 *Feudo antiquo per recognitionem successoris ius aliquod de nouo non quæritur, sed iam quæsitum conseruatur, si tamen recognitio intra annum præstatur, aliàs feudum incidit in commissum.*

5 *Feudum antiquum quæritur sine alia inuestitura, & in hoc differt à nouo, quod sine inuestitura non transmittitur.*

6 *Feudum concessum alicui pro se & descendẽtibus vbi quis petit, nunquid teneatur probare se ab eo, cui fuerat concessum, descendisse, vel aliter esse de personis in inuestitura comprehensis.*

7 *Feudum vbi linea finita ad Dominũ directum reuertitur, dominus non tenetur respondere creditoribus vasallorũ, qui dictum feudum tenuerunt, & nu. 9.*

8 *Emptor obligatus ex pacto reuendere rem ad certum terminum, si interim eam obliget, & postea reuendit, tunc res reuertitur libera ab onere obligationis ad venditorem, quod limita vt ibi.*

CONSILIVM. 615.



IN controuersia, quę vertitur corã Serenissimo Duce Sabaudiæ inter Illustres Do. Sebastianum de Montebello comitẽ Intermontiũ, & Andream Prouanã partes diuersas, respondendo quæsitis paucioribus, quę dictur⁹ sum, absoluam, tum quia non est difficilis quæsitorũ resolutio, tum quia eius celsitudo habet circum se prudentissimos, & sapientissimos viros, quibus nõ opus est longas ambages proferre.

Pro dilucidatione igitur primi quæsiti presupponitur in facto, ꝙ feudum Fruzasci, de quo dicitur primo loco inuestitus fuisse Gulielmus de Mõtebello, pro se & filijs & descendentibus in perpetuum, sit alienabile per clausulas competentes positas in inuestitura, ad quã me refero, hoc igitur stante, dum quæritur an Bertolinus vnus ex descẽdentibus d. Gulielmi possessor præfati feudi Fruzasci potuerit renunciare d. feudum, ita quod inuestiretur deinceps à Domino de d. feudo tanquã nouo appositis nouis pactis & qualitati-
1 bus. Respondeo hoc facere potuisse: nam † licet renunciatio feudi antiqui facta in manibus Domini non pręiudicet agnatis, vt no. Bal. in c. 1. §. hoc quoq; col. antep. vers. 1. conclusio. de succeſſ. feud. & idem Bal. in c. 1. col. 2. de alien. feu. pater. & tradit Iaco. de Ardizo. in eius summa feuda. 2. par. in rub. si Vasallus feudum refuta. tñ in præsenti casu ex quo feudũ est alienabile etiã in extraneas personas, potuit fieri d. refutatio in manibus Domini, ita vt se ipsum inuestiat de
2 feudo nouo. nam † per refutationem desinit esse feudũ antiquum, & efficitur nouum, vbicunq; alius inuestitur, vt est tex. in c. 1. de eo, qui fi. se. agna. & multo magis id dicendũ, vbi apposita sunt noua pacta & qualitates, quia noua causa nouum feudũ facit, vt singulariter tenet Bal. in c. 1. col. pen. an agna. vel fil. & qñ additur noua forma dicitur esse nouũ feudum. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iu. ca. hi qui auctoritatis de præb. in. 6. secundùm Bal. in c. 1. §. insuper in fin. de prohib. feu. alien. per Fede. & in. l. quoties col. 2. C. de su. & legi. & traditur per Alex. in. l. si mihi & Titio pen. col. ff. de verbo.
3 obli. Ex hoc † sequitur quòd, quum d. Bertolinus fuerit inuestitus pro se & filijs primogenitis, & nulli iam descendentes extent ex d. Bertolino, feudum sit apertũ directo Domino: nam quãdo vasallus refutauit feudum, vt Dñs directus feudi inuestiret illum de nouo, tunc illo mortuo reuertitur feudum Domino, vt est gl. ordinaria in cap. 1. Imper. Lotha. Eug. Papæ, & ista secundùm ea, quæ proponuntur in facto, non videntur habere probabilem dubitationem.

Ad aliud, dum quæritur, an per quandã assertã inuestituram factã de anno domini. 1517. Bonifacio de Mõtebello intelligatur concessum feudũ Alpignani cũ mero & mixto imperio &c. per verba ibidem posita. Item inuestiuit eundem Bonifaciũ de omnibus rebus possessionibus feudalibus iuribus, & reditibus quibuscunq;, quę d. Gulielmus pater tenebat, & consueuit in feudo tenere in Alpignano, & posse, & in Caburro: & in quibuscunq; alijs locis in territorio Pedemõtium, ita quod d. res feudales habeat, teneat, & possideat, & quasi in feudũ cum omnibus iuribus, & pertinentijs, & libertatibus, & franchisijs, & ad d. res pertinentibus iuxta largitiones, & cõcessiones aliàs factas d. Gulielmo: quas idem Do. Princeps ipsi Bonifacio liberè confirmauit, & per cõsequens an d. Sebastianus tanq̃ vnus ex descẽdẽtibus d. Gulielmi possit petere prædicta. Rñdeo ꝙ nõ probatur inuestiturã fuisse factã in personã d. Gulielmi de d. castro & bonis Alpignani. Et primò quia asserta inuestitura nõ probatur per scripturã exhibitam, quæ caret rogitu, & subscriptione notarij, & istud est firmissimũ fundamentum. Item quia nõ probatur, ꝙ d. Gulielmus vnquam habuerit in feudum, & possederit tanq̃ rem feudalem d. castrum Alpignani cũ suis iuribus, & pertinẽtijs, & verba inuestituræ referũt se ad ea, quę d. Gulielmus tenebat, & possidebat pro feudo ex principis cõcessione. Vnde, quũ non cõstet de relato, nõ potest habere locũ dispositio ad illud se referens Auth. si quis in aliquo. C. de eden. Quod cõfirmatur, quia nõ est asserta inuestitura cõcessio feudi, sed tãtũm quędã recognitio pro bonis feudalibus antea concessis: &
4 ex hmõi † recognitionibus nõ oritur aliquod ius de nouo, sed quod iam cõcessum est conseruat, quia hæc est intentio partiũ, vltra quã actus nõ operatur. l. nõ omnis cũ vulga. ff. si cer. peta. ad quod benè faciunt elegantia verba Bal. in. l. 1. q. 4. ff. de rer. diuis. vbi inquit quod feudũ antiquũ, qđ prouenit à successione, vel linea progenitorũ, non requirit nouam inuestiturã, quia quæritur sine alia inuestitura, cum ex antiqua inuestitura iã ius sit quæsitum, nec requiritur noua traditio de feudo, vt in ca. 1. in verbo per inuestiturã patris, & aui. de feu. March. & c. sciendũ de feu. cogni. tñ nõ cõseruatur, nisi intra annũ petat̃ inuestitura: quia petere inuestituram est quasi quidã census deuotionis, & recognitionis, qui debet præstari Dño; & si non præstat̃ res incidit in cõmissum, quia census reuerẽtialis, & ꝓfessio cẽsualis est omissa,
5 ca. qñ. de prohi. feu. alie. per Lotha. † & in hoc differt à feudo nouo, qa feudũ nouũ nõ quęrit̃ sine inuestitura, nec trãsmitti põt, nisi qa sit inuestitus c. sciendũ qui. mod. feu. cõsti. põt. ita ibi egregiè Bal. qui quęstionẽ istã decidere videtur.
6 Circa aliud, dũ † quærit̃, an quia pręfatũ feudũ Alpignani legitur de anno. 1337. cõcessum cuidã Do. Gulielmo filio alterius Do. Gulielmi pro se, & suis hęredibus descẽdentibus, ac nepotibus oĩbus, & ex eo in perpetuũ masculis videlicet legitimis, & naturalibus: vtrũ Sebastianus aduersarius possit petere dictũ feudũ absq; eo, ꝙ probet se descendisse à dicto Gulielmo, vel aliter sit de ꝑsonis cõprehensis in inuestitura.

in inuestitura. R ñdeo, quod nō potest petere, nisi illud probet, ca. 1. in. fin. de feu. succes. c. 1. de grad. succe. in feu. & ca. 1. de natu. succes. feu. & quia hoc clarū est vlterius nō prosequor.

Vltimò quoniam superius est dictum, quòd feudū Fruzasci apertum est Domino per lineam finitam d. Bertolini, quæritur † an Princeps teneatur respōdere creditoribus Vasallorum, qui antea tenuerunt d. feudum, & ad hoc breuiter respōdeo quòd non, quia licet sit disputatio inter scribentes, vtrū agnatus, qui succedit in feudo, sit obligatus soluere debita vasalli defuncti, & in hoc videtur fieri distinctio an feudum sit hæreditarium vel non: de qua quæstione tangit Bart. & alij posteriores in. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn. infec. Pau. de Cast. & Imo. in. l. pro hærede. §. si quid tamen. ff. de acqui. hæred. & latè scribit Alex. consi. 19. Super eo, de quo quæritur lib. 5. tamen hæc quæstio cessat in casu nostro, quia Princeps nō potest dici quòd sit singularis successor in feudo, sicut agnatus, ita quod vigore successionis feudū ad eum deferatur, sed feudum ad eum reuertitur, quia vtile dominium consolidatur cū proprietate, nec minus esset absurdum dicere, quòd Princeps teneatur ad debita Vasalli, quàm si diceretur quòd vsufructu extincto, proprietarius ad debita vsufructuarij teneretur, potest † etiam pro hac parte adduci id, quod eleganter dicit Barto. in. l. diem versic. tota die contingit. ff. de aq. pluarcen. vbi vult, quod si emptor, qui tenebatur reuendere ex pacto ad certum terminum, interim obliget rem, deinde reuendit, quòd res reuertitur libera ab onere obligationis ad venditorem: & hoc dicit Barto. procedere, quando res reuertitur ad venditorē ex necessitate, prout in casu ibi per eum formato, vbi ab initio fuerat appositum pactū: & ad hoc allegat illum tex. & tex. in. l. si ex duobus. §. sed & Marcellus. ff. de in di. adiec. secus dicit, si ex facto & voluntate debitoris, quia onus interim appositum non resoluitur. l. 3. in fin. ff. quib. mod. pigno. vel hypoth. solui. l. bouem. §. pignus. ff. de ædil. edic. & cum Bart. transit ibi Ang. & Pau. de Cast. & Bald. in d. §. sed & Marcellus & Bart. idem dicit in d. l. 3. ff. quib. mod. pigno. vel hypoth. solu. Sed † in proposito ex necessitate contractus præambuli res reuersa est ad dominum, quia perinde est, ac si dominus feudi conuenisset, vt finita linea inuestiti feudū ad eum reuerteretur, quū quis præsumatur contrahere secundùm naturā ipsius contractus, & secundùm dispositionem iuris cōmunis. l. si duo vbi Bal. not. ff. de acquir. hæred. l. quæro. §. inter locatorem ff. loca. l. quidam cum filium. ff. de verb. obli. & notab. quæstione tradit Raine. in. l. pro dote, & ibi Alex. in fin. ff. solut. matrimo. ergo posito quod feudum fuisset obligatum creditoribus Vasalli, dum esset apud Vasallum, postea reuertitur liberum ad dominium, secundùm prædicta; & ex istis ad omnia quæsita sufficienter responsum arbitror.

SVMMARIVM.

1 *Vxor probata viri sæuitia licet de iure cōmuni possit petere separationem thori, & dotem, tamen cum talis causa sit ardua, debet sæuitia probari necessaria & concludenter, ac per testes omni exceptione maiores.*

2 *Vxor, quæ culpa sua recessit à viro, vbi adsit sæuitia viri & iustus timor, non est ei restituenda sine cautione, & quæ dicatur iusta timoris causa & nu. 6. & 11.*

3 *Cautio de non offendēdo, vbi ab eo postulatur, qui timet offendi, nō præstatur, nisi sequuta iusti timoris cognitione. & nume. 5.*

4 *Minæ non præbent iustam causam timoris, nisi procedant ab eo, qui minas executioni mandare consueuerit.*

7 *Cautio iuratoria cum pœnæ adiectione, nunquid sine fideiussore sufficiat, attenditur qualitas personarum, & causa suspicionis, quod arbitrio iudicis cōmittitur & nu. 10.*

8 *Inimicitia grauibus ex causis orta præsumitur continuare & durare, secùs ex leuibus.*

9 *Cauere qui cōpellitur de nō offendēdo, si iurat fideiussorem inuenire nō posse, tunc standū est eius iuratoriæ cautioni.*

CONSILIVM. 616.



ASSENTOR conclusioni habitæ per Magnificum D. Aduocatum. d. Dominici, quòd sentētia primi iudicis sit corrigenda vel in melius reformanda: nam licet de iure † communi, vbi pro
1 batur viri sæuitia in vxorē, possit peti separatio thori & dos viro tradita repeti. §. mitiores itaque nuptiarū Auth. de nup. c. ex transmissa & c. literas in fi. de resti. spol. c. de benedicto 32. q. 1. & per gl. & alios in c. de illis. de sponsal. hęc tamen sæuitia debet probari sufficienter, causa nanq; separationis thori, & restitutionis dotium, & successiuè matrimonialis grauis est & ardua, secundùm Spec. in titu. de rescrip. præsen. §. ratione formæ versic. nunc ad instructionē. & tradit Bald. in l. 3. in princ. ff. de iureiur. Anto. de Butr. & Abb. in c. si pro debilitate, & in c. causam matrimonij. de offi. delega. & in ea requiruntur probationes necessariæ & concludentes, vt latè scribit Alexan. consil. 143. Quoniam abunde li. 2. & testes in d. causa deponētes esse debent idonei, & omni exceptione maiores, secundum glo. in ca. 1. & ibi Abb. 3. nota. de consang. & affi. quas auctoritates in terminis vbi agitur de probāda viri sæuitia adducit Paris. consi. 54. Asserta sententia colum. 2. lib. 4. Sed in casu nostro nō modo testes inducti non probant sęuitiā necessariò & concludenter, sed nō probarent quidem in alia causa leuiori, vt fuit mihi relatum ab his, qui processum viderunt. Solū difficultatem facere videtur, vt ex motiuo transmisso colligi-
2 tur, id, quod † Abb. scribit in d. c. ex transmissa 1. nota. vbi inquit quòd licèt vxor. culpa sua recesserit à viro, non tamē est viro restituenda sine cautione, si de eius sęuitia timetur, hoc enim fit ex noua causa scilicet propter sæuitiam, & ad hoc allegat tex. cū glo. in d. c. de benedicto 32. q. 1. & idem dicit Abb. in c. 1. 6. nota. vt lite non contesta. dicens cautionem hanc esse præstandam, etiam si mulier timeat viri sęuitiam culpa ipsius mulieris, vt quia commisit adulterium, per tex. cum gl. in d. c. de benedicto, & pro hoc etiam facit, quod Bald. scribit in d. c. ex transmissa in fi. vbi dicit, quòd cautio præstatur quoties inter duos interuenit reconciliatio, & vnus facilè posset offendere alium, vt maritus vxorē & Abbas monachum, & dominus seruum, §. si vero intra triennium in Auth. de mona. Sed prædictis respondetur, quod d. cautio non venit præstanda sine iusta causa timoris, quæ in isto casu non dicitur interuenire: nam vani timoris non est habenda consideratio l. vani timoris. ff. de reg. iu. l. metū autem. ff. quod met. cau. c. cum dilectus extra eo. tit. per quę iura inquit Bart. in l. illicitas. §. ne potentiores. q. 1. ff. de offi.
3 præsi. quòd † causa timoris iusti debet cognosci, si quis postulet sibi caueri eò, quòd timeat offendi, & hoc etiā vult ibi Alber. de Rosa. per §. sed neq; in Auth. de man. prin. & idem dicit Cin. & Sali. in l. denunciamus. C. de his, qui ad ecclesi. confu. & tenet hoc etiā Imo. in l. 2. §. 1. in fin. ff. solu. matr. vbi vult, quòd requiratur magnæ causæ cognitio, si quis petat cogi alterum satisdare de non offendendo, & sic discutiendum est, an iusta sit causa timoris, vel non, ne quis grauetur ad satisdādum, quod sæpè videtur laboriosum, vt ibi in d. l. 2. vers. nec cogitur & in l. 2. §. si dubitetur. ff. de iu-
4 di. & ibi etiam dicit, quòd † minæ nō præbent iustam causam timoris, nisi processerint ab eo, qui consueuerit minas mittere executioni per l. metus. ff. quod me. cau. & l. primā. C. si quis Imper. maledi. Accedat quod Bart. scribit in l. capitalium. §. ad statuas. ff. de pœn. vbi per illū tex. dicit, quòd
5 † securitas non potest postulari ab eo, qui se timet offendi, nisi causa appareat, non enim præsumitur quis velle offendere sine causa. Istud etiam vult in proprijs terminis Alex. consi. 26. Viso & diligenter ponderato colum. penul. versi. quarto principaliter fortificantur lib. 6. vbi dicit, quòd non statur dicto mulieris allegantis sæuitiā viri, & propter hoc negātis se velle redire, nisi probet, quia vbi iura aliquod allegantis factum concedunt, intelliguntur nō de allegatione

sola, sed quòd probetur ita verum esse, sicut patet in l.1. in princ.ff.si quadr.paupe. feci. dica.dum gl. exponit ibi dicatur & probetur. Item mouetur Alexan.quia non debet vanus timor esse in consideratione, & propter hoc respondetur ad tex.in d.cap.de benedicto, super quo se fundat Abb. quia mulier ibi iustè timebat se offendi ,ppter adulterium commissum, Reperio etiam, quòd in hanc sententiã transit Bal.qui discutit hanc quęstionem melius, quàm alibi viderim consi. 176. Cecilia recessit à viro lib.1.secundũ or-
6 dinem meum: nam † ibi vult, quòd cautio esset prestanda, si iusta subesset causa timoris, & intelligit esse iustã causam timoris, si legitima sit, vel verisimilis, istud enim est iustè timerè, quod etiam constantes timent l.metũ.ff. quod me.
7 cau. quod tamẽ dicit totum arbitrio † iudicis committi inspecta qualitate personarum, & causa suspicionis, vt not.in l.1.§.idem ait.ff. de rip.muni. & ibi etiam subdit post quædam alia Bald.quòd si iudici videtur, quòd sufficiat iuratoria cautio cum appositione pœnæ, non debet compelli vir satisdare cum fideiussoribus, vt legitur, & notat. in l.2.§.si dubitetur.ff.de iudi.& ne inter virum & vxorem, qui male inuicẽ viuũt, maioris odij materia oriatur l.1.C. ne fideiuss. dot.den.l.manifestissimi.§.fin.C.de fur.Si autem rei qualitas fideiussorẽ desiderat, & vir satisdare potest, tenetur fideiussorem dare, sed si iurat fideiussorem dare non posse, sufficit iuratoria cautio, vt not.in l.1.ff.qui satisd. cogan. Itẽ si vir est homo discretus, & emendatæ vitæ eius iuramentum sufficeret, secundùm gl.nota. in d.l.1. Addit etiam ibi
8 Bal. quòd † inimicitia grauis præsumitur continuata, & nõ deposita, & præsumitur enim ex præterito in præsenti in his, quę habent radicem odij capitulis: vnde semel inimicus, semper præsumitur inimicus, nisi probetur reconciliatio, vt l.3.ff.de adim.lega.l.licet.ff.de arbi.c.cum P.Manconella de accusa.l.omnimodo.ff. de inoffi. test. Sed inimicitię ortę ex leuibus causis non pręsumuntur durare, quia nõ habent originem nec fundamẽtum, quum processerint ex animi leuitate, vt l.1.C. si quis Impera. maledi. & non sunt magni ponderis: nam hoc dictat discretio naturalis, inimicitiæ enim prouenientes ex animi leuitate sunt potius quidam impetus animi momẽtaneus, quàm duratiuus, & ideo de modica inimicitia leges non curant, & sentit ibi postea Bald.quod non oritur indignatio vehemens, & odium capitale, nisi mulier in corpus suum deliquisset, sed in remotis à complexu secus, vt ibi ipse latius prosequitur. Ecce quod Bal. ibi vult, quòd iusta causa debeat esse timoris ad hoc vt vir cogatur satisdare cum fideiussore, & vult etiam, quod standum sit iuratoriæ cautioni, vbi leuis est offensio, nõ capitalis, ne maioris odij materia inter coniuges oriatur, De-
9 mum si iuret † se fideiussorem inuenire non posse, standum sit iuratoriæ cautioni, prout regulariter in alijs casibus contingit, secundum glo.quam allegat in d.l.1.ff.qui satisd. cogan.cum multis alijs, quæ ibi congerunt Alexand. & Moder.Et hoc modo posset temperari sententia primi iudicis, vt caueat cum iuramẽto, cum appositione etiam pœnæ sequendo sententiam Bald.in loco pręallegato, præsertim cũ
10 (vt audio) d.Dominus Dominicus sit † homo discretus & bonæ conditionis artem chirurgicam optimè exercens, & qualitas personæ est attendẽda regulariter, nam etiam generaliter, vbi aliquis iustè timet offendi, an hæc cautio sit præstanda cum fideiussoribus, vel sine, attenditur qualitas personæ, vt Bart. dicit in d.l.illicitas.§. ne potentiores versic.quero nunquid in tali securitate.ff.de offi. præsi.& idem ibi dicit Alber. de Rosa. colum.3. versic. Sed nunquid debeat præstari. Ex prædictis respondetur ad cõtraria: nam Abb. in d.c. ex transmissa, & in d.cap.1. vt lite non conte-
11 sta.loquitur † quãdo culpa mulieris intercessit, quod intelligendum est, quando magna extitit culpa, vt quia adulteriũ commisit, per text. in d.c.de benedicto, quem allegat, non autem procedit, quando leuis facta est offensio, secundùm Bald. in præallegato cons. quia tunc standum est iuratoriæ cautioni præsertim si iurat non inuenire fideiussorem, vel sit homo discretus, & honestæ vitæ. Non obstat etiã, quod Bald. scribit in d.c.ex transmissa in fin. quod præstanda est cautio, vbi inter duos interuenit reconciliatio, quia intelligendum est de iuratoria cautione, prout loquitur text. quẽ allegat in §.si vero intra triennium. Auth.de mona.ibi dare ei iusiurandum, quod nihil mali ei faciet.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, licèt non sit conformis libello, sed lata super alia causa probata quàm libellata, vigore statuti dicentis, quòd in qualibet causa procedatur summariè & sola facti veritate inspecta. sustentatur. & nu.3. & 7.*

2 *Clausula summariè & sola facti veritate inspecta tollit ordinem iudiciarium, sed non ius parti quæsitum.*

4 *Clausula prædicta summariè &c. facit vt attendatur in pronunciando quod probatum extitit & non libellatum.*

5 *Processus vbi ex clausula sine figura iudicij proceditur, nõ requirit libellum necessariò, & tenet etiam si conclusio libelli sit omissa, vel minus legitimè facta, modò tamen ex narratione possit cognosci quid velit actor, quod limita vt ibi.*

6 *Clausula sola facti veritate inspecta, & clausula summariè de plano sine strepitu & figura iudicij adæquãtur in omnibus præter in exclusione iuramenti calumniæ.*

8 *Libellus, vbi ex clausula sola facti veritate inspecta proceditur, nõ est necessarius, sed inchoari potest ab articulis, qui tunc duplici funguntur officio, vt ibi.*

9 *Interdictum Saluianum vbi intentatur, potest procedi secundùm probata, & satis est probare bona obligata, fuisse in bonis debitoris, & per eum possessa, licet sit secus in hypothecaria.*

10 *Possidens ante contractum intelligitur etiam possedisse tempore contractus, nisi auctor ipse asserat se tunc non possedisse.*

11 *Possessionis probatio ad id momentũ temporis restringi non debet, quo contractus alienationis celebratur.*

12 *Possessio auctoris præsumitur continuasse in singularem successorem.*

CONSILIVM. 617.



1 TANTE statuto, quòd † in qualibet causa procedatur summariè de plano, sola facti veritate inspecta actor obtinere debet si probauerit ius sibi competere ex alia causa, quàm ea, quæ deducta sit in libello, & sic attenditur qđ est probatum, non autem quod libellatum, hoc voluit Anto. de Butr. in quodam cons. quod incipit. Viso.d.puncto, & tenet Roma.in l.filiusfa.§.1.in fin. ff.de dona.& in consi.20. Viso puncto circa fi. quas auctoritates adducit Alex. & sequitur in l.si ita stipulatus.§. Grisogonus col.6.ff.de verb.obliga. & consi.114.col.2. versic. Præterea sumus in causa lib.6.quibus addo Bal.in ca.1.§.fi. de nou.for.fide, vbi inquit ꝙ Princeps iudicat vt Deus, qui solam veritatẽ attendit, sine vllo ordine iudiciario, & quod benefacit princeps si causam committit sola facti veritate inspecta, quod videtur etiam esse de mente Bald.in l.fin. in
2 prin.versus fin.C.de iur.deliber. & quòd † per.d.clausulam ordo iudiciarius sit sublatus, sed nõ ius quæsitum parti vult Bart.in extrauag.ad reprimen. in verbo videbitur circa fin. Bald.in l.nemo.C.de sent.Bal.in l.ne quicquam.§.de plano colum.2. versic. sed quid si sub hac forma.ff. de offic. pro-
3 con.& lega.vnde nihil refert † in quacunq; parte iudicij aliquid sit deductum, & probatum: nam iste est casus, in quo toleratur, ne sententia sit conformis libello, vt Ias. dicit in l. vinum col.14.ff.si cer.peta. & de prædictis est elegans decisio Rotæ, quæ est in libro meo 33. de rescrip. in nouis quã etiã Rom.adducit in locis antea adductis, & incipit decisio.

Quando

Quando committitur causa, in palatio, & cũ prædictis latè tenet Dominus Georg. Natta patruus meus in Clem. sæpe §. non sic tamen col. 23. de verb. signif. vbi improbat distinctionem quandam Aret. in c. dilecti de iudi. & licet Claud. Aquen. videatur dubitare circa prędicta, tamẽ sequitur vbi de causa fuisset disceptatũ cum aduersario, & plenè cognitum, ex quo defensio nõ est ablata parti, sed in ea perstitit: Mouetur ex eo, quod Iaco. Butrig. scribit in l. ab hostibus §. sed ꝙ simpliciter. ff. ex quib. cau. maio. quẽ sequitur Alex. adducens cõcordãtes in l. à diuo Pio §. si super rebus col. 4.
4 ff. de re iudi. Vnde † in proposito dicendũ est, ꝙ licet actori non competeret remedium. l. fin. C. de acqui. posse. ex iuribus, & rationibus, quas reus deducit, tamen quia ex probationibus potest competere Saluianũ interdictũ, ex quo agitur cõtra tertios possessores posidẽtes bona hypothecata, & de hoc plenè fuit cognitum, sententiã latam super remedio præfati interdicti tenere vigore prædicti statuti, quo disponitur, ꝙ in quacunq; causa summariè & sola facti veritate inspecta procedatur. Confirmãtur præmissa ex eo, qđ Bart. scribit in extrauag. ad reprim. in verbo & figura circa
5 medium vbi concludit, ꝙ † vbi proceditur ex clausula sine figura iudicij nõ requiritur necessario libellus, ideo processus valebit, etiã ꝙ conclusio in libello sit omissa, vel sit minus legitimè facta, si tamẽ ex narratione cõprehendi possit, quid velit actor argum. tex. in. l. vnica §. 1. C. de rei vxo. actio. & istud est secundũ eum, quod voluit dicere Põtifex in Cle. sæpè de verb. signi. dum inquit iuxta petitionis formam, quasi dicat, licet nõ pronuncietur in eo, quod est petitum, sufficit ꝙ pronũcietur iuxta id, quod est petitũ, aliud est enim iuxta petitum, aliud petitũ iudicare l. ita tamen. §. in hac vers. Quid tamen. ff. iudica. solui, quod tñ semper est intelligẽdum, ꝙ non sit tanta incertitudo, vt auferat defen-
6 sionem reo. Hoc, quod Bar. dicit de † clausula sine figura iudicij, dicendum est etiã habere locum in clausula sola facti veritate inspecta, quia idẽ importat, & eadem est vtriusq; significatio, imo plus voluit Anto. de Butr. in c. ex literis 3. nota. de iura. calum. ꝙ plus valẽt ista verba procedas secundùm veritatem & ęquitatem, quàm si diceretur summariè de plano sine strepitu & figura iudicij, quoniã ista non excludunt iuramentum calumniæ Cle. si. de verb. signi. altera
7 vero sic vt habeť in d. c. literis. Modo in proposito † actor narrauit in libello ea, quæ conueniunt Saluiano interdicto, videlicet alienationem factã per debitorem, bona eius hypothecata, & vlterius ea posideri ab aduersarijs, ergo in remedio vtilis Saluiani interdicti potuit sentẽtia formari, licet id non fuerit intentatũ, sed aliud incompetens remediũ attento, quod ex forma statuti proceditur sola facti veritate inspecta, licet. n. non fuerit pronunciatum, vt petitur, fuit tamen pronunciatum iuxta petita, secundùm distinctionẽ
8 Bar. de qua supra. Præterea si, vbi † proceditur sola facti veritate inspecta, nõ est necessarius libellus, sed processus inchoari potest ab articulis, vt dicit decisio Rotę præallegata, quid curãdum est de libello? Nam vt inquit ibi Rota in finalibus verbis articuli, tunc duplici funguntur officio, tenent. n. locum petitionis, & locũ facti probandi secundum Oldr. Et prędicta tantò fortius procedũt, quia actor in reliquo processu luculenter exposuit se venire per viã Saluiani interdicti, vnde eius interpretationi videtur standũ iuxta. l.
9 si quis intentione. ff. de iudi. Non † obstat quod non fuerit probatũ dominiũ vel quasi debitoris, sicut in hypothecaria, quia rñdetur in Saluiano interdicto, quod videtur posse procedere secundùm probata: satis est probare bona obligata fuisse in bonis debitoris, & per eum possessa, vt voluit Bar. in l. rem alienã 3. col. ff. de pign. acti. & in l. 1. C. de Salui. interd. & in l. 1. ff. eo. tit. & Sali. in l. cũ res. C. si res alie. pign.
10 da. sit. Non obstat, quod † licet fuerit probatũ Emanuelem primũ venditorem possedisse ante cõtractum venditionis. d. bona obligata, non tñ probatũ fuit, ꝙ tẽpore venditionis d. bona posideret, quia potuit multis ex causis cecidisse ante à possessione, & ꝓbatio debet de necessitate cõcludere, & licet regulariter, qui semel possedit, præsumatur continuasse possessionem iux. not. per glo. Bart. & alios in l. siue posidetis. C. de probat. Bald. in l. non ignorabit. C. ad exhiben. & ponit Anto. de Butr. & Abb. in c. cum ad sedem de restit. spoliato. tamen hoc procedit, quãdo quis se fundat in possessione propria, secus si se fundet in possessione tertij ad elidendum intentionem aduersarij, prout in casu nostro facit Ioan. Ricius. emptor d. prediorũ sibi venditorem, vt dicit Ripa in c. cum ecclesia Sutrina circa 7. colum. de cau. posi. & proprie. allegant ad hoc Petr. de Ancha. consi. 297. Efficacibus & quasi inconuincibilibus col. pen. versic. non obstat si dicatur. Nam respondetur, quòd Petr. de Ancha. in loco preallegato hoc non videtur dicere: & in contrariũ facit, quod in specie decidit Fulgo. consi. 105. Quædam domina Lucia col. 3. versic. & quod dicitur, quòd qui possedit ante contractum, intelligitur etiam continuasse possessionẽ tempore cõtractus, modo is, ex cuius persona possessio al-
11 legatur, nõ asserat se tunc non possedisse, esset † enim ridiculum & iniquum, vt ipse dicit, restringere probationem possessionis ad id momẽtum temporis, quo fit contractus alienationis & adducit ad hoc nota. per Cin. eleganter in Authen. sed quamuis vlt. q. C. de rei vxo. actio. & quod not. Bal. in. l. 2. versi. Sed pone dicet aliquis. C. de rescind. vendi. Præterea d. Ioan. Ricius, cui d. Emanuel vendidit prædia, est singularis successor d. Emanuelis, à quo causam habet,
12 † possessio auctoris præsumitur continuata in singularem successorem, vt Bart. scribit in l. Pomponius. §. fin. ff. de acqui. posse. Aret. in. §. diutina in fin. Instit. de vsuca.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum monialibus cum onere recipiendi puellas ad habitum nunquid valeat, & nume. 3. declara vt sub nume. 6. & fin.*

2 *Moniales non possunt recipere aliquam in sororem adhibito pretio ex pacto. nec quidẽ prętextu paupertatis, & quomodo quid accipere possint ibi vide & sub nu. 12.*

4 *Simoniaca conditio vbi vitiat legatum, tunc quid faciendũ de bonis simoniacè receptis ibi vide.*

5 *Simonia mentalis tollitur per sola pœnitentiam.*

6 *Simonia num committatur, quando quis inuitat monasterium spe lucri ad recipiendum aliquem in monachum.*

7 *Legatũ factum sub turpi conditione, nunquid ea reiecta tanquam purum sustineatur.*

8 *Simonia committitur quandocunq; interuenit pecunia vel præmium in matrimonio spirituali, secus in carnali vt sub nume. 6.*

9 *Cautela Bar. de qua ibi ab Areti. reprobatur.*

10 *Legatum à testatore factum pro ingressu ita non valet, sicut nec datio pecuniæ facta ab ingrediente.*

11 *Conditio apposita in legato monialibus facto si recipiant aliquam in monacham, tanquam turpis debet reijci puro legato remanente, cum nu. 13.*

12 *Cautela Bal. ad operandum quòd legatum factũ monialibus cum onere recipiendi aliquam in sororem sustineatur.*

14 *Legatum quando vitiatur à turpi conditione, ita quòd militare non potest ad vsum destinatũ, debet ad alium pium vsum per episcopum commutari.*

CONSILIVM. 618.



1 CHRISTI redemptoris nomine inuocato: Ex facto narratur, quòd † quidã nobilis nõnulla sua bona monasterio quarũdam monialium legauit vltimo suo testamento conditione apposita, quòd certis temporibus teneantur, & debeant quasdã puellas nubiles & virgines ad habitum religionis recipere. Vnde quæritur de validitate d. legati, & rectè conclusum arbitror per Reuerendum patrem Vincentium huiusmodi legatum non valere, quia

quia infectum est Simoniaca prauitate, quia spiritualia non possunt pretio comparari, vt est notissimum, & in terminis
2 est tex. in c. quoniam de Simo. vbi † moniales non possunt aliquam recipere in sororem etiã prætextu paupertatis pretio adhibito, dicit tamen ibi gl. ꝙ si ita sint pauperes, quòd non possent aliquo modo aliquam recipere, ꝙ possent recipi sub hac forma, non habemus quid demus tibi pro victu, nisi portas tecum, vnde viuas, dummodo hoc non dicatur in fraudem & sine aliquo pacto c. si quis propter hoc 1. q. 2. secundùm Ioannem, tamen secũdum gl. tutius est, vt nullo casu taliter aliquis vel aliqua recipiatur, & idẽ vult gl. in c. non satis eo. tit. Et hoc sequitur Abb. in d. c. quoniam, dicens ꝙ per viam pacti & conditionis hoc non est licitũ, sed per viam cuiusdam protestationis simplicis. Cautius tamen est, vt nullo modo id fiat, quia tot debent recipi, quot possint viuere de redditibus monasterij per tex. in ca. vnico §. sanè vt hoc salutare & ibi gl. in verbo penuria de stat. regu. in 6. dicit etiam Bald. in l. si quenquam. C. de episc. & cler. ꝙ licet monasteriũ pro ingredientibus supportet onera, nõ tamen pro ipso ingressu potest pacisci, & de ista quasi dote recipienda, quia esset simonia; sed si liberaliter offertur benè potest recipere amore Dei & idem sentit Bald. in Auth. res quæ col. 2. versic. quero quid si filia C. commu. de lega. dicens, ꝙ monasteriũ non recipit pro ingressu, sed pro alimentis, & suffragio vitæ. Non omitto etiam, quod illam opinionem Ioannis recipiendi moniales sub illa formã improbat Inno. ibi & gl. 1. in cap. 1. 1. q. 2. Casus autem noster est contra omnem aleam difficultatis. Quoniã ex pacto nõ est licita receptio c. veniens, & c. tua nos de Simo. vt patet ex decisionibus superius adductis, & dicit Anto. de Butr. in
3 d. c. quoniam, quòd si † cõditio præcedat dationem bonorum est simonia, sed hic apposita fuit legato cõditio de recipiendo, ex quo sequitur. d. legatũ continens turpem causam probrosam & legibus interdictã esse nullũ l. reprehendenda. C. de insti. & substitutionibus. l. vnica in fin. C. de his quæ pœn. nom. l. quidam. ff. de condit. instit. l. sed neq; ff. de vsu & habit. quæ iura adducit glo. in c. fin. in verbo impossibiles de condit. appo. Sed fieri potest dubium, quid sit fa-
4 ciendum † in præsenti casu de bonis simoniacè receptis, de quo ponit gl. fin. in verbo restituant in ca. de hoc de Simo. & ibi Anto. de Butr. & Abb. qui videntur cõcludere, quòd aut omnes de ecclesia deliquerunt in receptione, & tunc bona non applicantur ecclesiæ, ne illi, qui deliquerunt sentiant de dolo suo lucrum, quum etiam essent deijciendi, & tunc applicabuntur fisco, & fiscus erunt pauperes, cap. cum tu de vsur. cap. & si necesse de dona. int. vir. & vxo. nam turpia lucra sunt ab hæredibus auferenda l. in hæredem. ff. de calum. nec prodest ecclesię, ꝙ hi, qui receperũt sint defuncti, vt l. 1. in fi. ff. de eo per quem fac. erit. & l. quod diximus ff. quod met. cau. vel dicendum est, ꝙ si non eijciuntur debent applicari fisco Principis, secundum Hostien. qui distribuat in pias causas, turpia. n. lucra à fisco sunt extorquenda l. fiscus. ff. de iu. fisci. Aut omnes non deliquerunt, sed solus prælatus, vel alij quidam de ecclesia, nõ autem communiter omnes hoc fecerunt, & tunc applicabuntur ecclesiæ, in cuius iniuriam simonia fuit cõmissa, §. si verò laicus, & §. si autem secularis in Auth. de sanctis. Episco. c. audiuimus de simo. c. quia pleriq; de immuni. ecclesi. Aduersatur tamen,
5 quia in præsenti casu nõ narratur, quòd d. moniales † aliquã puellam receperint, & nõ potest esse, nisi simonia mentalis, quæ tollitur per solam pœnitentiã nullo restituto, quando nihil est datum c. fin. de Simo. Hic autem licet non receperint puellas ad habitum, tamen receperunt bona, quæ an teneantur restituere, dictum est superius. Sed vltra prædicta quæstionem hanc magis in terminis ponit Bar. in l. 2.
6 C. de insti. & substitutio. vbi vult quòd si † relinquo aliquid monasterio, si receperit filiam meam in monachã, talis conditio reijcitur, & legatum remanet purũ, quia inuitare monasterium ad recipiendum aliquem sub spe lucri est simonia c. non satis de simo. & cõditiones turpes debent reijci. l. reprehendenda supra co. & ibi in gl. & in hoc differt à matrimonio carnali, in quo admittitur vt spe lucri quis inuitetur. l. Titio. §. 1. ff. de condi. & demon. Contrarium tamen
7 tenet Bart. in d. l. Titio §. 1. quod monasteriũ † non debeat habere illud relictum tanquã nulliter factum, quia licet recipere in monachum sit honestum, tamen inuitari spe lucri est turpe & inhonestũ, & ideo sequitur, vt legatum sit nullum per tex. in l. illæ autem & ibi gl. ff. de hęred. insti. & ideo cautela est secundum eum, quod relinquatur pro alimentis, nam tunc dispositio valet, si facultates monasterij non sufficerent secundum gl. in dic. a. non satis, & cum hac opinione transeunt Imo. ibi & Ang. & Imo. in d. l. ille aũt & Ioan. de Ana. in d. c. nõ satis col. fin. & hanc opinio. dicit esse communem Alex. in d. l. 2. C. de insti. & substit. Ias. autẽ ibi improbat Alex. & dicit quòd imò communis opinio est cum Bar. in d. l. 2. videlicet quòd legatum remaneat purũ reiecta conditione, quam opin. tenet etiam Bar. in l. vxorem. §. hæres in fi. ff. de leg. 3. allegat Ias. etiam Bal. in l. 1. in prin. C. eo. & ibi Fulgo. & Pau. de Ca. & Bal. in l. vnica 8. col. vers. quinto quæritur. C. de his, quæ pœn. nom. & Cuma. & Pau. de Cast. in d. l. Titio centum. §. 1. qui tamen Docto. bene dicunt legatum valere, sed non dicunt ꝙ conditio reijciatur tanquam turpis, imò quod est implenda per monasterium tanquam honestũ & pium sit legatum, & relictũ pro eleemosyna, & anima testatoris, & sic videtur esse tres opiniones. Vna quod legatum sit purũ reiecta conditione: Altera quòd conditio non modo reijciatur, sed etiam quòd vitiet legatum, ita quòd monasterium legatum petere, nec habere posit: Tertia est, quòd legatũ valeat non modo quo ad sui substantiam, sed etiã quo ad conditionem, & sic implenda sit conditio, & monasteriũ potuerit grauari. His iam scriptis reperio quod Aret. in l. Titia col. 4. ff. de verb. obli. mentionem facit de hac triplici opinione, & sequitur ibi Barto.
8 qui concludit, quòd † nec per dationem arrarũ, nec per promissionem pœnæ potest aliquis cogi ad ingrediendum religionem, vel Abbas ad recipiendũ, nec etiam per promissionem præmij, quia qualitercunq; interueniat pecunia in matrimonio spirituali committitur simonia c. non satis. de simonia, & probatur melius in c. quoniam & c. dilectus eo. tit. & ibi in effectu Are. tenet ꝙ si fiat relictũ monasterio, si aliquam receperit in monacham, vitietur legatum, quia si monasteriũ subijt hoc onus recipiendi, ne amittat lucrum, sequitur ꝙ confert. spirituale pro temporali, ergo commit-
9 titur simonia, & ibi Aret. † improbat cautelam Bar. volentis quod quãdo monasterium est inops, tunc posit relinqui sub illa forma seu conditione, si receperit aliquã in monialem, quia hoc est cõtra tex. expressum in c. quoniã de simo. in verbo. prętextu paupertatis, improbat etiam opinionem Bal. qui in d. l. Titia & alibi voluit ꝙ relictum factum monasterio, si aliquem recipiat in monachũ, teneat tanquam factum pro alimentis, & pro eleemosyna & anima testatoris, quia secundùm ista dicta communiter nõ approbantur,
10 & quòd sunt contra mentem iurium, sicut enim † non valet datio pecuniæ facta ab ingrediente, vt recipiatur, ita nõ valet relictum factũ à testatore pro ingressu, nec potest assignari ratio diuersitatis, cur magis ille, qui dat pro ingressu, cõmittat simoniam. quàm ille, qui legat pro ingressu, & ibi Aret. respondet ad rationem Bal. cuius dicta non refero gratia breuitatis, quia ibi videri possunt. Pau. de Cast. etiam ibi videtur approbare decisionẽ Bart. in d. l. Titio §. 1. & sic quod legatum vitietur in totum. Reperio etiã quod Pet. de Anch. in c. nemo potest col. antep. 5. quæstione de reg. iu. in 6. mentionem facit de prædictis opinionibus, sed nihil firmat. Mihi in tanta varietate opinionũ videtur dicendũ, ꝙ
11 illa † conditio apposita in legato, si aliquã receperit in monialem, reijciatur tanquã turpis, & de iure impossibilis, & ita videtur esse magis de mente scribentium, si superius allegata cõsiderentur, vltra ꝙ benè facit, quod scribit Bal. in l. fin. circa fin. C. de sponsa. vbi vult sequendo Bart. quòd si promisit aliquis decem monialibus, si filiã eius monachauerint, promissio non valet, quia tale præmium in spiritualibus non est permissum, vt nota. in l. illæ autem in prin. ff. de hæred.

12 hæred.instit. quod dicit Bald. se † verum credere, si incipit à cōditione, secus si à supplicatione, vt supplico talibus monialibus, vt recipiant filiam meam, & pro alimentis eius volo, quòd habeant mille de bonis meis, nam si licet pro ingressu suo totum largiri, ergo est aliquid licitum cōferre de suo pro se vel filio, & idem dicit Imol. in d.l. Titio centum §.1. vbi inquit, ꝙ de consilio esset, vt cessaret vitiū Simoniæ, ꝙ testator in testamento rogaret moniales, vt talem in monachā acceptarent, & ꝙ ipse testator relinqueret aliquid ipsis monialibus simpliciter. Sed in proposito testator non supplicat monasterio seu monialibus, vt recipiāt ad habitum puellas, sed dixit ꝙ teneantur & debeant recipere, & sic imponit obligationem recipiendi. Item nō dicit pro alimentis, sed pro receptione ad habitum. Sola nunc rema

13 net difficultas † vtrum non solum d. conditio reijciatur, sed etiam vitiet legatum. Et dicendum est ꝙ legatum non vitietur, quia regulariter in vltimis voluntatibus cōditio turpis, quæ de iure reputatur impossibilis apposita institutioni vel legato habetur pro nō scripta, & institutio vel legatum vt purum seruatur. l. conditiones. ff. de condit. institu. l. obtinuit. ff. de condi. & demon. l. vnica. C. de his quę pœn. nom. l. reprehendenda. C. de instit. & substitu. vbi glo. allegat concordan. & est de hoc bona gl. in. §. fin. Instit. de lega. & plenior glo. in. §. impossibilis Instit. de hæred. insti. & hoc videtur esse speciale in vltimis voluntatibus, in quibus conseruandis magis fauetur, & plenior fit interpretatio. l. in testamentis. ff. de reg. iur. secundum Ang. in l. 1. ff. de condi. insti. vbi gl. Bart. & cęteri ponunt, & ibi latissimè Imo. & post eū Ang. Aret. in d. §. impossibilis Instit. de hære. instit. & dato quod diceremus hāc opinionem esse dubiā propter auctoritates cōtrarias; tamen in dubijs opinionibus amplectenda est illa, quæ magis fauet piæ causæ ca. fin. de re iudi. l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fun. Postremò videtur cadere

14 hic scrupulus, nam quando † dispositio est honesta, sed conditio est inhonesta, & de iure impossibilis, prout in casu nostro contingit, quia legare monasterio bona est honestum, sed conditio apposita, ita tamen quod suscipiātur puellæ ad habitum est inhonesta & turpis, tunc materia relicti, quum non possit consūmari ad vsum destinatum, debet ad alium pium vsum conuerti. l. legatum. ff. de vsufr. legat. l. legatum in prin. ff. de admin. rer. ad ciui. perti. & tradit Ang. in d. l. 1. in prin. & ibi Imo. ff. de condit. instit. & Are. in d. §. impossibilis Instit. de hęre. instit. Sed respondetur, ꝙ ex quo d. legatum factū fuit monasterio, qđ nō habet sufficientes facultates pro alimonia monialium, satis dicitur illud legatū militare ad pium vsum, & si opus esset formali commutatione, Episcopus id posset facere, cui ex causa id de iure permittitur. l. vlt. & ibi Bar. ff. de oper. publi. Bal. in l. vnica circa fi. C. de his, quę pœn. nom. Imo. in d. l. 1. col. 2. de condit. instit. & Are. in d. §. impossibilis Instit. de hære. Insti. Tenendo tamen opinionem Bart. in d. l. 2. C. de instit. & substit. ꝙ legatum sit purum reiecta turpi conditione, nō est necessaria alia commutatio, & ad tex. in d. l. legatum. ff. de vsufruc. lega. qui videtur obstare, respondeo, vt per Bart. in d. l. legatum. 1. oppo. & per eundem Bar. in l. 1. col. pen. vers. vos videtis quod cōditio. ff. de condi. insti. & tanto magis id procedit, quia legatum est apud monasterium legatarium, vnde cessat ratio, quam Iuriscon. adducit in d. l. legatum, quod nulla facta commutatione legatum cederet lucro hæredis contra mentem testatoris, Et ita in præmissis concludo.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio facta de filio spurio post mortem patris agnatis non præiudicat, quibus ius antea per aditionem hęreditatis vel bonorum hæreditariorū apprehensionem fuerat quæsitum.*

2 *Legitimatio licet retrò trahatur, sicut fictio post liminij, tamen sicut ista ius alteri quæsitū per vsucapionē, vel præscriptionē tollere nequit, ita nec illa ius alteri quęsitum.*

3 *Princeps num possit per legitimationē spurij adita tantùm hæreditate ab agnatis & possessione bonorum nondū apprehensa, eis præiudicare, & nu. 5. declara vt in nu. 14.*

4 *Dominium quando dicatur de iure ciuili quæsitū, & quando de iure gentium. & nu. 6.*

7 *Citatio, quæ sit de iure gentium, & quæ de iure ciuili.*

8 *Citationes inductæ de iure ciuili sicut lege vel statuto tolli possunt, ita dominium de iure ciuili introductum.*

9 *Princeps ea, quę sunt de iure gentiū, sine causa tollere nō pōt.*

10 *Princeps licet actiones de iure ciuili inductas tollat, tamen prohibere non potest, quin manu regia ius reddatur, & sub nu. fi.*

11 *Hæreditas adita adhuc dicitur esse hęreditas, sed apprehensa bonorum possessione desinit esse hæreditas, & propriū hæredis patrimonium efficitur.*

12 *Princeps sine causa non potest priuare quenquam proprio patrimonio, quòd quæsitum dicitur per bonorum hæreditariorum apprehensionem.*

13 *Rescriptū cōtinens, vt iustitia denegetur, & si habeat clausulā derogatoriā, nō tamē tenet tanquā cōtra ius naturale.*

15 *Filio spurio nec iure humano nec diuino patris debetur hæreditas, & statutum in contrarium non valet.*

16 *Legitimatio Principis superueniens non tollit hæreditatem defuncti, iam acceptatam, quæ iure naturæ consanguineis proximioribus ab intestato venientibus debetur.*

CONSILIVM. 619.



Dhæreo superius conclusis per præfatos pręstātissimos Dominos Consultores, videlicet, ꝙ † legitimatio facta
1 de filio spurio post mortem patris nō præiudicet agnatis, quibus antea per aditionem hæreditatis, vel per apprehensionem bonorū hæreditariorū ius fuerat quæsitum, nam ista quæstio deciditur ex dictis Bar. vt ipsi referunt in l. Gallus. §. & quid si tantū circa fin. ff. de lib. & posth. vbi vult quod legitimatus post mortem patris nō potest auferre bona nec hęreditatē illis, qui ab intestato successerūt, idem tenet Bal. Ang. & alij ibi. Ioan. Andr. in addi. Spec. in rub. de succes. ab intesta. vers. Per primā quæstionē, & Bald. in pluribus locis allegatis per Alex. in d. §. & quid si tantū. Potissimum fundamentū eorū est, quia etiā dato, ꝙ
2 † legitimatio trahatur retrò, tñ non potest tollere ius alteri quæsitū sicut fictio postliminij, quę trahitur retrò non tollit ius quæsitū alteri per vsucapionem vel præscriptionem, vt ibi in gl. habetur. Ego memini me hanc quæstionē tangere in repeti. l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. 2. euidentiali. C. de testa. vnde referā, quę ibi dixi, aliqua tñ addendo, quia faciūt ad cōfirmationē superiorū. Difficultatē namq; facit in pręsenti cōclusione, quod scribit Pau. de Cas. in l. 3. ff. de testa. & in l. cū hęredes in prin. ff. de acq. hære. vbi vult
3 † ꝙ etiam si esset hęreditas adita per agnatos tpe legitimationis, si tñ per eos nōdum erat apprehensa bonorum possessio hæreditariorū, poterit Princeps etiam sine causa per
4 legitimationē spurij eis præiudicare, motus † quia per aditionē hęreditatis factā animo sine apprehensione possessionis acquiritur dominiū ipso iure de iure ciuili, vt not. glo. in l. 1. ff. de acq. rer. domi. & probatur in d. l. cum hęredes, nam dominiū de iure gentiū non acquiritur, nisi per apprehensionem bonorū. §. per traditionē Insti. de rer. diuis. & l. traditionibus. C. de pac. & Princeps ius ciuile tollere potest cū sit supra ius omne scriptū, c. proposui de cōces. præben. l. digna vox C. de ll. cū vulga. Reperio etiam ꝙ Corn. in l. si nō speciali. C. de testa. tenet, ꝙ licet Princeps non possit tollere substantiā testamenti, quo ad effectus, qui resultant de iure gentium, vnde nō poterit facere, quin institutus accipiēdo bona hæreditaria, quæ fuerunt in dominio defuncti, ipsum dominiū quęrat, quia talis acquisitio est iurisgentium tñ poterit tollere, quo ad effectus ciuiles, videlicet vt sola aditione nō quęratur dominiū, item vt actiones saltē passiuæ nō transeāt ad hęredē, neq; repræsentare ille habeat defunctū,

quia ista sunt inducta iure ciuili, & hæc dicit à Doctoribus non tactata: Sed ante eũ hoc voluit Pau. de Cas. in locis pręallegatis & in consi.34. Super.1.dub. videtur dicendum, ꝙ legitimatio col.pen.lib.2. Et Bal. idem sentit in c.dño guerram col.pen.versi. Et nos dicimus in legitimato, hic fini. lex Conr. & consue. Verumtamen Pau. de Cast. reprobat Arc. in d.l.3.ff.de testa. & Alex. in d.l.cũ hæredes, motus vterq; eodem fundaměto, quia licet modi, quibus acquiritur dominium rerũ hæreditariũ, sint inducti à iure ciuili tamen ipsum dominium est de iure gentiũ, vt vult Bar. in.l.ex hoc iure col.2. reprobata glo.ibi.ff.de iusti.& iur. Ideo Princeps illud sine causa non tollit, & ita in terminis hoc voluit Bal. in pluribus locis, quos ipsi referunt & ipsemet Pau.de Cast. sibi contrarius in d.l.Gallus.§. Et quid si tantum. Mihi aliàs
5 videbatur, & † nunc etiam videtur, ꝙ prior opinio Paul. de Cas. possit procedere ante factum, idest ꝙ prohibere possit Princeps ante quàm quis adeat, ne ex aditione nullũ sibi queratur dominium, quia beneficium suũ re integra, & iure nondum alteri quæsito reuocare potest, quod contingit ante acceptationem, vt Abb. concludit, & ibi latius Are. in ca.nouit de iudici. nam ius adeundi nõ dicitur esse in bonis nostris.l.pretia rerum vbi tex. nota.ff.ad.l. Falcid. Secundò dico, ꝙ etiam secuta aditione opinio illa Pau.de Cast. est sustentabilis, quia si Princeps tollit aditionem, quę est iuris ciuilis.l.actus legitimi.ff.de reg.iur. ponit Bar. in rub.ff.de acquiren.hære.q.3. Bald.in.l.3.C.de priuil.fis. per consequens tollitur dominiũ, quoniã sublato fundamento tollitur quod superædificatur ca.Paulus, prima, q.1. nam tunc remaneret dominium sine causa, quod non licet etiam de iure gentiũ, vt probatur in.§. per traditionem in princ. iuncto fi. Instit.
6 de rer.diuis.&.§.venditæ eo.titu. Præterea † nescio videre, quare dominiũ, quod deducitur in esse per modos iuris ciuilis, nõ debeat dici de iure ciuili, tenendo cõtra Bar. in d.l. ex hoc iure, nam quod de meo nascitur meum est.l.solũ.§. meum.ff.de rei vendica. Item dominia sunt, fundata in ratione naturali.l.adeò.§.cum quis ibi naturalem rationẽ putant efficere.ff.de acq.rer. domi. quem tex. adducit ad hoc Inno.in ca.quæ in ecclesiarũ de constit. & propterea dominia sunt de iure gentium, quia fundata sunt in ratione naturali, sed vbi ius ciuile introduxit aliquod dominiũ cõtra naturalem rationẽ vt in casu isto, ꝙ per solam aditionẽ transferatur dominium, & ꝙ acquiratur ex præscriptione cõtra consensum domini, quomodo potest dici, ꝙ huiusmodi dominium solo iuris rigore inductũ, sit de iure gentium, quod repugnat naturali rationi, & regulis iurisgentium. Videmus
7 in simili, † ꝙ licet citatio inuenta sit primitus de iure gentium, non tamen omnis citatio est iurisgentium, sed citatio duntaxat prima, quæ defensionem respicit, aliæ citationes, & peremptorium sunt de iure ciuili introductæ, ita Bal. inquit in ca.cum sit Romana vers. Item nota de appel. Sic in proposito esto, ꝙ dominium inuentũ sit de iure gentiũ, nõ tamen sequitur ꝙ omnia dominia censeri debeãt illius iu-
8 ris, sed sunt etiam quædam † dominia à iure ciuili inducta, quæ eidem adscribi debent iuri, & per idẽ tolli; sicut, & citationes inductæ iure ciuili lege vel statuto tolli possunt, vt sentit Bal. in d.c.cum sit Romana, & in.l. cunctos populos in repetit.magna col.24.vers. Item pone quartã conclusionem negatiuã.C.de sum.trin.& fid.Catho. Hæc igitur sunt duo, quæ potest Princeps tollere aditionẽ fiendam & dominium ex ea quærendum. Item aditionem iam factã, & dominium ex ea quæsitum. Rursus duo alia quædam nõ po-
9 test, prima quia nõ potest facere, † ꝙ is, cui delata est hęreditas ex testamento, vel ab intestato, non possit apprehendere, & nancisci possessionem hęreditariarũ rerum vacantium, per mortẽ defuncti, & eo mortuo sibi acquirere dominium, ꝙ si alius præoccupasset, debet detrudi ad effectũ, vt deinceps hæres vacuã adipiscatur possessionem, quæ sic erat de iure gentium, ꝙ Princeps sine causa tollere nõ potest quia istud esset extinguere iustitiã naturalem, pro quo facit quod scribit Inno. in d.c. quæ in ecclesiarũ, quem se-
10 quitur Soc. in rubr.ff. de exceptio.in fi. vbi inquit, ꝙ † licet Princeps tollat actiones inductas de iure ciuili, tamẽ nõ potest facere, quin manu regia ius reddatur, quod etiã voluit Guid.de Suza. relatus per Cin.in.l.rescripta q.4.C.de preci. Impe.offer. Secundò multò minus potest Princeps apprehensa iam possessione per hæredem dominiũ iam quæsitũ instrumento iurisgentium tollere, secundũ Pau. de Cast. & omnes pro quibus facit elegans ratio hactenus ab alio non
11 adducta, † nam quãdo est adita solo animo hęreditas nondum apprehensa bonorũ possessione, dicitur tunc etiã hæreditas, sed apprehensa bonorũ possessione desinit esse hęreditas, & incipit effici proprium patrimonium hęredis, vt vult Bar.in.l.2.ff.de fideicom.hæred.petit.& Are. in rub.ff.
12 de acq.hæred. Vnde apprehensa † possessione bonorũ hæreditariorũ non diceretur Princeps priuare hæreditate, sed spoliare proprio patrimonio, quod non licet sine causa, vt per Bar.in l.fi.C.si cont.ius vel vtili.pub. quia secundùm eũ Princeps habet iurisdictionem à Deo, vt in Auth. quom. opor. Episco. in prin. Sed Deus nõ dedit ei iurisdictionem peccãdi, & alienũ indebitè auferẽdi, & dicit Ang. cõs.139. Visis omnibus col.2. quod auferre mihi meũ pro nulla cau-
13 sa, est mihi iustitiam denegare: lex † aũt, & rescriptũ continens, vt mihi iustitia denegetur, & si habeat clausulã derogatoriam, non tenet tanquam contra ius naturale, adducit Inno.in d.cap.quæ in ecclesiarum, vbi Bald.col.3.vers. Sed nunquid post, vbi inquit ꝙ iustitiam naturalem, quæ de veritate facti egreditur, homo cõstitutione sua conuellere nõ potest.l.1.§.si vir vxori.ff.de acqui.posse.l.sciendũ cum seq. ff.ex quib.cau.maio.l.tutelas.ff.de cap. dimi.l.filio.ff. de lib.
14 & posth.l.in bello.§.facta.ff.de capti. Quamcunq; † autem conclusionẽ teneamus, obtinere debẽt agnati: nam si Princeps nõ potest tollere aditionem hæreditatis iam factam, quia dominium quæsitũ etiam per modos iuris ciuilis sine causa auferre nequit secundùm magis approbatam opinionem, res est clara & expedita pro dictis agnatis, qui hęreditatem testatoris ante omnem legitimationẽ adiuerunt. Sin autem teneamus opinionem Pau.de Cas.& Corn. superius relatam, quod Princeps possit tollere aditionem iam factã, quo ad dominium ex ea quæsitum, adhuc agnati consequi
15 debent intentum suum, quia † filio spurio non debetur hæreditas patris non solum humano iure, sed nec etiã diuino; non enim erit filius ancillæ hæres cum filio liberæ c.dicat aliquis 32.q.4. Et in tantum hoc procedit vt non valeat statutum deferens hæreditatem patris filio spurio, vt per plures rationes firmat Hosti. in summa in titu. qui fil.sint legi. vers.ꝙ si Imperator, Federi.de Sen.cõs.275. Statuto caueatur, quod filij spurij, & Bar.in l.3.ff.de testa. vbi Are. testatur hanc esse cõmunem opinionem, & tenent etiã Bal. Ang.& Sali.in l.1.C.de iu.aureo.annu.& Bal.cons.267. Ad euidentiam præmitto quod concubinatus col.fi.lib.1. Pau.de Cas. consi.468. Viso d.puncto occurrunt dubia lib.2. Petrus de Anch.in c.possessor malefidei col.fi.de regu. iur.in 6. Alex. cons.129. Videretur 1.cõsideratione col.4. li.6. vbi allegat concordãtes & dicit ista magis cõmuniter doctores tene-
16 re. De iure † aũt naturæ benè debetur hæreditas defuncti consanguineis proximioribus ab intestato venientibus, & dicit Imper.in.l.fi.C.quo.bono. quod ius naturale per legitimationem Principis superuenientẽ post acceptationẽ tolli non potuit, quia nõ potest facere Princeps, quin saltem manu regia ius illis ministretur, vt superius est ostẽsum, & prędicta tãto fortius procedũt in ea parte bonorum hæreditariorũ, quorũ possessionẽ iam prædicti agnati apprehenderunt, quia dominiũ instrumento iurisgentium iam acquisierunt: & Princeps nõ tam hæreditate diceretur eos priuare, ꝗ proprio patrimonio propter vnionẽ iam factã, vt superius fuit ostensum. Et ita in præmissis cõcludendũ videtur.

S V M M A R I V M.

1 *Iudæus nunquid possit cedere bonis, vt euitet carceres, dic vt nu. 12. & per totum.*

2 *Cessio bonorum num æquitate & rigore innitatur, an alterutro tantum, & nu. 23.*

3 Iudæis

3 *Iudæis vtrum debeat seruari æquitas & nu. 6. & 17. & moram purgare possit in nu. 19.*
4 *Iudæis non debet deferri iuramentum in defectum probationis, & nu. 20.*
5 *Iudæi nunquid personæ odiosæ dicantur, & in generali dispositione fauorabili comprehendantur, & quando. & in nu. 8. & 21.*
7 *Iudæus præscribit rem Christiani licet præscriptio sit inducta de rigore contra æquitatem.*
9 *Iudæus quod comprehendatur sub statuto loquente de fideli, & deuoto sanctę Romanæ ecclesiæ quomodo intelligatur.*
10 *Pater Christianus sicut admittitur in causa capitali ad filij defensionem, ita & Iudæus pater admitti debet.*
11 *Iudæi iure communi vti possunt contra Christianum.*
13 *Iudæi testimonium contra Christianum nihil operatur.*
14 *Restitutio minoribus concessa circa lapsum temporis probatorij ad Iudæos minores extenditur, licet detur ex ęquitate.*
15 *Iudæum esse caret delicto: quod fallit vt ibi.*
16 *Concubinatus non dicitur delictum de iure ciuili, secus de canonico.*
18 *Iudæus dicitur esse de eodem populo & ciuitate, non tamē de corpore spirituali.*
22 *Iudæos Princeps sine causa de terris suis nedum expellere nequit, sed etiam necessitate exigente eis subuenire debet.*

CONSILIM. 620.

1


IRCA id, quod quæritur, vtrum † Iudæus admitti debeat ad cessionē bonorum, vt euitet carceres, videtur prima consideratione dicendum, ꝙ non debeat, quia cessio bonorum dicitur esse quoddam beneficium, quo carcer euitatur, & ita illum appellant Docto.
2 ex quo † videtur inuentum ex quadam æquitate: nam regulariter secundùm iura communia, qui non soluit pecuniam debitam, debet detrudi in carcere & ibi detineri, quousque satisfaciat. l. nemo carcerem, C. de exacto. tribu. lib. 10. l. fi. ff. de in ius voca. glo. in l. 3. §. tutores in verbo vinculis. ff. de
3 suspec. tuto. Bar. in l. cum ex eo. ff. ad l. Iul. pecu. & † Iudæis iuris rigor nō æquitas seruari debet, vt gl. dicit in c. 2. de Iudę. hinc videmus secūdùm quosdā, ꝙ Iudęus non auditur in purgatione moræ, quia conceditur ex ęquitate. l. si seruū.
4 §. sequitur. ff. de verbo. oblig. Item † non debet deferri sibi iuramentum in defectum probationis, quia tale iuramentum defertur potius de æquitate, quàm de rigore, vt Bald. inquit in rub. de contro. in ves. Quod comprobatur, quia
5 videtur, ꝙ iura † generaliter loquentia non comprehendūt Iudæos saltem in beneficijs, quia personæ sunt odiosæ, & tanquam fidei nostræ insultantes repellūtur à dignitatibus, & honoribus. l. fi. C. de Iudæ. & peiores sunt alijs infidelibus c. nonne. 1. q. 1. & ibi glo. in verbo peiores assignans de hoc multiplices rationes, sermo autem generalis odiosos non comprehendit l. Lucius. §. Lucius Titius ff. de leg. 2. & in terminis quod Iudæi non comprehendantur in dispositione legum fauorabili tradit Sali. in l. 1. col. 2. C. de Episco. audi. quia leges suos fauores non extendunt ad eos, qui sunt eis rebelles. l. generaliter. C. de episco. & cler. l. 1. cum Auth. seq. C. de hæreti. & Mani. l. milites. C. de quæst. l. 2. C. de tabell. lib. 10. l. sed & reprobari. ff. de excusa. tuto. Item Iudæi sunt ex alio grege, & alterius sectę, & de his, quæ foris sunt nihil ad nos c. gaudemus. de diuor. c. multi. 2. q. 1. c. qui since
6 re 16. distinc. His tamen † non obstantibus contrarium puto verius, quia glo. in d. c. 2. de Iudæ. non videtur vera, attento quòd æquitas scripta habetur pro iure communi, & Iudæi iure communi vtuntur, quinimo Iudæus vtitur rigore
7 iuris contra Christianum, patet † quia præscribit rem Christiani, vt no. glo. & ibi Archi in c. porrò. 16. q. 3. & glo. in l. si fur. §. 1. in verbo vsucapere, & ibi Imo. ff. de vsuca. & tradit Roma. singu. 803. An Iudæus possit, vbi etiam in argu. adducit tex. in c. dispar. 23. q. vlt. Et tamen præscriptio inducta est de rigore contra æquitatem glo. in c. ius generale. 1. distinct. & est iniquissimum præsidium, ita appellat Impera. in §. 1. in Auth. vt eccle. Roma. Si ergo contra æquitatem, quæ est pro Christiano, potest Iudæus vti rigore, fortius debet posse vti æquitate contra rigorem. Præterea etiā
8 † in fauorabilibus sub generali sermone comprehenduntur Iudæi, vt per Bal. in l. Spadonem. §. iam autem. ff. de excus. tut. vbi per illum tex. vult ꝙ immunitate concessa hominibus alicuius loci includantur Iudæi, similiter dixit Ange. in l. vtimur ff. de sepul. vio. ꝙ securitas cōcessa alicui pro se, & socijs includit Hebręum socium, & sequitur And. Sicu. in c. sedes & ibi Fel. col. 7. de rescrip. & est etiam de mente Abb. in c. post miserabilem. 2. no. de vsur. quod Bart. indecisum reliquit in l. 1. ff. ad l. Iul. maiesta. Videmus etiam ꝙ patria potestas concessa a iure in filios de iustis nuptijs procreatos cuilibet ciui Romano, propter quam maximū honorem, & cōmodum vnà cum patris nomine assequitur, vt patet. C. de pat. potest. per totum, & in l. 2. C. de patr. qui fil. distra. & §. 1. Instit. per quas perso. nob. acq. hæc etiā trahitur ad Iudæum patrem vt filios habeat sub sua potestate, secundùm glo. in c. Iudæorum. 28. q. 1. & tradit Bald. in l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & probatur in ca. 2. & ibi Abb. post alios de conuer. infide. Accedit quod eleganter scribit Petr. de Anch. consi. 261. De titulis
9 criminum col. 2. versi. Quartò si dicamus, vbi † vult, quòd statutum loquens de fideli, & deuoto sanctæ Romanæ ecclesiæ comprehendat etiam sub illis verbis Iudæos, quia possunt dici fideles, & deuoti sanctæ Romanæ ecclesiæ, si nobiscum pacificè cōuersantur & viuunt, & hinc est quòd ecclesia eos in suis ritibus & ceremonijs tolerat, l. die sabbati. C. de Iudæ. & quod no. Inno. in c. quod super his de vot. potest ergo Iudæus esse fidelis sanctæ matris ecclesiæ, quia sub eius protectione se subijciens misericorditer ab ea sustinetur, & contumelias ei fieri inhibet, & tuetur cap. si quis Iudei. de Iudæ. vnde statutum, quod loquitur de deuoto, & fideli sanctæ Romanæ ecclesiæ, intelligendum est de ecclesia militante, quæ suscipit infideles, non autem de ecclesia triumphante, de qua verisimiliter statutum non sentit. Accedat etiam quod scribit Cepo. consi. 75. Pater potest
10 admitti, vbi consuluit, quod † leges, quę volunt patrem admitti in causa capitali ad filij defensionem, vt habetur per Docto. in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procur. & in l. pen. §. ad crimen. ff. de public. iudic. procedunt etiam in patre Iudæo, vt possit comparere pro filio aduersus Christianum, ex quo Iudei vtuntur iure communi Romano, item quia rationes, quæ allegantur pro parte Christiani, vt possit pro filio suo comparere in causa capitali, locum habent etiā in patre Iudæo, vnde quum sit eadem ratio, sequitur, quòd debeat esse idem ius. l. illud. ff. ad l. Aquil. Item quia in his, in quibus lex ciuilis non derogat legi Mosaicæ, tunc, si est quęstio inter Iudæum, & Christianum, seruatur lex communis, vt tenet Calder. consi. 3. sub titu. de testamen. Item hoc
11 comprobat alia ratione, quia si esset hoc verum † quod Iudæi non possent vti iure communi, sequeretur ꝙ in foro ciuili litigantes Christiani vterentur iure communi Romano contra Iudæos, & Iudęi non possent vti contra Christianos, quod non est dicendum, quia esset contra d. l. Iudæi. C. de Iudæ. quæ loquitur indistinctè, ꝙ Iudei in iudicijs vtuntur iure communi Romano. Itē quia non seruaretur æqualitas in iudicio, & claudicarēt iudicia contra l. fi. C. de fruct. & lit. expen. & l. si de meis in prin. cum gl. ff. de arbi. & prædictis & alijs, quæ ibi adducit, concludit Iudæos vti in casu
12 suo iure communi contra Christianum, quæ † rationes adductæ per eum militant etiam in casu nostro, & maximè illa, ꝙ ea ratio, quæ militat in Christiano, vt admittatur ad cedendum

cedendum bonis, eadem militat in Iudæo, & quia etiam in iudicijs seruanda est æqualitas, & respondet Cepo. ad text.
13 in c. Iudæi de testib. vbi † testimonium Iudæi non admitti tur contra Christianos, quod ibi est speciale in testimonio ratione, de qua ibi per eũ, ad idem facit quod scribit Corn.
14 consi. 260. Visa inquisitione formata, in fi. lib. 3. vbi † dicit restitutionem concessam minoribus datã aduersus lapsum termini probatorij, etiam Iudæis competere, & tamen restitutio in integrũ datur minoribus ex æquitate l. 1. in prin.
15 ff. de minor. Et pro prædictis facit efficax ratio, quia † esse Iudæum non est delictum, ex quo tolerantur in eorum ritibus c. si Iudæos in prin. de Iudæ. l. nullus. C. eo. tit. & ita dicit glo. in l. multum. ff. de verbo. oblig. & ibi Doct. & Bart. in l. apud Iulia. §. fin. ff. de lega. 1. dicitur tamen delictum in quantum errant à vera fide, & pietate, & sic quo ad forum animæ, & tribunal æterni iudicis, non autem quo ad forum
16 temporale. Simile est in † concubinatu, vt non dicatur delictum, ex quo a lege toleratur l. in concubinatu. ff. de concubi. licet in foro animæ imò etiam quo ad Canones pro delicto habeatur c. nemo 32. q. 4. c. auditę. 24. distinc. Ex prę-
17 dictis † patet responsio ad allegata in contrarium: nam glo. in d. c. 2. de Iudæ. quę. dicit, ꝙ Iudęis seruanda non est æquitas, sed rigor, non videtur esse vera, vt ex superioribus ostẽditur, pro quo etiam facit, quod scribit Io. de Ana. in c. Iu-
18 dæi siue Saraceni de Iudæ. vbi inquit quod † Iudæi dicuntur esse de eodẽ populo, & de corpore ipsius ciuitatis, quãuis non dicantur esse de corpore spirituali. l. Christianis. C. de paga. sacrifi. & temp. sunt enim de massa. & ciuitatem faciunt magis populosam, vt est tex. in Auth. de quæsto. post princ. ibi ciuitas nostra populosa est turbis diuersorum hominum per quem tex. dixit Bald. in ca. 1. de for. fidel. ꝙ nomine popularium continentur aduenæ habentes incolatũ, quem tex. etiam ad hoc allegat Bal. in rub. circa. fi. C. qui ac cu. non pos. & in l. 3. §. 1. vbi in specie loquitur de Iudęis. ff. de nego. gest. & in c. Rodulphus col. 1. de rescrip. Si ergo Iudæi sunt populi pars, debet eis seruari æquitas scripta, sicut reliquis popularibus, & hac ratione vtuntur iure Romano,
19 quia sunt de populo Romano. Non obstat, † ꝙ Iudæus nõ possit purgare moram, ex quo vt dicitur purgatio morę est ex æquitate, nam contrarium est verius, vt patet ex præmissis, & ita tenent Fran. Rip. & Io. Cro. in l. si insulam. ff. de verbo. obliga. contra Ias. ibi & hanc opinio. sequuntur alij
20 iuniores posterius repetentes. Non obstat † ꝙ non possit Iudęo deferri iuramentum suppletiuum, quia fateor hoc, sed non ex eo, quod innitatur æquitati, sed alia ratione posita per Bal. qui ita decidit in l. qui accusare. C. de eden. Nõ ob-
21 stat ꝙ † Iudæi sint odiosi, & in beneficijs generaliter concessis non veniunt personæ odiosæ, quia negatur, ꝙ respectu fori temporalis Iudæi sint personæ odiosæ: nam in eorum ritibus & ceremonijs tolerantur, & Iudæum esse caret delicto in tantùm, ꝙ dicit Oldra. consi. 264. Illa videtur
22 probabilior, Princeps † non potest absq; legitima causa Iudæos nobiscũ pacifice degẽtes de suis terris expellere, imò tenetur diligere eos, in quantũ humanæ naturæ sunt participes, vt habetur in c. charitas de pœnit. distinc. 2. & ex ista charitate tenetur tẽpore necessitatis eis subuenire & eleemosynas facere c. quiescamus 40. distin. ca. si cupis. 17. q. 1. & quia scriptum est. Cœlum cœli domino, terram autem dedit filijs hominum & idem scribit Oldr. cons. 87. Queritur an Princeps Ioan. And. in addi. Specu. in rub. de Iudæ. Aret. in l. multum. ff. de verbo. obliga. Non obstat ꝙ de his, quæ foris sunt, nihil ad nos pertinet iudicare, quia hoc intelligitur, quo ad spiritualia, & in concernentibus salutem animæ, de eis enim non curat ecclesia, secus autem quo ad alios actus humanos, quia de eis iudicat, cum vtantur iure communi, & ita declarat glo. in c. sæpè 28. q. 1. Abb. in d. c. gaudemus de diuor. & hoc patet etiam ex eo, ꝙ statutum fuit, ꝙ non offendantur, nec personaliter nec in bonis c. sicut. §. fi. de Iudæ. & in l. Christianis. C. de paga. & sacrifi. eo. Oldra. consi. 72. An contra Saracenos, Abb. in c. 1. de conuers. infid. & vbi Iudæi & infideles delinquunt legibus ciuilibus & Canonicis puniuntur c. in Archiepiscopatu de rapto. c. post miserabilem de vsur. l. 2. & l. ne quis. C. de Iudæ.
23 Postremò † non admiserim, quod cessio bonorum innitatur magis æquitati, quam rigori, quia etiam rigor videtur postulare, vt admitti debeat in eo, qui non potest satisfacere, quia carcer, qui est inuentus ad custodiam, tunc esset ad pœnam, quod iniquum videtur. Item quia est contra humanitatem, & est quædam species seruitutis, vt quis perpetuò retineatur in carcere. Item quia liberi hominis caro, & corium per indirectum videntur deduci in commercium ad petitionem creditoris, quod nõ licet l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obli. hæc & huiusmodi rationes adducuntur per Cin. Bal. & Sali. post Iac. Butri. in l. 1. C. qui bon. ced. pos. dum tangunt articulum, an per pactũ cessioni bonorum renunciari possit, de quo etiam tangitur per Alex. in l. alia §. eleganter ff. solu. mat.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi ita possunt testari, sicut Christiani, quamuis mensam exerceant vsurariam.*

2 *Iudæi testamentum valet, licet duo vel tres tantùm testes fuerint adhibiti, & in eo seruandum est ius gentium, vt nu. 5. & per totum.*

3 *Lex mosaica, vbi iuri communi contrariatur, & inter Iudæos tantùm res agitur, obseruanda, & sub nu. 9.*

4 *Iudæi testamentum ab Hebræis scriptum secundùm eorum consuetudinem valet.*

6 *Testamentum conditum extra territorium Romani imperij potest fieri coram duobus testibus secundùm naturalem iuris gentium dispositionem.*

7 *Causæ spirituales & ecclesiasticæ, vbi coram iudice seculari tractantur, debent decidi secundùm eorum leges & consuetudines.*

8 *Iudæis sicut permittitur vti suis ritibus & ceremonijs, ita & multò magis vti eorũ mosaica lege antiquissima permittendum.*

9 *Iudæi quòd viuere debeant iure communi, procedit vbi res mixtim agitur inter eos & Christianos, secus si inter iudæos solos agatur.*

10 *Iudæi cum de corpore Christiani populi sint, licet non de corpore spirituali, non tenentur seruare ius loci in quo contrahunt, vel testantur.*

11 *Iudæi licet inter Christianos honoribus & magistratibus fungi non possint, tamen inter eos possunt.*

CONSILIVM. 621.



1 LARVM est, quòd † Iudęi ita possunt testari, sicut Christiani, ita Bal. inquit in l. fideicommissa in prin. ponderando illum tex. ibi vel alterius cuiuscunque gentis ff. de lega. 3. quod procedit etiam, si mensam exerceant vsurariã, quia dispositio prohibitiua ca. quamquam de vsur. in 6. in eis locum non vendicat, vt tenet Arc. consi. 158. Copiosè & subtiliter 2. & 3. dubio & Soci. cons. 70. In præsenti consultatione lib. 1. cum subscriptionibus Io. Bap. de S. Seue. & Alex. ibi positis. Sed exoritur difficul-
2 tas, vtrum testamentum † ab Hebræo conditum valeat adhibito numero duorum vel trium testium, & sic minori numero, quàm ius commune requirat, & ad hoc respondeo il-
3 lud valere, moueor, quia † vbi agitur inter Iudęos sine Christiano tunc obseruatur lex Mosaica tanquam lex ipsorum Iudæorum propria, quæ propter hoc derogat iuri communi, vbi contraria disponit, ita Calde. consi. 30. An si Iudæus. de testa. vbi consuluit, ꝙ filiæ fœminæ Iudæorum non admittantur ad successionem paternam extantibus masculis, sicut

sicut lege Mosaica dispositum erat, & sequitur Floria. in l.
maximum vitium C.de libe.praete.dicens se ita consuluisse
cum Pet.de Anch.Rapha.Fulg.& Calder. in causa triginta
millium ducatorum.Idem concludit Calder.consi.10. Le-
4 ge Mosaica de constitu.& consi.2.de consue.dicens † vale-
re testamentum Iudæi ab Hæbraicis personis scriptum se-
cundùm eorum consuetudinem sequitur And.Sicu. consi.
76.Illud in medium col.pen.lib.3. Idem consuluit Sali. per
varias rationes consi. quod incipit Matthasias Hebræus,
cuius verba formaliter refert Corn. consi. 65. Licet in hac
consultatione lib.2.& Petr.de Anch.pariter consuluit cons.
quod incipit.Decessit Iudæa ab intestato, cui se subscripsit
Io.de Imo.& idem Corn.refert in consi.180. In hac con-
sultatione col.fi.lib.2. & ita videtur tenedum, quicquid di-
cat Io.de Ana.in ca. Iudæi il secundo.de Iudæi.Sed secun-
dùm legem Mosaicam in ore duorum vel trium stat om-
ne verbum c.1.2.q.5.quæ verba intelliguntur etiam in di-
spositione testamentorum, vt habetur in ca.cum esse, & in
c.relatum de testam.nec mirum propter illam vniuersalem
dictionem omne, quæ nihil excludit l.Iulianus ff.de leg.ter
5 tio:ergo† secundum illam legem Mosaicam testamentum
tenebit Iudæi coram duobus aut tribus testibus, & ita ꝙ
in testamento Hebręi seruetur ius gentium decidit expres-
sè Alexan.consi.6.Super præmissa dubitatione col.2.lib.6.
quod cõfirmantur ex eo, quod Bal.tradit in l. ius autem ci-
uile ff.de iusti.& iur.& in l.2.C.quemadmo. test. aper. cum
6 alijs ibi adductis per Alex.vbi voluit, quòd † testamentum
conditum in terris extra Romanum imperium positis po-
test fieri cum duobus testibus secundùm naturalem iuris
gentium dispositionem, quæ etiam iure diuino, & canoni-
7 co comprobatur. Accedat præmisis, quia si, vbi † causę spi
rituales, & ecclesiasticæ tractantur coram iudice seculari,
debent secundùm leges & consuetudines eorum decidi, vt
no.gl.in c.clerici de iudi.Sic causę Iudaicę, etiam quòd tra-
ctentur coram iudicibus Christianis, debét secundùm le-
ges eorum & consuetudines terminari, hoc arg. vtitur Bal.
consi.328.Inquisitio ista lib. 5. vbi vult in matrimonijs ri-
tus eorum spectari, & non nostros. Suadetur hoc idem ef-
8 ficaciter, quia † si toleramus Iudæos in eorum ritibus & ce
remonijs superstitiosis in quantum pertinet ad illorum fi-
dem c.qui sincere 45.distin.c.consuluit, & c. sicut Iudæi de
Iudę.l.Iudæos l.die sabbati C.eo.tit.quantò magis permit-
tendum est illis viuere secundùm antiquissimam ipsorum
legem Mosaicam in humanis actibus celebrandis, in qui-
bus nullum perniciosum metuitur exemplum, nec diuina
læditur maiestas. Quòd si vera sunt præmissa, non rectè vi
detur consuluisse Ang.consi.94. Cum lis & quæstio col. 4.
vbi deducit nullitatem testamenti Hebræi relinquentis le-
gatum filio absque titulo institutionis iux.§. aliud quoq; ca
pitulum in Auth. vt cum de appell. cogno. quia præsuppo-
nit ipse testari eos debere secundùm ius ciuile, quoniam iu
re gentium non erat necessarius titulus institutionis, neque
vt opinior lex Mosaica, istud autem aduersatur præmisis.
Stantibus etiam præmisis non existimo rectè locutum
Pau.de Cast.consi.378.Ad primum videtur dicendum di-
spositionem Hebraicam secundo lib.vbi circa princi. illius
consi.præsupponit testamentum Hebręi non valere, si non
habet solennitatem & numerum testium requisitum de iu
9 re ciuili, motus illa generali regula, quòd † Iudęi viuere de-
bent communi iure Romanorum l.Iudæi C. de Iudę. Ad
quod ex superioribus patet responsum, quia hoc non pro-
cedit inter Iudæos solos, vbi lex Mosaica statuit contrariũ:
nam sicut inter Christianos primò seruantur eorum statu-
ta, deinde lex communis, ita inter Iudęos primò seruari de
bet lex Mosaica, deinde ea deficiente recurrendum est ad
ius commune. Et si obijciatur defendendo Pau.de Cast.ꝙ
in respicientibus ordinationem & solennitatem actus ser-
uanda est lex loci, in quo actus fit l.si fundus ff.de euic. l. 2.
C.quemad.testa.aperi.hinc illud est in prouerbio, lex etiam
ipsa regio, & per consequens Iudęi exiltentes in terra Chri
stianorum adhibere debent in testando numerum testiũ
requisitum de iure communi, si ibi ius commune seruatur.
10 Respondeo ꝙ † argumentum procederet, si Iudęi essent
forenses, quo ad populum Christianum, quia ex quo nullũ
aliud ius haberent, tenerentur seruare ius loci, in quo con-
trahunt seu testantur, sed ipsi sunt de corpore Christiani po
puli, licet non de corpore spirituali, vt Io.de Ana. in c.Iudęi
il secundo de Iudę.per tex.in Auth.de quęsto.post prin. ibi
ciuitas nostra populosa est turbis diuersorum hominũ, vn-
de seruandũ est sibi ius eorum speciale postposito cõmuni
l.omnes populi ff.de iusti.& iu.§.1.Insti.de iu.nat.gen. & ci
ui.Similiter dicendũ est non rectè locutum Imo.cons.1.In
casu pręmisso in fi. vbi voluit, ꝙ in successionibus ab inte-
stato Iudæorũ seruetur ius commune nõ lex Mosaica, mo
tus per tex.in d.l.Iudęi, ad quem supra fuit respõsum. Item
quia pręcepta iudicialia veteris legis nõ ligant in noua post
aduentum Christi, nisi quatenus expresse fuerint approba-
ta, per tex.in c.translato de consti.& per gl.in c.his ita 6.di-
stin. Sed respõdetur pręmissa procedere inter Christianos
solos, vel mixtim inter Christianos & Iudæos, sed inter ip-
sos Iudęos, quum permittamus, vt seruẽt ceremonialia ve-
teris legis, nõ video cur iudicialia eis debeãt interdici, quæ
11 responsio confirmatur, quia † licèt Iudæi habere nequeant
honores & magistratus & administratiões publicas l.fi. C.
de Iudæ.istud est inter nos, sed inter eos bene possent habe
re, vt Bar.inquit in l.generaliter §.fi.ff.de decur.& idem te-
net Io.de Ana.in c.cũ sit col.1.de Iudę.per text.in l. si qua,
per arg.a contrario sensu C. de Iudæ. referens etiã ita fuisse
consultum per Floria.de S.Petr.& ex prædictis ad quæsitũ
responsum sufficienter fuisse arbitror.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum patris inter liberos cum duobus testibus, & omni alia deficiente iuris solennitate valet.*
2 *Testamentum imperfectum inter liberos valet etiam data inæqualitate institutionis iuncto nu.4.8.11. et per totũ. Secus ratione præteritionis. & nu. 12.*
3 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio aduersus priuilegiatũ.*
6 *Testamentum maternum imperfectum inter liberos ita valet sicut paternum.*
6 *Testamẽtum patris imperfectum inter liberos quòd valeat fuit inductum fauore parentum principaliter & non filiorum. & nu. 10.*
7 *Compromittere lites quòd affines debeant ex dispositione statuti, qua ratione fuerit inductum.*
9 *Pater potest honorare magis filium gratum, quàm minus gratum.*
13 *Aequalitas inter liberos nunquid potius seruari, debeat, quàm voluntas patris eos inæqualiter instituentis.*
14 *Testamentum imperfectum venientibus ab intestato institutis, sustinetur etiam quod inæqualiter instituantur.*
15 *Testamentum patris imperfectum seruari debet vno tantùm filio instituto reliquis ex legitima causa præteritis vel exhęredatis.*
16 *Dispositio §. ex imperfecto l.hac consultissima C. de testamentis, quid differat à §. si quis autem eadem l.*

CONSILIVM. 622.



1 NON ambigitur, ꝙ † testamentum pa-
tris inter liberos cum duobus testibus,
& omni alia deficiente iuris solennita-
te valet l. hac consultissima §. ex im-
perfecto C.de testam.& in Auth.de te
sta.imperf. in princ. Sed difficultas re-
2 manet nunquid † valeat huiusmodi te-
stamentum conditum a patre instituente filios inęqualiter,
& prima consideratione videbatur dicendum quòd non,
prout

prout tenuit Roma.consi.179.Amplisimè doctor col. pe. & consi.185.In casu præmisso,quo quæritur, allegat. Spec. in titu.de instru.edit.§.compendiosè versi. quid si pater habens tres filios,& hanc opinionem sequitur latè Dec. cons. 105.Et pro tenui circa fin. dicens, ꝙ opinio Roma.videtur multùm æqua & naturalis, vt seruetur ea, quæ esse debet æqualitas inter liberos l.vt liberis C.de colla.l.fi. C. cōmu. vtri. iudi. & cui standum est causa euitandi discordias inter fratres,vt no.glo.in l.cum pater §.euictis ff.de leg.2. & benefacit in simili secundùm eum, quia, ꝙ dicitur, testamentum cum minori testium numero institutis veniētibus ab intestato,vt d.l.hac consultissima §.si quis autem,intelligitur, quando sunt omnes instituti venientes ab intestato, secùs si vnus vel duo reliquis præteritis, quia cessat priuilegium, vt voluit Cuma. in l. si filius qui in potestate ff. de liber.& posthu.& Alex.in d.§.si quis autem col.fi. Item adducitur,quia non debet posse vti filius dispositione fauora-
3 bili d.§.ex imperfecto aduersus alium filium, quia † priuilegiatus non vtitur priuilegio aduersus priuilegiatum l. verum §.fi. ff. de mino.Item si validitas testamenti imperfecti inter liberos,quod datur super eo,ꝙ liberi sunt habituri bona ab intestato,prout plures tenuerunt, & probatur in d. §. si quis autem,dicendum est, ꝙ debuerūt institui ęqualiter,quia ita successuri fuissent ab intestato,Idem Soci. tenet consi.5.In primo consultationis articulo cir.fi.lib.3.motus simpliciter per decisionem Spec.de qua supra.Præmissis tamen non obstantibus contrariam sentētiam arbitror
4 veriorem, videlicet † ꝙ testamentum imperfectum inter liberos valeat etiā data inæqualitate institutionis inter eos, pro cuius euidentia præsuppono, ꝙ vera naturaliter ratio, quare testamentum imperfectū inter liberos valeat omissa solennitate de iure ciuili inducta, est fundata in quadam reuerentia à liberis debita parentibus propter quam noluit legislator, ꝙ liberi rescinderent paternum iudicium in eo, quod ad eos pertineret liberos,sed qualecunque esset, illud amplecterentur, noluit lex se mediam facere inter tam cōiunctas personas cum illa rigorosa solennitate testamentorum, sed rectè habere visum est, si inter eos ex mera iuris gent.equitate ageretur.Ista ratio colligitur ex tex.in Auth. de testam.imperfec.circa prin.vbi dicitur,ꝙ lex voluit morientium voluntates, quando sunt parentes, modis omnibus inter filios tenere,ponderanda sunt illa verba, quando sunt parentes, quæ sunt satis expressa & efficacia ad declarandum mentem Impera.& deinceps ibi subditur, ꝙ erubuit lex parentes existentes, & ibi glo. in verbo existentes dicit,ꝙ erubuit lex supponere parentes solennitati iuri cōmunis respectu filiorum,quod etiam ex eo ostenditur,quia
5 †hoc ius pariter concessum est matri,vt probatur in d.§.ex imperfecto ibi parentibus vtriusque sexus, quādoquidem mater eandem habet coniunctionem cum filijs,quam pater habet,& similis reuerentia sibi debetur l.veluti ff.de iusti.& iu.l.fi.C.de in ius vocā.& pietas æqualis debetur vtrique licèt impar sit potestas l.furioso ff. de curat. furio. & ꝙ
6 hæc dispositio,ꝙ testamentum†imperfectū rationē omissæ solennitatis fuerit principaliter inducta fauore parentū & non filiorum,ex eo etiam ostenditur,quia verba text. d. §.ex imperfecto dispositiua, non fuerunt relata ad liberos, sed ad parentes, non enim dictum fuit ex testamento imperfecto parentum capiant liberi, sed ex testamento imperfecto valeat voluntas parentum inter liberos: & sic videtur emanasse dispositio in fauorem testantis,quod etiam optimè confirmatur,quia in dubio fauemus validitati testamēti paterni etiam aduersus ipsos filios l.si pars ff.de inoffi. testa.l.2.C.de edic.diui.Adri.tol.Et si dicatur, ꝙ istud saltē inductum fuerit fauore filiorum,ꝙ disposita in extraneam personam non teneant,sed illis accrescant, Respondeo, ꝙ hoc non fuit principaliter inductum fauore filiorum, licet in consequentiam redūdet in eorum fauorem, sed quia lex non æquum putauit respectu extraneæ personæ remittere rigorem solennitatis sicut respectu filiorum,quia cum agitur de voluntate patris inter filios congruit, vt inter tam coniunctas personas res tractetur ex æquo & bono, non autem vt dici solet summo iure,ad quod facit l. congruen-
7 tius C.de patr.pote.& quod dicunt Docto.de † statuto cogente affines ad compromittendum eorum lites, quod sit inductum ratione fauorabili, vt inter personas sanguine cōiunctas euitetur rigorosus iudiciorum strepitus,vt Alexan. tradit in l.qui se patris col.pen.C.vn.lib. Fulgo. consi. 152. Supposito statuto, & clarissimè Petr. de Anch. consi. 159. Rationes quæ superius col. 1. & hanc fuisse rationem d. §. ex imperfecto voluit Pau.de Cast.consi.362. Super 1. du-
8 bio præsupposito lib. 2. Stante hoc præsupposito, dico † ꝙ testamentum patris inter liberos valet, etiam ꝙ eos pater inæqualiter instituerit,vt probatur in l.filij & in l.fin.C.fami.herci.vbi quando pater disposuit inter liberos, possunt liberi inter se retinere quartam ex senatus consulto, quod non posset contingere, nisi pater eos inæqualiter instituisset,Item probatur in Auth.de testa.imper. vbi Imper. vult patrem scribere clarè,& per extēsum vncias, in quibus instituit liberos,quod frustra requireretur, si æqualiter instituendi essent.Item cum lex dicat, ꝙ voluntas patris est seruanda ex testamento imperfecto, tunc succedit dispositio
9 iuris communis, qua sancitur, ꝙ † pater potest honorare magis filium gratum,quàm minus gratum §.pen.in Auth. de nup.& ita se extendit per interpretationem passiuā,quæ procedit in materia quantuncunque stricta l.1.§. lex Falci. vbi Bar.& doct.ff.ad l.Falci. & per consequens lex loquens de testamento patris patitur hanc interpretationem à iure communi,quod procedat etiam inter filios inæqualiter institutos.Pręterea,si necessaria esset in testamento patris imperfecto ęqualis liberorum institutio, frustratoria esset legum dispositio volentium testamentum imperfectum inter liberos seruari,quia eodem modo successissent ab intestato. Vnde non possumus considerare vtilitatem illius dispositionis aliter, nisi vbi pater inæqualiter testatus est inter liberos,& vni plus,alteri minus reliquit, nam tunc testamentum seruari vtilitatem continet respectu quorundam, non autem vbi causa testati nihil differret a causa intestati, ergo tantùm abest dispositionem legum volentium testamentum imperfectum inter liberos valere,non procedere in institutione inæquali,vt in ea potissimum procedat, tanquam hac de causa fuerit introducta,vt pater posit suo ar-
10 bitrio inter liberos inæqualiter disponere.Accedat, nam † hæc dispositio, ꝙ paternum testamētum imperfectum seruetur inter liberos,est fundata fauore parentum, vt eorum vltima voluntas seruetur à liberis, vt deductum est supra, ergo inæqualis institutio seruari debet, quia ita parens vo-
11 luit. Postremò, hæc opinio comprobatur auctoritatibus, nam ꝙ patris testamentū imperfectū inter liberos inęqualiter institutos valeat,tenet Pau.de Cast.Rimi. & Corn. in d.§.ex imperfecto Alex.consi.146.Viso themate col. fi.li. 2.Ias.in l.hac consultissima C.qui testa.face.pos.In quæstione de testamento imperfecto cęci patris Dec. sibi contrarius in l.vt lib.3.no.C.de colla. vbi alia adducit contra Roma.& clarè hoc etiam voluit Bal.in d.l.filij.C. fami. hercis. vbi format quæstionem quando pater testatus est inter liberos inæqualiter instituendo vnum in triente,aliū in besse,Idem tenet Pau.de Cast.in Auth.quę inter liberos versi. Sed quęro ponamus quod pater C. de testa. Cuma. consi. 113.Statutum quod nec in testamentis, versi. pro parte verò affirmatiua & hęc pars adhuc clarior reddetur per responsionem formalem ad obiecta. Non obstat igitur aucto.
22 † Spec.adducta per Roma. quia Spec. ibi loquitur quando testator habens tres filios vnum instituit reliquis pręteritis: nam dicit tale testamentum nullum ratione pręteritionis; quod tenent omnes in d.§.ex imperfecto, nō autem loquitur,quando esset facta inęqualis institutio. Non obstat, ꝙ
13 † ęquum sit seruari ęqualitatem inter liberos, fateor, nisi maior ęquitas suaderet oppo.vt in casu, quia ęquius est, ꝙ pater possit ad libitum disponere de rebus suis, non modo inter liberos,sed etiam extraneos §.disponat in Authen.de nupt. & semper fauendum est testamento paterno aduersus

sus filios salua illis legitima l. parentes l. omnimodo & l. quoniam in prioribus C. de inoffi. testam. quamuis verba testatoris ambigua sint trahenda, vt pater videatur æqualis fuisse inter liberos, & ita loquitur glo. in d. l. cum pater §. cunctis cum pluribus adductis per Aret. eius consi. 1. col. pe. non enim lex improbat inæqualitatem seruari inter liberos, quando constat hoc clarè patrem voluisse, quia præsumitur ex iustis causis ad hoc motum fuisse: nam pro liberis nemo capit melius consilium, quàm ipse l. nec in ea ff.
14 de adulte. Non obstat quòd † testamentum imperfectum non sustineatur institutis venientibus ab intestato, nisi omnes venientes ab intestato instituantur, & ex hoc infertur, quòd æqualitas institui debet, quia posito, quòd principale dictum sit verum: tamen illa illatio non est bona; nam sufficit eos esse institutos, quamuis inæqualiter instituantur, ex quo text. in dict. l. hac consultissima §. si quis autem, æqualitatem institutionis non requirit, & ita Alexand. ibi tradit colum. fina. & Rimi. vnde argumen. retorquetur in oppo. quia sicut text. in dict. §. si quis autem procedit data inæquali institutione, ita text. in dict. §. ex imperfecto. eodem modo procedit, cum non sit dare rationem diuersitatis. Non obstat, quòd priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum, quia hoc argumentum præsupponit, quòd dispositio, qua cauetur testamentum imperfectum patris seruari inter liberos, fuerit inducta fauore filiorum, cuius contrarium est verius, cum fuerit inducta fauore parentum, vt ostensum est superius. Et quòd hoc
15 non sit inductum fauore filiorum patet, quia † testamentum patris imperfectum seruari debet, filijs pluribus ex legitima causa præteritis & exhæredatis vno instituto, vt vult Corne. in dict. §. ex imperfecto, & vt eleganter inquit idem Corn. consi. 307. Videtur lib. 3. Raro vel nunquam agitur de fauore filiorum, qui succedunt ab intestato, quòd valeat testamentum patris, nam lucrum vnius est damnum alterius. Non obstat, quòd ratio, quæ mouit Imperatorem ad statuendum, quòd paternum testamentum imperfectum seruetur inter liberos, fuerit quia liberi omnino fuissent bona ab intestato habituri. propterea instituendi sunt æqualiter, sicut ab intestato successissent, quia respondetur negando, quod ea fuerit ratio, qua motus fuerit Imperator. sed illa quòd censuit æquum iudicium pater num a liberis seruari ob reuerentiam, quam filij debent pa
16 rentibus. Et † ad §. si quis autem, quo Deci. mouetur, respondetur quod ex eo tex. non potest argui ad casum nostrum, quia in d. §. si quis autem instituebantur venientes ab intestato, & non procedit quando aliqui prætereuntur, testamentum autem paternum seruatur, quando vnus vel plures ex liberis exhæredantur. Item ibi restringitur iuris communis solennitas ad quinque testes, sed in testamento paterno tollitur ex toto, & aliud est limitare, aliud ex toto tollere. l. Sed si hoc §. fina. ff. de condi. & demon. l. in hoc iudicio §. si conueniet ff. commu. diui. Item ibi illa voluntas seruatur ab intestato, sed dispositio patris imperfecta seruatur ex testamento. Item ibi illa voluntas quo ad legata extraneis facta valet secundùm Docto. ibi, sed in testamento paterno est contra. Præterea non sequitur, filij habituri fuissent bona ab intestato, ergo instituendi æqualiter, quia in d. §. si quis autem, instituendi sunt venientes ab intestato, vt testamentum imperfectum sustineatur, & tamen institui possunt inæqualiter secundum Alexand. ibi & dixi supra. & sic datur instantia in opposi. Reperio quòd quidam moderniores in dict. §. ex imperfecto tractantes hanc quæstionem distingunt, vt si magna sit inæqualitas inter filios inducta à patre, testamentum imperfectum non seruetur, secùs si parua inducta fuisset honesta de causa, puta quia meliora bona vni relinquat causa conseruandæ familiæ, quæ distinctio iure non probatur & contra eam militant superiores rationes, quæ generaliter procedunt, & vtcunque sit in casu nostro inducta fuit ex voluntate paterna magna inæqualitas, vt in themate continetur.

SUMMARIUM.

1 *Filius naturalis propriè dicitur natus ex vnica concubina vxorio affectu in domo retenta, largo autem modo dicitur naturalis quicunque natus ex soluto & soluta, vt nume. 5. quis verò largius naturalis dicatur vide in numero 7.*

2 *Concubina ab vxore sola dignitate præstat.*

3 *Spurij qui vocentur.*

4 *Legitimatio illius, qui legitimanti dictus fuit esse naturalis, quum esset natus ex ea, quæ (licet soluta), tamen in domo vxorio affectu non erat retenta, num teneat, vel obreptitia dicatur: dic vt nu. 6. & 10.*

8 *Fauorabilis dispositio est latè intelligenda, & amplianda.*

9 *Legitimatio est fauorabilis, & amplianda, licet dispensatio odiosa dicatur.*

11 *Error nominis, quando constat de rei veritate, dispositionẽ non vitiat, quinimo secundùm propriam naturam actus, qui geritur, venit dispositio intelligenda.*

12 *Verba contractuum sunt intelligenda secundùm naturam contractus, qui geritur inter partes, & impropriari debent, vbi verborum proprietati natura contractus repugnat.*

CONSILIUM. 623.



IN præsenti controuersia cõtingit principaliter dubitari de validitate exhibitæ legitimationis, & primo motu dicebatur non valere, quia † naturalis pro-
1 priè dicitur ille, qui nascitur ex vnica concubina in domo retẽta vxorio affectu, cum qua matrimonium esse potuisset, vt habetur in §. si quis igitur Auth. quib. mod. natu. effi. sui §. consideremus in Auth. de trien. & semis. ca. liberi 32. q. 4. & adeò affine, vt proximum schema concubinæ schemati vxoris, vt lex protestationem requirat, quod sit in concubina, vbi ingenua in concubinatu habetur l. in cõcubinatu ff. de concu. l. in liberæ ff. de rit. nup. alibi dicitur,
2 quòd † concubina ab vxore sola dignitate præstat l. Item legato §. parui ff. de leg. 3. hinc penes Virgi. est illud. Sequiturq; nephas Aegyptia coniunx: nam concubina erat hęc, & tamen coniugem vocat ob similitudinem more poetarum, qui finitimis abutuntur vocabulis. Nati † autem ex me
3 retrice, vel vulgari fœmina. Item nati de furtiuo accessu ad virginem, viduam, vel nuptam. Et ex habente plures concubinas, isti appellantur spurij, ita dicti, quasi extra puritatẽ nati, ita vult glo. in c. nisi cum pridem §. personæ de renun. & ibi Inno. Spec. in titu. de success. ab intesta. §. nunc de naturalium. Bar. in l. fi. ff. de his, quib. vt indig. Bal. in Auth. licet C. de natu. libe. & in l. parentes ff. de in ius vocan. & in l. eam, quam col. 10. vers. denuò dubitatur C. de fideicom. & consi. 68. Pro veritatis lib. 5. Oldr. consi. 196. Quidam no-
4 bilis, Ang. in l. vulgo ff. de sta. hom. Cum igitur † comiti Palatino legitimãti fuerit narratum, quòd Michael erat filius naturalis, & esset spurius natus ex d. Agnesina, quam tenebat extra domum, nec tenebat in lecto & mensa vt coniugem, sequitur quod d. legitimatio tanquam obreptitia non teneat. l. sed si hac lege §. patronum ff. de in ius voc. c. postulasti de rescrip. & in terminis hoc videtur decidere Anto. de Butr. in c. per venerabilem col. 12. versic. nunc venio ad secundum, qui fil. sint legit. dicens quòd impetrans debet exprimere qualitatem illegitimitatis an sit spurius, vel incestuosus, quia difficilius dispensatur cum incestuoso vel spurio, quàm cum illo, qui fuit naturalis tantùm, vt patet in illo tex. in fi. & subdit, quòd in talibus nihil debet taceri c. super literis & c. cum dilecta. de rescrip. l. vniuersa l. quotiens C. de preci. Impe. offe. & l. præscriptiones C. si con. ius. vel vtil. pub. & hoc facere videtur difficultatem. Sed respondetur præmissis,

5 præmiſsis,quòd † licet propriè dicatur naturalis ille,qui na
ſcitur ex vnica concubina in domo retenta vxorio affectu
impropriè tamen & largè ex communi vſu loquendi natu
rales appellantur,quicunque nati ex ſoluto, & ſoluta, Ioan.
Andr.in addi.Spec.in rub.qui fil.ſint legit.verſic.Quæſtio-
nem de ſtatuto,& idem Io.Andr.in d.ca.niſi cum pridem
6 pen.col.vbi Bal.ex hoc infert, quòd † natus ex aliqua fan-
ticella extra domum,& deinceps legitimatur tanquam na-
turalis, valet legitimatio propter generalem conſuetudi-
nem loquendi, ita quòd non dicatur obreptum fuiſſe legi-
timanti,quod dicit eſſe not.& habuiſſe de facto,& verum
dicit,quia ita conſuluit latè ipſe Bal.conſ.129.Factum pro-
ponitur in terminis infraſcriptis Dominus Petr. ſecundo
dub.lib.ſecundo,& conſi.206.Caſus talis eſt quidam A. ha
bebat duos filios ad fi.lib.3. & ante omnes id voluit Archi.
in ca.liberi 22.q.4.quem refert & ſequitur Bal. in cap. du-
dum il ſecundo col. 3. de elec. & ibidem iſtud etiam dicit
eſſe nota.propter legitimationes,quæ fiunt per comites Pa
7 latinos. Poteſt etiam † ſumi largius filius naturalis ad diffe-
rentiam eius,qui ſit ciuilis tantùm, & hoc modo quicunq;
filius dicetur naturalis præter adoptiuum,& ſpiritualem, vt
vult glo.3.in cap.per venerabilem,qui fili.ſint legit. In ma-
teria tamen ſucceſsionis,vbi iura loquuntur de naturali,in-
telligũt de proprio & ſtricto modo naturali, ſed in caſu no
ſtro debet intelligi largè, attento communi vſu loquendi,
ſecundùm quem diſpoſitio venit intelligenda ca. ex literis
de ſponſa.l.Labeo ff. de ſuppel. leg. & patet ex dictionibus
8 præallegatis. Accedat,quia † in fauorabilibus lata debet fie
ri interpretatio & ampliatiua c.odia de reg.iur.in 6.c. cum
dilecti de don.l.cum quidam ff.de lib.& poſthu.vnde vide
mus quòd in materia fauorabili appellatione filij veniunt
nepotes l.Lucius in fin.ff.de hæred.inſtit.l.Diuo Marco C.
de quæſtio.l.emancipatum ff.de ſena.tradit Barto.in l.libe-
rorum col.3.cum ſeq.ff.de verb.ſign.& maſculinum etiam
in materia fauorabili comprehendit fœmininum l. ſi quis
ita ff.de teſta.tutel.l.2.& ibi Bar.ff.de verbor.ſignifi. & hoc
maximè procedit in beneficijs Principum,quæ pleniſsimè
ſunt interpretanda.l.fi.ff.de conſtitu.princ.l.ſi quando C.de
9 bo.vacan.lib.10.& † legitimatio eſt fauorabilis,& amplian
da,cum ſit Principis donum ſecundùm Bald.in l.ſeruus C.
de lega.per tex.in Auth.Item ſi quis & ibi etiam Bal. C. de
nat.lib.& licet diſpenſatio dicatur odioſa cap.1.in fin. de fil.
presby.in 6.glo.in ca. ordinarij in verbo diſpenſationes de
off. ordi. in 6. tamen legitimatio eſt fauorabilis ſecundùm
Dec.poſt Lapp.in d.c.1.§.1.col.pen. & idem tradit Pet. de
Anch.conſi.mihi.427.Circa primum quæſitum fuiſſet ſa-
tis expediens in princ.& conſi. 153. pro fratribus defuncti.
verſi.2.dixi. Pau. de Caſt. conſi.85.Quidam ex concubina.
col.fi.ſecundùm antiquam impreſsionem, quod tanto for
tius procedit in caſu noſtro, in quo legitimatio fuit facta ſi
ne præiudicio tertij,quia fuit facta viuente patre, & etiam
nullis exiſtentibus filijs legitimis & naturalibus ſecundùm
no.per Ant.de But.in ca.per venerabilem col.12.verſi.nun
quid habens poteſtatem,qui fil.ſint legiti.Pau. de Caſt.in l.
10 2.ff.de verbo.oblig.Vnde quum † Comes Palatinus legiti-
mauerit Michaelem naturalem,accipiendum quod ibi di-
citur de naturali lato modo pro quocunque nato ex ſoluto
& ſoluta,& poſito etiam citra veri præiudicium,quod eſſet
dubium de legitimationis validitate,tamen in dubio debet
fieri interpretatio, vt actus potius valeat, quàm pereat per
reg.l.quoties ff.de verbo.obliga.& l.quoties ff. de reb. dub.
cum ſimil.Confirmantur præmiſſa,quia pater expoſuit Co
miti Palatino dictum filium natum ex ſoluto, & ſoluta, &
ita vt natum ex ſoluto & ſoluta Comes legitimauit, vnde
11 † licet dicamus talem ſic natum non eſſe verè, & propriè
naturalem,tamen non habet obſtare error nominis,quum
conſtat de rei veritate,nam vt inquit Bald.in l.non codicil-
lum C.de teſta.inſpicitur potius rei qualitas, quàm expreſ-
ſio vocabuli abuſiua.l.inſulam ff. de præſcri. verb. & quod
not.per Cin.in l.pretij.C.de reſcin.vend.ideò ſi teſtator co
ram ſeptem teſtibus inſtituat hæredem, & vocet illam vl-
timam ſuam diſpoſitionem codicillos, non erunt codicilli,
ſed teſtamentum, vt diſputando concludit Din. in diſpu.
ſua incipie.Pater fam.quem ſequitur Io.And.in addi.Spec.
in tit.de inſtru.edi.in addi.incipiente,ad intellectum, & idẽ
tenet Bal.in l.teſtamento.1.notab. per illum text.& ibi etiã
Sali.C.de teſta.& Bal.in l.fi.col.fin.verſi.extra quæro teſta-
tor,& ibi etiam Pau.de Caſt. C. de codicil.& idem Bald.in
l.Imperator.1.col.ff.de ſta.hom.vbi inquit, quòd potius va
let,quod quis aptè ſentit,quàm vitiet, quod profert inepte
per nota.in l.ſi librarius.ff.de reg. iur. Et dicit Petr. de An-
cha.in præalleg.conſi.153.pro fratribus defuncti colum.1.
12 quod † verba contractuum intelligenda ſunt ſecundùm
naturam contractus,qui geritur inter partes, & impropriè
debent accipi, ſi natura cõtractus repugnat proprietati ver
borum,vt l.ſi ſtipulatus. ff. de vſur. & l.ſi vno. ff. loca.cum
ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus reſcripto Principis nunquid verè vel fictè legitimus eſſe dicatur, dic vt nu. 5. & ſeq.*

2 *Legitimandi modus fuit exemplo manumiſſionis introductus.*

3 *Dictio vniuerſalis negatiua requirit cõcurſum omnium particularium, ne oratio falſa reddatur.*

4 *Filij diffinitio, & num includat filium legitimatum per ſubſequens matrimonium vide nu. 20.*

6 *Legitimatus per Principis reſcriptum ſecundùm veritatem eſt legitimus, ſecundùm vero fictionem eſt legitimè natus. & nu. 11.*

7 *Retroactio de tempore ad tempus non fit, niſi ſecundum fictionem etiam in his, quæ iuris exiſtunt.*

8 *Legitimatus non continetur appellatione filij legitimè nati, vel legitimè deſcendentis, ſecùs ſi de filijs ſimpliciter, vel de filijs tantùm legitimis mentio fiat.*

9 *Legitimatio qualibet, quum macula ſit impreſſa origini, ſemper agit præpoſterè & ſub nu. 26.*

10 *Legitimatus ex Principis reſcripto non excludit ſubſtitutum filio ſub conditione ſi deceſſerit ſine filijs legitimè procreatis, & nu. 13.*

12 *Verba ſemper intelligi debent naturaliter, & non ciuiliter per fictionem.*

14 *Conditiones debent impleri in forma ſpecifica, & non per æquipollens.*

15 *Legitimatus per ſequens matrimonium num comprehendatur appellatione filij legitimè nati, & quando, dic vt nu. 18. & 22.*

16 *Ligimatus per ſubſequens matrimonium admittitur ad Epiſcopatum, & ſuccedit in feudo parterno, vbi tamen tertio non inferat præiudicium, vt nu. 29.*

17 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium quando trahatur retro, & quando non, ibi & nume. 25. & 30.*

19 *Subſtitutio quando facta eſt filio, ſi deceſſerit ſine filijs legitimè natis, tunc non poteſt dici impleta conditio in filium legitimatum per ſequens matrimonium.*

21 *Feudum alicui conceſſum pro ſe & filijs legitimè deſcendentibus non cõtinet legitimatos per matrimoniũ ſequẽs*

23 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, non excludit ſubſtitutum filio ſub conditione, ſi ſine liberis legitimè natis deceſſerit.*

24 *Primogenitus naturalis legitimatus per ſubſequens matrimonium alij iam nato ex legitimo matrimonio non præfertur, ſtante conſuetudine quod primogenitus ſuccedat in regno.*

26 *Legitimatio à legitima natione quomodo differat.*

27 *Matrimonij fauor in legitimato quid operetur.*

28 *Glo. in cap. innotuit in verbo coniugata de elec. & in c. tanta. qui fil. ſint legi. quomodo ſit interpretanda.*

CONSILIVM. 624.



TESTATOR substituit filio eius Antonio, si sine liberis legitimè procreatis decesserit, Innocẽtium patruelem &c. in quibusdam bonis, decessit filius Antonius cũ filio legitimato per rescriptum Principis. Quæritur an d. substitutio deficiat, vel sibi locum vẽdicet propter d. legitimationẽ. Et pro
1 dilucidatione huius quæstionis videndum est,† an filius legitimatus sit verè & propriè legitimus, & primò videtur dicendum quòd sit verè legitimus: quod Din. cõsulendo tenuit, motus infrascriptis rationibus: nam si lex non dispone ret, quòd quis esset spurius, nemo esset spurius, sicut erat, cũ primitus natura sola & per se hominibus sanciebat, quemadmodum igitur lege fit spurius, ita lege potest reduci ad illum statum, in quo non erat spurius, vt in Auth. quib. mod. natu. effi. legi. in prin. Item ad remotionem obstantium sequitur positio, sed hic remouetur macula faciens illegitimũ l. Imperialis. §. 1. C. de nupt. ergo remanet legitimus. Videmus in simili quòd expulsa seruitute per manumissionem detegitur libertas, quæ inerat iure naturali, sed erat offuscata de iure gentium, vt no. in l. manumissiones. ff. de iustit. & iur. nam seruitus est accidens, & non natura, ideò sublato accidente natura ipsa elucescit, sic in proposito depulsa macula illegitimitatis per legitimationem detegitur legitimitas, quæ iure naturali inerat, secundum quod à principio omnes legitimi nascebantur: ergo per legitimationem forma prior reducitur, non noua imprimitur, & legitimatus non est propriè per Imperatorem factus, sed detectus & pro
2 hac æquiparatione facit, quia † modus legitimandi fuit introductus exemplo manumissionis §. liceat igitur in Auth. quib. mod. natu. eff. legi. istud idem voluit Bart. in l. si is qui pro emptore. 3. q. prin. versi. Item quæritur circa prædicta. ff. de vsuca. dicens quòd aliquem esse legitimum istud descendit a lege, non enim hoc ab ipsa natura introducebatur §. liceat in Auth. quib. mod. natu. effi. legi. §. natura, & §. si quis igitur quib. mo. natu. effi. sui: sed lex inanimata disponens circa ea, quæ sunt iuris, veritatem inducit & nõ fictionem. l. si vnus §. pactus ne peteret. ff. de pac. ibi non quidem ipso iure sicut stipulatio &c. ergo idem quando Princeps, vel habens ab eo auctoritatem legitimat, quia Princeps est lex animata in terris §. fi. in Auth. de consuli. gl. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iu. Corroborantur præmissa per tex. in §. liceat igitur ibi nihil à legitimis filijs differentes in Authen. quib. mod. natu. effi. legi. & in §. & quoniam variè, ibi nihil
3 dissimilis à legitimis in Auth. quib. mo. nat. effi. sui: nam† illa vniuersalis negatiua, nihil, requirit concursum omnium particularium aliàs oratio redderetur falsa. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. ergo legitimati verè sunt legitimi, nam si essent fictè, differrent ab illis veritate, & fictione. Preterea Imperator istos legitimatos appellat legitimos in Authen. quib. mod. natur. effi. sui in princip. ibi ex naturalibus ad legitimos ascendunt & in l. communium C. de nat. lib. & alibi sæpè, ergo verè legitimi intelligendi sunt, quia verba legis propriè non fictè accipi debẽt l. 3. §. hæc verba. ff. nego. gst. c. susceptum de rescrip. in 6. & ita hanc opinionem tenet Bal. in l. nuper C. de natu. lib. Cuma. consi. 168. Reuerendus pater circa medium Ang. consi. 223. Pro decisione col. 2. Pet. de Anch. consi. 225. Videtur prima facie. 1. dub. Pau. de Ca. consi. 180. Super eo, vlt. dub. 1. lib. & consil. 34. Super primo dubio col. 3. lib. 2. & consi. 252. Quæstio ista. 2. libr. Sed ecce in opposi. fortiter vrget,
4 quia † filium diffinimus eum, qui ex viro & vxore nascitur l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & pater is est, quem nuptiæ demolstrant. l. quia semper ff. de in ius vocan. & idem habetur in §. legitimi in Auth. quib. mo. natu. effi. sui, & in c. liberi. 32. q. 4. Basis igitur filiationis posita est in nuptijs, quæ non inuenerunt legitimatum tempore natiuitatis, ergo veram legitimitatem nõ habet, nec Imperator potest facere, quin natus sit spurius, quia veritas naturalis non potest auctoritate legis immutari. l. 2. ff. de vsufru. ea. re. quæ vsu consu. l. in rebus. C. de iur. dot. & si aliud disponit non est nisi per fictionem, factum enim nũquam infectum reddetur. l. in bello. §. facta. ff. de capti. bene potest haberi pro non facto, & ita sæpius lex fingit sibi non factum l. non dubium circa medium. C. de ll. §. sæpè ibi quasi nihil sit factum in Auth. de trien. & semis. & quòd legitimatus fictè sit legitimus, videtur esse de mente iurium, vt patet in §. filium vero ibi ex quadã machinatione in Auth. quib. mo. natu. effi. sui & §. generaliter ibi siue per quamlibet aliam machinationem eo. titu. Et in simili tex. in l. Imperialis. §. si vero ante ibi quasi matris scenicæ non sint filiæ. C. de nupt. & hanc opinionem Bal. tenuit in tit. de succes. ab. intest. in addi. Spec. versi. Sed an legitimatio, & in c. 1. col. 6. de constitu. & in l. fina. C. de his qui ven. æta. impe.
5 Possumus concordando opiniones dicere, quòd † aut quærimus an legitimatus sit verè legitimus originaria legitimitate, quæ ex matrimonio descendit, & dicendũ quòd non, sed ꝙ lex vtatur in hoc fictione, quia non potest efficere verè, vt natus sit ex coniunctione matrimonij, qui nõ fuit sic natus, sed tamen lex habet eum pro tali, & ita loquitur tex. in d. §. filium, & alia iura & argumenta pro hac parte adducta, & tex. in l. qua in prouincia. §. Diuus in fi. ff. de rit. nupti. ibi perinde ac si legitimè concepti fuissent. Aut quærimus an legitimatus sit verè legitimus, prout legitimitas est actus iuris ciuilis: nihil enim aliud est esse legitimum, nisi esse habilem ad ea, quæ sunt de iure ciuili, & tunc dicendũ, quòd sit verè legitimus, quia hanc habilitatem potest Princeps verè cõcedere, sicut videmus, ꝙ Princeps filiũ adoptiuum absque vllo primordio naturæ facit verè legitimum, nam adoptio non inuenit filium, sed facit, multò magis faciet Princeps legitimatum verè legitimum, qui habet naturæ exordium, & cum verè possit, non videtur fictè cõcessisse. Breuiter autem dicere possumus, quòd† legitimatus secundùm veritatem est legitimus, secundùm fictionem est legitimè natus, hanc distinctionem ponit Pau. de Cast. in l. fi. C. de his, qui ven. æta. impet. licet non ita clare, Istud videtur esse de mente Bald. in l. cum acutissimi C. de fideicom. versi. Quæro nunquid naturales, dum inquit, quòd in legitimatis inest verus status, licet non verum principium, hoc idem tacite sensit Bal. in l. eam quam col. 11. versic. Quæro vtrum legitimatio C. de fideicommiss. dicens ꝙ legitimatio restituit in integrum, sicut ius postliminij, poterat allegare text. in l. si quis filio. §. quatenus. ff. de iniusto rup. ius autẽ postliminij habet duo capita, vt Bar declarat in l. nec vtilẽ. ff. ex quibus cau. maio. propè fi. vnum secundùm veritatẽ, quia eo ipso, ꝙ captus reuertitur, recuperat vere omnia sua iura, alterum est secundùm fictionem, quia fingitur retro fuisse in ciuitate. l. retro, & l. postliminium. ff. de capti. eodẽ modo legitimatus, vt ex nunc est verè legitimus, vt ex tũc fictè, quod probatur etiam ratione, secundùm Arc. in l. Gal
7 lus §. si eius ff. de lib. ꝙ posthu. quoniam† retroactio de tẽpore ad tempus non fit nisi secundum fictionem etiam in his, quæ sunt iuris, vt patet in dominio rei legatæ. l. si tibi homo §. cum seruus ff. de leg. 1. Et hæc faciunt ad id, ꝙ Bal. dicit in l. Imperialis. C. de nup. vbi per text. ibi vult, ꝙ legitimatus nõ debet amplius vocari spurius, quod tradit etiam idem Bal. consi. 146. Titulus Principis Achaiæ col. fi. lib. 1. nam hoc est intelligendum iux. prædicta, & secundùm sonant verba Bal. si dicatur ei secundùm præsens tempus, tu es spurius, secus, si dicatur per verba præteriti temporis, tu fuisti spurius, quia sic potest vocari, ex quo Princeps nequit abolere pænitus defectum originis naturalem, nec retro confert legitimitatem, nisi fictè, vt supra dictum est, & vt inquit Bal. in l. fi. col. 1. de transla. præla. legitimatus assimilatur homini medicato morbo, remanente tamen aliqua cicatrice. Et pro hac distinctione optimè quadrat, quod voluit And. de Iser. in cap. 1. §. præterea si vasallus col. 4. versi. Sed an pater, quæ fue. prima cau. benef. amit. ꝙ si Princeps restituit aliquem proditorem, pater non potest amplius exhæredare

exhæredare post restitutionem, quia nec vocabulum pro-
ditoris habet d.l.Imperialis §.1.vnde, qui vocaret hũc pro
ditorem, teneretur actione iniuriarum:tamen potest ei im
punè dici,tu fuisti proditor argu.l.eum qui nocentem. ff.de
iniur.refert,& sequitur Franc.de Curt. in l.admonendi col.
60.de iureiu.vbi etiam hoc sentit,& eadem tradit Andr.Si
cu.in c.testimonium char.6.de testib. Relinquitur item ex
prædictis,ꝙ diligenter consideranda sunt verba loquentis,
8 quia † si fuerit facta mentio de filijs simpliciter,aut de filijs
legitimis, veniet legitimatus, sed si de legitimè natis, aut
de legitimè descendentibus secus,quia videtur tunc dispo-
nens excludere voluisse fictionem.ita Bal. concludit in d. l.
Gallus.§. si eius in fin.& in c.naturales si de feu.fu.contr.in
D.& agn.& in c.innotuit de elec.vbi præclarè inquit,quòd
9 † legitimatio agit præposterè, quia macula est impressa ori
gini,idem sequitur Ang.in disputatione incipiente, Quidã
nobilis genere in fi.1.dub.& Anto.de Butr.in c. per venera
bilem char.pen. versi.Alius est effectus,ꝙ si à patre,qui fil.
sunt legi.Alex.in l.generaliter.§.cum autem C.de instit. &
substi.And.Sicu.in repet.l.cum acutissimi. C. de fideicom.
char.pen.versi. & circa hoc ante omnia do breuem distin-
ctionem,Et dicit Bal.in l.manumissiones ff.de iusti. & iur.
ꝙ legitimatus non est legitimè natus cap. innotuit de elec.
quod etiam apparet ex differentia nominis & effectus.l. 2.
C.de iu.aur.annu.idem tenet Bal.in l.Paulus.1.lec.in fin. ff.
de sta.hom.vbi per illum tex.dicit, ꝙ testamenta facientia
mentionem de legitimè natis requirunt, ꝙ quis sit legiti-
mè conceptus, aliàs non potest legitimè nasci. Veniendo
10 nunc ad casum nostrum dicendum est, ꝙ † quum testator
fecerit d.substitutionem fideicommissariam filio,si decesse
rit sine liberis legitimè procreatis,quod dic.substitutio non
verificetur in filio legitimato auctoritate Imperiali, prout
in specie in fideicommissaria substitutione, & in feudi cõ-
cessione cõcepta sub illis verbis & similibus, decidũt Doc.
in locis superius allegatis:nam vt superius dictum est, filius
11 †legitimatus non dicitur secundùm veritatem legitimè na
tus,sed secundùm fictionem tantùm, ex quo lex eum fin-
git per retroactionem tempore natiuitatis fuisse legitimũ
l.fi.ff.de nata.restit.& not.Bar.in l.2.in princi.versi.Quæro
quid si aliquis filius naturalis.ff.de vulg.& pupil.& latè scri-
bentes in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe. & posthu.
12 † verba autem semper debent intelligi verè naturaliter, &
non ciuiliter per fictionem c.susceptum & ibi Domi.3.no
ta. de rescrip. in 6. l. 3. §. hæc verba ff.de nego.gestis l.1.§.
hoc interdictum ff.de fon.& bo.tex.in proposito in l. fi. C.
de his,qui veni.æta.impe.vbi, si in substitutionibus & aliàs
quandocunque fit mentio legitimæ ætatis,non intelligitur
13 de ea,quæ suppletur ex priuilegio Impera. Sic † dicendum
in casu isto, ꝙ, ex quo fit mentio in substitutione legitimæ
natiuitatis,non debet intelligi de ea,quæ ex priuilegio Im-
periali obtinetur:illa enim verba legitimè natis non conue
niunt legitimato secundùm propriam significationem, &
in vltimis voluntatibus proprietas etiam verborum serua-
tur,nisi aliud testatorem manifestè sensisse appareat. In ca
su autem nostro tantum abest,vt appareat testatorem sen-
sisse de legitimato,vt potius appareat de eo nõ sensisse,quũ
requisiuerit natiuitatem legitimam, quæ in legitimato ca-
dere non potest, nam qualitas adiecta verbo debet intelli-
gi, secundùm tempus verbi.l.in delictis §. si extraneus. ff.
de noxa.l.Titius.ff.de testa.mili.Barto. latè in l. ex pacto in
prin.ff.de vulga.& pupil.ad quod facit quod Bal.scribit in c.
innotuit col.pen.versi.Item vbi de elec.dicens,ꝙ vbi de na
talibus quærimus,initium spectãdum est,vt verbum sonat,
per text. quem reputat solennem & optimum in l.quid er-
go in prin.ff.de his qui not. infa. Corroborantur præmissa,
14 quia † conditiones debent adimpleri in forma specifica, &
non per æquipollens.l.Meuius, & l.qui hæredi ff. de condi.
& demonst.& ideò non sufficit in casu nostro,ꝙ legitima-
tus ex rescripto Principis æquipolleat ei,qui secundum ve-
ritatem legitimè nascitur, ad quod etiam facit text. in l. in
cõditionibus ff.de condi.& demon.vbi formaliter dicitur,
ꝙ in conditionibus primum locum obtinet voluntas de-
functi, eaq; conditiones regit, sed testatoris mens fuit ex-
cludendi legitimatum attento, ꝙ voluit filium ad exclusio
nem substituti legitimè esse natum.

Suboritur nunc alia maior dubitatio eo, quòd iste filius
prætendit se legitimatum non solum per rescriptum, sed
etiam per subsequens matrimonium, vnde videndum est
15 an † legitimatus per subsequens matrimonium compre-
hendatur sub appellatione filij legitimè nati, & quod com
prehendatur adducitur, quia subsequẽs matrimonium pur
gat omnem præcedentem maculam c.tanta & ibi glo. qui
fil.sint legi.l. cum quis & l. nuper C. de nat. lib. & §. si quis
igitur dotalia in Auth.qui.mo.nat.effi.sui & §.fin. Insti. de
16 nupt. & ostenditur etiam ex eo, quia non † potest aliquis
promoueri ad Episcopatum,nisi sit ex legitimo matrimo-
nio natus c.cum in cunctis de elec. & tamẽ legitimatus per
subsequens matrimonium ad Episcopatum admittitur gl.
in c.innotuit in verbo coniugata de elec.& ibi Abb.col.pe.
no.illam glo. ad hoc quod etiam in materia restringibili ap
pellatione legitimè nati venit legitimatus per sequens ma-
trimomium,quia fingitur legitimè natus, inferens ex hoc,
quod talis sic legitimè natus succedit in feudo paterno &
latius hoc idem amplectitur Abb.in d.c.tanta col.2.dicens
istos sic legitimatos habendos esse pro legitimè descenden
tibus fauore matrimonij & licèt allegetur per aliquos An-
to.de Butr.& Imo.in d.c.innotuit pro hac parte:tamen ipsi
nihil videntur firmare:ad idem adducitur,quod tradit Sali.
in l.si totas.C.de inoffi. do. vbi vult, ꝙ ille text. concedens
querelam inofficiosæ donationis liberis natis ex legitimo
matrimonio,procedat in liberis legitimatis per subsequens
matrimonium,secus si per rescriptum legitimentur. Præte
rea adducitur Pau.de Cast.in l.si ita quis.§.is cui.ff.de leg.2.
vbi voluit,ꝙ stante statuto, quod excludat filiam existente
filio masculo legitimè nato, excludatur filia per legitimatũ
per subsequens matrimonium per id,quod no.glo.in c. in-
17 notuit de elec.secus si per rescriptum,quia talis † legitima-
tio non traheretur ad tempus natiuitatis. & per Barto. in l.
Gallus.§.& quid si tantum. ff. de libe. & posthu. Præmissis
tamen non obstantibus contrariam sententiam arbitror ve-
18 riorem præsupponendo id,quod est clarissimum,† ꝙ legi-
timati per subsequens matrimonium non sunt legitimè na
ti,sed habentur pro legitimis,vt dicit tex.in ca.tanta qui fil.
sint legitimi, & sic fictè,& impropriè sunt legitimi,& aliud
est esse talem,& aliud haberi pro tali gloss.in l.mercis. ff. de
verbo.signifi.multo minus possunt dici,ꝙ propriè sint legi
timè nati,quia istud apertè repugnat veritati,quę licet pos-
sit obumbrari,tamen tolli ex toto non potest.l.filio, quem
pater.ff.de liber.& posthu.l.2.ff.de vsufr.ea.re. quæ vsu cõ-
19 su. Vnde † quum substitutio facta sit de filijs legitimè natis
non potest dici conditionem impletam in filium legitima-
tum per subsequens matrimonium,quia verba clarè repu-
gnant, & in claris non est opus coniecturis l. continuus. §.
cum ita in fi.ff.de verbo.oblig.& omnes rationes, quæ ad-
ductę fuerunt in præsenti dubio, ꝙ legitimatus per rescri-
ptum Principis non includatur sub dispositione legitimè
nati, militant pariter in legitimato per subsequens matri-
monium,ergo idem ius esse debet.l.illud. ff. ad l. Aquil. l. à
Titio.ff.de verb.obli. Et vlterius ista opinio comprobatur
auctoritatibus,& primo hoc decidit Bal.in consi.367.Qui-
dam tres hęredes lib.5.vbi inquit,ꝙ illa cõditio,si quis de-
cesserit sine filijs ex legitimo matrimonio, non verificatur
in filio legitimato per subsequens matrimonium, mouetur
inter cætera, quia quando aliqua qualitas debet esse certo
tempore scilicet ab origine,non sufficit, si postea superue-
niat.l.quid ergo.ff.de infa. Item legitimatus non est de legi
timo matrimonio procreatus, sed est similis legitimè pro-
creatis,ergo non est idem. Item testator respexit naturam
non accidens.l.si ita quis §.is cui.ff.de leg. 2. Pro hoc etiam
facit,quod dicit Bal.in l.filium diffinimus in 2.lec. ff. de his
20 qui sunt sui,vel alie.iu.vbi ex illo tex. no. qđ † filius propriè
dicitur ille, qui ex legitimo matrimonio procreatur, vnde
non

non continetur filius naturalis etiam legitimatus, quia quātumcunq; quis legitimetur etiam per matrimonium, non dicitur natus de matrimonio vt not. in ca. innotuit de elec. imò eo ipso quod est legitimatus, vel producit dispensationem super natalibus fatetur se in natalibus originaliter pati defectum, vt no. in l. 2. C. de iu. aure. anu. Hanc quęstionem etiam diligenter euoluit Bal. in c. naturales ver. quæro quid de legitimato si de feu. fu. cont. in D. & agna. vbi in effectu
21 concludit, q̄ † si feudum fuerit concessum pro se & filijs legitimè descendentibus non continetur legitimati per subsequens matrimonium, quia talia verba accipiunt principiū geniturę, & non est nostrum extendere scripturas, principium autem intelligit scilicet conceptionis, vel natiuitatis, prout expedit filijs. l. nuper. C. de natur. libe. & arg. l. quid er go §. pœna in ratione sui ff. de infa. secus autem si dicatur de filijs simpliciter, quia indefinita æquipollet vniuersali, & licet And. de Iser. ibi videatur tenere contrarium, tamē Iac.
22 Alua. ibi transit cum Bal. quando † legitimatus erat natus ante matrimonium, secus si post matrimonium natus fuisset, licèt prius esset conceptus per tex. in l. nuper. C. de nat. libe. vbi filius nascitur iustus, si nascatur post matrimoniū, quāuis prius fuerit conceptus, & sic præsupponit text. q̄ iustus non dicitur nasci filius, si matrimonium sequatur natiuitatem. Et adhuc magis in terminis quæstionē decidit Anto. de Butr. in c. per venerabilem char. pen. vers. Alius est effectus, q̄a si patre habēte in fi. qui fil. sint legi. vbi vult, quòd,
23 † si pater substituat filio, si decesserit sine filijs legitimè natis, vtrum excludat substitutum filius legitimatus, per subsequens matrimoniū, & concludit, quòd non excludit, quia testator videtur se retulisse ad legitimitatem veram, & non fictam, licet secus sit in verbis legis, & ita intelligit tex. in c. innotuit de elec. & in ca. tanta qui fil. sint legi. Eandem sententiam amplectitur Ant. de Russollo in trac. legitima circa fi. dum tractat de legitimationis effectu & latè Alexan. consi. 5. Attentis narratis in themate li. 7. vbi ad hoc adducit Ioan. And. in regula sine culpa in. 2. q. prin. in Mercu. vbi
24 cōcludit, quòd † primogenitus naturalis legitimatus postmodo per subsequens matrimonium post alium natum ex legitimo matrimonio non præfertur secundo genito stante consuetudine, q̄ primogenitus succedat in regno, quia talis legitimatus non est secundùm veritatem natus legitimè, ad quod tempus natiuitatis se refert consuetudo, & hāc opinionem Ioan. And. sequuntur plures ibi relati per eum. Non obstant modo, quæ in cōtrarium adducuntur. Et pri-
25 mo q̄ † subsequens matrimonium purgat omnem maculam precedentem, quia respondetur, quòd nō ideo fit, quin infuerit macula in generatione, testator autem dum requirit legitimam natiuitatem, vult eam esse purā & immaculatam, Videmus in simili, q̄ legitimatio facta per rescriptū abstergit quoq; omnem maculam præcedētem, & tamen non efficit, quin in preteritum macula non affuerit, & ideò licèt legitimatus per Imperatorē careat nomine spurij, & ei sine cōtumelia dici non possit, tu es spurius, potest tamen dici, tu fuisti spurius, vt tactum est in prin. harum allegationum, & ad ibi dicta me refero. Preterea testator excludere voluit omnem fictionem dum requirit filiū legitimè natū, & negari non potest, q̄ legitimatus per subsequens matrimonium, non sit legitimè natus secundum veritatem, quā testator intuetur. Ad quod faciunt bona verba Bald. in d. c.
26 innotuit col. 3. de elec. vbi inquit, q̄ † omnis legitimatio est præpostera, quia facit quem legitimum ex post facto sed legitima natio est ordinata processio secundum viam naturæ, nam præcedit matrimonium, vt causa, deinde nascuntur legitimi, ordo enim naturæ est, vt causa præcedat effectum suum. l. moribus §. prius ff. de vulg. & pupil. & post aliquot verba subdidit deinde Bal. q̄ ista legitimatio per matrimonium est restitutio, per quam absoluitur sordes peccati, & tamen, qui moritur cum filijs legitimatis non dicitur decedere cum filijs legitimè natis, quia vt dictum est legitimatio est ordo præposterus, & macula est impressa origini. Ecce q̄ Bal. ibi vult, quod legitimatio sit contra ordinem naturæ, quia matrimonium præcedere debet, vt legitimitas efficiatur, tanquam causa effectum suum, non autē subsequi, quem sanè ordinem naturæ voluit seruari testator, dum loquitur de filijs legitimè natis. Ex prædictis colli-
27 gitur † responsio ad id, quod dicitur ex aduerso, quòd fauor matrimonij deberet operari legitimationem, quia fateor, quòd operatur, vt habeatur pro legitimo etiam per retroactionem ad tempus natiuitatis, sed non vt sit legitimè natus, quia hoc repugnat voluntati loquētis, nullum est enim magis mentis nostrę testimonium, quàm qualitas inspecta verborum, vt Bal. dicit in ca. 1. de testib. & talis dicitur esse mens in corde, quale est verbum prolatum in ore, nam tuba cordis est lingua loquentis secundum Bal. consi. 160. Facta fuit inuestitura lib. 1. esset autem absurdum, si fauor matrimonij operaretur contra dispositionem testatoris in cōditione, quam apposuit traditioni rei suę, quum conditio ēt apposita ad dissolutionem actus seruetur, vbi etiam in ecclesiam res confertur c. verum de condi. appo. Nam obstat
28 † glo. in d. c. innotuit & in d. c. tanta, quia illæ procedunt in verbis legis facientis mentionem de legitimè natis, vt veniat legitimatus per subsequens matrimonium, nos autem sumus in dispositione hominis, & ita respondet Anto. de But. in d. c. per venerabilem, vt superius retuli, quod comprobat Alex. in præalleg. consi. 5. lib. 7. quia lex facilius moderatur, vel ampliat suam dispositionem, quàm dispositionem hominis, vt no. gloss. magna in l. asiduis. C. qui pot. in pign. habe. Vnde dicimus mitius agi cum dispositione legis quàm hominis. l. Celsus in prin. ff. de arbi. & ibi no. & plenè declarat Bar. in l. ampiius. ff. rem rat. habe. Aliter etiam re-
29 spondet Alex. in præalleg. consi. q̄ in casu † notato per gloss. in d. c. innotuit, & in d. c. tanta non afferebatur tertio præiudicium, licet legitimatus per subsequens matrimoniū possit admitti ad illam dignitatem, sed quando testator substituit sub cōditione filiorum legitimè natorum, si legitimatus per matrimonium admitteretur, fieret præiudiciū substituto, si fidei commissum in spe probabili sibi competens
30 tolleretur, & † vbi agitur de præiudicio tertij legitimatio non trahitur retrò ad tempus natiuitatis. §. liceat & ibi not. Ang. in Auth. quib. mod. nat. effi. legi. etiam si tale ius tertij esset quæsitum tantùm spe, & non re, vt patet ex decisione Io. And. in d. regula sine culpa 2. q. princi. de qua supra facta est mentio, & patet ex nota. per Docto. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. Similiter respondetur ad decisionem Sal. in d. l. si totas. C. de inoffi. dona. & Pau. de Cast. in l. si ita quis. §. si cui ff. de lega. 2. quod loquuntur in dispositione legis non autem hominis, & sic est in casu nostro. Præterea decisio Pau. de Cast. etiam in terminis statuti corrigentis ius commune redditur dubia per ea, quæ notat Io. Andr. in d. regula sine culpa cum suis concord.

SVMMARIVM.

1 *Princeps potest ex sola suspicione subditum relegare aliqua iudiciali cognitione non habita.*
2 *Princeps quicquid facit, facit vt Deus, & iustè facere præsumitur, ita quòd non admittitur probatio in cōtrarium. & nu. 6.*
Princeps sola facti veritate inspecta, & secundum eius cōscientiam iudicare potest omisso ordine iudicario sub nu. 2. & 6.
3 *Torquere potest Princeps reum ex infallibili conscientia. secus Iudex.*
4 *Princeps solus habet potestatem mandandi, & cogendi aliquem ad sic faciendum, vel pronunciandum, secus inferiores.*
5 *Princeps potest rescribere vt talis suspendatur vel occidatur etiam causa non expressa.*
7 *Princeps est lex animata in terris, & quando aliquid mandat, non tenetur exprimere causam, propter quam id faciat.*

CONSILIVM. 625.



1 Vi interrogatus a summæ dignitatis viro, vtrum † Princeps ex sola suspicione possit aliquem relegare, vel vt vulgo dicitur ad confinia ponere, Respódi ꝙ sic, vt scribit Ange. in §. fi. in Authen. de resti. & ea, quæ parit, vbi dicit illum tex. facere contra confinatos, vt legitimè cõfinentur ratione suspicionis. Idem videtur esse de mente Bald. in l. 1. C. de postul. dum inquit, quòd si delegatus de latere ponit aliquem ad cõfinia ex mera auctoritate non cognitionaliter per modum diffinitiuè, statim, ꝙ est reuocatus, expirant confinia, & sic sentit ibi Bald. quòd legatus de latere possit ponere ad confinia absque iudiciali cognitione, & illam decisionem Bald. sequitur ibi Paul. de Cast. non loquens tamen de legato de latere, sed de iudice, & sequitur hoc ibidem Sali. Confirmantur præmissa, quia vt dicit Bart. in l. 1. in fin. C. vt quæ des. aduoc. vbi inquit, ꝙ
2 Papa vel Imperator vel alius Dominus, cuius dictum † habetur pro lege, tunc debet iudicare secundùm cõscientiam suam aliàs peccaret, & ita dicunt secundùm eum Theologi, & facit quod scribit Bald. in cap 1. §. fin. de no. for. fideli. vbi inquit, quòd illud, quod facit Princeps, facit vt Deus, & Deus est ipsa veritas, & nõ fallit nec fallitur, & sola facti veritate inspecta iudicare debet omisso ordine iudicario, & est hoc etiam de mente Bar. in l. Aemilius col. fin. ff. de mino. dum inquit, ꝙ Imperator iudicauit veritate inspecta, & sequitur hoc Aret. in §. si minus col. 4. Insti. de acti. dicens, quòd Princeps potest iudicare non secundum acta, sed secundùm conscientiam, quia non est subiectus regulis iuris l. digna vox. C. de ll. aut etiã, quia omnes veritates iuris præsumitur in se habere, nec posse errare l. omniũ. C. de testa.
3 Hinc inferunt quidam moderni, ꝙ † Princeps potest torquere reum ex infallibili conscientia, licet iudex hoc non possit, vt de iudice scribit Spec. in tit. de sent. & ea. exec. §. qualiter autem c. prin. ad quem se remittit Bal. in l. ampliorem C. de appel. & licet ipsi non dicant, hoc probari potest ex eo, quod Bal. scribit in c. 1. col. 3. super verbo, obseruetur,
4 si de inuesti. int. Do. & Vasal. lis oria. dicens † ꝙ solus Princeps habet potestatem mandandi sic facies, alij inferiores non ita, sed facies iustitiam iux. no. per Inno. in c. significantibus de offi. deleg. & dicit Bal. in l. 1. col. fi. ver. extra quæro C. quo. & quan. iud. ꝙ Princeps potest cogere ad sic pronunciandum l. 1. ff. de consti. Prin. alius autem inferior potest tantum cogere ad pronunciandum l. qualem ff. de arbi. Concurrunt cum prædictis elegantia verba Cyn. in l. rescri
5 pta q. 3. C. de preci. Imper. offer. vbi inquit, ꝙ † quando Princeps rescribit contra legem diuinam in eo, quòd potest causa subsistente procedere, vt si rescribit talé suspendendum, occidendum, vel similia; tunc quantum ad obseruãtiam tenet, quia siue sit verum, siue sit falsum, quod commisit ille per quod debeat occidi, tamen præsumendum est, quòd causa subsit, & sententia sua semper præsumitur iusta: vnde
6 ab ea non appellatur, & † Princeps est supra legem, ideò secundùm conscientiam suam iudicare potest, quia semper præsumitur incorruptibilis, & est præsumptio pro eo, quòd quicquid facit, iustè faciat, ita quòd non admittitur probatio in contrarium secundum Iaco. de Raue. Veruntamen si verum est non subesse causam, negari non potest, quòd Princeps peccat, tamen iudex, qui iudicat secundùm eius
7 mandatum non peccat, cum † ipse sit lex animata in terris, vt in Authen. de consuli. & iudex secundum legem iudicare habet: Conferunt etiam ad prædicta, quòd Princeps nõ tenetur exprimere causam in mandato suo propter quam id faciat, vt aliàs latè scripsi, quod etiam voluit Bald. consi. 333. Ad euidentiam sequendorum præmittendum quoddam indubitatum col. fi. lib. 1. per tex. in c. cum parati de appel. & not. per Inno. in ca. 1. de iudi. in 6. Ex quo colligitur, quòd mandare potest secundùm suam cõscientiam. Et ista breuiter sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Legatum nunquid latè vel strictè sit interpretandum declara, vt in nu. 5. 10. 13. 15. & per totum.*

2 *Testamenta vitiantur vitiata institutione.*

3 *Legata nunquid interpretari debeant secundum propriam verborum significationem, vel impropriam dic vt nume. 26.*

4 *Testator vtrum magis diligat hæredem, quàm legatarium, dic vt nu. 27.*

6 *Remuneratoria dispositio est latè interpretãda, etiam quod aliàs essemus in materia strictè interpretanda.*

7 *Legata non accipiunt dispositionem l. veteribus ff. de pac. secus contractus.*

8 *Legatarij est electio in legatis alternatiuis.*

9 *Legatum factum alicui de decem donec viuat intelligitur annuum.*

11 *Dictio, seu, in legatis stat ampliatiuè, & non disiunctiue.*

12 *Filij appellatione licet non veniant nepotes propriè, tamen dispositio testatoris facta in fauorem filiorum trahitur ad nepotes.*

14 *Conditio impossibilis adiecta institutioni vel legato fauore vltimarum voluntatum reijcitur legato & institutione pura remanente.*

16 *Legatum factum duobus de progenie non impletur in primis duobus, sed durat successiuè in alijs proximioribus.*

17 *Copulatiua, &, quando legatum est factum Doctoribus & medicis non requirit concursum vtriusque.*

18 *Legatum de eadem quantitate factum in eadem oratione cum duplici expressione intelligitur de diuersa quãtitate ambobus factum.*

19 *Legata pleniorem non plenissimam accipiunt interpretationem, nisi propter eximiam testatoris atque legatarij nobilitatem aliquid amplius præsumatur.*

20 *Legatum factum coniuncto; vel alij, ad quem maximam testator habet affectionem, est plenissimè interpretandum.*

21 *Legatum vbi ambiguitas verborum versatur, est latè interpretandum, secus vbi est incertitudo voluntatis. & nume. 23.*

22 *Legatum propter incertitudinem non vitiatur, secus contractus.*

24 *Regula l. in testamentis ff. de reg. iu. loquens de testamentis locum habet etiam in legatis.*

25 *Legatarius agit executiuè ad legati præstationem contra hæredem, & etiam pro legato ad non pias causas potest agere coram ecclesiastico, quamuis laicus conueniatur.*

CONSILIVM. 626.



1 Raesens articulus, vtrum † legata strictè aut latè interpretanda sint, semper apud me dubius fuit, ideò deueniendo ad eius enucleationem, videtur primò dicendum, quòd strictè interpretari debeant, vt probari videtur in l. nummis ff. de lega. tertio & in l. apud Iulia. §. scio & in l. si ita sit adscriptum in fin. ff. de lega. 1. & in l. si ita relictum fuerit in princip. ff. de lega. 2. & in l. qui concubinam §. cum ita ff. de lega. 3. & ad text. in l. in testamentis ff. de regu. iur. & in capitu. cum dilecti de dona. vbi dicitur, quòd in testamentis sit plenior interpretatio respondetur illud procedere respectu institutionis, quia ad publicam vtilitatem pertinet, quod testamenta sustineantur. l. vel negare ff. quéad. testa. aperia. gloss. in l. Gallus §. quod si is ff. de libe. & post-
2 hu. quæ † testamenta non sustinentur vitiata institutione, quæ est

quæ est caput testamentorum §.ante hæredis. insti.de leg. & ita hanc differentiam videtur facere Barto.in l.cum auus in fi.ff.de condi.& demon.vbi illam legẽ vult tantum, procedere fauore institutionis conseruandæ, & similem distinctionem inter institutionem & legata ponit gl.fi.in l.si plures ff.de condi. institu. ad quod etiam facit bonus text. in l. pen.§.sed cum veteres iuncto §.illo C.de neces.ser.hæred. insti. Accedit ratio, quia in materia fauorabili verba accipiuntur secundùm latam & propriam significationẽ c.odia
3 de reg.iur.in 6.l.cum quidam ff.de lib.& posthu.Sed† in legatis verba debent intelligi secundùm propriam significationem & non impropriam l.non aliter in prin.ff.de leg. 3. l.ille aut ille §.cum in verbis.ff.eo.ti.ex quo ostenditur lega
4 ta non esse latè interpretanda.Accedat ratio,quia† testator videtur magis diligere hęredem,quàm legatarium,& ideo accipienda est ea interpretatio, vt testator videatur minus grauare hæredem,quàm sit possibile l.Titia §.qui inuita ff. de leg.2.l.vnum ex familia §.si rem ff.eo.ti.Et ita hanc opinionem tenet Dec.in d.l.in testamentis Ias.in l. non dubiũ col.10.C.de ll.& in l. quod Seruius ff. de condit. ob cau. Et hæc aliquando videor sequutus in consilijs meis iampridẽ impressis.

In contrarium vrget tex.in d.l.in testamentis & in præ-
5 allegato c.cum dilecti vbi dicitur, ꝙ† in testamentis plenius voluntates testantium interpretantur & clarum est,ꝙ legata fiunt a testantibus in eorum testamentis,quod confirmatur,quia hoc ibi traditur per modum regulæ,quæ quidem debet esse vniuersalis,vt vult glo.in rub.de reg. iur. in 6.& glo.in l.1.ff.eo.tit.vbi dicunt,ꝙ indefinita per modum regulæ æquipollet vniuersali,& inter cætera allegat gl.in d. l.1.text.in l.1. §. in initio ff.de offi.præfec.Vrbis,vbi vrbis appellatione veniunt,quæ intra vrbem sunt,omnia.Sic dicam in proposito,ꝙ dum regula dicit,ꝙ in testamentis plenius voluntates testantium interpretantur, debet intelligi perinde, ac si dictum fuisset in qualibet parte testamenti, seu in his,quæ intra testamentum continentur.Confirmantur prędicta,quia legata communiter fiunt respectu meritorum l.nec adiecit in fi. ff.pro Soc.l.idemq; §.fin.ff.mãda.
6 & † dispositio remuneratoria latè est interpretanda tanquã fauorabilis,etiam quòd essemus aliàs in materia strictè interpretandanda,vt vult Gulielmus de Cun.in l.3. §. si procurator ff.quod quisq; iu.& Alexan.in prin. illius l. & tradit Petr.de Anch.consi.327. Discurrit materia dubij col. 2. &
7 † in legatis cessat ratio l.veteribus ff.de pac. quæ facit, vt in contractibus stricta sit interpretatio, quia stipulator potuit apertius loqui, legata autem pendent a sola voluntate legãtis.Demum hęc pars auctoritatibus firmatur:Nam primò hoc est de mente gl.in d.c. cum dilecti dum allegat text. in d.l.3.ff.de vi.triti.& ole.lega.quæ loquitur in legato. Secundò hoc idem vult gl.in l.Princeps bona ff.de verb. signi.dũ allegat tex.in l.nam quod §.fi.& l.cogi ff.ad Trebe.qui tex. loquuntur in fideico. Tertiò adduco glo.in d.l. in testamentis, vbi exemplificat illum text. per decem ferè exempla in legatis, in quibus licet fieri plenam interpretationẽ, vbi in contractibus secus fit.Quartò ad idem adduco gl.in l. fi. ff. de consti.Prin.quæ dicit,ꝙ in vltimis voluntatibus plenior fit interpretatio,allegat tex. loquẽtes de legato in l.quæsitũ §.idem respondit ff.de fun.instru.& in l.pen.ff. de vin. triti.
8 & ole.lega.Quintò adduco etiã gl.in l.si fundo ff.de lega.secundo,vbi vult † ꝙ in alternatiuis legatis, legatarij sit electio,quia hoc benignius est,& plenius per iura,quæ ibi adducit & per tex.in d.l.in testamentis.Sexto facit quod scribit Oldr.consi.163.Quod nomina debitorum, vbi consuluit,ꝙ legans castrum,videtur etiam legare arma, quæ in castro erant ad defensionem parata,licet non videatur legare nomina debitorum propter instrumenta nominum ibidem reperta, vt ipse hoc ibi latius prosequitur. idem tenet Io.Andr.in addi.Spec.in tit.de iurisd.om.iu.in §.1.ver.quę autem in addi.magna,quæ incipit vidisti duas opiniones in fi.Anto.de But.& Imo.in c.cum dilecti in fi.de dona. Septimò adduco Bar.in l.cum qui §.qui ita ff.de verbo.obli. vbi
9 vult,ꝙ † fauore vltimæ voluntatis legatum factum de decem intelligitur annuum l.legatum in princ.ff.de annu.leg. vult tamen aliud esse in stipulatione,quia semel tãtum promissio debetur & Bar. ibi sequitur Ang. & alij communiter,quos ibi refert Alex.Octauò adduco Bar.in l.si cui lege
10 tur §.hoc autem col.fi.ff.de leg.1.vbi†vult, ꝙ tex. in l. Tahis §.libertatem ff.de fideicom.liber.qui loquitur in legato libertatis,continet ius commune, nil speciale fauore libertatis,& id quod ibi dicitur humaniore interpretatione &c. intelligitur de illa humanitate, quæ debet fieri in qualibet vltima voluntate, vt in l.in testamentis ff.de reg.iur. Nonò facit,ꝙ dicit Bar.in l.si quis ita per illum text.de au.& argu.
11 lega.vbi vult,ꝙ in†legato eorum fauore dictio, seu,nõ stet disiunctiuè sed ampliatiuè contra propriam eius naturam, & sequitur Bar.in l.si is qui ducẽta §.vtrum col.2. ff.de reb. dub.& idem tenet Cin.& Bal.in l.pen.C.de verbo. signifi. Ant.de But.in c.inter cæteras de rescri. Decimò facit, quia licet masculinum ex propria significatione non concipiat fœmininum,sed ex impropria, tamen in legatis, quia sunt amplianda,masculinum concipit fœmininum, vnde legatis mulis etiam mulę continentur l.qui duos ff.de leg.tertio & legatis seruis seruæ veniunt l.seruis legatis eo.ti.& conditio illa,si decesserit sine filio,intelligitur etiam de filia,vt est celebris decisio Io.And.in c.Rainutius de testa.quam vbique Docto.sequuntur,& ita secundùm prædicta dicit Bar. in l.1.col.fi.ff.de pecu.& in l.1.ff.de verbo.signi. vbi ad hoc allegat tex.in l.si quis ita ff.de testa.tutel.Vndecimò,quia li-
12 cet†appellatione filij non veniant nepotes propriè, sed impropriè, tamen quando testator loquitur de filijs disponẽdo in eorum fauorem, prouisio facta de filijs, ad nepotes porrigitur l.Lucius ff.de hæred.insti.tradit Bar. in l. liberorum col.4.ff.de verbo. signi. quem sequitur Anto. de Butr. in c.in quibusdam col.pen.de pœn.Cardi.in ca.2.de verbo. signifi.Pet.de Anch.in Clem.1.col.2.de baptis.cum multis alijs concord.quę adduci possent.Duodecimò accedat Barto.consi. 195. Angelotus, & Andriolus, vbi dicit formali-
13 ter,quòd†in legatis fauorabilis fit interpretatio pro legatario contra hæredem scriptum,qui certat de lucro,vt regulariter fit in testamentis,& ita intelligit tex.in l.legatum §. fi. ff.de condi.& demon.& in l.fi.eo.tit.quos tex.non vult procedere in contractibus.Decimotertiò idem dicit Bal.consi. 59.Quædam mulier lib.5.per tex.in d.l.in testamentis,vbi ex hoc arguit, quòd testator, qui reliquerat domũ quibusdam fratribus,pro hospitio, seruitio, & vtilitate dictorum fratrum, videatur etiam legasse dominium domus & pro-
14 prietatem.Decimoquartò†facit, quod scribit Ange. & ibi Imo.in l.1.ff.de condit.institu.quòd fauore vltimarum voluntatum conditio impossibilis adiecta a testatore in institutione,& legatis reijcitur,& non vitiat institutionem,nec legata,& ante eos hoc dicit glo.fi.in §. impossibilis Institu.
15 de hæred.institu.Decimò†quintò addo Ang.& ibi Pau.de Cast.in l.certo generi ff.de serui.rustico.prædio vbi.concludunt, quòd si testator cuius erat apotheca, & merces in ea distentas,leget apothecam,censetur legare vtrunque videlicet locum & merces, quia in legatis & vltimis voluntatibus larga fit interpretatio,quatenus verba patiuntur l.in testamentis ff. de reg. iur. Decimosextò facit,quia vbicunq; testator legat separatim per se simplicia, tunc sub illis simplicibus continetur mixtum l.Titiæ textores in princ. ff.de leg.1.vbi Alex.& Ias. post alios ibi dicunt istud procedere, quia sumus in fauorabilibus, & fauores sunt ampliandi, de quo etiam habetur per Doct.in l.2.in prin.ff.de verb.obli. Decimoseptimò additur Pet.de Anch.consi.27. Non seruato ordine dubiorum col.3.versi.nec obstat si dicatur,vbi
16 voluit,quòd†legatum factum duobus de progenie non impleatur in primis duobus,sed durat successiuè in alijs proximioribus,quia sumus in dispositione fauorabili, & per cõsequens amplianda,vt l.in testamentis ff.de reg. iur. & vult hoc casu non procedere regulam,de qua in c.non potest,& in c.quãuis de præb.in 6.& in l. boues §. hoc sermone ff.de verb.signi. Decimooctauò adducit Imo.in Cle. in plerisq;

17 col.4.de elec.vbi post Iac.But.vult, ꝙ † si testator legat his,
qui sunt Doctores in legibus, & Doctores in medicina, cẽ-
seatur factum legatum his, qui solum sunt Doctores in legi-
bus, & doctores solùm sunt in medicina, & sic copula, &,
non requirit concursum vtriusq;, quia secundum eum ma-
teria est larga. sequitur Alex.cons.217.Ponderatis his, quæ
in themate col.2.ver. Tertiò presuppono li.6. Decimono-
18 no accedat, quia si † testator in eadem oratione legat eãdem
quantitatem, cum duplici expressione duobus, puta quia di
cat, lego Titio decem, & Seio decem videtur legare vtriq;
diuersam quantitatem, & sic quilibet habebit decem l. Me
uia in prin.ff.de leg.2. & hoc amplectit̃ Cuma. & ibi Alex.
alios referens in l.stipulatio ista habere licere §.in stipulatio
nibus ff.de verb.obli. mouẽtur, quia in testamẽtis benigna
& larga fit interpretatio d.l.in testamentis, & idem per ean
dem rationem tenet Imo.in l.si quis in testamento in prin.
vbi etiam Ias.ff. de leg.1. Vigesimò idem tenet Alex. cons.
264.Perspectis verbis testamenti col.1.ver. Accedit secun
dùm cum li.6.vbi per d.l.in testamentis vult, ꝙ legata do-
mo veniat etiam apotheca existens sub eisdem finibus. Ex
prędictis concludendum arbitror legata esse latè interpre-
19 tanda: illud † quidem fateor in legatis pleniorem, non tamẽ
plenissimam faciendam esse interpretationem, & ita intel
ligo tex.in l.qui lancem ff.de au.& arg. leg.vbi testator, qui
habebat lancem maximam, minorem & minimam, legan
do minorem lancem, intelligitur mediam legasse, & vide-
tur hoc esse de mente Bal.in l.1.ver.sed pone C.de verb.si-
gni. vbi vult, ꝙ si testator armabat equũ diuersis modis, vt
quia quãdo ibat ad torneamẽta ponebat sibi phaleras idest
ornamenta cum gemmis & auro, sed quando accedebat ad
prælium erant phaleræ de corio, & legauit armaturas æqui,
phaleræ mediocres debentur, quia medium est viri pruden
tis, & legis à sapientibus institutæ, allegat ad hoc d. l.qui lan
cem, & hoc nisi propter eximiã nobilitatem testatoris atq;
legatarij aliquid amplius præsumatur arg.l.filius ff.de dona.
l.vir vxori in fin.ff.de leg.3.& l.plenum §.Titij ff.de vsu &
habit.& prędicta etiam sunt de mente Alex.licet de eis nõ
faciat mẽtionem consi.60.Omisso multiloquio li.1.vbi ex
hoc decidit notabilem quæstionem, de qua ibi per eum. Et
similiter, ꝙ media sit facienda interpretatio, & non plenissi
ma tenet Corn.consi.229.Licet clarum arbitrer col.2.li.4.
Et intelligo tex.in l.Titia §.Seia ff.de au.& arg.leg. vbi te-
stator in quadam æde sacra poni iusserat, & statuit signum
aureum, vel argenteum, vel æneum decidit ibi Iuriscon.de
argẽteo, & sic colligitur ibi, ꝙ id, quod est mediocre venit
in legato, est verum ꝙ Bar.intelligit illum tex.procedere fa
uore piæ causę, vel propter dignitatem aduersarij, & tenet
hoc etiam Bal.in l.& si nondum C.de fur.& sequitur Aret.
in l.filius col.1.ff.de verb.obli.aliter etiam illum tex.intelli-
git Dec.in l.semper in obscuris ff.de reg.iu. vbi videndum.
20 Non omitto etiam † quod vbi testator reliquisset cõiuncto
vel alij, ad quem magnam affectionem haberet, tunc pro-
culdubio plenius deberet legatũ interpretari, vt est tex. no.
in l.Aurelio §.Titius testamento facto ff.de liber. lega.in il
lis verbis pręsumptio enim propter naturalem affectum fa
cit omnia patri videri cõcessa, ad idem tex.in l. si seruus plu
rium §.fi.ff.de leg.1.ibi legatarij dignit..s & charitas, & ne-
cessitudo, & facit etiam tex.in l.cum alienam C.de lega.


Restat nunc, vt respõdeatur in oppo.adductis. Vnde pri
mò non obstat tex.in d.l.nummis ff.de leg.3.& in d.l. apud
Iulia.§.scio cum alijs pluribus iuribus in contrarium addu-
21 ctis, in quibus probatur, ꝙ † in legatis id, quod minimũ est
debetur, quia illi tex. procedunt vbi est incertitudo volun-
tatis defuncti, quia tunc eius declaratio pertinet ad hęredẽ,
qui eadem persona reputatur cum defuncto l. si quis a filio
§.si plures & ibi Alex.latè ff.de leg.1.sed non vbi in legatis
est ambiguitas verborum, quia lata fit interpretatio, vt su-
periora ostendunt, & vbi etiam est incertitudo voluntatis
defuncti, licet tunc debeatur, quod est minimum, tamen le
22 gatum adhuc habet plus, quàm contractus, quia † legatum
tunc nõ vitiatur propter incertitudinem, sed bene vitiatur
contractus, vt vult Bart.& ibi communiter alij sequũtur in
l.ita stipulatus 8.oppo.primæ partis ff.de verb.obli. & gl. in
l.cum post.§.gener in verbo constaret.ff.de iu.dot.& ita re
spondet Clau.Aquen.qui ad partem tenet in l.fi.col.5.ff.de
consti.prin.vbi etiam improbat Bar.aliter sentientem in l.
23 non aliter ff.de lega.3.Et vltra eum, ꝙ vbi † est ambiguitas
verborũ legatum sit latè interpretandum, & nõ quod mi-
nus est, sed quod maius debeatur est bonus text.in l.si is, qui
ducenta in prin.ff.de reb.dubi.vbi si testator Seio, cum du-
centis, quę apud eum deposuit, tercẽta leget, hic sermo, etsi
sit ambiguus, vt ibi inquit Iuriscon.videlicet, an in tercen-
tis computentur ducentum deposita, vel non, tamẽ decidi-
tur ibi quod non computantur, & sic ambiguitas ita resol-
uitur, vt non tercenta, sed quingenta debeãtur. Non obstat,
24 ꝙ † tex.in d.l.in testamentis ff.de reg.iu.procedit in institu-
tione, non autem in legatis, quia respondetur, quod text. in
d.l.in testamentis loquitur generaliter, ꝙ in testamentis fit
plenior interpretatio, vnde etiam debẽt venire legata, quæ
in testamentis continentur, & non est restringẽdus ille tex.
ad institutionem præsertim, quum procedat per modum
regulæ, vt superius est deductum. Non obstat, ꝙ hanc diffe
rentiam inter institutionem & legata videtur facere Bar.in
d.l.cum auus & gl.in d.l.si plures ff.de condi.insti.& proba-
tur in l.pen.§.sed cum veteres iuncto §.illo C.de neces.ser.
hæred. insti. quia in illis casibus ius faciebat contra institu-
tionem. Vnde de rigore iuris institutio vitiabatur, quod ta-
men non fit ob publicam vtilitatem, quę vertitur in conser
uatione testamẽtorum, vnde fateor, ꝙ est fauorabilior in-
stitutio, quàm legata, & magis ad eius conseruationem le-
ges adspirant, non ideò tamen fit, quin legata debeant ple-
nè interpretari, quum legatum contineat liberalitatem, &
fiat plerunq; propter benemerita, ideò debitor legãdo cre-
ditori, non videtur hoc facere animo compensandi l. credi
tore ff.de lega.2.Et illud quod dicitur, quod publicę inter-
est, volũtates defunctorum impleri, non solùm procedit in
25 institutionibus, sed etiam in legatis, vnde † legatarius agit
executiuè ad præstationem legati cõtra hæredem, vt Ang.
scribit in §.illud ver.Item no.per tex.ibi Auth.de hęred.&
Falc.sequit̃ Alex.in l.fi.2.no.C.de edic.diu.& quod est for-
tius etiam pro legato ad non pias causas potest agi corã ec-
clesiastito, etiam si conueniatur laicus l.hęreditas §.si defun
ctus; & ibi Bal.& Ang.no.ff.de peti.hæredi. cum alijs pluri
bus relatis per Alex.consi.170.Circa primum dubium præ
26 suppono in princ.lib.2.Non obstat, ꝙ † legata intelligenda
sunt secundùm propriam significationem, & non impro-
priam, quia respondeo tex.non reperiri, qui hoc dicat: nam
tex.in d.l.non aliter in prin.& in d.l.ille aut ille §. cũ in ver-
bis, non aliud dicunt, quàm quòd secundum significationẽ
verborum legata sunt intelligenda, & non negant, quin ple
nior in legato sit facienda interpretatio, prout verborum si
gnificatio patitur, immo permittunt impropriam & abusi
uam interpretationẽ, vt est tex.in d.l.non aliter §.1.vbi Iu-
riscon.dicit formaliter. Non enim in causam testamentorũ
ad diffinitionem vtiq; descendẽdum est, quum pleriq; abu
siuè loquantur, nec proprijs nominibus ac vocabulis vtan-
tur, vt ibi gl.in verbo diffinitionem exponit, idest ad strictã
verborum significationem, & hoc etiam tradit Bal.in rub.
C.de verb.signi.in primis verbis, vbi ad hoc etiam allegat
tex.in l.scire oportet §.sed si maximè ff.de excu.tuto. Non
obstat, ꝙ testator videtur minus grauare hæredem, quàm
sit possibile per text.in l.Titia §.qui inuita & in l. vnum ex
familia §.si rem ff. de leg.2. nam hoc procedit in prædictis
iuribus, quia verisimile erat testatorem ibi noluisse graua-
re hæredem ex rationibus ibi adductis per Iuriscon. Vnde
non debet hoc extendi ad alios casus, in quibus dispositum
est fieri circa legata pleniorem interpretationem, quando
verba id patiuntur, & mens non repugnat. Non obstat ꝙ
27 † testator videatur magis diligere hæredem, q̃ legatarium,
quia istud verum est in vniuerso patrimonio, in quo fuit in
stitutus, sed in re legata videtur magis diligere legatariũ: vn
de videmus, ꝙ in re legata legatarius dicit̃ quodammodo
hæres

hæres l.in id tempus in fi.ff.de vsuca.& quòd contra hæredem ad prestationem legati iura voluerunt executiuè procedi, vt superius dixi. Nō obstat, quòd Ias.& Dec.tenuerint fieri in legatis strictam interpretationem, quia hoc est cōtra opinionem glo.& Docto.antiquorum,& etiam nonnullorum modernorum, vt in superioribus latè patuit, quanquam Ias.non videtur illud firmare, sed dicere disputatiuè, & alijs in locis contrarium amplectitur.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas non soluendi onera, sicut qualibet alia spacio 30.annorum præscribitur.*
2 *Præscriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, habet vim tituli legitimè constituti, & concessionis & priuilegij.*
3 *Præscriptio aduersus perpetuum censum inducitur per non solutionem annorum. 40.*
4 *Negatiua non soluentis onera, & in quolibet alio actu, in quo scriptura conficitur, quomodo probetur.*
5 *Prædo etiam in sua possessione tuendus est.*
6 *Præcepta pœnalia iustum inducunt metum præsertim Principum & dominorum.*
7 *Metum probasse dicitur, qui iustam metuendi causam probat.*
8 *Possidens non vi, non clam nec precario ab aduersario à pretore tuendus est, aliàs secus.*
9 *Protestatio licèt non probet vim & metum, tamen declarat quo animo quicquid fiat.*
10 *Possessio antiqua per recentem & vitiosam non aufertur.*
11 *Petitorium cum possessorio cumulatur in iuribus incorporalibus.*
12 *Immunitas concessa territorio est realis & transit ad quēcunque transit res.*
13 *Immunitas concessa ciuitati, & loco realis dicitur, & ad posteros transmittitur.*
14 *Donatio in ecclesiam collata dicitur realis.*
15 *Beneficium Principis concessum personæ non morienti est reale, & perpetuum.*
16 *Immunitatis conseruatio magis accedit beneficio, quàm priuilegio, quod beneficium esse reale præsumitur.*
17 *Beneficium Principis collatum in eum, qui ei recognitionem facit de feudo rei alienæ, quum transeat in contractum, reuocari non potest.*
18 *Collectarum solutio vbi iam est præscripta eorum postea solutio soluenti non præiudicat, nisi per annos 40. sit secuta.*
19 *Reseruatio Principis facta ad derogationem immunitatis alicui competentis, nihil operatur.*
20 *Reseruatio reseruanti ius non tribuit, vbi non inuenit reseruabile.*
21 *Renuntiatio iuris iam quæsiti ex actibus tacitis non inducitur, secus si exprimatur.*
22 *Consensus tacitus consentienti non præiudicat, nisi ex certa scientia interueniat.*

CONSILIVM. 627.



N controuersia, quæ vertitur coram Magnifico Magistratu reddituum status Mediolani inter homines Mōtisbressarij,& præstantsiimum procuratorem fisci partes diuersas super onerum seu collectarum solutione. Dico omisso argumētandi ordine ad vtrāque partem, d. homines Montisbressarij obtinere debere etiam si de mero possessorio agatur. Ad cuius rei clariorē

1 demonstrationem primò præsuppono, quòd † libertas nō soluendi onera, sicut quęlibet alia, spacio 30.annorum præscribi potest c.de quanta de præscrip.l.fi.C.de fun.patrimo. lib.11.glo.in Cle.1.in verbo legitima de censibus,& glo.in l.in fraudem in verbo sortiri.C.de anno.& tribu.lib. 10. & in l.si publicanus in verbo municipium.ff.de publi.Abb. in c.accedentes de prescrip.& consi.94.Quedam ecclesia lib. 1.& consi.26.In quæstione, quæ ad præsens lib. 2. Pau. de Cast.consi.313.Postremò res ista col.1. lib. 1. & prædicta tantò magis procedunt si tantum tēporis spacium intercedit, cuius initij memoria nō extat, quo onera nō fuerunt so
2 luta, quia† præscriptio tanti temporis habet vim tituli legitimè constituti, l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff.de aq. quot. & æsti.habet etiam vim priuilegij c.super quibusdam §. præterea de verbo.signi.& æquipollet veritati.l.1.& ibi glo.C. de serui.& tantum potest, quantum Imperator cum causa secundum And.de Iser.in c.1.,in verbo flumina publica colum.3. quæ sint regalia, & per eam quæruntur impræscriptibilia c.1.de præscrip.in 6.& eo ipso, quòd impositæ sunt collectæ,& soluentibus cæteris aliquis non soluerit, tūc incipit currere præscriptio, vt ostendunt iura & Docto. præallegati,& per consequens constituitur in quasi possessione non soluendi, quia sine possessione non procedit præscriptio.l.sine possessione.ff.de vsuca.& neganti se soluisse, non incumbit onus probandi negatiuam, sed sufficit sola allegatio iuncto cursu legitimi temporis, vt voluit Bal.consi.318.
3 Proponitur quòd antiquitus lib.3.dicens † præscriptionem aduersus perpetuum censum induci per non solutionem annorum. 40. & ista non solutio probatur ex solo temporis cursu,& idem tenet Corn.in terminis collectarum, de quibus agitur consi. 142. Videtur prima facie dicendum col. pen.lib.3.& repetit consi. 268. In hac consultatione col. 7. versic. licet autem talis lib. 4. vbi adducit efficacem rationem, quia si ista negatiua non soluendi esset probanda per allegantem vix posset procedere præscriptio xxx.vel xl.anorum aduersus debitum, quia si aliquid esset interim solutum, interrupta esset præscriptio.l.cum notisśimi.§.sed, & si quis.C.de præscrip.xxx.vel xl.annorum,& esset præscribenti difficile, imò impossibile hanc negatiuam non coarctatam loco & breui tempore probare. Propterea sufficit ei, qui innititur ex tali præscriptione probare lapsum tem-
4 poris à die natiuitatis actionis. Præterea potest † probari hæc negatiua ad cautelam si inspecto libro soluentium ibi non reperitur, verba sunt Bart.in l.fi.C. de reb. cred. & in l. Titiæ textores.2.nota.ff.de leg.1.& idem dicit Bal. in l. iustum.C.de edend. & regulariter in actu, in quo conficitur scriptura, probatur negatiua per rimationem, & percunctationem ipsius scripturæ, vt probatur in d.l.fin.C.de reb. cred.& in l.cum testamento ibi, si non debitor ex rationibus relatis repertus fuerit,& ibi Bal.not. C. de testam. manumis.& ponit etiam Bart.in l.ei qui ad ciuilia.C. de appel. Feder.de Sen. loquens de libro excommunicatorum cons. 119.Nulli dubium est, cū alijs similibus adductis per Alex. consi.122.Viso puncto col.1.libr.4. Nunc reducendo ista ad casum nostrum, quum præsupponatur homines Montisbressarij non solum per spacia.xxx.vel xl. annorum, sed etiam temporis immemorialis nunquam soluisse onera imposita per Illustrisśimos olim Duces Mediolani, nec per eorum successores in ipso statu Mediolani, quæ probatio fieri potest, vel ēt fit per modos suprascriptos, sequitur ꝙ sint tuti pręscriptione tanti tēporis iuxta superius deducta. Quinimo etiam si volumus considerare merum possessorium, ex quo non soluerunt onera cæteris soluentibus, sunt in quasi possessione non soluendi, & in hac possessione sunt manu-
5 tenendi, quia†predo ēt in sua possessione tuendus est, c.in literis de rest.spol.l.si quis à se fundum.C.ad l.Iul.de vi.l.1.§. qui a me vi,& l.colonus.ff. de vi & vi armata. Præterea de quasi possessione d. hominū non soluendi onera status Mediolani, apparet ex multiplicibus & varijs literis Magnifi. Magistratuum, qui præceperunt exactoribus onerū, vt supersederēt, ab exactione onerū cōtra d.homines,& eos nō molestarent,

molestarent, quæ quidem literæ magistratuum constituũt eos in quasi possessione non soluendi, vt habetur in l. non est mirum ff. de pigno. actio. Non obstat illud, quod prætendit fiscus, se esse in quasi possessione exigendi d. homines eo, quòd hoc postremo bello, quod in partibus Pedemontium gestum fuit, soluerunt aliquando onera imposita ad equites tolerandos; quia respondeo, (cum bona venia, & debita reuerentia) quòd huiusmodi solutiones fuerunt meticulosæ, & coactę missis militibus & præceptis pœna-
6 libus: nam † præcepta pœnalia iustum inducunt metum Bart. in l. creditor in fin. ff. de solu. præsertim Principum & Dominorum, quia tunc dicuntur inferre impressionem, vt per Bar. in l. pe. C. quod met. cau. & in tracta. de Tyran. col. 5. vers. Impressionem autem probabit, cum alijs similibus,
7 & dicit Bal. in c. 1. quod met. cau. col. 1. quòd qui iustã † causam metuendi probat, hoc ipso dicitur probasse metum: quia nemo debet exponere se periculo, sequitur And. Sicu. consi. 30. Bene etenim col. 1. lib. 1. Clarum est autem, quod
8 possessio violenta non attenditur: nam † prętor interdicto suo tuetur possessorem, modo non vi, nec clam, nec precario ab aduersario possideat. l. 1. in prin. & §. fin. cum l. seq. ff. vti posside. nos autem sumus in illo capite exceptionis de vi, & quod in huiusmodi incorporalibus nullum ius acquiratur, vbi aliquis vi, vel clam, vel precario possidet; probatur in l. 1. C. de serui. & aq. l. si quis diuturno. ff. si serui. vend. l. 1. in fi. ff. de aq. plu. arc. gl. in c. cum ecclesia in verbo trium Episcoporum de cau. posse. & proprie. & in specie de hoc est optimus tex. in l. cura in prin. ff. de mune. & hono. quem adducit Roma. consi. 252. Pro decisione propositę consultationis circa fi. vbi habetur, quòd munus per vim extortum non aufert excusationem, quam quis habet pro muneribus alijs subsequentis temporis, hoc etiam ostenditur ex protestationibus factis per d. homines, & admissis, quod
9 coactè, & inuiti soluebant & † licet protestatio non probet vim, & metum. l. metum. C. quod me. cau. tamen declarat quo animo quicquid fiat. l. & si quis. ff. de relig. & sump. fune. l. qui aliena. §. Celsus. ff. de acq. hære. & hoc etiam re ipsa declaratur. Ad quid enim voluissent d. homines, qui nunquam onera subierunt status Mediolani, &, vt hanc libertatem non soluendi tuerentur, sæpius magistratus Mediolanenses adiuerunt, & sumptus fecerunt, tunc primum se subijcere oneribus, nisi quod metu & vi ad id cogebantur, quum nemo pręsumatur iactare suum, nec renunciatio iuris sibi competentis præsumatur, l. cum de indebito. ff. de proba. c. super hoc, de renun. Non debet igitur procurator
10 † fisci auferre possessionem vetustissimam non soluendi à præfatis hominibus propter suam recentem possessionem, & vitiosam: nam vt inquit Iurisconſ. in l. non videtur. ff. de acq. posse. non videtur possessionem adeptus is, qui ita nactus est, vt eam retinere non possit. Credo autem prædictas illicitas exactiones factas esse præter intentionem & conscientiam Magnificorum Do. Magistratuum redituũ, quia pro eis valde præsumitur c. in præsentia de renun. l. 1. C. de offi. ciui. iudi. l. Herennius. §. Gaia. ff. de euic. & quòd non ratione sed errore introductum est non debet trahi in consequentiam l. quod non ratione ff. de ll. Et hæc quo ad possessorium dicta sint.

11 Venio nunc ad petitorium: nam † in huiusmodi iuribus incorporalibus potest simul petitorium & possessorium cumulari, vt Bal. inquit in l. 1. col. 10. versi. Duodecimo quæro C. de serui. & aqu. nec est in potestate procuratoris fiscalis, qui in hac causa contrarias partes sustinet, facere, vt petitorium pariter non cognoscatur. Clarum autem & manifestum est ius d. hominum in petitorio: nam quum antecessores istorum D. de Montebressario non essent subditi Illustrissimorum Ducum Mediolani, sed adherentes postmodum de anno 1456. acceperunt in feudum ab Illustrissim. quond. Francisco Sfortia Vicecomite primo Duce Mediolani pro se & eorum hæredibus, & successoribus masculis & fœminis in perpetuum, rectum nobile antiquum paternum & auitum castrum villam & locum Montisbressarij cum suis iuribus & pertinentijs, & cum mero & mixto imperio, & gladij potestate cum omnibus suis iuribus, & exemptionibus, franchisijs, libertatibus, & immunitatibus solitis, regalibus & honoribus prædictis castro loco, & territorio spectantibus & pertinentibus &c. ita se habẽt verba inuestituræ, propter quæ d. homines redduntur immunes ab
12 omnibus oneribus: nam † dic. immunitas concessa est territorio Montisbressarij, & sic immunitas est realis, vnde trãsit ad quemcunq; transit res, vt est tex. apertus in l. ætatem. §. fin. ff. de censi. vbi dicitur, quod personis data immunitas cum persona extinguitur, rebus nunquam extinguitur, ad idem tex. in l. sordidorum, & ibi gl. C. de excu. muner. li. 10. & bonus tex. in l. 1. §. permittitur. ff. de aq. quoti. & ęsti. in illis verbis, quod prædijs datur extincta persona non extinguitur, ad idem tex. in l. si aqueductus. ff. de contrah. empt. Præterea præfata immunitas non solum fuit concessa territorio, sed etiam castro villæ & loco Montisbræssarij: vn-
13 de † immunitas concessa ciuitati, & loco dicitur realis, & ad quoscunq; posteros transmittitur, vt est text. etiam apertus in l. forma. §. quanquam. ff. de censi. & tradit glo. in d. l. sordidorum & gl. 25. q. 2. in summa Bar. in l. pater. ff. de serui. leg. & in l. 1. ff. de consti. Prin. per text. in l. proponebatur in fin. ff. de iudi. Pau. de Cast. & Imo. in l. maritum. ff. sol. mat. & facit glo. in c. cum venissent in verbo probatum de Insti. vbi
14 dicit, ꝙ † si quis donat ecclesiæ pręsumitur realis donatio c. vlt. 16. q. 1. c. cũ apostolica de his, quæ fi. à præl. & hoc ideò est, quia ecclesia non potest mori cap. liberti il. 2. 12. q. 2. Et hoc idem est de mente Bald. in l. fi. colum. vlti. ff. de consti.
15 Prin. vbi dicit, ꝙ vbi † beneficiũ Principis conceditur personæ, quæ non moritur, est reale; quia personale esse nõ potest, quum sit perpetuum, allegat tex. in d. l. forma. §. quanquam: propterea nõ oportet ingredi illum articulum, an in dubio immunitas censeatur personalis vel realis, in qua q. varij varia dixere: nã in casu nostro res est clara ex verbis, & vbi verba sunt clara, non admittitur voluntatis quæstio l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. & in claris nõ opus est ire per ambages. l. continuus §. cum ita in fi. ff. de verbo. oblig. Et aduertendum est, ꝙ Princeps non concedit de nouo immunitatem, vt dici possit istud esse priuilegium tendens contra ius commune, & aduersus vtilitatem publicã: quia tantùm conseruat immunitatem, quam prius habebant, & sic non derogatur vtilitati aliorum subditorum D. Ducis: nam sine illa conseruatione immunitatis nec se, nec
16 locum, nec territorium subiecissent Do. Duci: ideò † hæc conseruatio immunitatis accedit magis beneficio, quàm priuilegio; & beneficium Principis præsumitur esse reale quia plenissimè interpretandum, vt Bar. dicit in d. l. pater. ff. de seruitute legata, & Pau. de Cast. & Imo. in d. l. maritum. Et dicit Bal. in d. l. fi. col. 2. ff. de consti. Prin. ꝙ beneficio iuuari non decipi nos oportet l. in commodato §. sicut ff. cõ-
17 mo. & † huiusmodi beneficium non potest reuocari per Principem, ex quo transiuit in contractum, quia Princeps lucratus est recognitionem rei alienæ in feudum iuxt. not. per Inno. & Doct. in c. nouit de iud. & tradit Bal. in l. qui se patris col. 7. versi. & vt scias. C. vn. lib. & in l. si cũ mihi. ff. de don. cum suis solitis concordan. Est etiam illud firmissimũ fundamentũ pro d. hominibus, quod pręscripserunt immunitatem non soluendi non solũ per spacium. 30. vel. 40. anno. sed per tempus, cuius initij in contrarium memoria nõ existit, quę quidem pręscriptio habet vim concessionis, & priuilegij, vt suprà in prin. harum allegationum deductum fuit: Nec huic fundamẽto obstat, ꝙ soluerint onera istis postremis temporibus, quia respondeo, ꝙ d. solutiones fuerũt meticulosæ, & violentæ, vt superius est deductũ. Præterea
18 † quum iam d. homines præscripsissent solutionẽ onerum, solutiones postmodũ factæ per eos nõ potuerunt sibi pręiudicare, vt in terminis scribit Abb. cõs. 94. Videtur primò quod nec à pręteritis li. 1. dicens, ꝙ si quis pręscripsisset aduersus collectas, & aliqñ postmodũ soluisset, non sibi pręiudicat, quia licet vnicus actus cõtrarius interrũpat præscriptionẽ, dũ est in fieri, nõ tñ vbi est completa, vt ibi ipse latè ostendit.

ostendit. Et vlterius, quòd soluens onera non præiudicet immunitati suæ, nisi in eo, quod est solutum, præter quàm si solutio facta fuisset per annos. 30. decidit Cyn. post Petr. in l. voluntariæ. quæst. 3. C. de excusa. tuto. per illum text. & per tex. in l. 2. vbi gloss. & Barto. nota. ff. de priuileg. veter. & in l. 2. C. de his, qui spon. mune. pub. sube. & latius hoc prosequitur Alexand. consi. 33. Ponderatis his, libr. 5. vltra quem adduco etiam Guid. Pap. quæsti. 387. Sed quid si nobilis, vbi loquitur de nobili nobiliter viuente, qui secundum morem Galliarum immunitatem consequitur à subsidijs & vult, quòd si soluerit tribus, vel quatuor annis præiudicet sibi pro præterito tempore, sed non pro futuro, quum sit actus, qui reiterationem accipiat, nisi solutum fuisset per annos. 30. quia tunc non posset amplius se opponere per tex. in dict. capit. si terra, & in capitu. accedentibus de priuileg. Non obstat prædictis, quòd in recognitione facta de dict. loco Montis bressarij Illustriss. quond. Francisco Sfortiæ per Magnificum quond. Do. Georgium Magiolinum Princeps velit, quòd homines, & incolæ dicti loci, & iurisdictionis ipsi Domi. Georgio, & suis de intratis, reditibus, emolumentis, & vtilitatibus ipsius loci sibi debitè spectantibus respondeant debitis temporibus, pariterque sibi, & suis officialibus pareant. Reseruata in primis superioritate præfati Illustrissimi Domini Ducis, & suorum, ac reseruatis taxis equorum, allogiamentis stipendiatorum, onere salis, dacij mercantiæ, & prout latius in d.
19 recognitione continetur, quia respondeo, quòd † super d. reseruationibus non potest Princeps se fundare ad derogationem immunitatis competentis d. hominibus, quum nullum penitus ius competat Principi ad exactionem d. hominum, ergo reseruatio nihil potest operari sicut dicimus de eo, qui fundum vendit saluo iure coloni, qui debet habere medietatem fructuum, si nullus reperitur colonus, nihil intelligitur exceptum, secundùm Bar. in l. si quis legauerit. ff. de leg. 1. per quem tex. dicit ibi Ange. quòd reseruatio non operatur, vbi nihil inuenit reseruabile, & d. decisionem Barto. in dict. l. si quis legauerit sequitur Ange. in
20 l. si in venditione. ff. commu. prædi. & † regulariter reseruatio nihil iuris tribuit illi, in quem dirigitur, si prius ius non habebat l. minor §. fina. & ibi gloss. ff. de euic. Ange. in l. scripturas C. qui potio. in pign. habe. & in l. omnes. C. de præscrip. 30. annor. & in l. fina. in princip. C. de tempo. appella. cum alijs multis concor. quæ adduci possent. Et tanto fortius id dicendum, quia apparet in di. instrumento recognitionis, quòd non fuit de intentione Principis velle derogare iuri d. hominum: nam in mandato directo Illustri Do. Iacobo Philippo Sacco præsidi inserto in dict. instrumento recognitionis dicitur, quòd inuestiat d. Do. Georgium proportione ipsi spectante, quemadmodum cæteri sui cōsortes inuestiti sunt & detinent; hoc autem non fuit seruatum, quia iuxta formam d. mandati non fuit inuestitus, vt cæteri consortes, qui sine d. reseruationibus onerum soliti erant d. feudum tenere. Denique etiam si expresse d. Dom. Georgius voluisset subijcere homines d. oneribus, clarum est, quòd non potuisset post ius illis quæsitum tam ex præscriptione, quàm ex præcedentibus inuestituris, quum vulgatissimum sit, quòd ius nostrum sine facto nostro à nobis auferri non potest. l. id, quod nostrum ff. de regu. iur. l. fina. ff. de pact. l. si partem in fin. ff. quemadmo. serui. amit. & res inter alios acta alijs non præiudicat, vt C. res int. alios ac. per totum & l. sæpè ff. de re iudica. Postremò non obstat, quod d. homines iurauerint fidelitatem Illustriss. Principibus, seu Serenissi. nunc dominanti, quia respondeo, quòd possunt esse fideles absque eo, quòd soluant onera, nō enim immunitas onerum repugnat fidelitati, & ex diuersis non fit illatio l. Papinianus exuli ff. de mino. Accedat prædictis,
21 quia ex † actibus tacitis nunquam inducitur renunciatio iuris quæsiti, sed opus est, quod expresse dicatur, quia non expressa non veniunt, vt Calde. inquit consi. 5. An habens beneficium cir. fin. sub titu. de præben. per text. in l. tres fratres. ff. de pact. & in capitu. quia circa de priuil. & ad id vltra eum est optima gloss. in capit. 1. §. præterea quib. mod. feu.
22 amit. quæ vult quòd † ad hoc vt quis tacite consentiendo sibi præiudicet requiritur, quòd ex certa scientia consentiat; aliàs potius intelligitur errare, quàm consentire, quam glo. sequuntur ibi Docto. & quòd præsumi non debeat repudiatio, vt quis ex tacito consensu ius suum amittat, ponit Barto. in l. Clodius ff. de acquir. hæred. & in dubio non præsumitur, quòd quis velit renunciare iuri suo capi. super hoc de renunc. Bal. in l. 1. vlt. not. C. de edic. diui Adria. & hic de renunciatione nihil apparet. Ex quibus omnib. concludo pro d. hominibus in hac onerum materia pronunciandum esse, siue merum possessorium, siue etiam petitorium intueamur:

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum fidelitatis triplex.*

2 *Verba enunciatiua probant inter partes, & quando sumus in antiquis probant etiam inter alios.*

3 *Feudi recognitio suscepta per Principem ex certa scientia & de plenitudine potestatis ad nouam reducitur concessionem, quatenus prima non teneret.*

4 *Possessio multum antiqua facit facilius præsumi pro possidente, propter probationis difficultatem, quàm recens.*

5 *Confiscatio bonorum ad feudum ante condemnationem cessum & donatum non extenditur.*

6 *Crimen vbi excipiendo proponitur, debet specificari cum expressione loci, temporis, & aliarum qualitatem.*

7 *Crimen oppositum per modum exceptionis & negotium principale non contingens, de quo agitur, à iudice puniri non potest.*

8 *Crimen incidenter oppositum etiam, quod contingat negotium principale, & sit probatum, tamen si is, contra quem est exceptum, defensionem sui non suscipiat, non est punibile.*

9 *Donatio insinuata dicitur quando donans in loco habet merum & mixtum imperium.*

10 *Insinuatio non requirit, quòd donans vel donatarius, vel res donata iurisdictioni iudicis insinuantis sit subiecta.*

11 *Constitutio nouiter facta, vt teneat, requirit, vt more vtentium sit recepta & approbata, & qui non illam seruat, eius trangressor non dicitur, vt nu. 13.*

12 *Reformatio contraria statuto, quod ante, & post fuit practicatum, statuto non præfertur, tanquam ab vtentium more non fuerit approbatum.*

14 *Decretum annullans aliquem actum dicitur continere pœnam.*

15 *Simulatio contractus non præsumitur ex sola continuatione possessionis, alijs coniecturis non interuenientibus, cū nu. sequen. & nu. 18.*

17 *Simulatio et fictio non præsumitur, nisi appareat causa, propter quam facta esse dicatur.*

19 *Instrumentum simulatum qui dicit, probare debet causam & speciem simulationis, & ad cuius casus reparationē fuerit factum, & quod ab initio contractus interuenerit, cum nu. sequ.*

21 *Simulatio vt ex continuatione possessionis vel ex alia coniectura præsumitur, opus est, quòd tempore contractus allegetur, & probetur causa verisimilis simulationis.*

22 *Donationis titulus in omni iurium cessione requiritur, ad hoc, vt simulatio euitetur.*

23 *Procurator in rem suam constitutus habens vtiles Domino habenti directas in agendo præfertur.*

24 *Feudum vbi in vocatum alienatur, Domini licentia non requiritur.*

CONSILIVM. 628.



INSPECTIS diligenter motiuis redditis, in controuersia, quam habet Illustris Do. Thomas Carrettus ex condominis Spigni possidens medietatem feudi d. loci & agens nūc ad aliam medietatem Serenissimi Regis fisco cōtrarias partes defendente: nec non inspectis resolutionibus datis per precedentem D. Consultorem paucioribus agendum statui, tum quia per præfatum D. Consultorem satisfactum videtur his, quæ contra præfatum D. Thomam subtiliter obijciuntur, tum etiā, quia valdè premor multitudine negotiorum propter senatorium munus, quo in istis partibus fungor. Circa igitur primum dub. dum dicitur, ꝙ posito, quòd D. Thomas esset ex descendentibus Freilini antiqui, tamen non probatur, ꝙ d. D. Freilinus fuerit inuestitus pro se & descendentibus, ex verbis positis in libro Archiuij in quo describitur, ꝙ 1431. die 13. Nouembris D. Freilinus de Carretto fecit fidelitatem de burgo, & castro Spigni, & villa Rochetæ &c. quum potuerit iuramentum fidelitatis præstari per Freilinum tan-
1 quam adhærentem, vel ex alia causa. Respondeo, ꝙ † triplex est iuramentum fidelitatis, vnum quod præstatur ratione feudi à Domino suscepit, alterum quod præstatur ratione domesticitatis & familiaritatis. Tertium, quod præstatur ratione iurisdictionis quam Dominus habet in territorio per habentes ibidem domicilium, seu bona, vt declarat Andr. de Iser. Bal. Iaco. Alua. & cæteri in c. 1. qual. vasal. præst. deb. Dom. fide. vbi est tex. expressus ponens hoc triplex iuramētum fidelitatis. Modò in proposito illud, quod dicitur de iuramento fidelitatis præstito per D. Freilinum antiquum non potest verificari, nisi in iuramēto fidelitatis præstito ratione feudi. Cætera autem duo iuramenta fidelitatis non possunt adaptari ad præsentem casum, quia hæc duo iuramenta prestantur ab eo, qui nulla bona tenet à Domino, & appellantur magis propriè iuramenta assecurationis, vt scribunt Doct. in prealllegato c. 1. qual. vasal. prest. de. Do. fidel. Sed quid oportet in his diutius immorari? Quum ex recognitione facta de anno. 1454. Illustriss. olim Francisco Sfortiæ primo Duci Mediolani per filios d. Domini Freilini narretur, qualiter d. olim pater de d. feudo Spigni & aliorum locorum fecerat fidelitatem, prout continetur in instrumento rogato per Io. de Varisio notarium Mediolane. anno præfato. 1431. ad quod instrumentum etiā præfatus liber archiuij se refert. Et id declaratur, ꝙ illa fuit feu-
2 dalis concessio, & quamuis † sint verba enunciatiua, tamen illa probant inter partes. l. optimam C. de contrh. emp. Bar. in Auth. si quis in aliquo col. fi. versi. iux. predicta quæro. C. de eden. & etiam probant in antiquis, in quibus nos sumus, etiam inter alias personas, vt ponit Bal. & Sali. in l. cum aliquis. C. de iu. delibe. & Anto. de Butr. in c. si. de succe. ab intest. Alex. consi. 75. Visis narratis col. 2. lib. 4. Ias. in l. ex his
3 col. 1. C. de testa. milit. Et aduertendum est, ꝙ † non est simplex illa recognitio feudi, sed noua etiam concessio, quatenus prima nō tenuisset, facta per D. Ducē ex certa scientia & de potestatis plenitudine, & omni meliori modo pro d. filijs & eorum descendentibus, & cum d. loca semper fuerint possessa per d. Dom. de Carretto præsumendum est, ꝙ sint de descendētibus d. Freilini antiqui, & aliorum successiuè inuestitorum ex quo sumus in antiquis excedētibus metam c. annorum, nam vt inquit Bal. in l. non ignorat col. 4.
4 C. qui accu. non pos. in † factis multū antiquis facilius præsumitur pro eo, qui possidet propter difficultatem probationis, quàm in factis recentib. vt no. Inno. in c. veniens de verbo. signi. ea enim quæ congruam probationem non recipiunt, admittunt in congruam. l. 1. in fi. ff. de verb. obli. & l. fi. C. de testa. & l. cōsensu §. super seruis C. de repu. l. si quidem. ff. solu. matr. Et videtur in proposito probatum per testes & instrumenta, quod d. D. Thomas est ex descendentibus d. Freilini antiqui, prout in themate continetur, quibus facilius venit danda fides, ex quo sumus in antiquis, & adiuuatur d. probatio descendentiæ ex possessione: probatur etiam, quod d. D. Thomas sit ex descendentibus d. Freilini, & successiue eorū, qui successerunt ex alijs, quæ in themate narrantur, & probata dicuntur in actis.

Circa secundum, quòd non potest fieri fundamētum super recognitione & concessione feudi prędicti facta per Illustrissimum Frācis cum Sfortiam primum de anno. 1454. eo, quia facta fuit procuratorio nomine filiorum d. D. Freilini antiqui, de cuius mandato non constat, nec pro eo prę sumitur ex temporis antiquitate. Plenè fuit & eleganter responsum per prȩcedentem Do. Consultorem, & ad eius responsionem me remitto.

Circa tertium dum obijcitur, quòd ex quo commissum fuit crimen rebellionis in primo gradu per Illustres fratres de Carretto, ꝙ feudum non ad agnatos, sed ad Dominum deuolui debet. Ad hoc motiuum etiam fuit latè respōsum per præcedentem D. Consultorem. Et vltra eum respondeo, quod ante condemnationem d. fratrum, & publicationem bonorum, iam diu facta fuerat donatio & cessio iuriū
5 feudalium præfato D. Thomæ: Vnde † publicatio bonorū non potest se extendi ad feudū, quod iam fuerat cessum & donatū d. D. Thomæ. l. 1. C. de pœn. fisc. cred. præf. vbi tex. formaliter dicit, Rem suam persequentibus pœnę exactio postponitur. Ad idē tex. in l. in summa & l. quod placuit, & l. Statius. §. fi. ff. de iu. fis. & l. si marito in prin. ff. sol. mat. & l. Imperatorē. ff. de fideic. liber. & ista est firmissima respōsio.

Circa quartū motiuū, ꝙ nec D. Thomas, nec eius pater petierunt renouationem inuestituræ, nec præstiterunt iuramentū fidelitatis, nec insignia tenuerūt D. Ducum Mediolani, & nūc Serenissimi Regis, nec præstitit seruitia, ad quę tenetur, & plus non denunciauit Regi consanguineos suos, & consortes contraria arma induisse, & ideò nedum debet admitti ad agendum pro recuperatione alterius medietatis feudi, sed etiam propria portione venit puniendus. Respon
6 deo, ꝙ vbi † proponitur crimen excipiendo, non sufficit ita generaliter illud proponere, sed specificè debet exprimi, ēt quod agatur ciuiliter, cum expressione loci, tēporis, & aliarum qualitatum, de quibus in l. libellorum. ff. de accus. c. præsentiū. §. testes & ibi D. in fi. de testi. in 6. c. vt circa de elec. eo. lib. Cle. constitutionē eo. ti. & tradit Bar. in l. 1. ver. Quæro pone quod aliquis ff. de excep. & in l. 3. §. l. Iulia. ff. de testib. & in l. prætor in prin. ff. de iniur. vbi Iurisco. dicit, ꝙ qui intendit crimen, non debet vagari cum discrimine alienæ æstimationis, idem tenet Bal. in Auth. si dicatur in fin. C. de testib. Pet. de Anch. consi. 227. Ad corroborationē prædictorum col. 2. ver. ex quibus dicit, Floria. in l. exceptionibus cir. prin. ff. de proba. vbi dicit se hoc intelligere, quando nō agitur, vt aliquis repellatur ab agendo, sed vt puniatur per tex. in §. si quis aūt in Auth. quo. opor. Episc. & sequitur ēt prædicta Alex. consi. 122. Viso processu vtriusq; causæ col. fi. ver. præterea requirebatur lib. 2. Feli. in rub. de excep. cir.
7 fi. Secundo respōdeo, ꝙ vbi † crimen opponitur per modū exceptionis, & nō contingit negotiū principale, de quo agitur, prout in casu nostro, tunc illud iudex nullo modo punire potest, nec ordinaria pœna, nec extraordinaria c. 1. de exceptio. c. 2. in fi. de ordi. cogni. tradit Bar. in l. 2. §. si puplico col. 5. ver. venio ad secundam materiā de accusa. & in l. 1. §. sed & si is, cui opus, & ibi Alex. ff. de ope. nuo. nun. Et valde eleganter ponit Cin. post. Pet. in l. vbi & ibi, Sali. col. pen. C. de fals. scribit latè Roma. in l. cum mulier ff. solu. mat. cuius dicta refet & sequit Ang. Are. Insti. de excep. in prin. col. 18.
8 ver. veniamus nunc ad crimen, vbi fortius voluit, ꝙ † ēt si de crimine incidenter constat per probationes ēt contingente negotium principale: tñ si is, aduersus quem est exceptum, non suscipit defensionē sui, nulla pœna punietur per tex. in l. denunciante. §. quæritur. ff. de adulte. & per not. per Bart. in l. fin. ad fi. ff. de quęst. quanto igitur magis est dicendum in proposito pœnę non esse locū nulla facta defensione per d. D. Thomam aduersus crimen exceptum, quum illud nulla ex parte negotiū principale cōtingat: agere igit debet

debet fiscus in alia instantia, si putat prædicta esse vera, & concludere ad priuationem feudi, & defensiones parte d. D. Thomæ, quæ sibi competunt, opponentur: nam ad punienda crimina requiritur ordo iudiciorum, & tela iudicij, non ita velo leuato procedendum venit.

Circa quintum, dum opponitur, quòd d. donatio caret insinuatione. Rectè fuit responsum per præcedentem D. consultorē, quòd imò fuit insinuata, ex quo Dominus loci, vbi fuit facta, interposuit decretum. Ad cuius cōfirmationem adduco, quod in fortioribus terminis Bal. scribit in l. sancimus colum. pen. C. de dona. vbi ponit. q. de Domino,
9 qui fecerat alteri magnam donationem, & † donans habebat merum, & mixtum imperium, & donatio non fuit aliter insiuata, petebatur declarari donationem nullam ratione defectus insinuationis, dicit ibi Bald. quòd imò est insinuata donatio apud magistratum municipalem illius loci, considerato, quòd ipse donans erat magistratus municipalis habens merum & mixtum imperiū, & quum insinuatio sit actus voluntariæ iurisdictionis, poterat fieri apud se ipsum, & Bald. sequitur Alexan. consi. 157. Viso instrumento
10 donationis lib. 2. vbi ostēdit istud procedere eo, quia † pro insinuatione donationis non requiritur, ꝙ donans vel donatarius, vel res donata sit subiecta iurisdictioni ipsius iudicis, satis est, quòd ipse sit magistratus deputatus ad ius reddendum, & in insinuatione nō requiratur etiam causæ cognitio, nec etiam iudicis decretum, vt etiam voluit Bar. in l. Modestinus. ff. de dona. & prædictam decisio. Bal. sequitur etiam Alexand. in l. omnium. §. fin. C. de testa. & ibi etiam Ias. colum. penult. Præterea, quod vbi Vasallus renunciat agnato feudū, non requiratur insinuatio vult expressè Bal. consi. 300. quod incipit Textus 2. dub. lib. 2. rationibus, de quibus ibi latè per eum.

Circa Sextum, quòd donatio, & acceptatio non fuerunt factæ seruata forma nouarum cōstitutionum dominij, fuit responsum per prefatum D. consultorem, quòd in illis par-
11 tibus † præfatæ constitutiones nunquam fuerunt seruatæ, prout ipse deducit, & latius in facti instructione narratur, & ad esse legis requiritur, quòd sint vtentiū more receptæ, & approbatæ cap. in istis. §. leges. 4. distin. & ibi Archi. not. Ad quod facit, quod Bald. scribit in Auth. omnes peregrini col. fin. versi. pone casum C. commu. de succe. vbi inquit, ꝙ
12 si facta † fuit quædam reformatio contraria statuto, tamen statutum ante & post fuit practicatum, statutum præualet, quum reformatio non fuerit more vtentium approbata, & non possit dici interruptū, quod semper viguit, allegat Archi. in loco præallegato, & dicit glo. in cap. 1. in verbo fran-
13 gere in fi. de treg. & pac. quòd † qui non seruant leges, quæ nunquam fuerūt more vtentium approbatæ, non dicuntur transgressores legis per text. in d. c. in istis §. leges, & ꝙ qui non obtemperant decreto, quod non fuit moribus receptū nec vsu approbatum, non incidant in pœnam decreti, latè consuluit Alex. cons. 132. Visa facti narratione primo dub. lib. 1. & Barth. Cepo. qui in eodem casu consuluit consi. 13. Stante quodam decreto primo dub. Clarum est autē quòd
14 † vbi decretum annullat aliquem actum, dicitur continere pœnam. l. Senatus. ff. de contrah. emp. l. non dubium & ibi Bald. col. 2. C. de ll. l. turpia in prin. & ibi not. Bar. ff. de leg. 1. c. si religiosus de elec. in 6. & tradit Bart. in l. prætor in prin. ff. de ope. nou. nunc. & Bal. in l. nemo martyres. C. de sacro. san. eccle. cum alijs concordantibus allegatis per Alexand. consi. 36. Viso themate suprascripto colum. pen. lib. 4.

Circa septimum: dum dicitur, quòd donationes & iuriū cessiones sunt simulatę, & simulatio ex eo apparet, ꝙ Fran. & Scipio condēnati iura donata exercuerūt de anno 1552. citra vsq; ad condemnationem factā contra eos. Respon-
15 deo, quòd sola † continuatio possessionis non est causa sufficiens ad præsumendum contractum simulatū, sed requiruntur aliæ coniecturæ, quia aliàs præiudicaretur donatario, quòd non posset agere ad traditionem possessionis minori tempore, quàm 30. annorum, quod est contra tex. in l. si quis emptionis titulo C. de prescr. 30. anno. ita inquit Bal. in l. illud. q. 7. C. de sacro. san. eccl. & tenet Aret. consi. 65. In præsenti consultatione secundo dub. vbi alias auctoritates adducit. Et vltra eum adduco Pau. de Cas. qui sequitur Bal. in præfato loco loquens pariter de hac coniectura cōtinuæ possessionis consil. 173. Præsuppositis his, de quibus supra. lib. 2. Addo etiam Bald. consi. 438. An possessio longo tem
16 pore lib. 5. vbi disputat elegāter † articulum vtrum venditio presumatur simulata si reperiatur venditorē longo tempore possidere, & tandem cōcludit, quòd si possessio venditoris fouetur solo cursu temporis, tunc nō presumatur simulatio, secus si possessio est iuncta cū alijs indicijs significantibus simulationem: nam ex pluribus indicijs augetur effectus l. quæro. §. fin. ff. de ædil. edic. Si igitur ex sola possessionis cōtinuatione nō presumitur simulatio, multo minus potest præsumi, si passus est D. Thomas d. Fratres exercere iura cessa in iudicio: potuit. n. putare faciliorem viam consequēdi feuda ab ipsis donantibus si recuperassent, q̃ ab ipsis Spinulis propter eorum diuitias, & potētiam: tenetur enim cedens intentans directas restituere id, quod est consecutus cessionario, quando ad eius commodum facta est cessio l. venditor la vltima & ibi Saly. ff. de hæred. vel act. vend. & tradit Pau. de Cast. in l. facta. §. si hæres col. 2. versi. Dico tamen. ff. ad Trebel. Illa etiā est tutissima responsio,
17 quam tradit præcedens consultor, quòd † non probatur simulatio ex sola cōtinuatione possessionis, nisi allegetur causa, quæ præcesserit simulationem, vt tradit Barto. in d. l. post contractum col. 3. & latius idem Bar. cons. 65. Petr. Nicolæ vers. secundo videndum est, vbi inquit, ꝙ de iure fictiones & simulationes non præsumuntur nisi appareat causa, propter quā factæ sunt. per iura ibi per eum adducta, & subdit,
18 quòd sicut † non potest dici donatio facta causa mortis, nisi quando instat periculum mortis l. 1. cū seq. ff. de don. cau. mor. ita non potest dici donatio facta propter aliquem casum, nisi appareat casum illum instare, hoc est etiā de mente Bal. in l. ab Anastasio in fin. C. man. & sequitur etiā Petr. de Ancha. consi. 227. Ad corroborationem predictorum, colum. 1. vbi approbando opin. Bart. in præallegato consi.
19 vult, quòd qui dicit † instrumentum fictitium probare debet speciem & causam fictionis, & ad cuius casus reparationem sit factū, & subdit, quòd habet æquitatem: hæc Bart. opinio, siue conclusio: nam iniquum est, quum instrumentum producitur, pro quo præsumitur. l. cum precibus. C. de proba. c. accepimus de fi. instr. quòd perfunctoria & incerta fictio vires eius perimat & elidat, maximè cū fictio allegata habeat admixtā fraudem, & dolū, quo casu, qui hoc allegat, nō debet cum discrimine alterius in incerto vagari l. item exigit. ff. de do. c. tua de procu. & cum prædictis tenet Alexand. consil. 28. In causa & lite vertente col. 3. lib. 5. Soci. consi. 262. In causa Magnifici col. 2. lib. 2. Amplius est
20 dicendum, quòd † non sufficit probare causam simulationis simpliciter, nisi etiam probetur, quòd ab initio contractus interuenerit: nam nō sufficeret, si ex post facto id ageretur l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manumis. & vult in terminis hoc Bal. in l. vnica vlt. col. 10. q. C. si seru. exte. vbi dixit hoc esse menti tenendum, & sequitur Alex. consi. 29. Clarissimè Doctor colum. 7. versic. preterea ad hoc, vt quid dica-
21 tūr lib. 7. Et videtur † hoc esse de mente Are. in præallegato cons. dum dicit, quòd ad hoc, vt ex possessione cōtinua, vel ex quacunq; alia cōiectura præsumatur simulatio, opus est quòd tempore contractus allegetur, & probetur causa verisimilis simulationis, vt l. si mulier in princ. ff. re. amo. & in Aut. sed iam necesse. C. de do. ant. nup. Sed in proposito casu nō allegatur causa aliqua simulationis præsertim talis, quæ potuerit interuenire, quū prædicta donatio seu cessio iurium facta fuerit per prædictos Franciscum & Scipionē præfato Thomæ absenti notario pro eo stipulante.

Circa octauum dum dicitur, quòd ipsa donatio est solū exercitij iuris ad agendum, & secuta recuperatione non dicit, quod fieri debeat de bonis recuperatis, vnde remanent in dominio donantis, & per consequens in dominio fisci, qui successit per confiscationem, istud obiectum facile diluitur,

22 luitur, quia fuit facta † cessio iurium à d. fratribus titulo donationis, qui titulus in omni cessione requiritur ad effugiendum simulationem. l. per diuersas & ibi Bart. & alij. C. man. Item d. fratres faciunt d. D. Thomam in prædictis iuribus
23 procuratoré, vt in rem suam, quo † casu procurator in rem suam constitutus habens vtiles prefertur in agendo Domino habéti tantummodo directas. l. procuratore in rem dato. ff. de procu. l. si cum emptore in prin. ff. de pac. & hoc maximè procedit quando litem est iam contestatus, vt in casu l. 3. C. de noua.

Circa vltimum obiectum, quòd non valuit donatio iurium feudalium sine cõsensu Principis. Respondetur & rectè per præfatum D. Consultorem, quòd ipse est de voca-
24 tis † in inuestituris superius allegatis, quo casu non requiritur licẽtia Domini, quũ sit potius quædam refutatio, quàm alienatio gl. in cap. 1. in verbo concederetur. de aliena. feu. pater. & in cap. 1. in verbo per libellum de alien. feud. Bald. c. imperialem in prin. colum. 2. vers. Quæro an inter agnatos. de prohib. feu. alien. per Feder.

SVMMARIVM.

1 *Reuelare conspirationem secreto factam contra Principem vel Rempu. quis tenetur ex sola scientia, etiam quòd criminis non sit particeps, aliàs punitur crimine læsæ maiestatis, quod limita, vt nu 2. & etiam in nu. 9.*
3 *Maiestas duplex Diuina, humana, humanaq; diuisio.*
4 *Maiestatis nomine summo ciuitates quanquã maximæ non gaudent, & ideo in eas conspirantes læsæ maiestatis crimen non committunt, sed seditionis.*
5 *Conspirantes contra patriam subiectã Principi crimine lęsę maiestatis puniuntur, secus contra aliam.*
6 *Tormentis nemo se subijcere debet in reuelãdo id, quod probare non potest.*
7 *Homicidæ dicuntur, qui propter solum non reuelare secreta homines occidunt, si aliud in causa non sit, quàm silentium.*
8 *Feudatarius non reuelans conspirationem in dominum factam licet priuetur feudo, tamen non priuatur vita, nec eius bonis. & nu. fi.*
9 *Lex puniens crimen certa pœna, alia lege pro eodem crimine pœnam arbitrariam infligente, debet intelligi secundum legem de arbitrio loquentem.*
10 *Iudex in pronunciando debet eligere certam pœnam, & in dubio dicitur eligere illam, quæ sanè ex verbis concipi potest, & per quam saluari potest iustitia propriæ pronunciationis.*
11 *Consentiens fiendis per aliquem nõ obligatur, si is, in quem consensit nil fecit.*
12 *Iudex, cui datum est arbitriũ puniendi in persona & in bonis, potest ita arbitrari, vt quis decapitetur, & bona nõ publicentur, sicut lex.*
13 *Pœna arbitraria in se continet conditionem, si declarabitur, & quantum; & quia est incerta, per leges non suppletur.*
14 *Iudex cõdemnans de crimine pro quo infligitur incerta pęna, si pœnam non imponit, eius sententia non sustinetur, si verò imponit vnam pœnam, ad aliam non extenditur.*
15 *Sententia illius, cui data est potestas iudicandi ex arbitrio, semper est arctissimi iuris tam in pœnis principalibus, quàm consecutiuis.*
16 *Sententia lata in pœnam capitis, ad bonorum cõfiscationem non extenditur, nisi id fuerit expressum.*
17 *Delinquens tunc punitur extra ordinem hoc est arbitrio, quando ex delicto à iure certa pœna non imponitur.*
18 *Iudex in arbitrarijs pœnis quam vult imponere delinquenti potest, siue grauiorem, siue leuiorem modo consuetam pœnæ impositionem non excedat.*

CONSILIVM. 629.



1 ELEBRIS est quæstio: vtrũ † teneatur aliquis reuelare cõspirationem secretò factam aduersus Principem vel rempub. & an non reuelans puniatur, etiam quòd nõ sit particeps criminis: hanc quæstionem ponit Bart. in l. vtrũ. ff. ad l. Pompe. de parri. vbi vult, quòd regulariter quis non teneatur reuelare crimen, nec puniatur ex sola scientia, nisi quando maleficiũ debet committi in personam, cuius potestati est subiectus, vt si seruus est sciens de morte domini l. 1. §. si seruus. ff. ad Syllan. vel si filius fuit sciens de morte patris l. 2. ff. ad l. Põp. de parri. idem de eo, qui fuit sciens de turbatione ciuitatis suæ, vel alio cõmisso in ciuitatem suam, vt l. quisquis in fin. C. ad l. Iul. maie. Et sic sentit ibi Bart. quòd non reuelans puniatur crimine læsę maiestatis ex simplici scientia, etiam ꝙ non sit particeps delicti, & idem tradit Bart. in l. 1. §. occisorum. ff. ad Sylla. & ibi Ang. dicens, quòd non reuelantes tractatum contra statum puniuntur pœna capitali per tex. in d. l. vtrum vbi conscius de morte patris non reuelans tenetur l. Pomp. de parri. & tueri quis debet patriã plus quàm patrẽ, vt est casus in l. minime. ff. de relig. & sumpt. funt. Et cum Bart. tenet etiam Abb. in cap. 1. col. 2. de offi. deleg. & in cap. 1. de restit. spolia. & idem etiã sentit Sali. in l. 1. col. 8. C. de rap. virgi. dum tractat an præstans opem teneatur eadem pœna. Aliter tamen dicit Ang. in l. frater ff. ad l. Põpe. de parri. vbi dicit, quòd vidit plures ciues decapitari propter non reuelare, & iniquè, quia filius non reuelans mortem patris relegatur, ergo & ciuis solum debet relegari, secundùm tex. ibi pœna autem capitis solùm est, quando nõ reuelaretur tractatus, qui fieret contra Principem aut Papam, & sic contra Imperium & Ecclesiam. Et reperio, ꝙ decisionem Ang. sequitur Ioan. de Plat. in §. alia deinde lex Instit. de publi. iudi. & in eandem sentẽtiam vadit Ioan. de Ana. post Bal. in loco inferius allegando, & dicit Roma. singulari 785. incipiente. Nunquid teneatur in fin. quòd teneatur quis indicare ribellem, & si nõ indicat punitur pęna relegationis, & de hoc dicit esse tex. singu. in l. Metrodorum in fin. ff. de pœn. Aduersatur tamen, quòd tex. in d. l. frater, super quo se fundat Ang. non videtur vrgere, quia ibi tantùm agebatur de morte vnius priuati, ideò relegatio solum imponitur pro pęna, sed vbi tractatur mors Principum Italiæ, qui in suo territorio eandem habent potestatem, quam Imperator in vniuerso, & tractatur turbatio ciuitatis, vbi imminet strages multorũ, videtur quòd pœna d. l. quisquis C. ad l. Iuli. maie. debet seruari, & sic pœna capitalis habet
2 locum. Tenendo igitur opinio. Bart. eam. † limitat Bal. in quodam suo consilio, quod incipit. Quanquàm eleganter, quando sciens tale delictũ illud probare potest, secus si non posit, quia hoc casu pœna retorquetur in ipsum si probare non posset, & ibi Bald. inuehitur contra assessores, qui simpliciter sequuntur dictum Barto. quia sunt homicidæ ipsi, occidentes homines solummodo, quia non reuelant secretum non probabile. Et de hoc cons. Bald. meminit Ange. de Aret. in trac. malefi. super glo. Che hai tradito colum. 3. versic. Quod crimen læsæ maiestatis, & ibi refert rationes aliquas, quibus Bald. mouetur, & in §. publica in fi. Instit. de pub. iudi. Meminit etiam de cons. Bal. Ioan. de Ana. in rub. de his, qui fil. occide. col. fin. vbi inquit, ꝙ illa opinio Barto. quòd ille, qui fuit sciens de turbatione ciuitatis suæ, puniatur crimine læsæ maiestatis, fecit multos, & multos in Italia decapitari, & quòd contra opin. Bart. multũ clamat Bal. in quodam suo consi. incipiente. Quanquàm elegáter &c. vbi inter alia dicit, quòd non reperitur iure cautum, ꝙ scire, & non reuelare secreta sit crimen læsæ maiestatis, & inuehitur contra assessores euntes post opin. Bart. & ponderat contra Bart. quòd licet filius sciens de morte patris puniatur, non tamen punitur pœna parricidij, sed leuiùs, sic videtur posse dici, ꝙ licet sciens turbationem ciuitatis posit puniri,

puniri, non tamen crimine læsæ maiestatis, sed leuiùs, & ita transit ibi Ioan. de Ana. Item de illo cons. Bal. mentionem facit Roma. in d. l. 1. §. occisorum in fi. ff. ad Sylla. vbi postquàm facit mentionem Bart. volentis, ꝙ sciens proditionẽ fiendam ciuitati vltimo supplicio afficiatur, subdit tamẽ se aliàs vidisse pulcherrimum & elegantissimũ cons. D. Bald. qui contra Bar. tenens euasit per illud quendam D. Donatum Barbadorum Florẽtinum. Et vlterius posteriores, qui scripserũt in hac materia mentionem faciunt de cons. Bal. nam de eo meminit Feli. & Dec. in d. c. 1. de offi. deleg. Feli. in c. de cætero col. fin. de re iudi. & in c. quantæ de sent. excõmu. Hippo. de Marsi. in singu. 164. quod incipit, Nemo debet se summittere, &c. Clau. Aquen. in repetit. l. vt vim char. pen. vers. Sed succedit alia quæstio ff. de iust. & iu. vbi in hac materia multùm eleganter & copiosè loquitur, Afflict. in cap. 1. in verbo. & bona committentium versicu. Quadragesimo nono committitur, quæ sint reg. & nouissimè Hiero. Cagno. Vercel. in l. culpa caret. ff. de regu. iur. & allegant isti Moderni pro consi. Bald. tex. in c. qua propter ibi. Probationibus competentibus exhibitis 2. q. 7. & c. plerunq; in prin. ea. cau. & q. ibi, Boni viri tacent, quod probare non possunt. adducunt etiam tex. in Cle. nolentes. §. notarij. ibi, & ea probare valeant, & ibi glo. de hæret. & glo. in cap. si quis Papa in verbo pertulerit 79. distinc. Et vltra eos adduco etiam glo. in c. non est de consue. in 6. vbi ad illum tex. in verbo allegat episcopus, gl. supplet & probat, & plures alias concordantes glo. adducit Alex. consi. 26. Viso & diligenter ponderato col. pen. lib. 6. Feli. in c. fin. col. pen. de fo. compe. de hoc etiam cons. Bald. meminit Alex. in apostillis ad Bar. in d. l. vtrum, & ita opinio Bald. videtur teneri, licèt dicant, quòd in practica seruatur opinio Bart. vt patet ex his, quæ scribit Dec. Ioan. de Ana. & Augu. de Arimi. in addi. Ang. in locis præallegatis. Istud consi. Bald. pauci (vt opinor) viderunt, quia non est in nu. impressorum, sed habent ex aliorum scriptis, qui videre potuerunt. Ego autem ipsum inueni in scrinio maiorum meorum, qui eximij Iurisconsf. fuerũt, & summis in ciuitate Astensi, vbi originem ducimus, & in proxima Montisferrati ditione vsi sunt magistratibus. Et, vt si casus contingeret, in fonte videri possit. vnà cum alio consi. antiqui Doctoris opinionem Bald. confirmantis, illud subditi impresione.

In nomine Domini amen. Quanquàm eleganter sint multa & pulchra, & copiosè allegata: tamen pulchriori doctrina. Et considerãdus est titulus causans, titulus legis, causa inquisitionis & forma, & condemnationis & executionis effectus. Venio ad primum & dico, quòd titulus causans est crimen seditionis, nõ crimen perduellionis, vel læsæ ma-
3 iestatis, & hoc probatur tali ratione: nam † duplex est maiestas Diuina & humana. C. de hæret. Auth. gazaros. Item humana est triplex scilicet Imperatoris, vt Institu. in proœ. ibi Imperatoriã maiestatem. Regis vt C. vt nem. priu. tit. reg. maie. Item populi Romani, vt. ff. ad l. Iuli. maie. l. 1. dicitur etiã maiestas prætoris. l. 2. ff. de iust. & iur. ff. de iurisd. om. iud. l. si familia. Partis aũt Guelphæ, & Gebellinæ nulla legitur esse maiestas. Hæc enim duæ sectæ sunt approbatę pro locis, in quibus sunt, vt not. Barto. in l. si quis a filio. §. si parti ff. de leg. 1. & in c. statutum de rescrip. lib. 6. per Ioan. Andr. Hæc omnia nomina ab inuidia, ab iniuria, & discordijs orta non illustrantur summo nomine maiestatis. Ciui-
4 tates † quanquàm maximæ non gaudent tanto nomine, cũ redigantur ad instar priuatorum, vt ff. de verbo. signi. l. cum qui vectigal, & ideò nedum ex colloquio, sed etiã ex actu contendentes de regimine ciuitatis, & facientes propterea conspirationem vel rumorem non dicuntur cõmittere crimen læsæ maiestatis, licèt ex bellis ciuilibus totũ continens posset carere, vt not. ff. ad l. Iul. maie. l. 2. in glo. ordinaria, & ff. de capti. & postli. reu. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. & tenet hoc expresè Bart. super Extrauag. Henrici super ver bo rebellando. Non obstat de abolit. l. 2. cũ glo. vbi gl. dicit,
5 † quòd oppugnare patriã armis, est species causans crimen læsæ maiestatis: nã illud nõ est, nisi de patria, quæ est subiecta Principi, & immediatè populo Romano aliàs Principi: nam tunc contra Principem arma assumuntur, quia qui auriculã &c. ff. de fur. l. vulgaris in prin. Sed ciuitas Florentiæ non est huiusmodi, & ideò crimen læsæ maiestatis non committitur, sed merum & simplex seditionis, & hoc apparet ex diuersitate titulorum, quia titulus de seditiosis respicit tractatum faciendum: sed l. 3. de aboli. ibi Patria oppugnata vel prodita, respicit factũ, vt ex his participijs patet. vt ff. quod quis. iu. l. 1. §. hæc verba. Et facit quod not. tex. in l. transigere vel pacisci. C. de transact. & illud proponitur fuisse commissum per modum attentati & perlocuti & non reuelari, & non per modum prosecuti vel exercitati, qui casus non connumerantur, nisi in supremo, quando contra Principem, vt l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. nec cõtrarium reperitur iure cautũ, quòd non reuelare in secreto audita, quæ non procedunt ad actum facti, inducat istum titulum criminis, vt not. per glos. in l. vtrum. ff. ad l. Pompe. de
6 parri. Ad quid † tenetur reuelare quis, quod nõ potest probare? certè nemo tenetur se subijcere tormentis, quæ hoc casu infligũtur delatori C. ad l. Iul. maie. l. 3. nec squalori carceris. C. de accu. l. fi. & ideò non ponere se in discrimine suę salutis nulla est culpa. C. de infam. l. neminem: nam qui accusare volunt &c. C. de eden. l. edita: & quisquis audiuit, & non reuelauit, quia nõ poterat probare (nisi consenserit) est immunis à delicto; nam scriptũ est singulariter, quæ posthac singuli vniuersique cognoscant, non licere in eo, quod non posset ostendi: iudicum animos commoueri C. de ca-
7 lum. l. nostris. Accessores † autem euntes post Barto. in d. l. vtrum, & occidentes homines propter solum non reuelare secretum, omnes homicidiæ sunt si aliud non sit in causa ꝗ silentium solum, facit quod not. ff. de regu. iur. l. culpa caret. Visus videt, velit nolit, auris audit, velit nolit, quia sensus nõ sunt in potestate hominis, hoc natura demonstrat ex eo, ꝙ naturaliter nec laudamur, nec vituperamur ex eo, quod qs videt, vel audit, sed ex eo, quod consentit, vel præstat operã facti: patet, quia aliter punitur & grauius participans crimen: Sed ex solo non reuelare nõ participat quis in crimine, præsertim si iusto metu, qui cadit in sapientem, non reuelat, vt quia non habet probationes: vnde scriptum est de vita & moribus philosophorũ, sepultus sit apud te sermo,
8 quem tu solus audis. Et videmus quòd † propter hanc causam non reuelandi feudatarius priuatur feudo, sed nõ legimus, ꝙ priuetur vita, nec eius bonis in. 10. colla. de form. fidel. cap. 1. & quæ fue. 1. cau. bene. amit. cap. 1. §. præterea si vasallus, quæ iura Bart. non ponderauit, & retulit se solummodo ad l. quisquis, quæ loquitur solummodo in crimine perduellionis, & non in alio casu Instit. de publ. iudi. §. publica. Præterea, quòd non sit de iure crimen læsæ maiestatis apparet, qa de iure pars Gebellina nõ est subdita Guelphæ & econtra. & ideo inuicem non committitur crimen læsæ maiestatis, quia non subditus non committit tale crimen, vt not. in Cle. pastoralis de re iudi. per Pau. de Aleaza. Concludentissimè igitur dico, & assero, quod titulus huius criminis non est titulus causans crimen læsæ maiestatis, & hoc de primo principali. Venio ad secundum scilicet ad ti-
9 tulum legis, & considero, quòd si in † eodem crimine vna lex imposuerit principaliter, & per prius pœnam certã, alia arbitrariam, ita quod vtraque lex loquatur principaliter de eodem facto, & tunc lex, quę certam pęnam nominat debet intelligi secundùm primã legem arbitrij non econtra. vnde ista dicitur originalis arbitraria, Istud probat ex coniunctione duarũ. ll. quæ inuicem in ista materia contrariari videntur, vna dicit quod crimen seditionis punitur pœna capitis. C. de seditio. l. 1. alia lex dicit, quod pœna est arbitraria. ff. de pœn. l. capitalium. §. nonnunquam, modo ibi gl. dicit, quod l. 1. C. dę seditio. debet intelligi secundùm l. quę arbitrium dat, vt arbitrium aliquid operetur, & sic est glo. ordina. Non obstat l. sanctio legum. C. de pœn. quia ibi loquitur quando vna lex est generalis alia specialis, Sed hic quo ad factum vtraque est specialissima. Item considero, quòd in iudicio iudex videtur intentasse. l. de arbitrio disponentem, &

tem, & ratio, quia iudex tenetur etiam in exordio eligere, nec præsumitur se astrinxisse.arg.ff. de appel.l.scio.ff.de te-
10 sta.mili.l.3.in fin. Vtrum † autem iudex debeat & teneatur eligere aliquam ex pœnis.ff.de accu.l.senatus. Iudex quum statuit debet certam pœnam eligere ff.de reb.eo.l.si pupillus.§. si prætor, & dicitur eligere illam, quæ sanè ex verbis potest cōcipi.arg.ff.de lib.& post.l.Gallus.§.1.& in qua magis posset saluari iustitia propriæ pronunciationis arg. not. ff.ad l.Falci.l.in §.& puto. Item in mitiorem & humaniorē partem.ff.de pęn.l.præses. Cōcludo igitur, ꝙ ab inquisitione intentata fuit lex arbitrarij.ff. de iudi.l. non quicquid; & hoc de secūdo principali.s.de titulo legis. Venio ad tertiū.s. ad causam,& radicem inquisitionis, ꝙ narrare sufficit: conclusio nanq; non est necessaria l.pe.C.de accu. per. tex.in c. licet Heli de simo. & de fal.l. nec exemplum per tex. Et si aduertatur

tam pœna quàm ex culpa. Considero singulos. & primo D. Iacobū, qui subscripsit in genere generalissimo & incerto,& in quo poterat cadere alius modus, quàm seditionis, qa est modus in rebus &c. arg.l. merito ff.pro soc. Item dicitur quòd non reuelauit,sed istud non est capitale, vbi non apparet alius apparatus, & vbi quis non potest reuelare sine periculo.13.dist.c.verus. Secundò considero patrem Philippi,qui parcens pudori suo, & in discrimine vitę suæ dicitur non reuelasse quædam verba,quę audiuit in secreto,de hoc dictum est, & nescio an illud verbū cadat hic, si hoc sciuissem,tu nescisses. Tertiò cōsidero Cyprianum, qui se obtulit in genere & tempore opportuno, & non reuelauit,si inquisitor verum dicit,cuius verba fuerunt pollicita, cum in tempus opportunum se obtulerit, & pollicitatio non fuit cum aliquo annexo ad viam delicti, sed potius nuda cogitatio & gratulatio quædā ad non ponendum hominem perloquentem in desperatione. Item fuit verbalis actus & à facto remotissimus, & suspensiuus, nec aliquo iure reperitur, quòd ex istis verbis materialiter sic præparata sit pœna capitis. imò l.si quis non dicam rapere & tota sua materia dicit contrariū.ff.de extraord.crimi.l.1.§.fi. Quar-
11 tò considero factum Blasij, qui dicitur scripsisse, ꝙ † consentiebat fiendis per Benedictum, & Benedictus nil fecit, & non potest ex cōsensu quis obligari accessoriè, si principalis nil fecit.ff.de fur.l.si is qui.§.si tu Titium. Quinto intuere & respice in D. Donatū de Barbadoris, in cuius persona dici potest deplorando, popule meus quid feci tibi,& iterum. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, ex confictis & mendacibus allegationibus decapitata est fides eius, si verò causam quærimus non inuenimus in ipsa radicem iustitiæ & veritatis.& hoc parum mortuis prodest, quia post mortem superuacuò quærimus de iustitia mortis, nisi propter bona.C. si pend. appel, mors inter.l.3.

Ille tamen casus nō attingit factum. Et hoc de tertio principalis scilicet de radice,& forma materiali. Forma verò condemnationis est ad mortē. Potestas verò ad confiscationem bonorum est ex vi arbitrij. Et tunc cōsidero,
12 ꝙ † lex quandoque arbitratur, vt quis decapitetur,& bona non publicentur.C.de rap.virgi.l.1.§. pen.C. de muli. quæ ser.propr.se immis.l.1.Illud idē potest facere iudex,si detur ei arbitrium puniendi in persona & in bonis: nam si punit in persona,non sequuntur propriè bona, nec econtra, quia in arbitrarijs illud, quod omittit religio iudicantis,habetur pro omisso, imò pro remisso? quia videtur sentētia lata taxatiuè & non extensiuè,vt probatur ex glo.ordina.Institu. de iniur.§. in summa.ff. de effrac. & expila.l.1.§. expilato-
13 res. Item probatur,† nam pęna arbitraria habet in se istam conditionem si declarabitur. & quantum declarabitur.arg. C.de contrah.emp.l.fi.Item quia pęna arbitraria est incerta,& ideò non suppletur per leges, quia suppletio legis non cadit super incerto.C. de sent. ex peric. recip.l.hæc senten-
14 tia. Item † quia vbi Iudex condēnat de crimine vbi est incerta pœna, & non imponit pœnam, sententia est nulla; si imponit vnam pœnam, nō venit alia.ff.ad Turpi.l.1.§.calumniator à contrario sensu literæ; Et glo.& iura dicentia,
15 quòd † ad mortem damnati sequitur tacita cōfiscatio bonorum consequutiuè,habent locum,vbi procedatur ex lege certam pœnam infligente,& arctatur ad ipsam cōfiscationem, secus vbi proceditur ex arbitrio, quia officium iudicis maximè inquirentis,quū sit extraordinarium,& odiosum non recipit interpretationem extensiuā arg. not.ff. de condit.& demon.l.fin.§.fin.ne vlterius porrigatur pœna,ꝙ sententia,quæ in pœnis tam principalibus, quàm consecutiuis, semper est arctissimi iuris .ff. de postul.l. Imperator. Ex forma igitur sententiæ ex arbitrio assumpto per iurisdictionem,& potestatem prætoris apparet,condemnationis effectus ad pœnam restringendam,& bona non est includere aliquo modo, etsi esset crimen læsæ maiestatis, quod tamen est falsum, vt supra clarè probaui; & tractare hic de bonis damnatorum est impertinens,quia hic non sumus in practica iuris communis,sed in practica statutorum,& arbitrorum per quam receditur à pœna iuris communis.l.4. §.qui post desertionem in versi. recessum de re milit.l. Senatus cēsuit.Nō obstat.l.qui sepulchra,quia loquitur quando per viam delicti nō purgatur ad plenum. Concludo ergo,quòd titulus causans non est læsæ maiestatis, & hoc patet ex genere pœnæ, quia in illo crimine non est pœna arbitraria. Hic ergo,quum statutum imponat pœnam,quòd apparet,quòd non notat hic crimen,vt læsę maiestatis crimen,quum iudiciorum, & delictorum qualitas iudicetur à pœnæ qualitate,ff.de public.iudic.l.1.& nota.C.de transac. l.transigere vel pacisci per tex. Item, quòd quando potest procedi per plures leges,cōdemnatio aptatur statuto assumpto pro causa dispositiua & informatiua talis cōditionis, vt
16 nota.ff.de concus.l.2.vnde † assumptio legis est pro formali causa,sed hic fuit assumpta forma arbitrij, ergo illa cōtenti esse debemus.ff.de verb.obliga.l.si ita stipulatio facta. Et facit,quod not.per Din.in simili.ff.de fur.l.si dominium,& sic nil est subaudiendum, vt intelligantur bona tacitè confiscata; quia lator sententiæ, si aliam pœnam, quàm solam pœnam sanguinis suffecisset,forte modum,& formā naturalis iustitiæ excessisset,vt in.§.pœna grauior,& facit quod nota.ff.ad Turpi.l. ab accusatione super verbo locutus,&.ff. ex quibus cau. maio.l.si cum mili.§.1. & l.& si seuerior. Illud etiam certū quòd in bonis confiscandis requiritur sententia,quæ est de substantia, vt d.§.per contrarium,&.ff.de su.& legi.l.1.§.suos heredes,& sic nō fuit lata de bonis,ergo bona non sunt confiscata vi sententiæ, nec vi legis municipalis arbitrij concedentis, & si lex non dicit, nec nos.ff. de præuari.l.3.in fi.quia in arbitrarijs id,quod non disponit sententia, non disponit crimen, vt nota.C. de infam.l.2.& ibi glos. ordina. Et ita dico, & assero, & consulo ego Bald. de Perusio legum Doctor.

In nomine Christi ac gloriosissimæ matris virginis Mariæ,totiusq; cœlestis curię nominibus inuocatis. Viso puncto prædicto ac visis & inspectis diligenter examinationibus & confessionibus prædictorum D.Laurentij Ioannis, Antonij Lincij, & Christophanelli Tutij. Videtur de iure dicendum,quòd ipsi Do.Laurētius,Antonius, & Christophanellus veniant puniendi pęna extraordinaria, hoc est ar-
17 bitrio iudicantis: nam † quandocunq; ex aliquo delicto nō imponitur à iure certa pœna, punitur delinquens extra ordinem, hoc est arbitrio,vt no. in l.1.ff.de extraor.crimi. & in l.hodie, & in l.sanctio legū.ff.de pęn. & in l.3.ff.de crim. stelli.Cū ergo pro his,quæ confessi sunt, non appareat aliàs determinata pœna certa,quæ eis infligi debeat, constat, vt debeant extra ordinem puniri,vt dictis iuribus, quod intel-
18 ligendum est,vt iudex † quam vult eis imponat siue grauiorem,siue leuiorem, ita tamē, quòd vtroq; modo rationem non excedat, quod exponit gl. in d.l.hodie super verbo rationem.i.consuetam pœnæ impositionem.Sed an in mutilatione vel pecuniaria, posset probabiliter dici, ꝙ si de pœna,quę pro his cōsueuit imponi,posset apparere,secundùm illam iudicare deberet; aliàs in pecuniam deberet eos condemnare,arg.l.semper in stipulationibus.ff. de reg.iu.& ca.

19 in pœnis de reg. iur. lib. 6. Nec obstat si dicatur, quòd † debeant puniri pœna capitali, quia sciuerunt tractatum, & nõ reuelauerunt, vt l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. in fi. quia ibi verbum conscij exponi debet, vt ibi no. Doc. conscij & ministri, hoc est, vt procedatur per illos, qui sciunt ad aliquem actum facti, vt ad perhibendum consensum, iuramentum scribendum, vel aliter operam dandũ &c. vt no. in d. l. quisquis cir. fi. Quod d. D. Laurentium, Antoniũ, & Christophanellum fecisse minimè apparet. Imò cum eis per Ioannem Facij de tali materia loqueretur, non solum quòd sibi in prædictis præstarent cõsensum, verùm ipsum Ioannem de allocutis piè eum reprehenderunt; & d. Christophanellus, non à d. Ioanne principali, sed ea, quæ confessus est, audiuit à quodã videlicet Petro Paulo Fustinij de Viterbio: vnde propter solam scientiam prædictorum, & non reuelare, non videtur eos ad mortem posse damnari, vt not. per gl. in l. vtrum & l. culpa caret. ff. de regu. iu. Per Dyn. in reg. non est sine culpa de regu. iu. in. 6. Non obstat dictum Bar. in d. l. vtrum, quia communiter reprehenditur per Doct. & quia videtur loqui, quando tractatus haberet in se aliquam formam vel effectum, & illum tractatũ vbi explicaret alicui, & ille non reuelaret, & foret ordinatum contra Principem. i. contra Papam vel Imperatorem vel contra illos, qui circa illos sunt, & procederet ad aliquem actum, vel contra rempub. & similiter ad aliquem actũ facti, vt tenet D. Bal. in quodam eius consi. quod incipit, Quanquam eleganter sint, quod in casu nostro non apparet fuisse, sed certa verba simpliciter prolata à d. olim Ioanne Facij aliqua tangentia de materia per modum attentationis, & consilij, ad quę responsum fuit per d. D. Laurẽtium, Antonium, & Christophanellum, vt supra dictum est, & in eorũ confessione apparet. Absurdum igitur videretur quod propter solã scientiam d. verborum deberent capitaliter puniri, ex quo talia verba non reuelauerunt, vt nota. in d. l. vtrum, vbi gloss. exponit verbum conscij, & participis. Idem nota. per Doct. in d. l. quisquis ad l. Iul. maie. & in l. vnica de rap. virg. Præterea
20 videmus, quòd propter † causam non reuelandi feudatarius priuatur feudo, sed non priuatus vita, nec eius bona publicatur, vt habetur in. 10. colla. de for. fidel. cap. 1. & quæ fu. prima cau. bene. amit. cap. 1. §. Præterea si vasallus. Concludo igitur, quòd prædicti Do. Laurentius, Antonius, & Christophanellus cõdemnari debeant pœna extraordinaria hoc est ad arbitrium iudicantis, vt d. l. 1. de extraordin. crimin. cum simil. Et prout supra dictum est dico, & consulo ego Nerius de Bulsen. ciuis Montisfiacen.

SVMMARIVM.

1 *Venditor comparens ad defendendum emptorem, si compararet vt simplex defensor non potest nouare iudicium, & in se transferre.*

2 *Venditor comparens ad defendendum emptorem tanquam procurator in rem suam, & pro suo interesse, ita demum liberat emptorem à iudicio, si hoc facit animo nouandi: requiritur etiam, quòd velit conueniri vt possessor, & obliget se ad rei restitutionem.*

3 *Emptor, qui non fuit citatus ad videndum iurare testes, sed venditor solummodo, non potest ex illis testibus condemnari. cum nu. seq.*

4 *Venditor vbi comparet pro defensione emptoris non nouat iudicium, ideò sententia ferri debet in persona emptoris, contra quem principaliter actio dirigitur.*

5 *Possessorium iudicium, quanquam sit summariè cognoscendum, tamen in eo semiplena probatio non sufficit.*


6 *Possessorium iudicium nõ modici, sed magni præiudicij est, & possidere est magnum commodum.*

7 *Recuperandæ interdictum ex actoris parte plenam requirit probationem, præsertim vbi testes rei repugnant.*

8 *Testimonio vnius testis nulla causa est contenta, quantacunque dignitate præfulgeat, aliàs de facili posset committi falsitas.*

9 *Notario asserenti aliquid, propter quod vitietur instrumentum ab eo confectũ, vel minus ei credatur: nõ est standũ.*

CONSILIVM. 630.



VISO themate antescripto, requisitus vt breuiter, & succinctè scribam, quid de iure sentiam.

Circa primũ concludo, quòd testes recepti non probãt contra emptorem conuentũ remedio recuperandę: nam
1 aut volumus dicere, quòd † venditor, cui denunciata est lis, comparuit tanquàm simplex defensor; & clarum est, quòd inuito actore nõ potuit nouare iudicium, & in suam personam transferre; quia nemo potest cogi, vt nouet obligationem. l. si mãdato meo. §. 1. ff. man. tenet glo. Bart. Bal. Ang. & alij in l. 1. C. vbi in rem act. Bar. in l. solutionem & iudicium colum. 1. vers. Circa primum, & ibi Pau. de Cast. & Imo. ff. de solut. & Bart. in consi. 219. Agitur contra Ticiolum circa fi. & reprobant gl. aliter di-
2 centem in l. liberto. §. fin. ff. de nego. gest. Aut † comparet tanquàm procurator in rem suam, & pro suo interesse animo nouandi iudicium, & liberandi emptorem, & videtur fieri posse inuito actore, vt Bal. tenet in d. l. 1. in fi. C. vbi in rem act. & etiam hoc est de mente Pau. de Cas. in d. l. solutionem. Specu. in titu. de defenso. §. 1. versic. sed pone vendidi: tamen posito, quòd ista opinio esset vera, istud procedit, quando venditor vult suscipere iudicium perinde, ac si possideret, vt Ange. scribit in l. sed & si lege. §. item si rem colum. fi. ff. de petit. hered. Et dicit Pau. de Cast. in l. si actor circa princip. ff. de procu. quòd tunc venditor deberet promittere rem restituere, licet eam non possideat, sub pœna, vt nota. in l. 3. §. fi. ff. de alie. iudi. mutan. cau. fac. Non omitto etiam, quòd Bald. in d. l. si actor circa fin. ff. de procur. tenet, ꝙ venditor benè potest comparere prout procurator in rem suã, & pro suo interesse, & ex sua persona opponere exceptiones: non tamen potest cõparere animo nouandi, & liberandi emptorem ab instantia & iudicio inuito actore. Sed in proposito casu non narratur, quod dic. venditor comparuerit aliquo modo causa nouãdi iudicium, & em-
3 ptorem liberandi, sed † ecõtra actor dixit se nolle emptorem deserere, & ita cũ emptore litem est contestatus, vnde quum instantia, & iudicium sit cõtra emptorem tanquàm contra principalem personam, sequitur quod debuit citari ad videndũ deferri iuramentũ testibus prout à iure requiritur cap. in nomine domini de testib. l. si quando. C. eo. tit.
4 & hoc etiã patet apertè, quia † sententia venit informanda in personam emptoris, qui principaliter conuenitur, & contra quem dirigitur petitio, non autem in personam venditoris Bart. in l. venditor. ff. de iudi. & Bald. in d. l. liberto. §. fi. ff. de nego. gest. quomodo ergo potest sententia ferri ex testibus, ad quorũ delationem iuramenti non fuit citatus, debet enim ad singulos actus citari is, cuius interest illi actui adesse. l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. Non obstat, quòd in delatione iuramenti interuenerit procurator venditoris, quia hoc nihil ad rem: nam non in personã venditoris, sed in personam emptoris iudiciũ, & instantia consistebat, vt probatur in d. l. 1. C. vbi in rẽ act. Et de primo quæsito hactenus.
5 Circa secundum, ego semper tenui, ꝙ † in iudicio possessorio vnus testis non sufficit, sequutus, gl. magnam in l. 1. C. quo. bono. quam ibi tenet Iacob. Butrig. & Ang. Et motus per rationes, quas ibi adducit Saly. qui eandem sententiam amplectitur, vt veram: nam licet in iudicio possessorio summariè procedatur, nõ sequitur, ergo semiplena probatio sufficit, quia summaria cognitio potest versari circa alia plura, veluti in amputãdo dilationes, & non admittendo exceptiones altiorem indaginem requirentes, & ad ra-
6 tionem Barto. qui ibi tenet contrarium eo, quia † iudicium possessorium est modici præiudicij, respondet Sali. ꝙ imò est magni præiudicij, quia non expectat post se aliam sententiam

tentiam in possessorio, Item quia ab eius sententia nõ potest appellari iux.not.in.l.1.C.si de momen.possess.fuer. appella. Et vltra eum, quod iudicium possessorium sit magni præiudicij, facit quod scribit Bald.in.l.consentaneum.6.no. C.quom. & quan.iu. dicens, ꝙ possidere cõmodum est, & quidem magnũ, per tex.in.§.cõmodum Insti.de interdi.& melius adhuc probat tex.in.§.retinendę eo.tit.ibi plerunq; & ferè semper ingens existit de ipsa possessione contentio, quod etiam patet ad sensum, quia possessio parat acquisitionem fructuum, & vsucapiendi conditionem. Item, quia si continget intentari petitorium, actore non probante reus absoluitur, etiã si ipse nihil præstiterit.l.qui accu.C.de eden. l.fin.C. de rei vendica. & in pari probationum copia præfertur reus gl.in cap. ex literis de proba. gl. in c.nulli dubiũ. 12.q.5.Bar.in.l.1.§.non aũt.ff.de bono. posse.secun.tab. Vnde merito dicit Bal.in.l.vnica col.1.C.si de momen.possess. fue.appel.ꝙ causa possessorij non est vilis, quia magno pretio vendi potest; mouet me etiam Spec.in titulo de teste.§. restat videre vers. hoc tamen fallit, vbi ponit.xxx.casus, in quibus sufficit probatio per vnicum testem, & tamen inter illos nulla mẽtio de iudicio possessorio. Et licet Bar.in d.l.1. C.quo.bono.& in.l.2.circa fi.C.vbi in rẽ act. teneat, quòd sufficiat semiplena probatio, tamen idem Bar.tenet contrarium in l.admonendi col.13.ff.de iureiur.& in extrauag.ad reprimendum in verbo summariè vbi tñ excipit quædam possessoria valde fauorabilia, vt in illo possessorio, de quo loquitur titulus.ff.si muli. vent. nom. in posse. mit. & hoc ibi propter fauorem alimentorum, & cũ illa opinione Bart. in d.verbo summariè transit Petr.de Anch.& Imo.in Cle.sępè de verb.signi.& ibi D.Georg.Natta patruus meus in.§. quæ omnia col.16.& hanc esse magis cõmunem opinionẽ scribit Alex.cons.139.Circa primũ dubium, quo quæritur in fin.lib.6.vbi etiam subdit, ꝙ ab hac opinione, quam glo. tenet, non esset in dubio in consulendo, & iudicando recedendum, iux.vulga.dictũ Iaco. Butrig.in.l.1.C. qui pro sua iurisd. & hoc etiam sequitur Alex. vbi etiã testatur hãc esse magis cõmunem cons.187. Visa copia scripturæ circa fin.
7 lib.7.Et quicquid sit in alijs possessorijs, tamen † in iudicio recuperandæ, in quo nos sumus, requiritur ex parte actoris plena probatio, vt inquit Afflic. in decisio.364. quæ incipit fuit decisum &c. vbi dicit in ista opinione fuisse sacrũ concilium, vt nõ sufficiat probare possessionem per vnum testem, præsertim vbi testes rei repugnant. Audio etiã, quod eandem opinionem in iudicio reintegrandæ tenent quidã neoterici, & inter cæteros Maran.in suo repertu. aureo & Hiero.Cagn.in l.in pari.ff.de reg.iur. Et certe valdè durum esset & iniquũ, quod propter vnũ testẽ ex parte actoris productum, depelleretur alius de sua recenti possessione, cõtra reg. iuris diuini & iurisgentiũ, quæ requirit duos testes c.in
8 omni negocio de testib.l.vbi numerus.ff.eo.tit. vnius † aũt testimonio nulla causa est cõtenta, quantũcunq; pręfulgeat dignitate c.licet vniuersis de testib.l. iurisiurãdi.C.eo. Hoc aũt ita dispositum fuit, vt probatio plena fieret per duos vel tres testes: nõ solũ, quia iudicium pluriũ solet esset firmius, sed etiam si tantũ vnus testis sufficeret, posset de facili committi falsitas, vt Pau. de Cast. scribit in l.si à fratre.C.de testam. mili. per bonum tex. in.l. Diuus Traianus.ff.de testa. mili. Inhærendum ergo censeo regulæ tanquã Bononienses Carrocio iux.glo.in.l.omnis diffinitio.ff. de regu.iur.

9 Vltra prædicta fui interrogatus, an † standũ sit assertioni notarij asserentis aliquid, propter quod vitietur instrumentum ab eo cõfectum, vel ei minus credatur: & dicendũ est ꝙ non, vt per Bart.in.l.si quis in graui.§.1.ff. ad Sylla. cum pluribus cõcordan.adductis per Alex. cons.134. Stantibus his, quæ in facto vlt.dub.lib.7. & est optima decisio Pau.de Cast.quam ipse non adducit in.l.Seia in princ.ff.ad Velleia. ad quod etiam facit, quod scribit Alex.in.l.sciendum col.9. versic. Adde tamen.ff.de verb.oblig.vbi dicit non stari dicto notarij, qui in eius instrumento asseuerauerat se certiorasse mulierem de beneficio Velleiani, si postea cõtrarium dicat per nota. per Bart. in d.l.si quis in graui.§.1.

SVMMARIVM.

1 *Contractus rescissio quando petitur, num petens (vt obtineat) debeat omne, quod ad eius manus peruenit restituere, vel illud offerre sufficiat, dic vt nu.7.*

2 *Oblatio verbalis facta in iudicio habet vim solutionis quo ad effectum, vt offerens non dicatur esse in mora soluendi, non autem ad effectum liberandi, nisi accedente depositione, secus extraiudicialis.*

3 *Oblatio iudicialis per debitorem facta sine pecuniæ ostensione, nisi probetur offerentis paupertas, sufficit, præsertim quando est consultum creditori per rei retentionem vt nume.6.*

4 *Creditor in mora soluendi non constituitur recusante debitore suum recipere, & litem prosequente.*

5 *Minor agens ad contractus rescissionẽ propter læsionem uel metum, vel dolum aduersarij non tenetur pretium restituere, nisi creditor probet in eius vtilitatem fuisse conuersum.*

8 *Iuramentum minoris quando seruari potest sine interitu salutis æternæ, licet eum repræsentet vt maiorem, tamen absolutus ab eo & læsione probata potest cõtractum rescindere.*

9 *Iuramentum debet habere in se tres comites veritatem, iudicium, & iustitiam.*

10 *Minor dolo circunuentus esse præsumitur ex ipsius enormi læsione, nec ei tunc obstat iuramentum ad contractus rescissionem.*

11 *Minor si promittat, & iuret, quòd nõ petet habilitationem à iuramento ratione minoris ætatis, vel quacunque alia de causa, vbi constat de læsione, iuramentum debet ei relaxari.*

12 *Minor si enormiter læsus esse præsumitur, quando venditur maiorum domus, tanto magis vbi venditur castrum ab Imperatore recognitum.*

13 *Feudum Imperiale qui possidet, habet quæcunque reseruata sunt Principi in signum supremæ potestatis, & vti potest clausula de plenitudine potestatis.*

14 *Testator prohibens castrum vel turrim alienari nulla expressa causa prohibitionis, præsumitur prohibuisse, vt in familia remaneret.*

15 *Alienatio rerum, quæ minori seruari debent propter prohibitionem testatoris & legis, veluti domus vel castri, iuramento non obstante est rescindenda, etiam quòd de læsione vltra dimidiam non appareat, & nu.21.*

16 *Minori non solum in damnis, sed etiam in lucris omissis subuenitur & nume.23.*

17 *Euentus, qui secundum naturalem dispositionem solet contingere, est habendus in consideratione.*

18 *Minoris res vendita ex iusta causa non dicitur, vbi allegatur eam propter bellum sterilem fuisse effectam.*

19 *Nobilitas sola non attenditur, vt maior admittatur ad redemptionem castri venditi, secus in minore.*

20 *Minoris affectio affert sibi auxilium restitutionis in integrum, vbi vult recuperare castrum, quod in familia semper fuerat.*

22 *Minor in integrum restituitur aduersus venditionem pro qualicunque damno, modo non sit minimum, quod fallit, vt ibi.*

24 *Venditio nocens re ipsa minori etiã sine fraude & dolo alicuius dicitur commentitia, & venit rescindenda.*


25 *Minor probans dolum præsumptũ tutoris vel curatoris vel aduersarij ex immodica læsione vel merum dolum eorundem ex modico damno in integrum restituitur.*

26 *Decretum iudicis licet faciat cessare præsumptionem fraudis, tamen eo non obstante, ex enormi læsione, & per facti euidentiam præsumitur dolus interuenisse.*

27 Decretum

27 *Decretum vbi interponitur in alienatione rerũ minoris iuris forma non seruata non operatur, quòd omnia præsumantur solenniter acta.*
28 *Tutores, & curatores Principum licet habeăt plenam administrationem & exercitium meri & mixti imperij, tamen dispensationem contra iura concedere non possunt.*
29 *Locumtenens Principis licet omnia possit, quæ Princeps: tamen ea, quæ Principi reseruata sunt in signum supremæ potestatis, facere non potest, nisi ex expresso & speciali mandato id sibi tribuatur.*
30 *Alienatio rerum minoris nõ firmatur per decreti interpositionem, vbi interponentis potestas deficit, licet interponens auctoritate & probitate præemineat.*
31 *Decretum ex falsa causa interpositum est ipso iure nullum, & in hoc differt à diffinitiua sententia.*
32 *Decretum in alienatione rerum minoris interpositum alienationem non conualidat, nisi ex scriptura separata constet de causæ cognitione & nu. 34.*
33 *Notario asserenti in instrumento actum interuenisse, qui tempore rogitus expediri non potuit, credendum non est.*
35 *Minoris rerum alienatio propter illius vtilitatem non permittitur, etiam seruatis debitis solennitatibus, sed requiritur æris alieni necessitas.*
36 *Minoris rerum alienatio non tenet, vbi id à prætore est obreptum.*
37 *Decretum partim ex falsa, & partim ex vera causa interpositum, quum sit quid indiuiduum, contractum in totum vitiat.*

CONSILIM. 631.



Super controuersia pendente coram Illustrißimo Duce Ferrariæ veluti delegato Cæsareæ maiestatis inter Illustres Dominos Sigismundum, & litis consortes de Gonzaga ex vna agẽtes, & Illustres Comites Lucretium, & Nicolaũ de Gambara se defendentes ex altera. Viso themate, & consilijs præstantißimorum dominorum Hippolyti Riminaldi, & Traiani Delphini, & plurium aliorum Iurisc. qui super ipsa controuersia latè & copiosè scripserunt. Postremò cõsideratis motiuis post dicta consilia nuper traditis, quorũ resolutio petitur: video omnino non esse opus opera mea in resolutione prædictorum motiuorum: quum ex præfatis consilijs iam editis abundè haberi poßit: tamen vt amico petenti mea responsione satisfaciam, & vt gustasse videar difficultates, quæ proponuntur in frascripta pauca subijcere decreui. Prima est difficul-
1 tas, quòd, qui † vult à contractu recedere, debet prius restituere totum id, quod ad eius manus peruenit, aliàs obtinere non potest. l. si à te. C. de pac. int. emp. & vendit. glo. in. l. si in emptione. §. fin. in verbo tutor in fin. ff. de contrah. emp. Bald. in c. 1. §. notandũ. 1. nota. de his, qui feud. da. poss. Petr. de Anch. cons. 34. In hac causa col. fin. vers. præterea quum ex contractu, at in casu hoc non videtur, quod pretiũ receptum, & interusaria soluta Illustribus de Gonzagis sint re-
2 stituta ergo &c. Non obstat quædã oblatio † facta in libello, quia fuit verbalis & non realis, & verbalis nõ sufficit, sed debet, qui pecuniam debet, venire paratus cum pecunia in manu, præsertim vbi agitur ad actionem consequendam. l. quid ellem vers. idem respondit in fi. ff. de solu. l. seruus qui hæredi in fi. ff. de statulib. & tradit plenè Bar. in. l. prætor. §. si quis paratus. ff. de oper. nou. nunc. & in. l. acceptam vers. venio ad quæstiones. C. de vsu. Matthæsi. not. 129. Nota ꝙ vbi quis debet, Alex. in. l. si mora col. 2. ff. solut. matr. & cõs. 130. In causa Strazolorum col. 3. vers. Non obstat, ꝙ dicatur lib. 4. & videtur de hoc esse tex. in d. l. si à te. C. de pac. int. empt. & vend. cũ alijs adductis per Iason. in. l. iurisgentium in princ. in quatuor limitationibus ibi per eum positis in fine commenti. ff. de pac. Ad prędicta respondetur, ꝙ præfata procedunt in oblatione extraiudiciali, sed oblatio iudicialis, quæ est facta in præsenti casu, sufficit, quia habet vim solutionis, quo ad effectũ, vt offerens non dicatur esse in mora soluendi. l. si rem. §. fin. ff. de pign. actio. tradit Bar. in. l. interdum. §. fin. & in. l. si insulam in prima oppo. secundæ partis. ff. de verb. oblig. & in. l. sed & si alia. ff. de constit. pecu. non tamen habet vim solutionis, quo ad effectum, vt debitor liberetur, nisi accedat etiam consignatio, & depositio, & ita loquitur tex. in d. l. si à te. C. de pac. int. emp. & vendi. quæ allegatur in contrarium, & ita etiam eam intelligit Bal. in d. l. acceptã. 5. quęst. & hoc modo procedit etiã, quod ponit Bart. in. l. si debitor la 1. ff. de solut. & cum prædictis transit Ias. in d. l. interdum. §. fin. & in. l. qui Romæ in
3 princ. col. 4. ff. eo. tit. Nec dicatur, ꝙ † sola iudicialis oblatio non sufficit, vbi quis non habet modũ satisfaciendi secundum Corn. cons. 85. Videtur prima facie col. 2. lib. 4. & alia allegata in motiuis, quia hoc esset obijcere paupertatẽ Illustri Domino Sigismundo, de qua nihil fuit probatum per conuentos, & Docto. præallegati dicũt solam oblationem in iudicio sufficere, nec requirunt pecuniam ostendi: vt vltra prædicta vult etiam Bar. in. l. item liberatur. §. qui paratus. ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. Bald. in. l. inuicem. C. de cõpen. Nec obstat, quod obijcitur in eodẽ motiuo, quòd, vbi verbalis oblatio sufficit, nõ prodest, si debitori offerenti debitum, & dicenti se paratum soluere, creditor replicet, & ego sum paratus recipere, vt tenet Bar. in. l. creditor. §. fi. in fin. ff. de distrac. pign. Imo. in. l. si mora. ff. solut. matr. & in l. si seruus communis. ff. de vulga. & pupil. quia respondeo, quòd rei conuenti replicando non dicunt, ꝙ sunt parati recipere, sed dicunt ꝙ oblatio non fuit legitimè facta, quod negatur, quia imò legitimè fuit facta: ex quo verbalis ob-
4 latio, in iudicio sufficit iux. superius deducta. Et hoc † ipsi rei conuenti etiam re ipsa testãtur se nolle recipere, ex quo contendunt totis viribus cõtractum ipsum, qui petitur rescindi, esse validũ: & facto declaratur voluntas. l. Paulus respondit. ff. rem rat. habe. & quando debitor non vult suum recipere, sed mauult litigare, tunc non cõstituit creditorem in mora soluendi, vt Bart. scribit in. l. qui Romæ. §. Seiæ. ff. de verb. oblig. per tex. in. l. nemo rem suam. §. 1. ff. eod. titu. & quandiu durat lis, nullum præfato Domino Sigismundo currit tempus ad soluẽdum, vt probatur in. l. quandiu. C. qui admit. Audio etiam, ꝙ pretium castri venditi iacet in deposito, & sic etiam est paratũ solutioni, quo vero ad interusuria attinet, si rei cõuenti restituent fructus castri venditi rescisso dicto contractu, prout rescindendus venit, tunc & interusuria, si qua percepit, restituentur, vel compensabuntur, prout iuris fuerit, & in hoc tamen refero me ad aliorũ scripta, qui in facto pleniorem instructionẽ habere potue-
5 runt. Potest etiam dici, quòd † minor nõ tenetur restituere pretium, nisi creditor probet in eius vtilitatem fuisse conuersum, vbi contractus est nullus ipso iure, aut vbi petitur rescissio propter enormem læsionem, in pretij quantitate, aut quia non expediebat vendere, aut dolus, vel metus deducitur, quę omnia sunt allegata in pręsenti casu. l. si prædiũ l. vtere & l. prædiorum, & ibi Bart. Bal. & Salic. C. de præd. mino. & Bart. & Bald. in. l. 1. C. si aduer. cred. & Socin. cons. 115. Circa primam quæst. col. fin. lib. primo, ideo antequã fuerit facta dicta probatio, non erat necessaria oblatio, vnde etiam ꝙ sit facta ineptè, non nocet iux. reg. l. vnicæ. §. 1. C. de rei vxo. actio. Denique, quum hic agatur summariè, & sola facti veritate inspecta, non debẽt admitti huiusmodi oppositiones apicem iuris respicientes: nõ enim est tam supinus Dominus actor, vt nõ intelligat se non posse obtinere castrũ Vescouati, nisi restituto pretio, præsertim quũ
6 sit saluum. Et vlterius † consultum est ipsis reis conuentis, per retentionem rei venditæ loco pignoris, nisi pretiũ sibi restituatur iux. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. & tradit
7 Bart. & Bal. in d. l. 1. C. si aduer. cred. Postremò † ad clariorem resolutionem obiecti cõsiderandum est, quòd iura in contrarium allegata loquuntur, quando cõtractus ab initio est validus,

est validus, & agitur postea de eius rescißione, quia tunc debet fieri oblatio, & ita loquitur tex. in d. l. si à te & glo. in d. l. si in emptione. §. fin. Sed in casu nostro dicitur contractus esse nullus, quia non fuerũt seruatæ debite solennitates, quę requiruntur in alienationibus minorum, tam de iure communi quàm ex forma statutorum Mantuæ vbi contractus fuit celebratus: & clarum est, quòd, vbi non seruatur forma à iure tradita, actus redditur nullus. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. l. non dubium. C. de ll. & in terminis, de quibus agitur, est tex. in l. magis. §. si pupillus, & in. §. si æs alienũ. ff. de reb. eo. & l. non est vobis & l. si quidem. C. de præd. mino. Item ex alio capite dictus contractus fuit nullus, quia conuentũ fuerat inter partes, ꝙ haberetur consensus Imperatoris, & eo non habito contractus esset nullus, qui quidem consensus minimè fuit obtentus, stante igitur nullitate dicti contractus oblatio non fuit necessaria, quia nõ præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectũ ca. non præstat de reg. iur. in 6. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisq; iu. Et dato, quòd rei conuenti poßint repetere pretium solutum condictione sine causa, tanquam pretium sine causa remaneat apud eos. l. 1. in fin. & l. nihil. ff. de condi. sine cau. l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. indeb. vel alia actione id consequi poßint, non tamen sequitur, quod oblatio sit necessaria, sed id tantum, quòd pretium peti potest. Et hęc de prima difficultate dicta sint breuiter.

Secundò difficultatem facere dicitur iuramentum præstitum per præfatum dominum Sigismundũ minorem in
8 dicta venditione, quod † iuramentum seruandum est non obstante, ꝙ defuerint solennitates requisitę in alienationibus minorum de iure communi, & statutario, quum seruari poßit sine interitu salutis æternæ c. cum contingat. c. ex rescripto. de iureiu. & c. quamuis. de pac. in 6. iuramentum enim eum, qui minor est, repræsentat, vt maiorem, Auth. sacramenta puberũ. C. si. aduer. vend. & ita se habent communes Doc. opiniones. Sed respõdetur ad prædicta, quòd habilitatio fuit impetrata à dicto iuraméto, vt doceri poßit de læsione in contractu celebrato cũ d. Domino Sigismundo minore, & de metu eiusdem, & de dolo aduersarij, & de alijs deductis in processu, vndè iuramentum non obstat, quod fuit relaxatũ ad effectũ agendi à Romano Pontifice, quia in tali casu iuraméntum esset vinculum iniquitatis, quod esse non debet c. inter cætera 22. q. 4. c. quanto de
9 iurei. & † iuramentum debet habere tres comites in se, veritatem, iudicium, atq; iustitiam, vt dicitur in c. animaduertendum 22. q. 2. & ita in similibus terminis voluit Petr. de Anch. in c. accessorium in 3. char. vers. pro declaratione prędictorum de reg. iur. in 6. & in cap. 1. char. 22. vers. ego etiã consului. de constit. vbi refert easdem rationes, & conclu-
10 dit, ꝙ † in tali casu arguitur re ipsa ex enormi læsione dolus, & dolus re ipsa, & ex proposito æquiparátur, Idem etiã voluit Petr. de Anch. consi. 83. Visis diligenter actis circa fi. & cons. 180. Visa diligenter narratione colum. fin. Idem tenent Anto. de Butr. & Abb. in c. cum cõtingat de iureiu. & facit, quod scribit Bald. in cap. 1. §. idem sacramenta 4. q. de pac. iur. firm. vbi inquit, quòd præsumitur dolus contra minores commissus ex enormi ipsorum læsione, vt quia faciunt venditionem de omnibus eorum bonis, vel renunciant hæreditatibus sibi debitis, & subdit, quòd boni præsides talia iuramenta, & illicitas extorsiones per capturam personæ faciunt relaxari & cassari l. illicitas. ff. de offi. præsi. quod etiam voluit Fede. de Sen. cons. 272. Satuto ciuitatis Perusij circa fi. cuius dictum sequitur Petr. de Anch. in c. canonum statuta 11. q. prin. char. 10. versic. Sed quid dices de constitu. Abb. cons. 8. Laurentia mulier lib. 2. Roma. sing. 408. quod incipit, vbi iuramentum est illicitum &c. Et faciunt etiam elegantia verba Bal. in rub. C. de re. permu. circa fi. dicens, quòd simplicitas pręsumitur in rustico, muliere, & minore l. cum de indebito ff. de proba. & si iurent nõ nocet eis, quia quum iuramentum sit captiosum & iniustũ debet per Episcopum relaxari, & licet iuramentum reprę-sentet quem maiorem, non tamen fingit eum prudentem, & sagacem, quia (vt dicit Aristoteles,) mulier habet consilium inualidum, minor autem imperfectũ, & transeunt cum suprascriptis moderni tam consulendo, quàm legendo: quos non refero, quia eorum scripta notißima sunt, & præmanibus habentur. Confirmantur præmissa optima ratione, quam ponit Anto. de Butr. in c. cum cõtingat 4. casu
11 prin. vbi plus voluit, quòd, etiã si † minor promittat in instrumento, ꝙ non petet absolutionem à iuramento ratione minoris ætatis, & quacunque alia de causa, tamen, vbi constat de læsione, iuramentum sibi debet relaxari, quia licet contractus sit validus, & iuramentum etiam teneat, tamen intentio contrahentis non est absque fraude & dolo, quia contrahit cũ minore ne dum consumpturo, sed realiter consumente l. si quis cum sciret. ff. pro emp. & l. si verò non remunerandi. §. adolescens. ff. man. l. 2. C. quæ re. ac. nõ de. poterat etiã adducere ad hoc tex. in l. quòd si minor §. restitutio ff. de mino. Vnde secũdum eum, quum frauus sit ex parte recipientis, canonica iura non aßistunt talibus iuramentis, & subdit, ꝙ istud habet æquitatem, quia talia iuramenta aliquando obripiunt à notarijs sub inuolucro verborum, maximè fœminis non intelligentibus quid agant, ꝙ aũt in casu nostro læsio nõ modo sit enormis: sed enor-
12 mißima, satis ostenditur, quia † si minor dicitur pati damnum, & restitutionem habet, quãdo venditur maiorũ domus l. si in emptione. ff. de mino. & in l. lex quæ tutores versic. nec verò domũ. C. de admi. tuto. glo. in l. nam quod §. 1. in verbo pupillum. ff. ad Trebel. quantò magis id dicendũ est in casu nostro, in quo venditur castrũ, cui annexa est iurisdictio, vt emátur prædia rustica, & ideò aliàs 30. ab hinc annis consului in castro Cisternæ, non potuisse illud vendi per tutores minorum, per rationes, quas in illo consilio adduxi, & quæ fuerunt recitatæ per magnificum D. Hippolitum Riminaldum in eius cons. & sequuti sunt reliqui consulentes in hac controuersia: & tunc cõsului in feudo, quod recognoscebatur ab Episcopo: quid ergo dicendum est in feudo, quod recognoscitur ab Imperatore, qui lõgè maior est dominus, & per cõsequẽs iurisdictio ab eo accepta maioris est dignitatis, nec dignitatis modo, sed etiam vtilita-
13 tis: Scimus enim & vsu † compertum habemus, quòd, qui feuda poßident imperialia, habent quæcunq; regalia, imo & quæcunq; reseruata sunt Principi in signũ supremæ potestatis siue ex eorum inuestituris, siue ex vetustißima consuetudine vel pręscriptione iux. tex. in ca. super quibusdã. §. præterea de verbo. signifi. in quibus profectò est honor & emolumentum, adest etiam libertas: nam seruire Romano imperio est libertate potiri, vt Bal. alibi dicit per tex. in Authen. de hære. & Falc. circa prin. & vt dicit vnus ex testibus in hac controuersia examinatis, Pulcherrimum est imperare alijs, & neminẽ sibi. & ille uersiculus iam cessit in prouerbium. Non benè pro toto libertas venditur auro. Et vt inquit Iurisc. Libertas est inæstimabilis l. libertas. ff. de reg. iur. Et pro confirmatione prædictorum facit, quod scribit Bald. cons. 267. Ad euidétiam præmitto col. 2. vers. 2. præmitto lib. primo vbi inquit, quod omnes domini Lombardiæ de consuetudine vsuali, & quasi de quadã theorica ponunt hæc verba de plenitudine potestatis, & sunt in quasi possessione huius verbi, & facti: ideò dicit se putare salua substantia veritatis, ꝙ credendum sit eorum sermoni, quia non est verisimile, ꝙ falsa voce vterentur, hoc autẽ quàm perhonorificũ sit vti posse dicta clausula, nemo est, qui nesciat, ideò huiusmodi feuda vix pretio nummario poßunt æstimari, & quàm gloriosum est retinere in familia, tã turpè est habere venalia, quãdoquidem honos cuilibet cõmodo pecuniario præferri debet l. Iulia. ff. si quis omissa caus. ad quod facit, quod ponit Cyn. post gl. ibi & Bal. in l. quo-
14 ties la prima, C. de fideicom. ꝙ si † testator prohibuit turrim alienari nulla expressa causa, præsumitũ ex qualitate rei prohibuisse, vt in familia remaneret, & dicit etiam Andr. de Iser. in c. 1. de ca. qui cur. vend. circa princ. ꝙ si vendantur bona in genere, feuda non veniunt in venditione propter ipsorum dignitatem, sed opus est, quòd actũ fuerit expresse,

presſè,quia de facili talia non venduntur: Propterea dicendum est,quòd,quum Dominus Ioannes auus.d.D. agnetis prohibuerit omnium suorū alienationem descendentibus, voluisse illud feudum tam honorificū in familia permane-
15 re: & sic etiam † venditio ista fuit facta contra prohibitionem testatoris, ad quod optimè facit text. in l. & si sine.§. quæsitum.ff.de mino.vbi minores restituuntur,quando distrahuntur res,quę eis seruari debēt, exemplificat,quia hoc testator pręcepit,& sic ibi est decisio in terminis. Itē exemplificat secundo loco gl.quando lex præcepit,allegat tex.in l.lex quæ tutores.C.de admi.tuto. vbi Imperator inter cætera,quę prohibet,ne tutores alienent,prohibent etiam domū vendi,in qua defecit pater,& minor creuit,in qua maiorum imagines,aut nō videre fixas,aut repulsas videre satis est lugubre. Vnde ex istis tollitur,quod dicitur in motiuo,ꝙ ad hoc,vt contractus iuramento non obstante possit rescindi, opus est, ꝙ lęsio excedat dimidiam: quia respondeo, ꝙ læsio ista est inæstimabilis, prout etiam seriatim & latius deductum est in consilijs suis per Magnificū D. Hippolitum & D.etiam Bertholomęum de Bertolacijs patronos causæ. quorū consilia diligenter sunt euoluenda,& ego nunc prætermitto referre, ne sim superfluus, & ne videar alienis pennis velatus incedere. Illud tamen prætermittere nequeo,velut in discursu, quantum afferat damni,& (quoniam inter suos comites iuramentū debet habere iudiciū) quàm à prudenti iudicio sit alienum vendere prędia vrbana,& rustica in loco,vbi sis dominus,& habes immunitatē rerum omnium,vt acquiras alia,vbi sis subditus, & obnoxius muneribus,& efficiaris priuatus,ignobilis, & vulgaris homo, & vnus de multis, hoc certè habet nō leuem plagā. Nec refert si dicatur, ꝙ castrum Vescouati non sit tam insignis locus,quàm Mantua & Ferraria,quia hic occurrit illud Cæsaris, qui in Alpibus conspecto quodam oppidulo. Malo (inquit) hic primus esse, quàm Romę secūdus,& illud etiam vulgiore iactatur,melius esse caput formicę,quā Leonis caudam. Nec aliquid nocet,quod obijcitur de pessimo statu prædiorū venditorum tempore venditionis, & ædificiorum pariter,& molēdinorum destructorum, quia negatur constare ex actis prædicta sic se habere. Et posito citra præiudiciū illa esse vera, illud stat pro emptore emere prędia inculta & deserta,& destructa,quę ad meliorem sta-
16 tum redigi possunt: & hoc lucro. d.D. Sigismundus † non erat priuandus,quū minori non solū in damnis, verū etiam in lucris omissis soleat subueniri per viā restitutionis in integrum l.pen.C. de in inte. resti. mino.l.ait prætor §.fin. in fin.ff.de mino.& l.& si sine.§.quæsitum.ff.eo. tit. Similiter diluitur, quod obijcitur de bello tunc vigente, & hospitijs militum, quia huiusmodi casus non solent esse perpetui,& illud erat cogitandum, ꝙ Dabit Deus his quoq; finem: nā
17 id,quod † secundum naturalem dispositionem euenire potest, debet esse in consideratione.l. hæres meus.§. fin.ff.de condi.& demon.l.fi.§.finautem auaritiæ.C.cōmu.de lega. & l.si quis domū.§.pen.ff.loca.per quæ iura ita inquit Bart. in l.inter stipulantem.§.sacram col.pen.vers.Oppo.dicitur hic.ff.de verb.obli.& in l.si idem cum eodem.§.fi.ff. de iurisd.om.iudi.& habetur per Cin.& Bal.in l.fi.§. sed & si qs C.commu.de lega. Et quia istis temporibus decisio in terminis maximi est ponderis adduco Bal.cons.184. Ad intelligentiam quæsitorū à me super infrascriptis in fi.lib.2. vbi
18 expressè dicit, ꝙ ista † non est iusta causa alienandi res minorū, quia res propter guerram steriles effectæ sunt, nam ista sterilitas non habet perpetuā causam. Illud etiā leue est
16 obiectum,dum dicitur, ꝙ non venit † attēdenda nobilitas familiæ de Gonzaga, quā decet habere iurisdictionem cū mero,& mixto imperio, & non habere sit dedecus,& hoc respectu castrum,& iurisdictio vendita maioris æstimationis sit, quia quo ad casum hunc res non sunt metiendæ ex delitijs hominum, & singularibus motibus l.illud.ff.de manu.vendic. sed prout communiter venderentur habito respectu ad loca,in quo sita sint,& ad tempus venditionis, & ad qualitates rei venditę loci & temporū iux.not.per Doc. in l.2.C.de rescin.vendi.Nam prędictis clarè respondetur, ꝙ prædicta procedunt in maioribus vendentibus: nā tunc pretia rerum ex cōmuni hominū æstimatione,non ex singulari affectione constitui debent l.pretia rerū.ff. ad l.Falci.
20 sed vbi sumus in minoribus,qui recuperare † intendunt castra & iurisdictiones,quę in familia sua semper fuerunt,tūc etiā habetur ratio affectionis, vt Bal. scribit in d.l.si in emptione.ff.de mino.vbi summādo illum tex.inquit,ꝙ interesse affectionis affert minori auxilium restitutionis in integrum,& ius prælationis,& subdit Bald.ibi in fin.ꝙ propter illud interesse fingitur minor enormiter lædi,aliàs non haberet in integrum restitutionem.l.scio.ff.de in integ. restit. & sequitur Alex. consi. 67. Videretur stantibus his,quæ in facto col.2. lib.5. vbi etiā vult circa fi. eiusdem col. ꝙ licet regulariter minor non possit agere ad recuperationem rei venditæ contra singularē successorem venditoris: tñ istud fallit, quando interesset minoris potius rem habere, quàm pecuniam, vt quia intenderet recuperare domum maiorū suorū,vt d.l.si in emptionē & l.lex quæ tutores.C. de admi. tuto.& ita dicit voluisse Guliel.de Cun. in l.in causæ la prima.§.interdum.ff.de mino. Nec aliquid facit in oppo.tex. in l.illud.ff.de manu. vindic.qui adducitur in oppo. imo fortiter facit pro hac opinione: nam,quū minor 20.annis non habeat facultatē manummittendi seruos vindicta, nisi iustam causam penes consilium approbauerit secundùm legem Aeliam Scentiam,dicitur,in d.l.illud,ꝙ iudices existimare debent iustā causam nō ex luxuria,sed ex affectu minoris: quia nō delitijs: sed iustis affectibus indulgendum, veluti si patrem,aut matrem, aut fratrem, aut collectaneū, aut similes persona s manumittere volúerit l.iusta causa manumissionis & l.si minor.cū ll.sequen.ff.eo.titu.& §.eadem lege Instit.qui & ex quib.cau.manu. non pos.ecce ꝙ ibi iusta causa affectionis in minoribus attēditur. Non enim delitiæ sunt,sed iusta volūtas retinere castra & iurisdictiones, quæ semper fuerūt in patrimonio maiorum, quod, si verū est,quod scribunt Bar.& Bald.in l.1.C.si aduer.cred. ꝙ vbi minor vendit vbi non expedit, restituitur in integrum,nō videò, vbi magis iste casus exemplificari possit, quàm vbi venduntur castra & iurisdictiones, vbi depicta sunt gentis insignia, & multa extant maiorum vestigia. Non omitto
21 † etiam,ꝙ illa opinio,quæ habet,ꝙ minor obtenta relaxatione à iuramento nō potest obtinere restitutionem in integrum per alienationem cōtractus prætextu læsionis, nisi læsio sit vltra dimidiam iusti pretij,non videtur mihi vera: nam hæc opinio non probatur iure, & in contrarium facit efficax ratio: de iure enim cōmuni minoribus subuenitur, per in integrum restitutionem, quum de bonis eorum aliquid minuitur l.minoribus 25. annis.ff. de minori. ponderando dictionem aliquid,quæ verificatur in qualibet parte l.si seruum.§.prætor ait & ibi Bar. & Ang.ff.de acq.hæred. quod tamen intelligendum est, ꝙ minimum non sit damnum per tex.in l.scio.ff.de in inte.resti. Vnde si diceremus, quòd,si minor patitur magnum damnum infra dimidiam, obstaret ei iuramentum,sequeretur, ꝙ iuramentū esset iniquitatis vinculum, quod iura etiā canonica abhorrent. Et ideò, quum talis iniquitas vigeat in captione minorum, siue sit infra dimidiā,siue vltra,dicendum est,ꝙ obtenta absolutione à iuramento debeat conseruari indemnis, modò damnum non sit modicum. Sed magnum: magnū autem damnum iudicatur arbitrio iudicis attenta qualitate personarū.l.sed si susceperit.§.1.ff.de iudi.& ponit Bar.in l.minoris debitor C.qui da.tuto.pos.& in specie tradit Alex. cons. 67. Videretur stantibus his col.1.lib.5. Præterea,qñ etiam maior iurauit,& esset læsus vltra dimidiā obtenta absolutione à iuramento potest petere rescisionē contractus, vt tenet Fab.in tracta.de emp.& vend.8.par. prin.& secundùm prædictam opinionem nulla esset differētia inter maiorem & minorē, & tamen debet esse differentia, quia minori debet facilius succurri ob fragilitatem consilij & ętatis lubri-
22 cum vt in l.1.ff. de mino. Et ꝙ minor † restituatur in integrum aduersus venditionē pro quolicunq; dāno modò nō sit mini-

sit minimum vult glo.in l.pen.ff.de mino.& gl.in l.1.in verbo magno detrimento.C.si aduers.vend.pigno.Et hoc idē probatur, quia speciale est in venditione pignoris prætorij, seu iudicialis,vt non restituatur, nisi grande damnū sit minoris l.si ex causa in prin.ff.de mino.Item vbi distrahuntur res,quæ fortuitis casibus subiectæ sunt,l. & si sine.§.quęsitum in fi.& ibi Bart.ff.eo.tit.ergo in cōtrarium est ius commune.l.ius singulare.ff. de ll.quod etiam confirmatur. quia
23 † minor restituitur etiam aduersus lucrum,vt si legatum repudiauerit,vel si optionis legato captus sit,dū eligit deteriorem,vel si duas res promiserit scilicet illam aut illā, & pretiosiorē dederit, his enim casibus debet ei subueniri & subueniendum est, vt dicit tex. in l.ait prætor §.fin. cum.l.seq. ff.de mino.& illum tex.not.ibi Bald.pro argumento ad diuisionem,quam faciunt fratres: nam, si minor optat peiorem partem,restituitur, secus si cōtingat ei sorte breuium, quia tunc vtitur iure communi, & contra fortunā non datur restitutio,vt ibi per eum: ꝙ si subuenitur in lucro,multo magis subueniendū est, vbi aliquod sentit damnū; nam facilius subuenitur eis, qui damnum sentiunt, quàm qui de commodo laborant l.fi.§.& si præfatam vers. licentiā cre-
24 ditoribus.C. de iur. delib. vbicunq; enim † venditio nocet re ipsa minori etiā sine fraude & dolo alicuius dicitur commentitia,ideò rescindenda vt Sali.scribit in d.l.fin.C.si aduer. vendi. nec dicitur ibi ꝙ immodicè nocere debeat, & enormiter,sicut dicitur in casibus specialibus, de quibus supra dictum est.sicut nec etiam distinguitur in lucro,vtrum
25 lucrum cessans sit infra dimidiam vel supra.Est benè † verum, quòd vbi allegatur tantùm dolus præsumptus tutoris vel curatoris, vel aduersarij huiusmodi dolus præsumptus probatur ex immodica læsione l.si superstite.C.de do.l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in frau.credi. & ita loquuntur Docto. in contrarium adducti,sed vbi minor fundat se deceptū in venditione sui facilitate, vel arguit & ostendit dolum verū aduersarij,vel tutoris, aut curatoris tunc sufficit, quòd non sit modicum damnum , vt in integrum restitutionem obtineat,& ita sentit Bald.in l.fin.C.si aduer.vendi.

26 Tertiò dicitur facere difficultatem † decretū interpositum , quo stante non potest præsumi dolus, quia ex eo excluditur,nec potest excipi de dolo & læsione l.1. & ibi Bar. C.de præd.curia.lib.10.nam prædictis respōdeo ex verbis Pau.de Cast.cons.174. Contra superius consulta lib. primo secundùm nouissimā impressionem, vbi loquitur de quadam filia, quæ fuerat lęsa enormiter in renunciatione iurata bonorū maternorum,& dicit,ꝙ licèt in dicta renunciatione interuenerit decretū iudicis, quod facit cessare præsumptionem fraudis.l.1.C.de præd.curia. lib.10.& ibi Bar. tamen non obstante. d. decreto filia poterat contrauenire, quia ex enormi læsione,& per ipsam facti euidētiā, qua nulla melior est probatio, ostendebatur fraudem interuenisse. vna enim præsumptio tollit aliam.l.diuus.ff. de in inte.rest. fortius tollitur pręsumptio per euidentiam facti in contrarium,ita ibi formaliter Pau.de Cas. qui tollit præsens obie-
27 ctum. Potest etiā † responderi ex his, quæ dicit Bal.in pręallegato cons.184. Ad intelligentiam quæsitorum lib.2. ꝙ licèt vbi decretum inuenitur appositum in alienatione rerum minoris omnia præsumantur solenniter acta , vt not. Spec.in §.nunc videndū in tit.de emp. & vendi.tamē istud non est simpliciter verum,quia non pręsumitur pro decreto,nisi cōstat formā iuris esse seruatam,vt not. in l.actor ff. rem rat.habe.& l.1.C.de præd.curia.lib.10.& l.cum hi §.si prætor ff.de transac.Sed in casu nostro clarè constat formā non fuisse seruatam . Et licèt decretū fuerit interpositū per Illustrissimum Cardinalem ac Illustrissimā Mantuæ Ducissam,qui tunc gerebant tutelam Illustrissimi Ducis Mantuæ : & dicatur,ꝙ attenta eorum auctoritate, & probitate presumātur omnia solenniter processisse per not. per Abb. in c. nisi essent de præben. Tn̄ considerandum puto,ꝙ ista non possunt validare pręfatam alienationem factam iuris solennibus omissis : nam ipsi Illustrissimi tutores habilitāt ipsum D.Sigismundum ad prædictā alienationem faciendam ex certa sciētia,& de potestatis plenitudine , quod qui-
28 dem facere non potuerunt: nam † quamuis tutores Ducū, Comitum, Marchionū habeant administrationē, & exercitium meri & mixti imperij competentis pupillo c. grādi de suppl.negli.præla.in 6.Bar. in l.quidam consulebat circa fin.ff. de re iudi. Et regulariter quilibet tutor habeat liberā potestatem administrandi bona pupilli l.inter bonorum.ff. de admi.tuto.glo.in l.mandato generali ff.de procu. tamen non potuerunt dictam habilitationem & dispensationem contra iura concedere,potestas enim eorum ad hoc se non
29 extendit,quandoquidem videamus,ꝙ licet † locumtenens Principis possit omnia,quę ipse Princeps.l.1.& 2.C.de offic.eius qui vi.alt.ger.Bart.in l.1.§.hi quibus.ff.de leg.3.non tamen potest facere ea,quæ reseruatata sunt Principi in signū supremæ potestatis: nisi expressum & speciale habeat mandatum,vt est tex. apertus loquens in legato apostolico in c. quo ad translationē de offi. lega. Similiter videmus in præfecto prætorio, qui licet primam habeat post Imperatorem potestatem , ita ꝙ Imperator existimet eum nō aliter iudicaturum,quàm ipse iudicaret l. 1.ff. de offic.præfec. prę̃to. nō tamen potest contra iura aliquid disponere l.formam.C.de offi.præfec.præto. quinimo ipsi Duces,Comites,Marchiones nō possunt rescribere contra ius in preiudicium alterius , nisi hoc habeant in suis inuestituris, vel ex præscriptione vetustissima, vel de facto non recognoscant superiorem , vt latè explicat Feli. in ca. quæ in ecclesiarum col.12.vers. Quarta declaratio de constit. Ex quibus colli-
30 gitur,ꝙ † auctoritas,& probitas Illustrissimorum tutorum non operatur validitatem contractus deficiente potestate, ad quod facit gl.in c.de libellis 20.distin. quæ vult, ꝙ dictū alicuius sancti veluti Hieronymi & Augustini non possit proferri ad decisionem causarū, nisi sit munitū auctoritate veteris vel noui testamēti,quia nō sanctis,sed Papę & Imperatori concessa est potestas legis condendæ , & sequitur Abb.in c.qualiter & qn̄ il secundo & ibi etiā Io. de Ana.de accus.& moder.latè in l.1.ff.si cer.pet.Et cōsiderandum est etiam,ꝙ ipsi Illustrissimi tutores potuerunt decipi , quamuis auctoritate & probitate præemineant: nam errore facti prudentissimus etiam quisque tenetur , vt inquit Iurisc. in l.2.ff.de iu.& fac.igno.& ista sit prima responsio .

Secundò respondetur,ꝙ dictum decretum Illustrorum tutorum est fundatū in vtilitate minoris asserentiū expedire illis magis,& vtilius forè habere pecuniam,quàm castrū Vescouati, & bona ibi existentia, quia ex pecunia maiores consequeretur redditus, q̄ faciebat ex possessione. d. castri & bonorum ibidem existētium , istud aūt ostensum est ex actis esse falsum, quia vtilius erat ipsi minori retinere sua,q̄ de nouo alia quærere, & hoc ita se habere latè prosequun-
31 tur antecedentes consultores,& decretū† ex falsa causa interpositum est ipso iure nullū l.cum verò §. subuentum.ff. de fideicom.lib.l.1.§.hæc verba.ff.ne vis fiat ei, l.sed si hac lege.§.patronum.ff.de in ius vocan.l.Seiæ.& l.tutor si petitus ff.de tuto.& cura.da. ab his.l.qui testamento ff.de excu. tuto. & in hoc differt decretum à diffinitione & diffinitiua sententia,quia decretū debet esse iustū non solū ex ordine, sed ex causa, quia causa propter quā interponitur debet esse vera,& de iure approbata, aliàs nō valet, secus in sententia diffinitiua,quia licet sit iniusta,valet,si seruata sit solennitas l.1.§.item cū contra sacras.ff.quan.appel.sit l.cum putarem ff.fam.hercis.verba sunt Pau.de Ca.in l.cum hi §. si prætor in fi.ff.de transa.& ratio diuersitatis videtur esse inter vtrūque quā Pau.de Ca.ibi non assignat, quia sententia profertur in iudicio cū maiori & pleniori causę discussione,& rescripti recitatione,quod non fit in decreto,quod interponitur inter volentes,vel contra cōtumacem cū minori apparatu,& fertur sine scriptis,ideò facilius irritatur, ita Bal. inquit in l.iustè possidet.ff.de acqui.possess. & latiùs sequūtur moderni ibi.Sed quid opus est istis insistere? quū de hoc sit text.clarus in.l.1.in princ.ff. de reb. eo. ibi manente pupillo & actione,si postea potuerit ꝓbari obreptū fuisse prætori, & idē dr̄ in l.magis puto.§.manet actio pupillo eo.ti.ad idem text.

text.in l.& si præses ibi ex falsis allegationibus circunuentá religionẽ præsidis.C.de præd.mino. prædicta tanto magis
32 procedunt, quia † non apparet, ꝙ aliqua præcesserit causæ cognitio,nam vt eleganter inquit Pau.de Cast. conf.38.Super eo,quod quæritur, vtrum viso statuto lib.secundo, vbi agitur de alienationibus rerum minoris, debet constare ex actis, quòd iudex causam cognouerit, & quum huiusmodi causæ cognitio nõ posit interuenire tempore, quo conficitur instrumẽtum, debet de ea fieri separata scriptura, per quam appareat, ꝙ iudex commiserit aliquibus personis,ꝙ se informent de rebus minoris,& quòd de illarum persona
33 rum relatione appareat, & ibi dicit Pau.de Cas.ꝙ nõ † statur verbis notarij asserentis causæ cognitionẽ interuenisse, quum non potuerit expediri tempore rogitus, & etiã non credatur verbis iudicis, ꝙ non sit in sua potestate omittere dictam causę cognitionem,& ad illud,ꝙ debeat fieri separata scriptura per se ab interpositione decreti, adducit simile de alienatione rei ecclesiasticæ, in qua debet fieri scriptura per se de tractatu,qui debet præcedere iux.not. per Spe. §.sequitur vers.& scias de loca.& vltra Pau.de Cast.est tex.
34 in l.minorum.C. de præd. mino. vbi non † sufficit causam alienationis proponi coram iudice, sed est necesse vt apud acta probetur,& Imperator improbat,si prætor vel pręses prouinciæ alienationem fieri decernat per libellũ, ea enim quæ causæ cognitionem desiderãt, per libellum nequeunt expediri l.ne quicquam.§. vbi decretũ.ff. de of.pro. & leg. In casu aũt nostro alienatio videtur expedita per libellum.
35 Tertiò respondeo,ꝙ præfati Illustriss. tutores † fundant se in suo decreto in vtilitate minoris,sed propter vtilitatẽ minoris res eius alienari non possunt etiam seruatis debitis solennitatibus, vt est tex. expressus in d.l.magis puto.§. si æs alienũ, & probatur hoc idem in l.si fundus sit sterilis.ff. eo. titu.vbi non cõceditur minori fundum sterilem, vel saxosum,vel etiam pestilentem alienari,& dicit Pau.de Cast. in l.2.ff.de offi. eius cui man. est iurisd. ꝙ glo. quæ ibi videtur sentire contrarium cõmuniter reprobatur, quia ob necessitatem tantùm æris alieni permittitur alienatio, nõ autem ob aliam vtilitatem, & dicit de hoc esse casum in d.§. si æs alienum & sequuntur hoc ibi Ias. & vterq; Dec. multa adducentes,& Ias.in l.cũ hi.§.eam transactionẽ.ff.de transac. & ponit Affl.dec.87.Magnum est dubium col.2. ergo decretum contra iura interpositum fuit nullum l.1.§.item cũ contra sacras.ff.quan.appel. sit. Et aduertatur ꝙ tex.in d.§. si æs alienum,ponit questionem in terminis nostris, quãdo minor cupiebat sua prędia vẽdere, & aliena cõparare, quia id ipsi magis expediebat,& deciditur ibi non licere. Quartò decretum fuit per obreptionem obtentum: multa enim fuerunt falsò expressa,multa etiam fuerunt tacita, quæ exprimi debuerũt, & quæ sint ea latè ponunt præcedẽtes consultores, ad quorũ scripta me refero, nẽ bis idem per idem
36 repetatur,& clarum est,ꝙ† alienatio de rebus minorũ non tenet,vbi est obreptum prætori,vt sunt iura clara antea allegata,videlicet tex.in l.1.in prin. & in l.magis puto.§.manet,qui est.§.pen.ff.de reb.eo.& in l.& si pręses.C. de pręd. mino. & generaliter quælibet dispensatio vitiatur ob modicam obreptionẽ c.si proponente de rescri.c.si motu proprio,secundo responso &.c.non potest in prin.de pręb.in.6. ponit latè Franc.de Cur.conf.16.Clarus vir col. pen.versic. Vltimo ista pars inconuincibiliter,& eo magis id dicendũ, quia ipsi Illustrissimi tutores, testãtur sibi fuisse obreptum dicentes,ꝙ si sciuissent de fideicommisso,per quod prohibitus erat d.D.Sigismundus alienare bona, neutiquã d.alienationi suam auctoritatem interposuissent.Quintò respondetur, quòd non fuit seruata forma decreti in omnibus, vt
37 debuit, quia † in decreto permittitur alienatio castri Vescouati, & bonorum ibidem existentiũ per duo miliaria, alienatio aũt fuit facta de alijs etiam bonis existentibus in alio territorio, ideò non valuit, vt est tex. in specie in l.si pupillorum.§.si prætor ff.de reb.eo.in illis verbis, eum qui aliud fecit,quàm quòd à prætore decretum est, nihil egisse; nec dicatur,quòd alienatio posit valere pro parte, & pro parte non,quia contractus ipse corruit in totum: nam decretum est indiuiduum iux.not.per Bart.Bald.& Pau.de Cast.in l.si non sortem.§.si centum.ff.de cond.indeb.& Bald.in l.certi cõdictio §.quoniam.ff.si cer.pet.& tradit Alex.in l.1.§.sed & si mihi circa prin.ff.de verb.oblig. & latius in l.iuste possidet col.6. versi. Vbi autem decretũ.ff. de acqu.possessione: Vnde non potest pars aduersa facere fundamentum in d.decreto, quod nõ fuit obseruatum additis alijs ad perniciem minorum.Ex præmissis igitur concludo pronunciandum esse pro Illustri D.Sigismundo cuius causa est admodum fauorabilis,in quo cõsiderandum est, quòd iura adeò abhorrent venditionem rerum minoris, dum metuũt captionem, vt non simpliciter permittant bona eorum alienari: sed ita demum si vrgeat creditor, & æs alienum maneat sub vsuris, vt inquit Iurisconin d.l.magis puto.§. non passim versi. sed si igitur. Sed hic non modo prædia rustica vendita fuerunt, sed castrum, & iurisdictio, & in subditos imperium,quæ nemo sani capitis vllo pretio habet venalia, nisi summa premente necessitate, nam vt sapienter respondit Fabricius Samnitum legatis aurum pro pace offerentibus, Melius est habentibus aurum imperare, quàm aurum habere. Et ita transiens cum superioribus consultoribus resolutis motiuis concludo.

SVMMARIVM.

1 *Apocha iuuata comparatione literarum facit semiplenam probationem,adeò quòd producens,vt contra debitorem obtineat,potest petere iuramentum suppletiuum.*

2 *Comparatio adminiculatiua,si legitimè fiat super scriptura priuata, quæ probabiliter potest negari, operatur, vt arbitrio iudicis iuramentũ parti in supplemẽtũ deferatur.*


3 *Comparatio literarum inducit semiplenam probationem, & vnius testis dicto suffulta vel iuramento partis aduersæ plenè probat.*

4 *Comparatio literarũ munita dictis testium asserentium habere notam manum debitoris facit plus quàm semiplenã probationem, & operatur, quòd iuramentum parti defertur licet causa dicatur esse magna.*

5 *Comparatio literarum,vt legitimè facta fuisse dicatur,quæ requirat.*

6 *Comparatio literarũ nunquid à iudice possit alteri cõmitti.*

CONSILIVM. 632.



1 On potest refricari in dubium, quin † apocha iuuata comparatione literarum faciat semiplenam probationem. §.si quis igitur in Auth. de instr.caute. & fi.tradit Bart. in.l.admonendi col.5. versic. Circa primam.ff.de iureiu.& in Auth.& si contractus col.2. vers.vt igitur liqueat.C.de fid.instru.& in.l.nuda ratio col.3.vers. De primo aũt,& ibi Imo.ff.de don.Bal.in Auth. sed nouo iure col.1.vers.Modo oppo.& videtur & ibi etiã Sali.col. fi.ff.si cer.pet.Ant.de Butr.Imo.& Abb.reliqui scribentes in c.2. de fid. instr. Et facit ratio,quia si apocha simplex nullo modo comprobata facit aliquã præsumptionem, quia non est verisimile,ꝙ aliquis conficiat facilè falsam scripturã, vt dicunt omnes in d.l.admonendi, in materia apochæ, vbi accedit comparatio literarũ, debet aliquid plus illa cõparatio operari & sic facere semiplenã probationem,nam aliàs frustra videretur fieri,& à lege permitti,ꝙ non est dicendum, c.si papa de priui.in 6.Stante hoc dicendũ est,ꝙ ad plenam probationẽ, vt producens apochã obtineat contra debitorem,posset deferri iuramentũ in defectũ probationis,iuxt. reg.d.l.admonẽdi,& l.in bonæ fidei.C.de iurei. & in specie hoc decidit Bal.in.l.cõparationes circa fi.C.de fi.instru.vbi
2 inquit,ꝙ quędam † est cõparatio adminiculatiua, quotiens scriptura,ad quã habebatur parũ fidei, vt quia erat scriptura priuata,quæ probabiliter põt negari, si enim iuuetur per compa-

comparationem legitimã, augetur fides, non tamen resultat plena probatio, sed arbitrio iudicis cõmittitur iuramenti delatio. Istam quæstionem latius tangit Sali. in d.l.comparationes col.pen.vers. Nunc videamus vbi vult, ꝙ quando priuata scriptura subscriptionem nullam testium habet, sed tantum ipsius scribẽtis, vel si subscriptiones testium habet, & de eis nulla facta est comparatio, sed solum de ipsa prin-
3 cipali scriptura: tunc † enim comparatio illa probat tantũ semiplenè scripturam negatã ab illo fuisse scriptã, ideò, vt plenè probet, alijs argumentis iuuanda est vt in d.l.comparationes & in Auth. & si contractus.C.de fid.instru. & erit bonum argumentum ad ipsam iuuandã vnus testis, qui deponat super cõfectione scripturæ, quia tunc ex istis duabus semiplenis fit vna plena probatio, iux. not. in.l.admonendi ff.de iureiu.& in.l.bonæ fidei.C.eo.titu. Et si testis non habetur, puto posse recurri ad iuramentum deferendum parti super confectione ipsius scripturæ, quę semiplenè est probata, secundùm not.in d.l.in bonæ fidei, & istam decisionẽ Salic. sequitur Alex.conf.58. In causa mota col.1. lib.7.vbi subdit, ꝙ licet Sali.non alleget, est in proposito de hoc casus in.§. si tamen quisquam, & ibi nota. in Auth. de instru. cau.& fin. & sequitur etiam idem Alex. conf.239. Ponderatis his, quæ in themate narrantur col.4.& conf.118.Viso processu causę vertentis col.2.lib.4.Idem dicit Abb.quem Alex.non adducit in ca.2.col.2.de fid.instru.vbi vult, quòd si apocha probabitur per comparationem literarum, inducetur semiplena probatio, vt sic cum vno teste, vel cum iuramento partis aduersæ considerata qualitate personarum, & causæ faciat plenam probationem, iux.nota.in d.l.admonendi & in d.l.in bonæ fidei & cũ prædictis tenet Soci.consil.41. Viso indulto legitimationis col.2. lib.3. Esset etiam
4 † bonum in proposito, ꝙ examinarẽtur testes vltra d.comparationem literarum, qui deponerent se habere notã manum debitoris, quia tũc, ex quo haberetur plusquàm semiplena probatio, posset deferri iuramentum, etiã si causa attenta qualitate personarum diceretur magna, secundũ Sali. in d.l.admonendi col.pen.per cap.fin.eo.titu.quod etiã voluit Roma. ibi super glo. in verbo exactu in fin. & Alex. in
5 l.3.in prin.eo.titu. Aduertatur, quòd † ad faciendum comparationem literarũ opus est duplici iuramento, secundùm formam d.l. comparationes, Item aduertatur, quia vbi fit comparatio literarum, debet fieri scriptura trino teste notata, cui fides fuerit à duobus saltem testibus imposita eo, quia subscriptionibus suis attestentur, vel ex alia scriptura, quam aduersarius, vt manu sua scriptam protulisset in iudicio, vel quam ipse scripsisset ad acta iudicij cõficienda publicè deputatus, vel ex alia scriptura, quam fecisset, vt tabellio, vel ex alia scriptura, quam aduersarius non negaret esse de manu sua, vel ex scriptura manu dicti aduersarij scripta in archiuio publico recondita, cui præsidens archiuio attestaretur, ista habentur in d.l.comparationes & in Auth. ad hæc.C.de fi.instru.cum ibi not.per Bal.& Doct.Et notan-
6 dum est etiam, quòd † talis comparatio alteri à iudice committi non potest, vt nota. Bald. in Auth. sed nouo iure col. pen.vers.sed dubitauit tamen.C.si cert.petatur: Ang.tamẽ in d.l.comparationes col.1. dicit, quòd comparatio potest committi peritis, ita tamen, ꝙ eo præsente fiat, & non absente, & ita procedit secundùm eum id, quod dicitur iudicem non debere committere cõparationem, sed per se ipsum facere, iux.not.per gl.in.§.si verò nihil in Auth. de instrum.cau. & fin. quia committi potest, modo adsit. Addo etiam quod quando iudex ex cõparatione iudicare debet, requiritur, quod per omnia sit similitudo adeo quod non sufficeret, si literæ in multis essent similes, & in aliquo essent dissimiles, secundùm Sali. in d.l.admonẽdi vers. Nunc ad quæstionem accedo, & Ang. in d.§. si quis igitur col.1. in Auth. de instru.cau.& fide. qui etiam ibidem vult col.2. quòd ad comparationem non deueniatur, nisi vbi aliter veritas haberi non possit, quod etiam tradit Bald.in d.l.comparationes col.pen.vers.ex his etiam conclude, & in Auth. sed nouo iure col.1.versic. Modo oppo.C.si cert.pet.

SVMMARIVM.

1 *Falsitatis suspicio nunquid pro falsitate habeatur in ciuilibus, & in criminalibus, & nu 3.5.7.& per totum.*

2 *Falsi probatio debet concludere de necessitate quod sit falsum, quod intellige, vt sub nu.7.*

4 *Præsumptio iuris facit, quem puniri, vt delinquens secus hominis præsumptio.*

6 *Instrumenti vitium, vt operetur falsi suspicionem pro falso haberi, et producentẽ puniri, debet esse patens, nõ latens.*

8 *Scriptura siue habeat vitium patens ex rasura, cancellatione, vel alia vituperatione, siue latens in ciuilibus non admittitur tanquam nullam fidem faciens. & nu. 16.*

9 *Suspicio falsi in ciuilibus pro falso habetur.*

10 *Scriptura vel instrumentum continens non verisimile, & quod vt plurimum non accidit, nullam fidem facit, & nume. 13.*

11 *Testes licet in causa criminali debeant esse omni exceptione maiores, secus tamen in ciuili.*

12 *Instrumentum à notario confectũ, qui consueuerat alia falsa instrumenta facere, si producitur, nisi probetur illius falsitas, in criminali non operatur, vt notarius de falso puniatur, in ciuili tamen tanquam suspectum repellitur, & nume. 17.*

13 *Testium probatio est naturalis, & potentior instrumenti artificiosa probatione.*

14 *Testibus non deponentibus verisimile non creditur, sed præsumptio falsitatis impingitur.*

15 *Iudex ex causa potest testibus clarè deponentibus non adhibere fidem.*

18 *Instrumentum publicum habet vim duorum testium, nec reprobari potest, nisi per duos testes omni exceptione maiores, quod limita vt ibi.*

19 *Instrumentum ex non exhibitione petiti protocoli redditur suspectum.*

CONSILIVM. 633.



OTVM, & celebre est dictum Arch. in ca.in memoriam circa fi. 19. distin.
1 vbi ponens specialia in crimine falsi inter cætera inquit, ꝙ suspicio † falsi pro veritate habetur, nisi à producente veritas probetur, & ad pœnã proceditur l.iubemus.C.de probatio. quod regulariter nõ contingit cap.1.2.quæst.1.l.absentem.ff.de pœn. & illud dictum sequitur ibi Dom. Ioan. de Anania in rub. de crim.fal.colum.fin.Alexan.conf.77. In causa accusationis colum.2.lib.1.Fran.de Curt. conf.74. Super memorata facti narratione colum.fin.Feli.in cap.afferte col.4.de præsum. Sed istud dictum Arch.improbat Philip. Dec.in cap. porrecta tertio notab. de confirmat. vtil. vel inutil. quia in cõtrarium est decisio Bal. in.l.iurisgentium.§. quòd ferè.ff.
2 de pac.vbi ex illa gl.colligit, quòd probatio † falsi debet de necessitate concludere, quod sit falsum, idem Bal. tradit in l.Imperator col.2.vers. & nota. quod potius præsumitur.ff. de statu.homi.& Salic.in.l.de tutela in princ.C.de in integ. restitut.quas auctoritates adducit Alex.conf.70. Viso processu inquisitionis colum.1. lib. primo, & facit vulgata regula, quòd probatio debet de necessitate concludere capi. in præsentia de probatio. & in criminalibus etiam probationes luce clariores requiruntur.l.fi.C.de probatio.& subdit Deci.quòd dictum Arch.& Domin. intelligitur quantum ad capturam, vt loquitur text. in d.l.iubemus ibi quasi falsarios detinendos, & de captura loquitur etiam dic. cap. in memoriam, & vult etiam ibi Deci. quòd præfati Arch. & Domin. non loquantur de condemnatione pœnali, sed de processu tantum, vt patet ex illis verbis ad pœnam proceditur, & eadem repetit sæpius idem Deci. consulendo.

3 Ego autem † arbitror dictum Archid. & Domi. esse verũ, intelligẽdo tamen ipsum secundùm tex. in d.l.iubemus cũ ibi nota. quod etiam Dec. admittit: nam Imperator in d.l. iubemus non loquitur generaliter, sed in producente tantùm scripturam, cuius falsitatis vitium sit patens, & apertũ, vt quia scriptura sit abrasa, vel alio modo vituperata, prout intelligunt ibi. glo. 1. Bart. Bald. Ang. Pau. de Cast. & Salic. & Imperator ibi habet eos pro falsarijs, nisi producentes scripturã fidem imponant, ex quo patet clarè de vitio scripturæ, dicit autem eos detinendos, non autem puniendos, ex quo reseruat eis defensionẽ, si de veritate scripturæ edocuerint, esset enim absurdum, quòd punirentur si de veritate scripturę ostenderent, vult autem eos puniri quasi falsarios, si defecerint in defensione, & ideò puniũtur, ex quo Imperator pręsumit ex vitio patenti illos falsitatem admi-
4 sisse, & † ex præsumptione iuris quis punitur, vt delinquẽs, licèt secus sit in præsumptione hominis, quia illa magis est fallax. l. si qui adulteri. C. de adulter. & l. prima, & ibi glo. C. de sica. Abb. in cap. accedens col. 2. de accus. cum alijs pluribus adductis per Feli. in cap. afferte col. 3. vers. Sed ista limita. primò. de præsump. & quòd in terminis d.l. iubemus
5 ille, qui † producit scripturã vitio patenti puniatur, nisi probet de veritate, est de mente Docto. ibi & clarè hoc scribit Pau. de Cas. primo nota. dicens, quòd punitio fit òfficio iudicis, corã quo producta fuit scriptura suspecta, non tamen punit pœna ordinaria criminis falsi, sed extraordinaria pro motu iudicis, sicut ille qui producit testes falsos, vel ipsi testes aures iudicis offendentes, vt. l. nullum. C. de testibus, & istud etiam dicunt Archidia. & Domi. in d. cap. in memoriam, dum dicunt, quòd ad pœnam proceditur, nam ad pęnam procedere non est aliud, quàm punire, non autem loquuntur de processu, qui fit ad probationem. Est etiam aduertendum, quòd illa decisio non fuit Archi. sed eam sumpsit à Gofred. vbi enumerans specialia in crimine falsi dicit in proposito, quòd licet in tali crimine ab initio requiratur probatio luce clarior, tamen ex quo de instrumento producto habetur certa suspicio de falso, pro falso habetur, nisi à parte producente veritas comprobetur, & ad pœnam proceditur. l. iubemus. C. de probatio. quòd aliàs non contingit regulariter cap. 1. 2. quæst. 1. l. absentẽ. ff. de pœn. & hanc decisio. Gofred. refert & sequitur Hostien. in summa sub tit. de crimi. falsi. §. qualis probatio in prin. & si Gofred. à quo Arch. mutauit, nõ ita generaliter loquitur, prout facit Archid. quòd suspicio falsi habetur pro falso sed dicit, quando de instrumẽto producto habetur certa suspicio de falso, certã autem suspicionem vocare videtur, quando vitium scripturæ apparet, vt exemplificat glo. & omnes sequuntur in d.l. iubemus, & dicit etiam benè ad rem Spec. in
6 titu. de instr. edit. §. restat videre col. 1. quòd † si instrumentum apparet vituperatum, vel rasum, vel cancellatum, vel aliter suspectum, oportet producẽtem illud probare veritatem, quod si non fecerit, præsumitur falsarius, & punitur l. iubemus. C. de proba. calũniosa enim scriptura vim in iudicio non debet obtinere. l. 2. ff. de fi. instru. Accedat Inno. in cap. 1. col. fin. versic. Item nota, quòd quum officium. de fi. instru. vbi inquit, quòd obijcitur suspectum instrumentum, nisi producẽs illud per alias probationes approbauerit. l. iubemus. C. de proba. l. fin. C. eod. titu. Sed istud intelligitur secundùm eum, quando scriptura vitiata est, vel aliàs suspecta ex sui forma vel rasura. l. ii. C. de edic. diu. Adr. tol. cap. ex literis & ca. inter dilectos de fi. instrum. aliàs autem secus, quia si aliquæ suspiciones adsunt, tamen durat, & valet, nisi aliàs cõtra illud probetur, nec propter suspicionem cassandum est ca. 1. 2. q. 1. & istud dictum Inno. sequitur ibi Ioan. Andr. & Pau. de Cast. consi. 103. Ponitur in facto, ꝙ in causa. 2. dub. lib. 2. secundum vltimam impressionem. & sic Inno. ibi intelligit d.l. iubemus in scriptura vitiata vel ex sui forma suspecta. Ad idem, quod nota. Bald. in l. si veritas col. 1. C. de fideicommiss. vbi dicit, quòd rasum pręsumitur falsum, cap. cum olim de priui. nisi per viuam vocem corroboretur. l. iubemus. C. de proba. facit etiã text. in cap. porrecta de confir. vti. vel inuti. vbi producens rescriptum impetratum præter formam solitam, iubetur puniri, quia præsumitur falsarius, secundum gloss. fin. ibi & Abb. in vl-
7 timo notab. Ex prædictis † igitur patet faciendã esse differentiam, quando producitur scriptura, inter vitium patens & latens, & in vitio patenti suspicio falsi habetur pro falso, nisi dè veritate ostendatur, & ita loquitur d.l. iubemus, secus in vitio latenti, quia debent ab initio probationes adhiberi contra scripturam concludentes, & in his terminis procedit, quod scribit Bal. in d.l. iurisgentium. §. quòd ferè cum alijs auctoritatibus adductis pro hac parte, & quæ latius adduci possent, & ita reperio dicere Petr. de Anch. consi. 173. Circa primum dubium quo quæritur colum. penul. versic. Postremò in isto casu, vbi loquens in instrumento notarij vitiato dicit, quòd suspicio falsi habetur pro falso secutus Archid. post Gofre. in loco superius allegato, & hæc de criminalibus.

Quid autem in ciuilibus dicendum? in hoc concluden-
8 dum est, quòd si vitium scripturæ † sit patens, vt quia ibi sit rasura, vel cancellatio, vel alia vituperatio, sicut in criminalibus nullam facit fidem, imò ex ea quis potest puniri, nisi edoceat de veritate, vt superius ostẽsum fuit, multo minus fidem faciet in ciuilibus, quum ibi principaliter & directò non agatur de pœna cap. inter dilectos de fid. instrumen. & probatur in l. fi. §. primo & ibi scriben. C. de edic. diu. Adr. tollen. glo. in cap. cum venerabilis in verbo propter prædicta de relig. domi. & tradit Barto. in l. 2. §. 1. ff. quemadmo. testa. aper. & in l. prima. §. fin. ff. de bono. possess. secun. tab. & in l. 1. vers. item quæro circa istam partem. C. de iura. calum. Bald. in l. si ex falsis colum. fin. C. de transactio. & in l. si vnus vlt. notab. C. de testam. Cano. latè in ca. ex literis de fid. instrumen. cũ pluribus alijs concord. adductis per Alexand. consi. 104. stantibus rebus prout in facto, colum. 1. in 2. fundam. lib. 7. Sin autem vitium in scriptura nõ sit patens sed latens, ita ꝙ oculo corporali legi non possit in hoc maior est difficultas, tamen idem est tenendum, vt in terminis hoc scribit idem Dec. cons. 189. Lætatus sum colum. 1. vbi
9 vult, quòd † in ciuilibus suspicio falsi habetur pro falso, & ita saluat dictum Archi. & Domi. in d. cap. in memoriam, & Alexand. consi. 77. lib. primo, & ita etiam in ciuili dicit loqui Ioan. de Ana. cons. 49. Dubiũ de quo quæritur, nam fortiores probationes requirũtur in criminalibus. l. fi. C. de proba. ideò præsumptiones, quæ in ciuilibus admitterentur, in criminalibus ad condemnationem nõ sufficiunt, vt not. Anto. de Butr. in cap. quanto de præsum. & cum alijs, quæ ipse latius in proposito deducit, & cum prædictis tenet Curt. Iuni. consi. 132. Habita diligenti consideratione col. fin. vbi testatur istam opinionem communiter appro-
10 bari. Et pro hac sententia facit, quod Bal. scribit, in † l. scripturæ colum. 2. versic. quædam sunt scripturæ. C. de fid. instrumen. vbi per multa exempla vult, quòd quando scripturæ non continent verisimilia, vel id quod plurimum accidit, derogetur eis fides, veluti si aliquis petat à Titio decem ex causa mutui producens vnum instrumentum factũ Bononiæ, deinde aliud eadem die coram ijsdem testibus, & tabellionibus factum Mutinę, licet istud esse possit, quia non est tanta loci distantia, quin eadem die hoc fieri potuerit, tamen, quia non est multum verisimile, nec vt plurimũ hoc accidit, ista instrumenta derogant sibi inuicem, & sunt suspecta, quia iudicis motus cum ipsis non concurrit, & verisimilitudo multum in probationibus attenditur. l. cum de ætate. ff. de proba. ponit etiam alia exempla ibi Bal. quæ videri possunt, & vult non credi instrumentis, vbi non continent verisimilia. Ad idem adduco Pau. de Cast. in l. fin. in
11 princ. C. de proba. vbi vult, quòd † licet sicut testes debent esse idonei in causa criminali, ita esse debeant in ciuili l. idonei. ff. de testib. non tamen requiritur, ꝙ in ciuili sint omni exceptione maiores, quia horum suspicio potest subleuari per alios testes, vel alias coniecturas, quod non fit in criminalibus, quia pro accusatore tales testes nõ admitterentur, quum debeãt esse omni exceptione maiores. Item in causa ciuili

ciuili in defectum probationis, ad supplemẽtum datur iuramentum.l.bonæ fidei.C.de reb.cred.non sic in causa criminali. Item in ciuili posset probari intẽtio agentis per præsumptionem iuris l.siue possidetis.C. eo.titu.non autem in
12 criminali, vnde † si producitur instrumẽtum confectum à notario, qui consueuit facere falsa instrumenta, nõ probat in ciuili, sed repellitur, nisi fides ei imponatur per testes; & in criminali nõ sufficit probare, ꝙ alia instrumenta falsa fabricauit, & de illis fuit cõdemnatus ad effectũ, vt condemnetur de isto, nisi probetur falsitas istius instrumenti, quia possibile est, ꝙ alia fuerint falsa, & tamen istud non sit falsum quantũ ad hoc, vt de isto non condemnetur pœna ordinaria, & tamen est suspectum & repellitur in ciuili tanquàm falsum, vt probatur in c.afferte de præsum. Ecce, ꝙ ibi Pau.de Ca.apertè vult in hoc exemplo notarij, qui consueuit falsa conficere instrumenta, ꝙ suspicio falsi habeatur pro falso, vt instrumento fides derogetur, secus in criminali, quia propter hanc suspicionem nõ debet pœna ordina-
13 ria condemnari. Postremò prædicta † optimè procedunt, quando instrumentum non continet verisimilia, quia tunc spicio falsi habetur pro falso, & ad hoc inducitur efficax ratio, quia probatio, quæ fit voce testium, efficacior est ea, quæ fit per scripturam, & dignior, vt Bal. dicit in rub.extra de testibus per tex.in.§.si verò aliquid Auth.de instru.cau. & fin.& per quasdã alias rationes ibi adductas, & patet etiã euidenter, quia probatio testiũ est naturalis inducta de iure diuino & gentiũ c.in omni negotio.de testib.probatio autem, quæ fit per instrumentum est artificiosa, & quodammodo miraculosa, quia tũc creditur pelli animalis mortui, secundum Inno.in c.cum P.de fi.instru. & certior quis efficitur voce, quàm literis c.de gradibus 35.q.8. & ita per hęc & plura alia concludit Feli. in rub.de fi. instru. in princ. Sed
14 † testibus nõ deponentibus verisimile nõ creditur l.ob carmen.§.fin.ff. de testib. & tradit Bald. in d.l.scripturæ col.2. quem superius allegaui, vbi in effectu concludit, ꝙ in probationibus non quod possibile, sed quod verisimile est inspicitur, nam quod distat à verisimili est quædam falsitatis imago, vt not.Bald.in l.1.col.3.C.de ser.fugi. Et dicit clarè Abb.in c.quia verisimile vlt.not.de præsum.ꝙ cõtra testes deponentes cõtra verisimile est pręsumptio falsitatis, & sic non faciunt fidem, sequitur Ias.in l.si extraneus quarto not. ff.de cõdi.ob cau.Feli.in c.auditis col.13.de pręscrip.vbi ponunt plura de verisimili, & idem scribit Abb.cons.99.Illud in præsentiarum in fi.lib.1. Et isto casu verificari potest, ꝙ
15 dicit Bar.in l.Lucius in fi.ff.de infam.vbi inquit, † ꝙ posito ꝙ testes clarè probent secũdùm verba, potest iudex si sibi videbitur, eis non adhibere fidem, quod tamen consulit faciendũ ex causa, ita quod appareat, ne postea teneatur tempore syndicatus, iusta aũt causa non credendi testibus est, quia non deponunt verisimilia, vt scribit Cur.Iun.cons.17. Licèt per celeberrimos aduocatos col.2. Si ergo nõ creditur testibus suspectis eo, quia nõ deponunt verisimilia, multo magis non est credendum instrumẽto contra quod militant suspiciones, ita vt verisimiliter videatur non fuisse confectum, vel aliter confectum, quàm probatio testiũ sit firmior probatione scripturæ etiã publicę, & sic vera erit conclusio, ꝙ in ciuilibus suspicio falsitatis habebitur pro falsitate ad finem, vt scripturę nõ verisimili fides non adhibeatur. Aduertatur tamen, ꝙ contra prædictam cõclusionem facere videtur id, quod scribit Inno. in d.c.1.col.fi.de fi.instru.quem ibi sequitur Ioan.And.quos superius retuli, dum
16 vult Inno.ꝙ † instrumentum non vitiatũ, vel ex sui forma nõ suspectum, vel abrasum, si aliquæ suspiciones adsint, tamen durat & valet, nisi aliàs cõtra illud probetur, nec propter suspicionem cassandũ est, c.1.2.q.1. Sed respondetur, ꝙ dictum Inn. procedere potest, vbi sunt aliquæ suspiciones leues & fragiles, quia per eas non corruit instrumentũ: sed vbi instrumentũ non cõtinet verisimilia, tunc quia est suspectũ de falso, pręsumitur esse falsum, hęc enim suspicio seu pręsumptio est à iure approbata, ita quòd trãsfert onus probandi cõtrarium in aduersarium iux. not.in l.siue possi-
17 detis.C.de proba.eadem ratione dicendũ est, quando † instrumentum est suspectũ ratione personæ, vt quia consueuit facere falsa instrumẽta, & est de hoc condemnatus d.l. iubemus.C.de proba. secundùm aliam lecturam ibi positã in gl.quam Docto.sequuntur, & tradit Pau.de Ca.in l.fi.C. de proba.quem superius adduxi, & ponit glo. in l.si quis ex argentarijs.§. cogentur in verbo de fide & ibi Bart. & alij C.de eden.per tex.in l.si aliqd.C. de suscep. & arcar.l.li.10. & idem tenet Bald.cons.402. Quæritur an per solam circa princ.lib.5. & hæc præsumptio est etiam à iure approbata, quia semel malus in eodem genere mali semper præsumitur esse malus c.semel malus de reg.iu. in 6.l.si cui §.ijsdem ff.de accu.& habetur per Bald.in l.fi.ff.de hæred. instit. Se-
18 cundò obstare videtur, quia instrumẽtum † publicum habet vim duorum testium.l.in exercendis, & ibi nota.C.de fi.instru.& multum tribuitur instrumento publico propter auctoritatem tabellionis c.ad audientiã de pręscrip.& ideò instrumentum publicũ non potest reprobari, nisi per duos testes omni exceptione maiores, vt not.scribentes in l.1.§. si quis neget ff.quemadmo.testa.ape. & in c.cũ Ioannes de fi. instru. vnde videretur, ꝙ propter suspiciones non posset auerti. Sed respondetur, quòd prædicta procedunt, vbi aliquis vellet de directo impugnare instrumẽtum per testes, qui dicerent se nõ interfuisse, vel aliter fuisse scriptũ, quàm dictum, quia tunc requiritur numerus duorum testium, & quòd sint omni exceptione maiores iuxta prçallegata, neq; ex suspicionibus hominis posset impugnari, sed vbi instrumentum est vitiatum ratione scripturæ vel ratione personæ, quæ solita sit conficere falsa instrumẽta, vel ratione nõ verisimilitudinis, tũc ex talibus præsumptionibus iuris corruit instrumentum, nisi per contrarias probationes adiuuetur, vt ostẽdunt iura & decisiones superius adductę. Et prędicta faciunt ad quæstionem, in qua de facto nunc habeo consulere. Nam quidam Iacobus, & frater procurarunt, vt sibi ipsis fieret donatio omniũ bonorum à quodã pręsbytero in articulo mortis constituto, & vigore. d.assertæ donationis egerunt cõtra possessorem d. bonorum, & succubuerunt, quia ille possessor ostendit priorem donationem sibi à præfato presbytero factam iuxt.l. quotiens.C. de rei vend. postea præfatus Iacobus protulit instrumẽtum alterius donationis factę filio omnium bonorum reseruato sibi vsufructu decem iam annis antea ipso patre stipulãte & recipiente, dubitatur de fide d.instrumenti, quia non videtur verisimile, quòd d.Iacobus, qui receperat ante donationem pro filio suo, ex qua sibi soli post mortem d. presbyteri acquirebatur vsusfructus, procurasset deinde sibi fieri, & fratri aliud instrumentum donationis, ex quo dimidiam tantum d.bonorum assequebatur. Item quia quũ esset petitum, vt exhiberet protocolum, nõ fuit aliquod protocolũ exhibitum, sed dixit se reperisse.d.instrumentum donationis penes donantem, hoc etiam non videtur verisimile, ꝙ donans extrahat contra se instrumentũ donationis à nota-
19 rio. Item † est instrumentũ suspectum, si non apparet protocolum.§.fin. in Auth. de tabellio. nisi probetur amissum l.si quis ex argentarijs.§. fin. de eden. verba sunt Bald. in l. Cassius col.2.ff.de sena. quem sequitur Grãma. decis.106. circa fin.vbi etiam allegat Iacob. de S.Georg. in l.fin.C.de edic.diui Adr.qui secutus Bal.in loco præallegato dicit minime credendũ esse instrumẽto, nisi illud appareat in protocolo, maximè quando petitum fuit protocolũ ipsum exhiberi, prout in casu nostro allegat etiam Roma. cons.174. Amplissime doctor vlt.col. Verumtamen Roma.ibi loqui videtur, quando partes intendebant celebrare contractum in scriptis, allegat etiam Cassaneum idem cõsuluisse, & vltra eum adduco Bald.consi.402.Quæritur an per solã circa prin.lib.5.vbi inquit, quòd dicebat Iacob.Butr.quòd, quando producitur exemplum sine originali, ista scriptura reputatur suspecta, quia non constat, vnde habuerit originem, iuxt.not.in §.fin.in Auth.de tabellio.hanc tamen vltimam suspicionem non exhibiti protocoli non puto solam sufficere, sed adminiculatiua cęterarum.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiquum esse præsumitur ex longi temporis possessione antecessorum.*

2 *Feudo antiquo vt agnati transuersales succedāt descendentibus prioris Vasalli non existentibus, quid probare teneantur, & nu.4.*

3 *Feudum semper respicit cōmunem stipitem & primum consensum domini.*

5 *Feudum antiquum an, & quando perueniat ad agnatos transuersales vltra septimum gradum, super quo distingue, vt ibi.*

6 *Feudum in dubio præsumitur hæreditarium, & in eo non succedunt agnati, nisi hæredes à Vasallo priore instituantur. & nume.9.*

7 *Feudum præscriptum, ex quo non habet determinatam formam, intelligitur acquisitum pro se & hæredibus.*

8 *Hæredem non habere graue est, & hæres nequit contrauenire facto defuncti.*

10 *Feudum vbi est hæreditarium, & descendentes ex fœmina instituuntur, tunc non ad institutos hæredes, sed ad directum Dominum deuoluitur.*

11 *Feudi sola recognitio non probat eius cōcessionem, nec feudi noui dationem operatur.*

12 *Recognitio facta de quibusdam bonis, vt de nouo quis inuestiatur, tertio non præiudicat.*

13 *Inuestituræ instrumentum quòd tertio absenti non præiudicet ibi remissiuè.*

14 *Inuestituræ transumptum de verbo ad verbū per se non probat, nisi de originali instrumento doceatur.*

15 *Scriptura referens se ad aliam non probat, nec valet, si relata non exhibeatur.*

16 *Confessio data positionibus referens se ad contenta in aliquo instrumento, in quo nihil de confessato cōtinetur, nullius est momenti.*

17 *Feudalis res non præsumitur, sed allodialis.*

18 *Feudum dicitur seruitus præter naturā rerum, quæ aliquando fuerunt liberæ, & hodiè præsumuntur.*

19 *Possidere quis præsumitur potius proprio nomine, quàm alieno, vel alterius contemplatione.*

CONSILIVM. 634.



PERLECTO copioso & eleganti cōsilio edito per præstantissimum & celeberrimum Iurifcon. D. Rolādum à Valle. Concurro in eandem sententiā videlicet, Dominos Ludouicum & Claudiū de Macetis actores obtinere nō posse in feudo Isolebelle & Valfenariæ contra Dn̄m Gasparem etiam de Macetis: nam li
1 cet velimus dicere, ꝙ † feudum vtriusq; loci sit antiquū ex eo, ꝙ fuit possessum per antecessores ipsorū de Macetis vt feudum, & lōgo tempore peruenerit in eorum agnatione, vt Alex. tenet cons. 10. Pōderatis his, quę in themate col. 1. versi. nec obstat si diceretur lib. 3. Et ante eū hoc voluit Bal. cons. 310. Ad euidentiam præmittendum est, ꝙ quædam sunt col. 2. versi. Tertia materies lib. 3. & in dubio feudum præsumitur antiquum, non nouum iux. not. in cap. 1. si de feu. defun. fue. contro. in. Do. & agna. & apparet etiā de antiquitate feudi ex renouatione inuestiturarum, & in feudo
2 † antiquo succedunt transuersales deficientibus descendentibus prioris vasalli defuncti, nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente. c. 1. de feu. succes. ca. 1. de natu. succe. feu. c. 1. de grad. succe. in feu. & per cōsequens feudū, quod pertinebat ad D. Andreā, & per eū tempore mortis possidebatur spectare ad ipsos agētes, veluti agnatos transuersales. Tn̄ isto casu prædicta non procedunt, quia agnati transuersales nō possunt succedere in feudo antiquo & paterno, nisi ostendāt se descendisse ab aliquo, qui fuerit communis stipes, & parens agnationis, qui illud feudum acquisiuerit cap. 1. de feu. march. & d. c. 1. de gradi. succe. in feu. & ibi Bald. & alij & tradit Bal. in proœ. feu. in 3. diuisione. & Iaco. Alua. ibidem in 6. cum alijs vndiq; adductis per Moder. Ad quod facit. quod scribit Bal. in cap. 1. col. 1. vers. sed statim oppono, de eo, qui sibi vel hære. su. vbi inquit, quòd
3 feuda semper respiciunt primum stipitem, & primum consensum domini, vt etiam ibi subdit in vers. sequen. allegando Iaco. Aurelia. ꝙ hæredes habent feudum iure expressæ cōuentionis per tex. in l. stipulatio ista habere licere in prin. ff. de verbo. oblig. sed melius facit tex. in c. 1. de feu. march. ibi per inuestiturā patris, per quem tex. dicit ibi Bal. secun-
4 do nota. ꝙ vasallo mortuo † sine descendentibus feudum transit ad reliquos agnatos beneficio inuestiturę primi parentis, cuius isti omnes sunt descendentes. Sed nō apparet, ꝙ dicti Domini Ludouicus, & Claudius processerint ab aliquo, qui fuerit stipes communis agnationis, & qui primus feudum acquisiuerit, & inuestituram susceperit, non quidē à dicto. D. Nicoleto & fratribus, quos nō constat d. feuda acquisiuisse, & d. D. Ludouicum & Claudium ab aliquo ipsorum descendisse. Non etiam à quodam Paulo filio dicti D. Ioannis, quia posito citra veritatis præiudicium, ꝙ primo dicta feuda acquisiuerit, tamen nō cōstat ipsos à d. Paulo descendisse, neq; inuestiturā à Domino suscepisse. Non etiam à D. Ioanne, quia posito & non concesso, ꝙ probaretur ipsum esse primum acquisitorem, nō probatur. quod ab eo descenderint. Vlterius apparet etiam ex confessione partis, quod distat à d. D. Ioanne octauo gradu, & regulari-
5 ter † feudum etiam antiquum nō extenditur vltra septimū gradum, vt sunt tex. clari & aperti in c. 1. §. hoc quoq; sciendum, qui feu. da. pos. & in c. 1. §. hoc quoq; de feu. succes. & c. satis bene in fi. de prohi. feu. aliena. per Lotha. & hanc opinio. amplectitur Bald. vbi dicit ita cōmuniter teneri in c. 1. col. 2. vers. Secundo not. de feu. march. & in Auth. defuncto col. 1. C. ad Tertul. vbi respondet ad tex. qui videbatur obstare in c. 1. si vasal. feu. priu. Idem tenuit Io. Fab. & Aret. in §. fi. Insti. de succes. cogna. Alex. in l. certū col. 2. C. vnde cogna. & ibi Ias. col. 1. Mihi videtur distinctio Bal. esse rationabilis, qua vtitur in d. c. 1. de feu. March. dicens. Aut feudū de acquirente fecit transitū ad descendentes ex eo, & tunc transit ad descendentes in infinitū, vt infra si vasal. feu. priu. c. 1. vbi est tex. notab. & etiam ad transuersales descendentium, sed ad transuersales acquirentium regulariter non, vt infra de grad. succe. in feu. §. si cū Titij & infra de natu. succes. feu. §. fin. Aut de acquirēte primordiali fecit transitū ad collaterales vel ex pacto, vel ex alijs causis, quibus potest, vt infra de benefi. fratr. c. 1. & tunc nō progreditur vltra septimum gradū, vt d. §. hoc quoq; & ita secundum hanc distinctionem iura, quæ cōtraria videntur, cōcordantur, Et cum ea transit ibi Iaco. Alua. & idem Iaco. Alua. in c. 1. §. quia vidimus col. 4. & ibi etiā Præpositus, qui feu. da. pos. Iacob. de S. Georg. in sua inuestitura in verbo pręsentes & recipientes col. 2. Curt. Iun. in tract. feu. in tertia parte prin. vbi agit de succes. feu. & isti allegant Io. Fasol. idem tenuisse in summa sua, in tit. qui succe. in feu. & qual. succe. & ita etiā distinguendo tenet Dec. in d. l. certū. Et fuit originalis distinctio Iaco. del Belui. in d. ca. 1. de feu. March. vbi breuiter inquit, ꝙ aut in principio feudū trāsiuit in collaterales, & tūc transit in reliquos collaterales, vsq; ad septimū gradū tantū, vt in d. §. hoc quoq; Aut à primordio transiuit in descendentes, & tunc sequentes collaterales descendentiū succedunt in infinitū, prout eū refert & sequitur Pract. Papien. in for. libel. qua agi. ad reuoca. feu. in verbo nec superstitibus col. 2. vers. deinde quæritur. Sed in proposito casu isti D. actores non descēdunt à dicto Paulo, nec ab aliquo eius descendente, sed si sunt coniuncti dicto D. Paulo aliquo consanguinitatis gradu, sunt ex linea transuersali, vnde in feudo per eū acquisito, posito, quòd acquisiuisset, non possunt ipsi succedere, quum excedant gradum septimum, vt ipsi fatentur, quamuis etiam onus probādi, quòd essent infra septimum gradum,

gradum, ad eos spectaret, quod minimè fecisse dicuntur.

Secundo principali fundamento non possunt obtinere
6 prædicti D. Ludouicus & Claudius, quia quum † non appareat de principali inuestitura, vt cognosci posit sub qua forma fuerint recepta feuda, an pro se & filijs, vel pro se & heredibus, vel simpliciter fuerint cõcessa. intelligi debent concessa pro se & heredibus, quia sicut quilibet alius cõtractus eo modo intelligitur conceptus. l. si pactum. ff. de probatio. & est in terminis tex. in cap. primo de duob. fratr. a cap. inuesti. & ponit Bald. in cap. 1. colum. 3. versic. ex quo collige tres casus an agna. vel. fil. tradit Alexan. cons. 26. Ponderatis his, quæ in themate colum. 2. lib. 5. Et idem tenet Andr. de Iser. in cap. 1. de aliena. feu. pater. quem sequitur ibi Matthæ. de Afflict. colum. 9. versi. Sed tene menti vnum. Vi-
7 demus in simili, quòd, vbi quis † præscripsit feudum, quia huiusmodi feudum non habet certam & determinatã formam, intelligitur acquisitum à præscribente pro se & hæredibus. vt Bald. inquit in l. liberti libertæque colum. penul. versic. Quæritur de eo, qui præscripsit. C. de oper. liber. & idem Bal. in l. 1. q. 31. ff. de rer. diui. & in c. fin. vers. sed nunquid in feudo, de feu. da. in vim l. commis. & in l. 2. colu. 2. versi. Quæro quando per præscriptionem. C. de iur. emph.
8 Ratio prædictorũ omnium est, quia quilibet appetit † decedere cum herede, & eum non habere graue est, ideo fuit inuentum beneficium legis Falcidiæ, vt Instit. ad l. Falci. in princ. nam vt inquit Cicero. in 2. de legibus. Nulla persona est, quæ propius accedat ad defunctum, quàm hæres, & est persona vicaria defuncti, pro quo nos habemus tex. in Authen. de iureiur. à morien. præst. in princ. Vnde nominato Titio, intelligitur eius hæres nominatus secundùm Bald. in l. 1. C. quo. bono. & non potest hæres contrauenire facto defuncti l. cum à matre. C. de rei vendic. l. si adulta C. de hered. vel actio. vendi. l. qui à patre. C. de restitu. mili. l. 2. C. si quid in frau. patro. cum simili. Hoc igitur stante, ꝙ dicta
9 feuda censeantur † recepta pro se & hæredibus, & sic feudum sit hæreditarium, non possunt hi, qui veniunt, ex natura feudi venire, nisi sint heredes primi acquirẽtis, vel saltẽ vasalli vltimo loco defuncti, & ad hoc allegari solet specificè Iacob. de Belui. in cap. 1. de eo, qui sibi, & hære. suis, vbi inquit formaliter, quòd si vasallus accepit feudum pro se & heredibus suis descendentibus, veniunt ex pacto propter hæreditatẽ defuncti, & nõ veniũt, nisi sint heredes per se, vel per mediam personam, ideoque agnati non succedunt in feudo isto, nisi per hereditariam viam. Idem etiam in agnatis tenuit Andr. de Iser. in cap. 1. §. & olim, alias. §. hoc quoq; vers. si feudum est datum tibi. de succe. feud. & in cap. 1. circa princ. an agna. vel filijs. & in cap. 1. in prin. de aliena. feu. pater. Alex. cons. 10. Ponderatis his, quæ in themate col. 3. lib. 3. Ias. in l. si non sortem. §. libertus circa fi. ff. de condi. indebi. & sequitur infinita manus Modernorum scribentiũ, quos cumulatissimè refert præcedens D. Consultor, ad quem breuitatis gratia me remitto. Addo tamen Curt. Iunio. in tract. suo feud. 1. parte octaua. q. prin. vbi di-
10 cit se consuluisse de quodam, qui † descendentes ex fœmina reliquerat hæredes habens feudũ hæreditarium, ꝙ tale feudum apertum fuit Domino, quia hæredes instituti erãt incapaces feudi, quia descendẽtes ex fœmina, & agnati, ad quos feudum spectare poterat, non fuerunt hæredes instituti, quam decisionem reputo notan. Ad quod etiam facit, quod scribit Dec. cons. 390. Q̃m ex facto ius oritur, col. 3. vers. Secundo in d. prima inuestitura, vbi voluit, ꝙ si pater pluribus ex filijs vnũ instituit, alijs fecit legata particularia, institutus tantummodo succedat in feudo hæreditario. In proposito aũt casu d. Ludouicus & Claudius agẽtes nõ sunt heredes præfati D. Andreæ vltimo loco defuncti, quia instituit in eius vltima voluntate dictũ D. Gasparem, nõ etiã ostendunt se esse heredes dicti Ioannis, quẽ volunt esse primũ acquisitorẽ feudorũ, ergo obtinere nõ possunt, & istud est aliud solidissimũ fundamentũ pro d. Domino Gaspare.

Nec præmissis obstant recognitiones parte agentiũ ex-
11 hibitæ, quia posito, ꝙ d. recognitiones † probarent locum Isolæbellæ, & locum Valsenariæ esse in feudum concessa, non tamen ex eis colligitur forma cõcessionis, videlicet an sint feuda ex pacto & prouidẽtia, vel hereditaria, hoc enim pendet ex prima inuestitura, quæ non exhibetur, & secundùm philosophum, Principijs ignoratis reliqua ignorari necesse est. Vnde ad perfectam cognitionem principia benè dignoscenda sunt, quia potentissima pars rei sunt, vt inquit Iuriscon. in l. 1. ff. de orig. iu. & à primordio tituli posterior formatur euẽtus, inquit Impera. in l. vnica. C. de imponen. lucra. descrip. lib. 10. preterea dici potest dictas recognitiones non operari noui feudi dationem, quia Princeps nõ intendit infeudare, sed feudi, quod præsupponitur prius fuisse datum, recognitionem suscipere, & recognoscentes nõ intendunt nouum feudum suscipere, sed datũ recognoscere, ne incidant in caducitatem, ꝙ intra debita tempora recognitionem non fecerint, iux. text. in cap. 1. quo tempo. mil. Vnde si diceremus per dictas recognitiones probari feudi concessionem, sequeretur, quod actus agentium operarentur vltra eorum intentionem contra. l. non omnis. ff. si cert. peta. Ad quod faciunt, quę superius adducta sunt, dũ ostendi descendentes succedere in feudo vigore primæ inuestituræ, de qua in præsentiarũ non apparet. Vnde non video, quomodo possint obtinere d. Do. Ludouicus & Claudius, quia quo ad ipsos potest eis dicere Do. Gaspar. Quid mihi molesti estis? quo ad vos liberas ędes habeo. l. loci corpus. §. competit. ff. si serui. vendi. absolui debeo etiam si ipse nihil præstem, quia ex persona actoris ius metimur. l. 1. in princ. ff. si pars hæred. peta. l. qui accusare. C. de eden. Videmus in
12 fortioribus terminis quod † recognitio facta de quibusdã bonis, vt de nouo aliquis inuestiatur, non præiudicat tertio l. censualis & l. si functiones & ibi Bal. C. de donat. & tradit etiam Bal. cons. 377. Otto prætendens se inuestitum lib. 1. & in simili Corn. cons. 24. Licet in themate de tribus col. 5. vers. Et insuper instrumentũ solutionis lib. 4. & plures alias congerit auctoritates Alci. adductus per magnificũ D. Antonium Sebastianum Guaitam patronũ causę, quanto minus probabunt recognitiones contra tertiũ, quæ fiunt, non vt de nouo fiat inuestitura, sed veteris feudi cõseruandi gratia, ne cadat in commissum, & vtile dominiũ cum directo consolidetur, & istud ego habeo pro indubitato, ꝙ d. recognitiones non noceant D. Gaspari nõ habenti causam à d. recognoscentibus, quia res inter alios acta, alijs præiudica-
13 re non solet. Et ita, ꝙ † instrumentum inuestiturę non noceat tertio absenti, ego aliàs plene consului, vt patet in cõs. 114. impresso, quod incipit. Nobilis Ioan. Maria circa quartam col. vbi placeat videre, quia breuitatis gratia nolo quæ dicta sunt ibi transcribere. Confirmantur præmissa effica-
14 citer, quia si produceretur † exemplum primæ inuestituræ de verbo ad verbum, transumptum non faceret fidem, nisi ipsius inuestituræ originale instrumentũ exhiberetur. l. procurator, & in Auth. si quis in aliquo. C. de eden. l. 2. ff. de fide instrum. l. si quæ sunt cautiones. ff. famil. hercis. Multò minus ergo faciunt fidem dictæ recognitiones, quæ non exprimunt tenorem primæ inuestiturę, sed ad eam se referũt,
15 quantum ad modũ, & formam pertinet, non enim † dispositio referens se ad aliud sortitur effectũ, nisi constet de relato, vt est tex. optimus in l. in testamẽto la prima. ff. de condit. & demon. & facit, quod dicit Bald. in l. in ciuile. ff. de ll. vbi vult, ꝙ vbi vna scriptura remittit se ad aliã, tunc vtraq; est edenda, quia vna cõtinuatur alteri ex natura relationis, & si non apparet illa, ad quã fit relatio, & remoueatur orationis perfectio, & intellectus, vna sine alia non valet. Accedat, quod dicit Bald. in l. 1. in fin. C. de episcop. & cler. vbi quærit, vtrum, quando statutũ refert se ad aliud, debeat fieri fides de statuto relato, & distinguit, ꝙ aut statutũ refert tenorem alterius statuti, & tunc statutum referens sufficit, nec oportet aliud quærere. §. quibus. in prima cõstitutio. C. Aut non refert tenorem, & tunc si dispositio certa nõ habeatur, oportet cõstare de statuto relato, aliàs statutum referens est inefficax, allegat d. l. in testamento. ff. de condi. & demon. Similiter dicit Bald. in l. 2. per illum tex. C. de erro. aduo.

16 aduo. quòd, si quis † respondendo positionibus dicat confiteor, prout in tali instrumento continetur, & in illo instrumento aliquid non contineatur, cõfessio non habetur pro confessata, licèt dixerit confiteor, quia positio est inefficax, & ante eum hoc voluit Spec. in tit. de teste, §. qualiter, vers. Quid ergo si fit ex aduerso. In casu aūt nostro idem est dicendū, quia ipsa prima inuestitura non apparet, vnde in dictis recognitionibus nihil dicitur contineri, quū non constet de ipsius primæ inuestituræ modo, & forma, quæ dat esse rei. l. Iulianus. §. si quis rem deterioré. ff. ad exhibend.

Postremò quo ad prædia dicendum est, ea non esse feudalia, sed allodialia, quū non appareat ex innestituris ea con
17 cessa fuisse in feudū, & vulgatissimum est, ꝙ † quælibet res præsumitur allodialis, nisi probetur esse feudalis, secundùm Ioan. Andr. & alios in cap. nimis de iureiur. & in cap. fin. in verbo respondere de iudi. & in addit. Spe. in titulo de feud. §. quoniam versi. 21. & Bald. in ca. 2. si de feud. fue. contro. int. domi. & agna. & in cap. 1. de contro. inuesti. & l. libertas ff. de statu. homi. & in cap. significabit primo notab. de rescrip. & ostenditur hoc ratione, quia feudū dicitur esse seruitus, gloss. in. l. si cuius. §. si vsusfructus in verbo oportet. ff. de vsufruct. & quælibet res præsumitur libera, sicut erat ab initio iure naturali, nisi de seruitute probetur. l. altius. C. de seruit. & aqu. & istud est, quod scribit Bal. cons. 310. Ad euidentiam præmittendum est, ꝙ quædam sunt, col. 2. versic.
18 Tertia materies lib. 3. ꝙ † feudum est quædā seruitus præter naturam rerum, quæ aliquando fuerunt liberæ, & nunc præsumuntur iux. not. in. l. si prius. ff. de ope. nou. nunc. Pro
19 quo facit, quia quis potius præsumitur † possidere, vt dominus, & proprio nomine, quàm alieno. l. filiusfa. §. diui versi. Idem Principes, quē tex. ibi not. Ang. ff. de leg. 1. l. Titia. ff. de solu. & tradit Bald. in. l. 2. q. 9. C. de serui. & aq. Et sic nemo præsumitur alieno nomine possidere, vel contemplatione alterius, & nõ tanquàm dominus, vt possident vasallus, & emphy teuta. l. male agitur vbi gloss. & ibi Bart. C. de præscrip. xxx. anno. & not. in l. 3. §. ex cõtrario. ff. de acqui. possess. & in. l. si vt certo. §. si duobus. ff. commod. Et ita scribit Alex. cons. 136. Viso, & examinato processu col. 2. li. 1. Quod comprobatur ex eo, quod scribit Bald. in l. 1. col. fin. C. de seru. fugi. vbi inquit, ꝙ ex naturali possessione, & fructuum perceptione præsumitur ciuilis per d. l. Titia, & per nota. in. l. stipulatio ista. §. hi quoque. ff. de verbo. obli. Vnde si quilibet præsumitur ciuiliter possidere, ergo non vt emphyteuta, feudatarius, & vsufructuarius, quia hi possident naturaliter tantùm: ciuilis autem est penes directum dominum. l. naturaliter in prin. & ibi Bar. & omnes. ff. de acquir. possess. Ex quibus omnibus concludo dictos dominos agētes nõ posse obtinere in eorum petitione, prout etiam cõclusum fuit per prædictum Do. Consultorem.

SVMMARIVM.

1 *Falsum. Interrogatus num velit vti instrumento pro vero, vel falso, vtrum & quando respondere teneatur clarè, et non conditionaliter, si verum esse appareat, & nu. 3. & per totum.*
2 *Instrumentum producens in iudicio, quod habet aduersarius suspectum de falso, nunquid possit protestari, quòd, si falsum reperiatur, vult haberi pro non producto.*
4 *Interrogatus, vbi habet probabilem ignorantiam, non tenetur respondere præcisè num velit vti instrumento producto pro vero, vel falso, sed tenet conditionalis responsio, quod limita vt nu. 5. & 8.*
6 *Falso instrumento vtens, vt possit condemnari de falso, non sufficit vt interrogetur ab aduersante num velit vti instrumento pro vero, vel falso, sed opus est causa interrogationis.*
7 *Interrogatus de facto alieno non tenetur respondere de veritate, secus de credulitate, quod exēplifica, vt sub nu. 8.*
9 *Instrumentum de iure præsumitur verum, & solenne.*
10 *Veritas de facili haberi non potest in actu momentaneo, maximè per eum, qui in ius successit alterius.*
11 *Dubitans & ignorans æquiparantur, & ita dubitanti parcitur sicut ignoranti, quod limita vt ibi.*
12 *Scriptura suspecta quòd non sit in iudicio producenda intelligitur si contineat vitium patens secus si latens.*
13 *Falsitate detecta sicut ignorans a pœna falsi excusatur, tantò magis ante detectam falsitatem.*

CONSILIVM. 635.



1 IDETVR prima consideratione dicēdum non fuisse † legitimè responsum per d. D. Baptistam de Ciconio sub illa cõditione, ꝙ intendit vti instrumēto pro vero & bono, quatenus tale appareat, per id quod scribit Bar. in l. diuus la secūda circa medium. ff. de fals. vbi quærit, quid si aliquis interrogetur, si velit vti instrumēto pro vero & bono, & respondeat se velle vti dicto instrumento pro bono & vero, quatenus verum esse appareat, & si non apparet verum, profitetur se non vsurum, an talis responsio sit admittenda, inquit ipse ꝙ iudex debet statuere terminum interrogato ad deliberandum, an velit vti vel non, vt l. Titia. ff. de accusa. & l. mancipiorum. ff. de optio. lega. & cum Bar. transit Lap. alleg. 119. Quero pone procurator, & Cepol. cautel. 53. Communiter in causis, & Ange. de Are. in suo trac. maleficio. in verbo falsario col. 14. versi. & scias, ꝙ ita committit, & in §. appellantur col. 2. Insti. de ex
2 cep. Est verum, quod Spec. in ti. de instrumen. edit. §. vidēdum restat qualiter, versi. quid si velis, dicit, ꝙ † si producatur instrumentum in iudicio, quod altera pars habet illud suspectum de falso, producens poterit dicere, ꝙ si reperiatur falsum, non vult eo vti, nec haberi pro producto, & ac si vsus non fuisset, nec aduersarius potest partem compellere, quod sine dicta protestatione respondeat arg. l. si quidē. C. de excep. & l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de oper. nou. nūc. & quod talis protestatio iuuet, vult etiam Cin. in l. si falsos. C. de fals. & Gandi. post Guido. de Suza. in suo tract. maleficio. in tit. de falsarijs col. 1. versi. Item nota, ꝙ ille solummodo: tamen prædictæ decisiones possunt cõcordari, quia hæ vltimę decisiones videntur procedere, quando pars nihil dicit, nec instat apud iudicem, ꝙ pars præcisè, & non cõditionaliter respondeat, an velit vti instrumento pro vero vel bono, & ita videntur loqui Specu. Cyn. & Gand. superius adducti, sed quando † pars instat, ꝙ aduersarius respon-
3 deat pręcisè an velit vti pro vero, vel falso, quia intendit eū arguere de falso, quatenus aduersarius velit eo vti pro vero, tunc debet ei dari terminus ad deliberandū, quo habito cogitur clarè & præcisè respondere secundùm Bar. in d. l. diuus & sequaces, aliàs illa responsio conditionalis non videtur admittenda, ꝙ intendat eo vti, quatenus verum appareat, quia hæc responsio est incerta & obscura, & interrogātem in incerto relinquit, quod esse non debet. l. de ætate. §. nihil. ff. de interroga. acti. Non enim potest tūc interrogās scire, quid sibi expediat, vtrum debeat redarguere aduersarium de falso, nec ne, propterea ꝙ conditio nihil ponit in esse. l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. cau. testa. Et ita has opiniones contrarias concordat Fulgo. cons. 177. quod incipit Publicato processu, quem refert etiam, & sequitur Matthæ. de Afflict. decisio. 189. sed in proposito casu fuit instatum per partem, vt d. D. Ioan. Baptista responderet clarè, & certitudinaliter, remota illa protestatione, & ad hoc datus fuit ei terminus ad deliberatè respondendum, ergo persistens in eadem responsione, non videtur legitimè respondisse.

Premisis tamen non obstantibus contrariam sententiā in casu, de quo agitur arbitror veriorem, quia posito, ꝙ opinio Bar. in d. l. diuus sit vera, quę videtur in practica seruari,
4 tamen † illa non procedit, vbi interrogatus habere potest probabilem

probabilem ignorantiam, quia tunc nō cogitur præcisè respondere, sicut in casu nostro videtur d.D. Baptista habere, quum dictum instrumentum contineat factum maiorum suorum, & hæres præsumitur ignorare factum defuncti. l. qui in alterius.ff.de reg.iu. Et primò pro hoc adduco Card. Alex.in c.memoriam col.2.19.distinct. vbi licet teneat cū Bar.in d.l.diuus, quod quis interrogatus, an velit vti instrumēto, pro vero, vel falso debeat simpliciter respondere, & dicit cautelā esse, si quis vult bene arctare aduersarium, vt cogatur deliberatè respondere, vt deducat in quo vult arguere de falso instrumentum, quia tunc tenebitur præcisè respondere: tñ istud non procedit, quādo essemus in facto alieno, quo ad producentem instrumentum, nā non debet tunc iudex precisè cogere per ea, quæ no. Bar.in l.2.§.quod obseruari.C.de iurā.calū.& in l.Marcellus.§.1.ff. re. amot. & in l.iusiurādum & ad pecunias.§.1.ff.de iureiu. vnde procedit protestatio producentis, ꝙ vult eo vti, quatenus sit verum: & ita intelligit decisionē Specu.in loco supra allegato. Adducit etiam pro excusatione eius, qui ita respōdet cum duplicitate in facto, de quo nō potuit fieri certior, ꝙ in dubio præsumitur pro instrumēto.l. cū precibus.C. de proba. Secundò adduco Are.in c.pręsentium col.5.vers.Circa secundum, de testibus, vbi disputat articulū, vtrū in facto alieno admittatur ista interrogatio, & protestatio, & tandem
5 post argumenta cōcludit, quòd, † si vel à principio qn pars ita protestatur, vel post lapsum termini iudex verisimiliter præsumat partē non potuisse informari de veritate, vel credulitate, tūc debebit admittere partem cum protestatione sua, vt probat tex. in d.l.iusiurandum.§.1.in simili, quia, ex quo pars nō potuit informari admittitur responsio eius dubia secundùm Bart.in d.§.quod obseruari, & erit vera opi-
6 nio Specu.in isto casu, & subdit, ꝙ ad hoc, vt ille,† qui vtitur falso instrumento, vel falso teste, possit condemnari de falso, non sufficiet, quod pars aduersa interroget, vtrū producens instrumentum velit vti instrmēto, sicut sensit Bart. in d.l.si falsos in fin.C.de fals. Sed erit opus, ꝙ adiungat causam interrogationis, quod in quātum velit vti, intendit arguere instrumētum de falso. Ex hoc enim oritur præsumptio contra partem producentem, vt plenè declarat Bar.in
7 d.l.diuus. Tertiò facit, ꝙ † scribit Bar.in.l.2.§. quod obseruari col.4.vers.Sed pro eius.C.de iura.cal.adductus per Cardi.Alex.& Are.vbi vult, quòd, quando aliquis interrogatur de facto alieno, non teneatur respondere de veritate, secus de credulitate: Sed in casu nostro debet respondere de veritate, an instrumentum sit verum, quod ex eo ostenditur, quia si respondeatur instrumentum esse verum, & ostendatur postea de falsitate tenebitur respondens pœna falsi,
8 l.si falsos.C.de fals. Quartò accedat, quod † dicit Salic.in.l. si falsos.C.de fals.vbi vult dictum Bar. in d.l.diuus nō procedere, nisi doceretur, ꝙ interrogatus de falsitate foret instructus, vel instrui noluit, quum potuit, quem refert, & sequitur Augu.Arim.in addit.ad Ang. in tracta. maleficio.in loco superius allegato. Quintò adducitur Corn.consi.223. Videtur prima facie dicendū col.pe. vers. & ideò doctores dant cautelā lib.2.vbi vult, quod tutor interrogatus, an velit vti instrumento per eū producto pro vero, & bono, potest respondere cū d.protestatione, ex quo gerit aliena negotia, & de alieno facto interrogatur, quod præsumit ignorare.l.fi.ff.pro suo.l.verius.ff.de proba. c.pręsumitur de reg. iur.in.6. Sextò facit pro hac parte summa æquitas, quia esset iniquum, quod quis astringeret se ad pœnā falsi per productionem instrumenti, de cuius veritate non posset de facili certificari, non enim ei potest imputari, cur produxerit,
9 quum† instrumentum de iure præsumatur verum, & solenne, vt Bal.dicit in l.si post diuisionem per illū tex.circa prin. C.de iu.& fac.igno.& in c.1.§.si instrumentum de no.feu-
10 do. Hic autem sumus† in actu momentaneo, in quo de facili haberi non potest veritas, maximè per eum, qui alteri succedit, vnde videmus, quod licèt coniunctus pręsumatur scire facta coniuncti.l.octaui.ff.vnde cogna. l. de tutela C. de in integr.resti. tamen hoc non procedit in actibus momētaneis, sicuti sunt contractibus & testamēta, secūdùm Bal. in l.quoniam sororem.C.de iu.delib.& in l.conuenticulam C.de episc.& cleri. Alex. consi.138. Viso puncto & dubijs in fi.lib.7. Prædicta etiam intelligo procedere, etiam ꝙ respondens dubitaret, vtrum instrumentum esset verum vel
11 falsum, quia† dubitans, & ignorans æquiparantur. l. manifestissimi.§.sinautem nescius, quem tex.ibi no.Bar.C.de fur. l.2.in prin.ff.quis ord.in bo.poss.ser.l.fi.C. de condi. indebi. & sicut parcitur ignoranti, ita etiam dubitanti, secundùm Bal.in l.leges sacratissimæ.C.de ll.quod procedit, nisi de facili certiorari possit, vt Bald. dicit in d. l. manifestissimi in prin.col.3.versi. Vlteriùs nota, & est tex.de hoc in l. regula. §.sed facti ff.de iu.& fac.igno. quem ad hoc adducit Alex. in l.quamdiu.C.qui admit. Sed in casu nostro de facili certiorari non potest, vt supra dictum est. Non obstat ꝙ vbi quis respondet, ꝙ intendit eo vti pro vero, quatenus verū appareat, videtur dubitare de veritate, & suspicari de falsita
12 te, &† suspectæ scripturę nō sunt in iudicio producēde.l.iubemus.C.de proba.l.2.ff.de fid.instrumē.quę ratio fuit originaliter deducta per Lappum in allegatione.119.præallegata, quia respondetur, ꝙ præallegata iura loquuntur in scripturis, quibus vitium inest patens propter rasuram, & cancellationem, non autem quando extrinsecus vitium falsitatis opponitur, non enim propter aliquam suspicionem, aut metum periculi quis ius suum indiscussum relinquere debet, vt inquit Iuriscon.in l. illud ff. de petit. hæred. Vltimò,
13 quum ignorantia† post detectam falsitatem excuset à pœna falsi.l.maiorem.C.de fals.quæ in dubio etiam præsumitur, vt ibi gl.& Bal.& latius Sal.non video, cur non etiā debeat excusare, ne ab initio ante detectam falsitatem, supponet quis se periculo, ne pœna falsi teneatur. Ex prędictis patet responsio ad allegata in contrarium, quia illa non procedunt, vbi fit interrogatio de alieno facto, quod verisimiliter ignorat, vt ex superioribus opportunè respōdisse puto.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio nulla quæritur per suscicientem in se committentes eius protectioni, & defensioni sed tantum defensio, & nihil aliud.fallit in nu. 95.*
2 *Iurisdictio inuentione est iuris gentium, forma verò, & nomina magistratuum sunt de iure ciuili, & quomodo sit consideranda. vide nu.99.*
3 *Ciuitas, castrum, villa, & burgus per homines se spontè cōgregantes, & ædificijs collatis constitui potest: cum licentia tamen superioris. vt nu. 100.*
4 *Merum imperium à nouo populo exercente iurisdictionem in incolas præscribitur ad aliorum exclusionem, præsertim præscriptione immemoriali. & nu.7.fallit nu. 101.*
5 *Præscriptio immemorialis habet vim concessionis & priuilegij, & per eam quęruntur imprǽscriptibilia, & quę reseruata sunt Principi in signum supremæ potestatis, fallit nu.51.*
6 *Iurisdictione vbi quis vtitur in aliquo loco per tempus immemoriale habet fundatam intētionem, dato quòd aliud non ostendat priuilegium, nec requiritur scientia superioris, eam tamen amittit contraria præscriptione communi xxx. vel xl. anno. vt nu.116.*
8 *Merum imperium nunquid ex carceribus, familia armata, furcarum erectione, & pœnarum ac mulctarum applicatione ostendatur. dic vt nu.123.128. & 137.*
9 *Ciuitas habens fiscum, carcerem, animaduertens gladio vltore in facinorosos, & superiorem non recognoscens, ac statuta pœnalia condens dicitur libera, & habere merū & mixtum imperium. dic vt sub nu.55. & 132.*
10 *Argumentum à denominatione sumptum sustinetur.*
11 *Rescriptum Principis respondentis in dubio debet intelligi secundùm porrectam supplicationem intellige vt in nume. 143.*

12 Iurisdictio

12 *Iurisdictio primarum causarum dignoscitur esse penes ciuitatem, non penes Principem, ex eo, quod ibi ex consuetudine prouidetur de aliquo iudice.*

13 *Principis contractus pro lege seruari debet, & ligat successores, præsertim si tendat ad vtilitatem Imperij, potest tamen ab eo recedi, vt in nu. 148.*

14 *Possessio quanto antiquior, tanto iustior, & iunior clandestina præsumitur & vitiosa.*

15 *Iurisdictio quælibet est Imperatoris, qui quo ad eam, fundatam habet intentionem in vnoquoque loco.*

16 *Vnio & accessio regno in noua locorum acquisitione nõ præsumitur, nisi de ea doceatur, in casu dic vt nu. 87.*

17 *Confessio subiectionis facta contra libertatem est ipso iure nulla. fallit nu. 60. & 63.*

18 *Inuestitura Principis semper intelligitur facta de iustis feudis, & saluo iure tertij, aliàs de re aliena non tenet.*

19 *Priuilegium concessum a Principe lædens ius tertij nõ valet nisi citatis his, quorum interest, fallit vt nu. 153.*

20 *Citatio non solum in iudicialibus est necessaria vbi agitur de alterius præiudicio, sed etiam in extraiudicialibus. fallit, vt nu. 154.*

21 *Rescriptum gratiosum debet continere mentionem de iure aduersarij, licet modico, aliàs non fugit obreptionem, dic vt nu. 158.*

22 *Princeps non præsumitur velle præiudicare nedum iuri, quod quis habet in re, sed ne iuri quidem ad rem, fallit, vt sub nu. 158. & 159.*

23 *Imperator concedens alicui castrum cum omnimoda iurisdictione, non videtur concessisse iura, quæ ibi habet ciuitas ex consuetudine, de qua debet fieri mentio, aliàs concessio censetur obreptitia, declara vt nu. 161.*

24 *Inuestitura facta de potestatis plenitudine in aliquem de aliquo castro ab alio possesso, illius possessioni nõ præiudicat, nisi quatenus expressè fiat derogatio. dic vt n. 166.*

25 *Imperator non potest omne ius & superioritatem, quã habet in ciuitatibus, alteri concedere, secus communicare assumẽdo illũ in partẽ solicitudinis, vt nu. 167. et 169.*

26 *Confirmatio facta de priuilegio nullo & obreptitio non tenet, præsertim si sit facta in forma communi: imo in casu confirmat, quod est nullum, vt nu. 172.*

27 *Confirmantium intentio est aliquid noui non dare, sed tantum confirmare tanquam prius habita, & possessa. declara, vt nu. 175.*

28 *Iurisdictone vbi quis promiscuè vtitur alio possidente, ille vsus dicitur clandestinus, nec illius possessionem, & præscriptionem interrumpit. fallit vt nu. 177.*

29 *Sententia refertur ad acta, vbi eget interpretatione. declara, vt nu. 179.*

30 *Merum & mixtum imperium contra Marchionem vel Ducem ex consuetudine, & præscriptione in marchia vel Ducatu acquiri potest, si Marchionis vel Ducis scientia interueniat. & nu. 32. dic vt nu. 182.*

31 *Castrum vel villa licèt de iure cõmuni territoriũ distinctũ non habeant, hodie tamen de cõsuetudine habere possunt.*

33 *Iurisdictio primarũ causarum potest esse penes aliquẽ, licèt penes Principem sint iura appellationum. dic vt n. 183.*

34 *Iurisdictio potest esse penes plures insolidum.*

35 *Subijcere se quis potest alicui quo ad quædam, & quo ad quædam minime, limita vt in nu. 184.*

36 *Verba. spectantibus & pertinentibus, sunt verba participij præsentis temporis, quæ resoluuntur in relatiuum et verbum præsentis temporis, declara vt nu. 190.*

37 *Iurisdicto est apud rectores ab vniuersitatibus assumptos, non autem apud ipsas vniuersitates.*

38 *Iurisdictio non est apud populos, sed apud donatorios Imperatoris, nisi materialiter, & passiuè.*

39 *Merum, & mixtum imperium nõ est apud castra, villas, & ciuitates, nisi ex priuilegio, vel præscriptione.*

40 *Iurisdictio à populo libero transfertur in regem suum, sicut à populo Romano in Imperatorem.*

41 *Chronicis & historijs de rebus gestis est credendũ, et n. 91.*

42 *Imperator est dominus totius orbis, quo ad iurisdictionem & protectionem, non quo ad dominia rerũ particulariũ.*

44 *Imperator licet non possit donare quotam imperij, potest tamen donare certas ciuitates, & omne ius quod habet in eis transferre, & in his præiudicat successori. & nu. 46. limita vt nu. 171.*

47 *Princeps potest facere donationes & concessiones supremam dignitatem grauiter non lædentes.*

48 *Feudum licet habeat plurimum gratiæ ideò beneficium vocetur, tamen habet onus annexum, & dicitur contractus nominatus vltro citroque obligatorius.*

49 *Imperator potest infeudare terras etiam mediatè subiectas de potestatis plenitudine, & obligat in hoc successorem.*

50 *Ciuitas, ducatus, & comitatus possunt per Cæsarem in feudum concedi etiam in præiudicium alterius, & iuris ex præscriptione immemoriali in mero Imperio per eas quæsiti, vt nu. 52.*

51 *Præscriptio contra supremam & directam Principis iurisdictionem nunquam procedit, nec contra Principi reseruata in signum supremæ potestatis.*

53 *Consuetudo quælibet potest ab Imperatore cassari & annullari pro libito voluntatis etiam quod fuerit immemorialis. vt nu. 164.*

54 *Princeps supremus potest iurisdictionem ciuitatum, & alteri cõmissam & concessam supprimere & reuocare. quod intellige vt ibi.*

55 *Imperator potest terras de facto Romanum Imperiũ in aliquo nõ recognoscẽtes per infeudidationẽ alteri subijcere.*

56 *Iurisdictio præscribi potest per Principem contra ciuitates & castra ex inualidæ infeudationis titulo.*

57 *Priuilegium Principis etiam inualidum tribuit causam præscribendi saltem spacio xl. anno.*

58 *Præscriptio inducitur ex titulo putatiuo à probabili iuris errore descendente.*

59 *Populus habens & exercens iurisdictionem potest se subijcere alteri omne ius in eum trãsferendo, secus si submissio fiat in præiudicium alterius superioris, vt nu. 61.*

62 *Iurisdictio acquiritur ex iuramento fidelitatis in præiudicium se submittentium, secus in præiudicium alterius superioris. & nu. 117.*

64 *Iuramentum fidelitatis est triplex.*

65 *Iuramentum fidelitatis ratione iurisdictionis non præstatur, nisi ab his, qui sunt sub iurisdictione.*

66 *Subiectionis præscriptio potest probari per instrumenta fidelitatis.*

67 *Officialis electio non tribuit iurisdictionem electo, sed superioris confirmatio.*

68 *Mandatum suscipiens videtur actum gerere nomine mandantis, etiam quod actum simpliciter gerat, & actum gerere videtur ex titulo præcedenti, vt nu. 121.*

69 *Protestatio nihil iuris tribuit, sed, vt ius, quod est, conseruet, eius repetitio requiritur in singulis actibus, & quando non pendet à voluntate potestantis, sed a iure communi, vel speciali non valet.*

70 *Præscriptio inducitur tum ex cursu temporis tum ex tacito consensu illius, contra quem præscribitur, iuncta iuris auctoritate.*

71 *Merum imperium probatur ex exercitio eorum, quę ad merum imperium spectant & pertinent.*

72 *Iurisdictio quibus actibus acquiratur, & quando est probãda in genere, sufficit testimonium diuersorum in specie.*

73 *Appellatio*

73 Appellatio debet fieri ad proximum immediatè superiorem, ad quem spectat iurisdictio.
74 Appellatio a sententia prætoris, vbi de speciali iudice appellationis non est prouisum, ad eum, qui prætorem deputauit est dirigenda, & appellatio est causa mixti imperij & nu. 183.
75 Indulgere crimina supplicantibus est solius Principis habentis iurisdictionem in condemnatos.
76 Instantia perēpta ab inferiore Principis instaurari nō pōt.
77 Iurisdictionis quasi possessio acquiritur per edicta publica & pœnalia, quæ sunt meri imperij, etiam si nemo pœnam incurrat.
78 Collectæ non imponuntur, nisi ratione iurisdictionis, & earum solutio denotat subiectionem.
79 Census solutio, quando fit eodem tempore cum alijs, qui soluunt censum ratione subiectionis, intelligitur facta eadem de causa subiectionis.
80 Subiectio ostenditur ex census annuali solutione, præsertim alijs signis iurisdictionis concurrentibus.
81 Confirmatio est actus superioris, aliàs inter pares dicitur approbatio vel ratificatio.
82 Princeps derogando statutis simpliciter, non intelligitur derogasse statutis confirmatis.
83 Subijciens alicuius loci fortalicia & arces alteri, videtur in eum transferre iurisdictionem.
84 Iurisdictionis dominium non probatur ex solo instrumento emptionis, nisi alia etiam concurrant.
85 Dominium licèt non probetur instrumento locationis, secus tamen est alijs concurrentibus adminiculis.
86 Imperator pōt vnire & diuidere ciuitates & prouincias.
88 Ciuitas vel castrū, vbi vnitur Marchię tūc est de Marchia.
89 Regnum est quid vniuersale recipiens augumentum & diminutionem, & quod accedit vniuersali vnum fit cū eo.
90 Concessio loci facta dignitati alicuius cōtinet iurisdictionē.
92 Principis arma nemini licet depingere, nisi gratia subiectionis & reuerentiæ.
93 Possessio iurium incorporalium ipso iure & facto perditur, vbi quis priuatur illis ex sententia, contra quam actus facti nulli sunt.
94 Iurisdictio in ciuitatem probatur exactione census ab Hebræis ibidem habitantibus
96 Iurisdictio plena continetur nomine protectionis.
97 Priuilegium non vtendo amittitur spacio 40. annorum, & vltimum primo derogat.
98 Populi subiecti possunt inter se bella gerere, iura autem bellica in eis non vendicant sibi locum.
102 Aedificans in solo iurisdictionali alicuius, illius efficitur subditus.
103 Memoriam non extare non pōt probari per instrumenta, & alias scripturas publicas, secus eam extare, vt nu. 106.
104 Instrumentum rogari nec confici potest super negatiua indeterminata.
105 Præscriptio immemorialis quomodo debeat probari per testes, & qualiter testes reprobari possint.
107 Possessio, vt præscriptio procedat, debet esse quieta & pacifica aliàs per aduersarij contradictionem, & impatientiam interrumpitur, nec perfici potest.
108 Iurisdictione vbi quis vti impeditur, quam vsucapiebat, tunc etiam ex vnico actu interrumpitur præscriptio.
109 Iurisdictionis possessio interrumpitur, et si vis adhibeatur, & illius possessio est penes Tyrannū, non penes populū.
110 Præscriptio meri & mixti imperij, & qualibet alia, vt procedat, requirit bonam fidem ab initio, aliàs non procederet in æternum, & nu. 112. & 114.
111 Præscribere non potest possidens propter malam fidem, vbi dubitat rem ad ipsum pertinere, & sit alterius.
113 Negatiua vniuersalis destruit omne quicquid inuenit.
115 Præscriptioni iam formatæ derogatur per contrariam præscriptionem iam completam.
118 Consuetudo & præscriptio temporis immemorialis æquiparantur, & eis intelligitur derogatum per vnicum actum contrarium.
119 Iurisdictio, quæ cohæret personę per non vsum longissimi temporis amittitur ad instar seruitutum incorporalium, dato quod nemini alij acquiratur.
120 Præscriptio centenaria, & longissimi temporis qualiter sit probanda.
122 Palatia & alia loca publica in ciuitatibus pro iustitia exhibenda, sunt Principis.
124 Argumentatio a signis accidentalibus non arguit de necessitate.
125 Iurisdictio possidetur per actus correspondentes, qui nō possunt fieri citra nomen & ius iurisdictionis. & nu. 131.
126 Iurisdictio etiam minima non potest conferri, nisi auctoritate Principis mediata, vel immediata.
127 Merum & mixtum imperium non habet ille, cui committitur regimen ciuitatis.
129 Iurisdictio potest esse penes aliquem, & penes alium pœnæ & mulctæ.
130 Præscriptum tantum extitit, quantum possessum.
133 Consuetudo tantum habet de actu, quantum habet de potentia, & restringitur per actus, quibus inducitur.
134 Iurisdictio ex denominatione officialis talis ciuitatis non ostenditur esse penes illam actiuè, sed passiuè.
135 Scriptura quamuis publica vt res inter alios acta, non facit fidem, nisi contra presentes & notarium rogantes.
136 Syndicus quare sic appelletur.
138 Renunciare priuilegio non videtur in posterum qui ei actū contrarium facit, & renunciationes sunt stricti iuris, & in his non veniunt nisi expessa & nu. 144.
139 Incertitudo iurium nullum tribuit titulum, nec vsucapiendi conditionem.
140 Rescriptum Principis respondentis ad supplicata, licet debeat intelligi secundùm petita, tamen non refertur ad narrata, nec ad ea, in quibus sequeretur absonus intellectus, & iuri communi contrarius. & 142.
141 Iurisdictio delegata est odiosa & stricti iuris, non sic ordinaria, & nu. 147.
145 Consensus tacitus, vt consentienti pręiudicet, requirit sciētiam certam consentientis.
146 Donatio nunquam pręsumitur, vbi potest alia causa capi, quàm donationis.
149 Desuetudo quid sit, & quid operetur.
150 Pactum iuratum est seruandum etiam in posterum rebus sic stantibus, aliàs secus.
151 Metus illatus non præsumitur ex sola alicuius dignitate, nisi aliud interueniat.
152 Actus geminatus magis indicat expressum consensum, & quod gestum est reddit efficacius.
155 Priuilegium Principis vtentis clausulis ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, procedit etiā interesse prętendentibus irrequisitis, & nu. 157.
156 Imperator potest in omnibus concessionibus & causis declarare suum priuilegium, in præiudicium aliorum non citatorum, vbi vtitur clausula ex certa scientia vel lege non obstante.
159 Clausula ex certa scientia & de potestatis plenitudine excludit omnem subreptionem, & vbi Princeps vtitur his in concessione, nihil opponi potest, quod vitiet gratiam, & nu. 162.
160 Imperator potest & solet inuestire tyrannos de ciuitatibus per eos occupatis.

163 *Imperator præsumitur scire consuetudines multum vulgatas, & quæ ciuitates Italiæ recognoscant Romanum Imperium & quæ non, saltem in genere & in confuso.*
165 *Vectigalia quæri non possunt consuetudine, nisi sit temporis immemorialis, quam Imperator tollere potest.*
168 *Principes inferiores Imperatore possunt vti plenitudine potestatis ex speciali priuilegio, aliàs secus.*
170 *Iurisdictio suprema quid perfectum quum sit, neque crescere, neque diminui potest.*
173 *Verba posita in priuilegijs Imperatorum, sicut digna possumus, & ad Romanum spectat imperium, non stant conditionaliter, sed causatiuè.*
174 *Rescriptum geminatum & secunda iussio Principis habet vim clausulę non obstante, et excludit omnē obreptionē.*
176 *Possidere quis iustè præsumitur, nisi de contrario doceatur.*
178 *Clandestinitatis vitium non est reale, ideò non transit ad successores.*
180 *Imperator concedendo alicui ciuitatem videtur concessisse eius territorium, iurisdictionem, & merum ac mixtum imperium.*
181 *Iurisdictio omnimoda pertinet ad eos, qui habēt præturam & magistratum perpetuum.*
185 *Mandatum ex antiquitate temporis præsumitur interuenisse in his, ad quæ quis verisimiliter sine mandato non accederet: aliàs secus.*
186 *Ratificatio nō solum fieri potest verbo, sed etiam facto, quod est potentius.*
187 *Vniuersitas in actu, qui habet tractum successiuum, vt est guerra & rebellio, ex delicto obligatur, etiā quòd ab initio solennibus adhibitis non consenserit.*
188 *Statutum vbi disponit, quòd aliquid non possit fieri, nisi sub certa forma, aliàs actus non valeat, si illa forma non fuit seruata, & populus statuit, statutum valet.*
189 *Statutum ciuitatis non ligat Imperatorem, quominus possit ciuitatem in feudum concedere.*
191 *Princeps non præsumitur scire, quod sciunt sui officiales, Imò ne quidem ipsi officiales sciunt omnia, quæ continētur in eorum codicibus.*
192 *Sciētia vbi alicuius actus requiritur, debet haberi cum suis qualitatibus in specie non in genere: pręsertim vbi qualitates sunt illę, quę operantur.*
193 *Feudi alienatio, vbi fit agnato sciente, tunc demum agnatus anno elapso eam reuocare non potest, si sciuerit tenorem alienationis.*
194 *Ratificatio etiam expressa contractus per instrumentum celebrati non operatur, nisi omnia capitula instrumenti ratificanti fuerint nota & lecta.*
195 *Contractus ab alio celebratus, vbi ab aliquo acceptatur, quod debeat acceptari cum suis qualitatibus quomodo procedat.*
196 *Consensus non extenditur ad ignorata.*
197 *Reseruatio & exceptio non tribuit aliquod ius de nouo, sed tantùm, quod habetur conseruat. & nu. 199.*
198 *Reseruatio non reperiens reseruabile nihil operatur.*
200 *Princeps sicut non potest iura imperij alienare, & regalia concedere, & alia reseruata supremę dignitati in pręiudicium successorum, ita nec debet posse confiteri.*

CONSILIM. 636.



MVLTA sunt, quæ in controuersia vertente inter communitatem Casalis, & Illustrissimos Principes nostros Duces Mātuæ Marchiones Montisferrati adduci pro vtraque parte videntur, vt etiam antea collecta fuerunt in elegāti & ornato breuiario per Magnificū & pięstātissimum Iuriscon. D. Paulum Aemilium Bardelonum Mantuanum collegam mihi semper honorandissimum. Ego tamen latius persequar eisdem insistēs vestigijs, & sumendo priores partes pro communitate Casalis inspiciendo primitus rei originem, dicitur ꝙ olim Casale fuit constructum ab ipsis oppidanis: ita vt ne sacrū quidem ipsum Romanum Imperium recognosceret: quod ostenditur ex priuilegio Federici primi Imperatoris, qui Casalenses recipit sub sua protectione: nam committens se protectioni al-
1 terius non transfert suam libertatem in eum, nec † iurisdictionem aliquam tribuit, neque ius aliud, sed defensionem tātùm acquirit, vt ab eo, & de iure & de facto defendatur contra molestantes ipsum & turbantes, c. ex parte. & c. accepimus & ibi Abb. vult. notab. de priuileg. l. 1. & ibi Bar. & Ang. C. de excu. mune. li. 10. Bar. in proœ. digestorum in §. omnem. Marti. Lau. in tracta. de prin. sub tit. de cōfœdera. pace, & conuen. Princ. versi. 56.

Et hoc apparet etiam ex rei euidentia nemini alij fuisse subiectos: vt patet ex inducijs quas faciebant cum Papiensibus & Nouariensibus. Et in specie quod tunc non essent suppositi iurisdictioni Marchionū Montisferrati demonstratur ex d. priuilegio Federici, vbi pro testibus inseruntur duo ex Marchionibus Montisferrati. Item & ex eo, ꝙ quādo elegerunt in capitaneum d. Marchionem vltimum domus Saxoniæ nonaginta ante annis fuit conuentum ne ipse, aut eius successores possint sibi aliquam iurisdictionem acquirere in oppido Casalis, & iura eius offendere.

Ergo si nemini erāt subiecti, res ipsa nos deducit necessariò, vt fatendum sit, ꝙ esset populus liber, & in sua libertate constitutus, & per consequens acquisiuit sibi merum &
2 mixtum imperium in oppidanos & incolas, nam † omnis iurisdictio est inuenta de iure gētium, licet postea distinctiones iurisdictionum, & nomina magistratuum inuenta sint de iure ciuili, vt Inno. tradit in c. licet de for. comp. Bal. in l. ex hoc iure. q. 3. ff. de iusti. & iu.

3 Possunt enim † homines se sponte congregare, & ædificijs collatis ciuitatem, castrum, villam, & burgum constituere, vt Bar. inquit in l. fi. 2. q. ff. de colleg. illici. & Bal. in d. l. ex hoc iure col. 3. & ibi etiam Pau. de Ca. post Inno. in c. cū ab ecclesiarum de offi. ordi. Bal. consi. 439. Amplius castrū circa medium versi. alij dicunt lib. 3. vbi vult, quod qui ędi-
4 ficat † ciuitatē suo nomine, & ibi exercet imperium in incolas, vel ipse populus nouus exercet iurisditionalia omnia præscribit imperium, & in dubio intelligitur præscripsisse non accumulatiuè, sed ad aliorum exclusionem l. si quisquā ff. de diuer. & tempo. præscrip.

Quinimo fundat se commune Casalis super eo, ꝙ præscripsit merum, & mixtum imperium per tantum tempus,
5 cuius non extat hominis memoria in contrarium: nā † præscriptio tanti temporis habet vim concessionis & priuilegij, & tituli l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aq. quot. & æsti. l. 1. §. fi. cum l. seq. ff. de aq. plu. arcen. & per eam imperscriptibilia queruntur etiam si ius commune resistat, & quæ reseruata etiam sunt Principi in signum supremę potestatis c. super quibusdam §. præterea de verb. signi. c. 1. de præscri. in 6. & per eam etiam directum dominium acquiritur, secūdum Bal. in l. traditionibus C. de pac. & talis pręscriptio pro veritate habetur gl. in l. 1. C. de serui. Bald. in c. cum causam
6 col. 3. de proba. ideò si aliquis † vsus est iurisdictione in aliquo loco per tantum tempus, quod initij non extat memoria habet fundatam intentionem, dato ꝙ non ostēdat aliud priuilegium secundùm Ange. in d. §. ductus aquæ, & facit quod Bar. scribit in l. iniuriarum §. fi. ff. de iniur. vbi Bar. no. illum tex. pro Venetis, qui dicunt se longa consuetudine habere iurisdictionē in mari eorum, & de ciuitatibus Italiæ, quæ præscripserunt merum imperium, ponit gl. in §. nulla in verbo iurisdictione in Auth. de defenso. ciuita. Bart. in l. quominus q. 2. ff. de flumi. & in l. cunctos populos col. pen. C. de sum. tri. & fid. cath. & in l. infamem in fi. ff. de publi. iudi. & in l. hostes ver. circa primū ff. de capt. & Bal. in l. 1. in fi. C. noua vegict. C. de hęred. vel acti. ven. Sal. in l. vectigalia C. noua vegict. insti. non posse. licet Bart. in l. præsides C. de episcopa. audi. dicat,

dicat, ꝙ hoc habent ex vsurpatione, & non requiritur scientia superioris secundum gl. in d. §. ductus aquæ, quã ibi no. Ang. Bal. in c. 1. quæ sint rega. & sequitur latè Alex. consi. 6. Viso themate lib. 1. vbi in materia iurisdictionis ita consuluit pro Casalensibus, & licet † moueri posset difficultas, ꝙ
7 spacio 30. vel 40. anno. merum, & mixtum Imperium præscribi non posit, tamen quod præscribatur per immemoriale tempus nulla relinquitur dubitatio, vt Bar. tradit consi. 189. Primò quæritur, Vtrum iurisdictio 1. dub. Quod autem commune Casalis habeat merum & mixtum imperium ostenditur ex actis publicis & criminalibus & ciuilibus, quæ fiunt quotidie in tribunali Domini Vicarij iudicis ordinarij ipsius ciuitatis.

Item hoc ostendit Carcer, quem custodit deputatus à communi. Familia apparitorum separata. Mulctarum & pœnarum ipsius communis fisco applicatio, quæ omnia ostendere videntur ipsius communitatis iurisdictionẽ plenissimam. nam cognitione signi cognoscitur res signata l. stigmata D. de fabricen. li. 11. Et talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrat. l. non codicillum. C. de testa. l. si idẽ
8 C. de codicil. & in specie, ꝙ † erectio furcarum denotet merum imperium tradit Oldra. consi. 70. Thema tale est orta materia quęstionis Bal. in l. à procuratore in prin. C. manda. & in c. 1. col. 2. in verbo corporeum instrumẽtum, quid sit inuesti. & l. arboribus §. de illo versi. nam & si agrũ ff. de vsufr. & ꝙ ex applicatione pœnarũ, & mulctarum ostendatur merum imperium decidit Roma. consi. 78. Visis Themate & quęstione 2. dub. dũ inquit, quod probata est quasi possessio iurisdictionis ex perceptione mulctarum & pœnarum. Sicut in simili probatur possessio fundi, atque domus ex perceptione fructuum & pensionis l. qui vniuersas §. quod per colonũ ff. de acqui. poss. l. litibus. C. de agrico. & cẽsi. li. 11. dicũtur enim mulctæ & pœnę fructus esse iurisdictionis, vt no. Bar. in l. fi. ff. solu. mat. per l. mulctarum C. de
9 mo. mulcta, quod ẽt comprobatur, quia, si habent † fiscũ, seu (vt hodie loquuntur) cameram cui pœnę & confiscationes bonorum applicentur, ostenditur quod populus Casalis est liber, nec recognoscit superiorem: nam si esset subditus, nõ haberet fiscum l. 1. & ibi Bar. C. de bon. vacan. li. 10. & Bar. in l. item veniunt §. ait Senatus ff. de peti. hæred. Bal. in rub. C. de priui. fisci. & dicit Bal. in l. 1. col. fi. 4. q. C. de hæred. insti. quod nullus populus habet ius fisci, nisi qui habet merũ & mixtum imperium, iux. no. in d. l. 1. C. de bo. vacan. Demum quod carcerare homines ad pœnam & in facinorosos animaduertere gladio vltore, & confiscare bona pertineant ad merum imperium ponit Bar. & omnes in l. imperium ff. de iurisd. om. iu. Vlteriùs hoc idem ostenditur, q̃a cõdiderunt statuta etiam pœnalia, quod non competit, nisi habentibus iurisdictionem, vt per Bar. & reliquos scriben. in l. omnes populi 1. q. prin. ff. de iust. & iu. Inno. in c. cũ omnes & in c. cũ accessissent de consti. Præterea apparet non modo ex modernis, verumetiam ex antiquissimis scriptu-
10 ris, quod is, qui iura ciuibus reddit, appellatur † prætor communis Casalis, quod indicat ipsum à communi habuisse iurisdictionem, quia nomina rebus aptantur §. est & aliud insti. de dona. l. 2. §. mutui ff. si cer. pet. l. tugurij ff. de verbo. signi. vndè licitum est argumentũ à denominatione, vt Bal. inquit in l. conuenticulam col. 2. C. de episc. & cleri. & tenet etiam Bal. consi. 205. In causa quę vertitur inter procuratorem col. 1. li. 3. vbi consuluit in hospitali quodã, quod vocabatur hospitale sancti Andreæ, ex tali denominatione ostẽditur, quod sit de membris ecclesiæ sancti Andreæ, similiter ex eo ꝙ appellatur turris Sempronij, arguitur turris esse prædicti Sempronij, vt Corn. scribit consi. 282. In hac cõsultatione col. 5. lib. 4.

Ostenditur etiam de iurisdictione ciuitatis, quia proconsules electi à consiliarijs syndicant, & iudicãt vicarium finito suo officio.

Item apparet ꝙ Illustrissimi olim Marchiones petierũt à communitate, vt sui contemplatione facerent gratiã pœnarum pecuniarum quibusdam ciuibus, in quibus fuerant meritis eorum sic exigentibus iudicialiter condẽnati, quod non fecissent, nisi habuisset communitas eos condemnandi & pœnas exigendi potestatem. Et cũ ipsi D. d. Marchiones animaduertissent de facto in quosdam ciues & incolas, declararuntur ad cõquestionẽ ciuitatis nullũ per illos actus fieri præiudicium iuribus ciuitatis.

Quum etiam plures remissiones fecerint in causis criminalibus ad iudices ciuitatis, cognitionem d. causarum abducentes ab ipsorum Marchionum officialibus & delegatis.

Nec dicatur ꝙ Illustrissimi Principes remiserunt causas, eo † ꝙ sic sibi placuit, nam quum ciuitas peteret sibi fieri re- 11
missionem, quia iurisdictio d. causarum ad eam spectabat, videtur ex ea causa facta remissio, vt responsio cõgruat interrogationi l. si defensor §. qui interrogatus ff. de interro. actio. §. præterea Insti. de inuti. stipula. & no. Bar. in l. si quis intentione ff. de iudi. Bald. in l. 1. col. pen. versi. sed nunquid quod seruus C. de ædili. acti.

12 Quum igitur † consuetudo tribuat iurisdictionem l. 1. & ibi no. C. de emãcip. liber. l. viros & l. probatorias C. de diuers. offi. lib. 12. c. cum contingat & ibi omnes de for. comp. sequitur ꝙ iurisdictio primarum causarũ tam ciuilium, q̃ criminalium vigore talis consuetudinis spectat ad ciuitatem, & magis in specie facit quod Bald. scribit in ca. 1. §. ad hęc col. 2. ver. adde ꝙ si cõsuetudo. de pa. iura. firmã. vbi inquit ꝙ si consuetudo prouidet specialiter in aliquo loco de quodam iudice, censetur apud illum locum esse prima iurisdictio, non apud superiorem, vt no. Archi. & Io. Mona. in c. cum Episcopus de offi. ordi. in 6. & subdit ꝙ Io. Mona. dicit ꝙ iurisdictio ordinaria non debet impediri per occupationem alicuius, vt per gl. in c. accusatus. de hæreti.

Præterea existẽtibus ipsis Casalen. in plenissima quasi possessione iurisdictionis delegerunt, vt facilius occurrerent iniurijs finitimorum, Illustrissimum D. Gulielmum è domo Saxonię in capitaneũ per quinquennium & inde eundem confirmarunt per se & hęredes suos masculos, & à se descendẽtes, cum speciali pacto, ꝙ nullo modo posset ipse & sui descendentes aliquid facere, vel aliquod ius acquirere contra iurisdictionem terrę Casalis, sed eam, & omnem honorem suum defendere teneatur, vt ex publicis instru-
13 mentis apparet: qui † quidem contractus initus inter communitatem, & Principem habet vim legis, & pro lege obseruari debet, vt inquit Bar. in l. Cęsar ff. de publica. & ex cõtractu ita Princeps ligatur, sicuti quilibet alius priuatus c. 1. de natu. feu. l. digna vox & ibi Bar. Bal. & cæteri C. de ll. & Bal. in l. ex imperfecto C. de testa. & non solum ligatur ipse sed etiam successores, quando contractus tendit ad vtilitatem imperij, quod hic contingit: quia ex illo contractu acquirebatur capitaneus, quem antea Marchiones nõ habuerant c. 1. & ibi scrib. de proba. & ponit Bart. in l. prohibere §. planè ff. quod vi aut clam. & Bal. in tit. de pac. tenẽ. in verbo successorum nostrorum, & in c. 1. de natu. feu. & in l. cũ multa C. de bon. quæ liberis. Roma. cons. 52. In causa Magnificorum Dominorum col. 2. versi. his tamen non obstãtibus cũ alijs pluribus concordan. quæ adduci possunt. Non
14 obstat, ꝙ † possessio tam antiqui temporis non est consideranda, quia respondetur, ꝙ possessio quanto magis est antiquior, eo iustior, quia iunior possessio pręsumitur vitiosa & clandestina c. licet causam de proba. Bar. in l. si duo col. 2. ff. vti posside. & in l. si de eo §. fi. ff. de acqu. poss. Cin. Bart. Bal. & relinqui in l. 1. C. vti posside. & præsertim quando est titulata vt ibi dicitur, & contingit in proposito, quia per priuilegium Federici primi Imperatoris data est potestas cõsulibus Casalis causas iudicandi, & cum finitimis compone-
15 di, & clarum est † Imperatorem id cõcedere potuisset, quia omnis iurisdictio est Imperatoris, vel ab eo procedit c. 1. §. iudices verò & §. ad hæc de pac. iura. firman. & ibi Bal. no.

Nõ obstat ꝙ illi essent Marchiones Montisferrati, quia propter hoc nõ sequitur ꝙ essent Domini Casalis: nam nõ
16 ostenditur, quod vnitum † istud oppidum fuerit Marchiæ, & in noua etiam acquisitione castrorum, & locorum non præsumitur vnio facta & accessio regno, nisi de ea doceat. l. prædijs

l.prædijs §.Titio ff.de lega.3.l.Seiæ §. Tyrannæ ff. de fun. instruc.Bar.in l.si conuenerit.§.Si nuda ff.de pign. actio. & in terminis Marchiæ tradit Bal.in c.1. §. præterea ducatus col.3.versi.sed quid si Marchionibus de prohi.feu. alie.per Fede. Non etiam potest fieri fundamentum parte Illustro
17 rum Marchionum,quod Casalenses † submiserunt se Illustrißimo olim Theodoro primo Marchioni è domo Paleologa, & in eũ omne imperiũ transtulerunt, & iuramentum fidelitatis præstiterunt,quia vltra id quod dicitur præfata oĩa per vim,metum,impreßionem gesta fuisse.Respõdetur.d.submißionem & præstationem iuramenti non valere,per id qupd Bald.scribit in l.nec ea volens C.de libera. cau.vbi inquit, ꝙ confeßio facta cõtra libertatẽ est ipso iure nulla,inferens quod si Rex Francorum facit aliquam ciuitatem confiteri suam esse & sibi fidelitatẽ iurare, quũ sua non sit,talis confeßio non valeret, quia redigũtur ad instar Tyranni,& idem videtur tenere Abb.in c.ea te vlt.not. de iureiu. & dicitur quod hæc est aurea decisio, & super ea fit magnũ capitale. Non ẽt poßunt Illustrißimi Principes se iuuare ex inuestitura Caroli quarti Imperatoris, qua nomi
18 natur inter cætera loca Burgus Casalis,quia† respõdetur ꝙ inuestitura non tenuit tãquàm de re aliena facta c.1. de inuesti.de re alie.fac.erat enim populus Casalensis liber nemini recognoscens.ad quod facit ꝙ inuestitura Principis semper intelligitur facta de iustis feudis c.1. in prin.& ibi Bald. no.per quos fi.inuesti.quem tex.ẽt ad hoc pro no. Bal.allegat in l.1.q.4.in fi.ff.de re diuis.& idẽ Bald.in c. in presentia 5.col.de prob. & inuestitura intelligitur facta saluo iure tertij.Spec.in ti.de feu.§.quoniã ver.27.circ.med.Pau. de Ca. consi.72.In causa appellationis lib.2. Præterea non fuerũt
19 Casalenses citati,&†priuilegium concessum à Principe lædẽs ius tertij non valet,nisi citatis his, quorum interest l. 2. in fi.ff.de nata.restitu.l.in concedendo ff.de aq. pluu. arcen. l.adoptio,& l.nã ita diuus & ibi Bar.& Bal.ff.de adop.l.fi.C. de aucto.præsta.c.inter quatuor,de maiori.& obedien. tradit Bar.in l.Gallus §.& quid si tantum & ibi Bald. & alij ff. de lib. & posthu.& in l.2.C.de tẽpo.appel.Spec.& Io.And. in ti.de rescrip.præsen.§.fi.versi.item quod ad rescripti, nõ
20 † enim solum in iudicialibus sed etiam in extraiudicialibus necessaria est citatio, vbi agitur de alterius præiudicio, vt per allegata iura Bal.scribit in c.1.§.sancimus col.2.ver.Sed hic incidenter quæritur, quo temp. mil. Præterea videtur inuestitura obtenta per obreptionem, quia in eo non fuit
21 mentio habita de iure Casalensium:nam† rescriptum gratiosum vitiatur, nisi in eo de iure aduersarij quamuis modico fiat mentio c.si proponẽte de rescrip. c. si motu proprio de præben.in 6.tradit Ant.de But.& alij in c. nostra de rescrip.& dicit egregie Abb.in c.constitutus 4.no.de religio. domi.quòd exprimenda sunt,quæ gratiam difficultarent,licèt nõ impedirẽt,pro quo bon. tex.in c. postulasti ibi de leui non scribimus & ibi Abb.de rescrip. & hoc procedit se
22 cundùm regu.quod Princeps†non præsumitur iuri alterius velle preiudicium fieri c.super eo de offi.delega.cum concord.ibi adductis in gl.c.ex tuarum de aucto.& vsu pallij c. quamuis de rescrip.in 6.l.2.§.merito & §.si quis a Principe ff.ne quid in lo.publ.l.nec auus C.de emanci.libero.Bal.in l. 1.col.1.ff.de cõsti.Prin.Oldr.cons.168.quæstio est in prin. Sed non modo Princeps præsumitᷣ voluisse iuri, quod quis habet in re preiudicatum,sed nẽ iuri quidẽ ad rem,vt Abb. scribit in c.in nostra tertio not.de rescrip.Do.post Io.And. ibi in c.si motu proprio col. 1.versi.quæro.quid si impetrãs non habet,de prebe.in 6. Insurgit etiam ex alio obreptio,
23 quia † non fuit facta mentio de cõsuetudine,super qua fundat se potißimum communitas:nam vt dicit Bal.in l. fi. C. si con. ius vel vtili. publi. vbi non fit mentio de statuto vel consuetudine censetur obreptio Principi facta : quia Princeps præsumitur ea ignorare quum sint facti c.1.de consti. in 6.& ita secundum eum tenent Doct. & subdit esse notã dum,quia per hoc multæ cõceßiones infringi poßunt,hoc etiam vult Bal.consi.233.factum super quo iuris lib. 3. dicens quod Papa concedens alicui vicariatum castri cũ omnimoda iurisdictione,non videtur concesisse iura, quæ habebat ciuitas ibi de antiqua consuetudine, nisi essent ad Papam deuoluta,puta per priuationem,quia ipse potest priuare vnum & dare alteri,quoniam est caput totius iurisdictionis l.1.§.cum vrbem ff. de offi. præfec. vrb. Item ex alio
24 †insurgit obreptio quia non fuit facta mentio de poßeßione seu quasi iurisdictionis Casalẽsium prout fieri debuit c. statuto de decimis in 6.c.cum nostris & ibi not.de concess. præben. & papa exercẽdo plenitudinem potestatis nullius poßeßioni præiudicat,nisi quatenus expresè deroget, ita inquit Bal.post Inno.in c.bone il 2.col.2.de postul.præl.dicit etiam eleganter Bal.consi.327. Pridie consului col. 2. li. 1.quod perpetuarij poßeßores non debent ab Imperatore remoueri,sed eorum poßeßio debet esse inconcussa,etiam si proprio motu Imperator contrarium statuat, quia fingitur circumuentus, ita ꝙ non potest probari contrarium l. prædia C.de loca.predio.ciui.l.pen.C.de diuer.pred.lib.11. in quibus iuribus hoc est expressum: non enim vult Imperator vetus suum priuilegium per inconstantiam Principis aboleri,vnde non valuit emptio castrorum Comitis Vgolini licet esset per bullam Imperatoris confirmata,vt legitur & no.in l.2.C.de fund.& salt.rei domi.lib.11.& facit tex.in l.oẽs ibi,ne solatio antiquitus concesso,C.de cupres. lib.11.

52 Alia quoque ratione non valet d.inuestitura,quia† in ea legitur ꝙ Imperator donabat prefato Marchioni omne & quodcũq; ius,& superioritatẽ sacri Romani imperij, quod facere non potest Imperator,quia hoc modo poßet de facili totum Romanum imperium exhaurire,& augere debet imperium nõ imminuere,sicut denominatio augusti ei indita significat,vt Bal.scribit in prælud.feudo.col.8.ver. expedita feudi diffinitione,& in tit.de pace Consta. in verbo successorum nostrorum Ang.in l.si certarum ff.de testa.mili.Abb.in c.cum nõ liceat col.fi.de præscrip.& tradit Alex. in l.filio quem pater in fi.ff.de lib. & posthu. vbi dicit se ita consuluisse,& ita consuluisse reperitur consi.24.Ponderatis his,quæ in themate in fi. lib. 5. & vltra eum idem vult Bal. in l.1.§. in initio col. 3. versi. nota tamen ꝙ Princeps ff. de offi.præfec.vrb.& consi.32.Pridie enim cõsului col.3.ver. illud etiam constat li.1.Pau.de Ca.consi.70.quia frustra disputaretur 2.dub.col.5.lib.1.& idem tradit Ang. in l.prohibere §.sed si permiserit versi.planè ff.quod vi aut clàm,vbi inquit quod rex potest donare terras regni non abdicando
26 à se omnem iurisdictionẽ. Similiter respondetur ad † cõfirmationes factas per eundem Carolum quod non tenẽt, ex quo factæ sunt de priuilegio nullo,& subreptitio vt Abb. notanter dicit in c.inter dilectos col.5.4.oppo.de fid. instr. glo.in c.fi.in verbo minui,& ibi Abb.de confirma. vti. vel inu.& ponit.Bar.in l. si constat ff. de appella. Et adiecta est etiam clausula iustificatiua,prout dignè poßumus,quo casu cum confirmatio sit facta in forma communi nihil iuris tribuit c.1.& 2.de confir.vti vel inuti.Spec.in ti.de leg. §.nũc ostendendum vers.11.Bar.in l.priuilegia C.de sacros.eccle. Præterea in posteriori confirmatione sunt illa verba videlicet,sicut in talium poßeßione legitimo tempore transacto
27 fuisti,& adhuc fore dignosceris,& sic constat quod † est de mente Imperatoris non tribuere aliquod ius per eius confirmationem nisi in poßeßis:nam vt bene in proposito inquit Oldr.consi.164.Viso priuilegio circa fi.de intentione confirmantiũ non est aliquid noui dare,sed confirmare tãquam prius habita & poßeßa c.inter dilectos §.porro de fi. instr.Sed illustrißimus quon.Marchio Io. Iaco. impetrans confirmationem nunquàm fuit in tali poßeßione,ergo nihil sibi datum vel confirmatum iuridicè dici potest, & ad prædicta facit illud generale, quod vbi Princeps dat vel cõcedit aliquid,iusta tantum intelliguntur cõcessa, vt Bal. scribit in l.1.in prin.ff.de consti.prin.quem sequitur Alex.cõsi. 125.Viso titulo quæstionis col.1. lib. 2.

Nõ potest etiam ipsis D.Marchionibus prodesse,ꝙ ipsi seu eorum†prædecessores aliquos actus exercuerunt iurisdictionales in ciues & incolas,quia respondetᷣ ex eo, ꝙ scribit Bal.in c.bonæ il.2.col.pe.versi.& scias de postula.prela. vbi

ubi loquens de iurisdictione inquit, quod si me possidente alius promiscue utitur, iste usus, qui interpretatur clandestinus, non interrumpit possessionem, nec præscriptionē meā per tex. singu. in l. si fundū ff. de fun. dota. & eo magis id dicendum, quia ad singulos actus, qui de facto fiebant accedebant protestationes de eorū nullitate per syndicos ciuitatis & protestatio conseruat protestantem in suo iure l. at si quis §. pleriq; ff. de reli. & sump. fune. Non valent ēt Illu
29 striss. Principes sumere funda. ex† snīa Caroli quarti, in qua fuit pronunciatū ipsos mittendos esse in possessionē ciuitatis Casalis, quia respondetur, quod d. snīa venit intelligenda ꝙ sint mittendi in possessionem eorum tm̄, quæ in d. ciuitate possidebat Illustrissimus quon. Ioa. Georgius ultimus Marchio Palæologus quia ita se habet petitio ipsorum Illustrissimorum Principum, & snīa refertur ad acta, ubi eget interpretatione c. si confirmatione de elec. in 6. gl. in l. hę. n. ff. de suspe. tut. Sed d. Marchio Io. Georg. nō possidebat merum & mixtum imperiū, sed ipsa ciuitas ut iam fuit demōstratum. Non etiam facit pro eisdem, ꝙ deputant vicariū, quia hoc contingit ex eo, quod ciuitas transtulit præturam in ipsos D. Marchiones, & ad prætorē spectat deputare vicariū, & sufficit ciuitati ꝙ ipse vicarius exerceat iurisdictionem ad commodum ciuitatis, ut ex applicatione pœnarū intelligi potest, & ex remissionibus causarum factis per Illustrissimos retro Marchiones, & declarationes eorūdem, & ex multis alijs superius deductis. Minus etiā facit, ꝙ Casale sit unitum Marchiæ, quia hoc expresse negatur, & da-
30 to citra præiudicium quod esset de Marchia, tamē† nō inconuenit ꝙ merum, & mixtum imperium ei competat ex priuilegio vel consuetudine, & nō ipsi D. Marchioni, sicut in simili locus exemptus dicitur esse de diocesi, tamen quo ad iurisdictionem exercendam per Episcopum ęquiparatur loco existenti extra diocesim, ut tradit Do. in c. cum episcopus 3. & 4. no. de offi. ordi. in 6. & in specie videtur hoc Bal. decidere consi. 201. casus est talis reuerendus pater li. 2. ubi consuluit, ꝙ Episcopus acquirere potuit merum & mixtum imperium, & potestatem creandi notarios consuetudine, seu præscriptione tēporis, cuius initij memoria non existit, si id fecerit sciente, & patiente & non contradicente Rege, & quod rex perdidit non solum possessionem, sed etiam proprietatem eiusdem iuris per plura, quæ ibi adducit, & ad prædicta bene confert, quod scribit Bart. in l. 1. §. deniq; ff. de aq. plu. arcen. ubi querit an in Marchia, vel ducatu ad præscribēdum merum vel mixtum imperium sufficiat scientia Ducis vel Marchionis, & licet ibi nō decidat, tamen communiter concluditur ꝙ sic, ut latē prosequitur Alex. consi. 16. In causa & lite col. 4. lib. 5. Ecce quod Doc. præsupponunt, quod ciuitates & castra existentia in Marchia vel ducatu præscribunt merum & mixtum imperiū, dummodo id faciant de scientia Ducis vel Marchionis, vel rectoris illius prouinciæ, hoc etiam vult Pet. de Anch. cōsi. 142. clarior & breuior conclusio in prin. ubi inquit ꝙ presides prouinciæ habent fundatam intentionem de iure communi super iurisdictionis exercitio in omnibus ciuitatibus castris & villis sitis in prouincia, nisi speciali priuilegio & consuetudine & præscriptione eximantur c. omnes basilicæ 16. q. 7. c. dudum de deci. c. cum personæ de priui. in 6. & quod not. Inno. in c. nimis quidam de iureiu. & per Bart. in
31 l. 1. ff. de damno infec. & subdit, ꝙ † licet de iure communi castra & villæ non habeant territorium distinctum, sed respondeat ciuitati, l. 3. C. de nat. libe. l. qui ex vico ff. ad municip. tamen hodie de consuetudine habere possunt per iura & auctoritates præallegatas, & concludit etiam ibi col. 3. ꝙ
32 omisso articulo, utrum† merum & mixtum imperium præscribi possit contra Papā vel Imperatorem, tn̄ contra parēs vel inferiores dominos, qui iurisdictionē pretendūt, potest præscribi præsertim intercedēte tp̄e immemoriali. Ex istis colligitur ꝙ licēt ciuitates & castra sita sint in prouincia, tn̄ aduersus eius rectores iurisdictio prescribitur; pari ratione licēt Casale esset in Marchia, tn̄ præscribere potuit aduersus marchiones iurisdionem istam, de qua contenditur.

Similiter non potest obesse communitati, ꝙ à sententijs vicarij appelletur ad Principem, quia respondetur salua debita reuerentia, ꝙ iura appellationū erant olim penes ciuitatem, licet nunc de facto occupētur per Illustrissimos Mar-
33 chiones, ulteriùs non inconuenit, quod merū † & mixtum imperium in primis causis sit penes ciuitatem, & apud Principem sint iura appellationū, ut colligitur ex dictis Bart. in l. pen. ff. de aq. plu. arcen. dum vult, ꝙ ciuitas, quæ habet primas causas, non potest aliquid statuere circa causas appellationis, quia hoc non est suæ iurisdictionis, & tāgeret ius superioris, quod etiā voluit Bar. in l. omnes populi 3. q. princ. versi. iuxta præmissa quæro ff. de iusti. & iu. Ecce ꝙ Bar. ibi præsupponit, ꝙ apud ciuitatem possit esse cognitio, & decisio primarū causarum, & ius appellationū maneat apud su-
34 periorem, & hoc† melius ēt probatur ex eo. quod Bar. scribit in l. fi. col. pen. ver. circa legem nostrā ff. uti possi. ubi inquit, ꝙ apud plures potest esse iurisdictio insolidum, l. inter tutores ff. de admi. tut. l. 1. ff. de offi. procon. Item apud plures potest esse iurisdictio, una alta & magna, alia bassa & parua, exēplum. Pręses prouincię in ducatu, & marchia habet iurisdictionem uniuersalem in tota prouincia, & ad eū appellatur à iudicibus inferioribus. Rectores ciuitatum in ciuitate sua habent iurisdictionem, & sic duo in eadem ciuitate habēt iurisdictionem, unus tn̄ minorem, alius maiorem, ita ibi Bar. qui decidit. q. in terminis. Non possunt ēt Do. Marchiones se fundare super iuramento fidelitatis, quia ciuitas non negat, quin velit esse fidelis d. D. Marchionibus prout hactenus semper fuit, immo hoc profiteť, sed ex hoc non infertur, ꝙ quo ad reliqua debeat esse subiecta. imo in
35 sua pristina remanet libertate, quia† potest quis se subijcere quo ad quædam, & quo ad quædam, minimè l. 2. ff. de iur. immu. l. non dubito ubi Bar. ff. de capti. & Bar. consi. 59. cōmune Spoleti Bal. in l. ēt col. fi. C. de iu. dot. & in l. executorem col. 7. versic. sed quæro de ciuitatibus confœderatis C. de execu. rei iudi. cū alijs adductis per Soci. cōs. 74. In præsenti cōsultatiōe col. 3. li. 1. & in l. si ex toto. in fi. ff. de leg. 1.

Ultimò inducitur non modo tacita confessio antiquorū Marchionum, qui passi sunt communitatem suo nomine exercere iurisdictionem, sed etiam expressa confessio Illustrissimi. q. D. Gulielmi iunioris: nam quum communitas donasset eius excellentiæ quasdam terrarum petias positas in nemore Logiæ, subditur ꝙ eas donabant saluis mero & mixto imperio ipsi communitati spectantibus, & pertinētibus, ut legit in instrumento publico exhibito, & sic ostenditur, ꝙ eius excellentia confessa fuit merum, & mixtū im-
36 perium ad cōmunitatem spectare, & pertinere, illa † enim verba spectantibus & pertinentibus, sunt verba participij præsentis temporis, quę resoluuntur in relatiuum, & verbū præsentis temporis, gl. in Clem. 1. in verbo, dignitatibus de præben. in 6. & non stant conditionaliter, sed dispositiuè, Bar. in l. 1. 7. q. prin. ff. de condi. & demon. & sic perinde est ac si dictum fuisset saluis mero & mixto imperio, quę spectant & pertinent communitati.

Non iuuat etiam partem Illustrissimorum Principum submissio facta per Casalenses Illustrissimo Theodoro Palæologo, quia non apparet, quod syndicus, qui d. submissionem fecit haberet mandatum à populo. Item d. submissio videtur esse contra statuta per quæ requiruntur certæ solennitates in alienatione rerum ad rempub. spectantium, quæ quidē solennitates in dicta submissione non interuenerūt.

Præmissis tamen non obstantibus contrariam sententiam de iure veriorem esse arbitror, ꝙ omnis iurisdictio sit apud Illustrissimos Do. Marchiones motus ex multiplicibus fundamentis. Primò adduco id, quod Inno. scribit in c. cum accessissent circa med. versi. & est notandum. de con-
37 sti. ubi inquit, ꝙ † rectores assumpti ab uniuersitatibus habent iurisdictionem, & non ipsæ uniuersitates, & sequitur Bal. in c. 1. col. 2. versi. extra quæro. si inter domi. & vasallis ori. dicens post Inno. ubi supra, ꝙ nulla iurisdictio est apud populum, quia illi debent eligere magistratum: magistratus autē non exercet officium, nisi à superiore confirmetur §. interim

interim Auth.de defenso.ciui.Idem vult Bal.in c.bonę il 2. col.pe.ver.sed nunquid in pręscribenda.de postul.pręla.vbi inquit, ꝙ in pręscribenda iurisdictione nõ est necessaria po
38 puli scientia,quia † populus non habet aliquam iurisdictionem, sed isti donatarij Imperatoris. Cum prædictis tenet Alex.in l.1.in fi.ff.de iurisd.om.iu.& conf.35.Viso processu col.1.li.4.vbi approbat decis.Inno.in d.c.cum accessissent, & subdit quod apud populum est iurisdictio materialiter et passiuè,non autem formaliter & actiuè,per plura ibi addu-
39 cta per eum.Demum quod†castra,villæ,ciuitates non habeant merum & mixtum imperium, nisi ex priuilegio vel præscriptione vult Bar. in extrauag.qui sint rebel.in verbo Lombardiæ & in l.1.ff.de dam.infec. & in l.omnes populi. 1.q.prin.ff.de iusti.& iur.& in l.relegati ff.de pœn.& Bal. in l.imperium col.1.post Rai.ff.de iurisd.om.iud. & tradit etiã ibi Bar. dum tractat quibus iudicibus cõpetat merum imperium,tunc meritò dixit Bal.cons.430.Circa primum versus fi.li. 4. ꝙ merum & mixtum imperium ciuitates ecclesiæ Romanę non habent sed rectores, qui per ecclesiã Romanam deputantur,adducit Spec.in ti.de iurisd.om. iud.§. 1.col.3.versi. Ergo potestates,& dicit idem Bal.consi.499. Proponitur quod ista castra. eo. li. quod potestates ciuitatũ & castrorum de iure communi non habent merum, & mixtum imperium,sed soli præsides prouinciarum, & non inferiores l.illicitas §.qui vniuersas ff.de offi.presi. §. audiant Aut.de defens.ciui.adducit etiam Spec.in loco pręallegato, & Rofre.in ti.qui possunt iud.ad fi. Reperio etiam, ꝙ Ant. de But.& Imo.sequuntur illud dictum Inno.in c.cũ oẽs de consti. ꝙ populus pręter quàm in spectãtibus ad rerum suarum administrationem nõ potest statuere sine prætore seu capitaneo,quia statuere est iurisdictionis: & populus in prætorem seu capitaneum suam transmisit iurisdictionem:quę runt etiam ibi Ant.de But. & Imo.vtrum mortuo prætore seu capitaneo populus succedat in iurisdictione,de quo etiã ponit.Bal.in l.1.q.19.de offi. consu. quæ disputatio non est hic necessaria: nam vt inferius ostendetur populus Casalen
40 sis rectores habet perpetuos. Et pro†prędictis etiã benè facit,quod scribit And.de Iser. in c.1.in verbo monetę, quæ sint rega. circa prin. vbi inquit ꝙ populus liber transfert in regem suũ iurisdictionẽ,sicut populus Romanus in Imperatorẽ,& cui cõmittitur regnum,omnia, quæ ad regimẽ regni pertinent, committuntur l.1.§.cum vrbem ff.de offic. præfec.vrb.si transtulit non remansit apud transferentem, quasi abdicet à se l.2.§.cum placuisset ff.de orig.iur. nec potest reuocare,nisi Rex malè se gereret,tunc expelleret Regẽ tanquã Tyrannum,sicut Tarquiniũ Romani l.2.§.exactis ff.de orig.iu.Ex his igitur colligit quod iurisdictio non est apud vniuersitatem Casalis,sed olim apud capitaneos,& nunc apud D.Marchiones,quibus se submiserunt, & quos in perpetuum rectores elegerunt, vt de submissionibus cõ
41 stat instrumentis publicis,& ex†historijs,vt de hoc etiã inferius dicetur,quibus tali in re credendum venit iux. no. in l.1.ff.si cer.pet.& in proprijs terminis adduco Bal.cõs.142. Dominantibus Magnificis li.1.vbi cõsuluit,quod Illustrissimus Io.Marchio Montisferrati potuit cogere Casalenses ad faciendum compromissum, super cõtrouersia,quam habebant cũ Vercellẽsibus de confinibus: quia oĩs iurisdictio residebat apud ipsum D.Marchionẽ,& non penes vniuersitatem secundum no.per Inno.in d.c.cum accessissent.Et si dicat,ꝙ Casalenses acquisiuerunt sibi iurisdictionẽ præscriptione immemorialis tẽporis,ad hoc inferius respondebit.
42 Secundò moueor, quia † Imperator est dominus totius orbis l.de precario ff.ad l.Rhod.de iac.l.1.§.& cũ lege C.de vete.iu.enunc.l.2.§.nouissimè ff.de orig.iu.l.1.ff.de consti. prin.l.bene à Zenone C.de quadrien.præscri.c.in apibus 7. q.1.no.gl.in Cle.pastoralis in verbo districtũ de re iu.intelligendo hoc sanè quo ad iurisdictionem & protectionem non quo ad dominiũ rerũ particulariũ,vt per Bar.in proœ. ff.in prin.& in l.1.§.per hanc ff.de rei vend.Bal. in l. cũctos populos in prin.C.de sum.tri.& fi.Cath.& Ang.in d.l.bene
34 à Zenone.†omnis enim iurisdictio est Imperatoris, vel ab eo procedit c.1.§.iudices verò & §.ad hæc de pac.ten. vbi Bal.no.col.2.& dicit ẽt ibi col.4.ver.ex p̃missis ergo,ꝙ omnes iurisdictiones sunt apud Cęsarem, tãquam apud fontẽ, à quo sicut flumina ad mare fluunt & refluunt,& dicit Bar. in l.omnibus ff.ad Trebe.ꝙ omnes ciuitates de iure subiectę sunt imperio,exceptis ciuitatibus, quæ donatæ fuerunt ecclesię Romanę.Ideò Imperator quo ad iurisdictionem, fundatam habet intẽtionem in vnoquoque loco,vt no.Io. And.in c.fi.de offi.Archid.gl.& doct.in d.Cle.pastoralis in verbo districtum de re iu.& tradit Alex.cons.87.Accuratè pro viribus in fi.li.6.Sed ita est ꝙ Carolus Imperator transtulit omne ius competens Romano Imperio in oppidum Casalis in ipsos Illustrissimos Marchiones, quod quidem facere potuit,quum ex hoc non sequeretur magna diminutio imperij : non erat tunc Casale ciuitas, sed appellabatur Burgus,vt patet ex ipsius donationis instrumento, nec habebat tunc arcem munitissimam, prout postea consecutũ est,& nunc habet opera & sumptu D. Marchionũ & angustum ẽt nunc habet territoriũ per duo tñ aut tria miliaria : Vnde succedit id,quod Bart. scribit in l.prohibere §.planè ff.quod vi aut clàm,vbi†quęrit vtrũ Rex possit concedere 44
vel alienare bona regni.cõcludit ꝙ si Rex alienaret aliqua, quorũ donatio cederet in magnẽ diminutionẽ iurisdictionis regalis,non posset hoc facere etiam si iuramento firmaret c.intellecto de iureiu.sed si donaret aliqua, quæ non ita diminuerent iurisdictionem, tunc valeret talis donatio facta à Rege,& præiudicaret successori:vt est casus in c.Abbate sanè de re iu.in 6.& cum prædictis concordat Bal.in l. si certarũ ff.de testa.mili.dicẽs,ꝙ licèt Imperator non possit donare quotam imperij:põt tñ donare certas ciuitates, & istud est ẽt ꝙ voluit Bal.in d.c.bonæ el 2. col. 4. superius
†relatus,dum inquit,ꝙ iurisdictio non est apud vniuersitatem,sed apud istos donatarios Imperatoris, & dicit etiam ibi Bal.col.anteced.post Inno.ꝙ Papa cũ bona conscientia 45
†põt donare decimas,& castella ecclesiarũ,quod dicit notã dum pro castro Pisano donato à Papa sciente qualitatẽ rei: & dicit etiam Bal.in c.fi.de re iu.ꝙ res,quæ pertinent ad regnum,Rex potest donare,& obligat successorem, quod tamen intelligendum est secundum eum de rebus particularibus,non de his,quę reseruata sunt regię dignitati,Insuper 46
†ꝙ Rex possit donationes facere dignitatem regiam grauiter non lędentes tenet Oldr.consi.94.Eleganter circa negotium in fi.& idem amplectitur Alb.de Rosa.in proœ.ff. in §.discipuli col. 3. versi. & ex prædictis subijcio,vbi post multa concludit donationem factam à Rege Reginę,& secundogenitis valere, quia enormiter non lædebat regiam dignitatem.Similiter consuluit Io.de Ana.cõsi.81. viso instrumento,quòd quædam donatio facta per Ducem Mediolani de quadam terra Astensi valebat, licèt Dominus Dux esset vicarius Imperij per no.per Bar.in d.l.prohibere §. planè. Si ergo hoc potuit imperij vicarius, multò magis dicendum est id potuisse Imperatorem. 47



Tertiò moueor,quia si Imperator potuit donare,multo fortius potuit in feudũ concedere:licèt†enim feudum habeat plurimũ gratiæ ideò beneficiũ vocetur,tñ habet onus annexũ,& dicit cõtractus nominatus vltro citroq; obligatorius,vt patet in c.1.de for.fidel.iuncto c.1.qual.dom. feu. propri.priua.si igĩ põt donare, cur nõ ẽt in feudũ concedere?vbi maior est liberalitas, qa cui licèt qđ plus est, licèt ẽt ꝙ est minus l.nõ debet ff.de reg.iu.Et de hoc non eundo ꝑ mendicata suffragia sunt apertę decisiones:nã dicit Bal.in l. 48
1.circa prin.ff.de consti.prin. quod licèt†contractus Principis non liget successorẽ, qa successor non habet cãm ab eo: hoc tñ non procedit, vbi facit ea, quę sunt de natura, vel cõsuetudine sui officij, vt est infeudare §. hoc verò iubemus in Aut.vt nulli iud.§.illud in Aut.consti.quę de digni. & dicit Bal.in l.cum multa C.de bo.quæ libe.ꝙ Papa põt infeudare castra ecclesię,sicut põt Imperator c.1.de nat.feu. Io. And.in c.cũ venissent de iud.nisi essent valde pretiosa,vt ciuitas magna, quia tũc debet interuenire cõcensus Cardinalium,qui sunt capitulum vniuersale vt no.Archi.12.q.2.ca. cum 49

cum redemptor & c. Abbatibus & per id, quod habetur in l. humanũ C. de ll. Amplius dicitur, ꝙ Imperator potest terras non solum immediatè, sed ẽt mediatè subiectas in feudum cõcedere per id, quod no. Bal. in c. 1. in prin. qui fe. da. possunt, vbi inquit, ꝙ Papa põt feuda omnium ecclesiarũ infeudare, quia cũ omni prælato in potestate, & iurisdictione cõcurrit secundùm Io. Mona. in c. si eo. tpe de elec. in 6. idem dicendum in Principe Romano, in quo oẽs dignitatum thesauri reconditi sunt secundùm eundem Bal. in c. 1. quis dicatur Dux, Co. vel March. & sequuntur vbiq; Moder. tam legẽdo ꝙ quã consulendo. Accedat prædictis Bal. in
50 l. humanum col. 2. ver. & adde C. de ll. dicens † ꝙ ciuitas põt dari in feudum, & ita ẽt prouincia, ducatus & comitatus, ita ꝙ de hoc hodie non est disputandum per tex. in c. 1. de feu. March. & ita ẽt tenet in prædictis Alex. vbi allegat alias auctoritates consi. eius 1. col. 5. ver. premissis tñ li. 5. confirmãtur superiora ex eo, ꝙ scribit Bal. in Aut. quas actiones col.
51 pen. q. 3. C. de sacrosf. eccle. vbi vult, ꝙ suprema † iurisdictio Imperatoris non possit præscribi, alioquin Imperium posset desinere propter præscriptionem subditorum, sed vtilis iurisdictio non eneruans directam, & quæ ei subalternatur potest prescribi, quo ad omnia commoda præscriptionis l. viros C. de diuer. offi. li. 12. Si igit̃ vtilis iurisdictio, quę subalternatur directè potest prescribi, ergo etiam potest ex priuilegio haberi, cum ista duo equiparentur glo. in c. nouit in verbo consuetudinem de iudi. & tex. melior de iure secundùm Ioan. Andr. ibi, in c. cum contingat, de foro compe.

Quartò, posito & non concesso, ꝙ Casalẽses acquisiuis-
52 sent merum & mixtũ imperium † per præscriptionem tpis immemorialis, & eodem modo libertatẽ acquisiuissent ex cursu tpis: tñ potuit Imperator eos in feudũ concedere, vt Alex. scribit cons. 16. In cã & lite col. pe. ver. & potuit li. 5. vbi vult, ꝙ iurisdictionẽ præscriptione tãti tpis, cuius in cõtrarium memoria nõ extitit, vel priuilegio, & concessione imperiali acquisitã, põt Cęsar auferre, & alteri concedere, adducit ad hoc Bar. in l. hostes 1. q. ff. de capt. nã ibi vult Bar. ꝙ si quis habeat libertatẽ ab Imperio Romano ex priuilegio, quodãmodo precario ille talis tenet ab eo, vt posset priuilegium illud reuocare qñ vellet, quũ liceat mutare suã volũtatẽ l. si quis in prin. testa. ff. de leg. 3. & hoc Bar. dictũ sequtur Bal. in c. sicut l'ultimo col. 1. ver. aduerte tñ. d' iureiu. vbi inquit ꝙ per patientiã Imparatoris, vel priuilegiũ speciale alicui indultum, non tollitur, quin possint successores reuocare, & subdit etiam ibi ꝙ facultas reuocandi non põt prescribi, quia suprema potestas Imperatoris est absoluta in terris sicut Dei in cœlis. Idẽ tradit Bal. in addi. Spec. in ti. de iurisd. om. iu. circa prin. vbi inquit, ꝙ potestates terrarũ non habẽt imperiũ de iure communi, & preses prouinciæ habet tñ de consuetudine & vsurpatione, quidam habent ẽt per priuilegiũ, hanc tñ prescriptionẽ põt Princeps reuocare qñcunq;
53 vult, quia † contra absolutã Principis potestatem non potest præscribi, & oĩs consuetudo põt ab eo cassari c. 1. de consti. in 6. l. 4. §. diuus ff. de sepul. viola. Auth. nauigia C. de fur. cũ simil. Ad prædicta ẽt benè facit quod Bal. scribit cons. 430. Circa primum pũctũ in fi. li. 4. vbi vult, ꝙ licèt ciuitates ecclesię Romanæ possint per consuetudinem quærere merũ imperium, tñ põt Papa ibi mittere rectores, quia nũquam cõsuetudo est fortior, quàm ius Papæ in terris suis, quũ ipse possit quamlibet cõsuetudinem cassare, & annullare pro libito voluntatis l. 2. C. quæ sit lon. consu. & d. l. 4. §. diuus, & d. Auth. nauigia. & d. Auth. omnes peregrini C. commu. de succe. cum simil. Absoluta enim potestas Principis per consuetudinem inferioris non potest refrenari, quia inferior in superiorem nihil potest l. nam magistratus ff. de arbi. & subdit ibi Bal. per præallegata iura, ꝙ eatenus huiusmodi consuetudines tolerantur à iure, quatenus tolerantũ à superiore.

Quintò ad idem adducitur id, quod Bal. scribit in l. qui se
54 patris col. 7. ver. hoc scias C. vn. libe. quòd † potest supremus Princeps iurisdictionem aliorum supprimere, & non solũ singularium personarum, sed etiam ciuitatum, & dicit etiã Bal. in l. 1. ver. itẽ nota qđ sicut Princeps ff. de consti. prin. ꝙ Princeps iurisdictionẽ commissam potest liberè reuocare Per tex. in l. iudicium soluitur ff. de iud. & idẽ dicit Bal. in l. rescripta 4. q. C. de preci. Impe. offer. assignans rationẽ, quia omnia officia magistratuũ sunt de iure ciuili, secũdùm gl. Insti. de oblig. in verbo necessitate, ideò pro libito auferre potest. Prędicta etiam tenẽt Are. & Fel. in c. nouit de iud. dicẽtes, ꝙ quicquid sit in alijs priuilegijs, tñ vbi concessa est iurisdictio, potest quãdocunq; reuocari, quod tñ venit intelligẽdum, nisi esset iurisdictio cõcessa cum directo, vel vtili dominio, vt in feudo habẽte iurisdictionem, vel nisi Princeps propter cõcessionem fuisset consequutus emolumentum secũdùm Bald. in d. l. qui se patris loco præallegato.

55 Sextò fortius procedũt prædicta, attento ꝙ † Casalenses in aliquo nõ recognoscebant de facto Romanum Imperium, prout ẽt nũc gloriãtur. Vnde potuit Imperator eos Illustrissimis Marchionibus subijcere per feudi datiõem, propter quã recognoscebatur Romanum Imperium, sicuti in simili videmus, ꝙ res ecclesię, quę sunt aliàs prohibitę alienari, vel infeudari: tamẽ si harum recuperatio sit difficilis possunt licitè infeudari, propter istam causam, vt recuperẽtur, vt est tex. clarus in c. 2. in fi. de feu. Similiter etiam videmus in summo Pontifice, qui potest regna inutilia, & ab alijs possessa, in feudum cõcedere, vt est regnum Hierusalẽ &c. vt Bar. scribit in l. id apud hostes ff. de leg. 1. & in l. liber homo la prima ff. de verbo. obliga. & habetur per Feli. in c. obedientiam col. 2. de præscrip.

Septimò, posito, sed nõ cõcesso, ꝙ Imperator nõ potuisset infeudare d. Casalenses Marchioninibus Mõtisferrati:
56 tñ potuerũt ipsi Marchiones ex † tali titulo præscribere iurisdictionem cõtra Casalenses, vt in specie decidit Bal. in l. 2. 8. q. C. de seru. & aq. vbi querit quid si Papa infeudauit alicui castrum cuiusdam nobilis credẽs ipsum esse ecclesię, an valeat infeudatio. Respondet ꝙ non, tamẽ iustus error affert causam præscribendi, vnde licèt non valeat quantum ad proprietatem, tamen valet quãtum ad possessionem, & causam præscribendi secũdùm Inno. adducit ad hoc etiam tex. in l. generaliter C. de noxa. & in l. fi. C. de his, qui a non dom. manu. & in l. si qua loca C. de fun. & salt. li. 11. & ĩ arg. tex. in l. tutor ff. de tut. & cur. da. ab his, & vltra Bal. facit tex.
57 in l. fi. C. de fun. pat. li. 11. vbi apparet, ꝙ † priuilegiũ Principis etiam inualidum tribuit causam præscribẽdi saltem spacio 40. annorum, quem text. ita põderãs Ang. & expresius ibi Sal. in l. competit de prescri. 30. vel 40. anno. Alex. consi. 30. Ponderatis narratis in themate 5. du. lib. 5. Ad quod etiam facit quod scribit Bal. in proœ. ff. col. pe. vbi loquens de donatione facta per Cõstantinum Romanę ecclesiæ, inquit ꝙ posito ꝙ d. donatio nõ valuerit, tamen ecclesia Romana propter probabilem iurisdictionẽ potuisset præscri-
58 bere: quia error † iuris probabilis causat titulum putatiuum, qui sufficit ad præscriptionẽ & istud dictum Bald. sequitur Imo. in rub. ff. de verb. obliga. col. pen. & ibi Are. qui etiam ad hoc adducit text. quem ibi not. Ab. in c. cum dilectus de cõsue. & quod etiam ponit post cæteros Abb. in c. de quarta col. 2. de præscrip. & quòd error iuris dubij sit potens ad præscriptionem, tanquam ęquiparetur errori probabili facti tradit Socin. in rub. ff. de reb. dub. in fi.

Octauò adducitur instrumentũ de anno 1316. per quod apparet, quòd in Thodorum Marchionem Palæologum merum & mixtum imperium, & omnis iurisdictio trãslata fuit per syndicum quendã, de cuius mandato ex antiquitate temporis presumitur, & vigore d. transactionis pręcipit d. Theodorum Casalensibus intrinsecis, vt extrinsecos reciperent, & ita factum fuit & paritum precepto, & similis submisio facta legitur de anno 1343. & alia de anno 1357. vbi Princeps concesit precario nomine sub annua pensione vectigalia Casalẽsibus. Item concesit iurisdictionem in quibusdam paruis criminibus, & in causis ciuilibus
59 duntaxat; & clarum est, quòd † populus habens & exercẽs iurisdictionem per se vel suos magistratus potest se subijcere alteri eligẽdo ipsum in dominum, & omne imperium eũ transferendo, & licèt in cõtrarium adducit̃ Bal. in l. nec si volens

60 si volens.C.de libe.cau.vbi inquit per illum tex. ꝙ † si Rex Francorum facit aliquam ciuitatem confiteri suam esse, & sibi fidelitatem iurare, quum sua non sit, talis cōfessio, & iuramentum non valet idem in Papa & Imperatore, quia redigunt ad instar Tyranni, Vnde si ciuitas Perusina nō esset ecclesiæ Romanæ, omnia instrumenta in cōtrarium facta essent cassa & irrita totaliter; quia dico, ꝙ ista decisio Bal.super qua fit magnū fundamentū per aduersarios non cōcludit, quia intelligenda est, qñ confessio & fidelitas fierent in præiudicium alterius superioris, & ita loquitur Abb.in ca. à te.3.no.de iureiu.& istud est et quod voluit Bal.in l.2.col.9. versi. sed quid, si quis facit homines confiteri.C.de serui.&
61 aq.vbi vult post Inno.ꝙ confessio† hominum & iuramentum fidelitatis illis præiudicet, si tales homines confitentes poterant tradere possessionem, secus si non poterant, vt qa alius possidebat eos, secundùm Inno.in c.olim inter, de resti.spoli.pro quo Bal.ibi adducit tex.in l.si coloni.C.de agrico.& censi.li.11.idem vult Bald.in l.si quis ex consensu col. pen.C.de episco.audi.vbi allegat Archi.in c.conquestus. 9.
62 q.4.dicentem, ꝙ† in præiudicium se submittentium potest dari iurisdictio, sed non in præiudicium D.superioris, dicit etiam Bal.in l.1.in repe.col.5.vers.noto ista duo C.de emā. libe.ꝙ sunt multum validæ iurisdictiones, quæ procedunt à consensu obediētium spontè.l.si coloni, & l.litibus. C. de agric.& censi.li.11.Quid enim prohibet alicui ne se submittere possit in sui præiudicium? certe nihil.l.fi.C. de transac. idē et scribit Bal.in l.debitorum per illum tex.C.de pact.& in l.si quis a filio.§.fi.in vltimis verbis.ff.de lega.1.& latè et sequitur prædicta Are.in l.quod meo in prin.col.fi.ff. de acquiren.posse.vbi respondet ad quædam Bar.dicta, quæ videbantur obstare, & secundùm prædicta loquitur etiam Anto.de But.in c.fi.char.antepen.versi. ex his dicit de cau. posse.& propri.vbi post Inno.in c.dilectus de capel. mona.
63 vult quòd, si† subiecti confiteantur, quòd sint iurisdictionis alicuius, vel in manibus eius abiurent, & renuncient iurisdictioni superioris Domini, per hoc tamen non acquirit ille quasi possessionem iurisdictionis in eos, tum quia hic non interuenit aliquis iurisdictionis actus, per quem iurisdictio quæratur; tum quia subiecti Domino præiudicare nō possunt eo ignorante. Ecce quòd Anto. de Butri.ibi loquitur quando alius erat in possessione, vt cōfessionem subiectionis & iuramendum fidelitatis, quam homines facerent, vt ei non præiudicetur, & sic sentit, quòd in sui præiudicium hoc homines facere possint. Reperio etiam, quòd in prædictis terminis loquitur Spec.in titu.de iurisd.omn.iud.col. antep.versi.illud etiam nota, pro quo benè facit tex.in l. ex hoc iure ibi regna condita.ff.de iusti.& iu.& ibi Bal.in 3. q. dicit quòd prouinciæ, quę non subsunt Romano Imperio, qualis est Hispania, possunt sibi Regem eligere, & hoc clarum est exēplo populi Romani, qui cum esset sui iuris, omnem suā potestatem transtulit in Principem. §.sed & quod Principi Insti.de iu.nat.gen.& ciu.l.1.ff.de constit.Prin. l.2. §.nouissimè.ff.de orig. iu. Si igitur populus Casalensis erat tunc liber, vt ex aduerso præsupponitur, potuit se subijcere, & quamuis adesset statutum prohibens submissionem, vt dicunt aduersantes, tamen populus eam facere potuisset: qa nemo potest sibi legem imponere, à qua non liceat discedere.l.si quis in prin.testamenti.ff.de leg.3. debet tamen tunc clare magis de populi voluntate constare d.l.si quis in prin. testam.& l.humanum.C.de ll.& tradit Corn.consil. 127. Primo aspectu in hac consultatione col.3.lib.2.In casu autem nostro constat de enixa populi voluntate propter tot multiplicatas submissiones, & in eis perseuerantiam iuxt. l. balista.ff.ad Trebe.& l.cum de in rem verso.C.de vsu.cum simil.

Nonò moueor ex iuramento fidelitatis præstito per Ca
64 salēses D.Marchionibus ab eo tempore, quo se illis submiserunt, quod est immemoriale: nā triplex † est iuramētum fidelitatis, vnum quod præstatur ratione feudi, alterū quod præstatur iure domesticitatis, & familiaritatis, tertiū quod præstatur ratione iurisdictionis, quam dominus habet in territorio per habentes ibidem domiciliū seu bona, vt declarat And.de Iser.Bald.Iac.Alua.& cæteri in c.1.quali.vasal. præst.deb.dom.fideli.vbi est tex.expressus ponens hoc triplex iuramentum fidelitatis. Modò in proposito Casalenses non præstant iuramentum fidelitatis ratione feudi, nec etiam ratione domesticitatis, & familiaritatis: ergo necesse
65 † est dicere, ꝙ præstant ratione iurisdictionis, quam Domini Marchiones habent in eos, & in vniuerso territorio. Nō enim præstitissent prædictum iuramentum; nisi essent ipsi subditi & eorū bona: Vnde videmus ꝙ extranei, licèt sint in territorio, non tenentur pręstare iuramentum fidelitatis, quia licèt sint in loco, in quo dominus habet iurisdictionē, non tñ sunt sub iurisdictione, vt inquit And.de Iser. in d. c. 1.quali.vasal.præsta.deb.Do.fideli.in fi. pari ratione clerici non tenentur præstare Domi.temporali præfatum iuramētum fidelitatis, quia non sunt sub eius imperio c.petitio, & c.nimis de iureiu.& tradit And.de Iser.in loco preallegato, & ibi latius prosequitur Iac.Alua.& tradit hoc etiam Abb. in c.veniens.2. no. de accus. & vt veniatur ad auctoritates,
66 sentit† hoc Io.And.post Hostien.in ca.si diligenti in verbo posse probari de præscri.dicens, quod prescriptio subiectionis potest probari per instrumenta fidelitatis, & sequitur Abb.in c.cum nobis.2.oppo.eod.titu. & hoc argumentum (vt opinor) concludit.

Decimò facit quia Casalenses non eligūt prætorem seu Vicarium, qui iurisdictionem exerceat, & etiam eum non
67 deputant, sed vtrumq; facit Princeps, quanquàm † etiam si eligerent, electio non tribuit iurisdictionem electo, sed superioris confirmatio.§.interim in Auth.de defen. ciuita.& tradit glo.in l.priuatorum & ibi Doct.C.de iurisd.om. iud. Bal.in l.fin.C.eod.titu.latè Alex.in l.1.in fi.ff.de iurisd. om. iudi. nulla igitur iurisdictio penes eos residet, cum Vicarius deputatus à Principe veluti ordinarius iudex in omnibus causis tam ciuilibus, quàm criminalibus iurisdictionē exerceat, dicendum est enim, quòd habet iurisdictionem à Principe, à quo per patentes illius literas constituitur iu-
68 dex, non autem à populo, qui nihil illi confert, nam qui† mādatum suscipit videtur actum gerere nomine mandantis, etiam quòd simpliciter actum illum gerat.l.qui in aliena.§. si is, qui putat.ff.de acqui.hæred.& ibi Barto.hoc notat, qui etiam ad hoc allegat text. in l. qui seruum. ff. de interroga. actio.& quod no.glo.in l.si pupillis.§.1.ff.de nego.gesto.ad idem tex.in l.pignori.§.fin.& ibi Ange.ff.de vsucap.& in l. is qui.§.inde quæritur & ibi Barto.ff.de manumis.& probatur in l.post dotem secundum.6.lectur.ff.solut. matr. tradit Bart.in l.Titium & Meuium.§.alteri col.2.ff. de admi. tut. Bal.in l.si patruus.2.oppo.C.commu.vtri.iud.Alexan.consi.25. Viso instrumento præsentis contractus versicu. fina. lib.2.Felin.in capi.cum M.primo nota. de constitu. & quia vt fuit relatum, suscipiunt consiliarij à paucis annis citra Vicarium citra præiudicium iurium competentium communitati, dico quòd hæc protestatio ostendit, quòd Vicarius exercet nomine Principis quia si exerceret nomine communitatis non esset necessaria protestatio, & huiusmodi
69 † protestatio nihil iuris eis tribuit, sed tantum, si quod habent, conseruat, iux.tex.in l.& si quis.§.plerique.ff. de relig. & sump.fun.& in l.sicut.§.1.ff.quib.mo.pign.vel. hypo. solui.& maximè in isto casu, quoniam hoc, de quo agitur non pendet à voluntate protestantis, sed pendet a iure communi, vel speciali, vnde non valet protestatio, vt no. Bart. post gl.in l.alimenta.C.de nego.gest.& in l. Nesennius in princ. ff.eo.ti.Animaduertēdum est quòd requiritur quòd in singulis actib.protestatio fuerit repetita, aliàs videtur à protestatione recessum, per ea, quæ scribit Archid.in ca.diaconi. 33.distinctio.Imo.in l.non solum.§.morte.ff.de oper. nou. nunc.quos refert & sequitur Alex.cons. 181.In causa & lite vertente col.2. lib. 6. Et super hac deputatione officialis ordinarij fit pro parte Principis firmissimum fundamentū in quo considerandum est, quod cum per longissima tempora, & vltra Casalenses acquieuerint d.deputationi officialis, posito citra preiudiciū, quòd habuissent iurisdictionem, tamen

tamen præscriptione fuit acquisita D. Marchionibus, & eis
70 ablata, quæ † sane præscriptio non inducitur ex solo cursu temporis, sed etiam ex tacito consensu illius, contra quem præscribitur iuncta etiam iuris auctoritate, vt Abb. declarat in c. Abbate S. Syluani col. 2. de verbo. signifi. vbi etiam subdit not. quòd istud procedit etiam si is, cui præiudicatur, acquieuisset pro bono pacis, per tex. ibi, quem ad hoc reputat singularem.

Vndecimò ad idem adducitur, quia non solum vicarius
71 deputatus a Principe, sed etiam† regulator criminalium ab eodem constitutus generaliter super omnibus maleficijs marchiæ, & alij etiam speciales delegati eiusdem Principis processerunt cōtra ciues & incolas tam pro priuatis quàm publicis delictis & malefactores capi fecerunt, & condemnarunt, & bona publicarunt, & executioni eorum sententias demandarunt, vt patet ex multis processibus super hoc confectis, vnde ex hoc ostēditur, quòd merum imperium est apud Principem, quia præfata omnia pertinent ad merum imperium, vt habetur per glo. Bar. & omnes in l. imperium ff. de iurisd. om. iud. ad quod bene seruiunt verba Bal. in l. data opera colu. 9. versi. super scitu cadit testimonium
72 C. qui accu. non poss. vbi vult † quòd iurisdictio probatur per testem super iurisdictione, si testis deponat, quòd vidit ibi commune Perusij erigere furcas, malefactores capere, homines illius loci citatos comparere, & mandatis obedire tam in faciendo, quàm in non faciendo, & subdit postmodum ibi Bal. quod vbi agitur de iurisdictione probanda in genere, sufficit testimonium diuersorum in specie, vt quia vnus vidit exoculare, alter suspendere, per nota. per Inno. in c. qualiter & quando de accus. Item secundùm eum probatur iurisdictio, si testis deponat, quòd vidit talem gerere se pro Dño lōgo tpe. l. Titia. ff. de solu. l. post mortem ff. de adop. l. 4. C. ad Maced. & per alia iura ibi per eum adducta.

Duodecimò allegatur pro eadem parte, quòd à sententia Vicarij, qui est iudex ordinarius ciuitatis, appellatur ad
73 Principem, vnde dicendum est & necessario, quod† iurisdictio est Principis, quia appellari conuenit ad proximum immediatè superiorem, à quo dependet iurisdictio primi iudicis, & non ad alium, nam si iurisdictio esset communitatis appellaretur ad ipsam communitatem, seu ad illum, quem ipsa communitas in causis appellationum deputasset: sed cū appelletur ad Principem hoc ostēdit iurisdictionem ad eū pertinere c. Romana. §. debet de appella. in 6. ponit Inno. in c. solitæ de maio. & obed. Barto. in l. 1. §. si quis vlti. q. & ibi Imo. ff. de appella. & Bart. in l. si quando. C. eod. tit. vbi vult, quòd si rex habēs comitatum & ducatum iudicet vt Dux, vel Comes, appellabitur ad superiorem comitatus vel ducatus, non autem ad superiorem Regis: & dicit etiam Bal. in Auth. si quis litigantium vlt. nota. C. de episco. aud. quod si Laicus deleget causam Episcopo, appellabitur a sententia Episcopi ad Laicum delegantem, nō autem ad Papam pro quo est gl. in c. sæpè in verbo sacrificijs. 28. q. 8. meritò au-
74 tem & iure appellatur ad Principem, quia, vbi non† est prouisum de speciali iudice appellationis, appellatur à sententijs potestatis ad eum, qui potestatem deputauit, vt Abb. inquit in rub. de appel. q. 5. quod etiā tenet Roma. consi. 501. Vt declarationem accipiat circa fi. dicens quòd eo casu nō appellatur ad Decuriones, qui nullam habent iurisdictionē, sed ad proximum superiorem, per tex. in c. si is, cui & in ca. si a subdelegato de offi. delega. in 6. & hoc idem est de mente Bal. in l. 1. 19. q. ff. de offi. consu. Confirmantur præmissa, quia causa appellationis est causa mixti imperij, vt ostendit Bar. in l. 1. §. solent ff. quan. appella. sit, sequitur Bald. in l. eos in prin. col. 1. C. eo. tit. Ang. Are. in rub. ff. eo. tit. in fi. cum ergo à sententia iudicis ordinarij appelletur ad Principem, non ad Decuriones Casalis, hoc ostendit apud eos non esse mixtum imperium, sed apud Principem ad quem appellat̄.

Decimotertiò accedat, quia Illustrissimi Domini Mar-
75 chiones † fecerunt sæpe gratiam criminum his, quæ fuerāt per Vicarium prætoris condemnati ad pœnam corporalē, & indulgere crimina supplicantibus est solius Principis habentis iurisdictionem in condēnatos. l. rescripta. C. de preci. Imper. offe. l. relegati in fi. ff. de pœn. l. fi. C. de sent. pas. l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæstio.

Decimoquartò in causis vertentibus coram Vicario vbi
76 † instantia est perempta, Principes ad supplicationem ciuiū eam instaurāt, & quodāmodo supplent spiritum vitæ actioni peremptę, quod alij inferiores a Principe facere nō possunt, vt vult, gl. in l. vocibus. §. sed quod simpliciter, quā ibi no. Bal. ff. ex qui. cau. maio. & pulchre declarat Ang. in l. tēpora. 1. col. ver. in tex. ibi quia si ita contingeret C. de tempo. appel. & tradit Paris de Pu. in tract. syndicatus fol. 101. ver. receputū, Matthæ. de Afflic. in c. 1. in 39. speciali, quod tribuit Principi, quæ sint regal. Ex quo ostenditur Principē iurisdictionem habere in primis causis, si quidem litem iā mortuam ibidem exsuscitat.

Decimoquintò Princeps vbi allegatur Vicarius suspectus tribuit sibi adiunctum, qui cum eo cognoscit tam ante, quàm post litem contestatam iux. Auth. si verò contigerit. C. de iudi. Ex quo colligitur iurisdictionem vicarij subalternari iurisdictioni Principis.

Decimosextò deducitur, quia Domini Marchiones fecerunt plura edicta, & proclamata pœnalia concernentia ipsos ciues Casalenses pro bono regimine loci, vnde ex his apparet eos habere merum imperium in Casalenses, quia
77 † mittere talia edicta & proclamata pertinet ad merum imperium, quod expeditur officio iudicis nobili ob publicam vtilitatem, vt per Bar. & omnes in l. imperium ff. de iurisdictio. om. iu. ad quod facit, quod Inno. scribit in c. dilectus in verbo possessorium de capell. mona. vbi vult, q̄ per edicta publica, & pœnalia acquirat̄ quasi possessio iurisdictionis, ēt si nemo pœnā incurrat, & Inno. sequitur Bal. in l. 2. col. 9. ver. reddo vt primum C. de ser. & aq. Roma. cons. 70. Visis Themate & questione suprapositis vlt. dub. & facit ad prædicta quod Bar. scribit in l. hostes 1. q. ff. de capt. q̄ illi, q̄ vtūtur legibus Romanis sunt de populo Romano, & subijciūtur Imperio Romano.

Decimoseptimò apparet ēt de iurisdictione D. Marchionum ex eo, quod quū imponerent aliquod subsidium populis totius Marchionatus, imposuerunt ēt Casalensibus pro eorum portione, vt patet ex libris publicis Magistrorum redituū Marchionalium, & ita ipsi Casalenses soluerunt, colle-
78 ctæ † autem nō imponuntur nisi ratione iurisdictionis, ideò forensibus & clericis imponi non possunt, vt Bar. scribit in l. rescripto. §. fi. ff. de mune. & hono. & in l. vnica col. 3. versi. sed quero. C. de mul. & in quo lo. lib. 10. & in l. libertus. §. sola. ff. ad municip. & in l. placet in prin. C. de sacrosa. eccle. & tradit latè Alex. consi. 68. viso & dudum discusso in prin. li. 2. & in terminis, quod solutio collectarum ostendit aliquē esse subditum probatur in §. si quis igitur & ibi glo. not. in Auth. quib. mo. natu. effi. sui & tradit Bal. in l. 3. per illū text. C. de natu. liber. & latius in l. data opera col. 9. versi. super scitu cadit testimonium C. qui accu. non pos. vbi vult quod testis reddat bonam rationem super iurisdictione, si dicit, q̄ vidit homines soluere collectas. Corroborant̄ præmissa ex eo, quod scribit Abb. in c. fi. 4. no. de cau. poss. & propr. vbi
79 vult, q̄ † licèt soluens censum prælato nulla cā expressa non videat̄ fateri se subiectū, quū pręstatio cēsus possit fieri ex pluribus causis, tñ vbi soluit censum eodem tpe cum alijs, qui soluunt censum rōne subiectionis, tunc intelligit̄ eadē de cā subiectionis soluere, quid ergo dicendū qñ Casalēses soluerūt collectas impositas. ęqualiter subditis simul cū eis? nonne fatent̄ se esse subditos, quū solutio collectarū non possit alia de cā fieri neque imponi, nisi ratiōe subiectionis.
80 Decimooctauò Casalenses † soluerūt per longissima tpa annuū censum Principibus, qui vulgo ordinaria cōpositio nuncupat̄, & nunc ēt soluunt, & census solutio ostēdit subiectionē, vt Bal. scribit in l. solent. §. nō verò, 8. q. in fi. ff. de off. procon. & leg. dicens q̄ si vna ecclesia præstat annuū censum per longissima tpa alteri ecclesiæ, præsumitur illi esse subiecta & fidelis, & idē est ēt de mente Bal. in l. 3. C. de na. lib. & præsertim id dicendū, attento, quod dic. cēsus prestat

Marchionibus

Marchionibus habentibus iurisdictionem, & cõcurrente etiam, quod alij populi, qui sunt de Marchia, soluunt d. ordinariam compositionem ratione subiectionis, cõcurrentibus etiam alijs plurimis signis subiectionis de quibus antea dictum est, & inferius dicetur, pro casu sine dubio soluens censum præsumitur subiectus, vt Abb. scribit in c. fi. 2. & 4. nota. de cau. posse. & propri.

Decimononò Casalenses impetrarunt à Marchionibus cõfirmationẽ statutorũ & priuilegiorũ suorũ, ex quo etiam
81 ostẽdit superioritas ipsorũ Marchionũ: nã† confirmatio est actus superioris, vt declarat Feder. de Senis consi. 171. vocãte quodã prioratu col. pe. Bal. in l. fi. ver. vlteriùs no. C. de ll. & idẽ vbi a pari fit cõfirmatio, tunc accipitur cõfirmatio impropriè pro approbatiõe, & ratificatiõe, vt decidit Ab. post Hostiẽ. in c. 1. 2. no. de loca. & in c. 1. in fi. de treg. & pac. Cõfirmatio. n. licèt nõ extendat actũ, tñ plurimũ adijcit robo-
82 ris, vnde† si Princeps derogaret statutis simpliciter, nõ intelligitur derogatũ statutis cõfirmatis gl. in Cle. dudũ in verbo pacta de sepul. & tradit Alex. cõsi. 125. viso titulo quæstionis col. 2. ver. Accedat qđ voluit li. 2. & cons. 30. Põderatis narratis in themate circa prin. li. 5. vbi ad hoc ẽt allegat. Io. And. post Io. Mona. in c. 1. de fil. presby. in 6.

Vigesimò Illustrissimi quon. D. Marchiones possederũt duas arces in oppido Casalis quarũ vnã pulcherrimã, & munitissimã, nũc ẽt possidẽt Illustriss. Marchiones Moderni, alterã Galli deposuerũt proximo bello, & solo æquarũt, vñ intelligẽdũ est, ꝙ ipsius oppidi Casalis habebãt iurisdictio-
83 nẽ, quũ ita cõtingit regulariter, ꝙ †nemo possidet arces munitionis cã fabricatas, nisi qui in ipso loco habet iurisdictionẽ; & argumẽtũ a cõmuniter accidẽtibus valet gl. in l. neq; natales. C. de proba. ad quod confert, quod scribit Soci. cõsi. 74. In præsenti consultatione ver. tertiò probaẽ. 1. lib. vbi vult, ꝙ vbi Domini alicuius loci submittũt alteri fortalitia, & arces, videntur in eũ transferre iurisdictionẽ per not. in l. 1. per Guliel. de Cum. & Bal. de offi. pręfec. au. quod dicitur esse in quasi possessione totius prouincię q̃ est in quasi possessione iurisdictionis ciuitatis, quæ totius prouinciæ obtinet principatũ, & quia cætera mẽbra capiti tanquàm principali, & digniori videntur subalternari, & accessoria esse. l. cum in diuersis. ff. de relig. & sum. fun.

Vigesimoprimò accedat: nã vsq; de anno 1485. Illustrissimus quõ. Bonifacius Marchio: dũ iungeret matrimonio Blancã neptẽ ex fratre Illustrissimo Carolo Duci Sabaudiæ cõstitutis pro dote octoginta milibus aureorũ obligauit pro solutione præfatæ dotis Casale tãquàm sui Dominij & iurisdictionis: ex quo præsumptiuè colligitur iurisdictio, quam Illustrissimi Marchiones habebant in ciuitate, non enim d. Bonifacius obligasset, neque d. Carolus suscepisset obligationem, nisi Casale esset de dominio, & iurisdictione ex antiquo Illustrissimorum Marchionum Mõtisferrati pro tpe existentiũ, pro quo benè facit quod in simili consuluit Soci. consi. 187. In controuersia, quæ vertiẽ col.
84 2. li. 2. nã† quũ in casu suo quidã Dñs cuiusdam oppidi vendidisset alteri d. oppidũ, cũ mero & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione dicit Soci. ꝙ ex illa venditione vẽditor habebat tunc dominiũ, & iurisdictionẽ d. oppidi, & ita iudicandum est concurrentibus alijs indicijs & signis: nam licèt per tale instrumentũ emptionis non probeẽ dominiũ iurisdictionis, vt habeẽ in l. proprietatis & in l. cũ res. C. de proba. tñ per instrumẽtũ cum alijs adminiculis bene pro-
85 baẽ, vt multùm no. voluit Ang. in l. officiũ. ff. de rei vend. & probaẽ in simili, nã licèt per solum instrumentum locationis non probeẽ dominium c. inter dilectos de fid. instru. & habeẽ per Spec. in ti. de loca. §. nunc aliqua ver. 52. & 54. & per Bar. in l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. tamen quando alia concurrunt etiam per instrumentum locationis probatur dominium, secundum quod singulariter voluit Bar. in l. ad probationem. C. loca. & probatur ex not. per Barto. in l. non ab re. C. vn. vi.

Vigesimosecundò Carolus quartus Imperator de anno domini. 1369. Confirmauit inuestituram factam per eundem de anno. 1359. Ioan. Iacobo Marchioni Montisferrati de pluribus terris, inter quas nominatur Casale, & inter cętera dicit, quod vult omnia illa loca Marchioni esse subiecta, & declarat gratias & iura concessa dedisse dignitati & Principatui Marchionatus, ex quo colligitur, ꝙ
86 † vniuit Marchionatui Casale, quod facere potuit quia Princeps potest diuidere & vnire ciuitates & prouincias, vt vult. §. illud tamen cum seq. in Auth. vt iudi. sine quoq. suffr. & l. 1. & ibi gl. & Bar. C. de metropo. Bery. lib. 11. l. si eadem. ff. de offic. asse. cap. sicut vnire de exces. præla. & ponit glo. & cæteri in cap. quod transactionem de offic. lega. ergo concessa videtur iurisdictio in d. terram Casalis, cum eam vniuerit Marchionatui, in quo Marchiones habent iurisdictionem in homines in d. Marchionatu degentes, vt est aperta decis. Ange. in. §. 1. in Authen. de æqual. dot. vbi not. ex illo tex. quòd omne priuilegium datum principali porrigitur ad eius augumentum, & pro hoc inferat ibi ad
87 propositum nostrum, quòd sit † Imperator concesit mihi castrum cum territorio, & cum mero & mixto imperio. Si postea auget territorium & nihil dicit de Imperio, tamen ad Imperium extenditur. Idem voluit Ange. in. l. item si fundi. §. huic vicinus. ff. de vsufruct. dicens per illum tex. quòd cõiunctorum eadem est natura, & separatorum diuersa, ideo cõcessa iurisdictione in castro & territorio, ampliato castro, & territorio, ampliatur eius iurisdictio propter vnionem, & si ampliatio per modũ vnionis facta non est, sed aliter tunc ad illud plus non extenditur iurisdictio, hoc etiam in terminis decidit Bald. in capit. 1. §. præterea ducatus colum. 3. versic. sed quid, si Marchionibus, de prohib. feu. alien. per Feder. vbi quærit, quid si Marchionibus noua castra concedantur, vtrum intelligantur esse de marchia, respondet quòd non, quia Marchia habet suos limi-
88 tes. l. in agris. ff. de acquir. rer. domi. hoc tamen † limitat si vniantur Marchiæ, qui tunc Marchia est. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dota. & illam decisi. Bald. sequitur Guid. Pap. q. 265. in Comitatu Valentinensi. vbi alijs iuribus, & medijs istud comprobat & facit quod scribit Barto. Post Guliel. de Cun. in. l. si conuenerit la secunda. §. si nuda. ff. de pigno. actio. quod si prouincia adijcitur regno, vel villa comitatui accessoriè, ita quòd sit vnum regnum cum primo, vel vnus comitatus, & tunc regulatur secundum regulas primi cui accedit, & ijsdem legibus & priuilegijs est gu-
89 bernanda, quibus regnum, quia † regnum est quid vniuersale recipiens augumentum, & diminutionem, & quod accedit vniuersali vnum fit cum eo, l. peculium in princip. ff. de lega. 2. & l. grege. ff. de lega. 1. allegat ad hoc etiam text. in ca. imperialem. §. præterea ducatus de prohib. feu. alien. per Fede. & glo. in cap. 1. ne sede vacan. & illa opinio Bar. communiter approbatur, vt patet ex concor. deductis per Alex. in l. 1. col. 5. ff. de leg. 1. & latè Franc. de Cur. prosequitur consi. 57. super eo, quod ab ordine col. 6. vers. quarto benè facit. Sed in proposito Casale fuit annexum Marchionatui, quod est nomen vniuersale, ergo subiectum est Marchionibus, & ijsdem legibus gubernatur; & aduertendum
90 est pro confirmatione prędictorum, ꝙ † Imperator dicit in eius priuilegio dedisse d. loca dignitati: vnde colligitur, ꝙ in dic. loca Marchiones debent habere iurisdictionẽ, quia dignitati Marchionatus inest iurisdictio, & vt dicit eleganter Bal. in l. 2. col. 9. vers. reddo ad primum. C. de serui. & aq. dignitati inest administratio, & administrationi inest iurisdictio, vnde sunt annexa, & quasi inseparabilia dignitas, administratio, & iurisdictio, & officium. l. fina. C. vbi & apud quos.

91 Vigesimotertiò apparet etiam † de subiectione Casalis ex his, quæ leguntur in Chronicis, quibus est fides danda de rebus gestis. l. 1. vbi Bal. no. ff. de offi. quæsto. gl. in. c. inter dilectos in verbo magis, de fid. instrum. & gl. in c. venerabilem in verbo trãstulit de elec. sed in Chronicis Beneuenuti de S. Georgio habeẽ de occupatione Casalis, quã olim cẽtũ & quĩquaginta antea annis Galeaz Dux Mediolani, & Philippus Maria eius successor fecerãt, & ex fœderibus inuicẽ initis

initis restitutum fuit Casale Illustriss. Marchionibus Montisferrati, à quorum ditione, & manibus fuerat ereptũ: non autem ibi legitur, ꝙ restitutũ fuerit Casale ciuibus in libertate existentibus, prout factum fuisset, si ita veritas se haberet. Sed quid antiqua repeto, quum nouissimè idẽ factũ esse videamus? nã quũ proximis annis bello, quod gerebatur inter Sereniss. Reges Galliæ & Hispaniæ, Galli ex insidijs occupassent ciuitatẽ Casalis, & aliquot per annos tenuissent, tandẽ ex fœderibus restituerunt Illustrissimis D. Marchionibus nunc dominãtibus Casale vnà cum iurisdictione, ita enim cantat publicum instrumentum restitutionis ex quo colligitur ex Gallo tunc habuisse iurisdictionem, & nũc residere in persona Do. Marchionum, & in eo instrumẽto restitutionis legitur, quod facit etiã valde ad propositum, ꝙ Gubernator Casalis Gallicus de mandato Christianissimi Regis liberat Casalenses præsentes ab homagio & iuramẽto fidelitatis, quod præstiterant eidẽ Regi, & iubet, vt deinceps seruiant & obediant Illustri. Marchionibus tanquàm eorum veris & naturalibus Dominis.

Vigesimoquartò apparet etiam de Casalensium subie-
92 ctione, ex insignijs, & armis † Principum depictis super vrbis portis, nam nemini licet arma Principis depingere, nisi gratia subiectionis & reuerentiæ, vt Bar. tradit in tracta. de insig. & arm. col. 1. & regulariter licet nemini rebus alienis signa imponere. l. 1. & 2. vt nem. lice.

93 Vigesimoquintò Casalenses fuerunt priuati † per sñiam Hẽrici Imperatoris omnibus iuribus & priuilegijs, quę habuerunt a sacro Romano Imperio ꝑꝑ eorum demerita & rebellionem, vt patet instrumento publico: & de dicta sñia mentionẽ facit præfatus Beneuẽtus in sua historia, & vbicunq; quis sententialiter priuatur hmõi iuribus incorporalibus, ipso iure & facto perdit possessio, & actus cõtra sñiam facti sunt nulli, vt tradit Bal. in l. 2. col. 3. versi. 3. per impedimentum. C. de serui. & aq. & ibidem ẽt col. 12. versi. sed hic quæritur post Inno. per eũ varijs in locis adductũ. Postremò non omitto, ꝙ Illustr. D. Marchiones qui nunc sunt, &
94 in præteritũ proximè fuerũt † exigunt censum à Iudeis pro habitatione in eorum terra Casalis prout apparet in libris magistrorum redituum, quę census exactio significat ipsos habere iurisdictionem in territorio Casalis prout superius in 18. fundamento.

Restat vt ad contraria respondeatur ex quorum responsione clarior reddetur, & illustrior causa Principum nostrorum, ita ꝙ pro eis veniet pronunciandum.

95 NON obstat igitur primò, dũ dicit, ꝙ Casale habet merũ & mixtũ imperiũ † ex priuilegio Federici primi Imperatoris, qui Casalẽses recepit sub sua protectione, & quod submittens se protectioni alterius, nõ trãsfert in eũ suã libertatẽ, nec iurisdictionẽ aliquã tribuit, neq; ius aliud, sed defensionẽ tñ acquirit, vt ab eo & de iure & de facto defendatur contra ipsum molestantes & turbãtes. l. 1. & ibi Bar. & Ang. C. de excu. mune. li. 10. cũ alijs allegatis, quia respondetur, ꝙ ista procedunt qñ aliquis non est subditus, nã recipiens non subditũ sub sua protectione, nõ acquirit in eum iurisdictionem, sed obligatur tñ ad defensionem: sed vbi recipitur subditus suę vel alterius iurisdictiõi sub protectione, tunc nõ eximitur à iurisdictione sua, vel alterius cui subest vt sunt tex. clari & aperti in c. ex parte tua & in c. recepimus de priuileg. & istud est quod voluit Bal. in l.
96 1. col. 2. C. si quacun. prædi. potesta. ꝙ † nomine protectionis plena iurisdictio cõtinetur, loquitur enim ibi Bal. in subdito, qui alterius protectioni subijcitur, prout loquitur ille tex. per quẽ mouetur. Sed Imperatori erant subditi Casalenses, qa Imperator est dñs totius orbis, & in vnoquoq; loco fundatam habet intentionẽ, vt est notorium, & deduxi superius in secundo fundamento pro hac parte adducto.

Non obstat modo ipsum priuilegiũ Federici, qui tribuit Casalensibus Consules, qui habeant potestatẽ iudicandi & cognoscendi in causis, & cũ finitimis cõcordandi: quia nõ apparet Casalenses vnquàm fuisse vsos d. priuilegio. i. ha-
97 buisse cõsules exercentes iurisdictionẽ; & † priuilegiũ amittitur non vtendo spacio 10. anno. vt est tex. in l. 1. ff. de nundi. per quem text. dicit ibi Bart. ꝙ si Princeps det priuilegiũ alicui ciuitati doctorandi, & ciuitas non vtatur, per decenniũ illud ꝑdit, & idẽ dicit Bar. in l. 1. circa fi. ff. de const. prin. & in l. licitatio. §. harum. ff. de publ. Abb. in c. cum accessissent super gl. pe. & ibi Fel. latè de consti. & Abb. in c. vt priuilegia de priuile. Pet. de Anch. cons. 260. In quęstione, quę vertitur circa fi. Secundò respondetur ꝙ ab ipso priuilegio fuit recessum tam per submissionem postea factã per Casalenses, quàm ẽt per infeudationem factã de d. oppido Casalis per Imperatorẽ, & vltima prioribus derogãt in quacũque dispositiõe vt deducũt moderni, in l. pacta nouissima. C. de pac. Et in rescriptis, ꝙ vltimũ deroget primo est text. in c. cęterũ de rescrip. & plenè no. in c. 1. eo. tit. Non obstat, ꝙ Casalenses tũc faciebant inducias cũ finitimis, videlicet Vercellensibus, Nouariensibus, & Papiẽsibus, quia hoc ni-
98 hil ad iurisdictionẽ: nam † populi ẽt recognoscentes superiorẽ possunt inter se bella gerere, quãuis non dicantur propriè bella, sed latrocinia, & in eis non vẽdicent sibi locũ iura bellica, vt est tex. in l. hostes & ibi Bar. in fi. ff. de capti. Inno. in c. olim il. 1. & ibi Ant. de But. de resti. spol. Ab. in c. sicut il 3. de iureiu. Ang. in disputatione renouata guerra circa prin. si ergo populi subiecti possunt inuicẽ pugnare absq; iure belli possunt etiam inducias facere. i. per quoddam certum tempus à pugna desistere.

Nõ obstat, ꝙ iurisdictio sit de iure gẽtiũ, quia ꝑꝑ hoc nõ
99 põt inferri, ꝙ iurisdictio sit nũc penes populos: nã † iurisdictio inuẽtione tñ est iuris gen. sed nomina magistratuũ, & iudicia & forma omnis iurisdictionis est de iure ciuili, vt in qt Bal. in l. ex hoc iure col. 3. 2. oppo. ff. de iusti. & iu. & ideò nõ est cõsiderãdũ prout olim iurisdictio se habebat de iuregen. sed vt nũc se habet de iure ciuili, vt Corn. inquit cõs. 312. In hac cõsultatione videtur col. pe. li. 1. vbi adducit bonũ simile; nam cõstat quod olim apud oẽs gentes, vnus succedebat alteri mortuo sine testõ, & tñ successiones ab intestato sunt de iure ciuili c. ius quiritũ, 1. distin. & l. lege obuenire. ff. de verb. sign. clarũ est aũt, ꝙ de iure ciuili iurisdictio nõ est apud populos sed penes magistratus eorũ deputatos ab Imperatore mediatè vel immediatè cuius omnis est iurisdictio, vt superius dictũ est & inferius dicetur. Põt ẽt respõderi ex dictis Corn. in præfato cõs. ꝙ iurisdictiões erãt olim de iure gen. apud ciuitates nõ recognoscẽtes superiorẽ, nõ aũt apud eas, quę recognoscebant. Nõ obstat, ꝙ tpe primi Federici Imperatoris Casalenses non essent subiecti dominio Marchionũ Montisferrati, quod ostẽditur ex eo, quod in supradicto priuilegio duo Marchiones Montisferrati pro testibus interuenerũt, & quod populus Casalensis erat tunc liber, contrahens fœdera & inducias cũ finitimis & ꝙ nemo externus reperitur ibi iurisdictionẽ exercuisse: nã respondetur, ꝙ nihil refert, qũo se tunc populus Casalensis haberet, satis est ꝙ subiectus esset Romano Imperio, quod ẽt colligitur ex ipso priuilegio d. Federici Imperatoris, & successores postmodũ in Imperio trãstulerint eos in ditionẽ Marchionũ Mõtisferrati, vt em̃ quo ad alios essent liberi, tñ subiecti erant Romano Imperio cui regulariter oẽs subijciuntur. videtur autem ea de causa priuilegium impetratũ, quia tunc primũ Casale, (vt sic dixerim) orieba-
100 tur, & † quamuis plures simul habitent collatis ædificijs, tñ non possunt constituere vniuersitatẽ sine licẽtia superioris, vt Inno. scribit in c. cũ ecclesiarũ de offi. ordi. ideò data fuit licentia per Federicũ habendi consules, & iudicandi, & cũ finitimis cõponẽdi, cum quibus erat de territorio certamẽ. Vlteriùs populus liber potest se alteri subijcere, vt ostẽsum est latè superius in octauo fundamento.

Nõ obstat auctoritas Bal. in prę alleg. cõs. 439. vbi vult, ꝙ
101 † ex edificatione & exercendo merũ & mixtũ imperiũ, populus acquirat sibi iurisdictionẽ prescriptione cõtra oẽs, vt Veneti, quia Bal. ibi excipit supremã, & absolutã potestatẽ Principis, quia contra eam præscribi non põt, nequeũt aũt

Casalenses ex hoc tñ se fundare, quod ędificauerint, & col
102 latis ædificijs cõstituerint burgũ: nam† vt inquit Bal. in rub.
ff. de rer. diui. versi. circa ędificia quęro &c. quicunq; in solo
iurisdictionali alicuius ædificat, illius efficit subditus, allegat
Spec. in §. 1. versi. quid si petat ciuitas de relig. domi. excipit
tñ Venetos, qui non in solo, sed in mari ædificarunt: dubitari aũt non põt, quin Casalenses ædificauerint in solo imperialis iurisdictionis, ergo subditi erãt Romano Imperio.

Non obstat, ꝙ cõmunitas prætendit se præscripsisse iurisdictionẽ per tm̃ tẽpus, cuius initij hominis memoria nõ extat in contrariũ, quæ quidẽ pręscriptio habet vim cõcessionis & priuilegij, vt latè deductũ fuit in allegatis pro hac parte, qa ad hoc, in quo cõmunitas facit pręcipuũ fundamẽ
103 tũ, multipliciter respondet. Et primò † dico, nõ posse probari ꝑ cõmunitatẽ se exercuisse vllo tpe per se, aut ꝑ suos officiales iurisdictionẽ, ꝑ scripturas, aut alia quęuis gesta, vt infra ostendã sigillatim respondendo ad obiecta, & quod memoriã non extare, nõ possit ꝓbari per instrumenta ponit
104 Io. And. in c. 1. de præscr. in 6. quia † instrumentũ rogari vel confici nõ põt super negatiua indeterminata, & Io. And. sequitur ibi D. col. 4. Alex. cõs. 16. In cã & lite vertente col. 5.
105 ver. confirmo hoc, quia expresse li. 5. Sinaũt† volet hoc probare per testes dictã pręscriptionẽ arbitror, ꝙ non poterũt probare: nam necesse erit, quod testes, qui volẽt deponere de præscriptione tanti tẽporis, cuius in contrariũ memoria nõ existit, dicãt, ꝙ semper viderunt & audierunt cõmunitatẽ exercuisse iurisdictionẽ, nec vnq̃ viderunt vel audierunt cõtrariũ, & quod cõmunis est, & fuit semper opinio, ꝙ sic fuerit, & ꝙ nõ extat cõtrarij vel initij memoria; hæc.n. est forma deponẽdi memoriã nõ extare, in his, quæ excedunt metã centũ annorũ, vt probat in l. si arbiter. ff. de proba. & ponit gl. no. in c. 1. in verbo memoriã de præscr. in 6. Bar. in l. 1. §. itẽ Labeo. ff. de aq. plu. arcen. Spe. in ti. de ꝓb. §. 1. ver. & no. Ant. de But. in c. quid per nouale col. 3. ver. quęro qualiter der verb. signi. Aret. in c. licèt ex quadã col. 1. de testib. Cuma. cons. 77. Visis libello nobiliũ. 2. dub. nã si reperiẽtur testes, q hoc modo deponãt, examinabũtur pro parte Principis, qui contrariũ deponent & dicent, quod viderunt ab hinc annis cẽtũ & vltra Principẽ, seu eius officiales tali tpe exercuisse iurisdictionẽ, & audierunt à suis superioribus ita fuisse factũ: iste.n. est modus reprobandi testes deponentes memoriã nõ extare, vt habetur in d. l. si arbiter & ponit gl. in d. c. 1. in verbo memoriã, vbi ẽt dicit, quod illi, qui dicunt se vidisse contrariũ, debẽt pręferri, quũ alij satagant astruer
106 negatiuã c. actor. 6. q. vlt. cũ suis simil. & vlterius† memoriã extare probabitur per instrumẽta publica, & alias scripturas Authẽtitas, in qbus apparebit Marchiones ꝑ se vel per officiales suos iurisdictionẽ exercuisse per dictũ tẽpus: nã licèt memoriã nõ extare, nõ possit probari ꝑinstrumẽta, vt superius est cõclusum, tñ hæc affirmatiua memoriã extare põt probari ꝑ instrumẽta, vt dicit D. post Io. And. in d. c. 1. đ ꝑscri. in 6. Quũ igit neget, ꝙ cõmunitas vnquã fuerit in possessione exercẽdi iurisdictionẽ: neq; de hac possessione ꝓbari possit per scripturas, nec per testes & alia deducta, seqtur ꝙ præscribere nũquam potuit, cũ sine possessione non ꝓcedat præscriptio. l. sine possessione. ff. de vsuca. Præterea quũ de præsenti cõmunitas nõ sit in possessione iurisdictionis, nõ põt se fundare super cõmuni opin. hominũ superioris ætatis ex eo, quod Bal. scribit in l. ciues in fi. C. de appell. ꝙ si ecclesia dicat aliquã terrã esse de suo districtu, quũ tñ nõ sit in possessione, per opinionẽ veterũ, qui nõ sunt in rerum natura, nec possunt testificari de aliquo vsu, talis iurisdictio nõ probat. vnde si nõ possunt hoc probare ꝑ cõmunẽ opi. veterũ, multo minus poterunt probare ꝑ opinionẽ hominũ nũc extantiũ. Q̃uõ.n. dici põt nõ extare hominis memoriã in contrariũ? cũ hodie non possideant iurisdictionẽ.
107 Secundò respondeo, ꝙ, posito citra præiudiciũ veri, cõmunitas† cœpisset præscribere exercendo aliquos actus iurisdictionales, tñ d. præscriptio fuit interrupta infra tpa pręscriptionis: Ex quo marchiones exercuerunt semper actus ipsos iurisdictionales a centũ annis & supra, & contradixerũt, debet.n. possessio esse quieta & pacifica, vt procedat ꝑscriptio, aliàs interrũpit nec ꝑfici põt c. sanctorũ de pręscr. gl. in c. fi. in verbo pacifica de off. Arch. & dicit Abb. in d. c. sanctorũ. 1. not. ꝙ possessio dicit pacifica & quieta; qñ non patit controuersiam & dicit Bal. in d. l. 2. 4. no. C. de seru. & aq. ꝙ pręscriptio incorporaliũ interrũpit per contradictionẽ aduersarij, & eius impatiẽtiã, vt probat in illo tex. in verbo interdictũ, & melius in proposito dicit Bar. in l. naturali
108 ter col. fi. ver. quæritur† qualiter interrũpatur. ff. de vsuc. qđ in iuribus incorporalibus, vt in iurisdictiõibus & similibus statim cũ fit vnus actus, ꝑ quẽ quis prohibet vti illo iure, videt interrupta quasi possessio, de hoc dicit esse tex. optimũ in c. auditis & ibi Inno. de præscr. & hãc decisio. Bar. sequit Abb. in c. illud col. pe. de pręscr. dicẽs hoc ẽt melius probari in c. cũ ecclesia Sutrina de cau. poss. & proprie. & plus sentit Inno. secundũ eũ in d. c. auditis, ꝙ si is, ad quẽ spectat iurisdictio de iure, exercuisset illa iura intra tẽpus præscriptiõis, videtur illã interrupisse, dicit ẽt Ang. in l. cũ notissimi. §. quinimo circa fi. C. de pręscr. 30. anno. ꝙ interrũpit præscriptio, quũ qs impedit vti iurisdictiõe, quã vsucapiebat per tex. in d. c. auditis: nec aliqd facit si obijciat, prout ẽt obijci videt ꝙ Marchiones per vim, & de facto exercebãt, qa posito ꝙ
109 ita esset, quod tñ negat, tñ possessio† interrumpitur ẽt si vis adhibeatur. l. naturaliter. ff. de vsuc. gl. fi. in c. illud de pręscr. pro quo benè facit, qa possessio iurisdictionis est apud Tyrannũ, nõ aũt apud populũ, vt scribit Ant. de But. in repe. c. fi. col. mihi. 21. ver. & per hoc infert de cau. poss. & proprie. & seqtur Alex. consi. 16. In cã vertẽte col. 6. li. 5. Tertiò re-
110 spondeo ꝙ cõmunitas Casalis non potuit pręscribere propter malã fidẽ, quæ oẽm præscriptionẽ excludit c. fi. de præscri. c. possessor de regu. iur. in 6. & in specie hoc determinat Bal. in l. 2. col. 5. q. 6. C. de serui. & aq. vbi inqt ꝙ subditi nõ possunt præscribere iurisdictionẽ ꝑꝑ malã fidẽ, secus si nõ sunt subditi, dicit ẽt elegãter Bal. in l. Imperiũ in lectura antiq. ff. de iurisd. om. iud. ꝙ ad hoc vt possit præscribi merũ vel mixtũ imperiũ, reqrit bona fides ab initio, adeò ꝙ scia obliuioni tradita non esset habẽda pro bona fide, vnde infert, ꝙ si populus, q ꝑscribit iurisdictionẽ in aliquo castro, quod putat esse de suo comitatu, quũ nõ sit, fuit à principio malefidei, licet hodie sit bonæ fidei, nõ præscribet in æternũ, quia cũ populus sit idẽ numero, semper videtur mala fides continuari. l. clàm possidere in prin. ff. de acq. poss. l. pro ponebat. ff. de iud. l. iusto. §. sed & si possessionis initiũ. ff. de vsuc. quã dicit ad hoc no. & istã decis. Bald. refert, & seqtur cũ aliquo tẽperamento Io. Bap. de S. Seuer. in l. Imperiũ. q. 15. ff. de iurisd. om. iu. Cor. consi. 22. Videtur in hac consultatione col. 3. ver. nec ex illa præscriptione li. 1. Soci. consi. 187. In controuersia, quæ vertitur col. fi. li. 2. Nũc in ꝓposito nõ video quo tpe d. cõitas Casalis potuerit esse in bona fide, vt potuerit præscibere: nam si consideremus tempus, quo impetrauit priuilegium a primo Federico, qui ei concessit iurisdictionem, non potuit per totũ illud tempus esse locus præscriptioni, quia nemo rem suam potest pręscribere: sin vero consideremus tempus capitaneatus, quod postea secutum est, nec tũc quidem potuit pręscribere, cum in capitaneum transtulisset iurisdictionem, ꝙ si dicit se tunc præscripsisse, esset aperte in mala fide, secutum est postea tẽpus, quo se submiserunt Illust. Theodoro primo Marchioni Palæologo, & tunc ꝑꝑ malam fidẽ ẽt non potuerunt pręscribere. Sinautem inchoare vult præscriptionem ab eo tẽpore, quod postea secutum fuit, quo Illustri. Io. Iacobus inuestitus fuit per Carolum quartum Imperatorem, ne tunc etiam pręscriptio potuit inchoari, quia tunc fuissent in mala fide, cum iurisdictio exerceretur per officiales d. Io. Iacobi. & postea etiam exercita fuit per successores in marchionatu omni tempore, per vicarios ciuitatis ab eis deputatos.

Ex prędictis igitur patet Casalenses nõ potuisset pręscribere, quia scientiã habebant iurisdictionẽ ad eos nõ pertinere, sed ad Illustr. Marchiones pro tpe dominãtes. Amplius
111 dicẽdum est, ꝙ non† modo si sciebant, verum etiam si dubitabant ab initio ne ad eos iurisdictio pertineret, tunc etiã impediretur

impediretur præscriptio inchoari, vt Bar. dicit in l. naturaliter col. 3. versi. quæro vtrum superueniens ff. de vsuca. Bal. & Ang. in l. super longi C. de præscri. lon. temp. Abb. in c. fi.
112 col. pen. versi. 3. quæritur glo. de præscri. Nec dicatur ꝙ † in præscriptione tanti temporis, cuius in contrarium memoria non existit, nõ curatur bona aut mala fides, vt voluit Sa li. in l. 2. col. 2. versi. concludendo ergo C. de serui. & aq. quia cõtraria opinio est verior, ꝙ imo requiritur ab initio bona fides per tex. in c. fi. ibi vt nulla valeat absque bona fide præ
113 scriptio extra de præscri. nã iste tex. vtitur vniuersali † negatiua quæ destruit omne quicquid inuenit, iux. gl. vulga. in l. hoc genus. ff. de cond. & demõ. & hoc est de mẽte Io. And. & aliorum in c. si diligenti de præscr. hoc idem tenet Bal. in l. Impium in lect. antiqua, cuius dicta supius retuli, & Philip. Franc. in c. 1. col. fi. de præscr. in 6. Franc. Balb. Tauri. in suo tract. præscr. 2. par. 3. par. prin. 6. q. Istud ẽt sentit Ant. de But. in c. peruenit. 10. char. ver. circa tẽpus dubium facit de
114 cẽs. & Io. de Nillis in suo † repertorio in verbo præscriptio; vbi volunt, ꝙ vbi aliquis habet ab initio titulũ iniustũ, non potest se iuuare præscriptione tanti tẽporis, cuius initij non extet memoria, quia ex huius iniustitia tituli colligitur mala fides, refert, & sequitur Paris. cons. 114. Homines S. Ioannis lib. 1. eandem opinionem tenet idem Paris. consi. 17. In præsenti cõsultatione col. 17. eo. li. 1. dum sequitur Bal. post alios quos ibi allegat in d. l. Imperiũ in lec. antiqua. Quartò respondeẽ, ꝙ dato ꝙ communitas antiquissimo tpe præscripsisset merum vel mixtum imperium per spacium tẽporis immemorialis: tñ Illustr. Marchiones postmodum vtẽtes d. mero & mixto imperio, illud præscripserunt cũ titulo in-
115 feudationis, vt antea est deductũ, vnde † sublata est præscriptio communitatis per cõtrariam præscriptionem: nã priori præscriptioni iam formatæ derogatur per vltimam cõpletam. l. nemo. §. temporalis. ff. de reg. iu. & tradit Ant. de But. in c. accidẽtibus de priuileg. Abb. in c. auditis vlt. no. de præscr. & in c. pro illorum vlt. no. de præben. Alex. consi. 5.
116 Si vera sunt. 3. funda. 2. par. li. 5. & licet † cõmunitas acquisiuisset merum imperium præscriptione temporis immemorialis contra Principem, tñ ipsum potuit amittere præscriptione cõmuni scilicet spacio 30. vel. 40. anno. vt vult Bar. in l. si publicanus. §. vectigalibus. ff. de publica. Abb. in c. innouamus in fi. de Censi. & in c. super quibusdam de verbo. signi. Bal. in c. 1. col. 2. quę sint rega. Feli. in c. cum nobis col. 2. ver. & quod in proposito de præscr. Quintò respõdeo, ꝙ
117 dato, ꝙ antiquissimo † tpe communitas præscripsisset per spacium legitimi temporis libertatẽ & iurisdictionem, tñ huic iuri sibi quæsito renunciasse videtur per submissionẽ factam per ipsam vniuersitatẽ Illustr. quon. Marchionibus, & per iuramentum fidelitatis per d. communitatem sępius præstitum, & ad hoc adduco, quod voluit Abb. in c. pro illorum vlt. no. de prében. vbi voluit ꝙ licèt regulariter non in
118 telligatur † derogatum consuetudini per vnicum actũ contrarium: tñ hoc nõ procedit vbi vnicus actus est factus collegialiter, ꝙ ẽt voluit Anto. de Butr. in repe. c. fi. col. 11. ver. sed est dubiũ an vnico actu. de consue. sequitur Feli. in c. cũ accessissent col. 15. in. 7. limi. de const. & adhuc melius facit in proposito, quod scribit Ant. de But. in loco præallegato, vbi vult ꝙ derogatum intelligatur consuetudini, vbi agitur de tollendo antiquo statu, & diuerso applicando, ex quo antiquus status per indirectum infringitur, sic accidit in casu isto, vt videantur Casalenses discessisse ab eorum antiqua libertate & iurisdictione, per inductionẽ noui status, dum se submiserunt Marchionibus, & iuramentum fidelitatis eis præstiterunt, & licèt præfati doct. loquantur in consuetudine, tñ idem est in præscriptione, quũ consuetudo & præscriptio temporis immemorialis non differant, & non sit dare rationẽ inter ista diuersitatis, ꝙ ẽt intelligitur ex eo, ꝙ scribit Spec. in ti. de præscr. §. 1. ver. quid si quis post completã, vbi inquit, ꝙ si quis post completã præscriptionem, promiserit se soluturũ, tenebitur promissionem obseruare si sciẽs promiserit, secus si ignorãter per tex. in l. sed & si quis. §. sin alij. ff. si quis cautio. & in l. fi. ff. ad Macedo. & in l. sicut. ff. de oper. liber. & in c. quod ad consultationẽ de re iu. Sed in proposito dici non potest, ꝙ populus Casalensis suam ignorauit libertatem & iurisdictionem, quãdo se submisit & iurauit. Sextò respondetur, ꝙ, ex quo communitas longissimo tempore nõ exercuit iurisdictionem, sed officiales à Principe deputati, amisit iurisdictionẽ, posito ꝙ antea sibi acqui
119 sita fuisset, quia † per non vsum longissimi temporis amittitur iurisdictio, vt Bar. scribit cõs. 189. Primò quæritur vtrũ iurisdictio vlt. dub. per tex. in l. sicut & in l. oẽs. C. de præscr. 30. vel 40. anno. & idem dicit Bar. in l. licitatio. §. earum. ff. de publi. & in l. iusto. §. nõ mutat. ff. de vsuca. sequitur Alex. consi. 16. in causa & lite vertente col. antep. li. 5. Corn. consi. 268. In hac cõsultatione col. 7. ver. Item dicit li. 4. vbi vult, quod iurisdictio, quæ cohæret personæ non vtẽdo longissimo tpe amittatur ad instar seruitutum personalium ẽt, ꝙ nemini alij seruitus acquiratur, vt ibidem ipse latius prosequitur, & repetit idem Corn. prædicta consi. 142. Videtur prima facie dicendum col. pe. li. 3. Nunc aduertendũ est, ꝙ prædictę responsiones procedunt, vbi cõmunitas allegaret tñ præscriptionẽ temporis immemorialis, prout facit, sed
120 si vellet † probare præscriptionem centum annorum, dico, quod neque ex ea tũc posset obtinere, quia probatio d. præscriptionis centenariæ difficilis est, imò penè impossibilis: nam per instrumenta non probatur regulariter possessio c. inter dilectos de fid. instr. l. prędia ff. de acq. poss. non põt ẽt probari per testes, quia requireretur, quod testes essent tũc annorũ cẽtũ, & quattuordecim, vt possent deponere, quod vix est inuenire, vt gl. tradit in c. cum nobis in verbo centũ annorum, & ibi Scrib. de præscr. Sinautem, qñ merum & mixtum imperim potest præscribi spacio 30. vel 40. anno. secundùm cõmunẽ opinionẽ, intendat cõmunitas probare præscriptionẽ meri, & mixti imperij per spaciũ d. tẽporis, tũc necesse erit, ꝙ probet de initio & fine tẽporis per quod possedit, qa probatis extremis probata erũt media, vt Bar. dicit in l. Celsus & ibi cæteri ff. de vsuca. & Bal. in l. indicia. C. de rei vẽdi. & ponit egregiè Matthęsi. no. 117. nota mirabilẽ doctrinã vbi vult, ꝙ in præscriptione longissimi tẽporis non sufficiat probare initiũ possessionis, nisi ẽt probetur finis, & isto casu ẽt requiritur, ꝙ probetur possessio de directo, per testes de visu, non aũt sufficiet probare per cõmunem opinionẽ, sicuti fit, qñ probatur præscriptio centũ annorũ, vel cuius initij &c. vt dicit Pet. de Anch. & D. post Lap. in d. c. 1. de præscr. in 6. Si hęc deducta erit præscriptio pro parte cõmunitatis, quę sit minor centũ annis, & maior 30. vel 40. tpe vt suprà limitato, & tentata eo modo probari, poterit opponi parte Principis, ꝙ huiusmodi præscriptio non procedit, tum quia intra dictum tempus fuit interrupta, tum ẽt propter malã fidem cõmunitatis, & propter alia quæ deducta sunt in superioribus responsionibus. Et si quęratur, vtrum id, quod pretendit cõmunitas, sit consuetudo vel præscriptio, dico, ꝙ quamuis consuetudo, & præscriptio temporis immemorialis differre non videatur, quia vtraq; prætendit titulũ, tñ in proposito est propria præscriptio, attento quod intendit cõmunitas acquirere ius contra Principẽ, qui est singularis persona, & ita Doct. vocant eã præscriptionẽ dum dicunt, quod ciuitates Italiæ acquisiuerunt merum & mixtũ imperiũ contra Imperatorẽ præscriptione vel vsurpatione. Non obstat ꝙ ostendatur iurisdictio cõmunitatis ex processibus criminalibus & ciuilibus, qui fiunt quotidiè in tribunali D. Vicarij iudicis ordinarij hu-
121 ius ciuitatis: quia hoc † argumentũ retorqueẽ: nã d. processus fiũt per D. Vicarios nomine Principis, à quo deputantur, & magistratũ suscipiunt: nõ aũt nomine cõmunitatis à qua nihil habent: nã quis videẽ gerere actũ ex titulo præcedẽti. l. quędã mulier ff. de rei vẽd. & no. in l. 2. C. de acq. poss.

Non obstat ꝙ communitas habeat locum carceris, quia respondeo, quod d. carcer pertinet ad Principẽ, & est Principis, non autem communitatis, quia, vt inquit Bald. in c. 1.
122 col. fi. quæ sint rega. & ibi Iaco. Alua. omnia palatia † deputata in ciuitatibus pro iustitia exhibenda sunt Principis, & dicit Barto. in extrauag. qui sint rebel. in verbo rebellando versus

versus fi. quod licèt domus particulares sint priuatorũ, ipsa ciuitas vniuersaliter cõsiderata est Principis, similiter & palatia publica ciuitatis d.c.1. quæ sint rega. vnde dicendũ est, quòd carcer, qui ędificatus est pro custodia reorum, sit principis tanquàm locus publicus, qui pertineat ad iustitiã exhibendam, & tanto magis id dicendum, quia palatio, in quo redditur ius per d. vicarium, est connexus carcer vnde sicut palatium est Principis, ita & carcer ille connexus tanquàm accessorius. l. prædijs. §. balneas & §. qui domũ. ff. de leg. 3. Bald. in l. Olympico & ibi etiam Paul. de Castr. ff. de serui. vrba. præd. & facit regula quòd connexorũ eadem est natura. l. item si fundus. §. huic coniunctus & ibi Bal. & Ang. ad hoc not. ff. de vsufru. non enim eadem res debet diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsuca. l. ibi nec ratio patitur. ff. de rer. permu. c. cum in tua de decim.

Non obstat, ꝙ ciuitas conducit carnificem pro puniendis scelestis hominibus, & mercedẽ ei soluit, quia per hoc non acquiritur aliqua iurisdictio, quum istud faciat, vt seruiat vicario, qui condemnauit exercendo iurisdictionẽ nomine Principis à quo deputatur, & ex huiusmodi accessorijs non acquiritur ius super principali, nisi de eo doceatur, vt infra ostendam. Non obstat, quòd familia armata satellitum, vel vt vulgo dicam berroariorum sit separata ab ea, quæ tenet regulator criminalium, quia per hoc non ostenditur aliquid de iurisdictione ciuitatis ex eo, quòd vna familia sit deputata pro capiendis ciuibus, & alia pro capiendis maleficis, qui sunt in reliquo dominio Montisferrati, & si in retentione huiusmodi familiæ potest fieri aliquod argumentum, istud facit pro Principe, qui ducem seu capitaneum berroariorũ deputat, & ipsis berroarijs mercedem
123 soluit. Non obstat quòd communitas † erigit furcas, & habet locum patibuli, seu patibulum ipsum, quia intelligendũ est, quod hæc faciat in ministerium iurisdictionis alienæ, quum ipsa nullam habeat, aliàs videretur delinquere, quòd non est præsumendum l. meritò. ff. pro socio, & vt respondeam semel ad ista omnia dico, quòd per carcerem, familiã armatam, furcarum erectionem, & patibulum non probatur iurisdictio, nam videmus, quòd aliæ ciuitates subiectæ iurisdictioni Principum habent hæc eadem videlicet carcerem, familiam armatam, & patibulum: nec per ista contendunt de iurisdictione cũ Principe, sunt enim huiusmodi signa accessoria, per quæ nõ probatur iurisdictio, de qua principaliter agitur per ea, quæ voluit Bal. in cap. bonæ il 2. colum. 2. versi. sed nunquid per signa. de postula. præla. vbi vult quòd per signa accidentalia non probatur illud, quod
124 substantialiter est probandũ: vnde † argumentatio à signis accidentalibus non arguit de necessitate, secundùm Oldr. in consilijs, nam per annulum nõ probatur matrimonium cap. illud de præsum. & perceptio salarij non facit quẽ Decurionem. l. Herennius. ff. de decuri. ita ibi Bal. qui dum dicit Oldr. ita dixisse in consilijs non mentitur: nam reperio hoc illum dixisse cons. 159. Ex præsenti themate colum. 2. vers. non obstant in cõtrarium allegata &c. & melius facit in proposito, quòd dicit idem Bald. in d. cap. bonæ col. pen.
125 versi. item dicas, vbi dicit † quòd iurisdictio possidetur per actus correspondentes, idest, qui nõ possunt fieri citra nomen, & ius iurisdictionis, vnde per arbitros iurisdictio non præscribitur, sicut nec per perceptionem pomi non prescribitur seruitus, nec per cennare nec per spaciari, vt l. vt pomum. ff. de serui. constat igitur ꝙ per huiusmodi signa accidentalia carceris, familiæ armatæ, & patibuli non probatur possessio iurisdictionis, & per consequens nec præscriptio. Illustriss. autem Marchiones bene probãt principaliter iurisdictionem suam, quia habuerũt eam ab Imperatore per feudi dationem: nam vt inquit Bal. in ca. 1. §. ad hoc col. 2. super verbo iurisdictionem de pac. iur. firman. omnis iuris-
126 dictio est Imperatoris, nam † ipse est qui iurisdictionẽ tribuit magistratus creando vel confirmando, vel præstando auctoritatem creandi vel confirmaudi, vt supra eodem. §. iudices, & not. in l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. præfec. vrb. & §. interim in Auth. de defenso. ciui. ita quòd minima etiam iurisdictio nõ potest cõferri, nisi auctoritate Principis mediata vel immediata, vt nota. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iudi. & in l. priuatorum. C. eod. tit. & Inno. in cap. cum ab ecclesiarum de offi. ordina. & dicit Bal. in ca. 1. col. fi. quæ sint rega. quòd omnis iurisdictio & districtus apud Principem est, & omnes iudices à Principe administrationem accipere debent, & iuramentum præstare, quale à lege constitutũ est, etiam post pacem Constantię, vt not. per glo. in. §. iudices de pac. iura. fir. Imprudẽtissimè autem proconsules ciuitatis vsurpare sibi conantur merum & mixtum imperiũ, quia etsi propositi sint administrationi reditũ ciuitatis, nihil tamen possunt pertinens ad merum, & mixtum imperium, vt patet nota. per Bar. in l. 1. C. de excusa. mune. li. 10.
127 vbi fortius † vult, quòd is, cui commissum est regimen ciuitatis, non habeat merum & mixtum imperium, & idem si committitur regimen castrorum & villarum vt. §. vt iusiurandum &. §. audient in Auth. de defenso. ciui. est enim speciale in vrbe Roma, & si committatur eius regimen, videatur committi merum, & mixtum imperium & d. decisionem Bart. sequitur ibi Ang. & Ioan. de Platea.
128 Non obstat quòd communitas habeat † pœnas & mulctas, quia respondeo, quòd per hoc non efficitur, quòd habeat iurisdictionem, quia pœnæ & mulctæ sunt fructus iurisdictionis, vt Bart. scribit in l. fi. ff. sol. matr. per tex. in ca. 1. quæ sint rega. & tenet Bal. in l. 1. col. 3. vers. extra not. C. de fruc. & lit. expen. Ang. in l. si constante. §. quotiens col. pen. ff. solu. matr. & aliud est fructus rei, & aliud res, vt patet ad sensum & probatur in l. fundi Trebestiani. ff. de vsufr. lega. ad quod facit, quod scribit Abb. in Cle. statutũ de elec. per illum tex. cum gl. in verbo emolumento, vbi dicit, quòd si iurisdictio episcopalis vacãte sede ad aliquam personã particularem ex priuilegio vel consuetudine deuoluatur, ad illam non deuoluitur iurisdictionis emolumentum nisi hoc habeat cõsuetudo vel priuilegium, & istam decis. Abb. sequitur Roch. de Cur. in repe. cap. fin. char. 12. in. 3. requisito vers. 4. limitatur de consue. si igitur nõ est bona consequentia habeo iurisdictionem, ergo etiã propter hoc habeo fructus iurisdictionis, econuerso nõ erit bona cõsequentia, habeo fructus iurisdictionis ergo habeo iurisdictionem; cum oppositorũ eadem soleat esse ratio. l. & si contra. ff. de vulg. & pupi. & cõtrariorum eadem soleat esse disciplina & co-
129 gnitio. l. 1. ff. de ijs, qui sunt sui vel alie. iu. & ꝙ vnus † possit habere iurisdictionem, & alius pœnas & mulctas, probatur ex his, qui scribit Bar. in l. 1. C. de excu. mune. li. 10. vbi vult, quòd posito, ꝙ cui cõmissum est regimen ciuitatis, habeat merum & mixtum imperium, nõ tamen consequetur pœnas & mulctas, sed eius erũt, qui in illis locis habet ius fiscale. l. mulctarum supra de mo. mulcta. & ca. 1. quæ sunt rega. Ecce quòd Bart. ibi ostendit, ꝙ vnus potest habere iurisdictionem, & alius habere pœnas & mulctas, quod accidit in isto casu, in quo Illustris. Marchiones, quãuis àpud eos esset iurisdictio, tolerauerũt spontaneè, ꝙ apud ciuitatem essent pœnæ, & mulctæ, quæ imponerentur ex sententijs vicarij iudicis ordinarij, Vnde hęc tolerantia nõ debet extendi ad iurisdictionem & rem ipsam principalem, quia actus nostri voluntarij non extenduntur, vltra quam patiuntur. l. fi. ne vxor pro ma. l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actuque pri. l. 1. & 2. C. de neg. gestis, per quæ iura hanc reg. tradit Bart. in l. Titium & Meuium. §. altero circa fi. ff. de admini. tuto. & facit etiã ad hoc bonus tex. in l. voluntariæ. C. de excusa. tuto. facilius enim extẽditur, quod est verbis expressum, quàm quod ex actibus tacitè colligitur, qa id proprios terminos & vsum ipsorũ actuũ non excedit, vt Bald. dicit in l. 2. col. 2. C. quę sit lon. consuę. & in l. fi. C. com. vtri. iudi. Pau. de Cast. in l. si cõuenerit. ff. de iurisd. om. iu. vbi allegat ad hoc glo. optimam in Clem. sæpe, §. quæ omnia in verbo partibus circa fi. de verbo. signifi. Et vt concedatur communitatem præscripsisse ius fisci circa pœnas, & mulctas, non tamen hoc extenditur ad alia quamuis similia, &
130 multo minus ad ipsam iurisdictionẽ principalẽ, quia† quantum possessum tantum præscriptum, d. l. 1. §. si quis hoc interdict o,

terdicto, & ibi glo. in verbo quousque. ff. de iti. actuq; priu. vnde dicit ibi Bart. ꝙ qui probat, quòd consueuit colligere vectigal de talibus rebus, dicitur tantũ in illis quęsiuisse ius, in quibus apparet collegisse & nõ plus, & similiter probata quasi possessione iurisdictionis certi actus, in illo tantũ actu quæratur ius, & præscriptio, idem tenet Bar. in. l. si publicanus. §. in vectigalibus in fi. per illum tex. ff. de publi. Bald. in ca. 1. de feu. cogni. Imo. in. l. inter pares. ff. de re iudr. Pau. de Cast. in. l. Imperium. ff. de iurisd. omn. iud. facit bene tex. in cap. auditis & in c. cum olim de præscr. vbi probatur, quòd exercens aliqua iura episcopalia, illa sola præscribit, nec extenditur talis præscriptio etiã ad similia, & istud est etiam, quod bene in proposito voluit Bald. in d. c. bonæ il secundo col. 4. vers. item dicas de postula. præla. cuius verba formalia paulo ante retuli, dum dicit quòd † iurisdictio possidetur per actus correspondentes idest, qui non possunt fieri citra nomen, & ius iurisdictionis: Vnde per arbitros iurisdictio non præscribitur, sicut nec per perceptionem pomi acquiritur seruitus, ecce ꝙ Bald. ibi vult. quòd per perceptionem pomi, idest fructuum non acquiritur seruitutis ius, quia huiusmodi actus potest fieri citra ius, & nomẽ acquirende seruitutis. Sic dicam in proposit o per perceptionem pœnarũ, & mulctarũ, qui sunt fructus iurisdictionis, non acquiri ius in iurisdictione, quum id fieri possit citra ius & nomen iurisdictionis, illa autem, quæ sunt allegata in contrarium nõ faciunt ad rem, quia loquunt ur in dubio, vbi appareret aliũ non exercuisse iurisdictione m, sicut apparet in casu nostro, vbi Principes per vicarios a b eis deputatos exercuerũt iurisdictionem.

131

132 Non obstat, quòd † condiderunt statuta etiam pœnalia, quod non competit, nisi hab entibus iurisdictionẽ, quia respondetur ea confirmata fuisse per Principem, vnde cũ essent inualida ratione pœnæ, magis possunt dici statuta Principis, quàm communitatis Bald. in l. ex placito col. 3. C. de rer. permuta. Præterea posito ꝙ ita essent consueti condere statuta pœnalia, tamen cõsuetudo nõ potest extendi ad alia

133 iurisdictionalia, quia † consuetudo quantum habet de actu tantum habet de potentia, & nõ plus secundum Bal. in c. 1. circa fin. qui feu. da. poss. & dicit Bald. in l. fin. colum. 4. vers. vnum aliud queritur. C. com. vtri. iudi. quod cõsuetudo restringitur per actus ex quibus inducitur, sicut restringũtur pręscriptiones, vt proprios facti terminos nõ excedant. l. 1. §. Iulianus. ff. de iti. actuq; priu. & de hoc videtur esse bon. tex. in cap. 1. ibi qui consue tudine nõ sit comprehensus de feu. cogni. vbi Bald. in fina. verbis inquit, ꝙ consuetudo dicitur ciuiũ tacita conuentio, ideò sicut pactum non extenditur ad aliam rem vel per sonam. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. ita nec consuetudo, propterea consuetudo est stricti iuris, & dicit etiam Bald. in l. quæcunq; colum. 5. vers. scias autem. C. de seru. fugi. quòd cõsuetudo est actus practicus, ideò ad vnguem est obseruanda: hoc etiam vult Bart. in l. post dotem col. pen. ff. sol. matr. vbi dicit, quod consuetudo disponens in vno casu, non extenditur ad alium, & idem in effectu dicit in Authen. quia rem in fi. C. de sacros. eccle. & predicta tãto magis procedunt, quando cõsuetudo est contra ius cõmune per l. quod verò non ratione. C. de ll. & tradit Innoc. in cap. dilecto de offi. archi. quem sequitur Paul. de Cas. in l. de quibus colum. 3. ff. de ll. Abb. in c. quod translationem vlt. nota. de offi. lega.

Non obstat, quòd non modo ex modernis, sed etiam ex antiquis scripturis apparet, ꝙ is, qui iura ciuibus reddebat,

134 appellatur † prætor communis Casalis, quia dato ꝙ sic appareret, non tamen ex hoc argui potest, ꝙ ipse haberet iurisdictionem à communi Casalis, sed bene potest argui, ꝙ ipse in cõmune Casalis, idest tam in vniuersos, quàm in singulares personas haberet iurisdictionẽ, & sic colligitur ibi de iurisdictione, quam habet in ciues passiuè, nõ autem de ea, quæ ab eis suscipit actiuè, vnde videmus, quod hoc idẽ seruatur in alijs ciuitatibus, quia dicitur prætor communis Papiæ, vel Alexandriæ, tamen iurisdictio est Penes Principem sine vlla controuersia. Similiter videmus, ꝙ in instrumentis, vbi requiritur decretum, prætores dicunt se interponere suam & communis auctoritatem, videlicet quam habent auctoritatem in commune, non autẽ quam à commune suscipiũt, & hoc etiam obseruatur in villis & castris, quæ notoriè subdita sunt Dominis, & prædicta tanto magis procederent, si in scripturis diceretur simpliciter pretor Casalis, quia tunc ostenderetur tantũ locus, vbi iurisdictionem exerceret. Et prædicta decidit Nellus in tracta. Banni. secũda par. secundi temporis. 66. q. primo dub. vbi vult, quòd statutum loquens de officiali cõmunis Florentiæ nõ habeat locum in potestate Pistorij, licet ibi pro communi Florentiæ constitutus sit, & ita dicit aliàs fuisse consultum & iudicatũ per tex. in l. voluit. §. 1. ibi apud magistratus populi Romani, vel præsides prouinciarum. ff. de interrog. actio. & sic ibi sentit Nellus, quòd potestas sumit denominationem à loco, vbi exercet iurisdictionẽ in ciues & incolas dum vult; quòd potestas Pistorij non possit dici officialis communis Florentiæ, licet ab eo fuerit missus: decision. Nelli sequitur Dec. in rub. ff. de offi. eius dicens idem probari in l. 3. in fin. ff. quod met. cau. & in l. hos accusare in prin. ff. de accus. & melius facit quod scribit Petr. de Anch. cons. 340. Viso themate 1. dub. vbi vult quòd statutum loquens de officiali communi Bononię habet locum in Episcopo, nã licet sit constitutus à Papa, tamen ipse pręest vniuerso Populo ratione diuinorũ & peccati, & in multis iussionẽ habet super Laicis vt in delictis ecclesiasticis, & indubitanter super vniuerso clero, & toto populo clericali, & ex istis decisionibus antiquorum Docto. satis apparet, ꝙ potest dici pretor communis Casalis, non quòd habeat potestatem à Casalensibus, sed quòd in eos habeat iurisdictionem ab Illustrissimis Marchionibus sibi tributã. Amplius est dicendũ, quòd si reperiretur etiam aliqua scriptura, quæ diceret, quòd prætor exerceret iurisdictionem pro cõmuni Casalis: tamen non præiudicaretur per eam iuribus D.

135 Marchionum, quia † scriptura quamuis publica, vt res inter alios acta non facit fidem, nisi contra eum, qui sit præsens, & roget notarium vt Bald. tradit in l. mater col. 5. vers. sed hic quero quid in tali casu, C. de rei vendic. & in rub. C. de fi. instru. col. 3. vers. sequitur videre de scriptura extraiudicialia, & in l. desiderium. C. depo. Alex. cons. 104. In causa & lite vertente col. 1. lib. 4.

Non obstat, quòd proconsules electi à consiliarijs syndicant Vicarium, finito suo officio, quia hoc nihil ad rem: nam nunc agitur de iurisdictione Principis in ciues, non autem de syndicatoribus officialium, & in multis locis Mar-

136 chię, vt in ciuitate Albę, & oppido Tridini eligũtur † syndicatores à consilio loci, quod etiam voluit Amod. in trac. syndi. col. 8. vbi ponit etiam quare appelletur Syndicus: & dicit, quod sicut Syndicus ad agẽdum & defendendũ aliàs causas vniuersitatum constituitur ab vniuersitate & consilio: ita syndicus ad reuidendum rationem gestionis, & iudicandum officiales eligitur & deputatur à consilio, secundùm formam statutorum. Isti Syndici alio nomine appellantur ratiocinatores l. secunda iunc. ibi nota. per Bald. C. vbi de ratiocina. agi opor.

Non obstat, ꝙ illustrissimi olim Marchiones petierunt aliquando de gratia remitti sibi à cõmunitate quasdam pœnas pecuniarias, in quibus ciues fuerant cõdemnati per Vicarios, quia per hoc non infertur, ꝙ Princeps non haberet iurisdictionẽ in primis causis, si impetrabat remissionẽ ab illis pœnarum in pecunia consistentiũ, attento quòd ex eorum permissione, & tolerantia reditus causarum criminalium spectabãt ad communitatem, & non potest Princeps remittere pęnas pecuniarias, nisi fisco suo inferantur, vt est gl. ordinaria in l. venia in verbo concedi C. de in ius vocan.

137 & quum † iurisdictio aliud sit, & diuersum à perceptione pœnarum, ex hoc nõ potest inferri ad iurisdictionem, quũ ex diuersis nõ fiat illatio l. Papinianus exuli ff. de mino. Non enim expressè tunc renunciabant Marchiones suę iurisdictioni, quam habebant in ciues in primis causis, & ex actibus non infertur plusquàm ipsi actus patiantur, vt not. Bar. in l. 1. §

in l.1.§.si quis hoc interdicto.ff.de itin. actuq; priu. cũ alijs multis simil.quæ in præcedentibus fuerunt adducta,& bene facit quod notat Anto. de Butr. in c.accedentibus col.2.
138 vers.& per prædicta de priuileg.vbi vult,ꝙ † qui facit actũ contrarium priuilegio, nõ videtur renunciare in posterum suo priuilegio,licet in illo actu sibi præiudicet, sequit Alex. consi.33.Ponderatis his,quę continentur col.2.lib.5.& dicit Calde.consi.5.An habens beneficium circa fi.quod renunciationes sunt stricti iuris,& in his non veniũt, nisi expressa.l.tres fratres.ff.de pac. ca.quia circa de priu. & in dubio etiam quis non præsumitur renunciare iuri suo, c.super hoc de renuncia.& notat Bald.in l.1.vlt.nota.C.de edic.diui Adria. tollen.

Non obstat, quod cum ipsi D.Marchiones quosdam de facto ciues vltimo supplicio affecissent,& de hoc communitas ipsa cõquereretur, quasi iurisdictio ad eam spectaret, declararũt per illos actus nullum fieri præiudicium iuribus ciuitatis,'quia negatur quòd de facto Marchiones aliquem vltimo supplicio affecerint, sed hoc gestum est iustitia mediante,& pro principe pręsumitur,quod iustè processerit c. in præsentia de renuncia.l.Herennius.§.Gaia.ff.de euic.illa autem declaratio, quòd per illos actus nõ intelligatur iuribus ciuitatis derogatum, nihil proficit communitati: quia cũ dictũ sit generaliter de iuribus,nec appareatquę & qualia sint iura, nisi forsitan ex narratione ipsorum ciuium, nõ potest communitas ex d.declaratione se fundare: nisi edo-
139 ceat de assertis suis iuribus: Illa † enim incertitudo iurium nullum eis tribuit titulum, aut vsucapiendi conditionem.l. quod si in venditione,& l.quod si sic ff.de hæred. vel actio. vend.l.legati.ff.de liberat.lega.l.si sic.§.1.& ibi Bar. Ang.& Imo.ff.de leg.1.Oldr.cons.164.Viso priuilegio incliti Regis. Spec.in titu. de loca.§.nunc aliqua versic. 58. cum alijs concordan.quæ notissima sunt. ergo multo minus operatur, vbi nihil conceditur,sed iura tantum alicuius reseruantur,prout etiam inferius in alio proposito declarabo. Et miror aliquando tam leuia & friuola fundamenta adduci pro parte aduersantium.

Non obstat, quòd quum Illustrissimi olim Marchiones delegassent causas ciuium alijs quibusdam personis: deinceps ad supplicationem ciuitatis narrãtis iurisdictionem ad se pertinere remiserit causas Vicario,eas abducẽtes ab alijs iudicibus,nã hoc fundamentũ friuolũ quoq; est & vanũ,nã
140 † licet concessio Principis respondẽris ad supplicata debeat intelligi regulariter secundũm petita, prout loquitur tex.in §.præterea Insti.de inutil.stipu.& in l.1.C.de diuer.rescrip. cum alijs latè adductis in oppo. non tamen sequitur, quòd debeat referri ad narrata per supplicantem: Princeps enim tantum inspicit id,quod in petitione concluditur,& secundum id determinat, non autẽ respicit ad narrata supplicantis: & istud est quod voluit Abb.in c.ex parte secundo nota.de for. compe. dicens, quòd sicut in libello non attenditur narratio,sed conclusio, ita etiã fit in rescriptis, vt ibi colligitur.Cum igitur D.Marchiones viderunt peti remissiones causarum ad iudicem ordinarium, hoc solum inspiciebant, quòd petebatur remissio causarum, non autem illud, quod ipsi narrabant de iurisdictione ad se spectãte, potue-
141 runt iustissimè moueri Principes,vt facerent remissionem causarũ iudici ordinario,quia iurisdictio† delegata est odiosa,non sic ordinaria,vt Bal.inquit in repe.l.Barbarius col.5. ff.de offi.pręt.& colligitur late per Moder. in rub.ff.de offi.
142 eius.Et vlterius id,quod dicitur, quòd † concessio Principis refertur ad supplicata, non procedit in his, in quibus sequeretur absonus intellectus,& iuri communi cõtrarius,vt patet ex not.per Bart.& Ang. in l.prætor §.eritq; differentia.ff.de vi bo.rapt.Ant.de Butr. & Imo. in Cle.1. de suppl. negl.prela. & latè prosequitur Ias.vbi videndum cons.173. Circa primum consultationis articulum in fi. primæ dubitationis lib.4.Sed si nos velimus dicere,quòd Princeps per d.remissionem causarũ voluissent concedere seu fateri iurisdictionem ad se spectare, hoc esset cõtrarium iuri communi,quia iurisdictio non solet spectare ad populos subditos,'sed ad eorum rectores, & magistratus,'vt opportunè ostensum fuit in primo funda.pro hac parte adducto.Item si non refertur ad id, quod est contra ius commune, ne inducatur iuris communis correctio multo minus nõ debet referri,ne Princeps videatur corrigere seipsum,semper eñi interpretatio capienda est, ne quis videatur per verba generalia & subauditos intellectus seipsum corrigere l. nam ad ea ff.de cond.& demon.l.si quando.C.de inoffi.testa.tradit Bart.in l.1.§.& parui ff.quod vi,aut clàm Bald. Ang. & alij in l.ita pudor C.ad l.Iul.de adul. sed in proposito, quum Illustrissimi Marchiones semper prætenderint, & nunc etiã prætendant omnem iurisdictionẽ super ciues ad se spectare,non est dicendum, quòd per.d.remissionem causarũ voluerint corrigere seipsos,& concedere vel fateri iurisdictionem ad supplicantes pertinere, cur autem voluerint facere d.remissionem causarum superius dixi. Amplius est dicen-
143 dum,ꝙ † si communitas duo postulasset remissiones scilicet causarum, & declarationem simul,quòd iurisdictio primarum causarum ad eam spectabat,tamen Princeps rescribendo de remissione tantũm causarum nõ videretur tunc aliquid dixisse de iurisdictione cõmunitatis, quia vbi duo proponuntur, & Princeps tãtum ad vnum respondet,alius casus videtur omissus, imo denegatus videtur l.& si fine.§. sed quod Papinianus, & ibi Bald.ff. de mino.l. cum prætor in prin.ff.de iudi.l.maritus.C.de procura. & tradit in specie Alex.consi. 225. Ponderatis his,quæ in themate colu.pen. lib.6.& Ias.in cons.preallegato: quanto igitur minus dicendum est,quod in pręsenti casu non videatur Princeps concessisse iurisdictionem esse communitatis, cum id non petitum fuerit declarari, sed tãtum fuerit narratum, & narratio minoris sit virtutis,quàm petitio. Accedat ad confirmationem,quòd regula illa,quæ habet, quòd responsio refertur ad omnia interrogata,non procedit, vbi limitata fuit responsio,vt voluit Imo.reprobando ibi Ant. de Butr.in c.1. de pac. vbi voluit, quòd si aliquis interrogetur, an promittat dare centũ,sub pœna mille,si respondeat,promitto dare centum,non videtur aliquid promisisse de pœna,quia promissio fuit determinata, secus autem si dixisset simpliciter, promitto,quia tunc veniret vtrunque, tam sors principalis quàm pęna,sic dicam in proposito,ꝙ ex quo Princeps determinatè respõdet circa remissionem causarum tantùm, num videtur illud aliud de iurisdictione cõcessisse. Vltimò facit, quia quum prætendant Illustrissimi Marchiones iurisdictionẽ super omnes ciues habere, & de iure sibi competere,si dicimus per præfatam causarum remissionem il-
144 lis amplius non cõpetere, viderentur † renunciare iuri suo, quod minimè dici potest. nam vt antea dictum est allegando Calder.renunciationes sunt stricti iuris, & in eis nõ veniunt,nisi expressa,& ad id vltra eum, est optima gl. in c.1. §.præterea quib.mod.feu.amit.quæ vult, ꝙ ad hoc vt quis
145 tacitè † consentiendo sibi præiudicet,requiritur ꝙ ex certa scientia consentiat, aliàs potius intelligitur errare,quàm consentire,quam gl. Doc.ibi sequuntur, & quòd præsumi non debet repudiatio, vt quis ex tacito consensu ius suum amittat,ponit Bar.in.l.Clodius.ff.de acq.hęred.quod comprobatur, qa remissio sui iuris dicitur donatio l.hoc iure.§. 1.ff.de dona.l.si quis delegauerit.ff.de noua.l.si quis obligatione.ff.de reg.iur.& habet per Bar.& docto.in.l.Modesti-
146 nus.ff.de dona. & † vbi potest capi alia causa, quàm donationis, nunquam præsumitur donatio l.si cum aurum.ff.de solu.l.eleganter §.qui reprobos,ff.de pign. actio. tradit Bal. in l.1.C.ad Trebel. vbi inquit quod ad euitãdum præsumptionem donationis,sufficit quęlibet leuis occasio arg.l.dispensatorem.ff.de solu.sed hic non modo leuis occasio, sed etiam iusta causa interuenire potuit, quare fierent d.remis-
147 siones causarum,quia † non debent causæ ciuium ab ordinarijs remoueri,& alijs delegari,quum huiusmodi delegationes odiosę habeãtur,& sint stricti iuris c. cum olim Abbas il primo de offi.deleg.c.cũ dilectus de rescrip.Ad quod etiam facit,quod dicit Imo.consi.49.in casu præmisso, vbi vult, ꝙ quando verba possunt capere alium sensum, nunquam

quam sunt trahenda ad eum, quòd quis renunciare voluerit iuri, & exceptioni sibi competenti, quia id esset donare, & iactare suum, quod non præsumitur aliquem facere velle iux.nota.in l.si quis delegauerit.ff.de noua. iunc.l.cum de indebito.ff.de proba.& ideo consuluit in quodã, qui promiserat alteri reddere rõnem de quibuscunq; gestis & administratis per eũ,non trahit hęc promissio ad negotia iã cancellata inter eos,& finita,pro quibus sibi cõpetebat exceptio.

Non obstat, quòd existentibus ipsis Casalensibus in plenissima quasi possessione iurisdictionis delegerunt,vt facilius occurrerent iniurijs finitimorũ,Illustrissimum D.Gulielmum è domo Saxonia in capitaneũ per quinquẽnium, & inde eundem cõfirmarunt in d. capitaneatu in perpetuũ per se & hæredes suos masculos, & à se descendentes,cum speciali pacto, quod nulllo modo posset ipse & sui descendentes aliquid facere, vel aliquod ius acquirere cõtra iurisdictionem terrę Casalis, sed eam & omnem honorem suũ defendere teneatur, vt ex publicis instrumentis apparet,&
148 quod cõtractus initus † inter communitatem & dictũ Gulielmum ligauit eũ & eius successores, ita vt ab illo contractu non detur digressus ca.1.de natu.feu. cum alijs ad idem facientibus: quia respondeo, quòd ab hoc capitaneatu fuit parte communitatis discessum,tum quia deinceps se subiecerunt Illustrissimo D. Marchioni Theodoro Palæologo de anno domini 1313. tum etiam per feudi dationem factam d. Marchionibus per Carolum quartum Imperatorem, & eius in Imperio successores. Item & per vnionem de d.terra Casalis cũ Marchia. Item, & per deputationem continuò subsequutam,factã per ipsos D. Marchiones pretoris,& Vicarij,qui iura ciuibus redderent,& in contractibus nouissima preualet l.pacta nouissima.C.de pac.& presens,& vltimus status semper attenditur l.Mella versi.si alimenta.ff.de alim.& ciba. lega.l.si mater.C. ne de sta.defun. vbi si dubitatur de statu hominis, an seruus sit vel liber, posteriora tempora in varietate spectare conuenit, vt ibi inquit Imperator,vbi glo.allegat concordan.& Bald.ibi assignat pro ratione illud vulgatũ,quia omnis laus in fine canitur,& ex hoc infert,quod beneficium curatum, si nunc regitur vt simplex,habetur pro non curato, & econuerso,plura congerit Feli.in simili in c.eam te,col.fi. de rescrip. Præterea d. capitaneatus abijt in desuetudinem, & per consequens amplius adduci non potest l.de quibus in fin.ff. de.ll.
149 vbi Pau.de Cas.vlt.nota.dicit, quòd † desuetudo est, quando casus occurrit,& populus eo non vtitur longissimis temporibus, exemplum ponit in satisdationibus, quas debet præstare actor, quum dat libellum, vt in Auth. generaliter C.de Episco.& cler. & in Auth. libellum de lit.contesta. & cũ à longissimis temporibus d. satisdationes nunquàm fuerint petitæ,d.leges per desuetudinem sunt abrogatæ,vt ibi dicunt Doct.ad idem facit tex. in §.sed actiones ibi ab vsu communi recesserunt Insti.de obli.quæ ex delic.nascun.& Instit.de testa.in fi.prin. ibi ex veteribus temporibus in desuetudinem abierunt,& in §.quibus prima constitu.C.ibi, & illis etiam quæ in desuetudinem abierunt l.1.§. sed & si quæ ibi iam per desuetudinem abierũt.C.de vete.iu.enucl. & in l.1.in prin. ibi per desuetudinem abolita fuit.C.de cadu.tollen. & in l.rem nõ nouam in prin. ibi fuit contempta iuncta glo.quæ dicit, idest desijt in vsu esse.C. de iudi. quæ iura adducit Aret.in.§.igitur in proœ. Instit. vbi etiam adducit ad hoc optimum tex.in §.vltimo propè fin. in Auth. quib.mod.natu.effici.sui,in illis verbis, quoniã & non vtendo perempta est. Idem etiam erit dicẽdum, si volumus dicere,quòd desuetudo sit cessatio cõsuetudinis habens contrarium vsum,& dicit Roch.de Cur.in rub.extra de cõsue. col.8. qui hoc importat verbi sonus, & hoc ante eum voluit Aret.in d.§.igitur circa fin. vbi ad hoc adducit tex.optimum in §.pœna Insti.de iniur.vbi dicitur, quòd pro rupto membro erat pœna talionis introducta,idest membrũ pro membro auferebatur,& subdit tex.quod postea permittebant prætores his,qui iniuriã faciebant,vt iudex tanti condemnaret,quanti iniuriã passus æstimaret, vel minoris si ei videretur, & postea dicitur ibi, quòd pœna illa iniuriæ qua puniebatur quis ad membrum pro membro in desuetudinem abijt,quam autem prætores introduxerunt in iudicijs frequentatur,& sic ibi colligitur,quòd per alium vsum dissimilem primo prior vsus fuit ablatus, sic dicẽdum in proposito, quòd licet antiquitus Casalenses vterentur capitaneatu, tamen quia postea vti cœperunt prætoribus & Vicarijs,quos Marchiones deputabant ad iurisdictionis exercitium,& per ducentum amplius annos, dictus capitaneatus non fuerit in vsu,per desuetudinem fuit abrogatus, & verè de.d.capitaneatu adduci potest illud vulga. Saturnus perijt, perierunt & sua iura,& quod dicit Imperator de quadã vetustissima obseruatione in l.fin.in prin.C. de iure dom. impetran.neq; vidimus,neq; nisi tantummodo ex librorũ re-
150 citatione audiuimus, Nec aliquid † iuuat dicere,quòd in d. capitaneatu fuit conuentum, quòd nihil potuit in futurum acquiri per d.capitaneos,quod esset contra iurisdictionem terræ Casalis,quia hoc intelligi debet rebus sic stãtibus, idest durante capitaneatu.l.quero §.inter locatorem.ff.loc.l.si fuerit in prin.ff.pro Soc.l.cum quis in prin.ff.de solu. Vnde, si decuriones vel aliud collegiũ iurauit seruare aliquod statutum, intelligitur illud iuramentum donec statutũ viguerit, secus si fuerit reuocatum, & immutatũ, vt inquit Ioan. And.& cæteri in cap.1.de his,quæ fi.à ma.par.cap.& Bald. in l.omnes populi col.7. versic. Sed pone quòd omne.ff.de iusti.& iu.cum alijs relatis per Alex.consi.85.Viso themate nuper transmisso lib. 5. cessauit autem. d. capitaneatus non modo ex expressa voluntate Casalensium se submittentiũ, sed etiam tacita per non vsum temporis longeui.

Non obstat,quod Casalenses sunt in antiquiori possessione iurisdictionis, quàm sint Marchiones, & possessio iunior præsumatur clandestina,quia hoc dici nõ potest in presenti casu,in quo Casalenses, si quam habuerunt ante iurisdictionem ceciderunt ab ea ob iustas causas,videlicet propter submissionẽ factã Illustrissimis Marchionibus, & propter infeudationes imperiales de eis factas, & propter non vsum longæuum, vt superius est deductum, vnde absit, ꝙ possessio D.Marchionum sit clandestina. immo est iustissima,cum innitatur iustis titulis, & etiam ex præscriptione longissimi temporis, quæ veluti vltima preiudicat præscriptioni ciuitatis,vt superius est demonstratum.

Non obstat, ꝙ submissio facta per Casalenses Illustrissimo quon. Thæodoro Palæologo non tenuit per id quod not.Bald.in l.nec volens.C.de libera.cau. quia ostendi in 8. funda.superius adducto,quod d.submissio de iure fieri potuit,vbi etiam respondi ad prællegatam Bald.deci.nec iu-
151 uat dicere, quòd illa † submissio fuerit facta per vim, metum,& impressionem.D.Marchioni,quia de hoc nihil apparet, nec constat, quod eo tempore Marchio Theodorus munitus esset exercitu,quo populum Casalensem reluctantem,& sibi nõ obtemperantem posset coercere, ex sola autem dignitate non præsumitur illatus metus, aut violentia, vt est tex.clarus in l.ad inuidiam.C. quod met. cau. & ratio est secundum Bald.ibi & Pau.de Cast.quia dignitas sua etiã cum administratione nemini debet esse nociua l.si longius §.1.ff. de iudi. immo dicit ibi Sali. ꝙ dignitas non est præsumptio mali,sed boni,sic l.1.ff.de offic.præfec. præto. debet ergo delictum probari,quo probato grauius quandoq; punitur in dignitate constitutus l.presbyteros.C.de Episc. & cler. & tanto magis prædicta procedunt, quia processit
152 deinde confirmatio. d.submissionis, & † geminatus actus magis indicat expressum consensum,& quod gestũ est reddit efficacius Auth.siue à me C.ad Velleia.& arg.eius quod not.Bar.in l.cum scimus in fin.C.de agrico. & censi. lib.11. Bald.in l.nec damnosa.C.de preci. imper.offer.& in terminis adduco Bald. in consil. schismatis posito post rubr. C.si quis aliq.testam.prohib.col.11.vers. porro, quia vero consonant omnia, vbi loquẽs de Cardinalibus, qui per metum dicebant se elegisse Vrbanũ in Papam,dicit in eis non fuisse metum,propter multiplicitatem actuũ postea subsequutorũ: nam qui bis vel sæpius quid facit,videtur velle,quod

contra id nil possit opponi, quia vbi secũda interuenit con-
sideratio, ibi esse præsumitur plena deliberatio, adducit ad
hoc tex. in. §. & hoc vero iubemus cum gl. in Auth. vt nulli
iudi. & in c. olim in princ. de rescrip. & cum d. confirmatio
sit facta ex interuallo, magis etiam operatur, vt per gl. in c.
si quis iratus 1. q. 3.

Vlterius veniendo ad ea, quæ obijciuntur contra inuesti
turam Caroli quarti Imperatoris de Burgo Casalis cũ me
ro & mixto imperio in Illustrissimum D. Ioan. Iacobum
Marchionem & eius successores, non obstat dum dicitur,
quòd inuestitura non tenuit, tanquã facta de re aliena. quia
hæc est fragilis obiectio: nam Imperator, qui est dominus
vniuersi Orbis potest quascunque ciuitates, castra & villas
infeudare, nec dicitur tunc rem alienã infeudare. Sed suam
ratione iurisdictionis & dominij, quod habet nõ modo in
vniuerso, sed etiam in particulari, vt patet ex his, quæ dixi
in secundo, & tertio fundam. & trib. alijs sequentibus.

Non obstat, quòd d. infeudatio non valuit, ad quam Ca
salenses non fuerunt vocati & priuilegiũ imperiale non va
let non citatis his, de quorum præiudicio agitur per plura,
quæ allegata fuerunt pro parte communitatis, quia posito,
153 quòd d. opinio sit vera, quòd † priuilegiũ Principis non te-
neat, vbi agitur de præiudicio tertij, cuius tamen contrariũ
tenet Bald. in l. nam ita Diuus prima col. ff. de adop. dicens,
quòd vbi priuilegium conceditur, non est de more nec iu-
re, quod aliquis citetur, quia est donum superioris l. libertus
ff. de in ius vocan. c. eum, qui de præben. in 6. & dicit Bal. in
l. fi. C. quib. res. iudi. nõ no. quòd sicut solus Princeps legem
condit, ita solus priuilegium concedit, & inquit idem Bald.
in l. fin. in fi. versi. extra oppono C. de fructi. & lit. expen. ꝙ
actus priuilegiãdi est supremę potestatis, cui contradici nõ
potest: vnde prędiudicat absenti, & plures alij hanc opinio-
nem sequuntur, sed posito quòd ista opin. esset vera. quòd
154 † citatio requiratur in prędiudicialibus priuilegijs: tamẽ non
procedit, vbi Princeps concedit priuilegium, cum clausula
ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, prout in pro-
posito, nã vbi Princeps vtitur his clausulis, ostendit se velle
tertio prędiudicare vt volunt Anto. de Butr. & Imo. in c. quę
in ecclesiarum de constit. & in terminis hoc scribit Bart. in
l. Gallus. §. & quid si tantũ in fi. ff. de lib. & posthu. vbi vult,
quòd Princeps non potest legitimare spurium in præiudi-
cium agnatorũ, nisi illis requisitis, & cõsentientibus, posset
tamen si vellet eis irrequisitis per tex. in l. 2. in fin. in verbo
non facile. ff. de nata. resti. ponderando ꝙ text. ibi non ne-
get potentiam sed facilitatem: hoc etiã voluit Roma. cõsi.
369. Circa primum propositæ consultationis 5. dub. in fin.
adducit rationẽ, qui cũ illis inuitis priuilegiare posset Prin-
ceps, pariter ipsis inscijs & absentibus potest, per regu. in. l.
qui inuitis. ff. de regu. iu. adducit etiã notabilem doctrinam
Inno. in c. nisi cum pridem circa fi. in gl. super verbo indul-
155 geri de renun. dicentis, quòd, quum Princeps ex plenitudi-
ne potestatis seu ex certa scientia alteri facit gratiam nõ est
necesse ad illius iuris validitatem vocari illos, quibus ex ea
præiudicium inferri potest, adducit etiam casum valde no-
ta. secundùm vnam lectu. glo. in c. cum olim de re iudi. di-
centem non esse necessarium ad validitatem ordinationis
Principis citare personam, in cuius præiudicium ordinatio
fieri dicitur, quum certum est ipsi personę aduersus d. ordi-
nationem nullã defensionem posse cõpetere, & hoc quod
ibi dicit vltimo loco Roma. post gl. in d. c. cũ olim, est bene
considerandum in proposito: quia Casalenses etiam citati
non potuissent contradicere infeudationi factę per Impe-
ratorem, quum liceat ei infeudare quæcunq; oppida velit,
istud etiam tenet Alex. consil. 11. Aliàs consului legitima-
156 tionem col. 3. lib. 7. vbi vult † quòd imperator possit decla-
rare suum priuilegium in præiudicium aliorum nõ citato-
rum, vbi apponit clausulam, ex certa scientia, vel lege non
obstante, vel similem, per quam appareat eum velle vti ple
nitudine potestatis, & tenet hoc etiam latè Soci. consi. 164.
Visa bulla Bonifacij col. antep. vers. quintus casus lib. 2. vbi
tangens articulum, vtrũ Princeps possit in causis ciuilibus
grauis præiudicij, & criminalibus procedere, & determina-
re contra subditum non citatũ, recitatis hinc inde opinio-
nibus tandem concludit, quòd potest Princeps procedere
contra non citatũ, qñ materia est talis, in qua Princeps po-
test inuito præiudicare, sicut in causis beneficialibus, per c.
sicut vnire de exces. præl. & in c. in nostra de procu. & not.
per Bar. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, tunc enim dene-
gatur facilitas, & non potentia, & habet locum reg. qui in-
uitis. ff. de reg. iu. Sed in casu nostro Imperator habet libe-
ram facultatem disponendi etiam in inuitos duplici ex ca-
pite. Primò quia potest infeudare quęcunq; loca liberè sub
iecta imperio Romano vt dixi. Secundò, quia potest om-
nem iurisdictionem alijs concessam liberè tollere, & sup-
primere prout ei visum fuerit, vt opportunè deduxi supe-
157 rius in 5. fundamento: Illud enim quod dicitur, ꝙ † Prin-
ceps nihil potest contra partem inauditã, vt habetur in c. 1.
de caus. posse. & proprie. procedit iure communi inspecto,
non vbi proceditur de plenitudine potestatis, vt not. Ho-
stien. Ioan. Andr. Ant. de Butr. & Imo. in c. in nostra super
glo. fin. de procu. & glo. in l. antep. ff. ex quib. cau. maio. Bal.
in l. nec causas. C. de appel. & ita respondet Alexan. consi. 2.
Visis codicillis circa fin. li. 1. Datur etiam alia responsio ad
obiectum, quòd non erat necesse citari Casalenses in præ-
dicta in feudatione, quia illi iam se submiserunt spontè Il-
lustrissimo Marchioni Theodoro Palæologo & eius suc-
cessoribus, & quia per hmõi submissionẽ non poterant Ro
mano imperio præiudicare, vt per Bal. in l. ex hoc iure q. 3.
ff. de iusti. & iu. ideò Imperatorũ consensus habendus fuit.

Non obstat, quòd d. inuestitura obtenta fuit per subre-
ptionem non facta in ea mentione de iure Casalensiũ, quia
158 † respondetur, quòd nullum ius competebat Casalensibus,
qui se submiserant Marchionibus, & eos in dominos rece
perant, & longè antea transtulerant iurisdictionem in capi
taneum: & ideo de iure eorum non oportuit fieri mentio-
nem in rescripto, quia nullum habebant. Præterea posito,
quòd aliquod habuissent, ei fuit derogatum de plenitudine
potestatis, qua dum vtitur Princeps, præsumitur velle iuri
tertij præiudicare, vt antea dixi allegando Anto. de Butr. &
Imo. in c. quæ in ecclesiarũ de constit. & isto casu vbi Prin-
159 ceps † rescribit de plenitudine potestatis nihil opponi po-
test quod vitiet gratiam, vt not. Bal. in proœ. decreta. col. 3.
versic. dicit etiam quòd collectarius, & stante tali clausula,
non potest dici Principi, cur ita facis, vt inquit idem Bald. in
prælu. feu. col. 8. versi. Sed pauca de Principe, adijcitur etiã
clausula ex certa scientia, quæ excludit omnem subreptio-
nem. l. idem Vlpianus. ff. de excusa. tuto. l. quidam consule-
bant. in fi. ff. de re iudi. glo. in cap. 2. in verbo non obstanti-
bus de filijs presby. nam quod factum est ex certa scientia
Principis in dubio reuocari non potest. vt not. Bar. in. l. con
ficiuntur. §. codicilli. ff. de iu. codicil. & consil. 196. Ciuitati
Camerini, colum. 2. & dicit Bal. in cap. 1. §. si quis autem in
prin. per illum tex. de pac. Constan. quod nõ debet quis au-
diri cõtra illud, quod Princeps facit ex certa scientia, immo
debet repelli, & illi perpetuum silentium imponi, & effica-
cior videri debet d. inuestitura, quia prædictæ clausulæ si-
mul cõcurrunt, & funiculus duplex est potentior cap. 1. de
treg. & pac. Auth. itaq;. C. commu. de succes. & facit, quod
ex verbis geminatis not. Bart. in l. cum scimus. C. de agric.
& censi. lib. 11. cum multis similibus cumulatis per Roma.
in l. si vero. §. de viro 31. fallen. ff. solu. matr. nõ enim est ve-
risimile, quòd Princeps apposuerit tot clausulas tam effica-
ces, vt sibi tantũ pręiudicaretur, quia sine illis clausulis con-
tractus infeudationis valebat, quãtum ad ipsum spectabat,
& contra ipsum fieri debeat plenissima interpretatio l. fi. ff.
de constit. princ. apposuit ergo, vt ius alterius tolleret, nam
hic tractabatur tãtum de iurisdictione Casalensium, si quã
illo tempore habuissent, & quum de voluntate Imperato-
ris per appositionem d. clausularum nõ possit dubitari, quin
eos subijcere voluerit Illustrissimis Marchionibus, multo
minus potest dubitari de potestate, quia omnis iurisdictio
est à Principe vel à lege l. & quia iunc. ibi gl. ff. de iurisd. om.
iud. §.

iud.§.audiens in Auth. de defen. ciuita. & l.1.in princ.ff.de offic. eius & Princeps est supra omne ius positiuum c.pro-
160 posuit de cõces.præben.l.Princeps.ff. de.ll.& posito † quòd d.D.Marchio. Ioan. Iacobus primus inuestitus tyrannide occupatam teneret.d.terram Casalis,idest sine iusto titulo, tamen Papa & Imperator potest & solet inuestire Tyrannos de ciuitatibus,& locis per eos occupatis, vt Bart.scribit in tract.de Tyran.q.10.vbi ostendit eos id facere iustis rationibus, quas nunc omitto, quia longum esset cõmemorare,sed videri possunt.

Non obstat, quòd ex alio.d.inuestitura sit obreptitia, qa non fuit facta mentio,qualiter Casalenses soliti erant per se
161 aut suos officiales exercere iurisdictionem, & † rescriptum principis vitiatur, vbi de cõsuetudine alterius partis non fit mentio:nam negatur primò quòd Casalenses tempore infeudationis aliquam haberent iurisdictionem, quia vt sæpius est iam dictum, iam se submiserãt Illustriss. Marchionibus, & transtulerãt etiam iam retroactis temporibus iurisdictionem suam in capitaneos, quos sibi in perpetuũ delegerant. Secundò respondeo, quòd Imperator bene sciebat has vsurpationes iurisdictionum, quas ciuitates Italicæ facere consueuerunt: nam cõsuetudines multum vulgatas Princeps præsumitur scire,vt Bal.dicit in l.2.in fi.C.quæ sit lon.consue.vbi hoc modo limitat ca.1. de rescriptis in 6.& ibi in proposito subdit,quòd Italici,qui præscripserunt merum imperium,præsumuntur præscripsisse de scientia Principis. Similiter dicit Bald.in cap.1. colum.2. quæ sint regal. quòd Princeps præsumitur scire istos abusus, qui fiunt per ciuitates & alios D.locorum in colligẽdis pedagijs,ideò de eius scientia videntur colligere, licèt id sciat in confuso, & in genere: dicit etiam Sali.in l.auctoritatem.C.vn.vi.quòd potest Princeps confirmare violentam possessionem alterius quando id facit scienter, & in dubio si multũ transiuit tempus. & factum sit multum arduum,ita quòd verisimiliter & faciliter scire potuit, ꝙ contra eum est gestum, præsumitur eum sciuisse, & subdit ita fuisse cõsultum,itaq; dici non potest in proposito,quòd Imperator ignoraret ciuitates, & oppida, quæ subiecta erant Romano imperio, & in feudum concedebat D. Illustriss. Marchioni Ioan.Iacobo habere iurisdictionem iuxta vulgatam & cõmunem con-
162 suetudinem Italiæ ciuitatum. Vnde non † iuuat communitatem,si opponat, quòd clausula ex certa sciẽtia apposita in infeudatione non operatur ex his,quæ scribit Bald.in l.impetrata col.fi.versi. Item dicas.C.sent.rescin.non pos.quod clausula ex certa sciẽtia nihil operatur, nisi in his, de quibus Princeps præsumitur habere certã scientiam sicuti sunt ea, quæ consistunt in iure,nõ autem operatur in his,quę Princeps præsumitur ignorare, sicut sunt facta & commercia,
163 & bonæ consuetudines locorũ: nam dico,quod has † consuetudines, seu verius vsurpationes Imperator sciebat saltẽ in genere,quod sufficit l.qui iure militari.ff.de testa. mili.& not. Bald. & alij in l.sub prætextu specierum.C. de transac. & habetur, per Bart. in l.fin.§.pen.ff.de cond.indeb.& in l. ab Aurelio §.Gaius.ff.de libera.lega.Et in super quòd Imperator saltem in genere sciat, quæ prouinciæ, & ciuitates & quæ partes Italiæ recognoscant imperium Romanum, & quæ non recognoscãt,ostenditur, quoniam hoc scire ad Romanũ spectat Imperatorem, & vnusquisq; præsumitur scire,quod inuestigare & scire ex officio sibi iniuncto tenetur c.innotuit & ibi gl. in verbo ignorantia de elec. & gl.in c.dura in verbo euadere,& c.ad falsariorum in verbo dixerint de crimine falsi,& alia glo.in c.eos in verbo scienter.& ibi Dom.de temp.ordi.in 6.& est optimus tex. in c.quamuis de regu.iur.tradit Inno.in c.veniens in verbo innotuerit de filijs presby. Ant.de Butr. & Abb.in c.ab excommunicato de rescri. & in c.fi. de confess. Abb. in c.quosdam de præsump. Felin.in c.à nobis col.1.de excep.vbi allegat elegantem decis. Rotæ dicentis,quòd non auditur Episcopus allegans ignorantiam vacationis beneficij ad suam curam spectantis, & de illa decisio. Rotæ meminit etiam Roma. per eum non adductus consil.481. Præsentis dubitationis articulus in duobus locis,vbi tenet cum prædictis,subdens quòd quilibet diligens præsumitur in his, quæ sibi agenda incumbũt l.fi.C.de alim. præstan. Nec dicatur etiam quòd
164 † cõsuetudinem temporis immemorialis Princeps tollere non possit,quia imò potest, vt Bald.scribit consi.461.super eo, quòd quæritur, vbi inquit, quòd nemo præter Principem antiquissimam consuetudinẽ tollere potest, Princeps autem posset,& vocat Bald.eam antiquissimam consuetudinem,quæ hominũ excedit memoriam, dum allegat tex. in c.super quibusdam.§.præterea de verb.signi. hoc etiam colligitur ex eo,quod vult Bald.in c.fin.colum.pen.versi.& ideo Imperator de consue. vbi inquit, quòd imperator ex certa sciẽtia potest tollere omnia pedagia nobilibus Lombardiæ,quia potest cuilibet consuetudini derogare, ex quo ostendit Bald. quòd Imperator potest derogare consuetu-
165 dini temporis immemorialis, quia non possunt † pedagia minori tempore consuetudine acquiri, vt habetur in d.c.super quibusdam.§.pręterea,& facit ratio, quia si potest Imperator iurisdictionem, quam quis habet ex priuilegio, tollere, quamuis eo sit vsus tempore immemoriali, sicuti vsi sunt Veneti, vt tenet Bart.in l.hostes secunda col.ff. de capti.multo magis debet posse tollere consuetudinẽ,quæ habet tantũ vim priuilegij,quia non debet plus cõsequi actus fictus,quàm verus l.filio,quẽ pater.ff.de lib.& posthu. Demum quòd Imperator possit auferre consuetudinem temporis immemorialis ex sola voluntate dixi aliàs in duobus consilijs editis pro Illustrissimis Principibus nostris cõtra cõitatem Pontisturiæ in causa nundinarum,vbi sumendũ.

Non obstat, quòd præfata inuestitura etiã ex alio capite
166 redditur subreptitia, quia † non fuit in ea facta mentio de quasi possessione iurisdictionis, quam tunc Casalenses habebant: nam negatur, quòd tunc Casalenses possiderent iurisdictionem in terra Casalis, & hanc responsionem tradit Alexand.cons.16. In causa & lite colum.pen.lib.5.nam in casu suo quoq; commune Regij cõtendebat de iurisdictione aduersus quosdam nobiles inuestitos ab eodem Carolo quarto Imperatore,& allegabat cõmune Regij se esse in quasi possessione iurisdictionis,respondet Alex.ibi consulens pro.d.nobilibus,quòd non constabat, quòd tempore d.infeudationis,commune Regij esset in quasi possessione,& qui se fundat in tempore, debet probare de tempore l.eum actum.ff. de negot. gest.l.matrem.C. de proba. Cle. fin.de rescrip.& dato, quòd in casu nostro cõmune Casalis fuerit aliquando in quasi possessione iurisdictionis tempore primi Federici Imperatoris, tamen apparet eum postea cecidisse à sua possessione, tum propter translationem iurisdictionis in capitaneos, tum etiã propter submissionem factam in Illustrissimos Marchiones, ita quòd non potest dici, ꝙ tempore infeudationis Caroli quarti esset in quasi possessione iurisdictionis,imo apparet,quòd tunc Illustrissimus Ioan. Iacobus possidebat: nam de hoc mentionem facit Imperator in d.inuestitura, & etiã in inuestituræ confirmatione,nec aliquid iuuaret si obijceretur,ꝙ ex quo nũc commune Casalis possidet iurisdictionem, pręsumitur etiã in preteritum possedisse,quia negatur expresse,quòd nunc possideat: cum officiales D.Marchionum,nunc dominantium ius reddant, & pro eis exerceant iurisdictionem,& vlterius d.præsumptio non habet locum vbi probatur alium possedisse vt no. Bald.in.l.non ignorat C.ad exhiben.& latè scribit Soc. consil.13. Insignis doctor colum. pen.lib.4.

Non obstat ꝙ in d.inuestitura Imperator donabat prefato Marchioni omne, & quodcunq; ius sacri Romani im-
167 perij,& ꝓpter hoc d.inuestitura reddatur nulla, quia † Imperator non potest à se omnem potestatem, & iurisdictionem super locis particularibus abdicare: nã hoc modo paulatim extingueret imperium. Ad prædicta respõdeo,quòd Imperator primo cõcessit quasdam ciuitates & oppida d. Marchioni in feudum cum mero & mixto imperio, & sic retinuit sibi directum dominium, deinde concessit illi superioritatem, & omne ius competens Romano imperio, quibus verbis videtur concessisse ea, quæ reseruãtur Principi in

cipi in signum supremæ potestatis: nam ea non veniebant in infeudatione facta in d.terris cum mero, & mixto imperio c.quod translationem de offi. lega.& ponit Philip.Dec. in.l.imperium colum. 10.ff.de iur. omn. iud. Itaq; Imperator hanc potestatem,quę competit Principi,& non alij inferiori magistratui, voluit communem facere cum d. Marchionibus,quod facere potest,vt Bald. scribit cons.267.Ad euidentiam premitto quòd cōcubinatus lib. primo vbi in-
168 quit,ꝙ licèt plenitudo † potestatis in temporalibus competat soli Imperatori, vel libero Regi: Inferioribus autē non competit iure ordinariæ potestatis: possūnt tamen habere ex speciali priuilegio,puta si Vicariatus est eis collatus cum plenitudine potestatis. Idem plenius explicat Bal. in consi. incipiente Præsupponendū,& in alio incipiente, Rex Ro-
169 manorum. dicens † quòd Imperator potest absolutā illam potestatem,quæ est supra ius,alteri communicare assumendo eum in partem solicitudinis, prout aliàs fecit erigendo multa loca & ciuitates in verum Principatum, & Ducatū, vel infeudando aliquē Principem, quo casu intelligitur cōmunicata illa absoluta potestas, salua tamen maiestate imperij, idest superioritate imperiali, maioritate, & honore,
170 quia nihil potest sibi absorbere † de iurisdictione suprema, quæ,cum sit quid perfectū non potest crescere, nec decrescere,refert & sequitur Ioan. Bapt.de S.Seue.in repet.l.imperium.q.14.ff.de iurisd.omn.iud. vbi etiā allegando Bald. & alios ostendit, quòd Imperator potest illā supremam potestatem alteri communicare, & communicando nō eam abdicat à se: superioritatem autem,& maioritatem,imperij maiestatem, & honorem non potest in alium transferre,cum nullus inferior sit capax, nec auelli possit de corpore imperij,& vltra eum reperio idem velle Ang.in.l.si cer-
171 tarum.ff.de testam.mili.vbi inquit, quòd † licet Imperator non possit donare quotam imperij:tamen potest vnam ciuitatem vel plures: & illud est verum communicando cessionario imperium: nam ipse cōstituit Regem, Principem & Ducem: non autem potest donare abdicando à se iurisdictionem omnino, quia isto modo annihilare posset imperium.Sed in proposito Imperator nō abdicauit à se omnem potestatem pręsertim illam supremam, quam Romanum imperium habet in d.ciuitates & oppida,sed infeudauit omne ius competens Romano imperio,vt ex ipsa inuestitura patet & etiam facto declaratur, quia recognoscunt Marchiones Romanū imperium, inuestituras debitis temporibus à Romanis Imperatoribus suscipiēdo; & apparet ex decision. Bald.superius relatis talia iura spectantia ad supremam potestatē posse infeudari. vnde nihil officit quod scribit Alex.in l.filio,quem pater in fin.ff. de lib. & posthu. quia in casu,in quo ipse consuluit constabat,quòd Imperator non concesserat in feudum, sed concesserat ciuitatem, cum pleno & omnimodo dominio directo & vtili,& cum omnimoda iurisdictione nullo sibi penitus reseruato.

Non obstat,ꝙ confirmationes factæ d. inuestituræ non tenent, tanquam factæ de inuestitura nulla, & subreptitia, quia hoc negatur, nam Imperator potuit & voluit burgū Casalis in feudum concedere,& nulla subreptione fuit obtentum, vt superiora docent.

Non obstat,quòd in d.cōfirmatione adiecta est clausula iustificatiua,sicuti digna possumus, quo casu quum confirmatio sit facta in forma cōmuni,nihil iuris tribuit, quia ad
172 hoc respondetur, quòd quādo † confirmatio facta est cum clausula ex certa scientia, vel tenor rei confirmatę exprimitur, prout in casu nostro, tunc cōfirmatio non dicitur facta in forma communi,& confirmat illud, quod est nullū ca.1. de transac.cap.veniens, & ibi glo. in verbo confirmatū eo. titu. Bart.in.l.priuilegia.C.de sacrosf.eccle. & in.l.si constat. ff.de appella.Arch.in c.presentium.7.q.1.Roma.cons.327. Istæ sunt rationes colum.2. versic. quarta ratio, & tunc illa verba, sicut sine prauitate obtinet, & similia nō stant conditionaliter, sed causatiuè, quia tunc exponitur si pro quia, ex quo Princeps est iam informatus,& habet rei notitiam, vt dicunt Ioan.And.Anto.de Bur. & Abb. in c.venerabilis de confirma.vti.vel inuti. & Abb.in cap. examinata in fin. eod.titu.& consi.62. Illud de iure col.3.& istud in terminis scribit Alex.consi.16. In causa & lite colum.pen. lib.5. vbi
173 vult, ꝙ † illa verba posita in priuilegio infeudationis concesso per eundem Carolum quartū Imperatorem,sicut digna possumus, & ad Romanum spectat Imperium, nō intelligantur posita conditionaliter sed causatiue, & affirmatiue,idest quia ita est,vt not.per glo. & Docto. in d.ca.examinata,& per tex.in cap.Abbate de verb.signifi. Præterea aduertendum est, ꝙ ista non est propriè confirmatio, quia confirmatio propriè sumendo,est actus superioris,& quando fit à pari dicitur approbatio, vt superius retuli in 18.fundamento. In casu autem nostro fit ab eodem cum expressione eius,quod prius fuerat gestum: vnde potius debet dici geminatio actus, & huiusmodi geminatio actus magis ostendit enixam voluntatem disponentis & multum operatur,vt probatur in Auth.siue à me.C.ad Velleia. & dictū est super alio proposito in præcedentibus, & videmus ma-
174 gis proximè,quòd geminatū † rescriptum seu secunda iussio Principis habet vim clausulæ,& non obstante, & excludit omne vitiū obreptionis seu subrogationis.§. & hoc vero iubemus in Authen.vt nulli iudi.glo.Bald. Fulg. & moder.in.l.nec damnosa.C.de preci. Impera.offer.

175 Non obstat,quòd † in quadā confirmatione sint illa verba videlicet, sicut in talium possessione legitima tempore transacto fuisti, & adhuc fore dignosceris,& sic constat,ꝙ est de mente Imperatoris aliquod ius non tribuere per eius confirmationē,nisi in possessis,& d.Illustrissimus D.Ioan. Iacobus impetrans confirmationem, nunquam fuit in tali possessione: ergo nihil sibi datum, aut confirmatum fuit: Quia respōdeo,quod imò erat in possessione: nam illa verba, sicut in talium possessionē legitima tempore transacto fuisti,non sunt conditionaliter posita,sed affirmatiuè,& sic Imperator affirmat, eū esse in legitima possessione, prout in præsenti responsione declaratum fuit, & istud etiam magis apparet ex verbis subsequentibus, vbi dicitur,& adhuc fore dignosceris, vnde cum hoc affirmet Imperator redditur res clara,nec est opus coniecturis.l.continuus.§.cum ita ff.de verb. obli. & vbi Princeps affirmat se aliquid cognouisse,illi est credendum,Cle.1.de proba.nec admittitur probatio in contrarium,vt dictum est superius, dum tractaretur virtus clausulæ ex certa scientia,nec fieri potest vllū fundamētum in illo verbo legitima possessione ex parte communitatis,quia Imperator asserit possessionem dicti Mar-
176 chionis esse legitimam: Et vlterius quis † pręsumitur iustè possidere,nisi de contrario doceatur, glo.in cap. si diligenti in verbo bona fide,& ibi docto.de præscr.& glo.in ca.1.§. si duo in verbo,testimonium,de pac.tenen. Bart.in.l.communi.§.inter pr̨edones.ff.commu.diui.Ang.in.l.super longi, de præscrip.long. tempo.

Non obstat, ꝙ ipsis Do. Marchionibus non habet pro-
177 desse, ꝙ ipsi, seu eorum antecessores † aliquot actus exercuerint iuridicos, seu iurisdictionales, quia tales actus fuerunt clandestini: nam respondetur,quòd nullo modo tales actus fuerunt clandestini,ex quo cum iusto titulo incœperunt possidere sciētibus etiam aduersarijs, cum tales actus palā,& publicè fierent.l.clam possidere, ibi sciente aut volente eo & c.ff.de acqu.posse. & ita intelligenda venit decis. Bald.in contrariū adducta, quia habet locum,quando quis sine iusta causa furtiuè ingressus est possessionem, quia tūc bene dicitur clandestinus possessor.Præterea dato,sed non concesso, ꝙ aliquis auctorum Illustrissimorum Marchio-
178 num fuisset clandestinus possessor,tamen† successores eorum nō possunt dici clandestini possessores, quia vitiū clandestinitatis,non est vitiū reale.§.quod autem Insti. de vsucap.l.furtum.§. fundi cum.l.sequen.ff.eo. ponit gl.in.l cum quærebatur in verbo,vt prædonem.C.vn.vi.gl. Bar. & alij in l.Pomponius.§.cum quis.ff. de acq. posse. & ibi Alexan. colu.pen.qui dicit doctores ita communiter tenere. Vlterius dici potest quòd Illustrissimi Marchiones volente aduersario ingressi sunt possessionem seu quasi iurisdictionis

per

per submissionem factam per Casalenses, & iuramentum fidelitatis ab eis præstitum, quo casu non potest dici, quòd clandestina fuerit possessio d.l.clam possidere in princ.

Non obstat, ꝙ non valent etiam Illustrissimi Principes sumere fundamẽtum ex sententia Caroli quinti in qua fuit pronunciatum ipsos mittendos esse in possessionem ciuita
179 tis Casalis: quia d.sententia † venit intelligenda eorum tan tũ, quæ in d.ciuitate possidebat Illustrissimus quon. Georgius vltimus Marchio Palæologus, Secundum petitionem Illustrissimorum Principum referendo sentẽtiam ad acta, prout referri debet, & quòd Illustrissimus quon. Marchio Georgius non possidebat iurisdictionem: nam respondetur, ꝙ imò dictus D. quon. Georgius Marchio possidebat iurisdictionem deputãdo vicariũ in ciuitate, & alios actus iurisdictionales exercẽdo, sicut antecessores sui facere consueuerant, & istud sentit Carolus quintus Imperator in sua sententia, nam ex quo Principes petebãt se mitti in possessionem eorum, quæ possidebat quond. Illustrissimmus D. Ioan. Georgius, & Imperator pronũciat esse mittendos in possessionem ciuitatis, satis superque declarat, d. quond. D. Georgium Marchionem possedisse ciuitatem, idest iurisdictionem in ciuitatẽ, vt sententia sit secundũ petita, & conformetur libello.l.vt fundus.ff.commu.diui.ca.licet heli de
180 simo. & est considerandum, quòd dum † Imperator dicit, quòd Illustrissimi Principes debent mitti in possessionem ciuitatis, accipit ibi ciuitatem etiam cum territorio, nam appellatione ciuitatis venit quoq; territorium, vt ostẽdit eleganter Bald.consi.357. Nota pro duce Turroniæ lib.5.vbi consuluit, quòd Princeps alienans ciuitatem videtur etiam alienare territorium, quia territoriũ ciuitati naturali ratione accedit, membra debent regi à capite, Item ratione connexitatis, Item quia communiter homines ita opinantur, Item quia illa est perfecta dispositio, quæ ex omnibus suis partibus, & appenditijs constat, Item quia vniuersalia sunt largè interpretanda, vt ibi ipse latius prosequitur, per plura iura, quæ adducit, sed qui habet territoriũ, intelligitur proculdubio habere iurisdictionẽ.l. pupillus.§. territoriũ.ff. de verbo. signific. ergo concedendo Imperator Illustrissimis Principibus possessionem territorij, videtur etiam concessisse possessionem iurisdictionis. Præterea vbi conceditur ciuitas, dicitur etiam concedi merum & mixtum imperiũ, vt vult Bart.in.l.1.in fi.ff.de iurisdic.omn. Bal.in ca.1.col.4. versicu.item scias de cap.qui curi.vend. Roma.consi.444. An dictum castrum.2.dub.dixi latissime consi.405.Placet conclusio, vnde eadem recurrit cõclusio, quòd Imperator tribuens possessionem ciuitatis, videtur etiam concessisse possessionem meri & mixti imperij.

Non obstat, quòd licet Principes deputant vicariũ, propter hoc non acquirunt aliquã iurisdictionẽ, quia hoc contingit ex eo, quòd ciuitas transtulit præturam in dominos Marchiones, & ad pretorem spectat deputare vicarium, & sufficit ciuitati, quòd Vicarius exerceat iurisdictionem ad commodum ciuitatis vt ex applicatione pœnarum intelligi potest, & remissionibus causarum. Nam ad prædicta respondetur, quòd etiam, quòd Illustr. Do. Marchiones tan-
181 quàm prætores deputarent Vicarium, tamen † iurisdictio ad eos pertineret quum prætura sit perpetua, & habens magistratum perpetuum intelligitur habere omnimodam iurisdictionem, ca.1.& cap.cum ab ecclesiarum de off. ordina.& tradit Inno. in cap.cum accessissent de constit. cum alijs superius in primo fundamẽto adductis, nec potest fieri fundamentum aliquod pro parte communitatis ad ostendendum iurisdictionem super applicatione pœnarũ, & remissionibus causarum, vt superius fuit ostensum.

Non obstat etiam dum dicitur, quòd dato, quòd Casale
182 esset vnitum Marchiæ, tamen † potuit habere merum, & mixtum imperium ex priuilegio vel cõsuetudine, vel præscriptione temporis immemorialis, separatũ ab alia iurisdictione D.Marchionum per multa, quæ in hãc sententiam deducta sunt, nam fateor verum esse, ꝙ ex prædictis causis potuit cõmunitas habere iurisdictionem separatã à iurisdictione Marchiæ, sed non ostenditur de aliquo priuilegio imperiali, nec de cõsuetudine, nec de præscriptione tẽporis immemorialis, vt ex aduerso præsupponitur, & qui allegat se esse exemptũ à generali iurisdictione, illud debet ostendere & probare, cum istud sit fundamentũ intentionis suæ & habeat contra se regulam, c. cum persona de priuil.in.6.

Non obstat, quòd dicitur parte communitatis non pro-
183 bari iurisdictionem Principis ex eo, quod † à sententijs vicarij appelletur ad Senatum, quia potest contingere, quòd ciuitas habeat iurisdictionẽ in primis causis, & quòd Principi, seu eius Senatui competat ius appellationis: Nam respondetur, quòd regulariter iurisdictio primi iudicis dependet ab eo ad quem appellatur, cum appellandũ sit ad proximè immediatum superiorem, vt latè deductum est in. 12. fundamẽto pro parte Principis deducto, & licet posset contingere contrarium, quod qui habet ius appellationis, non habeat iurisdictionẽ in primis causis, tamen hoc debet probari, quia non sufficit allegari possibile, nisi etiam ostendatur de necessario & verisimili iuxt.not.in.l. neq; natales.C. de proba.& sufficit, quòd pro Principe stet regula. quia, qui habet regulam pro se dicitur habere ius certum.vt not. per glo.in rubr.de regu.iur.in.6.& per Barto. & alios in.l.2.ff.si quis in ius voca.non ie.& insuper, quòd Principes habeant iurisdictionem in primis causis, ostenditur ex eo, quod deputant Vicarium ad ius reddendum, & si quando allegatur Vicarius suspectus dant ei adiunctum ad preces ciuium, & prorogant, & restaurant instãtiam primarum causarum, & gratiam faciunt maleficis pœnarum corporalium inflictarum sibi per sententiã Vicarij, & ex alijs multis idem colligitur, quæ deducta sunt superius ad demonstrationem iurium Principis.

Non obstat, quòd nõ possunt Principes se fundare super
184 iuramento fidelitatis, quia ex hoc † non infertur, quòd debeat esse quo ad reliqua subdita iurisdictioni Marchionũ, imò in sua pristina libertate remanet, attento, quòd potest quis se subijcere quo ad quędam, & quo ad quædam minime.l.2.ff.de iu.immu. cum alij pluribus cõcordan. nam respondetur, quòd imò iuramentum fidelitatis facit eos necessariò esse subditos iurisdictioni, prout superius fuit deductum in nono fundamento. Illa aũt, quæ allegantur in oppositum, quòd quis potest se subijcere quo ad quædã, procedunt, vbi quis nõ subditus, sed liber & sui iuris subijcit se ad certa quædam alicui, & in cæteris non vult se subijcere, sed in pristino suo iure remanere, & ita inter eos actũ extitit & conuentum, Sed in casu nostro Casalenses iurant precisè fidelitatem nullo excepto, ergo faciũt se subditos. Vlterius sunt submissiones Casalensium, quæ clare loquũtur, & ostendũt in omnibus esse subiectos præter quàm ad quædam minora, quorum cognitio conceditur prætori à Marchionibus deputãdo ad commodum cõmunitatis, Preterea indistinctè potuit eos Imperator subijcere quo ad omnia per donationem, seu feudi dationem, Item præscriptũ est contra eos, quo ad omnia, vt deductum est superius in sexto fundamento.

Non obstat, quod allegatur pro parte cõmunitatis submissionem factam Illustrissimo Theodoro Palęologo nõ nocere, quia nõ constat de mandato Syndici: nam respon-
185 detur, quod † ex antiquitate temporis pręsumuntur omnia solenniter acta l.si filius.C. de petit. hæred.l.qui in aliena in prin.ff.de acqui.hæred. & licet Bald. in.l.2.vers.quæro quid si dominus & in l.1.C.de reb.alie.non alie.tenuerit, ꝙ mandatum non pręsumitur etiam per spacium mille annorum, & sequitur Alexan.in.l.sciendum colum.5.versi. vnum tamen sciatis.ff.de verb.obliga. & in d.l.qui in aliena col.3.& consi.primo, Ponderatis his de quibus in themate col.pen. lib.4.tamen idem Bal. tenuit contrarium consi.336. In primis videndum est, colum.fin.lib.1.Pau.de Castr. consi.84. Visa dicta facti narratione, & his, quæ copiosè circa fi. lib. primo, & latè impugnat illam Bald. decisio. Franc. de Curte consi.77.Super motiuis redditis dicens Bal.ex suo capite sine lege & ratione loquutũ, & dicit etiam Ias.in l.1.col.5.C. qui

qui admi. dubitare se de hoc dicto Bal. per tex. in d. l. si filius C. de petit. hære. vbi iussus patris de adeundo hereditatem, qui necessariò debet præcedere. l. si quis mihi bona §. iussu ff. de acqui. hæred. præsumitur precessisse ex temporis diuturnitate, & contra Bald. tenet etiam ibidem Dec. & cons. 486. Visis & diligenter consideratis col. fin. & semper illud Bal. dictum visum sibi fuisse dubiũ, & dicit Soci. consil. 46. In causa Magnifici col. 2. lib. 3. Sed posito quod dictũ Bald. esset verũ, tamen illud limitatur non procedere, quando factum est tale, quod verisimiliter quis ad illud nõ accederet, sine mandato, quia tunc ex antiquitate temporis mandatũ præsumitur interuenisse, ita scribit Feli. in cap. sicut col. 17. versi. sexto aduerte de re iud. per decis. Rotę secundam sub titulo de cau. posse. & proprie. & tenet hoc etiã Soci. d. cõsi. 46. col. fi. consi. 42. Pro facultate mea col. pen. & in d. l. 1. C. qui admit. Sed in proposito quis sanæ mentis dixerit, quod audeat aliquis Syndicus subijcere totum populum vni domino, nisi habuisset ad hoc specificum mandatũ sic faciendi. Præterea dicendum est, quòd ex subsequẽtibus actibus
186 † sequuta est ratificatio populi, quæ æquiparatur mandato: nam post d. submissionem Casalenses paruerunt præceptis d. Theodori, & eius officialibus, qui pro d. Theodoro ius reddebant, & sententias ferebant, etiam cum pęnarũ applicatione cameræ d. Theodori vt patet ex publicis actis, & sic non possunt dicere se non fuisse subiectos, cum submissionem ipsam approbarint. non enim solum ratificatio potest fieri verbo, sed etiã facto l. Paulus respondet. ff. rem ra. habe. & plus est aliquid facto ostẽdere, quàm dicto c. dilecti il primo de appella. & ideo vniuersitas, quæ soluit expensas factas per syndicum in lite videtur gesta per eum ratificare, vt not. Spec. in tit. de syndico §. 1. versi. sed pone vniuersitas, & tenet Alex. consil. 127. viso instrumento col. 1. lib. 5. & consi. 575. Perspectis verbis in fin. lib. 5. & ad hoc bene etiam facit, quod scribit Petr. de Anch. consi. 158. Ex
187 † narratis in facto col. 4. versi. præterea vt dicatur, vbi concludit, quòd in actu, qui habet tractum successiuum, vt est guerra, & rebellio, communitas obligatur ex delicto, licet à principio congregato populo, & publico consilio, & interuenientibus alijs solennitatibus requisitis non consenserit: Multò igitur fortius dicendũ est in casu nostro, ꝙ ratificauerint d. submissionẽ habentẽ tractũ successiuũ ex actis postea gestis indicãtibus subiectionem, cũ hic nõ versetur aliquod delictum, sed tantùm dimissio, & abdicatio sui iuris.

Non obstat, ꝙ d. submissio videatur esse contra requisita per statuta in alienatione rerum pertinentium ad cõmune, nam respondetur quod etiam, quòd non interuenerint d. solennia, seu forma introducta statuto, tamẽ d. submissio valet, quando cõstat de voluntate populi, & populus sit talis, qui posset derogare statutis, vt Bal. tenet in l. 1. colum. 1.
188 versi. vnde hic quæro. ff. de. ll. dicens, ꝙ licèt † statutum dicat aliquid fieri debere sub certa forma, & quod actus aliter non valeat, quòd si illa forma nõ fuerit seruata, & populus statuit, valet statutũ, quia, ex quo habetur consensus totius populi, nõ curamus de modo: vnde licet non appareat de forma seruata, sufficit, quòd appareat de voluntate consilij, vt per Bar. in l. obseruare. C. de decurio. lib. 10. qui allegat l. de quibus. ff. de. ll. & l. si quod. C. de legatio. lib. 10. illud tamen Bald. ibi intelligit si cõsilium est tale, quod possit illi formæ derogare, quia tunc valebit statutum aliàs nõ, allegat ad hoc in argu. tex. in l. fin. in princ. ff. de lega. 2. & in l. si quis in principio testa. ff. de lega. 3. idem vult Bart. in l. vniuersis in fin. C. de preci. Impera. offer. vbi inquit, quòd si statutum dicat, quòd consilium debeat congregari, & propositum fieri certo modo, & certa forma, si quid ordinatum, & obtentũ fuit in consilio, illud valet, & tenet, licèt in congregatione & in proponendo petitionem non appareat, ꝙ forma statuti fuerit seruata, & sequitur Pau. de Cast. ibi, qui infert ad ea, quæ fiunt ab vniuersitate scholarium non obseruata forma statutorum, & idem sequitur Pau. de Cast. in l. 1. in prin. ff. de constitu. Princ. & in l. 1. in prin. ff. ad. l. Falci. hic autem apparet de voluntate totius populi: nam fatuum esset dicere, quòd populus voluerit se submittere alicui domino, & in eum transferre iurisdictionem, & dicere quòd obstaret ei suum statutum, quum lex non liget cõdentem, & nemo possit legem sibi imponere, à qua nõ liceat discedere: Fateor tamen, quòd vbi statutũ requirit certam formam, quòd requiritur, quòd magis enixe appareat de populi voluntate d. l. si quis in prin. testamenti, quam Bald. allegauit, sed non video, quòd populus magis enixè potuerit declarare suam voluntatem se submittendi, cum bis vel sæpius fecerit d. submissionem, & longa obseruantia d. sub-
189 missionis fuerit subsequuta. Præterea statutum † Casalense non potuit ligare Imperatorem, quo minus terram Casalis in feudum concederet cap. venientes de iureiur. ca. cũ inferior de maio. & obed. & istam responsionem tradit in istis terminis Alex. in præalleg. consi. 16. circa fin. lib. 5. vbi etiam adducit Bald. in l. cunctos populos in repet. magna colum. 10. C. de summa trini. & fide. catho. dicentem non valere statutum factũ in præiudicium priuilegij à superiore obtenti per cap. cum venissent de iudic.

Non obstat postremò fundamentũ, quod adducitur pro parte communitatis, quod sumitur ex instrumento donationis, vbi cum communitas donasset Excellentissimo D. Gulielmo Marchioni iuniori quędam nemora, legitur ibi,
190 quòd ea donabat † saluo mero & mixto imperio ipsi communitati spectãtibus, & pertinentibus, & sic videtur confessus fuisse d. Marchio merum, & mixtũ imperium ad d. cõmunitatem spectare & pertinere: nam respondetur primò ꝙ d. donatio nõ fuit facta d. Marchioni presenti & stipulanti, sed alteri eius nomine, vnde non constat ꝙ d. Marchio sciuerit d. verba reseruationis, qua cõmunitas pretendebat merum & mixtum imperium esse suum, nam quod gestũ est à seruo meo, vel procuratore præsumor ignorare l. quod vulgo. ff. pro empto. gl. Bart. & cæteri in l. si res obligata. ff. de leg. 1. & bonus text. in l. item veniunt. §. petitam il. 2. ff. de peti. hæred. vbi Ang. dicit nõ est bona consequen-
191 tia, procurator scit, ergo etiã dominus. Et quia † sumus in Principe, dico, ꝙ Princeps nõ pręsumitur scire, quod sciunt sui officiales, vt Alexan. scribit consi. 84. In causa vertente col. 2. lib. 1. per glo. in cap. cum ad sedem in verbo interdictum de restitutio. spolia. qui etiam subdit, ꝙ nec officiales Principis præsumuntur scire omnia, quę continentur in eorum codicibus, vbi multa sunt negotia, & varia, & implicata iux. nota. per Bart. in l. non fatetur, & in l. penul. ff. de confes. Et licet appareat, ꝙ illa bona donata Princeps alij concesserit, non tamen apparet, quòd habuerit † scientiam
192 illorum verborum: nam scientia qualitatum requiritur, & non sufficit scire in genere rem gestam, nisi quis sciat rem sic gestam gl. in cap. concertationi in verbo sciuerit, quam ibi not. Domi. de appella. in 6. & sequitur Roma. in consil. 343. Ex proposito themate circa fin. & illam etiã pro nota. allegat Alex. cons. 114. Ponderatis his col. 2. lib. 1. dicens ꝙ vbi requiritur scientia alicuius actus, debet haberi cũ qualitatibus suis, illam etiam gl. reputat auream Feli. in cap. à nobis. col. 2. de except. dicens per eam, quòd vbi qualitas scientiæ est illa, quæ operatur, non sufficit probare scientiam in genere & de d. gl. scribit idem Feli. latius in cap. quo ad con-
193 sultationem col. pen. de re iudi. Accedat † prædictis quod Ias. scribit consil. 159. Circa primam dubitationem col. 4. versic. tertia principaliter lib. 2. vbi licet mentionem nõ faciat de gl. præallegata: tamen per plures alias decisiones, & auctoritates concludit singulariter, quòd tex. in capit. 1. §. Titius si de feu. fue controu. in. Domi. & agna. loquens de agnato sciente alienationẽ feudi, vt excludatur ab eius reuocatione per lapsum anni, si tacuerit, non procedat nisi in agnato sciẽte tenorem alienationis, & dicit adhuc magis in proposito Pau. de Cast. consi. 350. De præsenti casu fui re-
194 quisitus secundum veterem impressionem, quòd † ratificatio etiam expressa contractus celebrati per instrumentũ non operatur, nisi omnia capitula instrumẽti ratificanti fuerint nota, & lecta, facit etiam gl. ad prædicta in Clem. causa in verbo plena de elec. & ibi Imo. col. pen. & Car. q. 4. vbi etiam

etiam docent modũ, per quem ostendi possit aliquem habuisse plenam omnium notitiã. Vnde per prædicta ostenditur, ꝙ nisi probetur luculenter d. Marchionem habuisse certam notitiam d.verborum, nõ potest se in illis commu
195 nitas fundare. Et ex† prędictis patet responsio si diceretur, quòd qui acceptat contractum nonmodo à se gestum, verumetiam ab alio celebratum, tenetur eum acceptare cum suis qualitatibus. l.Gaius.ff.de manum. Bald. in.l.contra iuris.§.fi.cum.l.sequen.per illum tex.ff.de pac.Alexan.in.l.cũ fundus.§. seruum tuũ imprudens 4.nota.ff.si cer. peta.quia hoc procedit, quando ille qui acceptat haberet notitiã om-
196 nium, nam † consensus non extenditur ad ignorata l.cum Aquiliana.ff. de transact.l. mater decedens cum simil.ff.de inoff.testa. Secundò aliter & fortius respondetur, quòd illa verba, per quæ cõmunitas sibi reseruat à donatione. d.nemoris merum & mixtum imperium, quod habet super.d. nemore, nõ possunt aliquid operari, nisi doceatur, quòd de
197 iure merum & mixtum imperiũ habeat, quia † exceptio, & reseruatio non tribuit aliqđ ius de nouo, sed tantùm quod habetur de nouo reseruat, & si nullum ius apparet nihil intelligitur reseruatũ, vt est bo.tex. in l.si in venditione in fin. ff.commun. prædi. vbi si vendens fundum excipit seruitutem, quam Ticio debet, si nulla debetur seruitus, exceptio nihil operatur, ad idem text. in l.si quis legauerit.ff. de lega. primo, quem tex. Ang. ita summat,† Reseruatio non reperiens reseruabile nihil operatur, & illũ tex. inducit ibi Bart. post Iacp. de Are. ad quæstionem de eo, qui vendidit fundum excepto iure coloni, qui habebat medietatẽ fructuũ, si nullus reperitur colonus, an ipsi venditori debeatur medietas, & respõdet, quòd ista exceptio nihil operatur, vt ibi habetur & l.si sub conditione.ff. de vsufru. & l.in lege.ff.de contrah.emp.& d.l.si in venditione.ff. commu.prędio.& l. si mercedẽ in fi.ff.de actio.emp.& l.minor in fin.ff.de euic. Hinc pulchre dixit Oldra. consi. 214. In instrumento cuiusdam emancipationis, ꝙ pater, qui in instrumento emancipationis apposuerat ista verba retẽto sibi patri vsufructu in omnibus bonis & rebus per d. filium suum emancipatũ quoquomodo de cętero acquirendis, quem vsumfructum remittere non intendit, nõ poterat habere aliquem vsumfructum in bonis postea quæsitis per d.filium emancipatũ, quia talis retẽtio nihil operatur, sed censenda est potius inutilis & inanis per plura iura, quæ ibi allegat, & quæ antea fuerunt adducta supra per Iaco.de Are.& quia d.reseruatio erat facta per patrem, qui nõ intendebat ius aliquod nouũ sibi acquirere, sed tãtum quod habebat retinere, & nullum ius sibi competebat ad retentionem, cum pater nihil iuris habeat in quæsitis per filiũ post emancipationem.l. si filius ff.de verbo.obliga.l.vltima.ff.de stipu.seruo. Accedat quod scribit Soci. consil. 287. Circa præsentem consultationem colum.2.lib.secundo, nam in instrumento locationis dictũ fuerat, quòd per præsentem locationem non præiudicetur vsui, quem habet conductor in d.apotheca, Vnde videbatur locator fateri vsum cõductoris per id, quod habetur in l.optimam.C.de contrah.& commit. stipul. & sic non poterat contrauenire cõfessioni suæ, sed ad hoc respondet Soci.tenendo cõtrarium, quòd licet cõductor voluerit, quòd non præiudicetur iuribus vsus, quẽ habebat per talem clausulam reseruatiuam iuris, quæ apposita fuit, vt sibi per d.locationem non præiudicaretur, nõ acquiritur vsus de nouo, quem non intendebat locator concedere, neq; conductor acquirere, sed in acquisito sibi non pręiudicare, actus enim agentium non debent vltra intentionẽ operari.l. non omnis.ff.si cert.peta.l.1.§. si quis ita ff. de verbo. obliga. solent
199 † enim istæ iurium reseruationes tãtum ius, quod quis habet conseruare, iux.l.eleganter in prin. cum ibi not. in gl.ff. de pignora.actio.& per Bart.in l.fin.eo.titu.non autem earum virtute ius aliquod quæritur, & de hoc dicit Soci. esse casum in.l.si debitor.§.si in venditione.ff. quib. mod. pign. vel hypot.solu. vbi Ang. põnit illud, quod supradictum est de clausula excepto iure coloni, qui habet medietatem fructuum: sic dicẽdum in proposito, quòd per d.verba reseruatiua meri & mixti imperij non præiudicatum fuisset iuribus communitatis, si aliquod habuisset, sed nullũ tunc habebat, nec etiam nũc habet, vnde succedit, quod dicit text. in.l.in lege.ff.de cõtrah.emp.in illis verbis, neminem enim
200 nec vendere, nec excipere posse, quod nõ sit. Non † omitto, quòd etiam si D. Marchio apertè confessus esset merũ, & mixtum imperium ad communitatem spectare: tamen hæc eius confessio nõ posset preiudicare posterioribus succedentibus in dignitate. Nam sicut Princeps nõ potest alienare iura imperij, & regalia concedere, & quæcunq; reseruata regiæ dignitati in præiudicium successorum, vt tradit Bald.in tit. de pac. Constan. in verbo successorum nostrorum, & in c.fi.de re iudi.circa fi.& vult etiam Bart. in l.prohibere.§. planè.ff. quod vi aut clam, & habetur per Moder.in cap. primo de proba. Ita etiam nõ debet posse confiteri, ne per indirectum permitteretur, quod directo fieri prohibetur, ne fraudi sit locus, & est casus apertus de hoc in l.1.§.mutuam.ff.si quid in frau.patro. tradit Barto.& alij in l.2.§.fin.ff.si cert.peta.& ex istis sufficienter arbitror responsum ad obiecta.

Iam finem cõsultationi huic nostrę imponimus, in qua, dum proponuntur, quæ ex parte actoris dicuntur, & deinceps quæ illustrissimi Principes pro se afferũt, & postremo contraria refellimus, res in longum protracta est, quanquã sermo noster non tam longus videri debet, quàm materia longa, super qua scribendum fuit.

Colligendo autem paucis quæcunq; dicta sunt, & veluti sub vno aspectu superiora omnia ponendo. Agit commune Casalis aduersus Illustrissimos Principes proponẽs merum & mixtum imperium, & iurisdictionem omnem ad se spectare in ciues & incolas priuatiuè ad quoscunque etiã ad Principes, cõtradicunt Illustrissimi Principes: nam licet ab initio ædificationis suæ, seu tempore Federici primi Imperatoris vteretur suis legibus Casale, & nemini subijceretur, vt ipsi prędicant, tamen ab ea libertate & iurisdictione fuit recessum, quia, cum vexarentur à finitimis, de quorum erant territorio, nolentibus ex collatione quarundam causarum suum territorium imminui, acceperunt in capitaneũ Illustrissimum D.Gulielmum ad tempus, deinde in perpetuum pro se & eius descendẽtibus, & in eũ iurisdictionem omnẽ transtulerunt. Postea à d.capitaneatu recessum fuit, & Illustrissimo Theodoro Paleologo se & sua omnia subiecerunt, & tunc nõ solùm ipse, sed & qui successerũt postmodum Marchiones Casalensibus dominati sunt, donec ventum est ad Illustrissimum Marchionem Ioan. Iacobũ, qui, vt meliori adhuc iure vteretur, eos obtinuit sibi cõcedi in feudum à Carolo Quarto Imperatore, & ita successiuis temporibus semper, qui secuti sunt Marchiones Casalensibus imperarunt, & in eos iurisdictionem exercuerunt, ad nostram vsq; ætatem, deputando vicarium, qui iura ciuibus redderet, & causas appellationũ à Vicarij sententijs interpositarum cognoscendo, & iuramẽtum fidelitatis ab eis recipiendo, & controuersias ciuiũ ciuiles & criminales delegando, prout occurrebat, & d. Marchionibus videbatur. Et hæc & plura alia deducuntur ex parte Principũ. Ex parte autem Casalensium nihil aliud hactenus deducitur, nisi quòd antiquitus ipsi erant liberi, quæ cõmunis esse potest querela omnium ferè Italiæ ciuitatum nunc subiectarum, deinde prædicatur ab eis capitaneatus, quo tempore suam iurisdictionem amiserunt, si quam habebant, eam in capitaneos transferendo, qui tamen capitaneatus postmodum fuit abrogatus, & in desuetudinem in omnemq; abijt obliuionẽ. Postremò allegatur pręscriptio temporis immemorialis, quæ nulla fuit, nec est, nec esse potuit, quum ipsi Marchiones tempore d.capitaneatus & citra semper fuerint in possessione iurisdictionis: præscriptio enim nõ datur cõtra possidentem, sed ipse est possidens, qui cõtra cæteros præscribit: & insuper perfici nunquã potuisset præscriptio, dato, quòd currere incœpisset, quia fuisset interrupta per contradictionem, & cõtrarios actus factos parte Illustrissimorum Principũ. Adducuntur præterea protestationes quędã & remissiones

& remissiones causarũ ad ordinarios factæ, quæ ad rei demonstrationem nequaquam sufficiunt, sed sunt leuissima, & nullũ ius tribuere possunt. His perspectis neminem fore arbitror, qui non iudicet iustissimas esse partes Illustrissimorum Principum nostrorum, & commune Casalis seditiosorum vocibus excitatum temerè causam suscepisse, & ea pati debere, quę temerè litigantes contra eorũ dominos conuenit perferre: Vasallus namq; gerens se pro libero grauiter est coercẽdus ad exemplũ serui fugitiui, vt tradit Luc. de Pen. in l. 1. C. de colon. Palęsti. lib. 11. & in l. 1. C. de colo. Illyricis. eo. lib. quem refert & sequitur Matthæ. de Afflic. decisio. 307. Regia maiestas col. 4. Ex his finem facio scribendi, in quo nemo imputet mihi lõgitudinem: non. n. ego longus sermone, sed materia ipsa, super qua scribendũ fuit, longa extitit sicut prædixi, & res ipsa satis superq; ostendit.

SVMMARIVM.

1 *Ordo, qui maximam pulchritudinem ostendit, confunditur, nisi congruus vnicuiq; locus in honoribus assignetur.*

2 *Ducatus dignitas quanto antiquior, tanto nobilior, & iuniori præferenda, & nu. 6. 20. & 22. etiam quod iunior latiorem habeat iurisdictionem vt nu. 36.*

3 *Nobilitas non nascitur in ictu oculi, sed attribuitur antiquitati.*

4 *Feudum antiquum dicitur nobile, & econuerso, & nobilitat feudatarium, secus feudum nouum.*

5 *Nobilis non præsumitur, qui non probat maiores eius fuisse nobiles.*

7 *Dignitate vbi duo pares reperiuntur, præferendus est ille, qui meliori creatus est sanguine. & nu. 9.*

8 *Nobilitas generis descendens à principatu est maxima, & descendit in infinitum.*

10 *Pontifex summus maior est Imperatore ab eo Iuramentum fidelitatis suscipiens, & vices veri Dei gerens in terris. & nume. 12.*

11 *Pontifex potest quasi omnia facere, quòd Deus excepto peccato, & nisi cõtra fidem à nemine potest iudicari, & Dominus dominantium dicitur & nu. 13.*

14 *Dux creatus à summo pontifice præferendus est Duci à Imperatore creato, & est eo dignior, & nu. 41.*

15 *Doctor vel miles creatus à Papa præcedit creatum ab Imperatore, etiam si posterius habuerit dignitatem.*

16 *Dignitates plures qui habet, vnam tantùm habenti præferendus.*

17 *Dux habẽs auos & abauos Duces, sicut filius doctoris præfertur alij doctori, qui non est talis, ita debet magis honorari, & præferri alteri Duci Duces abauos non habenti.*

18 *Nobilitas paterna per maternę nobilitatis adiectionem fit splendidior & luculentior, & qui ambos parentes habet nobiles, præfertur alteri vnam tantùm nobilitatem habenti.*

19 *Nobilitas materna, quòd non sit parui sed magni ponderis ibi exempla.*

21 *Nobilitas incipit, crescit, & perficitur, & perfecta alijs præfertur.*

23 *Ciuitas libera de facto Imperatorem non recognoscens habet magnam dignitatem, & legibus scriptis non subijcitur, & in suo territorio ea potest, quæ Imperator in vniuerso imperio.*

24 *Dux factus alicuius ciuitatis liberæ, loco illius in omnibus subrogatus non dicitur, & ex hoc nõ p̃fertur Duci antiquioris ducatus, & nu. 26.*

25 *Respublica subiecta, respublica appellari non solet, sed commune.*

27 *Respublica libera & sui ipsius Domina potest iura sua alienare, & nunquam moritur, nec habet hæredem, quæ Dux eius postea factus minime facere potest.*

28 *Conuentio sicut de tempore ad tempus non extenditur, ita nec de re ad rem, vel de persona ad personam.*

29 *Legati ciuitatis liberæ licèt ex conuentione, consuetudine, vel sententia præferantur alicuius Ducis legatis, talis tamen prælatio ad legatos ducis ipsius ciuitatis postea facti propter dissimilitudinem non extenditur, & nume. 31. & 33.*

30 *Sententia est stricti iuris nec probat plusquàm de necessitate ex ea inferatur.*

32 *Consuetudo quantum habet de actu, tantum de potentia & non plus & ijsdem actibus restringitur, quibus inducitur, sicut restringuntur præscriptiones.*

34 *Principis permissio in prælationibus, seu concessio regalium per contractum & aliorum iurium ad supremam dignitatem spectantium successoribus non præiudicat.*

35 *Dignitatis præmium est subditos habere meliores, digniores, & eorum abundare multitudine & num. 42. his tamen ornatus dignitatibus non præfertur antiquiori habenti parem dignitatẽ, & minorem administrationem. vt sub nu. 40. & 44.*

37 *Multiplicatio eiusdem honoris sæpius repetiti nõ operatur, vt præcedat alium priorem tempore, qui semel tantum eundem honoris gradum cœpit.*

38 *Prælatio vt inducatur nunquid ordo temporis in honoribus sit spectandus, & nu. 40.*

39 *Diuitiæ non sunt dignitas, nec directè dignitatem dare possunt, quibus etiam nõ acquiritur vera nobilitas, nec tollunt temporis prærogatiuam & nu. 45. & 50.*

43 *Dominus potest compellere subditos ad collationem, quando vult emere castrum.*

46 *Dux dignior antiquiori Duce nõ fit ex eo, quòd nobiliorem habeat ciuitatem.*

47 *Canonicus ecclesiæ cathedralis præcedit canonicũ alterius ecclesiæ ratione loci, & ex eo quòd assidet Episcopo.*

48 *Ciuis nobilioris ciuitatis quòd præcedat ciuem inferioris ciuitatis quomodo procedat.*

49 *Locus non sanctificat hominem, sed homo locum.*

CONSILIVM. 637.



ONTENTIO hæc insignis, quæ agitatur inter Illustriss. Duces Ferrariæ, & Florentiæ, vter eorũ alteri sit præferendus in honoribus, nõ debet cuiquam arrogans, aut ambitiosa videri, sed iusta, probabilis, & quodammodo
1 necessaria: quia ordo,† qui maximam pulchritudinem ostendit, confunditur, nisi congruus vnicuiq; locus in honoribus assignetur, vt habetur. C. vt digni. or. serue. lib. 11. in rubro & nigro. Hinc beatus Hieronymus excandescit in quendã, qui Diaconos presbyteris anteferebat cap. legimus. 93. distinct. & Abb. Panor. in consi. inferius allegãdo inuehitur acriter in Archidiaconũ quendam, qui Vicariũ Episcopi anteire conabatur, interpretans id ex radice superbię prouenire: vitium est enim pręposterare cap. Episcoporum. 74. distinc. Specu. in titu. de citat. §. iam de citatione versi. Porrò si sunt plures. Et quoniam super hac controuersia maximi & grauissimi Iurisconsult. pro Illustrissimo Duce Ferrariæ scripserunt; mei fuisset consilij ab hoc consultationis munere temperare: quoniam eadem dicere superfluum erat, alia inuenire difficilè atq; adeò impossibile videbatur, & si quid superesset intactũ, iam meliora erant à clarissimis ingenijs pręoccupata, & decerpta. Veruntamen quoniã Illustrissimus Dux Ferrariæ à me petijt, vt ipsam controuersiam de integro susciperem & examinarem, & quod mihi verum videretur, in literas mitterem, tanta fuit eius excellẽtię in me auctoritas, vt tam iusto desiderio reluctari nephas duxerim. Nam veritas, quo sæpius tractatur

tractatur & exagitatur, eo clarius ſplendeſcit, & vehemen-
tius corroboratur. Conſideranti igitur mihi, & diligentius
ſcrutanti ex ſummario transmiſſo, quæ vtrinq; proponun-
tur, ſentio Illuſtriſsimi Ducis Ferrariæ partes eſſe potiores,
quod vt oſtendatur, ſequendo ordinē ipſius ſummarij duo
mihi faciēda propono. Primò adducā fundamēta, quę pro
Illuſtriſsimo Duce Ferrarię vrgere videtur. Secūdò remo-
uebo nōnulla, quibus Illuſtriſsimus Dux Florētię innititur.
Veniendo ad primum, quòd Dux Ferrariæ præferēdus
ſit, illa occurrit prima ratio, quæ manifeſta eſt omnibus. Nā
2 Ducatus † dignitas antiquior eſt, & prior in familia Eſten-
ſi. Nam de anno 1452. Inſtituta fuit à Federico Imperato
re, & de anno. 1454. à Summo Pontifice Paulo ſecundo.
Sed in domo Medica non eſt opus longius repetere origi-
nem huiuſmodi dignitatis, nam noſtra memoria incœpit
creato primum Duce Alexandro, mox, qui nunc imperat,
& hanc contentionē inducit Coſmo, eſt igitur propter an-
tiquitatē nobilior titulus Ducatus in Duce Ferrariæ, quàm
in Florentiæ Duce, ergo præferri debet: titulus enim anti-
quior nobilitat ſuū poſſeſſorem, vnde, qui prius fuit in of-
ficio præfertur alteri, qui poſterius ſimile eſt conſequutus,
vt ſunt tex. vulgati in l. 1. & 2. C. de conſu. lib. 12. & in l. 1. &
2. C. de præfec. præto. & in l. 1. C. de præpo. ſac. cubicu. & in
l. 1. C. de proxi. ſacro. ſcrin. eod. lib. & in l. 2. ff. de albo ſcrib.
& in cap. 1. de maio. & obed. & in cap. Epiſcoporū. 73. diſt.
& cap. fin. 17. diſtin. & dicit Bal. in ca. cum olim circa prin.
de conſue. ꝙ antiquiores clerici, & Doctores debent habe
re primum locum, deinceps cęteri per ordinem; facit opti-
mè, quod ſcribit Bald. in prælud. feudo. col. pen. vbi in deci-
ma diuiſione feudorum dicit, quòd feudū antiquum ſapit
3 nobilitatem, ſed non feudum nouum, quia † nobilitas non
naſcitur in ictu oculi. l. ſtemmata. ff. de gradib. Dicūt etiam
Bald. & Iacob. Alua. & Præpo. in cap. 1. §. cæteri, quis dica.
Dux, Co. vel Mar. ꝙ nobilitas attribuitur antiquitati, ita ꝙ
4 omne feudum † antiquum poteſt dici nobile. Feudum au-
tem nouū, qui acquirunt remaneant plebeij: ex quo infert
inſignis inter Moder. Dec. conſi. 53. Placet mihi colum. 2.
quòd ſi aliquis eſt inueſtitus iure nobilis feudi, perindè ha-
betur, ac ſi dictū eſſet iure antiqui feudi, quia feudum an-
tiquum eſt illud, quòd dicitur nobile, nō autem nouum &
iſtud eſt etiā, quod voluit Bald. in cap. 1. §. ſi ruſticus de pac.
tenen. vbi inquit per illum tex. ꝙ quemadmodum vna hi-
5 rundo non facit ver; ita non intelligitur † de nobili genere,
niſi qui probauerit, ꝙ antiquitus maiores eius fuerint nobi
les per not. glo. in d. l. ſtemmata, quaſi ſentiat Bald. non ſatis
eſſe habere patrem nobilem, niſi & maiores quoq; huiuſ-
modi fuerint, & ſequitur ibi Iaco. Alua. & Præpo. nō inten
do tamen dicere, ꝙ ducatus titulus, quem Dux habēt Flo-
rentiæ, nō ſit nobilis, quum regalis ſit dignitas, ſed illud di-
co, quod non habet tantam nobilitatem, quantā habet du-
6 catus, quibus ornatus eſt Dux Ferrarię: ſemper † enim ve-
nerationi habita fuit ſenectus. l. ſemper in prin. ff. de iu. im-
mu. præſertim in titulis dignitatū. l. 1. C. de primice. cū alijs
iuribus allegatis, & tradit Marti. Laud. in tracta. de dignit.
concluſ. 23. Propterea Dux Ferrariæ qui à maioribus lon-
ga ſerie Ducatum ſuſcipit, præcedere debet Florentię Du-
cem, qui de proximo Dux conſtitutus fuit.
7 Secundò præferendus Illuſtriſsimus Dux † Ferrarię ra-
tione nobilioris ſanguinis, & vetuſtioris proſapiæ. Nam vt
ex chronicis legitur Platinæ, Blondi, Sabellici, Volaterrani,
quibus credendum venit, vt not. Scrib. in l. 1. ff. ſi cert. pet.
Iſta nobiliſsima familia Eſtenſis, ex qua Dux Ferrarię ori-
ginem trahit, per mille annorum ſpacium, & vltra domina
tum tenuit ſupra magnas graueſque vrbes: non enim ſub
eius Imperio tenuit duntaxat Ferrariam, Mutinam, Regiū
vt nunc, ſed Parmam quoque, Lucam, Anconam, habuitq;
ſemper ſubditos populos, quibus regio iure imperaret, tali
autem ſtemmate non fulget domus Medica: Nam vſq; ad
Leonem. x. Pontificem maximū cuius fuit creatio de an-
no. 1512. nullā habuit iuriſdictionem in ciuitatem aliquā,
8 aut caſtrū, quæ † nobilitas deſcendens à principatu eſt ma-
xima, vt per Bar. in l. 1. C. de dignit. verſus fin. vnde quū illi
Illuſtriſsimi & Excellentiſsimi Duces dignitate ducali ſint
pares, ſuperior tamen redditur Dux Ferrariæ, quia ipſe tra-
hit originem à Ducibus & Marchionibus, qui aſsiduè po-
pulis imperarunt, vinculis ipſi iuris poſitiui ſoluti, iux. l. Prin
ceps. ff. de. ll. Dux autē Florentiæ, etſi à viris inſignibus or-
tum ducat, non tamen Duces aut Marchiones fuerunt, ſed
priuatam vitam, & legibus ſubditam egerunt, Itaq; quum
nobilitas generis deſcendat in infinitum, vt Bart. tradit in
d. l. 1. C. de digni. lib. 11. & patet in beatiſsima Virgine, quæ
multis gradibus à ſtirpe regia fertur deſcendiſſe, & deſcen-
dens ex deſcendentibus alicuius ex eius genere dicatur de-
ſcendiſſe, vt Abb. not. in c. nouit per illum text. de iudi. & à
9 nobilioribus Dux Ferrarię prouenerit, verè † dicitur illum
fuiſſe ſuperiorem: non enim dici iam æquales poſſunt, vbi
alter maiori fruitur prærogatiua. l. verum. §. fin. ff. de mino.
& in ſpecie, quòd vbi duo æquales ſunt in dignitate præfe-
ratur, qui de meliori creatus eſt ſanguine, voluit Bald. in l.
nemini in fi. C. de aduo. diuerſ. iudi. Abb. in cap. dudum ad
audientiā. 4. nota. de elec. & tradunt Moder. in rub. de ma-
io. & obed. & in cap. clerici de iudi. quod etiam probatur in
l. 1. C. de dignit. lib. 11. vbi dicitur pollere genere claritate,
qui auum conſularem patrem habuit prætorium.
Tertiò in eandem ſententiam facit: nam ſi rogetur paſ-
10 ſim vter duorum ſit maior, ſummus † ne Pontifex, an Im-
perator, reſpōdeant omnes ſumus Pontifex maior eſt Im-
peratore cap. duo ſunt. 96. diſtin. cap. ſolitę de maio. & obe-
dien. Nam ſummus Pontifex eſt Vicarius Chriſti vicē non
puri hominis, ſed veri dei gerens in terris c. 2. & 3. de tran-
ſla. præla. cap. 1. verſic. porrò vt eccle. benefi. Spec. in titu. de
lega. §. nunc oſtendendum verſ. 89. & Papa & Chriſtus fa-
11 ciunt vnum conciſtorium. Ita quod † excepto peccato po-
teſt Papa quaſi omnia facere, quod poteſt Deus, & niſi con
tra fidem à nemine poteſt iudicari ſecundū Hoſtien. in ca.
quanto de tranſla. pręla. quem refert & ſequitur Abb. in ca.
licèt de vitanda colum. 3. de elec. & poteſt dici dè ſummo
Pontifice, qui ſucceſsit Petro in dignitate, quod dicitur de
Petro, cui cœleſtis ſimul & terreni imperij iura oīa à Deo
12 conceſſa ſunt. 22. diſtin. cap. 1. & quòd Summus † Pontifex
ſit ſupra Imperatorem, illud oſtendit, ꝙ imperium de gen-
te in gentem transfert, ꝙ Imperatorem inungit, approbat,
confirmat, reprobat, deponit quoq; exigentibus meritis, &
ab eo iuramentū fidelitatis recipit c. venerabilem de elect.
c. apoſtolicè de re. iudi. in. 6. Clem. ne Romani de iureiu. ca.
alius. 15. q. 6. ca. tibi domino. 64. diſt. tradit Bart. in extraua.
ad repri. in verbo totius orbis, & in l. 1. §. præſides. ff. de re-
qui. re. Inno. in ca. nouit de iudi. & in ca. licèt ex ſuſcepto de
for. compe. Abb. in ca. poſtulaſti de conceſ. præben. & dicit
13 Bald. in ca. eccleſiæ. S. Mariæ col. 3. de conſtit. quod † Papa
eſt Dominus dominantium, & habet ius regis regū in ſub-
ditos, & idem Bal. in c. 1. in. 1. col. de proba. dicit quod apud
Papam eſt ſuprema poteſtas, in qua non habet parem. Sed
14 Illuſtriſsimus Ferrarię Dux † dignitatē habet ducalem non
à Cæſare tantùm, ſed etiam à ſummo Pontifice, ergo prę-
ferendus Florentiæ Duci, qui tantummodo eam conſequu
tus eſt ab Imperatore: nam qui à maiore Domino dignita
tem cōſequutus eſt, is prius in albo ſcribitur, & cęteris prę-
fertur, vt eſt tex. clarus in. l. fi. ff. de albo ſcrib. vbi gl. dicit, qd
maius, & efficacius donū eſt, quod à maiori habetur, ad idē
tex. in. l. reſtituendæ in fi. & ibi gl. in verbo cōſequuti. C. de
aduoca. diuerſo. iudi. & in. §. eos aūt in fi. in Auth. vt iudi. ſi.
quo. ſuffra. & in c. dominus noſter diſtin. 93. & in c. per tuas
de maio. & obed. ca. cum in diſtribuendis & ibi gl. de tēpo.
ordina. tradit Spec. in titu. de cita. §. iam de citatione verſi.
porrò ſi ſunt plures. Marti. Lauden. in tract. de dignit. con-
15 cluſ. 32. vbi vult † hoc procedere, etiā ſi creatus à maiore di
gnitatē poſterius cōſequutus, vnde Doctor vel miles crea-
tus à Papa præcedit creatū ab Imperatore, vt voluit Franc.
Tig. in. l. 2. ff. de alb. ſcrib. Abb. in d. c. p tuas de mai. & obe.
& in c. poſtulaſti col. 2. de cōceſ. preb. Mart. Laud. in d. trac.
de dignit. cōclu. 17. Roma. in. l. ſi vero. §. de viro. 49. fallen.
ff. ſolu.

ff.solu.matr.Alexand.in.l.2.§.prius de vulga.& pupil.And. Sicu.in cap.quod clericis colum.penult.de foro competen.

Quartò illustrior redditur Dux Ferrariæ, quia nō vnum tantum ducatus titulum habet, sed varios & multiplices à
16 summis potestatibus: nam à Pōtifice † Dux Ferrariæ, à Cęsare Mutinę, & Regij, à Rege Francię Dux Carnutum est constitutus, Fulget etiam inferioribus dignitatibus, veluti stellis minoribus, nam Marchio est & Comes pluriū oppidorum, & qui plures habet dignitates prefertur vnam tantum habenti, sicut dicit de Doctore in vtroq; iure, qui prefertur vnum duntaxat habenti gradū, & tradit Ioan. Andr. & alij in c.clerici de iudi. & Doctor Theologiæ & Canonum, præfertur simplici Theologo, vt not. Abb. post alios in cap.1.de consangui.& affin.sic etiā Comes & Baro Comitem tantum præcedit, vt Bal.tradit. in.l.sed & milites.ff. de excu. tuto. Dignitas namq; dignitati addita auget dignitatem, sicut pulchræ mulieris augetur pulchritudo adiectis gemmis & margaritis, quæ licet per se solæ non efficiant pulchritudinem, augent tamen & illustriorem reddunt.

Quintò accedit aliud nobile ornamentū Ferrarię Duci,
17 qui patrem auum † abauū habet Duces, quod aduersarius non habet, ex quo fit vt honorari magis debeat & præferri: sicut filius Doctoris præfertur alij Doctori, qui non est talis gl.in l.iubemus in verbo sumptibus.C.de aduo.diuer.iud. & ibi Bald.& Bal.in.l.nemini in fi.C.de aduo. diuer.iudi.& in.l.Gallus.§.quidam rectè.2.q.ff.de li. & posthum. Marti. Laud.in tracta.de dignit. conclu.17. Magnum certè ornamentum patrem & auum, & reliquos posse duces nominare: cuius inopia est penes Aduersarium.

Sextò vt pictores habent quædā opera, quę Græco vocabulo parerga vocant, Latinè extraria, vel adiectitia possumus nuncupare, quum ad principalem effigiem, quam in tabula effingendā susceperunt, addunt ornatus gratia limpidum fontem, vel flexuosas hæderas, vel arborē densam comis, vel auiculas patulo ore canentes, vel aliud quid simile, Sic contigit Illustrissimo Ferrariæ Duci habere ad principalem eius dignitatem adiectitia quædā ornamenta, ve-
18 luti hoc, quod † ipse, sicut plures eius antecessores à stirpe descēdit regia, quia quum natus sit ex regis filia, dicitur de corpore Regis natus, vt Bald.scribit in cap.1.per illum tex. de eo, qui si.& hære.su. Et licet quidam è nostris voluerint nobilitatem non deduci ex materno sanguine, tamen istud repugnat communi sensui, vt non sit nobilior, qui vtrumq; parentem sortitus est nobilem, quàm qui alterum tantum: nam licèt pater formā tribuat filio, matre suppeditante materiam, & potentior sit forma, quam materia: tamen negari non potest, quum ad formam accessit materię nobilitas, quin forma dicatur illustrior, vt in statuis datur cōspici, quę nobiliores sunt si ex ære, argento, vel auro, quàm si ex luto fingātur, & exemplum sumere licet ab Atheniensibus, qui (vt Valerius narrat Maximus) quū conduxissent Phidiam insignem artificem, vt eis simulacrum fingeret Mineruæ vrbis patronæ, iusserunt, vt fabricaret ex ebore, quum ille mallet è marmore, asserens id fore diuturnius, sed nobilitatem materiæ Athenienses secuti sunt, videntes, si eburneū esset, illustrius futurum. Dicendum igitur nobilitatem paternam adiecta materna fore splēdidiorem, & luculentiorem. Est etiā in nobilitate materna elegans splendor adeò, vt quidā se à materno genere denominari voluerint, vt facit Rainutius de Clera, de quo habetur in cap.Rainutius de testa.vbi hoc nota.Ioan.And.Hostien. Et alij nonnulli etiā populi ex matris origine dignitatē sumere voluerunt, idq; datum Iliensibus, Delphis, Ponticis ab Imperatoribus, vt scribit Iurisconſ. in.l.1.ff.ad munici. Bene fateor quod vbi quis ignobilem nactus est patrem ex eo, quòd nobilem habeat matrem, nobilem dici non posse, quia iure ciuili originem patris sequimur.l.cū legitimæ.ff.de sta. homi.l.fœminæ.ff.de sena. & l.eos & lautius & l.exemplo.C. de decur. lib.10.sunt etenim in generatione sobolis partes patris potiores, & nobilitas, quę sumitur à matre tanquam debilior, non valet supplere potiorem defectum, vnde lex vel statutum loquens de nobili, intelligitur de eo, qui talis est per patrem, quia verba capiuntur in potētiori significatu.l.1.§.1. ff.si ager vectig.vel emph.pet. & intelligēda sunt per prius, & non per posterius.l.hoc legatum.ff.de leg.3.& ita loquitur Bald.in.l.vlti. in fi.C.de ser.fugi.& in.l.2. colum.1.vers. quæro quando per præscriptionem.C.de iur. emphy. & in l.liberos.ff.de senato.& Petr.de Anchar.consi.339.Pro maiori intelligentia colum.3.& consi.389. Visis diligenter iuribus cum alijs concord. Sed quod vbi ad paternam nobilitatem accedat matris nobilitas, quod liberi ex talibus parentibus nati, non sint nobiliores, quàm hi, qui alteram tantum habent nobilitatem, inficiari nō potest, & probatur in cap.venerabilis ibi ab vtroq; parente illustrem de præben. præsertim hoc valet in materia ista, in qua agitur quis præcedere debeat: nam quū inter duos dignitate ęquales causa honoris tractatur, vbi aliquid etiam parui momenti adijcitur in alteram partem, id præponderat, & efficit, vt is, cui adijcitur, præferatur, vt ex superioribus satis liquet & ostenditur in.l.in albo.C.de decur. lib.10.vbi in ordine decurionum cæteris paribus prefertur pater filios nō habenti, Mi-
19 rabor aūt † si quis nobilitatem maternam parui esse ac non potius magni esse duxerit momenti: de qua veteres summi reges & Principes gloriabantur, vt ex poetis multis & historicis collegit diligentissime Tiraqu. Doc. Gallica. insignis in tracta.de nobilitate cap.18. Sed quod ille non retulit, id dicam. Quum esset inter duos ex liberis Darij Persarum Regis de regni successione viuo adhuc patre contentio Archabazanem & Xerxem diuersis matribus procreatos, vt ventum ad iudicium est. Archabazanes quidem illud præferebat, quod maximus ipse natu omnis paternę sobolis esset, & vniuersorum penè hominum instituto maximus natu regnū obtinere debere. Xerxes Archabazani se opponens nobilitatem matris pro se afferret, qm̄ licet posterior esset natu, tamen ex Atossa Cyri filia genitus esset, qui libertatem Persis acquisiuerat, prælatus est Xerxes, iudicatumq; fuit, vt post mortem patris regnaret, quod factū non fuisset, nisi accesionē illam à matre habuisset. Alexander Magnus non solum gloriabatur, ꝙ paternum genus ab Hercule duceret, verumetiam quod maternum ab Aeaco Iouis filio haberet. Quid dicā de summo illo poeta nostro, qui dum ad Aeneā verba facientes facit, illo vtitur frequenter. Nate Dea, raro vocat Anchisiadem, vtrunq; coniunxit illo carmine, Anchisa generate, Deum certissima proles, num censemus id illū scripturū fuisse, nisi magna vulgi æstimatio de matris nobilitate in liberos extaret? Achilles maior Peleo patre habitus, ꝙ esset è Nympha natus. Similiter Orpheus precellere existimatus est, quod Musam haberet matrem. In contentione illa armorū, quæ orta est (si Poetis credimus) inter Aiacem & Vlyxem Grecorum proceres, & si virtutis duntaxat debuit esse certamen, tamen de generis claritate quoq; certatum est, & Vlyxes se Aiacē putat superiorem, quod non solùm per patrem, sed per matrē quoq; à dijs originē duceret, hinc illa eius vox. Deus est in vtroq; parente. Hæc nō fierent à Poetis, nisi secundū vulgi opinionem matris nobilitas magni esset ponderis: & clarū est nobilitatem secundum vulgi opinionem esse spectandam, vt Bar.asserit in.l.1.col.pen.C.de digni.lib.12. Audeo etiam affirmare neminem vnquàm magnum & illustrem virum non de nobilitate matris gloriatū, cui id contigisset.

Septimò prodesse causæ debet, quod Illustrissimus Al-
20 phonsus nunc imperans simulac natus est, Ducalē † est adeptus dignitatem, vt comprehensus in inuestituris suorū antecessorum, vnde dici potest quod dignitas ipsum sequuta est, non ipse dignitatem. Nam filij Regum, Ducum, Marchionū possunt etiā viuo patre Reges, Duces, Marchiones nuncupari gl.not.in ca.fi.14.q.1.not. Bald.& alij in.l.in suis ff.de lib.& posthum. Bald.in cap.1.in prin.de feud.March. Marti.Laudensis in sæpius allegato tractatu de digni. conclus.17.nec releuat dicere, quod filius viuo patre nudo tantùm noīe Rex est, Dux, Marchio, non effectu, quia ad id, quod agitur satis est, nam dignitas etiam accedit solo noīe sine

ſine adminiſtratione, licèt habens adminiſtrationem præferatur.l.2.C.vt digni.or.ſeru.l.2.C.de primice.lib.11. Bar. in.l.vnica.C.de dignit.lib.12.Illuſtriſsimus autem Coſmus Dux effectus eſt iam maturus ætate, non aũt naſcens tantã ſecum attulit dignitatẽ, propterea inferior videri debet dignitate, eo quia naſcenti dignitas à fortuna oblata fuit, poteſt aũt dici in præfato Duce Florentiæ incepiſſe Ducatus dignitas,quæ in Duce Ferrariẹ à maioribus accepta conti-
21 nuatur: incipit enim † nobilitas,creſcit, perficitur, vt Bald. inquit in l.nobiliores.C.de commer. & merca. & nobilitas quo longius procedit fluminũ inſtar, eo magis augetur, vt eſt bonus tex.in.l.vni.§.quæ omnia, ibi vir ab antiqua ſtirpe,& ibi Alber.no.C.de vete.iu.enucle.l.prouidendum,ibi aut meritum nobiliſsimos fecerit aut vetuſtas.C. de poſtu. Hinc dixit Rainal.in trac.de nobilitate.q.3. in prin.nobili-
22 tatem † tanto maiorem eſſe, quãto plus inueteraſcit. Id vel ex ipſis Poetis cognoſcere licet. Nam Horatius primus in lyrico carmine, ſtatim in ipſo operis ingreſſu ad Mecenatem. Mecenas atauis edite Regibus.Et penes Virgiliũ legimus. Turnus auis atauiſque potens: Et rurſus de alio idem poeta canens.Cui genus à proauis ingens: Adeo aũt cõſtat nobilitatẽ in vetuſtate exiſtere, vt nouus homo diceretur, non qui ſimpliciter eſſet ignobilis,vt Tiraquel. interpretatur: Sed qui quũ ignobilis eſſet, incipit tum primũ fulgeſcere,& Dux fieri nobilitatis in poſteros, quã nobilitatẽ Bald. ſupra adductus incipientẽ vocat, diſtinguẽs à perfecta, inde Cicero, ꝙ eius maiores honoribus populi nõ fulſiſſent, nouus homo ductus, cuius eſt illud in Saluſtiũ dum refellit nouitatem ab inimico obiectam, A mè nobilitas incipit, in te deſinit. Hæc ſcripſi fortaſſe pluribus,quàm oporteret. Nemo enim non intelligit Ducem nouũ cedere ei dignitate, cuius in familia Ducalis dignitas iampridẽ inueteraſſet.

Supereſt modò,vt refellantur ea,quibus Dux Florentiæ innititur, quod ſecundo loco faciendũ propoſueram, nam contrariorum remotio efficit,vt in cauſa nihil dubitationis relinquatur. Adducitur igitur in primis pro Duce Florẽtiẹ, quod olim legati reipu.Florẽtinæ pręcedebant legatos Borſij Ducis Ferrariæ in curijs Principũ, ergo pari modo legati eius excellentiẹ pręcedere debent legatos D.Ducis Ferrariẹ,quũ Rerſpu. Florentina & eius iura ſint in eũ tranſlata, quia ſubrogatus ſapit naturã eius cui ſubrogatur c. eccleſia S.Mariẹ vt lit.pen.l.ſi eum.§.qui iniuriarũ.ff.ſi quis cautio. Ad tollendũ iſtud obiectũ multa ſunt ſcripta per Mag. D.Cõſulentes pro parte Ducis Ferrariæ, quæ etſi ſubtiliter & vere ſcripta arbitror,mihi tñ clara & aperta videtur ſolu-
23 tio, quòd reſpublica Florẽtina † tunc temporis libera erat, & ſuperiorem ſaltem de facto nõ recognoſcebat, vt in ciuitate Florentina ponit Barto.in.l.hoſtes circa fi.ff.de capt. Abb.conſ.91.Quo ad primũ 2.dub. lib.1.Alex.conſi.196. Perſpectis narratis col.1.lib.6.& refert Platina in vita Honorij quarti Florentinos emiſſe libertatẽ à Rodulpho Imperatore ſex millibus aureorũ nummum: quo peracto conſtituerunt magiſtratũ,quem priores artium addito iuſtitiæ vexillifero vocauerunt, & de hac rẹ geſta meminit Feli. in c.cum non liceat col.pen,verſ.4.conſidera de pręſcrip.magna aũt eſt dignitas liberi populi, non recognoſcentis ſuperiorem,quia vt dicit Bar.in l.1.§.de qua re.ff.de poſtu.apud ipſum dicitur eſſe imperiũ ſui ipſius,vt not. in l.hoſtes.ff.de capt.& eodem modo dicit Bar.in l.3.in prin.ff. de mino.ꝙ talis ciuitas ſibi ipſi Princeps eſt. Dicitur etiã talis populus redijſſe ad ius gentiũ, quo homines ſe ipſos regẽtes nullius ſubijciebãtur imperio,vt tradit Inno.& ibi Io.And.in c.cũ te de re iudi.habet etiã hoc, quod nõ ſubijcitur legibus ſcriptis,vt inquit Io.And.in addit.Spec.in titu. de inſtru.edi.§. porrò in addit. magna incipiente hęc ſubſcriptio in fi. Deniq; omnia põt,quæ ſunt reſeruata Principi, & tantã habet in ſuo territorio poteſtatem,quantã Imperator in vniuerſo imperio,vt Bar.tradit in locis pręallegatis,& in l.infamẽ circa fi.ff.de publ.iudi.& in l.relegati.ff.de pœ.& in l.2.in prin. ff.de iu.fiſci. & in l.quidã cõſulebat,in fi.ff.de re iudi.vbi dicit.quod populus liber vtitur omni imperiali iuriſdictione, & vt vtar verbis Bald.conſil.159. Super eo, quod quæritur col.2.lib.3. Iſti qui nõ recognoſcunt ſuperiorem, ſunt totũ continens,& ſubdit ibidẽ Bal. col.ſeq.verſi.primo,quia incidit &c.quod reſpu. gerit imaginẽ reip.Romanę, adeò vt qui illã oppugnet perduellionis ſit reus, & de prædictis ad ſacietatem vſq; ponit Feli.in d.c.cum non liceat de præſcr. Quum igitur reſpu. Florentina omnimoda gaudens libertate, per ſe omnia poſſet inſtar Regũ, potuit moueri Dux Borſius,vt illi primas concederet.Nunc mutata eſt eius ratio.Non.n.cum repu.illa Florentina,ſed cũ eius Duce contenditur de primatu in honoribus,res nunc ad alios reuocatur calculos,vterq; Dux eſt,tam, qui Florentiæ, ꝙ qui Ferrariẹ dominatur.Vterq; ſuperiorem recognoſcit, ſpectandum illud modò relinquitur, quis duorum nobilior,in quo Ducalis dignitatis ſplendor ſit potior, & cõcluſum eſt ſuperius,& rectè concluſum ex pluribus partes Ducis Ferrariæ in hoc certamine eſſe iuſtiores, nec rectè putat Illuſt.Coſ-
24 mus,ſeu † qui pro eo cauſam agit, ſi putat ſe in omnibus loco Reip. Florentinæ ſubrogatũ,quia nõ cum illa libertate, qua fruebatur Reſpu. Florentina,ſubrogatus fuit: ita enim ſubiecta eſt ſibi illa ciuitas,vt ipſe alteri Domino ſubijceretur,& in hoc par eſt Duci Ferrariẹ, qm̃ ipſe quoq; ſuperiorem recognoſcit, & ita remanet radicitus ſublatũ obiectũ, nam illa Borſij tolerantia,vt legati Reipu. Florentinæ ſuos
25 pręcederent, intelligitur donec illa eſſet reſpu.nam † reſpu. ſubiecta,reſpublica appellari non ſolet, ſed commune: quũ igitur ceſſauerit ea reſpub.quę tunc erat, ceſſat eius priuilegium.l.athletæ.§.1.ibi quo ad in præſidatu ſint.ff. de excu. tuto.l.ſed ſi hac lege.§.parẽtes,ibi tam diu, quàm durat adoptio.ff.de in ius vo.vbi Ang. not. & facit illud vulgatũ, ꝙ quælibet diſpoſitio accipitur rebus ſic ſtantibus, & in eadẽ cauſa manentibus.ca.quemadmodũ & ibi gl. & Docto.de iureiu.l.quęro.§.inter locatorẽ.ff.loca.l.ſi conuenerit.ff.pro ſoc.l.quod Seruius & ibi glo. & reliqui.ff.de condit.ob cau.
26 Itaq; ſi illemet† Borſius reuiuiſceret nõ pateretur amplius legatos ſuos poſtponi,rebus (quo ad ipſam remp.attinet)in deterius cõmutatis,& ſi interrogatus tunc fuiſſet, an ſi contingeret ſtatũ reip. Florentinæ tunc liberum extingui,& ei Ducem ſuperimponi, pateretur ſuos legatos à legatis Ducis Florentiæ pręcedi,veriſimiliter reſpondiſſet,quod non, vnde pro ſic diſpoſito haberi debet iux.gl.vulga.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pac. Præterea & ſecũdò alia ad obiectũ ac-
27 commodatur reſponſio. Non † enim fieri poteſt extenſio de vno caſu ad aliũ,nam aliud ſunt legati reipu. Florentinẹ, aliud legati Ducis Florentiẹ ꝑ diuerſitatem perſonarum, & adminiſtrationũ,ſicut etiã alij ſunt mittentes, & diuerſi, nam reſpu. libera & ſui ipſius Domina poteſt iura ſua alienare l.prohibere §.planè.ff.quod vi aut clam. Item nõ moritur,neq; habet hẹredem gl.in l.1.§.fi. in verbo meram.ff. ſi quis iudic.nõ obtem. populus.n.ſemper eſt idem.l.proponebatur.ff.de iudi.Dux aũt moritur,& habet hæredem vel ſucceſſorẽ, nec poteſt iura in perniciem regni alienare, ſed debet vtilitatem publicã procurare,vt inferius dicetur:hęc apertè oſtendunt differentiã eſſe magnã inter rempu. liberam,& Ducem eius, ideò non poteſt trahi, quod ſeruatum eſt per Ducem Borſium in legatis Florẽtinẹ reipu. nunc ad
28 Ducis Florentiæ legatos,nam † vt inquit Bal.in ca.1.quando.propric.feu. priue. non eſt noſtrũ conuentionẽ extendere.l.fideiuſſores magiſtratuũ.§. pro Aurelio ff.de fideiuſ. Sicut.n. non extenditur de tempore ad tẽpus.l.epiſtola §.fi. ff.de pac.l.ſi cum Hermes.C.loca.Ita nec de re ad rem,nec de perſona ad perſonã arg.l. miles ita.§.&quia diximus.ff. de teſta.mil.facit bonus tex.in l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pac.& in l.ſi in venditione.ff. cõmu.prædi. & multo magis
29 id dicendũ, quia non interuenit † cõuentio expreſſa Ducis Borſij cum rep. Florentina,vt legati reipu.præcederent,ſed tñ voluntas Borſij ex actibus,qui fiebant inter vtriuſq; legatos percipi potuit, & vbi ex actibus colligit tacitè voluntas, nõ ita extẽditur, vt volũtas,quæ verbis exprimitur, ſed ea limitat ſecũdum facti qualitatẽ, nec vlterius extenditur, ꝙ actus interueniat.l.1.§. ſi quis hoc interdicto ibi quouſq; progreſſus

progressus est.ff.de itin. actuq; priua. ponit Bart. in l.Tiriū & Meuiū.§.alteri.ff.de admini.tuto.Pau.de Cast.in l.si conuenerit.ff.de iurisd.omn.iudi. vbi ad hoc ponderat optimā glo.in Clem.sæpè.§. quæ omnia in verbo partibus circa fi. de verb. signi. Idem dicendum si volumus dicere iudicatū fuisse per arbitros vel cōpetentes Iudices legatos reip.Florentinæ legatis Borsij præferēdos esse,quia non posset fieri
30 extensio ad legatos Ducis Florentiæ, quia † sentētia est stricti iuris, nec ꝓbat plusquàm de necessitate ex ea inferatur l.si Iudex.ff.de his,qui sunt sui vel alieni iuris.l.2.C.de ordi. cogni.l.1.C.si plu.vna sent. tradit Bar. in l.Iulianus col.4.ff.
31 de condic.indeb.Quòd † si volumus etiam dicere ex actibus frequentibus consuetudinem quandā esse ortam tempore Ducis Borsij: vt legati reipu. Florentinæ legatis Ducis Ferrariæ præponēdi sint, & in huiusmodi prælationibus consuetudo attenditur,secundū Bal.in c.cum olim de consue. Respondeo similiter posito ꝙ consuetudo fuisset præferendi legatos reip. Florentinæ legatis Ducis Ferrariæ, ea non extenderetur ad legatos Ducis Florentiæ propter dissimilitudinem,quæ intercedit inter rempub.Florentinam, & Florentiæ Ducem,vt superius docui. Nam consuetudo
32 de vno casu nō extenditur ad aliū, quia † consuetudo quantum habet de actu,tantū habet de potentia,& non plus secundùm Bal.in c.1.circa.fi.qui feu.da.poss.& dicit Bal. in l. fin.col.4.versi. vnum aliud quæritur.C. commu. vtriusque Iudi.quod consuetudo restringitur per actus,ex quibus inducitur,sicut restringūtur præscriptiones, vt proprios facti terminos non excedāt.l.1.§.Iulianus.ff.de itin.actuq; priu. & de hoc videtur esse bon. tex.in c.1. ibi qui consuetudine non sit comprehensus de feu.cogni. vbi Bal. in vltimis verbis inquit, ꝙ consuetudo dicitur quædā tacita ciuium conuentio,ideò sicut pactum non extenditur ad aliam rem vel personam l.si vnus.§.ante omnia.ff. de pac.ita nec consue-
33 tudo. Voluat igitur † quocunq; se velit Ill. Dux Florentiæ, non potest facere, vt quod olim obseruatum fuit in legatis reipu. Florentinæ,militet hodie in legatis suæ excellentiæ: dissimilitudo enim dignitatum & potestatū hoc operatur, ita ꝙ de vna ad aliā fieri nequit transitus in stricti iuris materia,ex quo etiā sequitur,vt non possit prætendere se subrogatum loco Reipu.Florentinæ, hęc enim dissimilia sunt natura & causa, vt vtar verbis Iurisc. in.l.inter stipulantem §.si stipulante.ff.de verb. obli. Tertiò potest ad obiectum
34 responderi,ꝙ† concessio,seu verius permissio Ducis Borsij in illa prælatione legatorum Reipu.Florentinæ non potuit præiudicare successoribus in ducatu per tex. in l.eū qui ff.de interdic.& releg.vbi si pater delicto ciuitatem amiserit,filijs ea quę non à patre,sed à genere, à ciuitate,à rerum natura tribuuntur,manent incolumia: de quo tex.mentionem faciunt priores cōsulentes, & optimè putant facere in proposito,sed mihi videtur melius facere tex. in l.emancipatum.§.si quis.ff. de senato.vbi si pater amiserit dignitatē, filius eam retinet ex persona aui,ad quod etiam facit tex.in l.diui fratres.ff.de iur.patron.& quod dicitur,quòd Rex nō potest iura imperij alienare in præiudicium successorum c. intellecto de iureiu.ca. Abbate sanè de re iudi.in.6. Bart.in l.prohibere §.sane.ff.quod vi aut clam, & dicit Bald.in titu. de pa. Constan. in verbo successorum, quòd Princeps per cōtrarium, nec alio modo potest in præiudicium successorum regalia concedere, quia sicut nō potest iura eorū subuertere,ita nec minuere.l.si optio.ff.qui & à quib.

35 Aliud affertur arg. parte Ducis Florētiæ, quia prætendit eius excel.se melioribus præesse,quia † præmium est dignitis habere subditos digniores.§.volumus & ibi gl.in Auth. vt iu.si.quo.suffra. & gl. in.§. generaliter in verbo nobiliores in auth.consti. quæ de digni.& quantò quis præest melioribus & honestioribus, tanto est maior §. nos igitur in Auth.de defen.ciui. tradit Abb. in c.solitæ per illum tex.7. not.de maio.& obed.& consi.21. Viso dubio lib.1. sed respondetur per inficiationē, quia dicitur ꝙ non habet subditos digniores Dux Florentiæ, quàm Ferrarię Dux habeat, habet enim Dux Ferrarię,qui parent eius imperio,& eū vt Dominū recognoscunt,Comites plures, Item plures Dominos oppidorum & castrorum exercētes illic merum & mixtum imperium, multosq; alios nobilissimos viros,pacis & belli artibus claros. Itaq; si subditorum dignitatis ratio habeatur,non modo cedit Duci Florentię, sed etiā præcedit,vnde argumentum retorquetur. Aliud pro duce Florentiæ afferri potest,& in hoc forsitan eius excel. facit ma-
36 gnam vim,ꝙ maiorem † habet iurisdictionē, plures ciuitates,plures subditos, maiores ex vectigalibus reditus,quàm Dux habeat Ferrariæ, ideò ex his & talibus dignitatem altiorem sibi vendicat,& præhonorandū putat. Sed respondetur, hæc non facere: nam dum prætendit minorē iurisdictionē in eius subditos respectu gradus ipsius iurisdictionis fallitur, quia vt ipse habeat summā in subditos potestatem,eandem habet Ferrariæ Dux,ita vt idem possit in suo territorio, quod in vniuerso imperio Imperator: Sin autē vult dicere quod maiorē habet iurisdictionem.i. latiorem eo,quia habet plures ciuitates,copiosiorem ciuium numerum,in quem potest iurisdictionem exercere. Dico id non esse spectandū,quia & si dux Ferrarię non tot numero habeat vrbes & subditos. habet tamen ipse quoque vrbes & subditos,& in eis eandem habet potestatem, multiplicatio aūt illa vrbium & subditorum nō facit, vt præferendus sit, quū tempore sit posterior,sicut in simili dicitur,quod mul-
37 tiplicatio † eiusdē honoris sæpius repetiti non facit,vt pręcedat alium priorem tempore, qui semel tantum eundem honoris gradū cœpit l.1.C.de consu.li.12.ibi repetiti enim fasces nō augent,quem tex.not.ibi Ioan. de Plat. & Marti. Laud.in d.tract.de digni.conclu.46. Accedat tex.in ca.Episcopos in §.verum 17.distin.vbi quando celebrantur concilia generalia,& tractatur in Episcoporū ordine,quis priore loco sedere debeat,respondere,subscribere,spectat tempus ordinationis personarum non dignitas ecclesiarum, vt etiam tradunt ibi Arch.& Dom. & probatur etiam in cap. placuit seq. dist. vbi indistinctè statuitur, ꝙ vt Episcoporū quisq; prius est ordinatus,ita priorem obtineat locū. Si igitur inter Episcopus nō spectatur in honoribus quis digniorem,& pinguiorē nactus est diocesim,sed qui prius ordinatus est præponitur: Cur non idem dicendū inter Duces,vt præponatur ille cuius Ducatus est antiquior,etiā si alius Ducatū habeat latiorem finibus,& copia subditorū ampliorē?
38 Videmus etiam,ꝙ qui prius † est ordinatus,pręcedit eum, qui merito vitæ antecedit,vt vult Abb. in ca.1.de maio. & obe.& licèt Abb. dicat, ꝙ Inn. ibi dicit oppositum tñ Inn. loquitur in ordinandis,dū allegat tex.in c.licet.8.q.1.qui sic loquitur,& verba Inno. si bene ponderētur hoc volunt, & inter ordinatos,& ordināndos est maxima differentia: nam Bar.in l.2.§.prius.ff.de vulga.& pupil. quærit an in honoribus ordo tpis sit spectandus,vt inducat prælationem,& respondet,ꝙ aut quærimus de ordinandis,& tunc nō inspicitur ordo in tpibus,vt præferatur antiquior,sed dignior meritis,vt l.honores in prin. de decur.§. ordinationē in Auth. de mona.& l.subeunda.C.de decur.li.10. Aut quærimus de ordinatis inuicem præferendis,& tunc ordo tpis inspicitur l.1.ff.de alba.scriben.l.1.C.de consu.lib.12. & prædictā distinctionem sequitur Abb.in d.c.1.de maio. & obed.dicēs ꝙ prius ordinatus magis honoratur,licet secundus sit sufficientior,& idem tenet Abb.in c.Clerici de iudi. & istud est etiam quod voluit Philip.Dec.ibi & in l.cum quid.ff.si cer. peta.vbi vult, ꝙ posterius ꝓmotus præferatur primò promoto,ꝓpter qualitates, quę sunt in ipsa dignitate, & ipsam augent dignitatē,vnde iunior Doctor valde excellens pręfertur antiquiori mediocriter erudito.Item qui habet gradum vtriusq; iuris,licet iunior pręfertur antiquiori habenti
39 vnum gradū. Secus † (inquit) in alijs qualitatibus separatis ab ipsa dignitate, vt sunt diuitiæ & nobilitas: ista enim non tollunt prærogatiuam tpis, sed considerantur data paritate in tempore,vt not.Bar.in l.1.ff.de obseq. à lib.præstan.Bal. in l.nemini in fi.C.de aduo.diuers.iudicio.adducit etiā Inn. in c.statuimus de maio.& obed. vbi inquit ꝙ licet posterio ri tēpore promotus sit dignior propter facultates vel aliud quid

quidsimile, non tamen propter hoc præcedit. Reducendo modo ista ad rem, si animi bona nō tollunt temporis prærogatiuam, quę nobilissima sunt, & quibus solis omnis laus & pręmium debetur c.licet.8.q.1.l.& virtutum.ff.de statu. & imagi.l.1.in prin.ff.de iusti.& iu.l.digna vox & ibi glo.in verbo principatum.C. de.ll. quanto minus dicēdum est, ꝙ tollant hæc externa bona, quæ de fortuna pendent: Sumus
40 enim † nō in ordinandis sed in ordinatis, vnde licèt quis posterior tempore esset sufficientior, & dignior non solū huiusmodi qualitatibus fortunarum, sed merito vitæ, non tamen præponeretur iam ordinato, præsertim habenti easdē qualitates licèt aliquanto inferiores. Considerandū est igitur, ꝙ si nuper institueretur Ducatus Ferrariensis, & Florentinus, & tractaretur vter esset alteri præferendus, posset tunc forsitan dici eū cui adiudicatus esset Ducatus Florentinus, esse præferendū, propter maiorem copiam vrbium, & subditorum, & latitudinem regionis, & propter vberiora vectigalia. Sed nos sumus in iam ordinatis, quia Ducatus Ferrariæ iam diu est ordinatus, vnde, qui eū possidet, præferri debet alteri possidenti ducatū Florentiæ posteriùs ordinatum, licèt is ducatus pręemineat huiusmodi bonis, quę ab ipsa dignitate ducali sunt separata, vt superius est ostensum, ad quod bene facit gl. in c.quorundā in verbo prædicatores de elec.in.6.vbi dicit fratres pręedicatores pręcedere minores, quia ordo pręedicatorum prius fuit institutus & tamen minorum status est perfectior. Sequitur Feli.in rub. de maio.& obe.col.3.vbi vult in huiusmodi prælationibus perfectiorem statum non attendi. Rectè autem Archid.& Domi.dicunt in cap.quanquam per illūm text.2.q.7. quod idem potest esse maior & minor respectu diuersorū, & in quo quis est minor altero, illū debet honorare. Si igitur tractaretur, quis esset imperiosior, potentior, copiosior, forsitan Dux Ferrarię cederet, si eū maiorem in his agnosceret. Sed nunc de istis nō agitur, sed de dignitate tractat, in quo statutū est, vt dignior habeatur, & præferatur, qui altiorem habet ordinē, & inter eos, qui eiusdem sunt ordinis, qui primo ad dignitatem profectus est.l. fi.C. de Tyro. lib.12.cū alijs infinitis iuribus iam antea adductis. Ex præmissis patet responsio, si adduceretur in oppo. quod scribit Abb. in præallegato consi.21.dum inquit, ꝙ ille, qui maiori iurisdictione est, in dubio præferendus venit minori in sessionibus: nam Abb.ibi loquitur in eo, qui maiorem habet iurisdictionē respectu gradus ipsius iurisdictionis, nam ibi tractabatur, quis præferendus esset, vtrum Vicarius Episcopi, vel Archidiaconus, & cōcludit præferendum esse Vicariū, quia habet Vicarius iurisdictionem in omnes diocesanos, vbi Archidiaconus nō habet in aliquem contentiosam de iure communi, sed secundùm consuetudines locorū habet tantum in duobus expressis in cap.ad hæc.§. in quadam de offic.Archi. Sed in proposito tantam habet iurisdictionem in subditos suos Dux Ferrarię, quantā in suos Dux Florentiæ, & quamuis Dux Florentię habeat plures numero subditos, nō per hæc crescit iurisdictio, vt dictum est supra, & satis per se patet, quia plus & minus nō faciunt differre spe
41 cie.l.fi.ff.de fun. instruc. Præterea † Abb. dicit, ꝙ in dubio præferēdus est, qui maiorem habet iurisdictionem, sed hic dubium nullū relinquitur, quin Dux Ferrarię sit præferendus, qui dignitatem habet antiquiorem, & eam etiā habet à maiore, idest à Pontifice maximo, ita vt Dux quodammodo Apostolicus dici possit, habet etiā alia, quibus prefer ri debeat, de quibus in pręcedentibus est dictum. Similiter
42 † non obstat si adduceretur exemplum Dauid, qui gloriam captans in magna populi multitudine, eū numerari iussit, quia lata in gente Regis gloria c. ecclesia.§. Idē Dauid populum.1.q.4. quāuis de illa gloriatione & superbia punitus fuerit, quum immissa peste populum Deus imminuerit, vt in quo deliquerit, in eo puniretur, vt ibi in glo. Nam pręedictis respondetur, qm̄ non negatur, quin magnū & gloriosum sit, nactum esse multitudinem populi, sed id cedere dicimus inter æquales dignitate ei, qui primo receptus est in ordinem, & titulū habet antiquiorem, & vt exemplū pariter de sacra historia inseram. Rex Hierusalē dignitior erat Rege Israel propter vetustatē regni, & quia de domo erat Dauidis, & ob alia multa, & tamen Rex Israel abundabat maiori multitudine: nam Rex Hierusalem duarū tantummodo tribuum erat Dn̄s Iuda & Beniamin, Regem autē Israel reliquæ decem tribus sequutæ sunt, vt habetur Re-
43 gum.3.ca.12. Eodem † modo respondetur, si adduceretur id, quod Oldr. scribit cōsi.104. Circa propositam quæstionem, vbi vult, quòd Dn̄s possit compellere subditos ad collationem quando vult emere castrum, & inter cætera mouetur, quia honor est Domini plures habere subditos, & latiorem dominatum, & talis honor æstimatione est dignus secundùm eum.l.Iulianus.ff.si quis omis.cau.testa.refert, & sequitur Alber.de Ros.in rub.C.si cen. vel reliq. Nam non negatur, nec negari pōt, quin honor sit multitudine subditorum abundare, sed non præstat iste honor, vt præferatur aliquis posterior tempore ei, qui prius venit in ordinē. Preterea Oldra. mouetur ad illud dicendū vrgentibus alijs fundamentis: nam illud solùm ad talem emptionem suadendum esset friuolum, & inane: coniunctum autem cum cęteris habet aliquid momenti, nam quæ non prosunt singu-
44 la multa iuuant, glo.in.l.2.ff.de excu.tuto. Non † obstat etiā si allegetur Dom.in cap.Episcopus.17. distin.vbi inquit, ꝙ qui maior in administratione est præfertur, quia Domi.ibi vocat maiorē in administratione, qui digniores res, & sublimiores tractat, vnde vult, quod Archipresbyter qui ministrat Episcopo in diuinis pręferatur in missa Archidiacono, quia maior est administratione, licèt in ordine minor, vt vult gl.in cap.deliberatione de offi.lega.in.6. Itaq; ꝙ ibi ipse dicit nihil confert ad casum, quum Dux Florentię non versetur in dignioribus rebus ratione Ducalis dignitatis, q̃ Dux Ferrariæ, quinimo illa decisio Domi. retorquetur in oppo. quia Dom. vult, quod extra missam, vt in choro, voce, & iurisdictione Archidiaconus præferatur, licet minor adminstratione, & simile est videre in Consule, qui maior est dignitate præfecto vrbis, quum tamen præfectus vrbis maiorem habeat administrationē: habet enim præfectus Vrbis cognitionem omnium, quæ in vrbe geruntur.l.1.§. cum vrbem.ff.de offi.præfec.vrb. consul autem habet voluntariam tantum iurisdictionem.l.1.ff.de offi. Consu.& ita Bar.declarat in.l.1.§.si quis circa prin.ff.de appel.& hęc dicta sint, vt intelligatur aliquem posse digniorem esse altero, & si minorem habeat administrationē. Illud valde leue
45 est, quod obijcitur † de vberioribus reditibus ducis Florentiæ, & de alijs eius opibus, qm̄, vt dictum est supra, per idoneas auctoritates prærogatiuam temporis non tollunt diuitię: quibus vera nobilitas, etiā quod vetustæ sint, non paratur, vt inquit Luc.de Pe.in l.mulieres col.2.vers. Septimò de diuitijs.C.de digni. lib.12. & ad hoc allego in proposito tex.optimū in c.legimus.93.dist.vbi dicitur formaliter. Potentia diuitiarū, & paupertatis humilitas vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum nō facit. Cæterū omnes Apostolorum successores sunt.& dicit Bar.in.l.1.col.5.C.de digni.lib.12.quod diuitiæ non sunt dignitas: nec dignitatem directè dare possunt. Quod si diuitię ius pręlationis pręberent, pręponerentur omnibus mercatores, fœneratores, & sæpius (quod turpissimū dictu est) meretrices: quarum vna Phryne nomine tantas olim opes habuit, vt quū Alexāder magnus ira motus in Thebanos, Vrbē eorū victor esset ingressus, illáq; solo ęquasset, pollicita est Thebanis se sua pecunia Thebas instauraturā, dūmodo in muris grādiusculis literis inscriberet, Alexāder Rex Thebas diruit. Phryne refecit.

Illud etiam æque vanū, si dicatur, ꝙ Florentia † est nobilior vrbs, quàm sit Ferraria. ideò dux Florētię, qui in ea vrbe habet domicilium, & cuius vrbis est dn̄s, præferendus venit, quia nobilitas loci confert ad prælationem, sicut Canonicus ecclesiæ Cathedralis præcedit Canonicū alterius ecclesiæ ratione loci, secundùm Inno.in c.fraternitatem in
46 fin.de sepultu.& ciuis † nobilioris ciuitatis pręcedit aliū ciuem inferioris ciuitatis.l.1.C.de Alex.prima.li.11. quē tex. not.ibi ad hoc Bar.& Io. de Plat. Nam vt omittā disputare de nobilitate

de nobilitate vrbium, quum non expediat, Dico quod ob hoc non est dux Florentiæ præferendus licèt sit dominus nobilioris ciuitatis ijsdem rationibus, quibus supra conclusum est non esse prẹferendum, quia sit dominus multarum ciuitatum. Hæc enim nobilitas ciuitatū & multitudo sunt diuitiarum membra, quæ succumbunt vetustati ordinationis: & cū nobilitas proprij generis & sanguinis non tribuat prælationem, multo minus tribuere debet nobilitas loci, quę est leuior & valde ab homine separata. Illud autem, qđ
47 dicitur, quòd † Canonicus ecclesiæ Cathedralis præcedit Canonicum alterius ecclesię, nō tam procedit ratione loci, quàm quòd ille asidet Episcopo, & est quodam modo collega Episcopi, c. Episcopus in ecclesia 95. distinct. dicuntur etiam Canonici ecclesiæ matricis esse membra Episcopi c. nouit, de his, quæ fi. à præla. si. cons. Capi. cap. cum clerici
48 & ibi gloss. fin. de verbo. signifi. Illud etiam † quod dicitur de ciue nobilioris ciuitatis, vt præcedat alium ciuem inferioris ciuitatis, habet locum cæteris paribus, quæ rarò concurrunt, & illud dictum fortasse non procedit ex eo, quod dicit gl. in l. 1. in verbo suffragatur C. de colo. Palęsti. lib. 11. vbi voluit non esse magis priuilegiatum eum, qui natus est in terra, in qua Christus nasci voluit, & huius glo. meminit Roma. in l. si verò §. de viro 14. fallen. ff. solu. mat. & vt intelligatur nobilitatem locorum inhabitantibus parum cōferre. Adduco tex. in c. quælibet 40. distin. vbi dicitur. Quid paradiso iucundius? Quid cœlo securius? & tamē homo ex
49 paradiso & Angelus de cœlo peccando cecidit, & † dicitur in c. illud & in c. multi. C. distin. quod non locus sanctificat hominem, sed homo locū, & ad idem tex. in ca. nos qui, ibi non ex vrbiū claritate ea. distin. & sanè absurdū est ex loco hominis dignitatē metiri, quum locus sit propter hominē, non homo propter locū sicut scribitur Machabe. c. 5. Non propter locum gētem, sed propter gentē locū Deus elegit.

Vt autem iam post longum sermone concludam breuiter colligam, quæ in controuersia versantur. Stat pro Illust. Ferrariæ Duce, vt præferendus videatur, quod ipse Ducalem dignitatem possidet antiquitus institutam, ꝙ nobilior sanguine patre, auo, abauo, & alijs maioribus Ducibus, ꝙ ea dignitas prouenit à maiore potestate, ꝙ non dux solum, sed etiam Marchio est & Comes, & his minoribus dignitatibus pariter illustratur, ꝙ simulac natus est, dignitas eū Ducalis apprehendit, ꝙ à matre Regium est genus, quòd vt
50 de lumine lumen, sic dux à duce descendit: Cōtra † hęc obijciuntur ab his, qui partes Ducis Florentiæ defendunt, multarum vrbiū dominatus, subditorum copia, potentia, diuitiæ, opes, quę & si sint amplissima duci Ferrarię, & penè paria & finitima, tamen his ille se putat Duci Ferrariæ prẹferendum, tāquam sit ob hæc superior: nō enim si istis se inferiorē crederet, vtique certaret de prælatione, quum in cæteris vincatur. Ergo (vt Cordubensis Poetę vtar verbis) Nūc par vilissima rerum. Certamen nouistis opes. Hæc fundit cū stomacho ingeniosissimus poeta, & indignatur, nec tanti opes facit, vt eas deceat cām esse certaminis. Certè cedere debent maximis ornamentis, quæ in duce Ferrariæ clarissimè resulgent præsertim, quod si harum opū ratio habeat, his quoque ille Dei primu benignitate, satis superque abundet. Continere me nequeo, quin adhuc vnū addā Luciani veteris scriptoris Græci, qui huius rei imaginē facetissimè expressit subsannans auri potentiā. Nā quum apud eum Iupiter summus diuum, atque hominum pater Deos in concilium vocasset de re communi magna acturus, orta esset disceptatio, quis, cui, in sedendo præferetur. iussit Iupiter, Mercurio, vt Deos Barbaros ingenti magnitudine, ex solido auro fabricatos præponeret Dijs Græcis paruulis ex ære, vel marmore effictis, quamuis opera essent Phidiæ vel Myronis summo ingenio miro artificio elaborata: aurū. n. cēset omnibus præferri oportere. Hęc ille ridiculè admodū (vt solet) & festiue. Sed vt ista se se habeāt, ego qđ verū & iuridicū & maiorū nostrorū auctoritati consentaneū ratus sum, pluribus alijs cōsentiēs Iuriscō. qui anꝰ me scripserūt, aperui, vt ex superioribus satis demōstratū fuisse puto.

SVMMARIVM.

1 *Legati referunt imaginem Principis a quo mittuntur, & qui legatum occidit tenetur crimine læsæ maiestatis.*

2 *Ordo in sessionibus, ambulationibus, & similibus honoribus debet vnicuique assignari, ne confundatur, si præposteretur.*

3 *Aetas grandior in honoribus, dignitatibus, præeminentijs, electionibus, & suffragijs, nunquid sit præferenda. dic vt nu. 30.*

4 *Dux nouiter factus nunquid tanquam prius dignitatem fuerit consequutus, præferatur alteri, qui postea successit in ducatu paterno, & antiquo, dic vt nu. 31. & 33.*

5 *Varietas personarum succedentium varietatem iuris inducit.*

6 *Dignitas eadem, vbi a duobus habetur, et eam habet vnus in habitu, alter in actu cum administratione, præferenda est actualis, limita vt nu. 35.*

7 *Dux factus alicuius liberæ ciuitatis nunquid illius loco subrogatus in omnibus dicatur, & alteri antiquiori in ducatu sit præferendus dic, vt nu. 39. 41. & 45.*

8 *Officialis subrogatus tenet eundem locum in ordine, quem tenebat ille, cui subrogatur.*

9 *Dux possidens plures ciuitates & numerum subditorum copiosiorem, nunquid ratione latioris iurisdictionis præferendus sit alij antiquiori in ducatu, dic vt nu. 47.*

10 *Archidiaconus quòd præcedat Archipresbyterum, quomodo procedat.*

11 *Dux habens subditos ditiores, potentiores, et nobiliores nūquid præferatur in dignitatibus declara vt nu. 48.*

12 *Dux ratione maiorum diuitiarum vtrum præferatur Duci minores diuitias habenti, expone vt nu. 49.*

13 *Dux nobilioris ciuitatis num ratione loci dicatur esse nobilior Duce ciuitatis inferioris. declara vt nu. 50.*

14 *Canonicus ecclesiæ cathedralis quare præcedat canonicum inferioris ecclesiæ dic vt nu. 51.*

15 *Ciuis nobilioris ciuitatis quando præcedere dicatur ciuem inferioris ciuitatis, declara vt in nu. 52.*

16 *Dignitas ducalis prior tempore in prælationibus magis attenditur, quàm dignitas alterius Ducis, grandioris natu.*

17 *Doctoratus primò cæteris præfertur, qui eandem consequuti sunt dignitatem.*

18 *Dignitates multiplices habens præfertur habenti vnam tātùm dignitatem.*

19 *Doctor vtriusque iuris præfertur vnum gradum duntaxat habenti.*

20 *Pontifex est maior Imperatore, vices Dei gerens in terris, Cæsarem inungens, confirmans, reprobans, deponens, & ab eo iuramentum suscipiens fidelitatis.*

21 *Dignitas à maiore domino sumpta dignitatibus habitis ab inferioribus præferenda, licèt suscipiens à maiore sit iunior ætate.*

22 *Doctor vel miles creatus à Papa pręcedit prius creatum ab Imperatore.*

23 *Dux, qui suos maiores habuit Duces, præfertur Duci, qui ad nouum ducatum peruenit, sicut filius Doctoris præfertur Doctori, qui patrem non habuit Doctorem.*

24 *Dux trahēs originem à Ducibus, vel Marchionibus ratione nobilioris sanguinis præferendus est Duci ortum ab Illustribus tantùm ducenti. & nu. 26.*

25 *Nobilitas descendens à Principatu est maxima, & descendit in posteros in infinitum, & nu. 27.*

28 *Dignitate vbi duo pares reperiuntur, præfertur is, qui meliori creatus est sanguine.*

29 *Nobilis moribus & genere pręferendus est nobili moribus tantùm.*

32 Dignitas

32 *Dignitas ducalis est dignitas regalis, & regiæ dignitates, & qualitates nunquam moriuntur.*

34 *Feudum vbi conceditur pro se & descendentibus & successoribus, & transit mortuo primo inuestito ad successores, non dicitur feudum nouum, sed paternum & antiquum.*

36 *Filij Regum, Ducum, Marchionum, Comitum possunt etiam viuo patre Reges, Duces, Marchiones, Comites nuncupari.*

37 *Feudum per mortem patris succedendo filius non dicitur acquirere, sed iam quæsitum capere, cum liberiori administratione.*

38 *Dux vel Marchio expulsus a Ducatu, vel Marchionatu iniustè non desinit esse Dux, vel Marchio.*

40 *Populus liber non recognoscens de facto superiorem est solus sui ipsius dominus & vtitur omni Imperiali iurisdictione.*

42 *Populus liber non recognoscens superiorem est dignior, quã Dux eius postea factus superiorem recognoscens.*

43 *Stipulatio nouans non sapit naturam contractus bonæ fidei, & nouans sententia non sapit naturam sententiæ, nec habet executionem paratam.*

44 *Subrogatus non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, quando illud est penitus extinctum.*

46 *Princeps ius prælationis, regalia, & alia Principi reseruata per contractum nec alio modo alteri potest concedere in præiudicium successorum.*

De materia præcedentis. Cons. 638.



EXORTA est controuersia inter legatos Illustrißimorum, & Excel. Ducũ Ferrariæ & Florentiæ super prælationibus & honoribus, contendentibus vtrisque suum Principem altero esse
1 digniorem. Nam † legati referunt imaginem & vicem Principis, a quo mittuntur. l. ossa. §. fi. ff. de relig. & sump. fune. Bal. in l. 1. de offi. deleg. vbi dicit, quod qui occidit legatum, tenetur crimine læsæ Maiestatis. Videndum est igitur vter duorum Ducum fulgeat ampliori dignitate, & consequenter alteri sit præfe-
2 rendus: ordo † enim confunditur, nisi debitus locus vnicuique in seßionibus & ambulationibus, & similibus honoribus aßigneẽ C. vt dign. or. seru. in rub. & nigro, nõ enim debet, qui posterior est, locũ præcedentis vsurpare, vt Ang. dicit consi. 111. Ordo consuetudinis circa princi. Et videmus in simili, quòd non solum in terrenis: sed etiam in cœlestibus ordo conseruatur. Nam ibi sunt nouem Angelorũ chori, qui schalarum in morem cõstituti, alius alio superior est, & honoratior. Et inter eiusdem chori Angelos, quoquisque pulchrior est & nobilior, meliori loco sedet, idest proximiori ad Deum, vt hæc & plura alia ponit Cassa. in suo tract. de mun. glor. vbi multum agit de istis prælationibus. Et quoniam ordinem comendauimus, ne nos sine ordine in hac cõsultatiõe procedere videamur, tria faciemus.

Primò adducemus rationes, quę facere videntur pro Illustrißimo Duce Florentiæ.

Secundò alias adducemus, quæ stant pro Illustrißimo Duce Ferrariæ.

Tertiò cõcludemus in fauorem Illustrißimi Ducis Ferrariæ cum responsione obiectorum.

Primò facit pro Illustrißimo Cosmo Florentiæ Duce,
3 quia ipse † est natu grandior, ideò ratione maioris ætatis pręferendus videretur Illustrißimo Alphonso Duci Ferrariæ: Nam in honoribus & dignitatibus, & præeminẽtijs maior ætate, seu antiquior præferri debet l. fi. C. de Tiro. lib. 10. l. semper in prin. ff. de iu. immuni. l. 1. & 2. ff. de alb. scrib. l. fi. ff. de fid. instru. c. Episcopi & ibi glo. 24. distinc. nota. in c. 1. & in c. statuimus de maio. & obedi. Hinc in electionibus, & suffragijs antiquiores iunioribus præferuntur. l. Alexandrinis. C. de decur. lib. 10. §. ordinationem in Authen. de mona. Ioan. de Platea. in l. 1. C. de consu. lib. 12. & refert Alber. de Rosa. in d. l. semper in prin. & in dictionario in verbo senex, Aristotelem dicere, quòd natura humano generi dedit hos seniores, alios iuniores, quorum quidẽ primos principari, secundos subijci decet, nec indignari debent iuniores, quum æquum & honestum sit iuuenes ministrare, & senibus obedire, & in Ecclesia dicitur, loquere tu maior natu, te enim decet primum verbum, vt Bal. refert in l. obseruare. §. antequam. ff. de offi. proconsul. & leg. & in Leuitico dicitur, coram cano capite consurge, & honora personam senis.

Secũdò adducitur, quia Cosmus licèt nouiter Dux crea-
4 tus, tamen prius adeptus † est dignitatem Ducalem, quàm Alphonsus, qui non multo ante in ducatu Ferrariensi succeßit patri, & inter duos habentes eandem dignitatem pręcedere debet, qui prius dignitatem consequutus est l. 1. C. de consu. lib. 12. Bar. in l. 1. ff. de obseq. liber. & in l. fi. per illum tex. C. de Tiro. lib. 12. vbi infert, quòd inter Doctores ille, qui est antiquior doctor debet præferri, & est in terminis decisio Matthæi de Afflict. in consti. regni in proœ. 26. q. 2. dub. vbi vult, quòd comes nouiter factus præferatur alteri, qui postea succeßit in comitatu paterno & antiquo, & sic qui posterius habuit dignitatem, quia mutata persona tenentis feudum, quod est vniuersitas, sicut hæreditas, mutatur conditio ipsius comitatus, vt ammodo non sit in persona hæredis illa antiquitas, quæ erat in patre vel agnato, sed erit noua dignitas habita per succeßionem ipsius hęredis arg. l. Paulus. ff. de acqui. hæred. l. licitatio. §. fiscus. ff. de publi. l. 1. §. si is, qui bona. ff. de colla. bono. l. fiscus. ff. de iur.
5 fisci. Varietas † enim personarum succedẽtium varietatem iuris inducit l. 1. C. fi. regun. ad quod facit l. 1. C. de imponẽ.
6 lucrã. descrip. lib. 10. Confirmantur præmissa, quia † si duo habeant eandem dignitatem, sed vnus habeat nudo nomine in habitu tantùm, alius habeat in actu cum administratione, præfertur ille, qui habet administrationem. l. 2. & ibi Ioan. de Pla. C. vt dign. or. serue. lib. 12. & l. 1. C. de primiceo. lib. Ioan. de Plat. in l. 1. C. de consu. lib. 12. & latè prosequitur Iaſ. consi. 192. Pro veritatis & iustitiæ lib. 2. & Caro. Ruin. qui in eadem causa consuluit consi. 19. In hac consultatione lib. 1. Quanto ergo magis Cosmus præferri debet, qui prius adeptus est dignitatem Ducalem, & nomine, & administratione, quàm Alphonsus fecerit, qui tunc carebat vtroque.

7 Tertiò fundatur intentio ducis Florentię quia quo † tempore respub. Florentina regebatur per suos magistratus in libertate constituta, legati reipub. Florentinæ præcedebant legatos Illustrißimi Borsij tunc Ducis Ferrariæ, ergo nunc idem iuris esse debet, quia Dux Cosmus subrogatus est loco reipub. Florentinæ, & subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur c. ecclesia. il primo vt lit. pen. §. fuerat Instit. de actio. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. cum concor. ibi allegatis, & in specie dicit Bar. in l. comperimus in fi. C. de proxi. sacr. scrin. lib. 12. quem sequuntur mo-
8 der. in d. §. qui iniuriarum, quòd † officialis subrogatus tenet illum locum in ordine, quem tenebat ille, cui subrogat, & ad hoc etiam facit, quod dicit Ioan. Andr. in ca. qui sentit de regu. iur. in 6. in Mercuria. vbi vult, quòd si Abbas & conuentus habent priuilegium, quod poßint admittere familiares suos ad diuina, familiares recepti in loco priorum deficientium, vel recedentium post dationem priuilegij comprehenduntur in ipso priuilegio, per d. regu. quòd subrogatus sapit naturam &c. Similiter dicit Ioan. And. in c. fi. de verb. signi. in 6. quòd si Episcopo fuit concessum priuilegium, vt quatuor clerici ad sua obsequia existentes recipiant fructus beneficiorũ suorum, quamuis in suis ecclesijs non resideant, gaudebunt eodem beneficio clerici in locũ priorum subrogati, vt l. sicut in annos. 2. responso. ff. quęad. vsusfru. amit. & l. si ita fuerit. ff. de leg. 3. Istas decisiones Io. Andr.

And. in locis præallegatis, refert & sequitur Alex. consi. 178. In concurrenti casu col. 2. versicu. pro hoc lib. 2. vbi ad hoc etiam allegat text. in l. seruitutes. §. si sublata. ff. de serui. vrba. prędi.

9 Quartò accedat, quia Dux Florentiæ † possidet plures ciuitates, & plurima oppida in Hetruria, & per consequens habet copiosiorem numerum subditorum, quā habet Dux Ferrarię in suo ducatu: vnde ratione maioris iurisdictionis præferendus videtur Duci Ferrariæ, quia præmium dignitatis est habere subditos vt in Auth. vt iudic. si quo. suffra. §. volumus, quanto enim quis maioribus præest, tanto ipse maior est. §. nos igitur in Auth. de defenso. ciuita. Vnde illud, Gloria Regis est, in gente lata, & in diminutione populi, contritio Principis c. ecclesia. §. idem Dauid populum. 1. q. 4. & quātò maiora quis tractat, tātò ipse maior est. §. de his vero de consecr. distinct. 5. Demùm quod præferatur is, qui maiorem habet administrationem & iurisdictionē not. Hostien. in summa de maio. & obe. §. 1. circa fi. versic. dispensationis siue potestatis Domi. in c. 1. col. 2. versic. est ergo videndum de consue. in 6. & Rota. 4. decisio. in tit. de elec. in nou. quas auctoritates, adducit Dec. consil. 161. Pro domino proposito circa fi. Videmus in simili, quod Metropolitanus præcedit honore Episcopos, quamuis sit eiusdē ordinis, quia curam & solicitudinem totius prouinciæ suscipit. Episcopi autem curam habent suæ tantum diocesis, ca. per singulas. 9. q. 3. Item videmus † Archidiaconum

10 præferri Archipresbytero, quia maior est Archidiaconus in administratione glo. in cap. in nouo. in verbo pari. 22. distin. & licèt Archipresbyter sit maior ordine, & præferatur in diuinis, tamen in sedendo & eundo præfertur Archidiaconus, secundùm Archid. & Domi. in ca. quanquam 3. q. 7. & Domi. in cap. Episcopus. 17. distinct. cum alijs adductis per Fely. in rub. de maio. & obedi. circa princip. Item Vicarius Episcopi præcedit Archidiaconum, quia Vicarius habet iurisdictionem in omnes diocesanos, vbi Archidiaconus habet tantum iurisdictionem in duobus expressis in c. ad hęc §. in quadam, de offic. Archid. nisi plus a consuetudine sibi tribuatur, vt Abb. latè consuluit consi. 21. lib. 1. hinc etiam dixit Andr. Sicu. in tract. de præstan. Cardi. colum. 4. quod Nobiles Veneti sunt nobiliores ciuibus Ragusinis ratione maioris administrationis & imperij amplioris, quod longè latè terra, marique protenditur.

11 Quintò, quia † prætenditur, quòd dux Florentiæ habeat subditos ditiores, potentiores, & nobiliores, ex quibus maior dignitas insurgit. §. generaliter in verbo nobiliores Authen. de digni. & tanto quis est maior, quanto dignioribus, & melioribus præest, vt Abb. dicit in c. omnes. 1. no. in fin. de maio. & obe. Imperator studet locupletes habere subiectos. l. 1. C. de præd. curia. lib. 12. & ibi per Luc. de Pen. & notatur in §. cogitatio in Auth. vt iudi. si. quo. suffra.

12 Sextò dux Florentiæ, non † solum est ditior in subditis, sed etiam in se ipso, quia maiores habet diuitias, & plures reditus colligit ex vectigalibus, quam dux Ferrariæ, vnde propter hanc qualitatem maiorum diuitiarum præferendus videtur, sicuti in simili testes ditiores, alijs præferuntur. l. 3. ff. de testib. & inter Doctores legentes ille præfertur in honoribus qui habet maiora stipendia. Abb. in c. clerici de iudi. & sequuntur moder. in l. cum quid. ff. si cer. pet. vbi pro hoc etiam allegant tex. in l. 1. ibi in ordine stipēdiorum, C. de agen. in reb. libr. 12. & text. in l. fina. C. de Tyro. eo. lib.

13 Septimò, quia præsupponitur, quòd Florentia † est nobilior vrbs, quàm Ferraria, vnde titulus ducatus Florentiæ dicitur esse nobilior ratione loci, & successiuè dux Florentiæ

14 venit præferendus, quemadmodum † Canonicus ecclesiæ cathedralis præcedit Canonicum inferioris ecclesiæ secun-

15 dùm Inno. in c. fraternitatis in fi. de sepul. & ciuis † nobilioris ciuitatis præcedit alium ciuem inferioris ciuitatis. l. 1. C. de Alex. prima. lib. 11. quem tex. no. ad hoc Bar. ibi & Io. de Plat. Hæc sunt, quæ pro Illustrissimo Duce Florentiæ adduci posse videntur, & quibus eius excellentia (sicut relatum est) conatur sibi priores partes vendicare.

Veruntamē, quia cōsideranda sunt, quæcunque pro altera parte afferri possunt, vt rectum iudicium sequatur, adducemus nunc, quæ pro Illustrissimo & Excellentissimo duce Ferrariæ adduci posse videntur. Et primò eius excell. sumit fundamentum ex eo, quod † titulus ducalis dignitatis 16
in familia Estensi longa serie præcedit titulum ducis Florentiæ, qui nostra memoria creatus est a Carolo Quinto Imperatore: vnde licèt dicatur, quòd maior ætate sit iunioribus preferendus, tamen hoc locum non habet vbi iunior prius adeptus fuit dignitatem, quia tunc in prælatione magis attenditur, prioritas dignitatis, glo. est nota. in cap. fin. in verbo antiquiores de consue. in 6. & ibi Domi. vbi habetur, quòd vbi in aliqua materia fit mentio de antiquioribus collegij, vel alicuius dignitatis intelligitur in dubio de antiquioribus receptis in collegio, non de antiquioribus ętatis, quod reputat Domi. ibi notādum: quia multoties istud exprimitur in priuilegijs, rescriptis, vel statutis, & ita se etiam habet communis scribentium conclusio, quòd inter duos habentes eandem & parem dignitatem, ille præferendus est, qui eam primò adeptus est, & sic qui prior est tempore in dignitate, potior est in honoribus & priuilegijs, quamuis sit ętate iunior. l. 1. & l. pen. C. de consu. lib. 12. & in l. 1. & 2. C. de prefec. pret. & in l. 1. C. de prepos. sacr. cubi. li. 12. & in l. 1. C. de prox. sacro. scrin. eo. lib. & in l. 1. & 2. ff. de al. scrib. & in ca. 1. de maio. & obe. & c. Episcoporum. 73. distinc. & cap. fin. 16. distinct. & ibi gl. no. generaliter, quòd qui prius dignitatem ceperunt præferendi sunt alijs, vnde notant And. de Baru. Nico. de Neapo. & alij in d. l. 1. per illum tex.

17 C. de consu. lib. 12. quod † qui primò Doctoratus est debet præferri his, qui eandem dignitatem sunt consequuti, quod etiam voluit Io. de Plat. in l. 2. per illum text. C. de primice. lib. 12. Bar. in l. 1. ff. de obseq. liber. & facit quod scribit Bal. in l. plures col. 1. C. de condi. inser. dicens, quòd qui habet primum esse, habet primum frui. Quòd si obijatur, quòd Alphonsus Dux Ferrariæ, qui nunc dominatur, non potest dici habere titulum antiquiorem, qui fuit in eius maioribus, sed considerandus est titulus, qui nunc residet in eius persona, & ille est posterior titulo Ducis Florentiæ, ad hoc obiectum inferius respondetur.

18 Secundò videtur pręferendus Dux Ferrariæ, quia † quatuor habet Ducatus, Ferrariæ scilicet, Mutinæ, Regij, & in Gallia Carnutum, & est plurium oppidorum Marchio & Comes, vnde qui multiplices habet dignitates, præfertur habenti vnam tantùm, quia plura iura vincunt vnum. l. sed & milites in prin. ff. de excusa. tuto. ex quo infert ibi Bal. quod Marchio, & Comes debet præcedere illum, qui solum est

19 Marchio, similiter videmus † de Doctore in vtroque iure, qui præfertur vnum duntaxat habenti gradum, vt tradit Io. Andr. Abb. & alij, in cap. clerici de iudi. & pariter traditur de Doctore Theologiæ, & Canonum, qui præfertur simplici Theologo, vt no. Abb. post alios in cap. 1. de consangu. & affin. & magis proprius accedit, quod scribit Cassa. in tracta. de glor. mundi. in 5. parte considera 37. vbi inquit quòd Rex Hispaniæ omnibus alijs Regibus præferendus est, quum plura regna habeat sub se & plures Coronas, quam alij habeant, & ibi etiam dicit, quòd honorandus est magis Imperator, quum tres coronas habeat, quàm alij, qui non habent nisi vnam coronam.

20 Tertiò in eandem sententiam facit: Nam † summus Pontifex proculdubio maior est Imperatore cap. duo sunt. 96. distinct. c. solitæ de maio. & obedi. est enim summus Pontifex Vicarius Christi vicem non puri hominis sed Dei gerens in terris cap. 2. & 3. de transla. præla. cap. 1. versi. porrò vt ecclesiastica beneficia, & quòd summus Pontifex sit supra Imperatorem illud ostendit, quòd imperium de gente in gentem transfert, quòd Imperatorem inungit, confirmat, reprobat, deponit, & ab eo iuramentum fidelitatis recipit cap. venerabilem de elec. cap. Apostolicæ de re iud. in 6. Clem. ne Romani de iureiu. cap. alius. 15. q. 6. ca. tibi Domino. 64. distinct. tradit Barto. in extrauag. ad reprimen. in verbo totius orbis & in l. 1. §. præsides. ff. de requi. re. cum alijs

21 alijs vulga.concor.Sed Dux† Ferrariæ Ducatum ipsius Ferrariæ a summo Pontifice suscepit, ergo præferendus Florẽtiæ Duci, qui habet ab Imperatore: nam qui a maiore Domino dignitatem consequutus est, is cæteris præfertur etiã si sit iunior ætate, vt est tex.clarus in l.fi.ff.de albo scrib. vbi glo.dicit quòd maius & efficacius donum est, quod a maiori habetur ad idem tex.in l.restituendę in fi.& ibi glo.in verbo consequuti.C.de aduo. diuer. iudi. & in §.eos autem in fi n in Auth.vt iudi.si quo. suffra. & in cap. dominus noster distinc.93.& in cap.per tuas de maio.& obedi.& in cap. in distribuendis & ibi glo.de tempo.ordi.tradit Spec.in tit.de cita.§.iam de citatione ver.porrò si sunt plures, Marti.Lauden.in tract.de dignit.conclu.32.vbi voluit hoc procedere etiam si creatus a maiore potestate fuerit posterius dignita
22 tem consequutus: vnde † Doctor vel miles creatus a Papa præcedit prius creatum ab Imperatore, vt voluit Franc. Tig.in l.2.ff.de al.scrib.Abb.in c.per tuas de maio. & obedi. & in cap.postulasti, col.2.de conces.preb.Marti.Laud.in d.tracta.de dignit.conclu.17.Roma.in l.si verò. §. de viro. 49.fallen.ff.solut.matr.Alex.in l.2.§.prius.ff.de vulga.& pupil.And.Sicu.in c.quod clericis col.pen.de for. comp.
23 Quartò in eandem sententiam facit, quia † Dux Ferrariæ patrem, auum, abauum, habet Duces, quòd Aduersarius non habet, ex quo fit, vt honorari magis debeat, & pręferri, sicut filius Doctoris præfertur alij Doctori, qui non habuit patrem Doctorem glo.in l.iubemus in verbo sumptibus.C.de aduo.diuer.iudi.& Bal.in l.nemini in fin. C.de aduo.diuers.iudi.& in l.Gallus §.quidem rectè.2.q. ff. de liber.& posthu.Marti.Laude.in tract.de digni.conclus.17.
24 Quintò præferendus est Dux Ferrariæ † ratione nobilioris sanguinis & vetustioris prosapiæ: nam vt legitur penes eos, qui chronica scripserunt, & quibus credendum venit, vt no.Doc.in l.1.ff.si cert.pet. ista nobilissima familia Estẽsis, vnde Dux Ferrariæ originem ducit, tenuit per mille annorum spacium & vltra supremo dominatu multas, magnas, grauesque vrbes: nam pręter Ferrariam, Mutinam & Regium, quæ nunc possidentur sub eius imperio, Parmã quoque tenuit, Lucam, Anconam, denique semper habuit sub se populos, quibus Regio iure imperaret, hoc autem ornamento caret domus Medica, nam vsque ad Leonem decimum Pontificem maximum cuius fuit creatio de anno 1512.nullam habuit iurisdictionem in ciuitatem aliquam,
25 vel castrum quæ † nobilitas descendens a principatu est maxima, vt Bar.inquit in l.1.C.de digni.versus fi. vnde quum
26 isti duo Illustrissimi & Excellentissimi Duces † idem habeant dignitatis nomen, & sint in hoc pares, superior tamen habendus est ille, qui trahit originem a Ducibus, & Marchionibus, qui assiduè populis imperitarunt, & leges dederunt, ipsi legibus soluti l. Princeps ff. de ll. Dux autem Florentiæ, & si a viris Illustribus ortum ducat, non tamen inter maiores suos numerare potest Duces aut Marchiones. Illi namque priuatam vitam gerunt, & si aliquãdo magistratus gesserunt eos subiectos legibus nacti sunt. Itaque
27 † quum nobilitas generis descendat in posteros in infinitũ, vt Bar.tradit in l.1.C.de dignita.li.11.& Abb.in cap. nouit per illum tex.de iudi.& a nobilioribus Dux Ferrariæ proue
28 nerit, iure anteferendus videtur, nam † vbi duo ęquales sunt dignitate, pręfertur ille, qui de meliori creatus est sanguine, vt Bal.voluit in l.nemini in fi.C.de aduo.diuer.iudi.Abb.in cap.dudum ad audien.4.nota.de elect.& tradunt moder.in rub.de maio.& obedi. quod etiam comprobatur in l. 1. C. de digni.lib.11.vbi dicitur pollere generis claritate, qui auũ consularem, patrem habet prætorium, Ad quod etiam facit, quòd Abb.scribit in cap.1. de dona. dicens quod si quis
29 † nobilis est moribus & genere, præferendus est ei, qui nobilis est moribus tantùm, quia duplex decus fulget in eo, & proprium, & suorum, Nec mouere debet quemquam cõtra prædicta illud Ouidianum.

Et genus & proauos, & quæ non fecimus ipsi.
Vix ea nostra puto.

Nam hoc procedit vbi contentio est de virtute, de qua inter Aiacem & Vlyssem agebatur. Etenim contendebatur tunc inter eos de meritis in vniuersum exercitum, & cunctam Græcorum remp. ideò frustra nobilitas generis in medium veniebat, sed vbi agitur de huiusmodi prælationibus in sedendo, ambulando, respondendo, subscribendo, & talibus honoribus, tum quia huiusmodi prelatio leui est a leuioribus etiam rebus iudicatur, & quæ palam spectantur, veluti quis prius fuerit in ordinem receptus, quis sit maior ætate, quis sit nobilior sanguine vel generis vetustate, quis sit plurium liberorũ pater & similia, at de virtute certamen inter duos pluresúe nimis est odiosum, & vix bene potest tractari sine alterius partis contumelia, præsertim si per ipsos contendentes res agatur: nam laus in ore proprio intolerabilis est, & (vt dicitur) sordescit: & istud bene considerauit Abb.in cap.1. de maio.& obedi.dicens, quòd qui prius ordinatus est, præcedit eum, qui merito vitæ antecedit & dicit Fel.in rub.de maio.& obed. col. 3. qđ in huiusmodi prælationibus perfectior status non attenditur, per glo.in cap.quorundam in verbo prædicatores de elec.in 6. vbi dicit fratres prædicatores præcedere minores, quia ordo prædicatorum prius fuit institutus, & tamen minorum status est perfectior.

Concludendo igitur dicimus perspectis fundamentis vtrinque adductis partes Illustrissimi Ducis Ferrariæ esse potiores, quòd liquidius ostendetur ex responsionibus ad
30 obiecta. Ad primũ argumentũ de † antiquitate ætatis respõdeť illud non procedere in eo, qui prius in ordine fuit receptus, & in hoc est differentia in ordinatis & ordinãdis, quia cęteris paribus pręponitur in ordinãdis antiquior: secus in ordinatis, quia tunc non attenditur ætas, sed qui primò ordinatus fuit idest, qui dignitatem antiquiorem consequutus, fuit vt statim dicitur, & patet ex his, quæ Bar. dicit in l. 2.§.prius.ff.de vulga.& pupil.Abb.in cap.clerici de iudi.per tex.in l.honores in princ.ff. de decurio.ad quod etiam facit tex.in §.ordinationem in Auth.de mona.& in l.vnicuique C.de proxi.sacro.scrini.lib.12.ibi nisi forte ab eo, qui tempore vincitur & laborum comparatione superetur.

Ad secundum argu. quòd Cosmus dux Florentiæ prius creatus fuit dux, quàm Alphonsus Dux Ferrariæ, qui posterius post mortem patris Ducatum suscepit, Vnde Dux Florentiæ pręferendus videretur tanquam Dux antiquior. Re
31 spondetur quòd † imò Dux Ferrariæ dicitur antiquior dignitate ducali, quàm aduersarius, quum longe antea Ferraria fuerit erecta in Ducatum, quàm Florẽtia: Vnde quamuis Dux Florentiæ fuerit priùs Dux, quàm Alphonsus, tamen non consideratur persona ipsorum Ducum, & dignitas in eis respectu creationis de ipsismet factæ. Sed dignitas ducatus antiquior ciuitatis, vel prouinciæ, cui preside. Nam qui antiquiorem habet, alteri præfertur, vt probatur ex no.per Abb.in c.nimis el secundo de exces.præla. vbi dicit, quod in honoribus illi fratres præferendi sunt, quorum regula primò fuit approbata, & scribit Cassa. in tractatu de glo.mundi in 4. parte considerat. fi. quòd clericus secularis præfertur regulari, vt nota.in c.legi epistolam 16.q. 1. quia anterior est status clericalis, ergo honorabilior, allegat glo. optimam in c.quorundam in verbo prędicatorum de elec. in 6.vbi habetur, quòd ordo prædicatorum pręcedit minores, quia prius fuit institutus: Similiter dicit Nicola.Boer.in tractatu de auctori.magni cons. quòd magnum consilium Christianissimi Regis præcedit cætera eiusdem parlamenta propter maiorem vetustatem. Confirmantur benè pre-
32 missa, quia † dignitas ducalis, est dignitas regalis, & dignitas regia nunquam moritur cap.liberti il secundo 12.q.2. ca. si gratiosè de rescrip.in 6. Ideo non potest alia esse dignitas a primo inuestito, sed eadem per continuationem l.proponebatur.ff.de iudi.Et ad hoc bene seruiunt verba Bal.in l. vnica §.excepto versi.sed quid si concedo C. de cad.tol. vbi dicit, quod dignitas est quid regale, quum feudum regni sit concessum omnibus regibus, & qualitas regia non moritur licèt in indiuiduo moriať l.quod Principi.ff.de leg. 2. & sunt accidentia sine subiecto, vel verius illa non sunt pro-priè

priè accidentia, sed quoddam intellectuale, sicut albedo in abstracto, dicunt Petr. de Anch. & Domi. post Io. Mona. in d. cap. si gratiosè, quòd licèt ille, qui possidet dignitatem sit corruptibilis, dignitas tamen semper est. §. licentiam in Authen. quomo. opor. Episc. Corrupto igitur subiecto non dicitur hoc non existere, sed vacare, & administratione carere c. cum nostris de concessione præb. Sed quid plura? Istá. q. in indiuiduo decidit Egidi. Bos. Doct. Moder. in tracta.
33 crimina. in titu. de Principe, vbi dicit, quòd Dux † ciuitatis in ducatum prius erectæ in eundo & sedendo preferatur alteri Duci, quamuis ille primo loco adeptus fuerit dignitatem: quia non consideratur persona ipsorum Ducum, & dignitas in eis respectu acquisitionis per ipsosmet factæ, sed dignitas antiquior vnde quum prouincia aliqua fuerit primo loco in Ducatum erecta, antequam alia prouincia, merito Dux illius venit preferendus Duci alterius, & quamuis Matthæ. de Afflict. in constit. regni censeat oppo. in loco iam allegato, tamē ipse male loquitur: nam text. in l. Paulus. ff. de acqui. hæred. & iura alia per eum adducta loquuntur, quando priuilegium conceditur rebus propter personam, quia tunc mutatione personæ extinguitur priuilegium, & mutatur rei conditio, sed nos sumus in dignitate regia concessa non solum primo recipienti, sed etiam posteris & successoribus. Vnde eadem dignitas transit ad omnes, non au-
34 tem noua dicitur acquiri. Videmus in simili, quòd † vbi feudum est concessum pro se & suis descendētibus, & successoribus, vbi. d. feudum transit ad successores mortuo primo inuestito, non dicuntur successores feudum nouum possidere, sed paternum & antiquum cap. 1. de gradi. succed. in feu. & in c. 1. §. hoc quoque & §. pen. & fi. de success. feud. & declarat Bal. in d. §. hoc quoque in fi. & in Auth. defuncto C.
35 ad Tertul. cum simil. Nec † aliquid facit, quod ex aduerso dicebatur, quod Cosmus adeptus est Ducalem dignitatem, & nomine, & administratione ante Alphonsum, quia vt dictum est non spectatur dignitas, prout residet in persona ipsorum Ducum, sed prout data est ciuitati vel prouinciæ, & qui eam habet vetustiorem ille præfertur. Potest etiam aliter ad istud obiectum responderi, quòd Alphonsus ratione dignitatis ducalis, quæ erat fundata in patre, quam primum venit in lucem, effectus fuit Dux, & sic in vita Herculis patris, antequàm Cosmus adeptus fuerit dignitatem
36 ducalem, erat dux, & ita vocari poterat. Nam filij † Regum, Ducum, Marchionum, Comitum possunt etiam viuo patre Reges, Duces, Marchiones, Comites nuncupari, vt est glo. notab. in c. fi. 24. q. 1. not. Bal. & alij in l. in suis ff. de lib. & posthu. Bal. in l. 1. in prin. de feu. Marchi. Marti. Lauden. in sæpius allegato titu. de dign. conclu. 17. Matthæ. de Afflict. in cap. 1. 2. nota. quis dica. dux, Co. vel March. Corse. in tract. de potesta. regia. q. 25. in princ. & licèt dicatur improprè Dux secundùm Docto. vbi supra, tamen ista quali-
37 tas est tantæ importantiæ, quod per † mortem patris non dicitur filius acquirere feudum succedendo, sed in vita iam acquisitum capere cum liberiori administratione, vt est glo. in cap. fin. de feu. cogni. quam notat ibi Bal. & dicit men ti tenendam, & dicit etiam Bald. in c. 1. vlti. colum. in tit. an mut. vel surd. vel ali. imperf. quòd suus hæres viuente patre dicitur feudatarius arg. l. si quis duos. ff. de liber. lega. & ideò post mortem patris non dicitur succedere in feudo, sed illud retinere. Hinc etiam est, quòd filij magis propter delictum patris priuantur feudo, quàm alij agnati, secundùm Bald. in cap. 1. si vasal. feu. priu. Similiter non habet obstare, quod Cosmus sit antiquior dignitate, quum ducatus Ferrariæ inceperit tempore Pauli tertij Pontificis, qui reintegrauit ducem tunc Ferrariæ priuatum per sententiam Clementis 7. Pontifis Maximi, quo tempore Alexander iam creatus fuerat Dux Florentiæ, & dignitatem adeptus ducalem, quia respondetur quòd reintegratio facta fuit per viā iustitiæ & non gratiæ in executionem sententiæ Caroli V. Imperatoris, qui confirmauit Alphonsum tunc dominantem, in omnibus suis dominijs, a quibus Clemens manu armata & via facti cupiebat illum eijcere quo casu succedit
38 firma conclusio, quod dux † vel Marchio expulsus à ducatu vel marchionatu iniustè, non desinit esse dux vel Marchio, vt dicit Card. Alex. in c. 1. col. fi. versi. quid autem si dux. quis dica. Dux, March. Com. siue capita. & Marti. Laud. ibi colu. pe. ver. quid autem. Hoc ēt voluit Cassa. in d. tracta. de mun. glor. 5. parte. conside. 49. dicens ꝙ Dux Marchio vel Comes expulsus à ducatu vel Marchionatu retinet dignitatem. Ita quòd sedere debent in locum ducum, Marchionum, vel Comitum, & ad hoc dicit facere tex. in cap. Nabuchodonosor ibi regnum, quod perdiderat rursus recepit 26. quest. 4. & text. in Clem. prima de for. competen. ad quod etiam facit, quod dicit Matthæus de Afflic. post And. de Iser. in capit. 1. col. 4. versi. tene menti de feu. March.

Ad tertium argu. quod tempore, quo respub. Florentina agebat liberè, legati reipub. Florentiæ præcedebant legatos Ferrariēses, & dux Cosmus subrogatus est in locum reipub.
39 ergo eodem iure vti debet, Respondetur † præmittendo, ꝙ respub. Florentina, prius erat sui iuris, & omnimoda libertate gaudebat absque recognitiōe superioris, vt infra latius deducetur, postea copijs militaribus & bellicis tormentis admotis expugnata fuit à Carolo V. Imperator, qui constituit Alexādrum Medicem generum, Cui Cosmus postmodum succesit reipub. Florentinæ Caput, & iussit reliquis magistratibus, sub pœna mille librarum auri, vt ei parerent, ex quo apparet qualiter respub. Florentina erat tunc subiecta: nam, vt dicitur in capit. quisquis 14. q. 1. quod præcipitur imperatur, quod imperatur necesse est fieri, si non fiat, pœnam habet, vbi enim est præceptum ibi est necessitas seruientis, vt obediat, vel imperantis vt ei obediatur. Itaque si Cosmus contendit hac ratione, quia sit caput reipub. Florentiæ iam subiectæ Cæsareę Maiestati, non potest obtinere quod intendit, nam, vt esse caput alicui reipub. sit dignitas quædam, non tamen tanta est dignitas, vt conferri possit cum ducatu, qui re legalis ē dignitas vt no. oēs in c. 1. qs Dux, Com. vel March. & in c. 1. de feu. March. & in prælu. feu. vnde nō modo ceder̄ debet Alphonso, qui amplissimum habet ducatum, sed cuilibet alij duci. Sin autem contendit de prælatione, quasi habeat eandem dignitatem ducalem, quam habet Alphonsus, quod an ita sit, pendet ex eius inuestitura: tunc non rectè arguit de legatis reipub. Florentinæ, ad suos propter dissimilitudinem causarum: nam respub. Florentina tunc temporis libera erat & neminem saltem de facto recognoscebat superiorem, vt in specie de ciuitate Florentina ponit Bar. in l. hostes circa fi. ff. de capt. Abb. cōs. 91. Quoad primū li. 1. Alex. consi. 196. Perspectis narratis col. 1. lib. 6. & refert Platina in vita Honorij V. Florentinos emisse libertatem à Rodulpho Imperatore sex milibus ducatorum prout etiam refert Feli. in cap. quum non liceat col. pen ver. 4. Consideratio. de præ-
40 scrip. Vnde † poterant illo tempore legati reipub. Florentinæ præcedere legatos ducis Ferrariæ, quia liber populus non recognoscens superiorem solus est sui ipsius Dominus, & instar habet Regum liberorum, & tantam habet iurisdictionem in suo territorio, quantam Imperator in vniuerso imperio, & propterea potest quæcunque reseruata sunt soli Principi, vt tradit Bar. in d. l. hostes. & in l. 1. §. de qua re ff. de postu. & in l. infamem circa fin. ff. de pub. iud. & in l. relegati. ff. de pœn. & in l. 2. in princ. ff. de iud. fisci. & in l. quidam consulebat in fi. ff. de re iudi. vbi dicit quòd Populus liber vtitur om-
41 ni iurisdictione imperiali. Sed nunc non agitur † de legatis illius populi liberi, sed de legatis populi subiecti, seu vt verius dicatur de legatis suæ eccellentiæ quæ pariter recognoscit superiorem & sic in hoc est æqualis duci Ferrariæ: vnde in ęquali dignitate videndum est quis sit dignior, & in hoc dicimus digniorem esse Ducem Ferrariæ argumentis superius formatis. Illud enim quod dicitur, quòd subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur, procedit etiā vbi non datur diuersitas in casu, de quo agitur, vt inquit Pau. de Cast. consi. 73. Licet ista Domina Elisa in fi. lib. 1. sed nemo nega-
42 uerit, quin † populus liber non recognoscens superiorem sit maioris dignitatis, quàm Dux eius, qui recognoscit superiorem, nam libertas inæstimabilis res est l. libertas. ff. de reg. iu. & facit

& facit illud vulga. Non bene pro toto &c. Præterea d. regu.quòd subrogatus sapit naturam eius,cui subrogatur, nõ habet locum quando subrogatio fit per viam transfusionis, tũc si fit per hominem,vt in terminis nostris, non sapit eãdem naturam,vt Bar.tenet in l.1.§.hæc actio col.2.ver. aut substituitur per hominem.ff.si quis testa.lib.esse iuss. fu. Bal. in l.si quis eum §.qui iniuriarum col.2.vers.2.casu.ff. si quis
43 cau. Vnde† secundùm eum stipulatio nouans non sapit naturam contractus bonæ fidei, quamuis nouet contractum bonæ fidei,vt l. emptor ff.de noua. Item stipulatio nouans sententiam non sapit naturam sententiæ, nec habet executionem paratam,vt est tex. notab. in l. minor 25. annis cui fideicomm.ff. de mino. & sequitur prædicta Ias. consi. 78. Circa primum dubitationis articulum col.3.versi. 2.principaliter lib.1.Inducitur etiam ad hoc Bal.in l. pactum quod
44 dotali.q.18.C.de colla.vbi vult,quòd vbi filia† renunciauit succesioni paternæ, non potest nepos ex ea concurrere in successione aui cum patruis ex eo capite quòd nepos succedat loco matris: quia succedit per locum à remotione siue priuatione matris: & ideò non potest assumere sibi naturã iam extinctam,sed assumet sibi locum,quem reperit vacãtem. Ecce quòd Bal.ibi sentit clarè quòd subrogatus non sapit naturam eius,in cuius locum subrogatur,quando illud est penitus extinctum,sed dicitur tunc locus vacare, Vnde
45 dicendum † in proposito,quòd Cosmus non succedit loco reipu.Florentinæ,quæ fuit tunc penitus extincta per Cesaream maiestatem sed locum cœperit nouum,& (vt Bal.vocat)vacantem,ideò iure reipub.Florentinæ quæ perempta fuit,vti non potest. Aliter responderi potest ad obiectum,
46 quòd concessio† seu illa tolerantia ducis Borsij in illa prælatione legatorum reipub.Florentinæ non potuit præiudicare successoribus,per text.in l. eum qui.ff. de interd.& releg. vbi si pater delinquens ciuitatem amiserit,filijs ea,quę non a patre,sed à genere, à ciuitate, a rerum natura tribuuntur, manent incolumia,ad idem tex.in l.emancipatum §.si quis ff.de senat.vbi si pater amiserit dignitatem, filius eam retinet ex persona aui,ad quod etiam facit tex.in l. diui fratres. ff. de iur. patr. & quod dicitur de Rege, qui non potest iura imperij alienare in præiudicium successorum ca.intellecto de iureiu.c.Abbate sanè de re iud.in 6.Barto.in l.prohibere §.planè ff.quod vi aut clàm,& dicit Bal.in tit.de pac. Constan.in verbo successorum,quòd Princeps per contractum nec alio modo potest in præiudicium successorum regalia concedere,quia sicut non potest iura eorum subuertere,ita nec minuere l.si optio ff.qui,& à quib. Accedat quod scribit Bal.in d.l.pactum quod dotali.q.18.C.de colla.vbi vult, quòd nepos succedit in hæreditate aui non obstante renunciatione matris, quia hoc non habet ex persona matris, sed beneficio legis. 3. §. si emancipatus ff. de bono. posse cont.tab.

Ad quartum de maiori iurisdictione,& administratione & copiosiore subditorum numero, quem habet Dux Flo-
47 rentiæ Respondetur quòd,posito† citra veritatis præiudicium,res ita in facto se habeat, tamen distinguendum est: nam vbi sunt diuersa & separata officia seu dignitates, tũc habens maiorem iurisdictionem præfertur: vnde Metropolitanus præcedit Episcopos quibus præest,& Archidiaconus Archibresbyterum,& Vicarius Episcopi Archidiaconum,& ita loquuntur decisiones in contrarium allegatę: Sed vbi sumus in duobus habentibus nomen eiusdem dignitatis, præfertur ille, qui fuit prius in ordinem receptus, etiam si habeat minorem iurisdictionem, quia tunc ordo temporis attenditur secundùm Barto.in d.l.2.§. prius.ff.de vulga. & pup. cum concord. superius allegatis,& probatur concludenti ratione: quia si in iam ordinatis non attenduntur merita vitæ:& sic animi bona,quæ longè latèque excellunt,sed quis prius fuerit ordini aggregatus: quanto minus attendi debent hæc externa fortunæ bona, quæ sunt longe inferiora. Non negatur tamen quin magnum & gloriosum sit habere multitudinem copiosam subditorum iuxta illud quod dicitur, gloria Regis in lata gente, sed negatur in tali certamine prælationis esse attendendam,vbi ostenditur qs prius in ordine fuerit receptus. Confirmantur præmissa, quia maior iurisdictio, & copiosior numerus subditorum non respiciunt nisi ad potentiam,sed in ordinandis non respicitur ad potentiam seu diuitias:nisi omnes aliæ circunstantiæ sint hinc inde pares,vt est glo. quam ibi omnes sequuntur in ca.constitutis il secundo in verbo impotentiam de appella. tanto ergo minus attendi debet potentia in iam ordinatis quibus iam ius est quæsitum l. id quod nostrum. ff.de reg.iur.l.fin.ff.de pact. & facilius quæratur ius quærendum,quàm id,quod iam est in esse deductum. cap. quemadmodum de iureiu.l.patre furioso ff.de his,qui sunt sui vel alie iur.l.quæ autem in prin.ff.quę in frau.credi.Et non eundo per mendicata suffragia est decisio in terminis Matthęi de afflict.in constit.regni.26.q. 1. dub. vbi vult,quòd Dux vel Comes antiquior præferatur Duci,vel Comiti,qui nuper acquisiuit Ducatum vel comitatum cum multis Castellis & Vasallis nobilibus,licet antiquior non habeat tot & tãtas terras,nec tot & tantos nobiles Vasallos, quia secũdùm eum eadem est dignitas in vtroque ideò præfertur antiqor nec est in consideratione excessus vasallorum & eorum nobilitas,vbi datur dignitatis ęqualitas: nã antiquior tunc pręfertur iuxt.not.in cap.1.de maio.& obedi.Habet enim iste Dux vel Comes, qui habet Vasallos in numero excesiuo, maius officium, sed non maiorem dignitatem, sicut dicimus in duobus Episcopis,quorum vnus habet paruam diocesin alius magnam, vel vnus pauper,alter diues,non considerantur isti excessus ca.legimus 93.distinc. licèt Bal. aliter dicat in cap.1.versi.extra quæro de cleri. qui inuesti. fe. Eodem modo Cardinalis Episcopus non habet maiorem dignitatem Episcopo, sed habet maius officium secũdùm Bar.in l.1.§.si quis ff.de appel.& not.Domi.in cap.1.de offi.lega.lib.6.magna est enim auctoritas antiquitatis:cui reuerentiæ prærogatiua debetur.cap.quanto de transla.præla.& nota.in Clem.ne Romani de elec.& in ca. ordinationis 75.distinc.

48 Ad quintum de† subditis potentioribus,ditioribus,& nobilioribus,quos habet Dux Florentiæ.Respondetur quòd posito,quòd ita esset,quod hæc non tollunt prærogatiuam temporis,vt proximè dictum est allegando Matth.de Afflic.in constit.regni loco præallegato, & ostenditur apertè, quia si potentia, & diuitiæ in ipso duce Florentiæ non debent attendi, hoc casu, vt de potentia supra dictum est,& de diuitijs inferius dicetur,multo minus attendetur, quod hæc habeat in subditis.

49 Ad sextum,quòd ipse† sit ditior,& vberiora colligat vectigalia,Respondetur quod diuitiæ non tollunt pręrogatiuam temporis,vt superius dictum est,huiusmodi enim cõditiones nobilitatis & diuitiarum non attenduntur, nisi in duobus, qui eodem tempore eandem adepti sunt dignitatem:tunc enim confugimus ad has conditiones extraneas, vt,qui in illis sit potior,alteri præferatur, vt vult Bar. in l.1. ff.de obseq.liber.& tradunt Moder.in l.quum quid.ff.si cer. vbi ad hoc allegant claram decis.Innocen. in ca. statuimus de maio.& obedi.Preterea si nobilitas generis non facit,vt quis præferatur in ordinem prius recepto, multo minus hoc pręstabunt diuitiæ, quia non sunt vera nobilitas,vt inquit Luc.de Pen.in l.mulieres col.2 2.versi.7. de diuitijs C. de digni.lib. 12.

50 Ad vltimum quòd titulũ† habet loci nobilioris,Respondetur quòd si alia,quæ sunt potentiora, de quibus supra dictum est,non tollunt prærogatiuam temporis, multo minus hoc tollet,quòd titulum habet nobilioris ciuitatis vt interim omittatur disputatio, vtrum Ferraria vel Florentia sit nobilior, quia ad rem id non pertinet: nec aliquid facit,
51 quod dicitur de Canonico Cathedralis ecclesiæ, qui præfertur Canonico inferioris ecclesiæ,quia hoc non tam procedit ratione loci, quàm quòd Canonici Cathedralis ecclesiæ assiderint Episcopo & sunt quodammodo Episcopi collegæ c.Episcopus in ecclesia 95.distinc.dicuntur etiam esse membra Episcopi cap.nouit de his quæ fi.à præla.si. consi.

Cap.

Cap.c.cum clerici & ibi glo.fi.de verb. signi. Nec etiam ali
52 quid facit de ciue † nobilioris ciuitatis,vt precedat alium ci uem inferioris ciuitatis,quia hoc haberet locum cæteris paribus,quæ rarò concurrunt, & in contrarium facit glo. in l. 1.in verbo suffragatur C.de colo.Palæsti.lib. 11. vbi voluit non esse magis priuilegiatum eum,qui natus est in terra, in qua Christus nasci voluit,de qua gl.meminit Roma. in l. si verò §.de viro 14.fallen.ff.sol.mat. Ex quibus omnibus cõclusio habita in fauorem Illustrisimi Ducis Ferrariæ optimè comprobari & iustificari posse videtur.Scripsi nomine totius Senatus Montisferrati.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum factum cum protestatione,quod non tollatur per aliud testamentum, nisi illo insit forma quædam verborum, prævalet secundo, vbi secundum illam non cõtineat intellige,vt nu.3.amplia vt nu. 5.*

2 *Testamenti factio est publici iuris,quam nemo sibi adimere potest.*

4 *Voluntas suprema testatoris semper prævalet,sed non semper vltima scriptura.*

6 *Testamentum posterius non continens verba derogatoria in priore conscripta præsumitur simulatum.*

7 *Verborum expressio potest fieri trifariam, generaliter, specialiter,& singulariter.*

8 *Verba derogatoria ad sequentia testamenta, quando sint generalia, quando specialia, & quando induidua, & quando operentur reuocationem primi testamenti & nume.9.*

CONSILIVM. 639.



PARVAM dubitationem habet casus propositus. Proponitur enim quod Sempronius duo condidit testamenta vnum de anno 1552. vbi institutis hæ
1 redibus vniuersalibus dixit, quòd † si aliquod testamentum fieri per ipsum contigerit, non vult illud valere, nisi ibidem desc ripta sint formaliter hæc verba. Sit nomen domini benedictum,ex hoc nunc & vsque in seculum.Postea de anno 1560. aliud condidit testamentum diuersis institutis hæredibus, non facta vlla mentione dictorum verborũ derogatoriorũ ad aliud testamentum.Quæritur vtrum prę ualeat istorum testamentorum duorum, & conclusiuè loquendo teneo,quòd primum prævaleat:nam licèt Iacobus de Are.tenuerit, quòd secundùm testamentum prævaleat,
2 nulla facta mentione clausulæ derogatoriæ,quia†testamenti factio est publici iuris l. 3.ff.de testa.& hanc nemo potest sibi adimere, & se ipsum intestabilem reddere l. stipulatio hoc modo concepta ff.de verbo.oblig.l.ius publicum.ff.de pac.& ad l.si quis in prin.testamenti.ff.de leg.3.quæ videbatur obstare: respondet, quòd loquitur in legatis, quæ dare vel adimere pendet a voluntate testatoris, & non sic pendet testamenti factio, quæ est publici iuris, cui non potest derogare: quum statutum sit ambulatoriam esse voluntatem testantis, vsque ad supræmum vitæ exitum l.quarta ff. de adim.lega. & hanc eandem opinionem tenuerit Iacob. de Belui. in Authenti. de test. imperfec. per text. in l. diuus §. licèt. ff. de iu.codicil.& est pulchra opinio in cathedra,vt Cyn. inquit in l. sancimus C. de testa. & sequitur Floria. in Authen.hoc inter liberos C.eo.Ioan.de Fantu.& Domi.in c.1.de consti.in 6. Attamen communis opinio est in oppo.
3 quòd † requiratur expressa reuocatio primi testamenti, ex quo verba derogatoria in primo testamento apposita tollunt mentem & voluntatem à secundo testamento, ita ꝙ non possit dici testamentum, neque secundùm diffinitionem testamenti positam in l. prima ff. de testa. neque secundùm allusionem vocabuli, de qua Institu. de testa. in princ.Sed est quoddam cimbalum tinniens dans sine mente sonum,per quod videtur testator apparenter complacere,sed non cum effectu l.at si quis §. plerique ff. de relig. & sump.fun.l.qui in aliena §.fi.ff.de acqui.hęre. vnde propriè loquendo primum testamentum non est primum, sed solum,quia secundùm est nullum deficiente consensu,vt in simili inquit Iuriscon.in l.2.in fin.ff.qui potio.in pigno.habe. Et si obijciatur,ergo voluntas testatoris vltima non spectatur,apparet ex prædictis respõsio, quòd imò spectatur, sed
4 ea adest in scriptura priori, & non in secunda; † suprema enim voluntas semper prævalet, & hoc nunquam fallit, licèt nõ semper vltima scriptura,vel locutio,& ita tenet post disputationem Din.in reg. iur. quod semel placuit glo. in l. si mihi & tibi.§.in legatis.ff.de leg.1.gl.in d.l.si quis in prin. & ibi Bar.post Raine.de Forli.& Cyn.in disputa.incipiente. Quæstio talis est,præcessit dispositio sequentibus derogatoria.Archi.in cap.vltima voluntas 14.q.2.Spec.in tit.de instru.edit.§.compendiosè ver.Sed quid si in primo.Card. consi.102.Super præmissis col.1.& alij plures ex modernis doctoribus,quos lõgum esset cõmemorare, Et istud adeo
5 procedit,quòd † etiam extante statuto, quòd vltimum testamentum teneret non facta mentione de verbis derogatorijs primi:nam tunc etiam primum valeret contra secundum,quia tale statutum esset nullum, quasi factum aduersus ius gentium, quod requirit in testamento voluntatem testantis, quam non habet secundum testamentum propter verba præcedentia primi, ita Pau. de Cast. consi. 344. Videtur sine dubio dicendum, quòd statutum lib.secundo.
6 Quod confirmatur, nam secundum † testamentum est simulatum quum testator nihil intendat agere propter protestationem præcedentem: vnde statutum disponendo ꝙ vltimum testamentum teneat non obstantibus verbis derogatorijs in primo testamento appositis, videtur remoueri, ne posit excipi de simulatione, contra vltimum testamentum,sed statutum remouens exceptionem simulationis est nullum,quia contra ius naturale, quoniam vbi deficit consensus,ibi deficit ius naturale. l.1.§.conuentionis.ff. de pac.ita Bald.inquit consi.118.Præmittendum est, quòd promossione col.2.lib.4.& est etiam de mente Bal.in l.fin. §.in computatione in fi.C.de iu.deliber.vbi vult,quòd propter iniquitatem statuti,casu quo de facto seruaretur,recurrendum esset ad subsidium ecclesiæ, & idem subsidium pateret in casu proposito,si tale extaret statutum, quod tamẽ non dicitur extare. Solum in casu proposito videtur facere difficultatem clausula in secundo testamento, Cassans & irritans quodcunque testamentum procedens manu cuiuscunque notarij scriptum,sub quacunque verborum forma conceptum.Sed pro resolutione considerandum est,quòd
7 aliquid † exprimi potest tribus modis, quandoque generaliter,quandoque specialiter, quandoque singulariter, sicut est dare genus,speciem,& indiuiduum,vt declarat Bar.in l. 1.ff.si quis in ius voc.non ie.& in l.fin. C. si cont.ius vel vti.
8 pub. Vnde in proposito,quando in primo† testamento testator dixit velle illud valere, & esse derogatorium cæteris sequentibus; vel dixit nolle aliud testamentum valere, nisi seruata in eo certa solennitate,si deinceps in secundo testamento dicit,velle illud secundum valere non obstante quocunque testamento,dicitur reuocatio fieri clausulæ derogatoriæ in genere: in specie autem reuocaret, si diceret non obstante quacunque clausula derogatoria: In indiuiduo verò,si diceret non obstante quacunque clausula derogatoria sub tali forma concepta; generalis reuocatio non sufficit, neque requiritur illa indiuidualis, sed adhiberi debet specialis per tex.in d.l.si quis in princ.testamenti ibi specialiter dixerit,& ibi Bar.hoc tenet,versi.venio ad secundum cum sequentibus.Sali.in l.sancimus.q.5.C.de testa.Pau.de Cast.in d.Auth.hoc inter liberos & in l.humanum.C.de ll. & cons. 284.In facto pono primam conclusionem.1.lib.cum alijs pluribus adductis per Soci. in l. si mihi & tibi. §. in legatis ff. de leg.1.vbi etiam respondet rationibus Bal.& Ang.qui contrarium

contrarium tenuerunt in d. Auth. hoc inter liberos, & Bal.
9 in d.l.humanum. Sed in casu proposito † verba fuerunt generalia, quia fuit dictum non obstante quocunque testamento cuiuslibet notarij manu confecto, & sub quacunque verborum forma concepto: nam verba generalia dicuntur, quæ sunt veluti in confuso prolata, secundùm Bald. in d.l.humana, & in terminis nostris, vbi apposita fuit clausula, qua nunc est vsus testator, hoc vult Pau. de Ca. in consi.206. In facto præsenti. 1.lib. Soci. in d. §. in legatis versi. 2. infertur, quod etiam procedit, licèt vnicum tantum præcesserit testamentum, quamuis Bart. in d. l. si quis in princi. tenuerit oppo. ex quo quum d. reuocatio non possit referri nisi ad vnum, perinde habeatur, ac si de eo mentio facta fuisset singularis, & sequitur Roma. consi.305. In casu præmisso, quo quæritur. Sed hæc opinio communiter damnatur, vt per Alex. & modernos late in l.2. ff. de lib. & posthu. Specialia autem verba sunt non obstante testamento manu talis notarij, sub tali die confecto, etiam si nihil aliud addatur, vt Pau. de Cast. in d. Authen. hoc inter liberos Bal. in d.l.humanum Corn. consi. 174. In præsenti consultatione lib.2. & Socin. bene declarans in d. §. in legatis. Sunt etiam specialia verba si dicatur, non obstante alio testamento per me condito, & clausulis derogatorijs in eo appositis, vt voluit Bar. in d.l. si quis in princ. testamenti, versi. Quęro quid si testator, & consi.21. incipiente. Et dixit & asseruit, & Ange. consi. 365. Quædam domina Nana. Item si diceretur, non obstantibus quibuscunque verbis in primo testamento appositis, etiam si de talibus verbis oporteret specialem fieri mentionem, quorum tenorem ita haberi voluit pro expressis, ita voluit Fede. de Sen. consi.47. Habita super casu prædicto. Ad quod facit bonus tex. quem ibi not. Ange. in l. omnes C. de præscri. 30. anno. Sed in casu nostro testator non est vsus aliquibus verbis prædictis specialibus ad derogationem clausulæ derogatoriæ, minus etiam in indiuiduo derogauit, quod fieret, si dixisset, non obstante, quòd in præfato testamento non fuerint apposita talia verba formalia, quæ voluit in secundo apponi. Sed vsus est testator illis tantum verbis generalibus, non obstante testamento cuiuscunque notarij manu rogato, & sub quacunque forma verborum concepto. Ex quibus omnibus concludo primũ testamentum valere, & esse seruandum, dicto secundo testamento inaniter per d. testatorem confecto nullatenus obstante.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio inuentione est iuris gentium, eius autem forma est iuris ciuilis, & quomodo nunc sit consideranda nume. 27. & 36.*

2 *Populus nouus iurisdictionalia omnia exercens præscribit imperium, præsertim præscriptione immemoriali, & nu. 4. secus supremam & absolutam Principis potestatem, vt nu. 28.*

3 *Merum imperium vbi quis immemoriali præscriptione quęsiuit, habet pro se fundatam intẽtionem dato, quòd aliud non ostendat priuilegiũ: illam tamẽ præscriptionẽ potest Princeps de potestatis plenitudine auferre, vt nu. 30.*

5 *Dominium nunquid sit de iure gentium, vel ciuili, & quomodo nunc sit considerandum, vide nu. 35. & 37.*

6 *Imperator non potest omne ius & superioritatem, quam habet in ciuitatibus, alteri concedere, secus communicare assumendo eum in partem solicitudinis vt nu. 41.*

7 *Imperator est Dominus totius orbis, quo ad iurisdictionem & protectionem, secus quo ad dominium rerum particularium.*

8 *Imperator potest ius sibi competens in aliquibus ciuitatibus in alium transferre dummodo non tendant in magnam imperij diminutionem, & in his præiudicat successori.*

9 *Iurisdictio non est apud vniuersitates, sed apud donatarios Imperatoris.*

10 *Princeps potest donationes & concessiones facere supremam dignitatem grauiter non lędentes.*

11 *Imperator potest de plenitudine potestatis infeudare terras etiam mediatè subiectas.*

12 *Ciuitas, prouincia, ducatus, & comitatus possunt per Cæsarem in feudum concedi etiam in pręiudicium alterius & nu. 14. & iuris in mero imperio ex immemoriali præscriptione per eas quæsiti. vt nu. 18.*

13 *Iurisdictio suprema, quum sit quid perfectum neque crescere, neque minui potest.*

15 *Clausula ex certa scientia in Principe pro causa habetur.*

16 *Præscriptio contra supremam & directam Imperatoris iurisdictionem nunquam procedit, nec etiam contra ea, quę Principi reseruantur in signum supremæ potestatis, vt nu. 22.*

17 *Priuilegium & præscriptio æquiparantur.*

19 *Imperator potest ciuitatem, & ius præscriptione immemoriali, vel priuilegio, vel imperiali concessione quæsitum de alio ad alium transferre & infeudare & nu. 39.*

20 *Præscriptio immemorialis potest a Principe quandocunque vult reuocari, cassari & annullari. & nu. 23.*

21 *Consuetudo quęlibet potest a Principe cassari, & annullari pro libito voluntatis & nu. 25.*

24 *Præscriptionis exceptio non intelligitur esse sublata per Principis verba generalia.*

26 *Princeps est lex animata in terris plus potens, quàm lex cõmunis, vel consuetudo.*

29 *Aedificans in solo iurisdictionali alicuius, illius efficitur subditus.*

Præscriptio qualibet etiam centenaria est de iure ciuili inducta, & statuto tolli potest, & idem de consuetudine dicendum, vt in nu. 33.

32 *Princeps potest priuilegiũ cum clausula non obstante alicui concedere, vt ei nulla currat præscriptio etiam centenaria.*

34 *Præscriptio, consuetudo, & priuilegium æquiparantur.*

38 *Princeps vtile dominium in feudatarium & emphyteutam translatum, licèt sit de iure ciuili, sine causa ab eis auferre non potest.*

40 *Imperator ex causa potest ciuitatem & ducatum infeudare, & quę possint esse causæ, vide ibi & nu. 43.*

42 *Principes inferiores Imperatore possunt vti potestatis plenitudine ex priuilegio speciali.*

CONSILIVM 640.



MAXIMI ponderis præsens est quæstio: vtrum Imperator possit infeudare ciuitates, quæ olim creabant per se magistratus, & per eos rempub. administrabant, & suis legibus viuebant. Et arguendo primò pro parte negatiua, videtur dicendum, quòd non pos-
1 sit: nam † omnis iurisdictio est inuenta de iure gentium, licèt postea distinctiones iurisdictionem, & nomina magistratuum inuenta sint de iure ciuili, vt Inno. tradit in c. licèt de for. compet. Bal. in l. ex hoc iure q.3. ff. de iusti. & iu. possunt enim homines se sponte congregare & ædificijs collatis ciuitatem, castrum, villam, & burgum cõstituere, vt Bar. inquit in l. fi. 2. q. ff. de collegiis illi. & Bal. in d.l. ex hoc iure col. 3. & ibi etiam Pau. de Cast. post Inno. in cap. cum ab ecclesiarum de offi. ordina. Bal. consi. 439. Amplius castrum circa medium versi. Alij dicunt lib.3. vbi vult, quòd qui ædificat ciuitatem suo nomine, & ibi exercet imperium in incolas, vel ipse † populus nouus exercet iurisdictionalia omnia præscribit

præscribit imperium, & in dubio intelligitur præscripsisse non accumulatiuè, sed ad aliorum exclusionem. l. si quisquã ff. de diuer. & tempo. præscrip. & tanto magis id dicendum videtur, si ciuites præscripsisset merum & mixtum imperium per tantum tempus, cuius non extat memoria in contrarium: nam præscriptio tanti temporis habet vim cõcessionis, & priuilegij, & tituli. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quoti. & æsti. l. 1. §. fi. cum. l. seq. ff. de aq. plu. arcen. & per eam impræscriptibilia quæruntur, etiam si ius cõmune resistat, & quę etiam reseruata sunt principi in signũ supremę potestatis cap. super quibusdam. §. præterea de verb. signif. cap. 1. de præscri. in. 6. & per eam etiam directum dominiũ acquiritur, secundum Bal. in. l. traditionibus. C. de pac. & talis præscriptio pro veritate habetur glos. in. l. 1. C. de seruit.
3 Bal. in ca. cum causam col. 3. de proba. ideò, si aliquis † vsus est iurisdictione in aliquo loco per tãtum tempus, ꝗ initij non extat memoria, habet fundatam intentionem dato, ꝗ non ostendat aliud priuilegium secundùm Ang. in d. §. ductus aquæ, & facit, quòd Bart. scribit in. l. iniuriarum. §. fin. ff. de iniur. vbi Bart. not. illum tex. pro ciuitatibus Italię, quę præscripserunt merũ imperium, ponit gl. in. §. nulla in verbo iurisdictione in Authen. de defenso. ciuit. Bar. in. l. quominus. q. 2. ff. de Flumi. & in l. cunctos populos col. pe. C. de sum. tri. & fi. cath. & in l. infamem in fi. ff. de publ. iudi. & in l. hostes versi. Circa primum. ff. de capti. & Bal. in l. 1. in fi. C. de hære. vel acti. vend. Salic. in. l. vectigalia. C. nou. vectiga. insti. non pos. licet Bar. in l. præsides. C. de episc. aud. dicat, ꝗ hoc habent ex vsurpatione, & non requiritur scientia superioris, secundùm glo. in dict. §. ductus aquæ, quam ibi nota. Ange. Bald. in cap. primo quę sint rega. & sequitur latè Alex. consi. 6. Viso themate lib. 1. Et licet moueri
4 posit difficultas, quòd † spacio. xxx. vel. xl. annorum merum & mixtum imperium pręscribi non posit: tamẽ quod pręscribatur per immemoriale tempus, nulla relinquitur dubitatio, vt Barto. tradit consil. 189. Primò quæritur, vtrum iurisdictio primo dubio. Ex his igitur concluditur, quòd, quum ciuitates sint de iuregentium populorum eas ædificantium, & pariter iurisdictio in ciues & incolas, non possunt ea per Imperatorem sine causa afuerri, quia iura naturalia sunt immutabilia, & non debet licere ei ius alterius sine causa tollere, quod faceret infeudando ciuitates. §. pen. Institu. de iure natu. gen. & ciui. &. §. fi. Institu. de legi. agna. tutel. & plenè tradit Bart. in proœ. digestorum col. 3. & in. l. fi. C. si cont. ius vel vtil. publ. & Canoni. in cap. quę in ecclesiarum de constit. Et hoc etiam dicendum videtur, etiam
5 ꝗ ius esset ex præscriptione quæsitum, quia licet † modus quærendi dominiũ sit inuentus de iure ciuili, tamen dominium est de iure gentiũ, vt vult Bart. in. l. ex hoc iure col. 2. ff. de iustit. & iu. reprobata glo. ibi: & ideò Princeps non videtur id posse tollere sine causa Bald. in. l. rescripta col. 2. C. de preci. Impera. offer. & in. l. 1. circa fi. C. de iu. aureo. annu. & in nota. q. tradit Areti. in l. 3. ff. de testa. Alex. in l. cum hæ
6 redes. ff. de acq. posse. & in terminis, ꝗ ius † quæsitũ ex pręscriptione Princeps non posit auferre, voluit Bal. in. l. imperium in. 1. repet. q. 8. ff. de iurisdi. om. iudi. Vlteriùs videtur, ꝗ non posit Imperator omne ius & superioritatẽ sacri Romani imperij, quam habet in ciuitatibus, alteri concedere, quia hoc modo posset de facili totum Romanum imperiũ exhaurire, & augere debet imperium, nõ imminuere, sicut denominatio Augusti ei indita significat, vt Bald. scribit in Prælud. feu. col. 8. versi. expedita feudi diffinitione, & in tit. de pace Constan. in verbo successorum nostrorum, Ang. in l. si certarum. ff. de testa. mili. Abb. in cap. cum nõ liceat col. fi. de præscri. & tradit Alex. in l. filio, quem pater in fi. ff. de lib. & posthu. vbi dicit se ita consuluisse, prout cõsuluisse reperitur consi. 24. Põderatis his, quę in themate in fin. lib. 5. & vltra cum idem vult Bal. in. l. 1. §. in initio col. 3. versi. nota tamen, ꝗ Princeps. ff. de offi. præfe. vrb. & consi. 32. Pridie enim consului col. 3. vers. Illud etiam constat. lib. 1. Pau. de Castr. consi. 70. Quia frustra disputaretur secundo dub. col. 5. lib. 1. & idem Ang. in l. prohibere. §. sed si permiserit vers. planè. ff. quod vi aut clàm, vbi inquit, ꝗ Rex potest donare terras regni nõ abdicando à se omnem iurisdictionẽ.

Præmisis tamen non obstantibus contrariam sñiam arbitror de iure veriorem motus ex infrascriptis. Et primò
7 quia † Imperator est dominus totius orbis. l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iac. l. 1. §. & cum lege. C. de vet. iu. enucle. l. 2. §. nouissimè. ff. de orig. iu. l. 1. ff. de consti. Prin. l. bene a Zenone C. de quadrien. prescri. c. in apibus. 7. q. 1. no. gl. in Clé. pastoralis in verbo districtum de re iudi. intelligendo hoc sanè, quo ad iurisdictionem & protectionem, non quo ad dominium rerum particularium, vt per Bar. in proœm. digestorum in prin. & in l. 1. §. per hanc ff. de rei vendica. Bal. in l. cũctos populos in prin. ff. de sum. tri. & fi. Cath. & Ang. in d. l. bene a Zenone: omnis enim iurisdictio est Imperatoris, vel ab eo procedit cap. 1. §. iudices verò, & §. ad hæc de pac. ten. vbi Bal. no. col. 2. & dicit etiam ibi col. 4. ver. ex pręmissis ergo, ꝗ omnes iurisdictiones sunt apud Cæsarem tãquam apud fontem, a quo sicut flumina ad mare fluunt & refluũt, & dicit Bar. in l. in omnibus ff. ad Trebel. ꝗ omnes ciuitates de iure subiectæ sunt Imperio, exceptis ciuitatibus, quæ donatæ fuerunt ecclesiæ Romanæ. Ideò Imperator, quo ad iurisdictionem fundatam habet intentionẽ in vnoquoque loco, vt no. Io. And. in c. fi. de offi. Archid. gl. & doctores in Clem. pastoralis in verbo districtũ de re iu. tradit Alex. consi. 87. Accuratè pro viribus in fi. lib. 6. Et ideò
8 sumus in regula, ꝗ ius † sibi competens in quibusdam ciuitatibus posit in aliũ transferre, modo non tendant in magnã imperij diminutionẽ, vt Bar. scribit in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clàm. vbi quærit vtrum Rex posit cõcedere, vel alienare bona regni, concludit, ꝗ si Rex alienaret aliqua, quorum donatio cederet in magnam diminutionem iurisdictionis regalis, non posset hoc facere etiã si iuramento firmaret c. intellecto de iureiu. sed si donaret aliqua, quæ non ita diminuerent iurisdictionem, tunc valeret talis donatio facta à Rege, & præiudicaret successori, vt est casus in c. Abbate sane de re iu. in 6. & cum prædictis concordat Bald. in l. si certarũ ff. de testa. mili. dicens, quod licèt Imperator non posit donare quotã imperij, potest tamen donare certas ciuitates, & istud est etiam, quod voluit Bal. in d. c. bonæ il secundo col. pe. ver. sed nunquid in præscri-
9 benda de postula. præla. dum inquit, quòd † iurisdictio non est apud vniuersitatem, sed apud istos donatarios Imperatoris, & dicit etiam ibi Bal. col. antecedẽti post Inno. quòd Papa cum bona conscientia potest donare decimas, & castella ecclesiarum, quod dicit notandum pro castro Pisano donato a Papa sciente qualitatem rei, & dicit etiam Bal. in c. fi. de re iud. ꝗ res, quæ pertinent ad regnum, Rex potest donare & obligat successorem, quod tamẽ intelligendum est secundum eũ de rebus particularibus, non de his, quę re
10 seruata sunt regiæ dignitati. Insuper quòd Rex † posit donationes facere dignitatem Regiam grauiter nõ lædentes tenet Oldr. consi. 94. Eleganter circa negotium in fi. & idẽ amplectitur Alb. de Rosa. in proœ. digestorum in §. discipuli col. 3. ver. & ex prædictis subijcio, vbi post multa concludit donationem factam a Rege Reginæ, & secundogenitis valere, quia enormiter non lędebat regiam dignitatem. Similiter consuluit Io. de Ana. cons. 81. Viso instrumento, ꝗ quędã donatio facta per Ducem Mediolani de quadã terra Astensi valebat, licèt Dux esset Vicarius imperij per no. ꝑ Bar. in d. l. prohibere §. planè. Si ergo hoc potuit imperij vicarius, multo magis dicendũ est id potuisse impatorẽ.
11 Secũdò moueor, quia, si Imperator † potuit donare, multo fortius potuit in feudum concedere, licèt enim feudum habeat plurimum gratiæ, ideò beneficium vocetur, tamen habet onus annexum, & dicitur contractus nominatus vltro citroque obligatorius, vt patet in c. 1. de for. fideli. iuncto capit. 1. quali. Domi. feu. proprie. priue. Si igitur potest donare, cur non etiam in feudum concedere? vbi maior est liberalitas, quia cuilicèt, quod plus est, licèt etiam, quod est minus l. non debet. ff. de regul. iur. & de hoc non eundo per mendicata suffragia sunt apertæ decisiones: nam di-

cit Bal.in l.1.circa princ.ff.de constit.princ. quòd licèt contractus Principis non liget successorem, quia successor non habet causam ab eo, hoc tamen non procedit, vbi facit ea, quæ sunt de natura vel consuetudine sui officij, vt est infeudare.§.hoc verò iubemus in Authen.vt nul.iudi. §. illud in Authen.consti.quæ digni.& dicit Bal.in l.cum multa C. de bo.quæ libe.quòd Papa potest infeudare castra ecclesiæ, sicut potest Imperator ca.1.de natu.feu.Io.And.in c.cum venissent de iudi. nisi essent valde pretiosa, vt ciuitas magna, quia tunc debet interuenire consensus Cardinaliũ, qui sunt capitulum vniuersale vt no.Archid.12.q.2.c.cũ redemptor & ca.Abbatibus,& per id,quod habetur in l. humanum C. de ll.Amplius dicitur, quòd Imperator potest terras non solum immediatè, sed etiam mediatè subiectas in feudum cõcedere, per id, quod not.Bal.in c.1.in prin.qui feu.da.pos. vbi inquit, quòd Papa potest feuda omnium ecclesiarum infeudare, quia cum omni prælato in potestate, & iurisdictione concurrit, secundũ Io.Mona.in ca.si eo tempore de elec.in 6.Idem dicendum in Principe Romano, in quo omnes dignitatum thesauri reconditi sunt, secundùm eundem Bal.in c.1.quis dica.Dux,com.vel March.& sequuntur vbique Moder.tam legendo, quàm consulendo. Accedat prædictis Bal.in l.humanum col.2.versi. Et adde C. de
12 ll.dicens, quòd † ciuitas potest dari in feudum, & ita etiam prouincia, ducatus, & comitatus: ita quòd de hoc hodie nõ est disputandum per tex.in cap.1.de feudo Marc.& ita etiã tenet in prædictis Alex.vbi allegat alias auctoritates consi. eius 1.col.5.versi.Præmissis tamen lib. 5. Ad idem adduco Bald.consi.333. Ad intelligentiam sequendorum lib.1.vbi huiusmodi vtitur principio. Quòd indubitatum est, quòd Princeps Romanus potest sua castra & iurisdictiones, & dignitates in feudum assignare, & conferre, & tanta est in eo plenitudo potestatis, quod legibus solutus est, & in illo consi.Bal.ostendit per plura, quòd Imperator, qui concesserat ducatum Mediolani Illustris.Galeatio Vicecomiti, potuit eisdem subijcere comites, & Marchiones, & Barones existentes in eodem ducatu per plura, quæ ibi adducit, & inter cætera mouetur, quia nemo dubitat, quin Imperator possit committere alicui vices suas, quia quod potest per se potest per alium, quum personaliter vbique esse non possit, alios igitur assumit in partem solicitudinis, sed non in plenitudinem potestatis nihil sibi absorbendo de † iurisdictione suprema, quæ quum sit quid perfectum, neque crescere, neque minui potest, vt in c.dudũ de præben.in 6.& post quędam alia subdit ibi notabiliter, quòd Princeps iura vtilia potest cõcedere sine causa arg.ff.de libera.lega.l.si is, qui duos:
14 nam ipse & ratio idem sunt. Et dicit Inno.quòd licitũ † est Regibus & Principibus secularibus aliquid statuere ex causa in præiudicium iuris alterius, vt ipse eleganter not. extra de iureiu.cap.debitores, & sicut dicimus, quòd certa scientia habetur pro donatione in contractu stipulationis, quia ipsa liberalitas est pro causa sufficienti l.cãpanus ff.de oper. liber.l.2.§. circa.ff. de excep. do.l. si diuortio ff. de verbor. oblig.l.Aristo.ff. de dona. ita multo fortius in Principe ipsa
15 liberalitas habetũ pro causa, nec mirũ, quia † in Principe certa scientia pro causa habetur, vt legitur & not. in l. idem Vlpianus.ff.de excusa.tuto.& est glo.ordinaria valde no.in ca. ad hoc extra de rescrip.vt no.Cyn.in l.rescripta. C.de preci.Imper.offer.& in l.fi. C. si cont. ius vel vtil. publ. Item si Imperator concedat alicui, non tamen videtur alienare, quia adhuc retinet maioritatem argu.ff. de hæred. institu.l. talem §.fin.& argum.eius quod legitur & nota.in l.si seruo in fin.magnę glo.ff.de adim.lega.Patienter ergo & non indignanter ferant subditi, tam magnates, quam populi, nam si magnates fortius plebei, si Rex vel Imperator ipsorum ceruices vult subesse maioribus, & altioribus se, quia potentioribus pares esse non possumus, vt l.3.in prin.ff. de aliena. iudi.Item modernus Rex Romanorum per se propter locorum distantiam non potest Italiam regere: ideò potest dimittere aliquem in locum suum, qui ius dicat l.1. §. huius rei ff.de offi.eius, cui mã.est iurisd.l.2.§. post deinde Diuus versi.quotiens ff.de origi.iu. Item Imperator etiam indelegabilia delegat.C.qui pro su.iurisd.l.1.in fi. hæc ibi eleganter Bal.cuius verba valde conferunt ad propositum. Confirmantur superiora ex eo, quod scribit Bald. in Auth. quas
16 actiones col.pen.q.3.C.de sacrosa.eccle.vbi vult, ꝙ † suprema iurisdictio Imperatoris non possit præscribi alioquin imperium posset desinere propter præscriptionem subditorum, sed vtilis iurisdictio non eneruans directam, & quæ ei subalternatur, potest præscribi quo ad omnia commoda præscriptionis.l.viros.C.de diuers.offi.lib.12.Si igitur vtilis iurisdictio, quæ subalternatur directæ, potest præscribi, er-
17 go † etiam potest ex priuilegio haberi, quum ista duo æquiparentur glo.in c.nouit in verbo consuetudinem de iudi.& tex.melior de iure secundum Io.And.ibi in c.cum contingat de fo. compet.

18 Tertiò dico istud etiam procedere dato, quòd † ciuitates per prescriptionem immemorialem sibi acquisiuissent merum & mixtum imperium, & eodem modo libertatem, quia potest Imperator eas in feudum concedere, vt Alex. scribit cons.16.In causa,& lite col.pen.lib.5. vbi vult, quòd licèt Ciuitas Regij præscripsisset per tempus immemoriale iurisdictionem in quodam castro seu oppido: tamen potuit Imperator a ciuitate Regij illud auferre, & illud in feu
19 dum concedere Illustris.Duci Ferrariæ, quia † Imperator potest iurisdictionem præscriptione tanti temporis, cuius in contrarium memoria non existit, vel priuilegio, vel cõcessione imperiali quæsitam de alio ad alium trãsferre, adducit ad hoc Barto. in l. hostes 1. q.ff.de capti.nam ibi vult Bart. ꝙ si quis habeat libertatem ab imperio Romano ex priuilegio, quodammo ille talis tenet ab eo, vt posset priuilegium illud reuocare, quando vellet, quum liceat mutare suam voluntatem l.si quis in prin.testamenti ff.de lega.3.& hoc Bar.dictum sequitur Bal.in c.sicut l'ultimo col.1.versi. aduerte tamen de iureiur. vbi inquit, quòd per patientiam Imperatoris vel priuilegium speciale alicui indultum non tollitur, quin possint successores reuocare, & subdit etiam ibi, quòd facultas reuocandi non potest præscribi, quia suprema potestas Imperatoris est absoluta in terris, sicut Dei in cœlis.Idem tradit Bal.in addi.Spec.in tit.de iurisd. omn. iud.circa prin.vbi inquit, quòd potestates terrarum non habent imperium de iure communi, & præses prouinciæ habet tantùm de consuetudine & vsurpatione, quidam ha-
20 bent etiam per priuilegium: hanc † tamen præscriptionem potest Princeps reuocare, quandocunque vult, quia contra absolutam Principis potestatem non potest præscribi, & omnis consuetudo potest ab eo cassari c.1.de constit.in 6.l. 4.§.Diuus ff.de sepul.vio.Auth. nauigia. C. de fur. cum simil.Ad prædicta etiam bene facit, quod scribit Bal. consi. 430.Circa primum punctum in fi.lib.4.vbi vult, ꝙ licet ciuitates ecclesię Romanæ possint per consuetudinem quęrere merum imperium: tamen potest Papa ibi mittere rectores, quia nunquam consuetudo est fortior, quàm ius Pa
21 pæ in terris suis, quum † ipse possit quamlibet consuetudinẽ cassare & annullare pro libito voluntatis l.2. C. quæ sit lon. consue.& d.l.4.§.Diuus & d.Auth.nauigia. & Aut. omnes peregrini.C.com.de succes.cum simili.Absoluta enim potestas Principis per inferioris consuetudinem nõ potest refrenari, quia inferior in superiorem nihil potest l.nam magistratus ff.de arbi. & subdit ibi Bal. per præallegata iura ꝙ eatenus huiusmodi consuetudines tolerantur a iure, quatenus tolerantur à superiore. Reperio etiam quòd in eisdem terminis, in quibus consuluit Alex.consuluit etiã Bal.consi. 300.Ad euidentiam præmitto in prin.iunc.ver.pen.li.5.nã in casu suo Ciuitas Parmensis pariter obtinebat in quibusdam oppidis iurisdictionem ex præscriptione tanti temporis, cuius contrarij memoria non extabat, postmodum Imperator ex certa sciẽtia & de potestatis plenitudine ciuitati Parmensi ademit eã iurisdictionẽ, & districtũ, & concessit quibusdã nobilibus, cõcludit ibi Bald. Imperatorẽ id facere
22 potuisse, & mouet inter cætera, quoniã † omnis iurisdictio est apud Principem, & ab eo in cæteros demanat, & ea quę reseruata

reseruata sunt Principi in signum supremi dominij à nullo
inferiore præscribi possunt l.cōpetit C.de præscrip.30. an-
no.nam, si aliquis posset præscribere merum imperium cō
tra Principem, efficeretur maior eo & Principem in ipso
territorio delinquentem posset punire l. fina. ff. de re. diui.
quod est falsum nam ille, qui est supremus non potest habe
re alium supra se. Item ipsum supremum imperium est indi
uisibile, sicut ecclesia non diuidit se vt not. Cyn. in l. tutelas
in addi. ff. de capi. diminu. Vlteriùs quòd Princeps poßit
23 †præscriptionem iam decursam quocunque temporis spa-
cio roboratam auferre, sentit etiam Bal. in Auth. quas actio
nes q.5.C.de sacrosan.eccle.dū allegat tex.in l.præscriptio-
24 ne.C.de oper.publ.Est benè verum, quod † sub verbis gene
ralibus Princeps non intelligitur tollere ius ex prescriptio-
ne quęsitum: vnde si comittat causam cognoscēdam & de
cidendam secundùm ęquitatem, non poterit iudex sub hac
forma datus reijcere exceptionem præscriptionis, vt Bart.
scribit in extrauag. ad reprimendum in verbo videbitur cir
ca fin. Roma. in repet. rub. de arbi. col. 1. cum alijs adductis
per Feli. in rub. de præscrip. & quod dictum est Principem
posse tollere omnem præscriptionem, idem dicendum est
25 de † consuetudine, quia est pars iuris ciuilis differens in hoc
tantùm a lege, quantùm tacitum ab expresso l. de quibus
ff. de ll. & hoc voluit Oldr. consi. 117. Bonæ memoriæ & c.
vbi pro hoc allegat text. in l. 4. §. diuus. ff. de sep. vio. & in l.
eos C. de vsu. & in Auth. nauigia C. de fur. & in Auth. om-
nes peregrini C. cō. de suc. & dicit Bal. in Aut. hoc amplius
26 col. 3. ver. quæro an filij regis. C. de fideico. ꝙ † Rex est lex
animata in terris, ideò plus potest, quam lex communis, vel
consuetudo, & dicit Bal. consi. 401. super eo, quod quæritur
lib. 4. quòd antiquißimam consuetudinem Princeps potest
tollere, & latiùs hoc idem explicat Bal. d. consi. 430. Circa
primum punctum in fi. eo. li. 4.

Superest nunc, vt ad allegata in contrarium respondea-
tur. Et primò non obstat, quòd iurisdictio sit de iure gentiū
& ꝙ populi collatis ædificijs condiderunt sibi ciuitates, vn
de acquisiuerunt iurisdictionem in ciues & incolas, quę nō
debet posse eis auferri sine causa, quum sint hæc omnia iu-
risgentiū, quia ad præmissa respondetur, quòd propter hoc
non potest inferri, quòd iurisdictio sit nūc pœnes populos:
27 nam † iurisdictio inuentione tantùm est iurisgentiū, sed no-
mina magistratuum, & iudicia, & forma omnis iurisdictio
nis, est de iure ciuili, vt inquit Bal. in l. ex hoc iure col. 3. 2. op
po. ff. de iusti. & iu. & ideò non est cōsiderādum prout olim
iurisdictio se habebat de iure gentium; sed vt nunc se ha-
bet de iure ciuili, vt Corn. inquit consi. 312. In hac consulta
tione videtur col. pen. li. 1. vbi adducit bonum simile: nam
constat, ꝙ olim apud omnes gentes vnus succedebat alteri
mortuo sine testō, & tn̄ successiōes ab intestato sunt de iu
re ciuili c. ius quiritū 1. distin. & l. lege obuenire ff. de verb.
signi. Clarum est autem, ꝙ de iure ciuili iurisdictio non est
apud populos, sed pœnes magistratus eorum deputatos ab
Imperatore mediatè vel immediatè, cuius omnis est iurisdi
ctio, vt superiùs dictum est, potest etiam responderi ex di-
ctis Corn. in præfato consi. quòd iurisdictiones erant olim
de iure gentium apud ciuitates non recognoscētes superio-
rem vt est Resp. Venet. quæ in sua perpetuans libertate pri
mœua, imperium suum à solo Deo recognouit; non autem
apud eas, quæ recognoscebant, quales sunt ciuitates in Insu
bria & tota Ligura quæ nunc & olim recognoscunt Roma
28 num Imperiū. Et ad illud † quod obijcitur, ꝙ ex ędificatio-
ne, & exercendo merum & mixtum Imperium populi ac-
quirant sibi iurisdictionem prescriptione contra omnes, vt
Veneti secundum Bal. in præallegato cōsilio. 439. Quia re-
spondetur, ꝙ Bal. ibi excipit supremam & absolutam pote
statem Principis, quia contra eam pręscribi non potest, nec
29 potest constitui fundamētum in ædificatione: nam † vt in-
quit Bal. in rub. ff. de re diuis. col. 2. versi. Circa ædificia quę-
ro & c. quicunque in solo iurisdictionali alicuius ædificat, il-
lius efficitur subditus, allegat Spec. in §. 1. ver. Quid si peta-
tur Ciuitas de relig. domib. Excipiat tn̄ Venetos, qui non
in solo, sed in mari ædificarunt: Et ideo potuit Imperator
vt subditas in alium transferre: prædicta tantò magis pro-
cedunt tenēdo opinio. Inno. in c. cū in ecclesiarū de offi. or
di. vbi vult, ꝙ licèt plures simul habitēt collatis ædificijs, nō
possunt tn̄ constituere vniuersitatē sine licentia superioris.

Non obstat, ꝙ merū imperiū præscriptione poßit acqui
ri, & præsertim ea præscriptione, quę est immemorialis, ha
bente vim tituli, & per quam quæritur directū dominiū, vt
in iuribus in contrarium allegatis, quia prædicta non negan
30 tur, nec negari possunt, sed dicit, ꝙ † Princeps ex certa scīa,
& de potestatis plenitudine eam reuocare pōt, & auferre:
& merum imperium hoc modo quæsitum in aliū transfer
re: & infeudare, quum præscriptio sit de iure ciuili inducta,
cui Princeps derogare potest, vt supra deductū est opportu
nè in tertio fundamēto pro hac parte adducto. Et vlteriùs,
ꝙ præscriptionem Princeps poßit tollere de potestatis ple
nitudine tenet Ang. in l. Lucius ff. de euic. & Albe. de Rosa.
post Odofre. in l. quotiens col. pe. ver. item quærit C. de prę
cib. Impe. offeren. & in signis doctor moder. Philip. Dec. in
c. quę in ecclesiarum col. 11. ver. Quintus casus de consti. Si
cut pari ratione ius ex sententia quæsitum Princeps quoq;
potest tollere, vt Bal. scribit in l. fi. col. 2. ver. sed immediatè
oppo. C. sent. rescin. non pos. Et licèt Bal. in l. imperiū q. 8. ff.
de iurisd. om. iu. dicat per superiorem tolli non posse prescri
ptionem, sed consuetudinē sic, & sequitur Io. Bap. de S. Se-
ue. q. 12. tamen dicendum est, ꝙ malè loquitur, vel loqui-
tur de potestate ordinaria: nec dicatur, ꝙ prædicta proce-
dunt in alijs præscriptionibus minoris tēporis: secus in præ
scriptione centenaria, quia superius inductæ sunt auctorita
tes, quę ostendunt præscriptionem etiam centenariam per
31 Principem tolli posse: nisi velimus dicere, ꝙ † prescriptio cē
tenaria non sit de iure ciuili: nam quod sit iuris ciuilis osten
ditur, quia statuto tolli potest, vbi de ea specialia fit mentio
potest enim statuto induci, quòd nulla currat præscriptio
etiam centenaria, vt Dec. scribit consi. 496. In causa Do-
mini operarij & c. per id, quod Ang. not. per glo. ibi in Au-
then. vt de cæte. non fi. commu. rer. eccle. in §. de cætero,
Bald. & Ang. in l. 1. C. ne rei domi. vel templo. & in l. 1. co-
lum. 2. C. de anna. excep. & l. omnes in fin. C. de præscri. 30.
32 anno. Abb. in c. fi. col. 6. versi. Quæro quid si statuto de præ
scrip. Similiter † priuilegio Principis cōcedi potest, vt alicui
non currat præscriptio etiam centenaria cum clausula non
obstante, vt Bart. dicit & Bald. & ibi Moder. in Auth. quas
actiones C. de sacrosa. eccle. quorum nihil fieri posset, si na
turali ratione esset præscriptio inducta, quia naturalia iura
33 sunt immutabilia §. sed naturalia Insti. de iure, nat. gen. & ci
ui. & † generaliter quælibet præscriptio est de iure ciuili, vt
patet ex eius diffinitione, quā ponit Io. And. in ca. possessor
de reg. iu. in 6. vbi inquit, ꝙ præscriptio est ius quoddam ex
tempore congruens auctoritate legum vim capiens, pœnā
negligentibus inferens, & litibus finem imponens, sequitur
Abb. in rub. de præscrip. & dicit Bal. in repet. l. primę col. 3.
C. de emā. libero. quod si ius ciuile nō esset, pręscriptiones
non essent, quæ inductæ sunt, vt esset litium finis l. fina. ff.
pro suo, & eodem modo dicendum de consuetudine, quia
consuetudo est ius non scriptum iuris ciuilis pars, quæ ex al
tera parte, & secundum diuisionem opponitur iuri scripto
§. constat autem & §. ex non scripto. Institu. de iur. natu.
gē. & ciui. Si ergo de iure ciuili sunt, vtraq; sequitur vt Prin
34 ceps de potestatis plenitudine auferre poßit. Preterea dicit
Bald. in capi. 1. colum. prima quæ sint rega. quòd † præscri-
ptio, seu consuetudo tanti temporis, cuius initij non extat
memoria in contrarium, æquiparatur priuilegio concesso
a Principe ex certa scientia, allegat textum in ca. super qui-
busdam §. præterea de verbo. significa. vbi gloss. hoc dicit
in verbo in memoriam, idem dicit gloss. in cap. conquestus
in verbo consuetudo. 9. quæstio. 3. & in capit. seruitium 18.
quest. 2. Spec. in §. quia verò, versi. quid de colligendis. de
cau. posse. & proprie. & Ang. in vulga. l. hoc iure §. ductus
aquæ ff. de aq. quot. & æsti. per illum tex. Alex. consi. 6. Viso
themate in prin. li. 1. & cęteri doctores vbique. Sed priuile-

gium expresſè conceſſum poteſt Princeps reuocare, ergo & hanc centenariam præſcriptionem, quę vicem tenet priuilegij, & ei æquiparatur, ne plus habeat tacitum, quàm expreſſum l. qui ad certum ff. loca. gl. in l. item quia in verbo il
35 lata ff. de pac. Nec aliquid facit, quòd licèt † modus acquirẽdi dominium ſit de iure ciuili, tamen ipſum dominium eſt de iure gentium, & ideo videtur ſine cauſa tolli non poſſe, quia reſpondetur ex verbis Philip. Dec. loco præallegato, vbi vult, quòd imò in tali caſu dominium videtur eſſe de iure ciuili, ſecundùm naturam cauſę, quæ eſt de iure ciuili, vt probatur in l. in rem in princ. ff. de rei vendi. ibi iuregen. aut iure ciuili dominium acquiſiuit, & facit text. in l. in rebus C. de iu. dot. Præterea & ſecundò melius reſpondetur, quòd dato, ꝙ dominium in ſe eſſet de iure gentium, prout communiter tenetur: cauſa ipſa acquiſitionis debet conſiderari, quæ eſt de iure ciuili, quia tunc dominium in conſequentiam venit, vt not. Bal. in d. l. fi. C. ſent. reſcin. non poſ. & cauſa acquiſitionis, quæ principalis eſt, attenditur argu. l. ſi quis nec cauſam in princ. ff. ſi cert. pet. Et ideo ratione uoti, in quo Papa habet poteſtatẽ diſpenſandi, in conſequentiam ius quæſitum laico etiam per Papam tollitur, vt no. di
36 cunt Inno. & Ant. de But. per illum tex. in c. 2. de vo. Et † corroborantur præmiſſa ex dictis Corn. in præallegato conſi. 312. In hac conſultatione videtur col. pen. li. 1. dum inquit, quòd licèt iuriſdictio ſit de iure gentium inuentione, tamẽ quia modum & formam recipit a iure ciuili debet conſiderari prout nunc eſt de iure ciuili, ſicut ſucceſsio ab inteſtato conſideratur, non prout olim erat de iure gentium, ſed ſecundùm modum & formam ſibi traditam a iure ciuili. Et
37 † prædictis addo Cyn. in l. reſcripta q. 4. C. de preci. Imper. offer. dicentem, ꝙ dominia videntur etiam eſſe inducta de iure ciuili per tex. in d. l. in rem, quam Dec. allegat, & ſunt etiam de hoc tex. expreſsi in l. 1. in princi. ff. de acqu. rer. domi. & in §. ſingulorum inſtit. de re. diuiſ. vbi dicitur, quòd quarundam rerum nanciſcimur dominium de iure gentiũ quarundam de iure ciuili. & facit illud vulgatum, quòd de meo naſcitur, meum eſt. l. ſolum §. merum ff. de rei vendi. §. ſi Titius Inſtit. de re. diuiſ. & prædicta intelligenda ſunt, quando ius innititur ex ſolo rigore iuris ciuilis, vt in re iudicata & præſcriptione. ſecus ſi innitatur æquitati naturali, qa licet dominium ſit iuris ciuilis, tamen per Principem tolli
38 non poteſt: ideo † Princeps vti dominium, quod tráſtulit in feudatarium vel emphyteutam, licet ſit de iure ciuili, ſine cauſa non poteſt eis auferre, quia innititur contractui & cõſenſui antea præſtito, contra quem Princeps venire nõ poteſt c. 1. in prin. de natu. feu. iuncto c. 1. de proba. & prout latiùs proſequitur Dec. in loco præallegato. Et iſta videtur tu
39 tiſsima reſponſio. Poteſt etiam † aliter reſponderi, ꝙ Imperator vbi infeudat ciuitates poteſt habere iuſtas cauſas ita faciendi, & in dubio pro eo præſumitur ex iuſta cauſa id facere, ideò eius reſcriptis eſt parendum, quum ſit ſupremus, & ab eius ſententia non poteſt appellari, quum poſsit ſecundùm conſcientiam iudicare, vt inquit Cyn. in l. reſcripta 3. & 4. q. C. de preci. Impe. offe. cum ſolitis concordant. iuſta autem cauſa eſſe poteſt infeudandi ea, quam adducit Bal. in præallegato conſilio. 333. li. 1. ꝙ Imperator non poteſt eſſe perſonaliter vbique, ideo vtile eſt Imperio Romano ciuitates alteri committere, qui eas regat & gubernat, ſicut fecit, vbi priuilegium ducatus Mediolani conceſsit D. Galeatio Vicecomiti: nam tunc Romanũ imperium ſurrexit a mor
40 tuis, vt ibi ipſe teſtatur. Quilibet autem ſanæ mẽtis † poteſt cognoſcere, quod ſi quędam ſint ciuitates, quę obedire Romano Imperio teneantur, & id minimè faciant, poſſe Romanum Imperatorem in feudum eas concedere alteri, qui eum recognoſcat in ſuperiorem, & populos contumaces coercere poſsit, quia hoc modo eſt amiſſam quodammodo recuperare dignitatẽ: ſicuti in ſimili videmus, ꝙ res eccleſiæ, quæ ſunt aliàs prohibitæ alienari, vel infeudari, tamẽ ſi harum recuperatio ſit difficilis, licitè poſſunt infeudari, propter iſtam cauſam, vt recuperentur, vt eſt text. clarus in c. 2. in fi. de feu. Similiter etiam videmus in ſummo Pontifice, qui poteſt regna inutilia, & ab alijs poſſeſſa in feudum concedere, vt eſt regnum Hieruſalem &c. vt Bar. ſcribit in l. id apud hoſtes ff. de leg. 1. & in l. liber homo la 1. ff. de verbo. obli. & habetur per Feli. in c. obedientiam col. 2. de præſcrip. Iuſta etiam cauſa eſſe poteſt infeudandi ciuitates, vbi a magno & potente viro tyrannide occupantur, vt Bar. inquit in tracta. de Tyrã. q. 10. vbi quęrit, cur ſummos Pontifices, & Imperatores & legatos eos, quos cognoſcebant eſſe tyrannos, & eos epiſcopos ſedis apoſtolicę, vel imperij conſtituebant vicarios, vt fecit Clemens VI. in ciuitate Boniæ de D. Taddæo de Pepulis, & eius filijs: hoc idem fecit Carolus Imperator cum Tyrannis de Lombardia. hoc idem D. Legatus cum multis Tyrannis fecit in Marchia Anchonitana, Reſpondet, præſumendum eſt, ꝙ tanti Domini hoc ſine magna cauſa non faciunt, & poteſt eſſe cauſa duplex. Prima propter aliqua magna ardua, quæ eis expedire incumbunt: ſicut enim diligens nauta proijcit viliora, & ſaluat pretioſiora l. qui leuandæ ff. ad l. Rhod. de iac. & diligens paterfa. debet præeligere, vt res pretioſiores ſaluas faciat, vt no. in l. ſi vt certo §. quòd verò ſenectute ff. cõmo. Sic etiam Dominus iuſtus cum vno tyranno pertranſit, & eum vicarium facit, vt poſsit ea, quæ ſunt magna & ardua reformare. Secũda ratio poteſt eſſe charitas, & dilectio eorum, qui ſunt ſub tyranno: ſicut enim videmus naturaliter phyſicos facere, quando vna infirmitas nõ poteſt ſine magno periculo perſonæ curari, tunc ipſi procurant ſuſtentare naturam, ne infirmitas procedat vlterius, ex quo contingit, ꝙ natura ſemetipſam adiuuet, ita quandoque rectus Princeps facit videns, quòd quandoque vnus tyrannus non poteſt deponi ſine magno exterminio eorum, qui ſunt ſub tyranno, propter bonum eorum facit vicarium vt ex hoc ille tyrannus minus timeat, & minus populum grauet, & interim caſus occurret, per quem ſuadente iuſtitia ſine populi detrimento deponeretur tyrannus.

Non obſtat, quod vltimò dicebatur, quòd Imperator nõ poteſt a ſe omnem poteſtatem & iuriſdictionem ſuper locis particularibus abrogare: nã hoc modo paulatim extin
41 gueret imperium: Nam † ad prædicta reſpondetur, quòd licet Imperator non poſsit omnino a ſe abdicare omnem poteſtatem & iuriſdictionem, niſi in his, quæ continerent imperij diminutionem non magnam, vt in contrarijs dictum eſt, poteſt tamen concedere ea, quæ reſeruantur Principi, & poteſtatis ſuæ plenitudinem communicare cum cæteris inferioribus, vt Bal. inquit in conſi. 267. Ad euidentiã præmitto, quòd concubinatus lib. 1. vbi inquit, quòd licèt
42 † plenitudo poteſtatis in temporalibus competat ſoli Imperatoris, vel libero Regi, inferioribus autem non competat iure ordinariæ poteſtatis; poſſunt tamen habere ex ſpeciali priuilegio, puta ſi vicarius eſt eis collatus cum plenitudine poteſtatis, idem plenius explicat in conſi. 353. Præſupponendum eſt vnà cum veritate, & conſi. 326. Rex Romano
43 rum lib. 1. dicens, quod Imperator † poteſtatem illam abſolutam, quæ eſt ſupra ius, poteſt alteri communicare aſſumẽdo eum in partem ſolicitudinis, prout aliàs fecit erigendo multa loca & ciuitates in verum principatum, & ducatum, vel infeudando aliquem Principem, quo caſu intelligitur communicata illa poteſtas abſoluta, ſalua tamen maieſtate imperij ideſt ſuperioritate imperiali, maioritate, & honore, quia nihil poteſt ſibi abſorbere de iuriſdictione ſuprema, quæ quum ſit quid perfectum non poteſt creſcere nec decreſcere, refert & ſequitur Ioan. Bap. de S. Seue. in repet. l. imperium. q. 14. ff. de iuriſd. om. iudi. vbi etiam allegando Bald. & alios oſtendit, quòd Imperator poteſt illam ſupremam poteſtatem alteri communicare, & communicando non eam abdicat a ſe: ſuperioritatem autem, & maioritatem, imperij maieſtatem, & honorem non poteſt in alium transferre, quum nullus inferior ſit capax, nec euelli poſſit de corpore imperij. Et vltra eum reperio idem velle Angel. in l. ſi certarum ff. de teſtam. mili. vbi inquit, quod licèt Imperator non poſsit donare quotam Imperij, tamen poteſt vnam ciuitatem vel plures: & illud eſt verum communicando

communicando cessionario imperium: nam ipse cõstituit Regem, Principem, & Ducem: non autem potest donare abdicãdo à se iurisdictionem omnino: quia isto modo annihilare posset imperium: Vnde nihil officit, quod scribit Alex. in l. filio quem pater in fi. ff. de libe. & posthu. quia in casu, in quo ipse consuluit, consultabat, quòd Imperator nõ concesserat ciuitatem in feudum, sed concesserat ciuitatem cum pleno & omnimodo domino directo, & vtili, & cum omnimoda iurisdictione, nullo sibi penitus reseruato.

SVMMARIVM.

1 *Administrator publicus vel procurator voluntarius, vel necessarius contrahens cũ aliquo nomine officij, nunquid obligetur suo & proprio nomine, vel obliget tantum dominum, dic vt ibi & nu. 8. quod limita vt nu. 10.*

2 *Procurator contrahens non sui contemplatione sed domini, dominum tantùm & non seipsum obligat, fallit vt ibi.*

3 *Procurator vbi contrahit procuratorio nomine, licèt actus respicere possit vtrunq; scilicet & Dominum, & procuratorem; tamen obligatur solus dominus presertim quando contrahit in iudicio.*

4 *Iudiciales actus, licèt quo ad instantiam procuratori attribuantur, tamen quo ad effectum & substãtiam obligant solum dominum.*

5 *Administratores legitimi quamuis habeant liberã administrationem cũ generali potestate: tamen non possunt donare, nec dilapidare, nec vniuersitatem obligare ad id, ad quod non tenebatur, & nu. 7.*

6 *Mandatum generale cũ libera non continet potestatem donandi & dilapidandi.*

9 *Tutor & curator, quorum officium est necessarium, quando contrahunt super re pupilli finito officio non possunt proprio nomine conueniri.*

CONSILIVM. 641.



EX serie facti pnarrata, & ex actis ét latiùs cõstat, ꝙ quũ quidã Baptista Garberiolus fuisset inquisitus per iudicem loci Agliani de quibusdã criminibus per eum perpetratis, & fuisset in carceribus detentus, & demũ fuisset condemnatus per d. D. iusdicentẽ de consilio cuiusdam iurisconsulti ad triremes per spacium annorum decem, prædictus D. iusdicens viso dicto cõsilio d. Baptistam quamuis incarceratũ remisit custodiendum Iacobino Cugito, & Ianutio de Ianutijs syndicis d. loci sub pœna tercentum scutorum in communi, & centũ in particulari, & qui Iacobinus, & Ianutius videntur accepisse custodiam sibi iniunctam per d. Dominum iusdicentem. Accidit, quòd dictus Baptista detentus propter malam, vt existimatur, custodiam de carceribus aufugit. Nunc dictus D. Iusdicens intendit exigere à d. Iacobino & Ianutio syndicis tercentum in communi, & in particulari ducentum. Et quia super prædicto casu petitur responsio. Arbitror quicquid sit de pœna ducentorũ in particulari ipsos non teneri, vt syndicos in communi in tercentum. Vetus enim & trita
1 est questio, vtrum † procurator vel alius administrator voluntarius, vel necessarius, si contrahit cum alio, obliget tantùm dominum, an verò pariter se ipsum; in qua quæstione illa est vera, & indubitata cõclusio, omittendo casus magis ambiguos, quòd vbi quis contrahit sub nomine officij, & constat, ꝙ noluit seipsum obligare, sed dominũ tantùm, cuius nomine cõtrahit, ipse procurator, vel administrator nõ tenetur suo & proprio nomine, sed tantùm dominum obligat, quia videtur tunc tantùm fuisse in cõtemplatione persona domini, & non affuit animus obligãdi procuratorem, seu administratorẽ: nam contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. 1. §. si conuenerit. ff. depo. & actus agentium non operatur vltra eorũ intentionem. l. non omnis. ff. si cer. peta. & limitata causa limitatum parit effectũ. l. in agris. ff. de acq. rer. domi. l. ægre cum Geminiano. C. de transac. & ita tenent in specie Bar. & alij vbi plenè tangitur materia in l. procurator, qui pro euictione. ff. de procur. & Bart. Bald. & Ang. in l. si pupilli. §. 1. ff. de neg. gest. Et Soci. plenè tangens articulũ, & prosequens casus consi. 154. Consultationẽ præsentis difficultatis lib. 2. Sed in proposito clarè constat de partium intentione, ꝙ dicti Iacobinus & Ianutius noluerunt se obligare, vt syndici ad custodiam, d. inquisiti proprio & priuato nomine pro tercẽtum, sed tantũ vt syndici, quod patet, quia proprio & priuato nomine voluerunt tantùm teneri in ducentum, & sic ostenditur, ꝙ vt syndici voluerunt teneri pro tercentum, quia vnius inclusio alterius est exclusio l. cũ prætor in prin. ff. de iudi. & hoc etiam ostendunt apertè illa verba, quòd obligãt se in communi. Si ergo obligant se in communi soluere pœnam tercentorum ergo sequitur, quòd de suo, & proprio nomine obligare se noluerunt, & cum iste casus sit admodum euidens & clarus, miror fieri difficultatem.

Confirmantur præmissa ex eo, quòd in fortioribus terminis scribit Ange. in d. l. si pupilli. §. 1. vbi per illum tex. in
2 verbo, cum quo contraxi nullam, notat, ꝙ qui † contrahit cum procuratore non eius contemplatione, sed domini, cũ solo domino intelligitur contrahere, & ideò ipsum solũ dominum habet obligatum, procuratorem nullo modo, fallit, si procurator fidem suã astrinxit d. l. procurator, qui pro euictione. Item fallit, si procuratori aliquid est quæsitum, prout refert se dixisse in d. l. procurator, qui pro euictione. Sed in casu nostro isti Iacobinus, & Ianutius, non astrinxerunt fidem suam, vt priuati ad custodiendnm, sed vt syndici. Item nihil eis fuit quæsitum, quia pro dicta obligatione nihil receperunt, ergo proprio nomine nõ tenentur. Eiusdem sententiæ fuit Soc. in præallegato cõs. 154. vers. Quar
3 tus casus est, vbi dicit, quod† etiã quod actus respicere possit vtrunq; videlicet dominũ & procuratorem, & ipse contrahit procuratorio nomine, obligatur solus dominus, iux. not. per gl. in l. quacunq;. ff. de procu. & probatur in d. l. fi. ff. de insti. & tenet Ang. & D. Ioan. de Monte Sperello in d. l. procurator, & ista fuit originalis decisio Iac. de Are. & Iac. de Belui. prout refert Bar. in d. l. procurator qui pro euictione & Cyn. in l. ei. qui in fi. C. quod cũ eo, quam opinionem etiã nouissimè sequitur Fran. Ripa in l. 4. col. 3. ff. de re iudi. quia cum eo suo nomine nihil gestum est, & ibi respondet ad tex. in l. seruum Titij. ff. man. & in l. solutum. §. per liberã ff. de pigno. actio. quæ iura in oppo. vrgere videbãtur. Prędicta tantò fortius procedunt, si diceremus, ꝙ sumus in iudicijs vigore pręcepti facti d. Ianutio & Iacobino de custodiendo dictum captiuum, quia clarum est, ꝙ in iudicijs procurator non obligatur, sed solus dñs. l. Plautius. ff. de procu. l. 4. in prin. ff. de re iudi. & ita tenent Bar. Bal. & Ang. in d. l. procurator, qui pro euictione post. glo. ibi, vbi Ange. dicit
4 hoc procedere, quia † nullatenus fidem suam astringit, nec actus illi iudiciales attribuuntur procuratori, sed dño, quantùm ad effectum & substantiam, licèt instãtia fundetur in procuratore, & cũ pręedictis etiam tenet Soci. in præallegato cons. in vers. Quartus casus. Nõ obstat, ꝙ d. Iacobinus,
5 & Ianutius vt syndici † non potuerũt obligare cõmunitatẽ ad id, ad quod cõmunitas nõ tenebatur, quia hoc esset donare & dilapidare, & legitimi administratores hoc nõ possunt facere l. 1. post prin. ff. de tutel. & ratio. distrah. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clã. l. contra iuris. §. fi. ff. de pac. & l. pactum curatoris. C. eo. tit. Et quamuis habeant liberã administrationem cũ generali potestate, vt not. gl. Docto. in l. mandato generali. ff. de procur. & not. Bar. in l. iusiurandũ & ad pecunias §. defensor post gl. ibi. ff. de iureiu. Alex.
6 in l. pręses. C. de transac. tamen † in generali mandato cum libera, nõ venit potestas donandi & dilapidãdi, vt latè prosequitur Alex. in l. si procurator C. de procu. Et in terminis,
7 quod † syndicus etiã ab vniuersitate constitutus non possit obligare vniuersitatem absq; mãdato, nec donare, nec dilapidare

lapidare tradit Bar.in l.4.in.§.1.ff.de re iudi. Alex.consi.22. Viso instrumento col.2.lib.1.& in administratoribus ciuitatis, ꝙ non possint obligare vniuersitatem ad id, ad quod non tenebatur,latè etiā scribit And.Sicu.consi.7.Clementissimi Dei patris col.2.lib.1. Et clarum est, quod custodia carceratorum non pertinet ad rempu. sed olim pertinebat ad eum, qui commentariensis vocabatur, & erat Princeps reliquorum custodū, & hodie pertinere debet ad custodes publicè deputatos l.ad commentariensem & ibi Bal. declarat C.de custo.re.vbi etiam ponitur, qua pœna d.commentariensis ob malam custodiam punitur. Nam prædictis re-
8 spondetur,ꝙ † licèt obligatio,quam dicti duo syndici fecerunt, esset inualida ad obligandum remp. quod est verissimum: tamen non tenentur proprio nomine de euictione, ex quo fidem suam non astrinxerunt,nec vinculum obligationis priuato nomine susceperunt, vt est tex.apertus in d.l. procurator, qui pro euictione. Non obstat, si diceretur, ꝙ præallegatæ decisiones loquuntur in procuratore, & administratore voluntario,& hic sumus in syndicis, quorū munus & administratio est necessaria,l.si magistratus.ff.de mune.& hono.quia respondeo, ꝙ si ille. qui ex volunt ate contrahit administratorio noīe, non videtur fidem suā astrinxisse,& se ipsum obligare voluisse,vt superius ostēsum fuit, multò minus dicendum est in eo,qui ex necessitate actum gerit,& mitiùs agitur in obligatione necessaria, q̃ in voluntaria.l.si fideiussor.§.necessaria &.l.de die §.tutor.ff.qui sa-
9 tisd.cogan.ideò † tutor & curator,quorum officium est necessarium, nō possunt deposito officio proprio nomine teneri, quando contrahunt super re pupilli.l. post mortem.ff. quan.ex fac.tuto.l.1.C. eo.l.cū quidam.C. de admi.tuto. & l.illud.§.1.ff.de euic.& ita tenet glo. in d.l.procurator.& ibi Bar.& Cyn.in.l.ei qui in fi.C.quod cū eo. & dicit expressè ibi Bal.ad terminos nostros,ꝙ idem dicendum est in præ-
10 lato,& in † quolibet publico administratore, allegat tex. in l.3.§.in eū.ff.de admi.rer.ad ciui.perti.& gl. in cap. per tuas de arbi.& idem est de mente gl.magnę in princ.in d.l.procurator,qui pro euictione, nisi quando administrator contraxisset animo nouandi & liberandi rempu. per d.l.3.§.in eum,& clarè dicit etiam Ang.in d.l.procurator,qui pro euictione,ꝙ non est facienda differētia, an administrationem gerat voluntariā,vel necessariam, quia, nisi fidem suā astringat, nunquam finito officio aliquis administrator remanet obligatus.Præterea esset absurdum dicere,ꝙ prædicti syndici ex necessitate officij dictam custodiā susceperunt,quū vniuersitas ad id non teneretur. Ergo si voluntariè istud fecerunt,habent locum decisiones,quæ loquuntur in administratorē volūtario. Deniq; illud est firmissimū & clarissimū fundamentum pro d. Ianutio & Iacobino, ꝙ noluerunt se obligare,vt particulares,nisi ad ducentū. Vnde ex promissione, quam fecerunt vt syndici de soluendo pœnā in communi,non possunt vt particulares conueniri ad tercentum: nam dicendo,quod voluerunt se obligare ad pœnā ducentorum vt particulares, apertè sentiunt de eo, quod promiserunt tercentum in cōmuni, noluisse se vt particulares teneri; quia quod in vno conceditur, in alio denegatum videtur.l.maritus.C.de procu.cum suis concor. Vnde omnia ea, quæ dicta sunt superiùs, ex abundāti fuerunt deducta,quia hoc solū fundamentū sufficeret, quod deducit̄ ex intentione partiū, & nullā recipit in se probabilē dubitationem. Ex q̃bus dictos syndicos absoluēdos esse cēseo nec vlteriùs inquietādos, nec aliter quęq̃ sani capitis iudicaturū existimo.

SVMMARIVM.

1 *Agrum alienū nunquid & quando inuito domino vel prohibente etiam vi adhibita ingredi licet, vel non, ibi, & nu.5.& 7.& per totum.*

2 *Prohibere ne quis fundum ingrediatur, non tantùm dominus sed etiā colonus posse videtur,quæ prohibitio ēt proclamate generali & proscriptione publica fieri potest.*

3 *Prohibitio, ne quis fundum ingrediatur, fieri potest expressè & tacitè.*

4 *Seruitus ad fundum à fundi venditore emptori non præstatur, nisi id specialiter conuentum existat, fallit vt nu 9.*

6 *Via vbi penitus est extincta,tunc de agro vicino fit via publica, & quando est ad tempus inaccessibilis potest per fundum vicinum iri etiam inuito domino & prohibente.*

8 *Transitus innoxius nunquam denegandus,etiā si quis velit transire cum exercitu,aliàs potest vis adhiberi,& bellū indici ut habeatur,quādo iusta et necessaria causa subest.*

CONSILIVM. 642.



Quod Flaminius potuerit, & possit prohiberi ab Octauio, ne cū bobus trahentibus plaustrum onustū ingredia-
1 tur eius viridarium facit, quia † nemo potest ingredi agrum alienū regulariter l.3.§.planè.ff.de acquir.rer. dominio §.planè Instit. de rer. diui.l.Diuus ff.de serui.rustico.prędi.l.per agrum.C.de serui.& aq. quod tamen intelligitur domino inuito,& prohibēte, vt habetur in pręallegatis iuribus,& licet tex. in d.l.per agrum dicat,ꝙ per agrum alienum,qui seruitutem non debet,ire vel agere vicino minimè licet,tamen Docto.intelligunt illū tex.domino inuito vel prohibēte. Sed sic est, ꝙ d. Octauius prohibet,ne Flaminius ingrediatur fundum suum cum bobus, quod apparet ex libello per eum producto, & alijs gestis in processu, vbi conqueritur de d. Flaminio agente boues per eius viridarium,& petit, vt prohibeatur in futurū id facere,
2 Item † apparet ex actis,quòd, quū d.Flaminius ageret boues per d.viridarium,colonus d. Octauij prohibuit,ne illac transiret, & videtur colonus eam prohibitionem facere potuisse,attento ꝙ possidet nomine domini l.colonus.ff.de vi & vi arma. Confirmātur præmissa, quia si quis potest prohibere,ne quis ingrediatur fundum suum ponendo generaliter in loco publico in scriptis istā prohibitionem, iux.tex. in l.sed si pupillus.§.proscribere ff.de instit.vel faciēdo proclama generaliter, vt nullus audeat ingredi talem agrū sine licentia domini c.cum in tua,qui matri. accu. poss. & tradit Are.post Iaco.de Aret.in l.3.§. Nerua filius, quinto notab. ff.de acq.posse. Quanto magis dicendum est dictam prohibitionē fieri potuisse à d. Octauio specificè d. Flaminio, ne viridarium ipsum ingrediatur cū bobus & plaustro tam in iudicio, quàm extra, quum specialia sint maioris efficaciæ & potentiæ,quàm generalia l.si quis in principio testamenti.ff.de lega.3.l.4.quæsitum cum ibi nota.ff.si quis cautio. Res adhuc redditur clarior, quia præsupponitur, quòd
3 d. Octauius vndiq; † munierat d.viridariū fossis, & præfatus Flaminius explanauit d.fossas, vt ingrederetur: vnde succedit id,ꝙ dicit Feli.in c.omnes leges col.pen.versi. ad de alium casum prima dist.vbi inquit, ꝙ dicitur quis prohibere etiam tacitè,quādo apparet,ꝙ transiri non potest,nisi facta noua semita in parte agri culta, vel fertili, quia etiam nesciens de transitu,tacitè prohibet actu.l.qui vas.§.vetare ff.de fur.idem si fundum clausisset muro, sæpe, vel alio claustro,adducit ad hoc Cyn.in l.1.6.q.C. de seru.& aq.& Paude Cast.in d.l.per agrum.C.eo.titu.& ante eum hæc posuit Cæpo.in tract.de serui.rustic.prædio. sub rub.de serui.itin. pen.q. pro quo facit trita regula, ꝙ non tantùm verbis, sed etiam facto voluntas declaratur.l.de quibus.ff.de ll.l.Paulus respondit.ff.rem rat. haberi, & expressi & taciti idem est iudicium.l.cum quid.ff.si cer.pet.l.qui certū.ff.loca.Et ad hoc etiam bene facit,quod dictū est supra de proscriptione posita in locis publicis, & de proclamate generali. Nec iuuat Flaminium, si dicat quòd nō potest aliter habere accessum ad suum fundū, nisi transeat per viridarium Octauij, quia respondetur,quòd d. Octauius non constituit ei viæ seruitutem,nec eam d. Flaminius præscriptione acquisiuit,iuxt.
4 not.in l.prima,& secunda.C.de serui.& aq. ad † quod bene facit,quia etiam,qui emit fundū ab alio,nō tenetur ei venditor præstare aditum ad fundū, nisi id specialiter conuentum

tum fuerit, posito quòd aliunde iter non haberet, quia imputandum est emptori, qui sibi non prouiderit. l. in venden do. ff. de contrah. empt. tradit Barto. in l. 1. in fin. ff. de serui. lega. & in l. via §. fin. ff. de serui. rustico. prędio. & nouissimè scribit Dec. in l. 2. col. fin. ff. de iurisdict. omn. iud.

Pręmissis tamen non obstantibus contrariā sententiam
5 teneo, attento, quòd pręsupponitur, quòd † via publica, per quam antea Flaminius solebat ire & agere iumenta, sit destructa, adeò quòd per eam amplius iri nō potest, quia tunc per agrum vicini transiri potest, hoc voluit Bald. post gl. & Cyn. ibi in d. l. per agrum. C. de serui. & aqu. vbi inquit, ꝙ licet quis inuito domino per agrum eius ire non possit: tamen hoc est verum, nisi via publica sit destructa, quia tunc potest redigi ager in viam publicam propter publicā vtilitatem l. si locus. §. fin. ff. quemad. serui. ami. & per hoc dicit, quòd si per viam non potest transiri, & aliquis mittit oues suas, vel animalia per fundum vicini, quòd non tenetur soluere bannum statuti, modo ciuiliter immittat, ita ꝙ à damno in quantum possit custodiat l. si cui ff. de serui. & eadem tradit Bal. in d. l. si locus. ff. quemad. serui. amit. Et consentit
6 cum prædictis Sali. in d. l. per agrum dicens, ꝙ † vbi via est penitus extincta, tunc de agro sit via publica, & sic, vt debita quis vtitur; sed quādo simpliciter est destructa, ita quòd de præsenti ambulari nō potest, sed eius restitutio speratur de proximo, tunc potest quis interim per eū ambulare, veruntamen ciuiliter debet ambulare per agrum, & à damno se abstinere per tex. in d. l. si cui ff. de seruit. Et prædicta sequitur Cepo. in tracta. de serui. rusti. prædi. sub rub. de serui. itin. pen. q. hoc etiam voluit glo. in c. omnes. ll. in verbo fas
7 est prima distinc. & † sequitur etiam prædicta omnia Felinus ibi colum. 7. referens Abb. in d. cap. omnes. ll. idem tenere, videlicet, quòd etiam vbi impedimentū non est perpetuum, sed temporale, puta propter inundationem fluminis, vel propter difficultatem luti transiri potest per agrum vicinum viæ etiam inuito domino, quòd, si via esset penitus destructa, compellitur vicinus facere viam publicā per agrum suum. Quinimo refert ibi Abb. generaliter dicere,
8 quòd † vbicunq; subest iusta & necessaria causa transeundi, & transitus est innoxius, non debet negari transitus, etiā si quis transire velit cum exercitu, & si hoc casu negetur, potest iustè bellum indici, seu vis adhiberi, vt transitus habeatur, allegat ad hoc tex. cum glo. in cap. fin. 23. q. 2. qui tex. est Augustini, vbi habetur, quòd iusta bella gerebantur à filijs Israel contra Amorrhæos, innoxius enim transitus negabatur, qui iure humanæ societatis æquissimo patere debet, & ibi glos. dicit, quòd ille transitus erat necessarius, ideò illi prohiberi non potuerunt. l. in summa. §. Item Varus. ff. de aqu. plu. arcen. & quia via publica erat, & nemo prohibetur via publica vti l. per agrum. C. de serui. Ex istis patet responsio ad cōtraria, quia licet quis domino prohibente nō possit ingredi agrum alienum: tamen vbicunq; necessarius est transitus, & transitus est innoxius, debet transitus concedi iure æquissimo humanæ societatis, & videtur in proposito necessaria esse causa, vbi via publica penit⁹ est extincta, vel etiā ad tempus incōmodè per eam iter haberi nō posset, vt
9 patet per decisiones superius allegatas: Eodem† modo respondetur ad illud, quòd vbi quis emit fundum, non tenetur ei venditor tradere aditum ad fundum, nisi sit expressè conuentum, quia hoc non procedit, vbi antea ad fundum erat aditus per viam publicam, nam si via sit penitus extincta, vel ad tempus difficilis & incōmoda ad ambulandum, teneretur tunc venditor per agrum proprium ad illud aditum præbere, secundùm quod quilibet alius teneretur, & ita in præmissis concludo.

FINIS.

Studiose Lector,

In folio. 128. *in fine vltimæ coll. post illa extrema verba,* Est ergo, *errore omissa desiderantur hæc,*
38 † differentia vtrum in sententia sit error manifestus contra ius.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, AA BB,

Omnes sunt quaterniones præter B B, qui est duernio,



VENETIIS,

APVD HYERONIMVM SCOTVM.

M D LXIX.

colorchecker CLASSIC






















calibrite
mm